

R 114



MARCI TULLII CICERONIS
FAMILIARIUM EPISTOLARUM LIBRI XVI.

CUM HUBERTINI CRESCENTINATIS, MARTINI Philetici, Jodoci Badij Ascensij, Joan. Baptistæ Egnatij, & Pauli Manutij Commentarijs.

His accesserunt perutilissimæ Annotationes, sparsim appositæ, quibus difficillima quæque Ciceronis loca explicantur: & Authores earum hi sunt:

Aulus Gellius,
Alexander ab Alexan.
Philippus Beroaldus,
Georgius Merula,
Angelus Politianus,
Petrus Crinitus,
Cælius Rhodiginus,
Gulielmus Budæus,
Luc. Joan. Scopa Parthenopæus,
Marinus Bechichemus,
Franciscus Robortellius Utinensis.

Adiectis præterea Argumentis, & Lemmatibus Giberti Longolij in fronte singularum Epistolarum.

Nunc denuo in lucem editi, & exactiori quàm ante hac, cura, à mendis, quibus scatebant, repurgati,

CORRIGENTE D. BORGARUTIO A' BORGARUTIIS.





VENETIIS,
Apud Marcum Anton. Zalterium Patauinum.
MDLXXXIX.

MARCI TVLLII CICERONIS VITA.



QVIA ad epistolarum primi libri cognitionem non parum conduxerit, uitę, & casuum auctoris cognitio, eam complectar paucissimis. M. Tull. Cic. Arpini natus, Romę, quò puer perductus fuerat, tantum in discendo profecit, ut in causis dicendis primum locum consecutus sit, tantumque ueritatis, & reip. studio potuit, ut omnes honores suo ordine obtinuerit. In consulatu autem sic sese gessit, ut non minus ueræ gloriæ in toga meruerit, quàm alius quispiam in armis. liberauit enim urbem ab incendio, & ciuitatem à cęde coniuratorum, Catilina duce: in quos cũ animaduertisset, et Catilina iam in prœlio cecidisset, primus in Toga triumphauit, primusque parens patriæ appellatus est, erectis eius gloriæ perpetuis monumentis. Quę res illi inuidię non parum peperit: pręsertim apud Cæsarem: & paulò post apud Clodium uirum apprime nobilem: qui captus amore Pompeię vxoris Cæsaris, in domo eius, in ueste muliebri, deprehensus est temerasse festa Bonę (maribus nõ adeunda) deę. ob quã rem in ius uocatus, negauit se tunc in vrbe fuisse. Citatus autẽ Cic. in eum testis adseruit Clodium eo die secum Romę fuisse: qđ idem, & alij pręclari viri testati sunt. Clodius tamẽ, iudicibus corruptis pecunia, absolutus est. Cæsar autẽ uxorem repudiauit: quod diceret: Domum Cæs. non solum crimine, sed ẽt suspicione criminis uacare debere. in Clodium, ut Cic. incommodet, nihil grauius egit. At Clodius ultionis auiditate à patribus ad plebem per adoptionem transiuit, factusq́. tribunus pleb. Cic. diem dixit: quòd nobilissimos ciues necasset indicta causa. Erant autem tunc consules L. Piso Cæs. socer, & P. Gabinius, qui prouinciarum spe Clodij conatib. fauebant. Quod intelligens Cic. cum neq; à Pomp. neq; ab alijs amicis satis tutaretur, aufugit: absensque damnatus est à Clodio: ut bonis eius publicatis, quadringẽtis milibus passuum ab Italia igni, & aqua illi interdiceretur: qui uero hospitio suscepisset, exul esset; & sua amitteret oĩa: additumq; rogationi est: nequis de eo reducẽdo referret, disputaretve, aut pedibus in sñĩam iret. Quæ oĩa populus sciuit, atq; approbauit, maxima (ut semper fuit) animorũ mutabilitate. Clodius ita exulis villas diripuit, & incendit, domum in palatio à fundamentis demolitus est, & in area templum Libertatis constituit. Fortunas oẽs hastæ subiecit: nec tñ in tota illa auctione sector quispiã repertus est. Cic. in Macedoniã aufugit, ubi à Plãco benigne exceptus est. Clodius aũt ob uictoriam insolentior factus, ẽt Põpeium in publica concione contumelijs ꝓscidit, quęrens, ut populus, q̄ Põpeius is esset, rñderet, Quis uno digito caput scaberet: quis uir uirũ quęreret? & similia. Qua contumelia irritatus Põpeius, fretusq́. Lentuli auctoritate, ad quẽ ꝓximę sunt epistolę, & qui Ciceroni amicissimus fuit, auctor fuit T. Annio trib. pl. ut rogationẽ ad populum ferret de Cic. reuocando. Quæ res ingentes turbas cõcitauit. Clodius. n. cum factione sua tribunitiæ obstitit rogationi, eoq; obtinente, aliquandiu nihil agi potuit, certatumq́. est interim in publico armis, tribunitiaq́. potestas uiolata est, multi quoq; interfecti, adeo ut Q. Cic. Marci frater, inter cadauera latitãs, sit seruatus. Postremo Pompeius ingenti bonorũ manu, ad hoc ipsum ex tota Italia collecta, Clodiũ foro expulit, auxilioq; fuit, ut populus sine aliquo maiore motu rogarẽt. Nunquàm maior populi Romani de aliqua re consensus fuisse dicitur: neq; tam magnum alias totius Italiæ studiũ, quę ad hoc ipsum Romam confluxerat, ut non magis eleganter, quàm vere Cic. postea gloriatus sit, Italiæ se humeris ab exilio reportatũ. Senatus charitate, & beneuolẽtia cum populo certauit, decreuitq; ut publice laudarentur ciuitates, q̃ Cic. humaniter accepissent, vt & domus, villę eius publico instaurarẽt sumptu. Redijt 16. mẽse postquam urbe eiectus fuerat, in senatuq; aliquantulum floruit, quo tpe ad Lentulum primi lib. epistolas scripsit: deinde Ciliciam post Lẽt. & Appium Claudium Pulchrum prouinciã obtinuit, vnde reuersus bella ciuilia inter Cæs. & Põp. offendit orta: q̃ res effecit; vt triũphare non potuerit: Diu autem ad concordiam utrunq; frustra hortatus, Pomp. tãdem secutus est. Quo uicto, & occiso, per Dolabellam generum suum, Cæsari reconciliatus: cum in foro locus non esset, ad philosophiam se contulit. Tandem Cæsare occiso, cum libertatis publicę gratia eius percussores tutaretur, & in Marcum Antonium Cęs. vindicẽ Philippicas habuisset, postquam Antonius, Lepidus, & Augustus triumuiratum inijssent, ab Antonio alijs cõniuentibus proscriptus est, & in fuga deprehensus, capite, & manu, qua Philippica scripserat, truncatus est. Nunc paucis argumentum repetam.

INDEX EPISTOLARVM FAMILIARIVM M. TVLLII CICERONIS:

Quo Epistolarum omnium genera facile cognoscuntur.

LECTORI.



Vanquam erunt fortassis, humanissime lector, qui uitio mihi adscribendum censeant, q indicem hunc familiarium M. Tullij Ciceronis epistolarum ipsis cum eiusdem Ciceronis epistolis imprimendum curauerim: attamen, cũ sciam me rem non ingratam facturum ijs, qui Ciceronem ipsum sibi imitandum proponunt, in eoque studio laborant, ut eidem quam simillimi esse uideantur, non ab re mihi uisum fuit, eum ipsum indicem typis excusum mittere in manus studiosorum, ut unusquisque inuenire possit ea omnia epistolarum genera, quæ desiderat, scilicet commendaticias, gratulatorias, consolatorias, hortatorias, facetas, expostulatorias, & alia, ut uidere est in ipso indice. Ne autem multis morer, quid utilitatis ex ea re lectores sint percepturi, silentio præteribo; nam hoc ipsum à doctis testatum uelim. In imprimendo autem huiusmodi elencho, hunc ordinem seruandum censui, vt numerus librorum ponatur in prima linea per columnas, mox deinde numerus epistolarum sequatur. idq; vt facilius inueniri possint ea, quæ desiderantur. eamq; ob rem omnes epistolæ, quæ singulis quibusque libris habentur, notatæ sunt arithmeticis numeris: qua tamen in re admonitũ lectorem uelim, eam primi libri epistolam, quę incipit: Periucundæ mihi fuerunt literæ tuæ, unam esse cum ea, cuius principium est in nonnullis codicibus: Quod rogas, ut tibi mea scripta mittam, & cetera: ita ut primo ipso libro decem tantum epistolæ habeantur. Vale.

Ex Epistolis familiaribus M. Tullij Ciceronis.

L. IOAN.

L. IOANNIS SCOPAE ASSERTIO
DE GENERE M. TVLLII CICERONIS.



MVLTOS & audiuimus,& legimus,Leonardum Aretinum, Plutarchi celeberrimum interpretem,& virum magna doctrina,sectantes, Cice. à Tullo, Volscorum rege traxisse genus indubitanter affirmare: & hoc ita esse & illos, & nonnullos,vel omnibus inuitis contendere. Nos uero, q̃uis iandiu in illorum vestigijs immorati fuissemus, tamen semper ambigebamus. Proinde hoc accuratius indagare cœpimus. quid verbis est opus? id ipsum apud Ciceronem nunq̃,cui maxima esset adhibenda fides, comperimus. Ideo Ciceronem nostrum eloquentiæ parentem non à rege duxisse genus, sed à quodam Arpinate ducimus:& hoc ita esse, ratione,primum, deinde priscorum auctoritatibus suffulti cõprobabimus. Quis unquam (vt ex ipsius Ciceronis monumentis apertissime colligitur) Ciceronem non solum antequam exularet, sed ne regressum quidem demissum, abiectumq. conspexit? Vt.n ad Lentulum scribens, ait: In quo ergo spem fefelli non modo inuidorum, sed etiam inimicorum meorum, qui de Q Metello L. filio quõdam falsam opinionem acceperunt, quem post reditum dictitant fracto animo,& demisso fuisse. sed quod de illo acceperant, aut etiã suspicabantur, de me idem cogitabant, abiectiore animo me futurum, cum res publica maiorem etiam mihi animum, quã vnquam habuissem, daret, quę declarasset sese non potuisse me vno ciue carere. nonne omnes seipsum, quàm creberrime de rebus pro re publica gestis iactasse legimus? Quis enim nescius est, Ciceronem, cum Catilinæ, ceterorumq; coniuratorum arma, & consilia suæ concesserint togæ, sic gloriatum fuisse?

Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ. Nonne seipsum, quod primus artis oratoriæ campos,& delitescentẽ apud Latinos philosophiã aperuit, atq; indicauerit, vulgo ad sidera tollit? Vnum suo culmini, & celsitudini triumphum intelligens, quẽ ex fugatis, superatisq; hostibus Parthis, contra quos mortuo M. Crasso accesserat, merebat, deesse prædicabat. Ic circo si de prædictis intrepide gloriabatur. quanto magis suum à regia stirpe defluxisse genus asseruisset? Qua de re non à rege oriundum fuisse dijudicamus, sed nouũ fuisse hominem auctoribus grauissimis indicabimus. Salust. in inuectiua contra Cic. hæc scribit: Verum (vt opinor) homo nouus Arpinas ex M. Crassi familia illius virtutem imitatur.& inferius: Oro te Romule Arpinas, qui egregia virtute omnes Paulos. Quibus Salustij verbis Arpinatẽ,& nouum fuisse hominem,& non à rege deductum esse constat, & Cic. ipse in Salust. his fatetur uerbis. Si hoc fuit illius initiũ nominis,& dignitatis, cur non æque de nobis existimetur? cuius vt res gestę illustres sunt, & vita integerrime acta, quasi uero sis ab illis viris Salust. ortus, ꝙ si esses, nonnullos iam tuæ turpitudinis pigeret: Ego meis maioribus virtute mea præluxi, vt si prius non fuerint, à me accipiant initium memoriæ suæ. Idem inferius. Satius est me meis reb. gestis florere, q̃ maiorum opinione niti,& ita viuere, vt sim posteris meis nobilitatis initium,& uirtutis exemplum. Quis ingenio crassus, & obtusus à rege Ciceronem discẽdisse audebit asserere? Nam si in acerrimum inimicum Salustium non se suis maioribus nobilem, ut illi aliquanto præstantior in progenie præponeretur, nominauit: non ne ineptum,& timidum fuisse dubio procul censeremus? Sed quando torrentem eius imitabatur lingua, hoc ipsi non ascribitur, & Iuuen. in 8. Sat. refert.

Hic nouus Arpinas, ignobilis & modo Romæ
Municipalis eques galeatum ponit ubique.

Et Basilius:

Hic iacet Arpinas manibus tumulatus amici,
Vulnere nempe tuo Ciceronem conficit, at te
Tullius æternis uulneribus lacerat

Et Pompelianus:

Doctrinæ Antistes, rerum mirabilis auctor
Tullius existens nobilis ex humili,
Qui fuit orator summus & eximius:
Nil agis Antoni scripta diserta manent,
Cui dedit excellens ars oratoria nomen:
Virtute ingenij uenit ad astra sui.

Licet non me prætereat fore nonnullos, qui quidẽ hæc in oratione Catilinæ citabunt. Nam prædicare aliquãdo solitus originẽ se gñis habuisse ex Tulli Hostilij familia Volscorũ regis quidẽ P.R. inimicissima.& inferius: Hic nouus Cicero Arpinas ex Tullorum familia, sed illos quæso nostra ne lancinent prius, q̃ cuncta perpenderint. Verum omissis uerbis Catilinæ mentem aperiamus: si Catilinæ,& non alterius, quod magis cõprobarẽ, illa sit inuectiua. Catilina, cũ se iã accusatum, & iã dãnatũ aiaduerteret, orationẽ (cunctis nãq; licebat temporibus illis) habuit in Senatu:& quo se uehementius excusaret, Ciceronem impensius criminaretur,& in odium, atq; inuidiã populi duceret atrocius Romani, retulit à regia Ciceronem oriundum stirpe, populo inimicissima Rom. quoniam Romani regib. exactis, non reges modo, sed nomen quoque regium, odio uel maximo habebant, arguebatq. vastum Ciceronis animum esse extinguendi nobilitatem, quod non ita esse hoc ducor argumento, ꝙ Cic. in actionibus contra Catilinam criminantem, id est, fassus nunquã, neq; meminit, & in actione V. in Verrem ita respondet: Ne ista præclara nobilitas desinat queri P.R. hominibus nouis, atq; industrijs libenter honores mandare, semperq. mandasse. Non est quærendum in ea ciuitate, quæ propter virtutem omnibus nationibus imperat, virtutem plurimum posse. Sit apud alios imago P. Africani: ornentur alij mortui virtute, ac nomine. Talis ille vir fuit, ita de P.R. meritus est, vt non vni familiæ, sed vniuersę ciuitati commendatus esse debeat. Est aliqua mea pars viri, ꝙ eius ciuitatis sum, quam ille amplam, illustrem, claramque reddidit, præcipue quod in his artibus pro mea parte uersor, quarum ille princeps fuit æquitate, industria, temperãtia, defensione miserorum, odio improborum: quæ cognatio studiorum, & artium propemodum non minus est coniuncta, q̃ ista, qua uos delectamini, generis,& nominis.& in actione 6. Videmus q̃ti sit inuidia, quantoque in odio apud quosdam homines nobiles nouorum hominum uirtus,& industria.& inferius: Hominum nobilium non ferè quisquam nostrę industrię fauet. Cicero se præterea in epistolis nouum vbiq; hominem appellat. Nouus dicitur homo, cuius maiores nullam habuerunt dignitatem. Leonardus, ne tantam fortasse Ciceronis maiestatem dehonestaret, illum regia decorauit stirpe. Quod autem dixit habere genus à rege, non ipse commentus est. Accepit.n. ab Eusebio, Eutropio,& Silio Italico sic in 8 Punicorum scribente.

Tullius Eratas raptabat in agmina turmas. *Regia progenies, & Tullo sanguis ab alto.*

Sed hunc errorem ex illo Cic. in prima Tusc. manasse loco credimus. Inquit.n. Cicer. regnante meo gentili, ubi, gentili, de mea gente quidam exponunt, cum de meo nomine intelligẽdum sit. Gentilis nanq; non modo, qui est de eadem gente, sed ẽt noĩe dicitur, Festo, Cinthio,& Cic. in Topicis auctoribus, qui ab alio vocabulo Cognominis appellatur. Plau. in Bacch. Illa mei cognominis est. Cicero quoq; dr̃, non ꝙ habebat faciem quadratam instar ciceris, ut Prisc. nunq̃.n. quadratum ui di cicer, sed rotundum. Idem Leonardus ait, quod habebat carunculam in nare instar ciceris: hęc priori est præstantior sententia. Nos aũt in hoc M. Terentium Varronem Romanõrũ facile doctissimum sequimur, inquit.n. Cic. dictos, quorũ maiores fuerunt inuentores ciceris serendi. ut Fabij à faba, Lentuli à lente. sic Cic. a cicere. Varronem Plinius sequitur, quod Euphorbius quoque hisce confirmat verbis:

Quicunque in libris nomen Ciceronis adoras:
Aspice quo lateat conditus ille loco,
Ille uel orator, uel ciuis maximus, idem
Clarus erat facie, clarior eloquio.
At ne quid Fortuna uiro nocuisse putetur
Viuit, & æternum docta per ora uolat.

Vocabatur Tullius à patre, uel ꝙ eius maiores fuerunt tullorum, i. aquæ ductuum inuentores. Tullij nanq; (vt Frõtinus de aquæ ductibus) vocantur ductus aquarum.

ARGVMEN-

ARGVMENTVM EPISTOLARVM M. T. C. AD LENTVLVM

Per Georgium Merulam Alexandrinum.

AEGYPTIORVM *Reges à Ptolemæo Lagi filio, qui primus Alexandro successit, Ptolemæi appellati sunt, quorum nomina, atque ex moribus indita cognomina, cum apud scriptores Græcos leguntur, tum ex ordine successionis in ultimo Geographiæ libro à Strabone commemorantur. Auletes uero ultimus Ptolemæorum flagitiosus traditur, utpote qui choraulam exercuerit, atq; in regia certamina celebrarit: ad quæ & ipse cum alijs concertaturus prodibat. Huius frater fuit Ptolemæus, alter cui Cyprus in ditionem concesserat: ut idem Strabo refert. Hic cū aduersus Romanos bene de se meritos ingratum se præberet, sublatus & ipse est: insula uero à Romanis occupata fuit. Sed Auletes ad stabiliendum regnum pecunias quibusdam Romanorum proprias, & mutuo acceptas, ut amicus, & socius Romanorum appellaretur impendit: quas postea cum ab Aegyptijs per uim exigeret, molestus ciuibus erat, tum propter hoc, tum etiam quod à Romanis Cyprum repetere nolebat, quam rem Alexandrini iubebant, uel repudiata Romanorum amicitia, & societate. Ergo eum nec eos, ut quiescerent, persuasisset, nec posset per uim cogere (peregrinum enim exercitum non habebat) Romam ex Aegypto profugit; accusauitq; Aegyptios, quod eum regno expulissent. Contigit autem, ut de eo reducendo ageretur, Lentulo Spinthere consule, cui Cilicia mandata fuerat. Interea Alexandrini dum ignorarent regem in Italiam uenisse, quem mortuum existimabant, Berenicem illius filiam in regno constituerunt, quæ primum Cybiosactem maritum cepit: hunc diebus paucis eiecit, cum eius ignobilitatem, illiberalitatemq; pati non posset. Pro illo alius uenit, qui et ipse se Archelaum Mithridatis filium simulabat, qui Archelai quidem filius erat, eius qui contra Syllam bellum gessit. Rex autem Ptolemæus Romam profectus, à Pompeio suscipitur, & senatui commendatur. Hoc cum Alexandrini resciuissent, centum oratores Romā miserunt, qui responderent criminibus, quibus à rege accusarentur, recriminarenturq; illum de ui & iniuria, quibus eos affecisset. Quo præcognito, quamuis Romæ esset, legatis rex insidiatus est, subsessoribusq; alio, atq; alio dimissis in itinere multos eorum, prius, quam Romam uenirent, interfecit: quosdam in urbe ipsa tolli curauit: alios perterrefaciens, uel pecunijs corrumpens persuasit, ut neque conuenirent, & colloquerentur magistratus de ijs, pro quibus missi fuerant; neque in totum ullam memoriam de cæde aliorum facerent. quod negocium occultum fuit. Senatus autem grauiter rem tulit, causam eorum acerrime Marco Fauonio alio agente modo. Nam multi legati sociorum Romam missi, per uim perditi fuerant, præterea non pauci Romanorum dona acceperant, qui non permitterent Dionem (qui unus erat legatorum) in senatum ingredi, neque mentionem ullam de cæde legatorum quousque is adesset, facere. Cæso uero per dolum Dione, neque de eo pœnam Rex dedit. At cum Pompeius (ut supra diximus) regem domi suscepisset: Illum hoc facto admodum subleuauit. cum plurimi autem inde accusarentur, pauci admodum conuicti fuere. tantum acceptio munerum poterat, ut se inuicem ob proprium quisque periculum iuuarent, & hæc quidem pecuniarum gratia mortales faciebant. Sed principio insequentis anni, Iouis simulacro, quod in Albano erectū erat, fulmine icto, per aliquod tempus reductio Ptolemæi repressa est, simul etiam, quod Sibyllinos uersus adeuntes, hoc ascriptum inuenere;* Si Aegypti rex, auxilio quodam indigens, uenerit, eius amicitiam ne abnueritis; sed illum quidem cum multitudine ne iuueritis; quòd si aliter factum fuerit, labores, & pericula habebitis. *Ex hoc conuenientiam uersuum ad ea, quæ tunc gererentur admirantes, quæcunque prius decreuissent, rescidere, C. Catoni trib. pl. in primis obtemperantes, per quem Sibyllinorum uersuum sententia in publicum uenerat. Nam cum non liceret quidquam Sibyllinorum uersuum, nisi prius Senatus decreuisset, in uulgus enunciare; Cato ueritus ne Sybillæ sors occultaretur, sacerdotes coegit, prius, quam responsum à senatu acciperent, oraculum Sibyllæ aperire. Post hæc uero cum sententiæ in senatu dicerentur, censerentq; quidam reditum regis Lentulo Spintheri, sed sine exercitu: alij uero rem deferrent Pompeio, ut eum cum duobus lictoribus reduceret; Ptolemæus cognita Sibyllæ sententia, rogauit, ut per Pompeium reduceretur. Plutarchus uero Canidium tradit rogationem ad tribunos plebis tulisse, ut Pompeius sine exercitu cum gemino lictore ad Ptolemæum cum Alexandrinis conciliandum destinaretur, cui rei non grauiter hæsisse uisus est Pompeius, sed senatus id omisit causa honeste reddita, quod uiro timeret, simul etiam, quod eo ad rem frumentariam uti uellet. quanquam (ut ijdem historici, hoc est Dion & Plutarch. tradunt) Lent. Spinther etiam consul maxime laborasset, ut præfectura annonæ Pompeio mandaretur, tradita illi omni potestate terrarum, & maris, quæ Rom. P. parerent. Hoc autem fecit Spinther, ut ad maiorem magistratum Pompeio promoto, ipse ad regem Ptolemæum auxilio mitteretur. A. Plan. in collegio Tribunorum recitauit literas, quibus notabatur, Ptolemæum orare, ut pro Spinthere Pompeius mitteertur. Cum uarias autem & dissidentes senatorum sententias Ptolemæus cognouisset, desperato reditu, Ephesum concessit, apud deam uicturus. Postea uero quanquam Romani auxilium abnegassent, & grauiter eius largitiones ferrent, reductus est, & regnum recuperauit. Hoc autem fecerunt Pompeius, atque Gabinius. Tantum enim potentia, et pecuniæ tunc ualuerunt, ut præter populi uoluntatem, & senatus decreta, Pompeius Gabinio scripserit, quem Syriæ cum exercitu præfecerat, ut regem reduceret. nihil enim curarunt, alter muneribus, alter uero gratia, de Sibyllinis uersibus. Reus deinde Gabinius factus est; sed conuinci nō potuit, tum Pompeij, tum pecuniarum gratia. Sed cum legamus, Catonem Rhodij, cum esset, atque responsum Ptolemæi Cyprij expectaret, altero Ptolemæo à ciuibus tunc pulso, & relicta Alexandria Romam nauiganti, ea spe ut Pōpeij & Cæsaris armis in regnum reducerentur, consilium optimum dedisse, ut domum rediret, et cum suis ciuibus pacaretur:*

caretur: dubitabit aliquis, cur Dion tradidit Alexādrinos ægretulisse, Ptolemæum pati Cyprum occupari à Romanis, cum Rex ipse uiueret, & insulam in potestate haberet. Illud addimus, quantum tempora supputare potuimus, cum Atellandrini de rege eijciendo consilia inirent, tunc P. Cladium Pulchrum, qui auctor fuit tollendi Ptolemai, in piratas incidisse, regemq; rogasse, ut se redimeret. Sed precium perexiguum Rex misit, adeo, ut piratæ id excipere erubescerent. Remissa igitur Regi pecunia, & dimisso Claudio sine precio: trib. deinde plebis creatus Claudius euicit, ut M. Cato in Cyprum mitteretur, eam ab Rege ablaturus. Sed Ptolemæus re intellecta, priusquam ille aduentasset, seipsum interemit. Cato insulam accepit, & regis opes uenundedit, pecunia omni in publicum ærarium relata. quod Lucanus significat, cum dicit:

Quod Cato longinqua uexit super æquora Cypro.

Ergo cum iussu populi mitteretur Cato ad pecuniam accipiendam, satis Cyprus Romanorum Imperio parebat, cum in dignitate regni Aegyptiorum: iureque Alexandrini iniquo animo ferebant, insulam, cui per multos annos Ptolemæi imperauerant, in Romanorum iura cedere. Suet. quoque significat, post initam cum P. R. societatem, Ptolemæum Alexandria pulsum. nam Cæsar laborabat, ut sibi Aegyptus prouincia plebiscito daretur, nactus extraordinarij imperij occasionem, quod Alexandrini Regem suum socium, atque amicum a senatu appellatum expulerant. Igitur ut socius, atque amicus Rom. Populi Ptolemæus, à senatu reduci postulabat. Nec sine causa, atque iniuste senatus de eo reducendo tractauit. Quæ autem foret uersuum Sibyllinorum sententia, satis supra demonstrauimus. Restat ut exponamus atq; comprobemus. Creditores legendū esse non competitores. Sed hoc subiecta Ciceronis uerba ad Q. F. confirmabunt creditores uero Regis aperte pecunias suppeditant contra Lentulum, sine dubio res à Lentulo remota uidetur esse cum magno dolore, q̄q̄ multa fecit. Sed ualde miror, cur Domitius exponens illud Iuuen.

Ipsi magna sonant, sed tunc cum creditor audit.

Præcipue, inquit enim, Creditor, qui pecuniam credit debitori: Creditor item, cuius pecunia aliquid aliud agit, ut hoc loci, & apud Ciceronem: Res agitur per eosdem creditores. Nugatoris planè hominis uerba, quæ nec coarguenda sunt. Nam quid aliud aliquid creditorum pecunia aduersus Lentulum ageret, non intelligo. Sed qui pecuniam Regi crediderint, nihil equidem quod ex historia habeatur inueni, præter quam ea quæ de Rabirio Posthumo Cicero scribit. Is enim grandem pecuniam regibus Alexandrinis crediderat. pulsus interea regno Ptolemæus, dolosis consilijs, ut dixit Sybilla. Postquam sensit Posthumus, Romam uenit. Huic egenti, & roganti, hic infelix pecuniam credidit: nec tamen primum, nam regnanti crediderat absens. Nec temere se credere putabat, quòd erat nemini dubium, quin is in regnum restitueretur à Senatu, Populoque Rom. In dando autem, & credendo processit longius, nec suam solum pecuniam credidit, sed etiam amicorum. stulte, quis negat? aut quis non admonet, q; male cecidit. bene consultum putaret? id est difficile, q; cum spe magna sis ingressus, id non exequi usque ad extremum. Supplex erat Rex, multa rogabat, omnia pollicebatur, ut iam metuere Posthumus cogeretur, ne quod crediderat perderet, si redereconstituisse tmodum. Nihil autem erat Rege illo blandius, nihil hoc benignius. ut magis peniteret cœpisse, q̄ desistere liceret. Per hæc Ciceronis uerba constat, Rabirium suam, & amicorum pecuniam regi, & in Aegypto, & postquam pulsus regno fuit, credidisse. quod conuenit cum eo quod Dion scribit Regem, dum regnaret, Romanis quibusdam pecunias stabiliendi regni gratia metuo acceptas impendisse. Quod autem largitione regia multi corrupti fuisent, & supra ex Dione demonstrauimus, & Cicero idem significat, hæc subiungens: Hinc primum exoritur crimen illud, Senatum corruptum esse dicunt. docetq; Cicero, ad sumptum itineris, ad magnificentiam apparatus comitatumq; regium, suppeditatam pecuniam à Posthumo fuisse. Ergo ausim ego affirmare, creditores regios, qui Lentulum pecunia oppugnarent, non alios fuisse, q̄ Rabirium, & eius amicos, qui pecunias regni crediderant. Hic suboritur alia dubitatio: Si Rex Romam uenerat, cur scribit Cicero, Ammonium Regis legatum aperte Lentuli partes pecunia oppugnare? Respondemus, regem (ut supra demonstratum est) in consulatu Lentuli Spinteris, & Quinti Metelli nepotis Comum uenisse, illique non inimico Popu. Roma. Senatum datum. post uero, cum uaria decernerentur, Ephesum concessisse, & aut Romæ Legatum Ammonium reliquisse, aut ex Asia misisse, ad procurandum in regnum restitutionem. Scribit in eadem oratione idem Cicero, Rabirium, posteaquam Rex à Gabinio reductus fuit, in Aegypto mansisse, ut pecuniam exigeret, etiam infra dignitatem Romani nominis. Lentulus uero consulatu functus, in prouinciam Ciliciam, quæ ei mandata fuerat, concessit, ex qua facilis erat in Aegyptum trāsitus. Et commode potuisset, siue cum exercitu, siue sine exercitu Regem deducere. quare in rege per se reducendo multum per amicos laborabat. Et de creditoribus quidem regijs abunde (ut arbitror) dictum est.

HVBER-

HVBERTINI CLERICI CRESCENTINATI in Epiſtolis Ciceronis Commentum.

VIVS uoluminis epiſtolas, etſi omnes cõi appellatione Ciceronis dicuntur. conſtat tamen ex earũ inſcriptionib, à multis, uariiſq; eius ſæculi doctiſſimis uiris diuerſis etiam temporib. ſcriptas tanta dicendi elegantia, & gratia, ut ſi non ex eadem officina, ab optimo tamen artifice exiſſe quæq; uideantur, tanta fuit illius ſæculi non modo in rei militaris laudib. uerum ẽt in omnium bonarũ diſciplinarũ, præcipueq; rhetoricæ facultatis cognitione, & exercitatione felicitas, & gloria: quæ tamen ne noſtro quidẽ ſæculo ceſſit, ſi noſipſi, nobis deeſſe nolumus, & noſtræ negligentiæ culpã in ipſa tẽpora, in quib. tamen ſine dubio plurimum momenti eſſe non negauerim, totã trãſferre deſignamus: & ingeniorũ noſtrorum bonitate utamur. Quãobrem pueros, adoleſcenteſq; oẽs non ſolũ exhortor, uerumẽt obſecro, ut eloquentiæ ſtudiis, quæ maximã gloriam hominib. affert, totis uirib. incumbant, atq; adeo ex his familiaribus epiſtolis initia ſumant: has die; noctuq; legant, has ediſcant, has imitẽtur, in his ſe exerceãt, his ſe oblectent, deinde alios Cic. non minus eruditos, q̃ elegantes libros euoluant, & tamen alios quoq; Romanæ linguæ probatos auctores, ita tamen, & legant, ut hunc unum ſibi, uel uexilliferum, uel potius ducem conſtituant, quem ſequantur. neq; n. ſine cauſa Quinctiliano dictũ eſt eum poſſe ſcire ſe plurimum profeciſſe, cui Cic. placebit. Ego ita hoc opus declarare ſtudebo, ut mea ope, & interpretatione fretus, nemo iã aggrediendum dubitet. Vt igitur clarius harum ad Lentulum epiſtolarũ argumentum appareat: Ex Strabonis auctoritate Ptolemæorum ſeries breuiter plurimum narranda uidetur. Deinde Appiani, & Plut. & reliquorum, qui de his rebus ſcripſerunt auctoritate Cic. mentem ita declarare ſtudebimus, ut induſtria noſtra multis proſit. Sic igitur, inquit Str. lib. 17. in deſcriptione Aegypti: Ptolemæus, Lagi filius. Alexãdro ſucceſſit, Ptolemæus aũt Philadelpho Euergetes. Poſtea Philopater Agatoclis, poſtea Philomater filio imperium à patre accipiente, huic uero frater ſucceſſit ſecundus Euergetes nominatus, hunc Phiſconem dicunt, qui Ptolemæus cognomento Lathurus ſucceſſit. Lathuro autem ætate noſtra Auletes Cleopatra, ſed oẽs poſt tertium Ptolemæum male uixerunt, deliciis corrupti, omnium uero peſſime 4. & 7. et ultimus Auletes, qui præter alia flagitia ẽt choraulian exercuit: & adeo in eo gloriabatur, ut non cunctarentur certamina in regia celebrare, ad quæ, et ipſe cum aliis concertaturus prodibat, atq; hic eſt, quem Alexandrini exegerũt, & cum ei tres filiæ eſſent, unam natu grandiorem, quæ legitima erat, reginam fecerunt, & quã eius filiæ infantes adhuc inutiles regno exciderunt. Regina uiri ex Syria accerſiti preſertim Cybioſactes quidam, qui ſe ex Syriacorum ſtirpe ſimulabat, quẽ diebus paucis Regina eiecit, eius ignobilitatem, & illiberalitatem non paſſa: pro quo Archeſilaus qui ſe Mitridatis filium ſimulabat, uenit, qui Archelai quidem filius erat, eius, qui contra Syllam bellum geſſit: & poſtea à Romanis in maximo honore habitus eſt. Interea Auletem Romã profectum Pomp. ſuſcepit, & ſenatui cõmendat, de reductione eius agit, & de nece legatorum, qui ſupra centũ contra legẽ uenerant, in quib. fuit Dion Academicus princeps legationis, Ptolem. itaq; ab A. Gabinio reductus Archelaum, & filiam interemit. hæc Strabo cũ quo, & Appianus, & Plu. conſentiunt: & T. Liu. lib. 181. & hic fuit pater eius, per quẽ Pomp. eſt interemptus. Verum ait Plu. in uita Catonis: Ptolemæus, quẽ Auletẽ appellauit Strabo: priuſq̃ Romam ueniret, accerſitus à Catone, Rhodũ uenit: quo cum poſteaq̃ locutus eſt, conſulente Catone: ne tãta felicitate relicta, ſe laborib. & diſpendiis, & obſeruationib. eorum qui Romæ potentes eſſent. ſe ſubiiceret, quorum cupiditatem ſi uniuerſa Aegyptus in pecunia redigatur uix explere poſſet, & ornare, ut domum rediret, & cum ſuis ciuib. pacaretur, & ſeipſo Catone una nauigaturum, & interceſſurum pollicente. Rex tanq̃ ex inſania quadam reſipiſcens, ueritatemq; agnoſcens, & uirtutem Catonis admirans, decreuit primum ita facere. ut Cat. ſuadebat. ſed poſtea ab amicis in priorem ſpem reductus cum Rom. eorum hortatu ueniſſet, ſtatim errorẽ ſuum cognouit, damnauitq;, q̃ non diuino Catonis conſilio paruiſſet. Alia etiam dicit Plut. quæ quia nihil ad rem faciunt, omittuntur. Illud certiſſimum habeatur, & Stra. loco ſupradicto T. Liuii, & Plutarchi in uita Catonis auctoritate, hunc Ptolemæum à ſuis ciuibus fuiſſe exactum, & ob iniurias, quas patiebatur. Romam ueniſſe. Nam quem Val. Max dicit à fratre minore expulsũ, ex lib. 3. cõmentariorum belli Alexandrini Iulii Cæſaris, colligitur fuiſſe huius Ptol. filius. Dicit n. in teſtõ patris ſcriptos fuiſſe hæredes ex duabus filiis maiorem, & ex duabus eã, quæ ætatem antecedebat. Cumq; his Ptol. ſe reſtitui curaret, idq; maxime Lentulus, qui in Ciliciam proconſulatũ gerebat, facere cuperet, negocium ſuum cum ipſe abeſſet, Cic. mandauerat, cui paulo ante ab exilio reuocando plurimũ operæ, & ſtudii præſtiterat, & inſtantiſſime affuerat. Dabat igitur operã Cic. ut per Lent. reduceretur, ſicut Lent. ante diſceſſum ſuum ẽt in ſenatu egerat. Verum rex, ut erat ambitioſus, per Pomp. quam per Lent. reduci malebat, idq; corruptis nonnullis ſenatorib. aſſequi contẽdebat, erãt tamen qui aduerſarentur, tanta erat uarietas ſententiarũ in ſenatu. Quamobrem cum hæc in ſenatu agerentur, Cic. admonet Lentulum de reb. omnib. & præcipuè de ſua erga Lent. uoluntate, & animo, & officio, & q̃ ſint uariæ ſenatorum de hoc negocio Alexandrino ſententiæ, latenter tamen innuit Lentulo non poſſe fieri, ut obtineatur, cum oſtẽdit rem corruptã eſſe, & non eſſe in iis fidem, in quib. ſumma eſſe debebat: quæ oĩa oſtendunt difficultatẽ, & quaſi impoſſibilitatem rei. Huic aũt reductioni regiæ difficultatem afferebant Sybillina carmina, quib. monebatur populus Rom. exercitum non eſſe mittendum in Aegyptum, ut, & App. ſcribit, et Luc. lib. 4. Pharſaliæ: aperte declarat his uerſibus.

Noxia ciuili tellus Aegyptia fato.
Haud equidem immerito Cumanę carmine uatis
Cautum ne Nili Peluſia tangeret ora.
Heſperius miles. ripaſque ęſtate tumentes.

Quid igitur de horum carminum religione ſentiatur in ſenatu, Cicero declarat hac epiſtola,

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLAE FAMILIARES,

Cum Hubertini Crescentinatis, Martini Philetici, Jodoci Badij Ascensij, Joann. Baptistæ Egnatij, ac Pauli Manutij auctis nuper commentarijs.

Cum annotationibus etiam doctissimorum virorum, de quibus in fronte mentio facta est.

LIBER PRIMVS.

ARGVMENTVM.

PTolemaus Auletes Rex Aegypti flagitiosus cum ob tyrannidem ab Alexandrinis esset exactus, confugit ad Romanos quos ante multa largitione amicos, pro regno firmando sibi deuinxerat. Eum Pompeius exceptum hospitio Senatui cõmendauit. Cumq. it se restitui in regnum curaret, idq. max. Lentu. qui in Cilicia proconsulatum gerebat facere cuperet, negocium suũ, cum abesset, Ciceroni mandauerat, cui paulo ante ab exilio reuocando plurimum operæ, & studij præstiterat. Dabat igitur operã Cicero, vt per Lentulum, reduceretur, sicut Lentulus etiam ante se suum discessum in senatu egerat. Verum rex, ut erat ambitiosus, per Põpeium quàm Lentulum reduci malebat, idq. corruptis nonnullis Senatoribus, assequi cõtendat. Erant tamen qui aduersarẽtur, tanta erat in Senatu sententiarum uarietas. Quamobrẽ cũ hæc ita agerentur, admonet Cicero Lentulum de rebus omnibus, & præcipue de sua erga Lentulum uoluntate, & animo, & quam sint uaria de hoc negocio Alexandrino senatorum sententiæ latenter innuens, non posse fieri ut ob tineatur, cum ostendit rem corruptam esse, & non esse in his fidem, in quibus summa debebat esse. Huic autem reductioni regiæ difficultatem af ferebant Sibyllina quoque carmina quibus monebatur P. R. Regem Aegypti, si quando auxilio indigens ueniret ad Rom. exercitu nullo pacto esse iuuandum. Quam diuersa autem de hisce carminibus in Senatu sententia fuerit, aperit quoque hæc epistola.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Nunciat Lentulo, quid in causa illius in Senatu actum sit.

M. CICERO P. LENTVLO PROCONSVLI S. I

EGO omni officio, ac potius pietate erga te, ceteris satisfacio omnibus, mihi ipse nunquam satisfacio. tanta enim magnitudo est tuorum erga me meritorum; ut, quoniam tu, nisi perfecta re, de me non conquieuisti; ego, quia non idem in tua causa efficio, uitam mihi esse acerbam putem. In causa hæc sunt. Hammonius regis legatus aperte pecunia nos oppugnat. Res agitur per eosdem creditores, per quos, cum tu aderas, agebatur. Regis causa, si qui sunt, qui uelint, qui pauci sunt, omnes rem ad Pompeium deferri uolunt. Senatus religionis calumniam, non religione, sed maleuolentia, & illius regiæ largitionis inuidia comprobat. Pompeium, & hortari, & orare, & iam liberius accusare, & monere, ut magnam infamiam fugiat, non desistimus. sed plane nec precibus nostris, nec admonitionibus reliquit locum: nam cum in sermone quotidiano, tum in senatu palam sic egit causam tuam, ut neque eloquentia maiore quisquam, neque grauitate, nec studio, nec contentione agere potuerit, cum summa testificatione tuorum in se officiorum, & amoris erga te sui. Marcellinum tibi esse iratum scis. is, hac regia causa excepta, ceteris in rebus se acerrimum tui defensorem fore ostendit. quod dat, accipimus, quod instituit referre de religione, & sæpe iam retulit, ab eo deduci non potest. res ante idus acta sic est: nam hæc idibus mane scripsi. Hortensij, & mea, & Luculli sontentia cedit religioni de exercitu: (teneri enim res aliter non potest) sed ex illo S. C. quod te referente factum est, tibi decernit, ut regem reducas: quod commodo reip. facere possis: ut exercitum religio tollat, te auctorem senatus retineat. Crassus treis legatos decernit, nec excludit Pompeium: censet enim etiam ex ijs, qui cum imperio sunt. Bibulus treis legatos ex ijs, qui priuati sunt. huic assentiuntur reliqui consulares, præter Seruilium, qui omnino reduci negat oportere; & Volcatium, qui Lupo referente, Pompeium decernit; & Afranium, qui assentitur Volcatio: quæ res auget suspicionem Pompeij uoluntatis: nam aduertebatur Pompeij familiareis assentire Volcatio. Laboratur uehementer. inclinata res est. Libonis, & Hypsei non obscura concursatio, & contentio. omniumque Pompeij familiarium studium, in eam opinionem rem adduxerunt, ut Pompeius cupere uideatur. cui qui uolunt, ijdem tibi, quod eum ornæsti, non sunt amici. Nos in causa auctoritatem eo minorem habemus, quod tibi debemus. gratiam autem nostram extinguit hominnm suspicio, quod Pompeio se gratificari putant. Vt in rebus multo ante, quam profectus es, ab ipso rege, & ab intimis, ac domesticis Pompeij clam exulceratis, deinde palam à consularibus exagitatis, & in summam inuidiam adductis, ita uersamur. nostram fidem omnes, amorem tui absentis præsentisque cognoscent. si esset in ijs fides, in quibus summa esse debebat; non laboraremus.

EGO omni officio,) Sensus est. Ego omne officiũ meũ, aut multo magis pietatem in hac tua causa reductionis regiæ tibi ita præsto, vt nemo existimet, quidquã a me prætermitti, aut diligẽtius effici posse, aut debere. Mihi autem non ita videtur, qui quãtum pro te facio, minus officio meo puto. Officium ab efficiendo dicitur, eo, ꝙ quæritur quid efficere unumquemque conueniat pro conditione personæ, ut Dona. inquit: Pertinet autem, teste Ascanio Pediano, ad uirtutem, ut hominis est officium pietatem colere, licet interdum dicamus, Lenonis est officium insidiari pudicitię: & accusatoris officium est inferre crimina, sed frequentius ad uirtutem refertur, [Pietate]. i. intimo, & quasi sacro affectu Pietas. n. [ut Cic. de Nat. Deo. HVB. Officiũ Pietas

inquit]est iustitia erga Deos:vnde Non.Marc. Pietatem hāc do-
cti ueteres esse uoluerunt. quasi penitus,& in penetralibus recō-
datur,usurpatum est,ut non solum in Deos,sed in parentes,& in
eos,quos ueneramur,dicamur pij,non autem erga inferiores,ut
quidam male utuntur,nisi in eos,qui de eodem sunt sanguine,ut
mater pia in filium,& pietas,paterna dicitur,,& filij in patrē, ut
Virg.Sum pius Æneas,& quia Deos,& etiā patrem ab igne libe-
rasset.(Ceteris omnibus] Qui putant nihil posse à me pro te ma
ius fieri.[Mihi]Quia tantum me tibi debere puto , vt nullo offi-
cio,aut pietate implere possim.[Tanta enim est magni tudo]Ra-
tio est superioris propositionis,& est sensus , tua erga me merita
ita magna sunt,quoniam tu nunquam conquieuisti propter me,
nisi impetrata restitutione mea, vt ego putē uitā mihi esse acer-
bam,& insuauem,quia non possum in causa tua id efficere,quod
Merita cupis,sicut tu fecisti in mea,quod cupiebā. Merita dñr facta , &
qm̄ sunt tam mala,q̃ bona pro loco,intelligendum est meritum
plus,quàm officium,quod ipsius Ciceronis exēpla in his episto
lis declarāt.[Acerbam]Insuauem,& plenam solicitudine,& hor
ridam.[Putem]Existimem.i.vt uita uideatur mihi iniucunda,q̄a
non officio, &c. Ordo autem est. Tanta est magnitudo tuorum
meritorum,ut putem uitam mihi esse acerbam, quia non efficio
idem in cā tua.s.quod tu in mea effecisti,quoniam tu non cōqui-
euisti de me,nisi re perfecta. i. impetrato reditu meo in patriam.
De me. [De me]idest propter me.Nam,de inter alia significata, propter
significat, vt Teren.in Eun.Quantum me amas de fidicina hac?
[In causa hæc sunt] Facit attentum Lentulum , cum summā rei
se expositurum ostendit.[Oppugnat.]Translatum est ex re mili-
tari,vt enim dicimus oppugno vrbem tormentis , ita dixit Cice.
Hammonius oppugnat nos pecunia.i. tentat sententiam nostrā
Oppu-gno fauore pecuniæ opprimere,atque euertere . Oppugnare autē est
contra pugnare ostendendi causa . Repugnare resistere , & quasi
Repu-gno contra pugnam agere causa defensionis.Propugnare defendere,
vnde & propugnacula,quæ ad defensionem fiunt, & propugna-
Propu-gno cula bello tuta parant. Expugnare uero est ui , & propugnando
vincere.Hammonius nomen proprium legati,qui nomine regis
Credi-tor. senatores pecunia corrumpebat,ut contra fautores Lentuli senti
rent,& dicerentur, deferrentq. hanc reductionem Pompeij po-
tius,q̃ Lent.[Creditores]Quibus pecunia promissa est, vt regi fa
ueant.Nam (vt.C.iurisconsultus ait.ff.si cert.per.) creditores non
tantum accipiuntur,qui pecuniam crediderunt,sed omnes, qui-
bus ex qualibet causa debetur,sicut ex empto,uel locato , uel ex
filio ullo contractu debetur,ergo,inquit Cic.tractatur hæc cau-
sa per eosdem fautores regis,quibus promissa sunt præmia , per
quos tractabatur,cum tu aderas.Nam ut in fine epistolæ ostendi
tur,ante discessum Lentuli ab vrbe iam res corrumpi cęperat, &
hic est uerus sensus,neque competitores est legēdum. Possumus
tamen etiā intelligere creditores,qui pecuniam mutuatam fidei
regis credidissent.[Si qui sunt,qui uelint].s.reductionem. [Cau-
sa regis].i.propter ipsum regem.[Qui pauci sunt;] Nam volebāt
quidem plerique regem restitui,sed alij mouebantur officio po-
puli,& hi Lent.fauebant,alij mouebātur causa ipsius regis,ideo-
que ut maiore honore reduceretur , deferebant hanc reductionē
Pōpeio,utpote,qui esset multo honoratior Lentulo.[Senatus]sē
sus est,Senatus comprobat calumniam religionis nō propter ip
sam religionē,sed propter odium,quod rex in sua largitione si-
bi conflauit.Neque.n.omnes senatores erant corrupti. [Calum-
Calum-nia niam,]Quidam exponunt falsam interpretationem , quod mihi
non placet,sed potius cauillationem.i.frustratoriam contentio-
Cauilla-tio nem.Nam senatores non uno modo Sibyllina carmina interpre
tabantur.Probant igitur,ne cum exercitu reduceretur , non tam,
ut tuerentur Sibyllæ sententiam,q̄ ne deferretur Pompeio, qui
tunc plurimum in ciuitate poterat,& P. R. exercitus Imperator
Largi-tas erat.[Illius]Hoc nomen in contemptum dictum est. [Largitio-
nis] i.pecuniariæ corruptionis,nam largitas dicitur rationabilis
Largi-tio & diffinitus liberalitatis effectus, largitio uero vitium , cum ob
iniustam causam alicui largitur.[Inuidia]Odio,alias uero dr̄ do
Inuidia lor alienæ felicitatis.[Comprobat]Suis sententijs affirmat.[Pom
Libe-rius. peium,& hortari,]Vt amicū.[Orate,]Vt superiorem. [Liberius]
Mos Cice.est ponere plerunq.cōparatiuū pro positiuo . Liberius
quoque pro ualde libere.i.nulla habita ratione,& respectu. [Mo
nere.]Vt familiarem.hæc autē omnia plerunq; facimus pro ami
cis,q̄ pro nobis ipsis nō faceremus,vt Ci.inquit in Lęlio de ami
citia.Ostendit igitur se nullā partem , & officium suū erga Len.
prætermisisse.Nec reliquit locū precibus,nec admonitionib.].i.
non passus est se aut orari, aut admoneri . Relinquere enim lo-
Relin-quere locum cū precibus est pati,vt p̄ces ad se deferantur.[Sic egi:] Sic dixit.
[Studio,]Voluntate,& animi effectu [Contentione] Ad uerba re
fertur,nam contentio est,ut inquit Cice.oratio uehemens,& ad

persuadendū accommodata,ergo contentione,vi sermonis.[Tū p̃cibus
in senatu.].i.publice. [Tū in senatu quisquam].i.priuatim apud Conten-
amicos.[Eloquētia]Dicēdi ornatu,& ad uerba retulit.[Grauita- tio
te,]Ad sententias[Studio,]Affectu animi, & uehementi uolunta
te.[Cum testificatione]Approbatione.[Hac causa excepta,] De
reducendo rege.[Acerrimum]Vehementissimum.[Fore]Futurū
[Quod dat,accipimus.]Male sentiunt,qui sic interpretantur, q̄d
dicit intelligimus,nam potius prouerbialiter dictum est.[Quod
dat].i.quod pro te facit.[Accipimus. Non spernimus,gratum ha
bemus.[Quod instituit]Quod proposuit,decreuit, Referre]Hoc
in loco publice proponere,& in senatu dicere.[De religione]De Refer-
Sibyllino carmine,quod omnino seruari uolebat[Deduci]Amo- ro.
ueri,& ordo est,nō potest deduci ab eo,q̄d instituit referre. [Hor
tensij,& Luculli sententia]Hos tres dicit idem sentire.s. q̄ parea
tur religioni.]Nam cedit religioni].i. paret religioni , approbat
religionem.[De exercitu].s.non ducendo in Ægyptum.]Teneri]
Obtineri.s.pro te. [Res]Causa,reductio regis.[Aliter] Nisi cedē-
do religioni.[Sed ex illo S.C.quod te referente]Sensus est, per il
lud S.C.quod est factum ante discessum tuum , cum tu de redu-
ctione regia in senatu retulisti,decernitur,& statuitur,vt tu regē
deducas,quia cum sis uicinus Ægypto, commode potes id face
re , vt tu auctor sis reducendi regis , & tamen seruetur sententia
Sibyllæ,ne cum exercitu reducatur . [Quod cōmode facere pos-
sis].s.propter uicinitatem,quia es in Cilicia , quæ est propinqua
Ægypto.[Religio tollat exercitum]. i. vt à reductione remouea-
tur exercitus,sicut religio.i.Sibyllinum carmen præcipit . [Cras-
sus treis legatos] Pergit ostēdere uarias fuisse in senatu de hac re
sententias, & primo Crassi , deinde Bibuli , postea ceterorum.
[Qui cum imperio] Sunt qui imperium habent , qui præsunt
exercitui Romano. [Priuati] idest sine magistratu , qui non sunt
cum imperio. [Assentiuntur]Adhærent,acquiescunt.[Qui omni
no] idest,nec cum exercitu, nec sine exercitu. [Lupo referente,]
Ex relatione enim Lupi qui erat pro Pomp. etiam Volcatius
Pomp.decernebat reductionē . [Qui assentitur Volcatio]Decer
nenti Pomp.[Auget suspicionem uolūtatis Pompeij]idest,facit,
ut omnes magis suspicentur Pomp. uelle reducere,cum L.Afra-
nius,& Volcatius simul decernant Pomp.Nam aduertebatur am
plificatio suspicionis.quòd familiares Pōp.assentiant Volcatio,
qui Pomp.decernit. [Aduertebatur] Cognoscebatur, impersona-
liter dictum.[Laboratur ve] Prouerbialiter dixit . multum inest
negocij. [Inclinata res est.] Translatio sumpta à domo ruinam
minante,ut Virg. in 10. In te omnis domus inclinata recumbit.
[Ergo inclinata res est].i.iam incipit tua defensio regiæ causę de-
ficere.[Libonis,& Hypsæi]Qui pro Pomp.cōtenderāt.]Concur
satio,]Quia non solum cōueniebant,sed ēt hunc,& illum ambi-
bant,& huc & illuc concursabant.[Cui]Pomp.[Qui nolunt].s.de
cerni reductionem regis. [Quòd eum ornasti,] Oratione tua , nā
Lent. ante discessum suum habuerat orationem honorificam pro
Pomp.[Quòd tibi debemus. [Nam existimant me potius tibi fa-
uere,quia sum tibi obligatus , quàm q̄ existimem id fore hone-
Suspi-cio stum,aut utile pro P.R.[Gratiam] Quæ mihi apud ciues erat p̄-
pter beneficia in rempu.collata . [Extinguit] Translatus ab igni,
idest omnino oppressit.[Suspicio,]Opinio:nā suspicio est, & bo-
na,& mala,ut inferius ad Curionem:q̄ ualde suspicor fore,ut in
fringatur hominum improbitas.i.opinor. [Gratificari.] Rem gra
tam facere, si ei faueant. [Vt in rebus] Sensus est, ut ante discesſū
Exulce-ro tuum uersabamur in rebus causæ regiæ corruptis , & ita agitatis,
Vlcus ut magnum odium parauerit regi,& suis , ita etiam nunc uersa-
Vlcero mur.[Exulceratis]Corruptis:translatio a corporibus,ulcus autē
dicitur à græco ἕλκω,& est corporis laceratio,unde ulcerare, frā
gere,unde Hora.in Serm.Mantica, cui lumbos onere ulcerat , at-
que eques harmos. [In summam inuidiam] In summum odium,
quia superius dixit illius regiæ largitionis inuidia &c. [Exagi-
tatis] Varie commotis . [Ita uersamur .] Ita agitamur . [No-
stram fidem] Erga te. [Præsentis , & absentis] id est, omnes
cognoscent me , & in absentem , & in præsentem fidelem fuis-
se , & amicum . [Non laboraremus.] Non uexatemur laboribus
in obtinenda hac causa.

PHIL. *Ego omni officio,)* Inquit, ò Lent. in te colendo atque ob-
seruando ceteris omnibus satisfacere uideor, mihi uero nullo
modo. Nam pro tuorum erga me, uel magnitudine, uel di-
gnitate meritorum nihil efficio. Nunquam enim propter me
conquiesti : donec perfecisti rem meam,ego uero quia non idem
in tua causa efficere possum ; uitam esse mihi grauem, & acerbā
existimem.Sed in his quæramus uerborum iuncturam . Ego hu-
iusmodi uocalium cōcursum in aliis accusarem; sed Cic. conce-
demus,qui cū Demosthene,ut ait Fabius,modice respexerunt ad
hanc partem.Nam & coeuntes literæ , quæ συναλοιφοὶ dicuntur,

etiam

etiam leniorem faciunt orationem: quasi omnia verba suo fine claudantur,& habet ut ait Cic.ille tanquam hiatus, & concursus vocalium molle quiddam, & quod indicet non ingratam negligentiam de te hominis magis,quã de verbis laborantis. Verum in hoc quid medium tenendum est, nam vt negligentis est pars hoc pati:ita humilitatis utique perhorrescere. Qui.n. Theopompũ,& Isocr.secuti sunt ab huiusmodi uocaliũ concursu nimium abhorruerunt. Qui, vt idẽ inquit Fabius: cum accidit, hiat, & intersistit.& quasi laborat oratio. pessime longæ, quæ easdem inter se literas committunt, sonabunt, præcipuus tamen erit hiatus earum, quæ cauo, aut maxime patulo ore efferuntur. Verum sunt illiusmodi collisiones vocalium fugiendæ, quæ reddũt deformẽ hiatum,& inconcinnã orationem, de quibus Cic.sic ait. Compositio est uerborum constructio æqualiter perpolita, ea conseruabitur, si fugiemus crebras uocaliũ concursiones, quæ uastam, atque hiantem orationem reddunt. Quod ut Græci fugiant, uocales abijciunt:& earum loco signum opponunt, quod ab eis ἀπόστροφος, à nostris conuersio dicitur. Ego, ἐμφατικῶς dixi. Pronomina enim maioris sunt ponderis, quã uoce ostendant, nam quod non aperte dicunt: intelligi uolũt: ut illud Maro. Me ne incepto desistere uictam? sub illo pronomine, me: intellexit reginã, deorum sororem,& coniugem Iouis. Sic nunc Cic. cum dixit ego, intellexit se illum talem, qui cum Lẽt. familiarissime uixit, & qui tot beneficia ab eo acceperat. [Officio] Omni debita actione, quę proficiscitur à uirtute pro rerum atque personarum dignitate, proque loco atque tempore seruato. Est enim officium, ut inquit Marius vniuscuiusque personæ actus construens secundum mores ciuitatis. Dicitur & officium aliquando uitiosorum, sed per peram, nec satis recte diffiniri potest sine admistione finis. Spectat.n. ad finẽ officij,& ita differt à fine, ut officio quid agẽdum sit, in fine quid complectendum considerare debemus. Dictum quidem non ab officiendo: hoc est nocendo à cõtrario sensu, ut multi uoluerũt: sed ab efficiendo: quoniam id tale: est, quod effici debeat,& si non fit, in culpa est, & illam virtutis actionẽ præ se fert, quã græci πρᾶξιν dicunt [Ac potius pietate] ἐπανόρθωσις correctio, quia tollitur quod primo dictũ est, & pro eo reponit, quod magis idoneum uidetur. hoc autem animus auditoris maxime commouetur. Est uero pietas obseruantia quædam, & reuerentia in parentes, in omnes maiores nostros, in Deos immortales, quam græci εὐσέβειαν, hoc est religionem, & quasi iustitiam quandam in Deos appellant. Hinc Æneas se pium facit, vt sum pius Æneas, pp Deos raptos ab hostibus,& vectos in Latiũ,& patrem Anchisen, quem humeris sustulit, ut Ceruici imponere nostræ. Nec me labor iste grauabit. Cic. pietas est, inquit, iustitia erga Deos,& alibi pietatẽ dicit, quæ erga patriam, aut parẽtes, aut alios sanguine coniunctos officium conseruare moneat. Quid? ꝙ à Deis in homines. Vir. retulit, ut Dij, si qua est Cœlo pietas, q̃ talia curet. [Ceteris satisfacio omnibus;] Qm̃ oẽs existimant me non posse plus pro te facere, quam facio. Et in his animaduertendũ est, inter duos casus similes concinne ponimus aliquid tertiũ dissimile, siue præpositionẽ, ut omnibus in terris, siue uerbum, ut aliquid tale. Ceteris satisfacio omnibus. Est enim honestius sic ista cõiũgere, q̃ si dicas in omnibus terris, aut Ceteris oĩbus satisfacio. Verum consulendæ sunt aures. Interdum.n. non admittunt similes inter se casus aliquid Tenendum est igitur, vt uerba adaugescant. Sic in hoc uerbo, satisfacio, dicendum est, ꝙ & cõiunctim,& diuisim eo uti possumus, vt facio satis, & satisfacio, & tertium inter ipsas duas dictiones adiungi potest, vt Cicero ad Marcellum, satis nostræ cõiunctioni, amoriq. f. cturum, hoc est satisfacturum. [Ceteris] Sic inflecte, vt pulcher, & ab eo dicitur, quod apud Græcos λοιπὸς nominatur. [Ipse.] Cum eodem pondere, ut ego,& est usurpatũ tã in prosa oratione, q̃ in uersu. Ars.n. exigit, vt ipsus nõ, ipse, dicamus, vt Teren. Ipsus mihi Dauus dixit. Nunquam plus habet negationis, quam non. [Tanta.n. est] post propositionem, quamprimam rationẽ adiungit, nam quinque partes habere debet argumentatio, propositionem, rationẽ, rationis confirmationem, exornationem, & conclusionem, siue complexionem. Nulla est.n. tam longa materia, quæ non his facile complecti possit. Enim, idem est, quod apud græcos γάρ, tõnẽ caussamq. superioris sensus ostendit, & eleganter secũdũ locum det, vt hic. Tanta.n. Aut tertiũ, ut fatendũ est enim. Primum uero, aut quartum locum nunquam tenet, nec in propositione locari potest. Quod autem in ea legamus epistola. Cur. n. tibi hoc non gratificer nescio, ni, te fugiat illud non esse principium epistolę, sed sic positũ enim, ut quasi rõnẽ adiungeret, ꝙ in titulo P. Valerium iureconsultũ esse dixerat. Magnitudo meritorum. Fuerat enim Tull in exiliũ eiectus a C o.& in Macedonia exulauit, & sextodecimo, post fugam, mense F. Annij Milonis, & Lẽ. opera ab exilio reuocatus, maxima cum gloria, & gratulatione ciuiũ in urbem reuersus est, de quo nunc meminit,& addit, Tu nisi perfecta re de me non conquieuisti. Meritum enim proprie,& beneficium amicorum sunt,& gratuitu conferuntur. Meritum etiam aliquando refertur ad malum, obsequium adulatorum est, ut illud in Scena dictũ. Obsequium amicos, ueritas odium parit. Id etiam ad amicos relatũ inuenimus, unde Quintil. simul ut pleniori obsequio demererer amãtissimos mei. Seruitium uero seruitus est. Vir. Seruitio enixe tulimus, unde seruitia pro seruis sæpe legimus. Pro meritis etiam beneficijs dicuntur officia, unde Quint. Duxit me similis ætas, euicerunt officia, cępit fides amantem, odisse non potui. [De me] Propter me, vt Terent. Quantum me amas de fidicina hac. Idem, simile,& non uoce, nec scriptura neutrum a masculino disiungitur, sed quantitate. Constat enim prima breui, quando neutrum est. Horat. in poetica, multum qui seruat idem facit occidenti, quando masculinum, longa, ut Iuppiter omnibus idẽ. Efficio differt à facio, nam facere est in opere esse, efficere uero perfectam operam dare. [Vitam] Hæc à uiuendo appellata, unde dicitur euitari, quasi ẽ uita discedere.& id uetus uerbũ Cic. ex antiquissimo poeta in Tusculanis sic habet, Primo uitã euitari, sic compositũ, vt exanimari [Acerbam, insuauẽ. Et amaram. Translatio est, quæ debet esse modesta, pudens,& cũ ratione in rem consimilem transeat, ut nunc pomis acerbis ad uitam. [Putem] Frequentius in fine clausulæ locandum esse verbum, vel in hac epistola quis facile intueri potest. Omnes enim (ut uidemus) huius epistolæ partes quodammodo verbis clauduntur. Quod imitari debemus, quantum ad aures pertinebit, quæ in his consulendæ sunt. Et Quint. inquit, Verbo sensum claudere multo si compositio patiatur, optimum est. Putare enim existimare est, vt, Putares non unquam accidere posse, & conferre rationem. Plaut. Putatur ratio cum argentario. in purgandis etiam arboribus putare dicimus, unde nascitur disputare, quod est eiectis,& purgatis erroribus, quæ cum ratione dicta sunt colligere. [In causa hæc sunt] Docilem facit. Sed quid causa sit. quid ue inter causam,& quæstionem intersit, non ignorare pulchrum est. Omnis materia, quam oratores agendam accipiunt, aut peculiaris est, aut generalis. Siquidem peculiaris fuerit, eam græci ὑπόθεσιν nominabunt, Latini causam dicent, quæ sic diffinitur: Causa est res, quę habet controuersiam in dicendo positam, cum certarum personarum interpositione, ut si dicas. Ptolemæus est in regnum à Lentulo reducendus. Sin uero generalis extiterit, à Græcis dicetur θέσις, à nostris uero appellatur, quæstio: quã sic diffiniunt: Quæstio est res, quæ habet controuersiam in dicẽdo positam sine certarum personarum interpositione, ut si dicas regi expulso restituendum imperium. aliter, causa est impetus animi ad peragendum,& differt à ratione. Ratio est, ut inquit Marius, Ordo gerendarum rerum ex causa uenientium, ut quid quo loco facias, aut dicas, non ignores. Sanẽ ueteres causam per geminum. ss. scribere cõsueuerunt,& in sepulchro Bibuli caussa legitur. Et alibi: Rei gerendæ caussa. Quintil. de hac meminit, & tunc geminatur, quando scilicet inter duas uocales longas media ponitur, aut post uocalem longam, ut caussa cassus, diuissiones. dissignatores. [Hammonius] Præparato per exordium auditoris animo ad audiendum narrare incipimus ex ordine. quę gesta sunt. Sicut Cic. in Rhetoricis nos facere docuit. Est hæc διήγησις, quam Latini narrationem dicunt. Huius virtus est, ut breuis, dilucida,& uerisimilis sit. Narrat igitur qui in senatu de reducendo in Ægyptum Ptolemęo acta sunt postquam Lent. ad audiendum parauit. De proprijs personarum apud Græcos nominibus sic habeto. Pauca, aut nulla esse omnino sine alterius rei significatione, ut Hippolytus ideo appellatus, ꝙ fuisset ab equis dissolutus, ἵππος, equum, λύω, soluo significat, aliud certe fuerat illi nomen prius, quod est ab hoc obscuratum. Sic Hector dictus, ꝙ solus haberet sub sua defensione patriam, quam si defensor,& tutator patrię. Quod sentit Plau. in eo libro, qui κρατυος ἢ περὶ ὀρθότητος ὀνομάτων inscribitur. Ait enim Hectorem ideo appellatum, quod urbem contra hostium impetum tenuerit, patriamque defenderit, ἔχω, vnde deducitur, habeo, & teneo significat. Tenere vero proprie est gubernare, tueri, atque defendere. Vnde Virgil. Omni ditione tenerent.

Et: *In summa custos Tarpeia Manlius arce*
Stabat pro templo, & capitolia alta tenebat.

Sed Hom. huius nominis significationem dilucidius explicauit vt Solus.n. hic seruabat urbem,& mœnia longi ambitus. Item Solo stabat Hectore Troia, possem de ijs innumerabilia dicere, sed ad Hammonium redeamus. Hoc nomen ab arena dicimus appellatum, quam græci ἄμμον dicunt, unde,& Iuppiter Ammon ꝙ in Arena Libyca coleretur, nominatus est. [Legatus] Hunc Oppici,

Margin notes (left column): Cõpositio. — Officiũ — Officij finis — Correctio — Pietas — Aeneas cur pius — Pietas — Interpositio — Aures cõsulendæ — Facio satis — Satisfacio

Margin notes (right column): Meritũ — Obsequium — Beneficium — Seruitium — De me. — Idem — Officio — Facio — Vitari — Euitari — Ex animo — Puto — Disputo — Causa — Quæst. — Ratio — Caussa — Hippolytus — Hector — Tenere — Habeo — Hãmonius — Legatus

Oppici, & barbari ambasciatorem dicere consueuerunt, nos latine legatum, & oratorem nuncupamus. Sed legatorum duo sunt

Duo genera legatorũ.

genera. Vnum eorum, quia S.P.Q.R Imperatoribus dabantur, ut non opi solum, & adiumento, sed imperatoriam maiestatem in exercitu absente imperatore retinerent, & custodiæ, atque rerũ gestarum cognitionem legatis imperatores committere solebãt propria tamen iurisdictione uti non poterant: sed duntaxat, quæ ab imperatoribus mandabantur. Et si contigisset, quod imperatores in prouincia moreretur mandata tamen sibi negocia legati exigere debebant Alterum eorum, de quibus Var. sic ait: Legati, qui lecti publice, quorum opera, consilioq; uteretur peregre magistratus, quiue nuncij senatus, aut populi essent. Hos etiam oratores dicimus ab orando i. agendo, quoniã reip. & aliorũ mã

Orator

data peragerent. vnde Virg. Centum oratores augusta ad mœnia regis Ire iubet. Quos græci πρέσβυς dicunt [Aperte nos oppugnat.] Quoniam effusa pecuniarum largitione multi ab eo Senatores corrumpebantur. pecunia non hic tantummodo pro num-

Pecunia. Peculiũ

mis accipimus, sed maiores nostri omnem diuitiarum modum sub hoc nomine colligebant Dictam pecuniam a peculio, & id à pecoribus appellatam voluerunt, quibus constabat antiquorũ uniuersa substantia [Aperte] Huiusmodi aduerbia à datiuo formantur, o, in, e, econuerso, ut docto, docte: optimo, optime. Inde illud, e, in hisce aduerbijs, præter, bene, & male: semper longum.

Pugno Expugno.

[Oppugnat:] Insectatur: hæc uerba ita differunt, ut pugnare non ad loca, sed ad personas referamus, non enim latine dicimus: pugnaui castella, pugnaui muros, sed pugnaui tecũ, cum hostibus, cum feris. Expugnare uero, ad personas, & ad loca: licet ad personas non ita sit in vsu: ut, Expugnaui vrbes, expugnaui naues: vnde Liu. Vna duas naues expugnauit. Et Iustinus: Occupata arce

Oppugno. Repugno.

Tarentinorum, expugnatis ueteribus incolis. Oppugnare autem ad personas, & loca, ut oppugnaui vrbẽ. i. cõtra urbẽ uim intuli, & hic. Pecunia nos oppugnat, hoc est insectatur largitione pecuniæ nos opprimere. Repugnare uero est pugnando resistere, & quasi pugnando se opponere, ne offendatur. Propugnare est procul se defendere, vnde propugnacula nũcupantur, quæ ad defen-

Propugnacula. Creditor.

sionem sunt facta. Virg. Propugnacula bello Tuta parat. [Res agitur per eosdem creditores,] Hoc est, expositio ista pecuniarũ per eos fit, qui regi pecuniam mutuant: Quod & Cic. in epist. ad Q. fr. his uerbis ostendit: In ea re Pomp. quid velit, non despicio familiares eius, quid cupiant, omnes vident. Creditores uero regi aperte pecunias suppeditant contra Lent. Qui ergo competitores hic legendum putant, ex hoc se errare cognoscant: sed sunt creditores non modo qui pecuniam alicui credunt, & mutuant, sed quibus ob aliquam rem quispiam debet, vt uendidisti mihi pateram sestertio, non dedi sestertium, effectus es ergo meus creditor, qui debeo tibi sestertium pro patera, & est hic confutatio. Lent. enim dicere potuisset, qui sunt isti creditores,

Res

respondet hi sunt, qui erant, cum tu hic aderas Res enim maximum habet in lingua Latina principatum. Interdum pro eo, quod possidemus accipitur, ut Iuuen. res minor est hodie here,

Factũ.

quam fuit. Aliquando pro imperio, vt Virgil. Res Agamemnonias, victriciaque arma secutus, Nonnunquam pro utilitate. Terent. Si in re est vtrique. Sæpe pro negocio, & causa, & maxime capitur apud oratores, & inter factum, & rem hanc differentiam ponunt, vt res illa sit, quæ certam sui formam, & speciem circa cognitionem retinet, factum uero sit quiddam confusum,

Ago. Pędagogus. Actor. Actuosi Mimi.

& incertum. Sic etiam, ago, innumeras significationes amplectitur, vel in primis signat ducere, & græcum est, vnde pædagogus puerorum ductor. Interdum ante se pellere. Virg. Potum pastas age Tityre, Et recitare, Vt acta ludis Megalensibus unde actor recitatur, & ornator, & actuosi mimi nominantur, significat etiam loqui. vt Terent. in Adelph. Est ne is, de quo agebam? Et fugare ut Virgil. in Georg. Membris agit atra venenis, & rependere, vt cum dicimus, ago gratias. Sed agere animam, est mori, ut Cœlius ad Ciceron. Hortensius, cum has literas scripsi, animam agebat, id est moriebatur. Et Mart. Cum nihil est, Neuole, agas animam, & hoc loco agere est tractare, facere. [Regis causa,] Propter regis petitionem, [Si qui sunt,] Qui uelint, hoc est restitutione ista regis: si qui sunt, qui velint, vt reducatur, omnes isti hanc curam Pompo. deferendam volunt, tanquam homini in ciuitate primario, sed admodum pauci sunt, qui uelint huiusmodi reductionem. [Rem] Curam, & reductionem Regis. Ad Pompeium, qui inter ciues erat illustris, & maioris auctoritatis, & gratiæ, quam Lentu, & illum intelligit, qui cum Cæsare de imperio certauit, & tandem iussu Ptolemæi in Aegypto profugus, occisus est. [Senatus religionis calumniam comprobat.] Altera confutatio est. Lent. enim dicere potuisset: postquam omnes pro Pomp. sentiunt, ut dicis? Senatus autem cui assentitur? à quo uult, vt reducatur? Ait Cicer. quod nec tibi, nec Pomp. Senatus fauere uidetur, sed libros Sibyllinos prę ferendos, & quod ipsi præcipiunt, faciendum putant. Sed quare calumniam dixit religionis, quia re uera de reducendo rege nõ loquebantur scripta Sibyllæ. Sed ne Romanus exercitus in terram Aegyptum prodiret, & isti dolo interpretabantur mentem Sibyllæ: ne rex reduceretur, hoc autem faciebant propter corruptionem regię largitionis, quoniam maximam ex eo infamiam P.R. consequatur. Calumniam igitur non pro sua peculiari signi

Calumnia. Calumniari.

ficatione, sed pro falsa interpretatione summamus. Calumnia enim duo significat, calliditatem, ut Cic. sępe optimas causas ingenij calumnia ludificare solet, & mendacem quandam infamationem, unde calumniati, & falso crimine accusare, & cauillati, & calumnia pro cauillatione dicimus, in qua etiam significatione nunc accipiendam putarem. [Non religione,] Ne rex reduceretur, sed ne exercitus in Aegyptũ proficisceretur. poterat enim sine exercitu reduci, ut paulo post ait, exercitum religio tollat [Senatus.] Quem græci συγκλαν, vel συγκλὸν dicunt, nostri Senatum appellant. Qui autem in eo erant senatores dicebã tur, apud Lacedęmonios vero ait Cice. qui amplissimum magi-

Fratres Senatores.

stratum gerebant, vt erant sic etiam συκλητικοὶ appellabãtur. Hos primo Romulus centum creauit, quos à similitudine curæ, & ab Honore patres, ab annis senatores, vel ut ait Plin. à pietate patres appellauit. Additi sunt inde centum, & minorum gentiũ

Senatoria dignitas.

patres appellati. Tanta erat auctoritate senatoria dignitas, ut ne reges quidem, aut consules; aut alius magistratus in consulto senatu aliquid moliretur. Et Tullus Hostilius diruta Alba senatorum ordinem expleuit. Tunc Tull. Seruilios, Quintos, Goganos, Curiatios, Cocilios in senatores adscripsit. In senatu uero ante quintum, & uigesimum annum adscribebatur nemo: nisi

Tria genera senatorũ.

præcellenti aliqua uirtute fuisset ornatus. Senatorum uero tria genera patricij, pedarij, insiti. A patribus enim a Romulo constitutis; & patribus minorum gentium per censores, & alios admissis. Patricij nominabantur. Pedarij, qui scientiam in senatu dicere non peterant, sed in aliorum sententias pedibus ibant consentientes. Siue pedarij, ad illorum differentiam, qui sella curulli senatum uehebantur, & ipsi pedibus irent necesse esset. Insiti nero, quos alio uocabulo legitimos dicimus, erãt, qui decreto senatorum omnium senatui adscribebantur. Esse præterea, inquit Varro, equites quosdam, quibus dicendæ in senatu sententiæ potestas non esset, tametsi in senatum accedere possent, & in aliorum sententias ibant, & hi erant, qui nondum a censoribus inter senatores adscripti erant, licet functi pluribus ante magistratibus fuissent. [Religionis] Cultura deorum est, & me-

Religio

tus: hinc Virg. Religione patrum multos seruata per annos. Cõuexa enim sunt ista religio & metus: nam ex timore nata est religio, vt Statius ait: Primos in orbe deos fecit timor Hinc pro timore religio; ut Terent. mihi nihil esse religio est dicere. Atque inde appellatam Mansurius Sabinus scriptum reliquit,

Cerimonię Demophyle.

quòd propter sanctitatem aliqua remota: ac seposita à nobis sit: nomen à relinquendo dictum, tanquam cerimoniæ a carendo, siue ab oppido Cere: quod est in Tuscia, pro quo lege Val. libros uero Sibyllinos Demophyle Cumæa, siue, ut alij dicunt; Amalthea, Seruio Tullo regnante Tarquinio Prisco trecentis philippeis emendos portauit. qui cum ix. allati fuissent, sex incensi, tres empti fuerunt Apollinis templo dedicati, quibus primum dati custodes duumuiri ex gente patritia, inde accessu temporis, quintum demum ad xv creuit numerus. At Gell. ex antiquis annalibus refert anum incognitam Tarquinio Superbo ix. libros attulisse, & pro eis grande prætium postulasse; qua derisa, sex incẽsisse, tres eodem pretio regi uendidisse: quod pro omnibus à principio postularet, & ex eo nusquam amplius uisam, libros sacrario positos xv. uiros ad inspecien dum adire institutos, si quando dij immortales publice consulẽdi erant Sed Plin. inquit inter omnes conuenire. Sibyllam tres libros attullisse, ex quibus duos igni concrematos. decem ueros uirgines Sibyllarum nomina sortitæ sunt, quòd quasi deorum consilia extitissent. Cumæa, Libyca, Persica, Delphica, Phrygia, Samia, Erythrea, Tiburtina, Cumana, Hellespontica, omnes suis auctoribus celebratę, de quibus Varro, & Lact. meminerunt. [Illius] Ad contemptum. Regię largitionis inuidia Propter odium,

Largitio Largitus Inuidia

& infamam corruptionis, quę secuta est ex largitione Regis, Largitio n. est non ad liberalitatem, sed ad prodigalitatem referenda. Est enim uitiorũ, nõ uirtutũ, largitas vero uirtutum nõ vitiorũ. Inuidia aũt nõ hic dicta, ꝙ senatus inuideret, sed ꝙ odio haberet. Dupliciter n. inuidia sumitur. Aut pro dolore alienę felicitatis, vt Mart. Rumpitur inuidia, & in hac, vt inquit Socrat. inest hoc boni, ꝙ tormentum est habentibus. Aut pro odio, & maleuolentia,

lentia; ut hoc loco. Aut pro detractione, vt est apud Terent. Sine inuidia laudem inuenias: & amicos pares [Comprobat] Rationibus suis affirmat. [Et hortari,] Et orare, Et, aūt sic geminatū species est membri orationis, quæ moram affert, & quandam tarditatem in dicendo, & idem signat partim, & partim. Hortari aūt implētis est, & horto, & hortor antiqui dicebant, ut populo, & populor, mereo, & mereo. Hortamur amicos, monemus filios. Cic. ad Planeum, Sic moueo, ut filium: sic hortor, vt & propriū, & amicissimum. Et ideo hæc ait, ut Lent. demonstret nihil oīno prætermissum, quod ad eius honorem pertinere uideretur. Orare uero inferioris est, unde Terent. Simo, cum apud seruum hoc verbo uti uellet, inquit, si æquum est, oro te Daue, & differt ab exorare, adorare, & supplicare. Est. n. orare quasi ore precari. Exorare vero precibus impetrare, vnde Terēt. Oro, vixq. exoro. Adorare est venerari, & honorem exhibere, ut in statuis, & imaginibus Deorū facere consueuimus, quas nō oramus, sed adoramus. [Suppli.] Quod applicatione genuum deductum est significat in aduersis magis gratiam postulare, & id tm̄ hominis. Adorare autem est etiam brutorum. unde elephantes, ut inquit Plin. solē adorare dn̄r. [Liberius] Nulla habita rōne dignitatis Pomp. [Accusare,] Non ad pares, vel minores tm̄, sed ad omne genus hominum referri pōt. [Monere] .i. consulentis est, nec. [Infamiam.] Fuisset infamiæ, & dedecori Pomp. qui uir erat ad rem futuram patri in ciuitate primarius, ut hoc sibi negocium committendū curaret, uel præsertim, quod se non curaturum dixerat. [Sed plane] Nec precibus nostris, nec admonitionibus reliquit locū, non pertulit se amplius orari, sed dixit se uelle oīa facere, ad quæ ipsum hortatus sum, adeo, ꝙ pluribus precibus, aut admonitionibus non opus esse uideretur, & sic plane nullū orandi, aut admonendi locum ipse nobis reliquit. Nam relinquere locum precibus est, vel. e, ꝙ ad se preces iterum deferantur. [Plane] Et hmōi aduerbia graui tono pronuncianda sunt. In ultima enim βαρίαν accipiunt,] Nam cum in sermone quotidiano.] Ratio est, & ait, ꝙ sic Pōp. suscepit partes tuas, tam in senatu, q̄ ēt apud oēs homines, ut nemo maiore eloquentia, aut grauitate, aut cōtentione suscipere potuisset, testificando merita complura in se tua, & amorem singularem, quo se abs te cōplecti profitebatur. In hoc aūt, quod dicimus, sic uerba collige, Exigit elegātia sermonis, ut Nā semper primum locum in oīone sortiatur alias sedes hr̄e nō pōt, nisi in cōpositione, vt quidnā igitur cēses, & quonā pacto, & quianā, ut, Heu quianā tanti cinxerunt æthera nimbi. [Tū & tū .i. partim, & partim, & sic dicim⁹, qn̄ partes oīonis sunt æquales, qn̄ vero partes sunt dispares, & inæquales, tūc dicimus, cū & tum. sermo differt ab epistola. Is est, vt inqt Cic. inter p̄ntes oīo quotidianæ locutioni finitima, epistola uero, ut ante diximus, absentes alloquimur. [Palā] Ad oēs, corā ad certas p̄sonas referimus, accentumq. retinēt in fine acutū. [Egit causam.] Defendit, aut iudicauit. Egere causam, & dicere cām, defendere, & iudicare est. Cic. in Tusc. Nec qm̄ apud Græcos iudices res agere, poteris adhibere Demosthenem tibijpsi, pro te erit maxima corona causa dicenda. [Studio] Ad uolūtatē [Contentione] Ad uerba refertur. Est. n. contentio, ut ait Cic. oīo uehemens, & ad persuadendū accōmodata. [Cū ī se] In loco publico. [Tū ī sermone quot.] Inter domesticos, & familiares in loco priuato. Eloquentia facūdia, q̄ si uolumus diffinire, dicēdi exercitationē dicemus, & 4. rebus cōficitur, natura, vsu, exercitatione, arte. Necessario igit, ut ait Fab. dantur in eloquentia præcepta dicendi. [Quisq̄.] In utroque gn̄e masc. & fœm. quisque, & quisq̄ dicitur. [Nec grauitate,] Quo ad sn̄ias ἐπαναληψις est: q̄ latine repetitionē dicimus, hæc ad exornandam, & augendā oīonem adhibetur. multum habet uenustatis, plurimū grauitatis, & acrimoniæ, ut inquit Cic. [Testificatione] Cōmemoratione, & approbatione. [Officiorū,] Nūc beneficiorū, ut alibi. Odiosum sane gen⁹ hoīum est officia exprobrantiū q̄ meminisse debet is, in quē collata sunt, non cōmemorare q̄ cōtulit. [Marcellinū] M. Cl. Marc. unus erat ex 15. viris, in quorū custodia libri Sibyllini tenebant. [Acerrimum] Vehementissimum. [Tui defensorem] Passiue dicimus, ꝙ ab eo defenderis. Nam mei, tui, sui, nostri, & uestri semper passiue ponuntur. Virg Quique sui memores alios fecere merendo. Cic. qđ desiderium tui ferre non posset. Qđ aūt antiqui, mis, tis, sis, in eisdē genit. uis utebant, semp actiue ponebāt, ꝙ hæc Plautina uerba demōstrāt. Da diē hūc hospitē rebus mis agēdis. Loco quorum qn̄ actiue loquimur, meus, tuus, suus recte dicimus Sic nostrū, & uestrū in genitiuo plurali, q̄ à mis, & tis, nascūtur actiue tm̄ ponūtur. Sed istorū p̄nominū elegātia in ea epi. pluribus ostēdem⁹. In qua multi ita legūt: Eā aūt unius tui studio me asseq. posse cōfido: meo iudicio nō bn̄. [Fore] Cū futuri tp̄is sit, esse uero p̄ntis ut alibi Tull. Spero te amicū Lacedæmonijs, & esse, & fore, non

Horto · Hortor · Populo · Mereor · Mereor · Moneo · Oro · Exoro · Adoro · Supplico. · Accuso · Moneo · Relinquo Locum precib. · Plane · Nam · Tum, & tum · Cum · Tum · Sermo · Epistola. · Palam · Coram · Agere causam · Contētio · Eloquētia · Quis · Quisq. · Quis q̄ · Defensor · Mei, tui, sui, nr̄i, & uestri · Fore

exigit elegantia, ut fore cū futuro iūgamus. Non. n. lecturū fore dicimus, sed lecturū esse, sic ēt legendū esse non legendū fore, nisi legendū, & hmōi p̄ noīe sumamus sine tp̄e, ꝙ sit aliqd dignū lectione. Quid. n. aliud signaret lecturū fore, q̄ lecturū futurū esse, quo nihil absurbiur dici potest? tn̄ interdū auctores iungunt, & legendum fore, & hmōi diei posse demonstrāt: ego uero non ausim. [Qđ dat, accipimus [.i. quodcunq; p̄ te, aut facit, aut dicit assueuimus. sicut. n. ferme uulgo dici solet. Verū accipere diffusæ significationis est: non. n. modo capere sign̄at, vt, Accipe, & hæc manuū tibi q̄ monumenta mearū Sint, puer; uerū ēt intelligere; ut, Accipe nūc Danaū insidias. In cuius sign̄atione, qui nūc hoc loco accipiunt, nō bene sentire uīr. Refertur ēt ad oculos, ut te fortissime Teucrū Accipio, agnoscoq; libēs. & itē sētire, ut Ter. Aliter tuū amorē, atq; est accipis. Et tractare. Teren. Acceptus miseris modis. Est ēt adhibere cōuiuā in mēsa. Terē. accipit hoīem nemo melius, & Vir. Illos porticib⁹ rex accipiebat ī amplis. Nec velim exponas, ut Mart. Ter. Dona. accipere p̄ pascere, id brutis damus, nō hoībus. [Instituit] Proposuit, alias incæpit, un̄ institutū p̄positū, & inceptū aliqn̄ sign̄at. Alias īstituere est docere, un̄ institutiones, p̄ceptiones appellātur, quibus instituimur, & docemur [Referre de religione] Honestius auferēdi casus dat cum de p̄positione huic uerbo, q̄ accusandi, sed utrunq; ad cōsultationē ferre sign̄at. Sæpe iā retulit regē nō ad reducendū esse cū exercitu. In quo aīaduertēdū est, quid sit referre ī senatu, senatui, & ad senatū, & tibi, & ad te. Referre senatui, & in senatu est exponere & renunciare, ut Vir. Refers ergo hic, & nuncius ibis Pelidæ genitori. Liu. postq̄ legati cōsulibus, & ī senatu, q̄ gesta erāt, retulerunt. Referre uero ad senatū, & ad te, est in cōsultationē ad senatū, vel ad te reducere, ex quo nascit S.C. hinc Vir. Delectos populi ad p̄ceres, primūq; parentē mōstra Deū refero. Et ut hoc aptius intelligeret adiunxit: Quæ sit sn̄ia posco. Ad populū ēt referre ī eadē sn̄ia erat. Ex quo fiebat rogatio, cuius noīe oīa plebiscita, & priuilegia atq; leges cōfuso, & indistincto uocabulo dicebant, & aīaduertēdū hmōi sign̄ationē nō in oīone solū, sed aliqn̄ ēt in re uersari. Quint. ad patrē arma nō retuli .i. reportaui. Ci. Si ad unū oīa referēda sunt, dignissimū esse Pōp. pro cōferenda in unū oīa. [Deduci.] Amoueri, alias deducit quis in lætitiā, & qs ducit ad suppliciū. Naues de terra deducunt in mare, De mari subducunt ī terrā. Nā hæc idib. mane scripsi. Oīa. n. se scri. posse diligēter on̄dit, quæ usq; ad id. Martias acta erāt in senatu. Nec silētio p̄terierim cal. nonarum. iduūq; rōnē, cum in epistolis admodum necessaria esse uideat, nisi hāc à multis diligētissime explicatā cognosceremus, uel in primis de hac Macro. accuratissime disputauit. Nos igit duntaxat ipsarum noīa exponem⁹. Tres sunt solēnes dies quibuslibet mensibus attributi, cal. nonæ, idus, q̄ tm̄modo numero multitudinis declin̄ant. Principio cuiusque mensis cal. nomē impositum est, & id Iunoni sacrum. Oui. Vēdicat Ausonias Iunonis cura cal. & iō Ausonia, qm̄ Græci cal. non hn̄t. Hinc est illud facere dictū Aug. qđ ī Trāquillo scriptum īuenimus, cū aliquos debitores nō soluturos agnosceret, illos ad cal græcas soluturos aiebat, quasi nunq̄ soluturos. Sane cal. ἀπὸ τοῦ καλῶς, appellatas apud Macrob. legimus his uerbis: Itaq, sacrificio a rege, & minore pōtifice celebrato. Idē ponit calata .i. vocata in capitoliū plebe iuxta curiā calabrā, q̄ casæ Romuli p̄xima est, quot nu. dies à cal. ad non. superessent p̄nunciabat, uerbū autē καλέω Græcum est, & uocare sign̄at, & hunc diē qui ex ijs dieb. q̄ calarent, primus eēt, placuit cal. uocari. hinc, & ipsi curiæ ad q̄ vocabant, calabræ nomē datū est, & classi ꝙ oīs in eā populus uocaret. cal. uero p̄ c, latinū scribēdas puto, ī quo errare multos uidemus. Nā K, ut Fab. inqt, est latinis oīno sup̄flua, qm̄ īter c, & K, nulla ē differētia, hinc Niger uir doct⁹, ut īquit Var. neq; K, neq; q. ī cōm. suis unq̄ usus est. His succedūt nonæ, iō appellatæ, quasi nouæ initiū obseruationis, qm̄, vt inqt Mac. post nouā lunā oportebat nonarū die populares, q̄ ī agris essēt cōfluere in vrbē accepturos cās feriarū a rege sacrorum, sciturosq; qd esset eo mēse faciēdū, aut nonæ iō dictæ, ꝙ ab eo die semp ad idus 9. dies putantur. Sicut apud Hetruscos plures habebantur nonæ, ꝙ hi nono quoque die regem suum salutabant, & de proprijs negocijs cōsulebāt. Nullis aūt numinibus dicatæ sunt. Ouid. Nonarū tutela Deo caret. Qui sequuntur nonas idus nominātur Ioui sacræ, ut idibus alba Ioui grandior agna cadit. Multas huius noīs. Macr. rōnes adducit, sed illā omnibus veriorē existimat, ut idus uocemus diem numero multitudinis tm̄, qui diuidit mensem. Iduare. n. Hetrusca lingua diuidere est. un̄ uidua, quasi ualde idua .i. ualde diuisa noīata est. Placet adhuc alias uerbis Macr. rōnes apponere. Iduū, īquit, nomē à Tuscis, apud quos is dies itis uocatur, sūptū est. Itē aūt illi interpretant Iouis fiduciā, nā cū Ioue accipimus lucis auctor est. unde & Luca. Solij in carminibus ca-

Accipio · Instituo · Institutus · Institutio · Refero in senatui · Senatus cōsultū · Rogatio · Deduco Subduco · Ratio calendarum · Dictū facere · Curia calabra · Classis · Idus · Nona · Idus · Iduare · Vidua · Iduum · Idus · Salij

Despi-rer

nuit,& Cretenſes δια τῶν ἡμέρα uocant,ipſi quoq; Rom. dieſpitrem dn̄t,ut diei partem. Iure is dies Iouis fiducia uocatur, cuius lux non finitur cū ſolis occaſu, ſed ſplendore diei,ac noctis continuat illuſtrāte luna,qđ ſemp in plenilunio.i.in medio mēſe fieri ſolet. Alij putāt idus,ꝙ eo die plena luna uideatur,à uidēdo quaſi uidus appellatas,mox litera.n.detracta:ſicut contra,qđ græci εἴδειν nos,n,litera addita uidere dicimus.Nōnullis placet idus dictas a uocabulo græco εἴδους,ꝙ eo die plenā ſpeciē luna demōſtret. Sunt qui Idus ab Ioue idola dictas, quā hoc nomine vocāt Tuſci, & oībus idibus immolat̄ Ioui à flamine.

Mane
Mani
Veſpere
Veſperi
Here
Heri
Hortenſius

Mane & mani,ueſpere & ueſperi,here & heri dicebat antiq̄tas. dictū mane à mano,qđ ueteres bonū uolebāt,ꝙ ſit ſane melior pars diei, ſiue mane,ꝙ à manibus oriri uideatur,ſiue ab ortu manere.[Hortenſij,& mea,& Luculli ſententia]Qm̄ dicere potuiſſet Lent.audio,quid ſenatus,qd Marc.qd itē Pōp. in hac re faciat, ut dicat̄, tu aūt ò Cic.qd ſentis? qd itē alij cōplures?ait Cic. mea,& Hort. & Luc.ſnīa cedit religioni de exercitu,ut.ſ. rex ſine exercitu reducatur.Et quare nos ita ſentimus,qm̄ res aliter teneri non pōt. Fuit Hort.ciuis R.tāta eloquentia præditus,ut ſecūdus à Cic.putaret̄,& tanta munditia,& cultu corporis circūſpectus,ut multa in eū,quaſi in quendā mimū in ipſis actionib.& cauſis dicta ſint. ꝙ aūt ita culte amictus incederet ait Mac.faciē in ſpeculo quęrebat, ubi ſe intuens totā corpori ſic applicabat,ut rugas ne forte, ſed induſtria locatas artifex nodus aſtringeret,& ſinus ex cōpoſito defluens modū lateris ambiret.Is præterea dixit diē collegę q̄ ſibi obuius offenſus fortuitu ſtructuram togę duxerat, & capitale putauit, ꝙ in humero ſuo locū ruga mutaſſet. Eiuſdem munditię Demoſthenem fuiſſe apud Gel.legimus, Mores uero Luca. & uitā Plut. oſtendit.Fuit is L. Lucullus.i. imp. appellatus ex uictoria, quā ex Armenia reportauit. [Cedit]Superatur. Aut cedit .i.obedit,& aſſentitur.[De exercitu] Ne in terram Aegyptū ducatur.[Teucri]Imperatri.[Res] Reductio regis[Aliter] Quām aſſentiendo carmini Sibyllino. [S. C.]Summo conſ. ſenatorum. [Tibi decernit]Deliberat, & comprobat,ut tu ſine exercitu regē reducas.[Commode] Hoc eſt è rep.ſunt qui putent ad commoditatē Lent.referendum,ꝙ uicinus eſſet Aegypto,& ex hoc regē ipſum cōmode reducere poſſet, qđ mihi non placet,ſuperiorē laudo ſententiam.[Rem]Regis reſtitutionē.[Auctorē]Quaſi ducē & gubernatorē.

Decernere
Auctor
Auctoritas

Decernere aūt eſt de rebus magis certā pferre ſnīam, unde dicitur ſenatus decretum.hinc Liū. decreuerunt .n.cum populus regem iuſſiſſet,id ſic ratū eſſet ſi partes auct.fierent.i. ſua auctoritate comprobarent. Auctor uero ille dicitur q̄ rem facit aliq̄,aut bellum,aut pacē gerit.Liu.de Aenea.Quod auctor pacis fuit & reddendæ Helenæ.Sic oratores,& poetas,& huiuſmodi ſcr ptores auct.noīamus,quaſi operum cōditores, Tutores ēt pupillorū ex ſnīa iure conſultorum auct.appellari pn̄t. Inde dicta eſt auctoritas.q̄ eſt uis quędā,& dignitas cū honore.

Auctorare
Auctoratus
Auctoramētum
Actiones

Duces ēt militū auct.dicebant̄,vn̄ auctorare, qđ eſt obligare deducit̄,hinc auctoratū ſubiectū & obligatū,& auctoramentum obligationem appellamus. Auctor uero, ut ante diximus ab agēdo, hoc eſt orando,ſiue recitando appellatus.oratorem ſign̄at & cauſidicum hiſtrionē, & oēs q̄ comœdias,& tragœdias agūt. Hinc actiones cauſę forenſes,& orationes appellantur.Hinc actus comœdiarū,atq; tragœdiarū,de quo ſic Flac.Neue minor quinto, neu ſit pductior actu Fabula,quæ poſci uult, & ſpectata reponi. [Craſſus treis legatos] Vt à tribus electis à ſenatu reducat̄ Ptole.inter hos tū tres uult anumerari Pōp. ut Pōp. cū duobus alijs legatis auct. reductionis fiant.Cēſet.n.ex ijs, q̄ cū imperio ſint, ergo Pomp.erat cum imperio,& tunc præerat annonæ,qđ imperium,& magiſtratū per quinquēnium geſſerat,unde legimus,legē cōſules ſcripſerunt, qua Pōp.p quinquenniū oīs poteſtas rei frumentariæ toto orbe terrarum daret̄, & Liu. de hoc meminit. M.Craſſum illū intellige,q̄ cum Pomp.& Cæſ.in rep.ſocij ita cōſueuerunt, ut nequid gereretur, qđ diſplicuiſſet uni è tribus,de quo Luc.Facta tribus dn̄is cōis Roma. [Treis] Potius in is, q̄ in es in accuſatiuo faciūt nomina,quorū genitiuus pluralis in ium exit,quod pro dignitate ſermonis nūc illud ponere debemus,ut

Nomina q̄ faciunt in eis accuſatiuum

Cæſ.oēs Gallia in treis partes. nō bene diceremus in tris partis, aut in tries partes.,& Criſp.Omneis hoīes, nō oēs hoīnes. Varietas ſermonis multū decoris affert.[Bibulus] Hic eſt ille, q̄ cum Cęſare cōſul fuit,p tpe oīa ad arbitriū ſuū Cæſar adminiſtrauit, adeo,ut nūnulli cam qd ſignarent:nō Cæſare, & Bibulo,ſed Iulio,& Cæſ.cōſulibus actum ſcriberēt,& ex hoc hi uerſus ferant̄, quos a Tranq̃llo accepimus, Nō Bibulo quidq̄ nuper,ſed Cęſare factum.Nā Bibulo fieri cōſule nil memini. [Qui priuati]Hoc

Priuari
Priuilegium

eſt ſine magiſtratu,ab eo dicti, ꝙ antiq priuos ſingulos dicebāt, vnde priuilegiū appellatum eſt.[Huic]Bibulo.[Aſſentiūtur]Ad hærēt huius opinioni.Aſſentio,& aſſētior in una,& eadē ſignificatione dn̄t.

Aſsētio
Aſſentior.
Conſul
Cōſularis poteſtas
Præter

[Conſulares]Qui conſules fuerunt,conſules dū gerunt conſulatum.Conſules deſignati, q̄ per annum ante creabantur q̄ inirent cōſulatū, & conſularis poteſtas.[Præter Seruiliū] Excepto Seruilio, alias pter cōtra ſignificat,ut Terent.Pręter ciuium morē.[Volcatium,& Afraniū, intellige,præter. hi ēt duo ſentiebant pro Pomp. Is eſt ille L.Afranus,qui cū Perteio, & M. Var.legatis in Hiſpania partes Pomp. tutabātur, ad quos pficiſcens Cæs.inq̄t ſuis,ſe ire ad exercitum ſine duce,& inde reuerſorum ad ducem ſine exercitu.[Suſpicionem] Vt Pomp.cupere uideretur [Nam aduertebatur]Cognoſcebatur,ex aggregatio eſt ſuſpicionis.[Familiareis]Amicos, uel domeſticos.Caue pro famulis & ſeruis familiareis dicas, niſi conſulte facias, ut honeſtiore

Familiares

vocabulo eos appellādo ad te amandum allicias, ꝙ antiq facere cōſueuerūt.Hinc Mac.inq̄t,maiores noſtri oēm dn̄is inuidiā, oēm ſeruis cōtumeliam,detrahentes dn̄m,patrēfamilias,ſeruos, familiares a appellauerūt. Colant ergo te potius ſerui tui, mihi crede,q̄ timeant.[Laboratur]Multū ineſt laboris utriq; parti.Illi.n.pro Pōp.nos uero pro te laboramus. Sed illi nos ſuperant, ex quo inq̄t.Inclinata res eſt ad Pomp.methaphora à re ad cōſilium.[Vehementer]A,ve, & mente naſcit̄ uehemēs,ſicut quædā alia.Habet.n.hęc particula,ve,ut ait Cel.intētionem quandā,ut vetus ab ætatis magnitudine,& uehemēs à mentis vi,& impetu, habet & diminutionē,ut ueſanus.[Lybonis,& Hypſæi]Hi erant Pomp.familiares.[Cōſeruatio]Nunc hos,nunc illos conueniendo, & orādo rem Pomp.curabāt.[Contētio]Quaſi cōcertatio pre Pom.[Studiū]Immenſa uolūtas. [Cupere]Cupimus, & appetimus immoderata, unde appetitus & cupiditas eſt immenſa & immoderata quædā auiditas.Optamus,& expetimus, q̄ honeſta & moderata ſunt. [Cui q̄ nolunt]Siqui ſunt q̄ Pōp. aduerſantur ijdē tibi nō ſunt amici, q̄a amicus Pompeij fuiſti, unde q̄ uolūt Pomp.nolunt ēt tibi[Quòd eum ornaſti,]Dua liberalitate, ut inquit in alia epiſ.& pluribus beneficijs affeciſti,de quo ipſe ēt nūc meminit Pomp.ut cū ſumma teſtificatione tuorū in ſe officiorū. [Nos in cauſa] Suā ait auctoritatē in hac cauſa paruā eſſe, & eo minoris ponderis,quo Lent. debere uidebatur,cum non rōne,& cōmodo reip.ſed amoris uinculo moueri oēs eum exiſtimari poterant. Auctoritatē,uim,ac poteſtatem.[Gratiam] Auctoritatem & beneuolentiam, quambeneficijs in remp.ampliſſimis cōſecutus erat. Extinguit,deprimit, apta traſlatio ab aqua & igni. Suſpicio opinio:ſuſpiciantur.n. me officio moueri erga me tuo,nō

Vhemens
Vetus
Veſanus
Studiū
Cupido
Appeto
Appetitus
Gratificor

rōne in reip.cōmodum.Gratificari,rem gratam facere,ſi tibi aduerſantur,& illi faueāt.Sed plus eſt gratificari,q̄ rem gratā facere,gratificamur.n.quaſi beneficia cōferimus. Facimus uero rem gratā,cum obſequimur,& inſeruimus,unde deos hoībus gratificari dicimus,gratū uero facere nō dicimus.[.Vt in reb.]Regię reductionis.Hyperbatō eſt.Et ordo uerborū ē hmōi,ita uerſamur in rebus,ut multo ante, q̄ es pfectus.ſ.in Ciliciā. Verſamur aūt .i.vexamur,paſſiue dixit.[Ab intimis]Maiorem uim habet intimus,q̄ familiaris.Clā, à clauibus deductū,his.n.claudimus,q̄ celari uolumus.Exulceratis,corruptis,apta methaphora à morbo, vlcus,unde ſit ulcerare, Exagitatis cōmotis largitiōe pecuniarū.

Verſor
Intim
Vlcus
Vlcerare

[Summis inuidiam]Grāde odiū,ſenatus.[Noſtram fidē]Opem, & auxilium erga te,ut Virg.Tyrrhenamq. fidē Multis.n.modis ſumitur, diffiniturq. fides:uel in primis ut ſit cōmēdatorū fida executio,uel obſeruantia,itē dictorū, cōuentorumq. conſtātia, & ideo appellata,ꝙ fiat,quod dictum eſt. Noſtrā fidē) Largo,& vulgari ſumpto uocabulo pro amore,& obſeruantia. [Præſentis & abſentis] Quòd tam abſentem, q̄ præſentem ſingulari fide,& amore te ipſum proſecutus ſum[Cognoſcent]Nullam inter cognoſco,& agnoſco differentiam facimus, ſed qdam cognoſcere antiquos dn̄t.[Laboraremus] Nullo labore uexaremur in hac re conſequenda. Sed quanta ex hac re ſolicitudine afficeret̄, uel ex eo demonſtrauit,ꝙ ad Q.F.ſcripſit.de rege,inquit,Alexandrino factum S. C.cum multitudine eū reduci periculoſum reip.Reliqua cum eſſet in ſen.cōtentio Lent.ne an Pōp.reduceret.obtinere cām Lent.uidebatur.In ea re nos, & officio erga Lēt.mirifice, & uoluntati Pōp.præclare ſatisfacimus.Vale.hac ſalutatione cōcludere ſolemus epiſt.& qđ Græci ἔρρωσο noſtri dicūt uale.Solemus & interdū addere ſalue,ut Cic. ad Tyronē:uale mi Tyro, vale & ſalue.ſed ualere,proprie recedētis eſt.ſaluere aūt aduenientis, vn̄ Trāq.in fortuna Galbę,& ut liberti,ſeruiq.bis die frequētes adeſſent, ac mane ſaluere, ueſperi ualere ſibi ſinguli dicerēt.

Agnoſco
Cognoſco

ASC.

Ego omni) Qm̄ argm̄ huius epiſtolæ, & ferè totius primi libri iam explicauimus,ſatis fuerit pro more, quem hic ſeruare conſtitui,primo elegantē dictionum quarūdam uſum exponere,deinde ordinem cum explanatione ſubtexere. Ego, pronomen nō niſi ad emphaſim exprimi ſolitum, in principio ſermonis magnā uim obtinet, ad quam depingendam poſuit multas uocales

continuas,

continuas, quæ cum mora, & grauitate pronunciari uolunt, impediunt enim fluxum orationis, vt, Ego omni officio &c. Officiũ est suũ cuiusque munus, ob quod faciẽdum ipse factus aut institutus sit, vt officium præceptoris sit præcipere, discipuli discere, boni uiri gratiam referre, bonæ ciuitatis caduceatoribus, & summis magistratibus obuiam prodire. Ob.n. præpositio duo notat pp, & contra, vnde officio.i. noceo, quasi contra id, quod utile sit facio. Pietas addit officio obseruantiam quandam, & uenerationem, & ita ferè est in maiores, ut in Deum, patriã, parẽtes, quos amanter colere debemus, dico ferè, quia Virg. pietatem pro pia custodia acceptam celo.i. cœlestibus in inferiores dedit, dicens: Dij, si qua est cœlo pietas, quæ talia curet. Quia ergo Cic. Lẽt. nõ solũ officiũ, sed et pietatẽ, tanq̃ parenti impendit, per ἐπανόρθωσιν.i. correctionem addit: Ac potius pietate. Erga, semper beneuolentiã significat cõtra, ferè hostilitatem, in utranque affectationẽ. Mihi ipse, ita Cic. rarissime.n. ipse ab eo componitur. Efficere est cũ effectu, cõsummatione rei, & ita plus est, q̃ facere. Vitam acerbã, pulchra cõiunctio, cũ vita nihil sit iucundius. Oppugnat, qui uim infert: expugnat qui capit, & uincit. Creditores sunt, qui sua alijs credũt, hoc est quibus aliqd debetur. Ordo est. O Lent. Ego inquit Cic. satisfacio oĩ officio, idest debito munere, ac studio erga te, ac potius.i. qd potius dicã, oĩ pietate.i. ueneratione, & obseruantia erga te, ceteris oĩbus.i. in oculis ceterorũ oĩum, aut quantũ ceteris uideri pot. Ipse.i. egomet, nunquã satisfacio mihi.i. in oculis meis, aut iudicio meo. Pulchre, quia repetit uerbum satisfacio, omittitur particula at, sed, vero, aut ceterũ, &c. Affert cãm dicti, & est optimus modus orationis dum, qd sequit̃ ꝑmissi cãm aufert. Enim.i. qa magnitudo tuorũ meritorũ erga me est tãta, vt qm̃ tu nõ conquieuisti de me.s. restituẽdo ab exilio in vrbẽ, nisi te perfecta.i. donec me restitutũ uideres, qa non efficio i cã tua.i. qa nõ efficio te uoti cõpotẽ, putẽ uitã esse acerbã mihi. Hæc.s. quæ dicã, sunt in cã, q non idẽ efficio. Hammonius, ꝓpriũ est nomẽ, legat⁹ regis.s. Ptolemęi.i. quẽ Rex Romã misit ad solicitandã reductionẽ sui per Põp. oppugnat nos.i. cõtra nos pugnat, aperte pecunia.i. largitione pecuniaria. qua senatus corrũpebatur. Res.i. lis, & controuersia. Significat.n. sine adiũcto litẽ, uenerẽ, & diuitias. litẽ, ut hoc loco uenerẽ, ut, rẽ habuit cũ vxore. diuitias, ut re sine nullus eris. Cũ adiũcto aũt uaria notat, ut res literaria, resp. res militaris, &c. Inepte aũt gtm̃ rerũ ꝓ imperio poni censet Valla, ut Lacedæmonij diu rerũ potiti sunt. Ego potius subaudiã ablatiuũ imperio. Nec mirandũ si tã uarie accipiatur, cũ auctore eodẽ Valla ipsum nomen res sit vnũ ac verum trãscendens de oĩ ente dicibile, agit per eosdẽ creditores.s. regis.i. qui regi pecuniã crediderãt, & in Ægypto, & in urbẽ, q̃ vt reciperent, summopere curabãt regẽ potenter restitui; sunt tñ, q creditores dicunt cõmissarios esse, quibus litis decidendæ negociũ cõmissum fuerat, per quos agebatur, cũ tu aderas. Si q sunt, q uelint sup. litẽ dirimi, causã.i. ex utilitate, & uoto regis, qui.s. id uolẽtes sunt pauci, hoc dicit ad cõsolationẽ Lẽt. oẽs uolunt rẽ.s. de qua lis est, hoc est, reductionẽ Regis Ægypti, deferri ad Põp.i. honorifice cõmitti Põpeio.s. Cneo, cognomẽto Magno. Senatus.i. cõsiliũ senatorũ, seu patrũ cõscriptorũ, cõprobat calumniã.i. callidẽ interpretationẽ religionis, hoc est impedimentũ tibi illatum per libros Sibyllinos uetãtes regẽ cum exercitu reduci, contra quos facere religiosum.i. metuendũ erat. Cõprobat, dicit non religione.i. uero metu faciendi contra monita diuina, sed maleuolentia, quia tibi male uult, & inuidia illius.s. famosæ, & apertę largitionis.s. ꝓfusionis pecuniæ ad captãdũ, aut corrũpendũ senatũ factæ, regię.i. noĩe regis, & p solicitatores eius, hoc est odio in te sumpto, qa per largitionẽ oẽs corrupti sunt. Põpeiũ &c. Prosequitur q ꝑ Lent. egit reliqua, dicẽs, Liberius.i. aliquãto magis libere q̃ nos deceat, aut in nostra causa faciamus, & monere, vt illi bene consulentes, vt fugiat magnã infamiam, quam incurrat, si cõtra te, cui tm̃ debet, faciat. Sed sup. Põpeius nec reliqt plane.i. manifeste, aut oĩno locũ precibus nr̃is, nec admonitionibus nostris.i. sic egit, vt non opus fuerit eũ amplius precari, aut monere. Nos non desistemus, in quo uerbo summa notatur diligentia, &.i. simul hortari Pomp. tanq̃ amicum, & orare tanq̃ principẽ, & accusare et. Nã ipse egit causam tuã.i. secundũ te stetit, cũ.s. ita sit, q in sermone quotidiano.i. familiari cũ amicis cõfabulatione m.s. multo manifestius egit cãm tuã palã in senatu.i. cõcilio patrũ cõscriptorũ, sic ut quisq̃ neque potuerit agere.s. cãm tuã maiore nec eloquẽtia, nec grauitate, q̃ ingestu erat, nec studio, q in affectione, nec contentione.i. certamine, cum testificatione.i. ꝓtestatione summa.i. maxima tuorũ officiorũ.i. decenter, & benefactorũ in se, & amoris sui erga te.i. quam habet in te. Tu scis, q.d. nõ opus est dicto, Marcellinum, alij, Marcellũ, legunt: esse iratũ tibi, quia cũ sit vnus ex 15. uiris, & ita Sibyllinorum librorum uaticinia maximi faciens, tu contra ea facere paras. Sũt q iratũ legant, ut sit, tuis rebus ẽt sacro addictũ, sed uulgatiorẽ sequimur lectionem, Is.s. Marcellinus, aut Marcellus ostendit.i. ꝑ se fert, se fore.i. futurũ esse acerrimũ defensorem tui, hac cã regia.i. de rege reducendo excepta, qa cõtra Sibyllinos libros nihil dicere ausit. Nos accipimus.i. gratũ & ratũ habemus, qd dat.i. tibi cõcedit.i. qdquid in fauorẽ tui dicit, gratũ est. Ipse nõ põt deduci.i. amoueri, & in cõtrariũ adduci, ab eo, qd instituit.i. proposuit referre.s. in consultationẽ senatus, aut P.R. adducere, & iam retulit sæpe. De religione.i. religiosa obseruatione uaticinorum Sibyllinorum. Res.i. contentio acta est sic.i. in modum sequentẽ ante Idus.s. Ianuarias, ut ꝓxima epis. patebit.i. ante 14. diem. nam ego scripsi hæc idibus.i. ipso die 14. mane, In hunc aũt modũ res acta est. Sententia Hortensij, & mea, & Luculli cedit religioni.i. cõcors est religioni de exercitu.i. uetãti regem deduci cũ exercitu R. enim.i. quia res non potest teneri.i. obtineri aliter, q.d. si aliter possemus, aliter sentiremus, sed sñia sup. Hortensij, mea, & Luculli, decernit.i. adiudicat tibi, ex senatusc. quod factum est te referẽte.i. in consultationẽ senatus adducente, an per te reduci debeat, decretũ aũt erat, q sic, sed postea incidit calumnia, ex libris Sibyllinis negantibus cũ exercitu reducendũ, ut aũt S.C. seruet̃, & cõtra religionẽ nihil fiat, decreuit sñia nostra, ut tu deducas.i. honorifice in patriam reducas regem, qd possis facere cõmode.i. sine obstaculo, sic sup. vt religio.i. auctoritas librorũ Sibyllinorum tollat.i. demat tibi exercitũ.i. ne deducas cũ exercitu, & senatus, qui decreuit ꝑ te reducẽdũ retineat te auctorẽ.s. reductionis, & ita utrunque seruetur decretum, & senatus, & religionis, non.n. uetuit religio deduci, sed cũ exercitu. Crassus unus è patrib. conscriptis, decernit.i. pro sententia sua constituit treis legatos.s. cũ rege mittendos in Ægyptum, nec excludit Pomp. Enim, pro qa censet.i. iudicat legatos sumendos: ẽt ex ijs, qui sunt cum imperio.i. qui sunt in magistratu aliquo, præcipue Bib. sup. censet sumẽdos treis legatos: etiam ex ijs, qui sunt priuati.i. nullo magistratu fungentes. Reliqui sup. uiri cõsulares.i. qui aliqñ cõsulatũ gesserunt, & ita primores patrum, assentiuntur huic.s. Bibulo, ꝑter Seruilium, qui negat oportere.i. expedire omnino sup. regem reduci, & subd. præter Volcatiũ, qui decreuit.i. adiudicauit Põpeio reductionem. Lupo.s. senatore, referente.i. adducente in cõsultationẽ, & ita eiusdẽ sententiæ existente, & sup. ꝑter Afraniũ q assentitur Volcatio, q res.s. q assentitur Volcatio, auget suspicionẽ uolũtatis Põp.i. q habetur de Põp. q uelit regẽ reducere, licet pp Lentulum dissimulet. Nam aduertebatur.i. compellebatur a plerisque familiares Põp. assentire. Ergo utrunque dicitur, & assentior deponentaliter, & assentio actiue. Vol. Laboratur.i. contenditur uehementer. Sunt autẽ impersonalia aduertebatur, & laborat aut laboratur a familiaribus Põpeij, q eius uolũtatẽ amplius celare non põt. quia res inclinata, incipit tẽdere ad ruinam, hoc est cõsiliũ eorũ incipit detegi, quia concursatio, & cõtentio non obscura.i. manifesta. Libonis, & Hypsæi, & studiũ.i. diligens solicitatio omniũ familiarium Põp. adduxerunt rem in opinionẽ, ut Pomp. uideatur cupere.s. reducere regẽ. Cui.s. Pompeio, qui nolunt.i. non bene uolunt, nec fauẽt, aut, qui nolũt reductionẽ decerni, ijdẽ non sunt amici tibi. Quod.i. quia ornasti.i. honore affecisti, & sublimasti eum.s. Pomp. Nos habemus in causa.i. in hac controuersia, eo.i. ꝓpea auctoritatem.i. uim, persuadẽdi, aut probandi minorem, q̃ debemus.i. obnoxij, & deuincti sumus tibi.s. quia per te in urbem restituti. Sẽtentiose hoc dictum. nã facilius creditur alienis, q̃ necessarijs, aut debitoribus aliquẽ cõmendantibus, illi.n. quod expedit: hi, quod optãt suadere vñr. Autem pro sed, suspicio.i. latens opinio hominum, extinguit.i. deprimit, & adnihilat, gratiã nostrã.i. quã apud eos alioqui ualeremus. est.n. gratia pñs, ea, qua quippiã ualemus, eo, q grati, & accepti sumus, q.i. homines sup. putãt se gratificari.i. rẽ gratam facere Pomp.i. decernendo illi reductionem, & ita maior gratia Pomp. extinguit minorem Cic. uos itaque uersamur. ut sup. uersabamur multo anteq̃ profectus es.s. in prouinciã, in rebus.i. causis exulceratis, corruptis, clã.i. dissimulanter, ab ipso rege.i. Ptolemæo, q summis viribus annixus est a Põp. reduci, & ab intimis ac domesticis Põp. deinde sup. in rebus exagitatis.i. eiectus uiolenter, & ignominiose; palã a cõsularibus sup. uiris, & adductus in summã inuidiã.i. odio, aut æmulatione, hoc est sicut ante ꝑfectionem tuã prius occulte, deinde palã plurimi erant in hac causa corrupti, ita adhuc sunt. Oẽs tui.s. amici pñtes.i. q i urbe sunt, cognoscẽt fidem nostram, & amorem, sup. nostrũ, tui absentis.i. quem habemus in te absentẽ. Alij legũt præsentisq. ut sit, oẽs tui cognoscẽt fidẽ nostrã & amorẽ sup. nostrũ, ut tui absentis.i. q nunc abes, & pñtis, qñ aderis. Si fides, fidelitas esset in ijs, quibus summa fides debebat esse, utpote in Pomp. de quo optime meritus,

tus,es,nõ laboraremus.i.ſine labore te voti compotẽ faceremus.
Vale.Particula uulgata, q̃ in huius epiſtolæ fine oẽs textus hñt.
Lentulo] primum Cice. hac epiſt.quátum debeat, tum quid
IO. BA. EGN. de regis,uel ab eius,actum legatis, uel à ciuitatis principibus, &
præſertim à Pompeio tentatum, Senatusq; totius deinde ſenten
tiam,ſuumq. hac in re ſtudium, & curam , uel dehortandi Pom-
peij,vel aliorum excitandi,poſtremo Senatorum diuerſas ſñias,
ſimulq. maleuolorũ quorundã in eũ animũ,& imminutam ſuã
gratiam,ꝙ illi plurimũ deberet,quodq. complures gratificari ſe
Põp.putarent,explicat.Nulla tñ in re,qđ & abſens ipſe,& pñtes
eius amici cognoſcere poterũt, defuturũ ſeſe pollicetur. Lẽtulo
procons.Is eſt Lent.cui conſulatum cum Metello Nepote gerẽ-
ti, ſimilis illi admodũ hiſtrio Secũdanus Spinter noĩe , Spinte-
ris cognomentũ dedit, vt Metello Terentianus ille Pamphilus,
Pãphili,quiq. ædilis,Apollinaribus ludis primus carbatinis ue-
lis theatrũ totum induxiſſe dicitur.Plin.& Fab.6.auct. & Vale.9.
Illud obiter adnotarim,Spinteri nomen ueteribus Græciæ comi
cis peculiare fuiſſe.de homine.ſ.Barbaro & Phryge. Quin & tra-
gœdiæ auctor hoc noĩe celebris ab Heraclea , cuius fabulæ duæ
Cõbuſtus Hercules,& afflata fulmine Semele,legebantur.Is igi-
tur Lent.& in p̃tura ne Ci.in exiliũ pelleretur,ſummo ſtudio cõ
tenderat,ut Cic.in epiſt.ad Q.F. & non multo poſt in Cõſulatu,
ut de exilio reſtitueretur,enixiſſime curarat.Quare Cicero illum
in orationibus parentẽ,& ſalutis ſuæ Deũ nõ ueretur dicere,qui
poſt conſulatũ proconſul in Ciliciã profectus , reſtitutionẽ hác
regiá ſibi potiſſimũ demandari optabat. cuius cauſa Cic. ſolici-
tus erat admodũ , qđ omnibus ferme huiuſce libri teſtatur epi-
ſtolis.Belli ciuilis inter Cæſ. & Pompeium geſti initio , ſecutus
Põpeianas partes,dum Aſculo pręeſt decẽ cohortibus ; aduentu
Cęſaris deterritus,inde ꝓfugit.mox Corphinij cum Domitio in
ciuſis beneficio Cæſ. impetrata non ſibi ſolum , ſed alijs quoque
Romanis ciuibus venia uixit qua tñ ſic abuſus eſt,vt in acie quo
que Pharſalica contra Cæſarem ſteterit Hircius.Et qm̃ hunc Ci.
proconſulẽ appellat,illud primo dixerim, nõ paruum eſſe corũ
lapſum,qui rectũ huiuſce nominis caſum,& huic ſimiliũ uitiãt.
ſi quidem hæc omnia proconſule,proprætore,proquæſtore , re-
cto caſu dicenda ſunt,quod ex Saluſtij lectione,ubi corrupti nõ
D.Aug. ſint codices,aduertas.Sed D.Aug.in libello,quem de Grãmatica
ſcripſit,citatur auctoritas in hæc uerba,ſic.n.ibi , Ab e,litera uo-
cali nullũ latinũ,niſi iuncta præpoſitione, maſculinum inueni
tur,ut proconſule,proprætore.Ergo iuncta præpoſitione fiũt La
tina,ut dixi,proprætore, quæſtore . nã ueteres nominatiuo caſu
proconſul dicebant,attendentes nullum nomẽ apud Latinos ui
rilis gñis in e,exire.Hæc Aug.proconſules aũt primũ.Alb. & Sp.
Fuſio Coſſ.creati cępti , cũ infeliciter re geſta in Equis,dũ alter
Cos.Romæ delectum habet , Quintium primum proconſulem
ſuppetias laturũ collegæ decreuit . unde vero hoc nomẽ ductũ,
ꝙ uice conſulũ ſeſe gererent.Et ſane inſignia proconſulibus ꝓ-
pe eadẽ q̃ & conſulibus præterq̃ qđ ſex tm̃ lictoribus uti cõceſ-
ſum ijs eſt.Is ſi prouinciæ pacatæ præſit,qđ agat.qđ ſit eius offi-
ciũ,late apud Iuriſc.primo de eius officio legas.Illud qđ ad euxe
nia attinet,ſcito non indignũ,Antonini , & Seueri Imperatorũ
cauentiũ,& ne oĩno,& ne ſemper,neue ab oĩbus accipiant.Mit-
tebãtur uero procons. priſcis tpibus q rebus militaribus p̃eſſent,
qualis Scipio Maior in Hiſpaniã, & Marcellus in Siciliã , qbus
qm̃ ſine magiſtratu eſſe uiderentur, & ꝙ proconſul nemo ad eã
diem triumpharat,& ꝙ amiſſa tm̃ recuperarãt, negari triumphũ
placuit,cum alioqui maximas res geſſiſſent.Plutar.in Scipione,
& Maximus ſecundo.Qui uero prouincijs præerant,quales erãt
Hiſpaniæ,Aſia,Sicilia,hi oẽs poſt geſtũ conſulatũ,forte delige-
bãtur,adeo ut Cic.multo poſt geſtũ conſulatũ in Cilicia ꝓcõſul
ierit.Fuitq. ſequentibus tẽporibus hæc dignitas oĩum maxima,
adeo,ut Imperatores quoq; ipſi nec alijs maiorem dare poſſent,
& ſibi quemadmodum Tribunitiam poteſtatem,ſic procõſulare
imperium,& ius quintæ relationis arrogarent. [Per eoſdem cre-
ditores,]Hoſce,Rab.Poſthumum,& reliquos eius ſocios ĩtelligi
vult,qui regi,& priuſquam regno poiretur , vt regnũ ſtabiliret
& poſt expulſo,ne datæ deperirẽt pecuniæ, magnã pecuniæ uim
crediderant,qua magna ſenatus pars corrupta lãguebat.Cic. pro
Poſthumo, pulſus interea è regno Ptolemæus doloſis cõſilijs,vt
dixit Sibylla.id poſtquam ſenſit Poſthumus,Romam uenit,huic
egenti,& roganti,hic infelix pecuniã credidit . nec tum primũ,
nam roganti crediderat abſens,quæque ſequuntur aſia.quẽ Poſt
humum à Memmio acceſſitum,Cic.luculẽta defendit oratione,
docens nec culpã corrupti Senatus Poſthumianam eſſe , nec ꝙ
ille neceſſitas cum pulſus Diœdetes factus regis palliatus,dãdũ
homini vitio,quod ex Cic.epiſt.quoque ad Q.F.manifeſte colli-
gitur.[Calumniam]Græci hanc διαβολὴν dicunt Iuriſc.de uerb.
ſig.[Marcellinum] Hunc puto C. Lẽtulum Marcellinum fuiſſe
conſularem,qui Pompeium in concionibus ſępe lacerarit,quiq.
cum in concione de Pompeij potentia grauiter conquereretur,
aſſenſusque illi clara uoce eſſet populus. Acclamate,inquit,Qui
rites , acclamare dum licet, iam enim nobis hoc facere impune
non licebit.hæc Maximus.ſed Plutarc.in Pomp.tanquam infen-
ſiſſimi meminit.Illud Aſcon.adnotat,Marcellos, Marcellinosq.
inter ſe gentiles fuiſſe.[Hortenſij,& Luculli]Is eſt Hortẽſius, q
multum eloquentia,ſed tamen infra Ciceronem ualuit, adeo ut
vnum & uiginti natus annum, L.Craſſo, & Scæuola Coſſ. prima
ſua forenſi cauſa,cum ipſorum Coſſ.iudicio,tum eorum,qui in-
terfuere,omnium probatus diſceſſerit.uir,& ipſe conſularis,qui
ſub initia belli ciuilis inter Cæſ.& Pompeium geſti, dum Cicero
è Cilicia reuerteretur,obijt,quod ipſe Cic.in princ. de Cla.orat.
docet,& in calce ſic addidit.Sic Q.Hortenſij uox extincta eſt fa-
to ſuo,noſtra publico.Et paulo poſt.Nos autem Brute,quoniam
poſt Hortenſij clariſſimi oratoris uocem orbæ eloquentiæ tuto-
res relicti ſumus,domi teneamus eam ſeptam liberali cuſtodia.
Sed Cęlius ad Cic.Hortẽſius,cum hæc ſcriberem,agebat animã.
Huic probro data eſt nimia mollities , & in toto ueſtitu ſupra q̃
credas,anxia quædam elegãtia,vt collegę diem dixerit, quod in
anguſtiorem locũ obuiam ſibi factus, togæ ſtructuram fortuito
deturbaſſet occurſu.adeo capitale in collega crimen duxit . qua
de re Torquatus illum,& geſticulatricẽ , & Dionyſiæ notiſſimæ
ſaltatricis nomine non potuit non appellare. Sed quantum Lu-
cullus eloquentia inferior,tanto rei militaris ſcientia , & rerum
geſtarum magnitudine clarior , ut qui bello Mithridatico prius
Syllæ auſpicijs,mox ſuis , clariſſimas res geſſerit. quique longe
omnium clariſſimam de Tigrane, & Mithridate uictoriam exi-
guis admodum copijs contra infinitas reportarit. In qua pugna,
ut auctor Plut.eſt,cum magna pars militum obſeruandum diem
illum diceret,qui prid.nonas Oct.eſſet,tanquam nefaſtum,quip
pe quo Cymbri Romanas deleſſent Cæpione duce copias, Confi
dite,inquit,ego illum uobis è nefaſto feliciſſimum reddam. Tã
dem cum illum contentionum ciuilium pœnituiſſet, otio ſe
emancipauit,nũc literis, nũc uoluptatibus alijs honeſtis vacãs,
vt & in illis plurimũ ꝓfecerit , & ex hiſce Xerxis togati cogno-
mentum ſibi peperit.Illud nõ poſſum non mirari , eminentiſſi-
mos auctores,Latinum unum,Græcũ alterum,Cic.dico,& Plut.
(quem haud ſatis dignoſcas,fuerit ne grauior,an doctior) inter
ſe diſſidẽtes,cum Cic.in eo.lib.cui Titulus eſt, Lucullus,quẽ alij
ſecũdũ Academicarumq.)faciat rudẽ prorſus militaris diſcipli-
næ Lucullum,ſed ingenij incredibili quadã magnitudine, & di-
uina rerum memoria,nunc peritiores diſciplinæ militaris pcou
tando,nunc res a maioribus geſtas legendo effecerit, vt quę laus
imperatoria oĩum ꝓpe opinione in illo deſiderabatur, eã cumu-
latiſſimã , & abſolutiſſimã maximis rebus feliciſſime a ſe geſtis
p̃ſtiterit,Plu.cõtra clarũ illũ,& peritum admodum ſub Sylla ſcr.
bello Marſico.& paulo poſt cõtra Archelaum , Mithridatemque
ſtrenuã nauaſſe operã [Qui cũ imp.ſunt.] Differt ſanè plurimũ
cum imperio eſſe,& cum p̃ãte,ille.n.cũ Imperio ad urbẽ eſſe di
cebatur, cui noĩatim a populo demandabatur imperiũ, cũ pote-
ſtate, q à populo alicui p̃ficeretur negocio.[Bibulus]Is eſt M.Bi
bulus,qui C.Cæſari in conſulatu datus collega, nulla pene in re
ſe cõſulẽ geſſit,adeo ut illũ Cæſar obnuntiantem foro repulerit.
vſi carmina in illũ,ſtatim edita,Sueton.aucto. Nõ Bibulo quicq̃
nuper,ſed Cæſare geſtum eſt.Nam Bibulo fieri cõſule nil memi
ni.Huic procõſuli Syriam adminiſtrãti, Cleopatra milites Gabi
nianos à qbus cõſtabat liberos ſuos duos indolis egregiæ neca-
tos uinctos miſit, ut grauiſſimę cladis ultionẽ arbitrio ſuo exige
ret.Sed ea moderatione animi fuit , ut quo maius offerri benefi-
ciũ alteri nõ potuiſſet, vltro contempſerit,nõ ſuã eſſe uindictæ
poteſtatem,ſed ſenatus dictitans. Secuto paulo poſt ciuili bello,
Pompeianas,quas ſemper ſecutus partes fuerat,fouens, uniuerſę
claſſi præficitur. In hac præfectura dum nimis ſoleriter,nimisq.
pertinaciter ſe gerit.ſeu in patriam amore,ſeu in Cæſarem odio,
in ualetudinem incidens , Corcyræ pauló poſt naturæ conceſſit.
Hic complura & accurate ſcriptitauit, quamuis orator nõ eſſet,
& egit multa cẽ ſtáter,relicto poſt ſe tertio filio ex Catonis Por-
tia ſuſcepto , qui de rebus geſtis a Bruto libellum non inelegãtẽ
ſcripſerit Tranquil.Cice.Max.Plin. Præter Seruilium . Intellige
Iſauricum ab Iſauris debellatis Ciliciæ populis dictum, quique
Coryco,Olympo,Phaſelide,oppidis expugnatis,triumphum ex
ijs duxerit.Ouid.Africa uictorem de ſe uocat,alter Iſaurũ . Illud
eſt, quod Valerius memoriæ prodidit animaduerſione dignum,
quod teſtimonio ſuo reum affixerit , qui cum illi in Laurentina
uia occurrit, loco admodum anguſto deſcendere de equo noluerit.Hic poſtea uita functus,publico funere Romæ elatus eſt , au-
ctor

ctor Eusebius. Fuit uero alter Pōpeus Isauticus collega Cæsaris in cōsulatu initio belli ciuilis creatus, auctor App. [Volcatium, & Afranium]Familiares Pompeij. uetum Afranius historiarum monumentis notior,& familiaritate Pompeij clarior. Hic cōsul cum Metello fuit, quem in epistolis ad Atticum Auli sæpe filiū nūcupat. Pompeianos præterea exercitus ductauit in Hispania, & cū Pompeio uarijs bellis militauit, postea dimissus à Cęsare liberaliter, cum iterū se bellorum tumultibus inseruisset, ac profligato in acie Pharsalica Pompeio, in Africam ad Iubam se contulisset, captus a Cęsare, ob perfidiam occiditur. [Inclinata res] Translatio sumpta à parietibus.[Libonis, & Hypsei] Familiares hi Pōpeio, sed Hypsæus consularis, quique in consulatus petitione Milonis competitor fuerat. Huic Pompeius genibus affixo, supplicantiq; , ut se ab imminētis iudicij periculo eriperet. Facesse hinc, inquit, nec cœnæ mihi tempus eximas. [Nostram fidem]Corrigenda in hunc modum uerba: Nostram fidem omnes, & amorem tui absentis, præsentes tui cognoscent.

PAVL. MAN. *Quod commodo reipub. facere possis*] Olim ita emendauimus, cū aliter in omnibus impressis legeretur. sunt autem uerba, quibus veteres utebantur, ut id quod faciendum decernerent, ita demū fieri uelle ostenderent, si modo reipub. commodo fieri posset. Cæs. in libro 1. commen. char. 12. Quoniam M. Messalla, M. Pisone Cos. senatus censuisset, uti, quicunque Galliam prouinciam obtineret, quod commodo reipub. facere posset, Heduos cæterosque amicos populi Roma. defenderet, se Heduorum iniurias non neglecturum. & lib. 5. char. 60. scribit Labieno, si reipub. cōmodo facere posset, cum legione ad fines Neruiorum ueniat. item lib. 6. char. 73. Labienum Treboniumque hortatur, si reipub. commodo facere possint, ad eam diem reuertantur: Cice. item ad Brutum epist. 5. Decreui hoc amplius, ut tu, si arbitrare. re vtile fore, & è repub. esse, persequerere Dolabellā bello, si minus id cōmodo reip. facere posses, in ijsdem locis exercitum contineres. ad Appium autem epist. 7. lib. 3. Quod, inquit, tuo commodo fieri possit, utriusque nostrum magni interest, prius ut te conueniam, q̄ decedas. & lib. 13. 219. simili sententia dixit, quod sine molestia tua facere possis. ad Atticum autem episto. 3. lib. 1. Quod cōmodo tuo facere poteris, uenias ad id tempus. itemq; alibi sæpius, quod tuo cōmodo fiat, quod sine peccato meo fiat. quibus ex locis ueterem hāc, atq; vsitatā fuisse locutionem, cognoscere quiuis potest. Nostra coniectura hæc est, quam, ut ostē dimus, ueterum scriptorum auctoritas cōfirmat. ꝙ si quis legere malit. Quod commodo rem facere possis, ut fere est in omnibus antiquis exemplaribus; accipiendum erit, commodo pro cōmode, quemadmodum & Plaut. in Friuolaria, & Titinius in Iurisperita locuti sunt, quos Charisius citat, qui etiam, arcano, pro arcane, quotidio, pro quotidie ueteres dixisse, tradit.

IOAN. SCO. *Solent*]medius fidius non minimam in adolescentulorum animos ambiguitatem aliq̄n inseruere commentarij. Nihil. n. pensi habent quibus maxime scribunt, ut se dum alios carpant ostentent. Sic nanq; sibi famam, & decus comparare credunt, hoc nos nō alia de causa dicimus, quod alter interpretum in prima Cic. epist. ad Lentul. in in illo loco. Senatus religionis calumnia, ait, calumniū, quidā exponūt falsam interpretationē, quod mihi nō placet, sed potius cauillationē. i. frustratoriā contentionē. Nam Senatores non uno mō Sybillina carmina interpretabant. Alter ait, quia re uera de reducendo rege non loquebātur scripta Sibyllæ. & calumniam ꝓ falsa interpretatione sumit. Hæc cum miselli legūt adolescētuli obstupescūt, & cuius dictis insistāt, prorsus ignorāt. Nos uero neutri assentientes calumniam cauillationē interpretamur. libri nanq; Sibyllini præcipiebāt. si Aegypti rex auxilio quodam indigens uenerit, eius amicitiam ne abnueritis, sed illum multitudine ne iuueritis, ꝙ si aliter factū fuisset, labores, & pericula habebitis. Quæ Sibyllæ uerba C. Cato trib. pl. populo primus promulgauit. Calumniā ergo, non ꝙ religionis esset aliqua calumnia, sed calūniose. i. cauillose Senatus attestabatur, ut exercitum prohiberet Romanum Aegyptum petere. Senatores enim irati, & odio regem habentes, cum Ptolemæum pecuniam p Hammonium regis legatum ex Epheso Romā missum largientem, & multos magistratus, ipsumq. Senatum oppugnantem, ut á Pompeio cū exercitu reduceretur, depræhēdissent, aiebāt, cū nō omnes essent oppugnati, libros Sibyllinos præcipere, ne rex reuocaretur, & hæc erat calumnia. i. cauillatio quædā nō religionis. i. librorū Sibyllinorum, sed ipsius, ut nequis ꝑp exercitus cupiditatem Alexādriā iret, ut inferius iudicat, aperte, sic dicens Inuidis, atque obtrectatoribus nomen inductū fictæ religionis, non tā, ut te impedirent, quā ut quis ꝓpter exercitus cupiditatem Alexandriam uellet ire, & hoc ob Pompeium, qui tūc non Romani exercitus (ut unus interpretū ait) erat Imperator, sed rei frumentariæ totius Italiæ pręereat, ut Plut. in uita Pōp. & hoc Pompeius ipse consecutus fuerat Lentuli fauore, ut ex eodē Plutarco colligitur, & ipse Cic. in hac epistola innuit, dicens, ꝙ eum ornasti. quem locum exponūt interpretes, ꝙ eum ò Lentule laudasti, antequam Roma in in Ciliciam profectus esses, nō ad hoc, sed ad rei frumētarię dignitatem (ut diximus) omnino est referendum. Quòd libri Sybillini prohibeant exercitum Romanū Aegyptum petere, Lucanus ad Pompeium, qui nō ab hoc Ptolemæo (ut quidam asserunt) sed ab huius filij seruis iussu regis fuit obtruncatus, vt Plutar. Cæsar. in Comment. & Appian. indicant, alludens ait. Noxia ciuili tellus Aegyptia fato, Haud equidē immerito Cumanę carmine uatis Cautum, ne Nili Pelusia tangeret ora Hesperius miles, ripasque æstate tumētes. Cæterum, ut iuuenibus nimio studio, & auiditate non parua flagitantibus quot libri fuerunt Sibyllini, & quot Sibyllæ, prosimus: hic q̄ apud multos, uariosq. auctores omni nostra adhibita sedulitate legimus, cōteximus. Sibyllinos libros nō fuisse unius Sibyllæ, sed appellatos uno nomine Sibyllinos, quód omnes fæminæ uates Sibyllę sunt à ueteribus nuncupatæ, uel ab unius Delphidis nomine, uel à consilijs deorū denunciandis σίους, enim deos, & nō θεοὺς cō siliū nō βουλὴν, sed βουλίαν appellant æolico genere sermonis. Itaque Sibyllam dictam esse quasi σίου βουλίαν i. dei consiliū, seu scientiam: Licet apud Lactan. sed mendose nimis θεοβουλὴν legatur. Ceterū Sibyllas decem numero fuisse, ut Hieron. contra Iouianum, constat. Prima fuit de Persis, cuius mentionem fecit Nicanor nominata Sambate. hanc Calcidicam ueteres perhibēt alij Hebręam. Secunda Libyca, cuius meminit Euripides. Tertia Delphica, de qua Crisippus loquitur. Quarta Cumæa, quam Italicā, eo ꝙ in Italiæ solitudinibus uixit, appellant, cuius meminit Næuius de bello Pun. & Piso in annalibus. Quinta Erithræa, Ety filia, quam Apollonius Erythræus affirmat suā fuisse ciuē, eamque Graijs Ilium petentibus vaticinatam & perituram esse Troiam, & Homerū mendacia scripturū. Altera quoque fuit ex eadē urbe diuinatrix, quæ Athenais uocata dicit. Sexta Samia à Samo insula nuncupata, quàm Fitho nominatam ferūt, de qua scripsit Eratostenes in antiquis annalibus Samiorum reperisse se scriptum. Septima Cumana, siue Cumæa nomina Amalthea, q̄ ab alijs Demophile, uel Hierophile ob sacrarū rerum amorē dicit, licet Erophile in multis legat auctoribus, sed mēdose, sunt qūi Tarasandram uocant, nōnulli Alianā Lithrā. Virg. autē in 6.

Deiphoben Glauci Dei marini filiam, Phœbi,
Triuiaq sacerdotem nominat.

Hinc Ausonius: Vincas Cumæam tu quoque Deiphoben, & hæc Romanorum fata heroico scripsit carmine Tibullus in 2.

Te duce Romanus nunquam frustrata Sibylla,
Abdita quæ senis fata canit pedibus.

Huius sacellū (ut Solinus] propè Aornū est situm, & sepulchrū in Sicilia in oppido, cui nomē est Lilybæum, seculaq. per metalla diuisit, definiuitq. quis quo seculo imperaret, & Solē ultimū .i. decimum esse uoluit, moxq. oīb. finitis omnia debere renouari: q̄ Platonis quoque fuit opinio, quæ nouem libros attulit ad regem Tarquinium Priscū, ac pro eis trecētos Philippeos postulauit: rexq. aspernatus ꝑtij magnitudinē, ac mulieris insaniā, derisit. illa in cōspectu regis tres cōbussit, ac pro reliquis idē pręciū postulauit, quæ denuo trib. alijs cōbustis, cum in eodē pretio ꝑseueraret, motum esse regem, ac residuos trecentis aureis emisse. Sed eam mulierem tūc à Tarquinio digressam postea nusquā loci uisam constat. Libri tres in sacrariū conditi Sibyllini appellati ad eos quasi ad oraculum quindecim viri adeūt, cum dij immortales publice consulendi sunt, vel ut Cic. in 1. de Diuin. quoties Senatus decem uiros ad libros ire iussit. Octaua Hellespōtica in agro Troiano nata uico non Marinesso, ut mēdose legitur in I. Lactantij c. 6. sed Marpesso, ut Pausanias in Troade ita vocās Sibyllæ domicilium, uel Mermasso, vt Stephanus iuxta Gergithiū & Polichnem vrbes Troadi finitimas, quā scribit Eraclites Pōticus Solonis, & Cyri fuisse temporib. Nona Phrygia, quæ uaticinata fuit Anticyre. Decimam fuisse Tyburten nomine Albumæam, quę Tyburi colitur ut dea. Quæ omnia ex Lact. in 1. c. 6. Gel. in 1. c. 19. & diuo Aug. ex li. de Ciui. Dei, & reliquis de Sibyllis scribentibus accepimus. Martianus uero Capella non decem, sed duas fuisse Sibyllas sic in fine secūdi scribēs ait: Sibylla, uel Erythręa, quæq; Cumęa est, uel Phrygias, quas non decem (ut asserūt) sed duas fuisse non nescis. i. Hierophilem, licet in Martiano Erophilam, sed mēndose legatur, Troianam Merimessi filiā, & Symachiam Hippotensis filiam, quæ Erythræa progenita etiam Cumis esse uaticinata. Ælianus autē in 11. Sibyll. quatuor asserit fuisse. Erythræam, Sam. Ægyptiam, Sardianam. sunt qui sex item adijciunt, inter quas Cumęam, Iudęamq. Pli. uero & Solinus



ſinus tres tm̃ & non nouem, vt Gellius, Dioniſ.in 4.& Lac.fuiſſe libros Sibyllinos tradunt, quorum duobus combuſtis tertius à Rom.occultabatur. Religio, ut nequid ſcitu dignum relinquatur, eſt deorum cultura dicta non à relegendo, tanquam relegerent, & diligenter retractarent omnia, quæ ad cultum deorum pertinent, ut Cic.de Nat.deorum lib. 2.circa fin. ait, ſed à religãdo, vt Lact.lib.4.c.28. quia hoc uinculo pietatis obſtricti deo, & religati ſumus, uel à re.i.effectu, & eligo, vt Aug.in 10. de Ciuit. Dei, vel à relinquẽdo, vt Maſſurius iuriſ.quia cũcta cũ ad religionem accedimus, omittere debemus. Hoc etiam, ut ne quid amplius in hac epiſtola deſideretur, omiſſa interpretum ſententia addimus, quod ille locus, ex illo Senatuſ.ſic eſt intelligẽdus, ut Senatus ſit rectus caſus, & ordo. Senatus ex illo conſulto tibi decernit, ut regem deducas, quod commode facere poſſis, & cõmode ad Lentuli commoditatem, cum ſit in Aegypto uicinus (licet alter interpretum neget) referendum cenſemus, quod Ci.epiſt.7. primi libri Epiſtolarum his verbis apertiſſime demonſtrat, quoniam Senatuſc.nullum extat, quo reductio regis Alexandrini tibi adempta ſit ea, quæ de ea re ſcripta eſt auctoritas, cui ſcis interceſſum eſſe, ut ne quis omnino regem reduceret, tantam uim habet, ut magis iratorum hominum ſtudium, quàm conſtantis Senatus conſilium eſſe videatur te poſſe proſpicere. qui Ciliciam Cyprumq. teneas, quid efficere, quid cõſequi poſſis, uel commode.i.vtiliter, & conuenienter P.R. quàm Ptolemæo ſi ſine exercitu ibis in Ægyptum ſunt qui qũo interrogatiue legunt, & tũc sẽſus erit ꝙ.ſ. reuocare regẽ quomodo poſſis facere? ut.i.poſtquam religio tollat.i. tollere uelit exercitũ, q. d. ꝙ nõ poſſis reuocare.

ARGVMENTVM.

Hac epiſtola recitat quæ acta ſint in ſenatu poſtridie Idus Ian.& cõtrouerſiam actorum, & ſuum officium modeſte commemorat, & Lentulum de rebus certiorem ſe facturum pollicetur.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Nunciatoria et hac eſt. Continet autẽ cauſas fruſtra habiti ſenatus: & quid ſperandum deinceps Lẽtulo ſit ex ſecũda cõuocatione oſtẽdit.

M. CICERO P. LENTVLO S. D. 2.

IDIBVS Ian. in ſenatu nihil eſt confectum: propterea quòd dies magna ex parte conſumptus eſt altercatione Lentuli Cos. & Caninij trib.pl. eo die nos quoque multa uerba fecimus, maximeq; uiſi ſumus ſenatum commemoratione tuæ uoluntatis erga illum ordinem commouere. itaque poſtridie placuit, ut breuiter ſentẽtias diceremus. uidebatur.n. recõciliata nobis uoluntas ſenatus eſſe: quod tum dicendo, tũ ſingulis appellandis, rogandisq; perſpexeram. itaque cum ſententia prima Bibuli pronunciata eſſet, ut tres legati regẽ reducerent; ſecunda Hortenſii, ut tu ſine exercitu reduceres: tertia Volcatij, ut Pompeius reduceret: poſtulatum eſt, ut Bibuli ſententia diuideretur. quatenus de religione dicebat: cui rei quia iam obſiſti non poterat, Bibulo aſſenſum eſt. de tribus legatis, frequentes ierunt in alia omnia. Proxima erat Hortenſii ſententia, cum Lupus trib.pl. quòd ipſe de Pompeio retuliſſet, intendere cæpit, ante ſe oportere diſceſſionem facere, quam conſules. eius orationi uehementer ab omnibus reclamatum eſt: erat.n. & iniqua, & noua. Conſules neque concedebant, neque ualde repugnabant: diem conſumi uolebant: id quod eſt factum: perſpiciebant.n. in Hortenſii ſententiam multis partibus plures ituros; quanquam aperte Volcatio aſſentirentur. multi rogabantur, atque id ipſum conſulibus inuitis: nam ij Bibuli ſententiam ualere cupierunt. Hac controuerſia uſque ad noctem ducta ſenatus eſt dimiſſus: & ego eo die caſu apud Pompeium cœnaui: nactusque tempus hoc magis idoneum quam unquam antea, quòd poſt tuum diſceſſum is dies primus honeſtiſſimus nobis fuerat in ſenatu, ita ſum cum illo locutus, ut mihi uiderer animum hominis ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam transducere. quem ego ipſum cum audio, prorſus eum libero omni ſuſpicione cupiditatis. cum autem eius & familiareis omnium ordinum uideo, perſpicio id, quod iam omnibus eſt apertum, totam rem iſtam iampridem à certis hominibus, non inuito rege ipſo, conſiliarijsque eius, eſſe corruptam. Hæc ſcripſi ad 10. cal. Feb. ante lucem, eo die ſenatus erat futurus. nos in ſenatu quemadmodum ſpero, dignitatem noſtram, ut poteſt in tanta hominum perfidia, & iniquitate, retinebimus. Quod ad popularem rationem attinet, hoc uidemur eſſe conſecuti, ut ne quid agi cum populo aut ſaluis auſpicijs, aut ſaluis legibus, aut denique ſine ui poſſit. De his rebus pridie, quàm hæc ſcripſi, ſenatus auctoritas grauiſſima interceſſerat: cui cum Cato, & Caninius interceſſiſſent: tamen eſt perſcripta. eam ad te miſſam eſſe arbitror. De ceteris rebus, quidquid erit actum, ſcribam ad te: & ut quam rectiſſime agantur, omni mea cura, operà, diligentia, gratia prouidebo. Vale.

HVB.

I*Dibus Ian.*] Scr.Cic.ad Lent. nihil idib. Ian.de cauſa regia eſſe confectum in ſenatu, pp longam contentionem Len.conſulis & Caninij, ſed poſtridie cum dictæ fuiſſent ſententiæ uariæ prima Bibuli, altera Hortenſij, tertia Volc. dicit placuiſſe pleriſque, ut Bibuli ſententia diſcuteretur, quoniam de religione loqueretur, deinde oſtendit Cic. ſenatu agnouiſſe, cum apud Põp. cœnaſſet, quo animo ille eſſet ad cauſam regiam, cũ tamẽ aliter viderent ĩ ea re eius familiares. poſtremo ſignificat factũ eſſe de hac re ſenatuſc. eſſeq. perſcriptum, cum Cato, & Canin. illud impedire conarentur. Idibus Ian. 13.die Ian. [Nihil eſt confectum] Cõcluſum. Propterea, ideo propter hanc cauſam. [Altercatione] Iurgio, contentione uerborum cõcertatione. [Lentuli Cos.& Canini. trib.pl.] Hi enim uarie ſentiebãt. Nam auctore Plu. Canin. ad trib.pl. legem tulit, ut Pomp. ſine exercitu cũ gemino lictore ad Ptol. eum Alexandrinis cõciliãdum mitteretur. eſt autem hic Lent. cognominatus Spinter, qui primus uſus eſt purpura, quam dibapham.i. bis tinctam uocant. [Viſi ſumus].i.uiſum eſt nobis. [Commouere] Interdum perturbare, ut Ter. commoui hominẽ. ſed hic eſt à ꝓpoſito à flectere, & ꝙ uolumus, pſuadere. ut apud Ouid.9.Meta. dicta Iouis mouere deos. neque erat bene affectus Len. Commemoratione expone, declaratione.i.uiſus ſum reddere tibi amicum ſenatum, commemorando tuam erga eum uolũtatem. [Illum ordinem] ſcilicet ſenatorum. [Reconciliata] Redita amica, nam conciliamus nouos, reconciliamus ueteres, qui erant alienati. [Appellandis] Nominandis. [Rogandis] Interrogandis, ſcilicet ſententiam ſuam. De ordine rogandarum ſententiarum uide A.G.lib.4.c.10. ubi multa dicit, & apud eundem lib. 13. c.7. inferius tamen à nobis dicentur quæ ad remp. pertinebunt. [Iam obſiſti.] Occulte reſiſti, quia tuebatur religionẽ. [Frequentes ierunt alia omnia].i.contra alia omnia, nam & ſententia pedibus ferebatur, ut A.G. dicit li.1.c.18. Proxima, ſecũda poſt ſententiam Bibuli. Intendere, contra conari, & moliri, uel intẽdere inijcere, & quaſi ꝓponere. [Oportere] Docere, conuenire. [Facere diſceſſionem].i.ſenatuſ. nã fiebant aut per rogationẽ, & per exquiſitas ſententias, cũ res dubia erat, & rogabatur unuſcuiſq; ſentẽtiam, quam uerbis afferebat, aut per diſceſſionem, hoc eſt, qñ omnes, aut plerique idem ſentiẽtes in unam partem pedibus ibant, & diſcendebãt, ut A.G. loco ſuperius dicto teſtatur, his uerbis: Quid igitur cum ſenatuſc. per diſceſſionem fiebat, nõne uniuerſis ſenatores ſententiam pedibus ferebant? dicebat ergo Lupus, quia eſſet trib. pl. oportere ſe prius facere ſenatuſc. q̃ conſules. [Reclamatum] Contradictum, & quaſi cum clamore reſpõſum. [Erat.n.iniqua] Quod tribus præponeretur conſulibus, qui teſte Gel. etiã ſenatores in curiã uocandi ius habebãt. [Et noua] pp conſuetudinem maiorum inauditã. [Conſules neq; concedebãt, neq; repugnabãt].i.aduerſabantur.ſ.Lupo. Diẽ con.ſ.contentione ne aliquid decerneret. [Id quod].i.quod, eſt.n. Cic. loquendi ornatus. [In Hor.ſen.] Quæ erat, ut tu reduceres ſine exercitu, ꝙ quidem conſules noluiſſent. [Quanquam aperte Volcatio aſſentirẽtur] Qui cenſebat, ut Pomp. reduceret, & h.d. q̃q̃ conſules aperte aſſentiebãtur Volc. pro Pomp. decernenti, tñ uolebãt diẽ contendendo cõſumi, quia uidebant plures ex ſenatoribus ꝓbaturos ſententiam Hor. cẽſentis, ut Lent. reduceret ſine exercitu, ꝙ ipſi cõſules minimè uoluiſſent. [Multi] Ex ſenatoribus. [Rogabantur].ſ.ſententias, [Atque id ipſum].i.& hoc, & eſt ornatus loquen. modus, ut ſi dixero, conſecutus eſt maximum honorẽ, atq; id ipſum amicis tuis gaudentibus: inuitis conſulibus, ideſt

contra

Dibaphum

Cõmoueo

Cõcilio Reconcilio

Intẽdo

Senatuſ conſul. qũo fit.

contra uoluntatem consulem. [Nam ij.].s.consules.[Bibuli setē-
tiam ualere].i.habere locum.s.de trib.leg. priuatis. [Ad noctem
ducta[Quia senatuscon.ante ortum:aut post occasum solis ratū
non erat, ut A. G. dicit auctore Var. [Dimissus] Ex curia missus
abijt. [Casu] Sorte quadam non dicta opera.[Apud Pompeium]
Apud .i.cum Pomp.Apud autem loci, & personæ,coniunctionē, signi-
Penes ficat,ut apud amicam,penes uero potestatem dominum,ut Oui.
Fast.Me penes est unum uasti custodia mūdi. Nactus,inueni uel
reperi.[Quam unquam antea] .i. q̄ ullo alio tempore, scilicet es
sem nactus[Quod].i.quia.In dies,quo discrepatum est in senatu
varijs sententijs causæ regiæ. [Honestissimus]Pulcherrimus, &
plenus honoris , & est ordo eo die cęnaui apud Pomp. & nactus
tempus magis idoneum, &c.ut mi vi.traducere animū hoc,idest
Pomp.è restitutione regia. [Ad tuam dign. tuend.].i.id efficien-
dum,ut reductio tibi mandaretur,hoc.n.ad dignitatem tuā perti
net.[Quē ipsum].i.quem Pomp. sed ipsum addidit ut,q.d. quan-
tum ipse significat.[Cum audio].s.loquentem. [Prorsus] Omni-
Prorsus no. [Libero] Absoluo. [Cupiditati] Reducendi regem.i. iudico
Dicta- nihil prorsus esse de eo suspicandum,quod appetat hanc restitu-
tor tionem.[Omnium ordinum]A.G.dicit magistratus per quos se-
Prætor natus haberi soleret:hoc esse. Dictatorem,consules, Prætorem.
Trib. Trib.pl.Inter regem, prefectum urbis:quibus sic contigisset eo-
pl. inter dem tempore Romæ esse ius senatus cōsulendi fuisse,quo supra
Rex. ordine scripti essent. Extraordinario autē iure addit Tribuni
Præfe- quoque militares,qui pro cōsulibus fuissent. Item 10.uiros,qui
ctus bus imperium consulare tutum esset.Item triumuiros rei consti
urbis. tuēdæ causa creatos ius cōsulēdi senatus habuisse, & hi sunt oēs
ordines, quos dicit Cic. [Totam rem istam] .i.causam. [Senatus
erat futurus].i. habendus ,uel cōuenturus. [Vt potest].s. retineri.
[In tanta perfidia] Quia in prima epist.dixit,si esset in ijs fides
&c.[Quod ad P.R.].i.ad rem Populi,hoc est quātum pertinet ad
id,quod populus facere, & præstare suis suffragijs potest. Nā ti-
mēdū fuerat,ne si Pōp. rogasset populū,cui erat charissimus,for
tasse hæc reductio ad eum delata esset,sed Cic.fauens Lent. ꝓui
derat:ne populus posset Pomp. aliquid aduersus Lent.præstare,
Ago cō quin faceret contra leges,& auspicia:sine quibus P.R.nihil ma-
populo. gnum agendum putabat. [Agi cum populo] .i. populum rogari:
nam proprie agere cum populo: ut dicit A. G.est populum roga-
re.[Aut denique sine vi] Sine uiolentia.i.quādo fiat contra id,qđ
iam pro Lentulo sit constitutum[Auctoritas]Sententia.Gratissi-
Interce- ma,sanctissima,quam nō temere liceat infringi.[Intercessit]In-
do. terposita est.[Cui]Auctoritati.[Intercessissent]Impedimēto fuis
sent,obstitissent.Nam intercedere interdum est interponi.& cō
struitur cum casu habēte prępositionem,ut intercessi apud sena-
tum de tua salute,uel pro tua salute.interdū est obstare, & impe
dimento esse,& construitur cum datiuo, ut meæ sententiæ inter
cessisti.i.impedimento fuisti.Ius autem intercedendi ne senatus.
fieret,ut A.G.auctore Var.dicit, fuit ijs solis,qui eadē potestate,
qua qui senatuscōs.facere uellent,maiore ve essent.[Prouidebo]
Dabo operam. [Cura]Ad animum. [Opera]Ad corpus. [Gratia]
Ad amicos,& ad populum refertur.[Diligentia]Tam ad corpus,
quàm ad animum.

Idibus Ian.] superiorem epistolam scripserat idib. Ian.mane:
ASC. hac autem indicat nihil idibus in senatu confectum,recitatque,
quæ postridie acta sint: cum modesta officij sui commēdatione:
demum pollicetur se Lent.de oībus rebus certiorem facturum.
Idus in singulis mensib.dñr octo: ego potius credam singulas es
se,sed idus 8.esse diem post nonas.dictę enim sunt idus ab iduo,
idest uiduo,& diuido,eo quòd is dies ferè mēsem per mediū di-
uidit:est enim in Ianuar.14. Cetera cum ordine explanabo. Or-
do autem est: Nil est confectum, idest conclusum,& diffinitū in
senatu.i. in curia senatoria: idibus Ian.propterea,ꝙ dies cōsum
ptus est magna ex parte:altercatione , idest cōtentione Lent.cō-
sulis. quod dicit ad differentiam Lent. ad quem scribit. qui erat
procons.i.consulari potestate in prouincia fungens, & Caninij
trib.pl.qui aut de hoc, aut potius de altero negotio contende-
baat , nam si eorum contentio ad rem Lent.procons. spectasset,
Cic.eam expressisset.Nos quoque, idest, etiam nos fecimus eo
die multa uerba,idest multa locuti sumus. Et uisi sumus.s.nobis,
commouere.i.afficere beneuolētia in te,senatum maximè.i.præ
cipue,cōmemoratione uoluntatis tuæ.i.eo,ꝙ indicauimus opti
mam uoluntatem tuam:erga illum ordinem.s.senatorium.itaq;
placuit , ut diceremus sententias breuiter.i.sine longa discepta-
tione,postridie.i. die sequente idus: ideo autem placuit .n. pro
quia:uoluntas senatus uidebatur esse reconciliata nobis,idest in
gratiā redijsse, ac iterū fauere nobis, hoc est causæ nostræ.quod,
idest quam rem,ego perspexeram.i. depræhenderam clare.tū.i.
pariter dicendo.i.cum causam tuam dicerem,nam assentiri uide
bantur, tum.i.pariter appellandis, & rogandis singulis.i.cum sin
gulos alloquerer,& rogarem,quid sentirent.Itaque cum senten-
tia Bibuli,ut tres legati reducerent regem.s.Ptolemęū esset pro-
nunciata prima,& sententia Hortēsij.s.ut tu reduceres supple eū
sine exercitu , esset pronunciata secunda:& sententia Volcatij.s.
ut Pomp. reduceret, esset pronunciata tertia , postulatum est .s.à
iudicibus ut sententia Bibuli diuideretur,quatenus,id est inquā
tum dicebat de religione, diuideretur, inquam, in duo membra.
quorum unum esset non oportere cōtra religionem cum exerci
tu reduci: Alterū, ut per tres legatos sine exercitu duceretur.Cui
rei.s.quatenus dicebat de religione,quia non poterat obsisti.i.cō
trastari (est autem impersonaliter dictum:) hoc est , quia nemo
audebat cōtradicere , assensum est Bibulo,qa omnes approbaue
runt non esse deducendum cum exercitu. De tribus legatis, idest
quantum erat, quòd per tres legatos deducendum censebat:fre-
quentes,idest plurimi iudicum ierunt, idest eundo sententiam,
& uoluntatem suam declarauerunt, in alia omnia, idest in alias
sententias potius,quàm in Bibuli . Proxima,idest secunda sen-
tētia erat Hortensij,scilicet ut tu sine exercitu reduceres.Cui sci-
licet sententiæ Lupus Trib.pl.cœpit intendere.s. impedimentū ,
ne approbaretur, eo quòd ipse retulisset.i.in consultatione addu
xisset de Pompeio.i. an ne potius per Pompeium reduci deberet.
Intendit autem.i. obsistit,& impedimentum iniecit: eo quòd di
ceret,se oportere facere discessionem.i.adeundo ad cuiusque sen
tentiæ auctoritatem uellet eius sententiam approbare,proposi-
tis enim sententijs, ne longum esset percūctari iudices de singu-
lis quid sentirent , iubebantur auctores sententiarum ab alijs di-
scedere,& iudices ad eum , cuius sententiam approbarent,acce-
dere,& ita eundo ferebant sententiam ante quam Consules.Re-
clamatum est uehemēter ab omnibus,orationi.i. assumpto eius.
Enim pro qa, oratio eius erat iniqua,& noua,idest inaudita . In
ferendis.n.sententijs prior locus erat Consulibus , quàm Tri. pl.
Consules neq, concedebant.s.assertionem Lupi,neque repugna-
bant ualde.i.uehementer,quia ipsi uolebāt diem consumi.i. sine
approbatione sententię transigi,id quod factum est.uolebant au
tem diem consumi. Enim pro quia,ipsi prospiciebant.i. perspica
citer uidebant,aut prospiciebant.i.pręuidebant plures,ituros in
sententiam Hortensii,sup.à multis partibus plures inquam,quā
in aliorum sentētiam, q̄q̄ ipsi qui irent in sententiam Hortensii
assentirentur aperte Volcatio,qui Pomp.honorē addixerat.Mul
ti.s. iudicum rogabātur.s.sñīam,atque idipsum.s. fiebat consuli
bus inuitis.Nā ij consules uolebant sñīam Bibuli ualere.i.appro
bari. Hac controuersia.s.de tribus sentētijs,ducta.s.agitata,& de
industria prolongata vsque ad noctem.i.postquā sic ducta est,se-
natus est dimissus .s.domum,& ego cęnaui ea die,aut eo die.i.in
eius diei uespere , apud Pomp.casu.i.euētu fortuito,aut quia illi
obuiam factus ad cœnā inuitatus est , aut ab amico illuc addu-
ctus,& nactus.i.assecutus hoc tempus magis idoneum.s.ad agē-
da cum Pompeio,quæ vellem,q̄ unquam antea. ꝙ.i.eo,ꝙ is dies
fuerat nobis in senatu honestissimus.i. honorificentissimus , post
tuū discessum.i.omnium dierum,quos habueram post tuum di-
scessum,aut quia primus sententiam rogatus,aut potius quia se
natū maxime ꝓmouere uisus, & beneuole auditus fuerat . Sū lo-
cutus cū illo.s.Pomp.ita,ut uiderer mihi trāsducere aīum hoīs.s.
Pompeij, ab omni alia cogitatione ad tuendam dignitatem tuā,
quæ uideretur lædi,si à petitione excideris. Quem ipsum.i.ut di
cunt,in propria persona,cum ego audio.s. de te loquentem, libe
ro eum prorsus.i.omnino,omni suspicione cupiditatis.s.reducē-
di regis.cum autem uideo familiares eius omnium ordinum.i.
in quocunque statu, & gradu dignitatis sint, ego perspicio.i.ani
maduerto id,quod est iam apertum.i.manifestum oībus, uideli-
cet totam rem istam.s.de reductione regis per te, esse iam pridē
corruptam à ceteris hominibus,non inuito.i. annuente rege , &
consiliarijs eius. qui.s.malint eum per Pomp.reduci. Ego scripsi
hæc ad 16. sup. diem cal.s. qui est ante cal. connumerato tamen
die calendarum,qui primus cuiusque mensis est, Februarij, ante
lucem,hoc est summo mane.Senatus.i.congregatio,& cōcilium
senatorum erat futurus.i.habendus eo die. Non igitur quotidie
fiebat senatus.Nos,quemadmodum spero, retinebimus dignita-
tem nostram.i.honeste stabimus,& audiemur pro te loquentes in
senatu,ut.i.quātum potest sup.fieri, aut retineri in tanta perfidia
hominum . Quod.i.quantum attinet ad rationem popularem.i.
uulgarem , hoc est quantum pertinet ad iudicium populi . nam
dum lis à senatu discindi nō poterat, facta concione referebatur
ad populum.nos uidemur consecuti.i.obtinuisse hoc, ut nequid
.i.ut nihil posset agi cum populo.i.referri ad populum,aut transi-
gi à populo.i.saluis auspicijs,quia populus rogari nō poterat au-
spiciis renuētibus) tunc autem Cic.ostenderat,aut ostendere pa

auspicia abnuere, aut saluis legibus, quia leges ueta-
status erat auspicia abnuere, aut saluis legibus, quia leges ueta-
bant tunc populum rogari, aut deniq; sine vi.i.uiolentia, q̄ quia
non facile fit, censet iudiciũ populi, qui Pompeio faueret, non
magnopere timendum. Auctoritas senatus grauissima.i. maximi
ponderis, & vigoris, quia sanctissima, intercessit.i.interposita est.
& addita, ijs rebus.s.nequid cum populo agatur, pridie.i. die an-
te, quã scripsi hęc, cui.s.auctoritati, & approbationi senatus, cũ
Caio, & Canin.intercessissent.i.suam auctoritatem ad impedien
dum iuterposuissent, & ita obstitissent, tamen.i.nihilominus, ip-
sa est præscripta.i.in rem iudicatam & (ut Galli dicunt) in arre-
stam trãsacta, hoc est irrefragabiliter ratificata. Videri possit mi
rum, quòd Cic. vno verbo in eadem ferè clausula tã diuerse uta-
tur, nam senatus intercessit.i.approbauit. & Cato intercessit.i.im-
pedire voluit. uerum intercedere vnum significat, id uidelicet,
quòd partes componentes, sed animus intercedentium diuersita
tem facit, nam auctoritas senatus intercessit, promulgationi le-
gis, ut ractificaret: Catonis, ut refelleret, nõ ergo dicam interces
sit, idest approbauit, sed intercedendo approbauit &c. Ego arbi-
tror eam.s.auctoritatem senatus. aut legem præscriptã esse mis-
sam ad te. Ego scribam ad te de ceteris rebus quidquid erit actu,
& prouidebo, idest prospiciam omni cura mea, opera, idest labo
re, diligẽtia, & gratia, ut.s.ceteræ res agãtur q̃ rectissime.i.ualde
decenter. Pulchra est auxesis in ijs vocabulis, cura, opera, diligen
tia, gratia. nam multi curant per alios, nec quisquam ferè operã
sine cura adhibet, nec diligentiam sine opera, nec gratiam impar
tit sine diligentia, qui enim gratia sua aliquid facit, quidquid per
se, aut per alios potest, facit. Sanè licet inepte dixeris, puer erit
percussus, pro percutietur, non tamen inepte dixit, quidquid a-
ctum erit, non quidquid agetur, non enim dum agentur. sed dum
acta erunt. scribenda censet.

PAVL. MAN. *Lentuli consulis*] In libris quibusdam manuscriptis legitur. Lu
cij consulis, non omnino absurde, potest enim intelligi de L. Phi
lippo Lentuli Marcellini in consulatu collega: sed, Lentuli, si
legas; de Lentulo Marcellino accipietur [Quatenus de religione
dicebat] Sensus hic est. cum Bibulus sententia sua duas res con-
plexus esset, de religione, & de tribus legatis, postulatum est, ut
eius sentẽtia diuideretur, id est ut singulis de rebus separatim re
ferretur. ac, de religione quatenus dixit, ut scilicet contra sibylli
nos libros ne decerneretur, qui regem Ægyptium cum exercitu
reduci vetarent, assensum, inquit, est. caput illud de tribus lega-
tis, qui regem reducerent, improbatum. dixit autem frequentes
ierunt in alia omnia, pro frequentes dissenserunt. neque solum
ire in alia omnia, sed & discedere & transire. eodem sensu uete-
res dicebant. lib. 10. ad Plancum, ch. 151. Eum, inquit, senatus re-
liquit, & in alia omnia discessit. Hirtius autẽ prope finem 8. de
bello Gallico libri, Discessionem, ait faciente Marcello, senatus
frequẽs in alia omnia trãsit. Festus Pompeius in dictione Quęs.
Qui hoc censetis, illuc transite. qui alia omnia, in hanc partem
his uerbis præit, ominis uidelicet causa, ne dicat, qui non cense-
tis. inde factum, vt, ire in alia omnia, idem significet, quod non
censere, idest contra id, de quo discessio fit, sentire. [Multis parti
bus plures] Sunt qui ita exponãt, vidisse consules, in Hortensij
sententiam plures ituros à multis partib. idest hinc, & illinc; pa-
rum, scilicet, agnoscentes purissimam, & ornatissimam locutio-
nem. quia eloquentissima eius ætatis uiri suis in scriptis elegan-
tia usi sunt. M. Cæl. lib. harum epistolarum 8. pag. 119. Turpe tibi
erit, Patiscum Curioni decem pantheras misisse, te non multis
partibus plures. item Cæsar 185. Quoniam numero multis parti-
bus esset inferior. multis partibus plures, & multis partibus infe-
rior dixerũt, pro eo, quod est, multo plures, & multo inferior. Ci.
item lib. 3. de finibus 98. Multis partibus malit. pro multo malit.
Suetonius quoque, non omnino malus latinitatis auctor, in Iu-
lij uita eodem loquendi modo usus est.

IO. BA. EGNA. *Nihil*] Idibus Ian. quo die Senatus est habitus, actum esse Cõ
sulis Lentuli, & Caninij Trib. pl. contentionibus tum, quan-
tum ipse senatum sibi in causa conciliasset, admonet. Postridie
dictis omnium sententiis postulatum fuisse uti de singulis refer-
retur. In hac sententiarum uarietate, uarie senatum agitatum, tã-
to utrinque studio, ut nihil eo die agi potuerit. Pompeium si-
bi ab hac restitutione regia alienum videri, familiares uero eius
nihil magis contendere Se tamen nulla in re defuturum pollice
tur nõ in senatu modo, sed ad populum, quantum, scilicet saluis
legibus cõsequi poterit. [Altercatione Lentuli cõsumptus] Húc
Lentulum Marcellinum puto, de quo supra. [Caninij] Is est, qui
auctore Plut. in Põpeij vita, Rogationem tulit, ut Pompeius re-
gem gemino lictore restitueret. Sed senatus rem eam cum ini-
que ferret, causam prætexuit, ideo se id nolle, q̃ uiro timeret. [Sẽ-
tentia diuid.) Sic Cic. in orone pro Mil. Decernebat. n. ut ueteri-
bus legibus tantummodo extra ordinem quęreretur. diuisa sen-
tentia est. Hæc Cic. Sed Ascon. Diuidere, inquit, sententiam, est,
cum aliquis indicenda sentẽtia duas pluresve res cõplectitur.
& si non omnes eę probantur, postulat ut diuidantur.i. ut de sin-
gulis rebus referatur. Fieri autem poterat huiusce diuisionis po-
stulatio ab unoquoque Senatorum qui uel sedendo hoc postulas
set, ut tamen integrum esset illi, qui orationẽ habebat, aut diui-
dere uellet. Cum igitur tres hæ simul sniæ quasi coaceruatim di-
ctæ essent postulatum est, ut de singulis referretur. [Intendere]
Translatio sumpta ab arcubus, qui proprie dicuntur intendi.
[Erat.n.iniqua, & noua] Quid.n.iniquius, quã Tribunorum pl.
priorem sententiam in senatu referri, cum consularis suprema
esset dignitas. [Transducere] Remouere, sed alibi infamare, qua
le illud in sacris literis. Cum nollet eam transducere. Græci hoc
παραδειγματίζειν, vnde Epigrammatarius poeta. Rideris, mul-
toque magis transduceris Afer. Et Satiricus: Altera quos nudo
transducit Gallia talo. [Totam hanc rem iam pridem esse corru-
ptam] Videtur hoc in loco Theophanis actum, & literas, quæ di
uulgabantur innuere, quemadmodum Plutar. in Pomp. est au-
ctor. [Senatus auctoritas grauissima] Ea erat, nt paulo post Cic.
ostendit, ne Rex omnino restitueretur. [Cato, & Caninius] Duo
trib. pl. Põpeij studiosissimi. neq. n. est ille Cat. Vti. secũdus, sed ab
hoc longe diuersus.

ARGVMENTVM.

Commendat lepide Ardum Trebonium Lentulo ita, ut hac epistola sit pueris, ut exemplar honestæ commendationis, inspicienda.

M. CICERO P. LENTVLO S. D. 3.

AVLO Trebonio, qui in tua prouincia magna negocia, & ampla, & expedita habet, multos annos utor ual de familiariter. Is cum antea semper & suo splendore, & nostra, ceterorumque amicorum commẽdatione gratissimus in prouincia fuit: tum hoc tempore propter tuum in me amo rem, nostramque necessitudinem uehementer confidit, his meis literis se apud te gratiosum fore, quæ ne spes eum fallat, uehementer te rogo: commendoque tibi eius omnia negocia, li bertos, procuratores, familiam, in primis. quæ, ut quæ T. Am pius de eius re decreuerit, ea comprobes: omnibusq; rebus eum ita tractes, ut intelligat nostram commendationem non uul garem fuisse. Vale.

HVB. AVlo Trebonio] Trebonius cum sub Cæsare in Gallia mili-
tans multa incommoda, & dispendia contraxisset reparã
dę rei familiaris grã in Cilicia ad negociationem.i.mercaturam
negauit, ubi cum Titi Appij Procõsulis benignitate multa im-
munitates suis negotijs impetrasset. ne à publicanis, aut alijs q-
buslibet uexaretur, cũ postea Len. Appio successisset, Cic. ipsum
ei cõmendat, quòd Titus Appius de eius rebus decreuit ipse om
nino cõprobet, & præstet, ostenditq. iustam esse sibi causam com
mendandi hunc hominem pp ueterem familiaritatem, quæ sibi
cum eo fuit. denique quod in prouincia Cilicia oĩbus prouincia
libus semper gratissimus fuit, & pp eius uirtutẽ & claritudinẽ &
pp commendationem ipsius Cic. & ceterorũ amicorũ, sed nunc
maximè confidere, se fore Lent. gratissimũ, à quo sciret Cic. ma-
ximè amari. Is aũt Trebonius cum uideretur primo, & putaretur
esse amicus Cæsari, postea coniurauit cũ Bruto & Cassio in eius
necem. ipse demum in Asia à Dolabella. interemptus est. [In tua
prouincia] Cui præes. [Magna & ampla] Inculcatio dictionum, Magnus
quamuis alij dicant magnum, quod in cumulum sui, & magnitu Amplus
dinẽ crescit. amplum, quod late patet, & per multa diffunditur,
alij dñt amplitudinem, & dignitatem, & laudẽ rei referri. Expe
dita, non implicita litibus. [Is] Trebonius. [Antea] Superiori tẽ-
pore. [In prouincia] Ciliciam. [Suo]. s. propria uirtute, aut etiam
nobilitate. [Tum] Maximè. nam cum semper minus signat, quan
tũ. [Necessitudinẽ.] Necessitudo interdũ sigñat tũ, cui non facilè
resistitur. interdũ cõiunctionẽ, uel sanguinis, uel amoris. [Confi Gratiosus
dij] Certissime credit. [Fore gratiosum] Futurum ualde gratũ, nã Procurator
gratiosus plenus gratia dr̃. [Liberos] Quos in prouincia habet. Causidicus
[Procuratores] Procuratores dñr proprie gestores negociorũ, nã
actores causarum, causidici dñr. [Comprobes] Cõfirmes. [Ita tra
ctes] Ita adiuues. [Non uulg.] non uilem, non tepide scriptam.

A. Trebo-

ASC. *A. Trebonio, &c.*) Hæc epistola commēdatitia in quibusdam exemplaribus ad finem præcedentis ad scripta est, in aliis seorsum posita, quæ sequi malui, eo quod uerisimilius est eā Trebonio ad præferendam eam quando uelit traditam. Miro studio, & aptissimis uerbis, licet paucis, hominem commendat, ita ut pueris sit penitus ediscenda hæc epistola, & pro exemplari habenda. Iu cuius principio animaduertant, non ridiculum esse quod Seruius dixit accusatiuum temporis continui præsertim honestiorem esse locutionem, nam Cice ita ferè locutus est, ut multos annos, tot &c quod nūc quasi necessarium erat, eo quod alter ablatiuus adest. Ordo est. Ego utor ualde familiariter multos annos, q.d. & sum u us iam multos annos A. Trebonio, q̄ habet in tua prouincia, s. Cilicia, quę tibi procōsuli decreta est, negocia ut sūt mercaturæ, magna. i. magnæ impensæ, & ampla i. honorifica, & expedita. i. non implicita litibus, aut obnoxia publicanis, Is. s. A. Trebonius, cum, s. ita sit, quòd fuit semper antea gratissimus in prouincia. s. ista, &. i. simul suo splendore, i. honestate summa uitę, & commendationę nostra, & ceterorum amicorum, ubi notet puer cōiunctionem posse diuersos casus copulare, dummodo dictio regens eos exigat, ut hoc loco, nam commēdatione nostrū non est usu, quod et notet, & commendationi nostri nō patitur significatio, tn̄ i. multo euidentius confidit hoc tēpore propter tuum amorē in me i. qua scit, ꝙ abs te, amor, & pp nostram necessitudinem. i. uinculū amicitia, se fore gratiosum, i. plenū gratię & commendationis apud te, ijs literis meis, quę spes ne fallat. i. decipiat n. rogo uehementer te, & commēdo tibi omnia negocia eius liberos. i. prolem legitimam, quia propter multa dispēdia in Gallia sub Cæsare accepta in Ciliciā cum tota familia migrauerat procuratores. s. negociorum & causarum eius, quos factores uocant, familia. s. omnem, & in primis, ut comprobes ea, quæ T. Ampius qui ante te prouinciam rexit, decreuit de eius re, vt, s. merx eius libera sit a vectigalibus & portorijs, & tractes eū supple in omnibus rebus, ita ut intelligat commēdationem nostram fuisse non uulgarem, sed egregiam & ualentem.

PAVL. MAN. *T. Ampius.*) Antea, T. Appius, corrupte legebatur, duo enim prænomina simul esse non possunt, ut si dicas, M. Caius, aut Cn. Lucius. Ampiorum autem familiam Romæ, fuisse notissimū est. & potuit hic esse T. Ampius ille, qui tribunatum pl. gessit M. Cicerone C. Antonio cos legemq. tulit eum T. Labieno trib. pl. ut Cn. Pōpeius, confecto Mithridatico bello, ludis circensibus corona aurea & omni cultu triumphantiū uteretur, scenicis autem prætexta, coronaq. aurea. Velleius lib. II.

IO. BA. EGN. *A. Trebonio &c.*) In epistolis commendatitijs hæc fermè sunt, quæ obserues, uti prius commēdationis alleges iustissimas causas, tum quidnā id sit, quod petas, breui & dilucide explices. Postremo uel illum beneficij semper memorem, uel te perpetuo debiturum pollicea̧re. Sunt autem epistolę in hoc genere uulgaris cuiusdam nomine. sunt alię rursus optimę, prout uel beneuolentia maior, uel commendationis honestior causa uideatur. Ducuntur autem illæ causæ, uel maiorum uetustissimo necessitudinis uinculo, uel ab ea, quam cū illo contraxeris pridem beneuolentia, uel ab ipsius quem cōmendes, personę dignitate, & probitate, uel ab alterius tibi amicissimi, qui rē abs te, ꝓ amico, cui negare nequaquā potueris, expoposcerit, Sed et ad rei ipsius explicationem ualet non parū honestas causæ, magnitudo, periculum in re magnū summa utilitas. quam se consecuturū speret. Sed & si, qui ante in re illa idē senserint, quid petas non parum proderit, neque non ualet, & id plurimum, ad emerendum causæ tuæ fauorem, ꝙ in calce addas, uirum optimum gratissimūque esse, semper beneficij memorē semp illum cū tota familia debiturum, te uero nunquam beneficij obliuisci posse. [Trebonio] Is uero Trebonius est, qui in Gallis sub Cæsar militans, cū eo semper usque ad belli ciuilis exitum fuit quiq; inter huius belli à Cæs. ad oppugnationem Massiliæ præfectus est. Tandē in Cæs. conspirans, inter Cæsaris conspiratores unus, cum Asiæ præesset, post Cęsaris necem primus omnium coniuratorum à Dolab. consule interficitur, capta insidijs Smyrna, ipsoque adhuc dormiente capto. Sed & eius caput in modum pilę affixum, a militibus Cæsarianis iactatum est, quo ad contusum contritumque fuit. [Titus A.] De hoc librum 3. plenius.

Trebo.

ARGVMENTVM.

Profitetur se uiriliter pro Lentuli dignitate stetisse, idemque solum obtinuisse, ut nihil innouetur nisi saluis auspicijs, & legibus.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Quo minus ex uoluntate Lentuli & Ciceronis res cōfecta sit, conijcit culpam in senatus discessionem. Subiungitur commendatio officij sui, à cura & prouidentia, quæ in eo, firmatione causæ usus est.

M. CICERO P. LENTVLO S. D. 4

AD 16. calen. Feb. cum in senatu pulcherrime staremus, quòd iam illam sententiam Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus; unumq. certamen esset relictum, sententia Volcatij; res ab aduersarijs nostris extracta est uarijs calumnijs: causam enim frequenti senatu, in magna uarietate, magnaq. inuidia eorum, qui à te caussam regiam aliò transferebant, obtinebamus. eo die acerbum habuimus Curionem, Bibulum multo iustiorem, pene etiam amicum. Caninius, & Cato negarunt se legem ullam ante comitia esse laturos. senatus haberi ante cal. Feb. per legem Pupiam, id quod scis, non potest, neque mense Feb. toto, nisi perfectis, aut reiectis legationibus. hæc tamen opinio est P. R. à tuis inuidis, atque obtrectatoribus nomen inductum fictæ religionis, non tam ut te impedirent, quam ut ne quis propter exercitus cupiditatem Alexandriam uellet ire dignitatis autem tuæ, nemo est, quin existimet habitam esse rationem ab senatu. nemo est enim qui nesciat, quo minus discessio fieret, per aduersarios tuos esse factum, qui nunc P. R. nomine, re autem uera sceleratissimo latrocinio, si qua conabuntur agere: satis prouisum est, ut ne quid saluis auspicijs, aut legibus, aut iam sine ui agere possint. Ego neque de meo studio, neque de nonnullorum iniuria scribendum mihi esse arbitror. quid enim aut me ostentem; qui, si uitam pro tua dignitate profundam, nullam partem uidear tuorum meritorum assecutus; aut de aliorum iniurijs querar; quod sine summo dolore facere non possum? ego tibi à ui, hac præsertim imbecillitate magistratuum, præstare nihil possum: ui excepta, possum confirmare, te & senatus, & P. R. summo studio amplitudinem tuam retenturum. Vale.

AD 16. calen. Febr.] Edocet Cicero Lentu. ꝙ cum esset in Senatu pro causa Lent. magno honore, quia deiecerat sentētiam Bibuli, uarijs cauillationibus, & contentionibus res distracta est, ut non potuerit concludi, cum in tanta uarietate sententiarū uideretur esse obtenturus causam, & declarat, quos habuerit amicos, quos aduersarios, ostenditque senatum haberi non posse per totum Feb. per legem Papiam, & fictam esse quandam interpretationem ab inimicis Lent. non tā, ut impediretur Lētu. ab hac reductione, quā nequis uellet cū imperio, proficisci in Aegyptū, postremo se prouidisse, nequid posset fieri aduersus Lē. saluis aut legibus, aut auspicijs, neque tantū pro Lent. efficere posse, etiā si uitā pro eo funderet, ut possit minimæ parti beneficiorum Lent. erga se satisfacere, facturū tn̄, nisi fiat sibi uiolentia, ut obtinet amplitudinem, & dignitatem ipsius Lent. [Ad 16. cal.] subauditur, ante cal. inclusiue tn̄, ut dies cal. etiā intelligatur. [Cum staremus] Nam dicētes stabant. [Pulcherrime] Cum maxime honore. [Quod, quia F. deieceramus. [Vnum certamē] i. solū. s. sententia Volc. frangenda, quia uolebat, ut Pomp. reduceret. Extracta distracta, producta in aliud tempus dilata [Varijs calūnijs] Varijs cauillationibus uel falsis criminibus. [Trāsferebant alio à te]. i. tibi eripiebant, & alium conferebant. [Causam regiam] Reductionē regis. [Acerbum] aduersarium. [Bibulum] Eius pridie sentētiam fregerat Cic. [Ante cal.] quia post 12. cal. Feb. sequebantur comitia quib. populus congregabantur, & multa per se agere poterat seorsum à senatu, qui ꝓpter dies comitiales haberi nō poterat usque ad cal. Mart. comitiales autem dies vocabant, ut uoluit Festus, cum in comitio conueniebant, qui locus a coeūdo dictus est, quasi comitiū. Comitijs uero rogabatur populus de rebus decernēdis, unde, & rogatio dicta est secundū Festum, cum populus consulitur de uno, pluribusve hominibus, & de una, pluribusve rebus, de quibus omnibus sentētiatur, & rogare est populum consulere, uel petere ab eo, ut id sciat quod ferat, ut Atteio Capitoni placet, apud Aulum Gelliū rogatio est cum aliquid statuitur, siue plebs, siue populus agat, lex est generale iussum. rogāte magistratu. Cato igitur & Canin. trib. pl. nolebant

HVB.

Dies comitiales Comitium rogatio Lex.

lebāt ijs comitialibus diebus ut rogationes, & leges populi, aut confirmarentur à senatu, aut reijcerentur, neq; legem ullā promulgare uolebant ante comitia cōsularia, quę erant futura cal. Mart. uolebant enim rogationes populi olim intermissas ijs diebus aut perfici, aut reijci: quod Cic. alibi ad Q. Fr. scribēs ijs uerbis significat. Itaque Cato concionatus est se comitia haberi nō siturum: si sibi cū populo dies essent exempti: lege enim Pupia ita erat decretum, ut ijs diebus fierēt tantum comitia populi, neque senatus ullo pacto haberi possit. quam rem in calumniā legis Pupiæ scribens C. alibi ijs uerbis notat, Appius interpretatur non impedire se lege Pupia, quo minus haberet senatum, & qđ Sabina sancitum sit, cogi à cal. Fe. vsque ad cal. Mar. senatū quotidie legatis dari. & idem Cic. ad Q. Fr. scribens exponit hos dies appellatos comitiales ijs uerbis. Reliqua, cum esset in senatu cōtentio Lent. ne an Pomp. reduceret, obtinere causam Lent. uidebatur, res calumnia extracta est p obtrectatores Lentuli, cum secuti sunt dies comitiales per quos senatus haberi nō poterat. Se esse Laturos vllam legem, de causa regia [Ante comm.]. s. consularia, quæ vsque ad cal. Mart. differebantur per legem Pupiam, usque ad quod tempus eadem lege senatus haberi non poterat, ut dictum est. [Id, quod scis]. i. quod scis. [Nisi perfectis] Expeditis, aut reiectis in aliud tēpus reseruatis, quia toto eo mēse dabatur senatus quotidie solis legationibus non alijs causis. [Fictę relig. idest falsæ, scilicet posse & debere regem reduci cū exercitu. [Non tam,] Impedirent te qui non haberes exercitum [Alexandrinam] Vrbem Aegypti, unde Ptol. Auletes fuerat exactus, ut diximus in argumento. [Habitam esse rationem] idest respectū. [Quominus.] Vt non. [Fieret discessio] Senatusc. ut supradictū est. [per aduersarios] idest ab aduersarijs. [Qui nunc P. R. nomine] Re autem uera sceleratissimo latrocinio, qui nunc sub specie tuendi P. R. sed re uera, ut tibi noceant, si tentabūt aliqua facere, prouidi, ne possint facere, quin faciant cōtra leges, & auspicia, & quin faciāt tibi uiolentiam [Studio] Voluntate, vel officio erga te. [De iniuria nonnullorum] Quorundam tibi illata. [Quid. n.] Ratio prioris propositionis Ostentem] Iactem, profundam, ponam, impendam. [Assecutus] idest adæquasse uel attigisse Aut de aliorum iniurijs querar, ratio secundæ propositionis. [Quod] scilicet q̄ri de iniurijs in te illatis. [Imbecillitate]. i. inconstantia, uel timiditate. [Prę̄stare] Efficere. [Excepta ui] idest uiolētia, id est, nisi fiat nobis uiolentia [Possunt tibi aff] Quod defendemus amplitudinem tuam, idest dignitatem. [Summo studio] Summo fauore. [Retenturum] Seruaturum.

ASC. *Ad 16. cal. &c.* Protestatur se uiriliter pro Lentu. dignitate certasse, parum tamen obtinuisse ob quorundam iniuriam Stare dicitur orator, & actor, dum ea, quæ orat, aut agit, placent. Comitia sunt dies, & loca, quibus, & ad quæ coit populus ad creandos nouos magistratus, aut ad res graues decernēdas. Ordo est: Cū nos staremus pulcherrime, i. cum actio nostra placeret, & prospera esset in senatu ad. i. circiter 16 cal. Feb. ꝙ, idest quia nos fregeramus. i abrogaueramus pridie. s. eius diei. i. die eum diem pręcedente, illam. s. notam & sæpe dictam sententiam Bib. de tribus legatis. s. pro rege sine exercitu mittendis, & unum certamen esset relictum uidelicet sententia Volc. res est extracta. s. è manib. nostris ab aduersarijs, uarijs calumnijs. i. iniquis cauillationib. Enim i. quia obtinebamus causam. s. tuā supple in frequenti Senatu, & magna uarietate. s. sententiarum a diuersis latarū, & magna inuidia. i. odio eorum, Qui transferebant causam regiā à te alio. i. ad alium, vtpote ad Pompeium. Nos habuimus Curionē. s. causidicum, qui postea Cæsari adhęsit, acerbum. i. acrem aduersarium, & habuimus Bib. iustiorem. i. æquiorem multo, & penè ēt amicū. Canin. & Cato, qui intercesserāt, ne lex ferretur, ne ad populum res referretur, negarunt se esse laturos vllam legē ante comitia. i. priusq̄ populus cōueniret ad magistratus eligendos. Senatus. i. ut dn̄t consistorium, & curia senatorū, non pōt haberi ante cal. Feb. per legem Pupiā, quæ cauet, ut tantisper dū Comitia fierent, senatus non haberetur, id quod. i. quā rē tu scis, non. n. recēs erat ea lex. Neq; senatus pōt haberi toto mense Feb. nisi legationibus pfectis. i. determinatis, aut reiectis. i. posthabitis, ut nō placeret de eis q̄dquā agi, tn̄. i. nihilominus hæc est opinio P. R. nomen. i. mētionem religionis, fictę. i. simulatę, cum tn̄ uerum cēt ita carmine Sibyllino cauere, sed potuit populus falso opinari id ab ęmulis fictum, inductum sup. esse ab inuidis, & obtrectatoribus tuis, hoc est quos tu inuidos, & detractatores habes, ac pateris. sed sic Valla, tui, dicendum præciperet, non tā. i. nō tantopere ea causa, ut impedirent te, quam. i. quantopere, ut ne quis uellet ire Alexandriā. i. ad regiam urbem Aegypti, pp cupiditatē exercitus . i. quia videbant exercitū tam cupidū eius profectionis, aut quia cupiebant exercitum. Autē. i. sed nemo est, quin existimet rōnē, idest respectum honorificū tuæ dignitatis, esse habitā ab senatu. Enim. i. quia nemo est, qui nesciat factum esse p aduersarios tuos, quominus. i. ut non fieret discessio. i. latio sententiæ cognitis iudicijs senatus, q̄a p discessionē ad suæ cuiusq; opinionis auctorem factam. Nunc. i. deinceps, si qua. s. æmuli tui conabuntur agere. i. aliqua nomine P. R. i. sub prætextu referendi ad populū, eo ꝙ senatū tibi fauētem uident. Aūt. i. sed re uera. i. non simulata, latrocinio sceleratissimo, p largitionē corrupti fas, & nefas veniale habēt, satis est prouisum. s. per auctoritatē senatus, ut ne quid possint agere. Vacat, ut quid, sæpe apud Cic. sic reperies. s. cū populo auspicijs saluis. i auspicatu, aut legibus saluis, aut iā post quā auspicia, & leges refragantur, sine vi. i. uiolentia, quæ actio nulla foret. Ego neque arbitror scribendū esse mihi, neq; de studio meo, scilicet in te, neq; de iniuria nonnullorū. i. quorundā. Enim. i. quia, quid. i. ad q̄d, aut ostētē me. i. iactem officiū meum in te? qui si profundam. i. abunde exponam, uitā. s. meam pro dignitate tua, nullā. i. nō ullam. non uidear assecutus. i. æquiparasse ullam partē meritorum tuorum. s. in me. Aut quid querar. i. cōquerar de iniurijs aliorū, quod. i. quā rem nō possum facere sine summo dolore? q. d. frustra. Ego nihil possum præstare. i. exhibere, & efficere tibi in hac imbecillitate magistratuū. i. in qua magistratus ferè corrupti sunt, at. i. sed, ea. i. imbecillitate magistratuum, excepta possum confirmare. i. certificare, te retenturū tuā dignitatem summo studio. & senatus, & P. R. i. tam Sen. q̄. P. R.

PAVL. MAN. *Pridie eius diei fregeramus:*] Dicit quod supra in epistola. II. in qua ita scripsit: De tribus legatis, frequentes ierunt in alia omnia. sed cum ibi factum id esse dicat die, qui consecutus est Idus Ian. hic autē die, qui 16. cal. Feb. præcessit, fuere, qui dum arbitrantur, Ianuario mense, ut nūc, ita tum unum, & 30 fuisse dies, corruptum esse locum crederent, uidentes hanc diem, ut quidē ipsi numerabant, aliam esse ab ea, quæ est in epist. II. cum tn̄ eādem esse oporteret, ꝙ absque dubio locus hic alter de trib. legatis repetitio prioris esset quod si ad rationē eius anni, quo scripta est epistola supputassent, & locum carere mendo, & eandē, quam in II. epistola diem significari, cognouissent. fuit. n. tunc Ianuarius mensis tantum modo 29 dierum. postea Iulius Cæsar annum corrigens. binos addidit, & ut tricenos singulus haberet, qui antea tantummodo 29 habuerat, effecit. auctor Macrobius. [Ego tibi à vi, Timebat, ne tribunus aliquis per uim legē ferret, quam Lentulo uel Ptolomæi Regis restitutionē eriperet, uel imperium abrogaret, quod factum est. epist. II. lib II. ad Q. Frat. eadem de re scribens: Quid futurum sit, inquit, latrocinio Tribunorum, non diuino, sed tamen suspicor per uim rogationem Caninium perlaturum.

IO. BA. EGNA. *Ad 16. cal. Febr*] Quæ sextodecimo cal. Februarias in senatu sint acta, docet. nam post Bibuli sententiam pridie à se infractam, cum optime de re speraret, nihil per Volcatium tandem potuisse confici. hic Curionis acerbitatem. Bibuli quandā pene æquitatem. Caninij, Catonisq iniquitatem fuisse, comitiales postea dies secutos, qui lege Pupia definiti erant ab inuidis mētionem religionis, ea tamen de causa inductam, ne cui restitutionis regiæ prętextu exercitus decernetur, ipsius dignitatem hactenus inoffensam. ꝙ si qui aduersarij fuerint, se enixissime curaturum, ne quid saluis legib. illa audeant, ut tn̄ interim nihil aut de summo suo studio, aut industria remittat neq;. n. se diffidere, dūmodo uis absit, facile sibi oīa ex animi sn̄ia cessura. [Varietate] Hæc de colorib. proprie dicitur. [Acerbum Cur.] A pomis immaturis sumpta trāslatio, quæ minime grati saporis sunt. Hunc ego filiū puto qui multum eloquentia per ea tp̄a ualuit, & cum in tribunatu primū Cæs. aduersaretur, mox auro Cæs. & Gallicis captus spolijs, in Cæsarianas partes transit, uir audax, & acer, præcipuaq. ciuilis belli fax. quippe qui simulato metu cum Roma, profugisset, ad Cæs. sedētem tunc ad Rubiconem in castra, uenerit, illumq. ad bellum quamprimum patriæ inferendū adhortatus sit. Missus postmodū à Cæs. in Africam, dum audacius, q̄ cautius bellum gerit, in insidias à Saburra p̄cipitatus, cū toto pene exercitu internitione occiditur. Ad hūc sunt Cic. epist. lib. 2. De eo Luc. sic lib. 3. cecinit. Haud alium tanta ciuem tulit indole Roma. aut cui plus leges deberent recta sequenti. Sed, & Cic. in lib. de Cl. or. hæc de Curione: Curio si diutius uixisset, magnam esset eloquētiæ laude consecutus, huius. n. dictio in eo quod verisimile uisum esset, facilis, soluta, acutæ, & crebrę sn̄iæ, ut nihil ornatius, nihil expeditius esse posset. is si me audire uoluisset, honores q̄ opes cōsequi maluisset. Et paulò post: Huic inerat sine arrogantia grauitas, sine segnitie uerecūdia. sed illū ęstus q̄dā insolitę adolescētibus glorię absorbuit, qui quia miles imperatori nauarat operā imperatorem se statim esse cupiebat. Hæc Cic. Hic illę est, qui duplicia illa theathra, q̄ in amphiteatri formam

duceret

duceret, portẽtuosum planè opus, lignea cõstruxit, quibus R.P. veluti autoratum circunderet, ut uideri possit uniuersum Ro. populum funebri patris munere ad eius tumulum depugnasse. Pli. 7. tres perpetua serie Curionis oratores fecit auũ. s. patrem & filium. Sed pater nullis literis, nulla memoria, nulla liberaliũ artiũ cognitione domestico tñ quodam loquẽdi usu, tertius post Crassum, & Antonium orator numerabatur. Sed, & Curiones dicti ministri theatrales, quorũ uoce aliquid populo vulgaretur. vñ Ruf. in Eusebij interpretatione: Polycarpum p Curionẽ pronunciari placuit Xpianũ esse. Et Mar. Scriptam à Curione non egent. Plaut. ꝑterea in fabula Aul. Curionem nunc pro curioso, nunc pro macro, quasi curis confecto accipit, auct. Nonius. & Festus. Varro quoq; principes curiarũ Curiones dictos scrib. [Neque mense Feb.] Erat. n. hic mensis legationib. audiendi attributus [Studio] vehemens est animi applicatio ad aliqd peragendũ. Fabius. [Præstare] Verbum iuriscõsultorum. Hic autem epistolæ finis totus moratus est. hac. n. parte Cic. gratissimum suum erga Lentulum ꝓbat animum, qui si uitã ipsam profunderet, nullam meritorum Lentuli erga se partẽ sibi consecutus esse uideatur.

Exorditur à tẽporum iniquitate, & hominum ꝑfidia.

ARGVMENTVM.

Lentulus egerat Ciceroni gratias ob gra u officium in tuenda causa à Cicerone ostensum. cui Cicero respondens significat sibi dolere, ea tẽpora incidisse, ut Lentulus cogatur experiri fidẽ, & beneuolentiam suorum, & præsertim Ciceronis erga se: hoc est, tempora aduersa. Dolet etiam, quod Cato legem tulerit de prouincia abroganda Lentulo, quã rem Lent. uerebatur euenturam. De rege autem reducendo per Lentulum, dicit se bene sperare, cum uideatur rex ipse id uelle. Aduerte autem, quòd Catonem, uirum alioqui gratissimum uocet.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Quis fuerit affectus Ciceronis in amicis iuuandis, hac epistola exprimitur. Habentur & noua causæ, cur negocium minus confectum sit.

M. CICERO P. LENTVLO S. D. 5.

TAMETSI *nihil mihi fuit optatius, quam ut primum abs te ipso, deinde à ceteris omnibus quã gratissimus erga te esse cognoscerer; tamen afficior summo dolore, eiusmodi tempora post tuam profectionem consecuta esse, ut, & meam, & ceterorum erga te fidem, & beneuolentiam absens experirere. te autem uidere, & sentire eandem fidem hominum in tua dignitate, quam ego in mea salute sum expertus, ex tuis literis intellexi. Nos cum maxime consilio, studio, labore, gratia de causa regia niteremur; subito exorta est nefaria Catonis promulgatio, quæ nostra studia impediret, & animos è minore cura ad summum timorem transduceret. sed tamen in eiusmodi rerum perturbatione quanquam omnia sunt metuenda, nihil magis, quam perfidiam timemus, & Catoni quidem, quoquomodo se res habet profecto resistimus. De Alexandrina re causaque regia tantum habeo polliceri, me tibi absenti tuisque præsentibus, cumulate satisfacturum. sed uereor, ne aut eripiatur nobis, aut deseratur: quorum utrum minus uelim, non facile possum existimare. sed, si res coget, est quiddam tertium, quòd neque Selicio, nec mihi displicebat: ut neque iacere regem pateremur, nec nobis repugnantibus, ad eum deferri, ad quem prope iam delatum esse existimatur, à nobis agentur omnia diligenter: ut neque, si quid obtineri poterit, non contendamus. nec, si quid non obtinuerimus, repulsi esse uideamur: tuæ sapientiæ magnitudinisque animi est, omnem amplitudinem, & dignitatem tuam in uirtute, atque in rebus gestis tuis, atque in tua grauitate positam existimare, si quid ex ijs rebus, quas tibi fortuna elargita est nonnullorum hominum perfidia detraxerit, id maiori illis fraudi, quam tibi futurum. A me nullum tempus prætermittitur de tuis rebus, & agendi, & cogitandi, utorque ad omnia Q. Selicio: neque enim prudentiorem quemquam ex tuis, neque fide maiore esse iudico, neque amantiorem tui. Hic quæ agantur, quæque acta sint ea te, & literis multorum, & nũcijs cognoscere arbitror. quæ autem posita sunt in coniectura, quæque mihi uidentur fore, ea puto tibi à me scribi oportere. posteaquam Pompeius apud populũ ad 8. Id. Feb. cum pro Milone diceret, clamore, conuicioq. iactatus est, in senatuq. à Catone aspere, & acerbe omnium magno silentio est accusatus, uisus est mihi uehementer esse pertubatus. itaque Alexandrina causa quæ nobis adhuc integra est, (nihil enim tibi detraxit senatus, nisi id, quod per eandem religionem dari alteri non potest) uidetur ab illo plane esse deposita, nunc id speramus, idque molimur, ut, cum rex intelligat sese, id quod cogitabat, ut à Pompeio reducatur, assequi non posse, &, nisi per te sit restitutus, desertũ se, atque abiectũ fore, proficiscatur ad te. quod sine ulla dubitatione, si Pompeius paulum modo ostenderit sibi placere, faciet. sed nosti hominis tarditatem, & taciturnitatem. nos tamen nihil, quod ad eam rem pertineat prætermittimus. ceteris iniurijs, quæ propositæ sunt a Catone, facile, ut spero, resistemus. Amicum ex consularibus neminem tibi esse uideo, præter Hortensium, & Lucullum. ceteri sunt partim obscurius iniqui, partim non dissimulanter irati. Tu fac animo forti magnoq. sis; speresq; fore, ut fracto impetu leuissimi hominis, tuam pristinam dignitatem, & gloriam consequare.*

HVB.

TAmetsi] Respondens Cic. Lent. qui ei gratias egerat, ꝙ diligenter, & fideliter eius causã tueretur: dicit se dolore affici eiusmodi accidisse necessitatem tẽporum, ut Lent. cogatur nũc fidem, & beniuolentiam Cice. & ceterorum amicorum in dignitate sua experiri, licet semper optauerit se gratissimum cognosci posse erga ipsum Lent. quod ipse Lent. in absentia experiatur eandem esse hominum fidẽ in dignitate sua, quæ fuerat olim in salute ipsius Cice. deinde subdit fauores: quos haberet pro Lent. impeditos esse subita, & nefaria promulgatione Catonis: qui legem ad populum tulerat, ut prouĩcia abrogaretur Lent. nã ijs, qui dicunt Catonẽ ꝓmulgasse legem de proroganda prouincia Cæsari in alterum quinquennium, & ei dandum stipẽdium, nõ facile assentior, cum Plu. in uita Cæs. & Catonis longe aliter dicat, neque Catonem vnq̃ adduci potuisse, ut id sentiret: postea uero declarat Ci. qd speret posse fieri de causa Alexãdrina, hortaturq. Lent. ut si hanc reductionem obtinere non possit, pro sapientia, magnitudineq. animi sui, existimet dignitatem suã non in hac reductione, sed in uirtute, clarisq. rebus gestis esse positam. se aũt vsurum omni diligentia, adhibiturum socium consiliorum omnium, Quint. Selicium hominem prudentem, & Lent. amicissimum, atque de rebus iam præteritis dicit se nihil scripturum: sed de ijs, quæ tantum putantur esse futuræ. itaq; significat Põp. grauiter accusatum à Catone, uideri deposuisse omnino omnẽ curã causæ Alexandrinæ. Dicitq. se quibusdam coniecturis perspicere, ꝙ rex ipse Lent. reduci optabat, quandoquidẽ uidet se nõ posse assequi, ut à Põp. reducatur, sicut ante cogitauerat, & breuiter de animo quorundam Lent. certiorem reddit, & hortatur ipsum, ut forti sit animo. [Tametsi,] Sensus est, & si nihil unquam magis optaui. q̃ ut tu in primis, deinde cæteri oẽs, me gratissimũ cognoscerent, tamen doleo uenisse tpa post tuũ discessum, quib. oporteat te absentem experiri fidẽ, & amorẽ erga te meũ, & ceterorum amicorum. [Quam gratissi.] Valde gratissimus, nam q̃ cum superlatiuo iungitur, semper auget, sicut per cum positiuo. dicimus tñ perquam gratissimus, & q̃ mox, qd teste Festo significat, q̃ cito. [Afficior summo dolore] Sũme doleo. afficior, & ad aĩum, & ad corpus refertur, & quamuis affici malis tñ consuetudo præsumpserit, dicit Nonius Mar. tñ & de bonis positũ est, ut M. T. offic. lib. 1. aliquo honore, aut imperio affectos obseruare, & colere debemus, significat aũt secũdũ adiũcta, ut afficio locũ luce. i. do lucẽ loco, ut Varro. Coronam ex auro, gẽmis fulgenẽ gerit, luce locum afficiens. & afficio lętitia. i. do lętitiam, & sic in reliquis, ut letali vulnere affectus es. i. letaliter uulneratus. [Eiusmodi] idest talia. [Consecuta] Euenisse, successisse. [Post pr.] idest post tuum discessum. s. ex vrbe Roma. Non proficisci quamuis significat omnem motum, tñ maxime de loco dr̃, ut Vir. in. 1. Æn. Hunc lætum Tyrijsq. diem Troiaq. profectis. Esse uelis. [Te autem,]

Quam mox.

Afficior

Proficiscor.

tem,]Sēsus,&ordo est,intellexi ex tuis literis,te sentire & cognoscere eandē esse fidem hominum in tua dignitate, quā ego expertus sum in salute mea,q̄a multi quos tibi fidos putabas, sic te nunc deseruerunt,sicut olim me,cū in exilium missus sum. [Eadem.]Talem.[Quam]idest qualem.nam relatiua substantiæ sæpe pro relatiuis accidentis ponuntur,non sum is, quem credis.i.talis qualē credis.[Videre,]Cognoscere,sensus enim corporis plerunque ad animum referuntur, ut non vides,quantū erres,idest nō cognoscis.[Sētire,]Iudicare,& plus est,quam uidere.[In tua dignitate]Quia oppugnabatur dignitas Lent.quam sibi cōstituerat in reductione regis.[In mea salute].i. uita, quia Ci. in exiliū misso aqua & igni interdictione est.[Niteremur. Magnis uirib. laboraremus,& ageremus.nā niti inter alia significat etiam suo honore conari,ut M.T. Tusc.lib.3. Tū illud quod Sisyphus uersat saxum sudans,nitendo non ꝓficit hilum. [Cōsilium].i.cogitatis rationibus,& prudētia.[Studio] Vehementi uoluntate & diligentia.[Labore]Et re,& opera[Gratia]Fauor,& est articulus ex ornatio,[Exorta est,]Translatiue.i. repente prolata, & edita est. [Promulgatio,]Quia Cato ꝓmulgauit legem de Imperio Lent. qui in Cilicia erat abrogādo,ut Cic.ad Q.F. scribens testatur his uerbis,Cato legem tulit de Imperio Lent.abrogādo, vestitum filius mutauit.[Nostra studia]Nostros fauores. [A minore cura].s. defensionis Lent.i.à cura tuendi Lent. iam refrigerata.[Ad summum timorem transduceret].i.faceret,ut omnes summe timerēt fauorem Lent. [In eiusmodi perturbatione rerum].i.in tali rerū dissensione.[Quanquam omnia sunt metuenda.]Quia in perturbatione rerum nemo suas res habet tā certas, ut possit cōficere. [Quam perfidiam].i. ne decipiamur,ab ijs,q̄ fidem promiserūt, & qui se nostros ostendunt,& profitentur.[Quoquo] Vtcunq; , qualitercunq; .[Habeo polliceri]Græcè dixit, ita enim dicitur ἔχω ποιεῖν.i.habeo facere,& sic de singulis.i. possū polliceri.[Tibi absenti, tuisq; præsentibus sat]Ita factum,ut neq; tu absens à me plus possis exigere quam facio,neque tui præsentes.[Sed uereor ne eripiatur causa regia à nobis,aut des.]Ostendit, quid sentiat de hac causa,& Lent.latenter significat hanc causam nō posse obtineri.[Eripiatur à nobis]Vt alij detur [Aut deseratur,] Vt omnino per nullum reducatur rex.[Quorum, vtrum].i.quod horum duorum.[Minus uelim] Minus desidero.[Quiddam tertiū] .i. vnum tertium,nam quiddam cū adiectiuis iūgitur,quoddam cum substantiuis,ut quiddā pulchrum,quoddam animal.[Q.Selicio]Hic & si non magni nominis uir, non tamē contennēdus, fuit boni consilij,& Lent. amicus.[Pateremur].i.sineremus,& ꝑmitteremus. [Neque iacere].i.neque deferri,quo minus restituerentur.[Nec ad eum def.]Significat Pomp.ad quem propè iā delatū existimatur, ex studio amicorū Pomp. multi iudicabāt ferè rem inclinatam esse ad Pomp. ut in præcedentib.epistolis apparuit.[Propè,] Ferè,est.n. hoc in loco aduerbium.[A nobis agentur diligenter].i. utar omni diligentia in causa tua,ita tm̄, ut nō contendamus,si non potuerit obtineri,& ne uideamur repulsi, si non obtinebimus.[Vt neque, si quid obtineri]Potuerit non contendā.est.n. contendere de eo,quod obtineri non possit,& qui nimium contendit de aliqua re, si eā nō obtinet,uidetur repulsus, ideo dicit se usurū ea diligentia, ut hoc sibi non accidat.s. ut aut contendat frustra,aut repulsus videatur.[Tuæ sapiētię,magnitudinisq; animi]Quasi desperans negocium obtineri posse,cōsolatur Lent.& eum hortatur,ut pro sapientia magnitudineq; animi sui existimet dignitatem suam non consistere in hac reductione regia,sed in bonis animi & præclaris rebus gestis.[Ex ijs rebus, quas fortuna elargita est]Honores.n. & dignitas,& magistratus, & similia fortunæ sūt munera.[Perfidia]Inquitas,fallacia[Fraudi]Pœnæ periculo.[Præterimititur[Relinquitur. [Et agendi, & cogitādi,]Aut histeron,protero n est,quia prius cogitamus,deinde agimus,aut dixit se non solum præstare amicos operam suā in agendo,sed curam & cogitationem in consulēdo & excogitādo quæ ei possunt prodesse. Facilius pro aliquo aliquid agimus, q̄ pro eo cogitandi curam suscipimus, quia ēt pro nobis ipsis non nisi de rebus magnis hoc facimus.[Neque prudentiorem,neque fide maiorem,neque amantiorem tui]Tria tetigit, quæ in omni cōsilio sunt expetenda,ut à sapiente sit, à fideli,ab amico.nam si vnum horum desit,non est satis tutum.[Hic]Romæ. [Quæque] Duæ partes sunt.i.& quę aguntur nunc.quęq; acta sunt ante.[Literis,& nūcijs]His.n. duabus reb. amici certiores fieri & pñt, & solēt, siquid eos intelligere oporteat.[Quæ aūt posita sunt in cōiectura].i. de quibus nō potest afferri certa probatio,sed possunt aliquibus signis dijudicari. [Forte].i.futura. [Oportere] Decere, conuenire.[Posteaquam Pompeius]Nō est epistola separata à superiori textu, scribit enim quæ sunt in coniectura. s. Pompeium uideri ualde perturbatum, postq̄ in senatu est ualde exagitatus & à Catone grauissime obiurgatus cum ipse Pōp.defenderet Milonem aduersaretur q. Catoni.[Conuitioq;.]Conuicium quasi cōuocium dicitur,& est cauillatio,& cōtumelia.[Iactatus] Et quasi agitatus.translatio à procellis.[Magno sil.]Vel ipsius Pōp. qui non à usus est rñdere,uel melius,Magno silentio.s.audiētium,& consequenter magna attentione,ut Cic.lib.4.Rh.ad Her.quæ dicitur similitudo,qñ magnam populi commouerit ijs rebus expectationem repente silentio facto uocem emittat acerbissimam &c.[Alexandrina causa].i.causa Ptolemæi Alexādrini. [Quæ adhuc est nobis integra].i. de qua nihil aliud adhuc est constitutū, vel quæ est in priore, & solito statu. Nam integra res dicitur, de qua nihil est immutatum. [Detraxit]Diminuit, immutauit, abstulit.[Per religionem].i.per Sibyllinam sententiā. [Nihil enim] Vsque ad uidetur, parenthesis est.i. interpositio sententiæ, quę tn̄ saluo sensu posset omitti.[Deposita]Relicta.omissa. [Ab illo].s. Pomp.[Nunc].s.deposita hac causa Pomp.[Molimur]Enitimur, & magno cōatu facimus,uel meditamur.[Vt cū rex]Ptolemæus. [Intelligat se non posse assequi]Se non posse obtinere.[Quod cogitabat].s.ut à Pomp.reduceretur. [Proficiscatur]Veniat. [Ad te] Vt eum ducas.[Desertum]Derelictum. [Atque abiectum.]Contemptum.[Fore.]Futurum.[Quod] Quam rem.s.ut ad te proficiscatur.(Faciet).s.ipse rex.[Si modo] Tantūmodo. [Placere sibi] .i.se uelle, sibi gratum esse. [Sed nostri hominis].s. Pomp.? Tarditatem]Quia non cito dicit sentētiam suam[Taciturnitatē] Maturum silentium.Silentium enim potest esse sine rōne,taciturnitas est cum ratione. [Ceteris iniurijs] pp promulgationem nefariam,de qua dictū est superius.[Resistemus]Repugnabimus,uincemus. [Hortensium,& Luc.] Ambos præstantissimos uiros Hortensij eloquentia, Lucul. liberalitate. [Cæteri].s. senatores. [Obscurius].i.obscure,clam.[Iniqui]Aduersarij inimici. [Non dissimulanter].i.aperte,nam dissimulare est occultare,& non demonstrare quod sit,simulare ostendere id quod non sit.[Fore]Futurū. .s.hoc.[Vt cons.].i.obtineas.[Tuam pristinam dignitatem]Imperium quod geris in Cilicia, nam tulerat legem de abrogādo Imperio Lent. ideo dicit. [Fracto imp.i.uicta temeraria, irrationabili sententia hominis.[Leuissimi.s.Cat.] Neque mirādum si leuissimum dixerit Catonem, quem alibi grauissimum uirum appellat, nam pro locis,& pro personis ad quas scribimus, solemus variare sententias,hic ergo oppugnabat Lent. amicum suum,ut ipsi Lent.placeat appellat leuissimum.

Tametsi &c.] Lent. egerat Ciceroni gratias ob gratum officium,in tuenda causa sua.Cui Cic. nunc rescribēs dicit sibi dolere ea tempora incidisse,ut Lētulus cogatur experiri fidem & beneuolentiam suorum, & præsertim ipsius Ciceronis erga se.docet etiam,quòd Cato legem tulerit de prouincia abroganda Lentulo,quam rem Lent.uerebatur euenturam. De rege autē reducēdo per Lētulum dicit se bene sperare, cui uideatur rex ipse id velle.Ordo est: Tametsi .i. q̄q̄ nihil fuit mihi optat us, q̄ ut cognoscere esse quam gratissimus.i.ualde gratus, erga te, primum abs te ipso,deinde à ceteris omnibus. Tn̄ ego afficior summo dolore.i. summe doleo, ea tpa consecuta esse post tuam profectionem .i.abitū ab urbe,ut tu absens experire .i. cogereris experiri, &.i.simul meam,&.i.simul ceterorū fidem .i. fidelitatē,& beneuolentiā erga te. Aūt.i. sed ego intellexi ex tuis lr̄is te uidere, & sentire eandem fidem.i.fidelitatem hominum tua dignitate.s.fecundam, hoc est fictam, & simulatam, quam ego sum expertus in mea salute, cum.s. in exilio essem. Nos cum uteremur maxime de causa regia.i.reductione regis cōsilio, studio, labore, gratia.i. oībus uiribus, nefaria ꝓmulgatio Catonis.s. ut tibi prouincia.i. abrogaretur,est exorta subito,quę.s.promulgatio impediret studia nostra.s. quibus nitebamur tibi reductionem decerni,& trāsduceret aīos nr̄os, à minore cura.s. reductionis obtinendæ. Ad summum timorem.s.prouinciæ tibi amittendę. Sed q̄q̄ oīa sunt metuenda in eiusmodi perturbatione rerum, tn̄ nihil timemus magis, q̄ perfidiam.s.eorū, qui se amicos simulant,& resistemus Cat.quoquo modo.i.quōcunque res habet sese. Ego habeo.i. possum tm̄ polliceri de re Alexandrina, & pro.i. causa regia.i. de reductione regis Alexandrini, uel Alexandriā, me satisfacturū cumulate.i.abunde,tibi absenti,& tuis pñtib.s.quātum tu audies,& illi uidebunt. Sed uereor ne aut causa regia eripiatur à nobis, aut deserat.s.ab senatu, & P. R. hoc est ne rex, aut p aliū, aut p nullū reducatur, quorum.s.duorum, utrum ego uelim minus, non possum existimare.i.iudicare facile. Sed si res coget ad hoc te eueni re.est quiddam perfugium tertium, quod neque displicebat Selicio.s. amico tuo, neque mihi, ut neque pateremur regem iacere .i.neglectum esse, nec nobis repugnantibus.i.quia nos repugnaremus, nec pateremur sup. negociū deferri ad eū.s. Pompeiū, ad quem existimatur iam esse prope.i.quasi delatum. Omnia agentur

Margin notes: video · Sentire · Propè · Contendere. · Conuicium. · Integra res. · Silentium. Taciturnitas · Dissimulo · Simulare. · ASC.

tur diligenter à nobis, ut neque non contendamus, si quid pote rit obtineri, nec si q̃d nõ obtinuerimus, uideamur, esse repulsi. Est. s. offm̃, tuæ sapiẽtiæ, magnitudinis animi. s. tui. existimare. i. iudicare oẽm amplitudinẽ, & dignitatẽ tuam esse positã. i. cõtineri, in uirtute, s. tua, atque in rebus tuis gestis, atq; in grauita te tua. Si non nullorum. s. quorundam hominum, ut Catonis, & Pompeij perfidia detraxit tibi quid. i. aliquid ex ijs rebus, quas fortuna est largita tibi. i. ex honoribus, & dignitatibus externis, aut prudentię tuę est existimare, id futurũ subesse maiori fraudi. i. detrimento illis. s. perfidis, quam tibi. Nullũ tempus, & agẽdi, & cogitãdi de tuis reb. prętermittitur à me, & utor ad oĩa Q. Selicio. Neque. n. iudico quenq̃ ex tuis prudẽtiorem supp. eo, nec maiorem. i. præstantiorem fidei fidelitate, neq; amantiorem tui. i. q te magis amet. Hic, &c. In multis exemplaribus principium est alterius epistole, & ita potius, q̃ cum superiore legatur. Ego arbitror te cognoscere literis multorum, & nuncijs quę agantur queq;. i. quæ, & acta sint, hic. i. Romæ, aũt. i. sed ego puto oporte re, ea scribi à me tibi, quæ posita sunt in coniectura, queq;. i. & q̃ uñr mihi, fore. i. futura esse posteaq̃ Pomp. cũ diceret. s. causam pro Milone. s. homicida, apud populum ad viij. Idus Febr. iacta tus est. i. ferè exagitatus est clamore, & cõuitio. s. populi. s. nõ ad mittentis eius orationem, accusatus est quoque. i. ẽt in senatu, à Catone acerbè, & silentio omnium magno, quod signum erat Catonem accusando Põp. senatui placere. Pompeius sub uisus est mihi esse perturbatus vehementer. Itaque causa Alexãdrina, quæ est nobis adhuc integra. Enim. i. quia senatus nihil detraxit tibi, nisi id, quod non potest dati. i. concedi alteri. Per eandem religionẽ. s. librorum Sibyllinorum, hoc est ne cum exercitu reducas, uidet esse deposita plane. i. omnino, aut manifeste, ut res tota uidet in plano sita, nos speramus nũc id, & molimur, id, ut cũ rex. s. Ptolemæus intelligat sese nõ posse assequi id, qđ cogitabat. s. ut à Pomp. reducatur, & se fore desertum, atq; abiectum, nisi sit restitutus per te, ipse sup. proficiscatur. i. ueniat ad te. quod sup. res faciet sine ulla dubitatione, si Pomp. ostẽderit modo. i. solummodo paulum. i. modico indicio, aut signo placere tibi. s. ut ad te proficiscatur. Sed tu nosti tarditatẽ hominis. s. Pompeii, & taciturnitatem, quia nec dicto nec facto uoluntatem suam indicare solebat, tñ nos nihil prætermittimus, quod pertinet ad eam rem. s. ut inducam Pomp. ad significandum se uelle regem per te reduci. Nos resistemus facile; ut spero, ceteris iniurijs, quæ ꝓpositæ sunt à Catone, qui. s. uolebat legem de abroganda Lent. prouincia promulgare. Ego neminem ex consularibus. i. ex ijs, qui consules fuerunt, aut cõsulatum gesserunt. Alibi etiam ij cõsulares dicuntur, qui consulatu digni censentur, uideo. i. considero, refertur. n. ad iudicium animi: amicum tibi præter Hort. & Luc. Ceteri sunt iniqui. i. infensi in te, partim obscurius. i. occultius, partim sunt irati tibi nõ dissimulanter. i. aperte, Tu fac sup. ut, sed uenuste subauditur particula, ut, sis aĩo forti, & magno, & speres fore. i. futurum, esse, & euenturum, ut consequare. i. nanciscare, & obtineas tuam dignitatem, & gloriam pristinã. i. prioris status tui, hoc est, quam prius habuisti. Est enim pristinum, ꝙ ab aliquo prius est habitum. Priscũ quod in prioribus fuit seculis in alijs nimirũ hominibus, ut prisca frugalitas Romanorũ. & hoc impetu hominis leuissimi scilicet Catonis, qui sine legitima causa te oppugnat, fracto, idest repercusso. Mirũ autem est, quòd Catonem, cui grauitas propria erat, leuissimum dicat.

PAVL. MAN. *Hic quæ agantur.*) Aut hoc est alterius epist. initium, aut quæ sequuntur, nõ eodem die scripta sunt quo superior epist. pars. sępe aũt accidit, ut literas nõ continuata, sed crebro repetita scriptione conficiamus, singulis diebus noui aliquid appingentes, id quod in epist. ad Att. & ad Q. F. scripta sæpissime factũ uidemus.

IO. BA. EGN. *Tametsi nihil mihi &c.*) Quanto ipse afficiatur dolore, quãtaque molestia, quòd absens ille suam, ceterorumq; amicorũ experiri cogatur fidem, quod, & institutione sua euenisse sibi ille uiderit, scribit tum C. Catonis audaciam, nefariãque promulgationem exortam admonet, quidque aut ab eo timendum, aut de regis restitutione sperandum sit certiorem fecit, adhortaturque, ut quamcunq; sorte fortuna dederit, magno eam aĩo erectoque ferat, atque a uirtutibus suis præsidium petat, cum interim, & ipse & Q. Selicius, nihil nõ tẽtaturi pro rei confectione sint. Nũc id superesse spei, ut qñ Pompeius populo senatuq. libẽtibus iactatus sit & perpetua pene Cat. oratione laceratus, deposita plane ab illo causa, ad ipsum integra deferatur. quod facile cõsecuturũ se speret, dummodo Pomp. cuius tarditatem timeat, placere id sibi annuerit. Nec uero Catone interim plane timendum quidquã aut a consularibus boni sperandum, Hortẽsio Luculloque exceptis, cũ alij aut occulte oderint, aut aperte irati sint. Sed tamẽ facile, tracta Catonis leuitate, pristinum honorem, dignitatẽque consecuturum, nõ diffidit. [Tametsi) Epistolę principium mora tum. [Nefaria Cat. promulgatio) quam de abrogando Lẽtuli imperio trib. pl. tulerat, Cic. ad Q. F. C. Cato legem promulgauit de imperio Lentuli abrogando, uestitum filius mutauit. illud lectorem admonitum uelim, diuersum hunc esse Catonem ab Vticensi, siquidem hic C. prænomine, ille Marci, qđ Cic. in epist. ad Q. F. ostẽdit. Nec uero Vticensis Tribunus hoc esse potuit tẽpore, cum aliquot ante annis cũ Mettello trib. pl. fuisset, & in eo magistratu constantissimum uirum egisset, Cic. & C. Antonii consulatu. [Neque. n. prudentiorem.] Tria tangit, quam incolę cõsiliũ danti necessaria sint, ut uidelicet prudẽter res expẽdat, summa fide commissam sibi rem exequatur, sed, & beneuolentiam nõ exiguam prę se ferat. Quid. n. uel illius prudẽtię, uel fidei credas, cuius beniuolẽtię diffidas; [Elargita] Mire admodum hoc uerbo rẽ expressit. [Coniectura] στοχασμὸν Græci appellant. [Postquam Põpeius) Locus totus hic ex actis eorũ temporum ab historia petendus est Plutarchus igitur in Pomp. est auctor, quòd cum Põp. causam ꝓ quodã diceret, Milonem (ut arbitror) intelligens Clodius sui similibus stipatus, in altiorem se locum receperit, ibiq. aduocata populi cõcione, sic rogasse ait: Quis imperator impudicitia laborat? Quis uir uirũ quærit? quis uno digito scalpit caput? Succlamatũ uero ad singula. Pomp. illum esse, Et paulò post: Tristabat uero magis ille, ꝙ senatus Clodii facto mirifice delectari uisus est, dum desertum Cic. illi exprobrare studet Cic. quoque ad Q. F. lib 3 scribens, hunc epistolę locum subobscurum alioqui, ijs uerbis apertiorem facit, Pomp. à Clodianis in concione conuicijs, & maledictis laceratum, Clodium à Pompeianis. quo illi parem referrent gratiam, magnis clamoribus exceptum, uersusque obscenissimos in Clodium, Clodiamque dictos. Addit præterea, ꝙ ex Plutarcho paulò ante recitauimus, ab operis Clodianis factũ, sed paulo post habito senatu ad Appollinis, decretum esse factum, ut quę ad 6. Idus Feb. facta essent, cõtra remp. facta essent. Eo quoque C. Catonem uehementer in Pomp. inuectum, Pompeiũque ab illo tanquam reũ perpetua oratione accusatum, ubi multa de Cic. laudibus dixerit, cum perfidiam Põp. exprobraret magno audientium assensu, & silentio Quare aut hic quoque 6. Idus, aut ibi ad viij. legendum puto. Asconius in Miloniana, in hæc uerba: Pompeius tamen cum defenderet Milonem apud populum, de ui accusante Clodio obstitit. & ut legimus apud Tyronem Cic. libertum quarto de uita eius oppressum à Clodio L. Cęcilium prætorem constat. [Nisi id quod per eandem religionem dari alteri non potest] Hoc uidelicet est, neque cum multitudine aut exercitu regem reduceret. Cic. ad Q. F. Factum est S. C. cum multudine eum reduci periculosum reip. videri. [Nosti hominis tarditatem & taciturnitatem) uitia hæc duo à Pompeij obtrectatoribus sępe illi obiecta, quod et in Tiberio Imperatore et in Publio quodã Vicinio, probro datũ est) qui scilicet, ut auct. est Gell. tractim diceret, tanquam singula uerba uelleret, dictaret q; non scriberet. Vnde quidam nõ infestiue: Ter dic, aut nunquam ait Cic. ad Q. Messalam tui studiosum esse arbitror Pomp. etiam simulatorem puto. & ad Att. lib. 4. Pomp. fremit, queritur, Scauro studet. sed utrum fronte an mente, dubitatur. [Leuissimi hominis) C. Catonem non Vticẽsem, ut dixi, sed diuersum notat. Quid enim aut ineptius dici, aut minus credibile scribi de Catone potuit, quàm tenuitatem uiro omnium cõstantissimo obiectare? At que hic mihi C. Cato uidetur, pro quo causam Scaurus, M. Scauri filius dixit, quem absolutum constat. Ascon.

ARGVMENTVM.

Quia Pollio in Ciliciam ad Lentulum proficiscebatur, dicit Lentulũ ex eo omnia cogniturum, quę quia bona nõ sunt, cohortatur ad fortitudinem, & operam suam cum aliud non possit, pollicetur strenuam.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Excusatio est per ἀπόδειξιν, siue reiectionem. Breuius scribo, quia utriusque nostrum amicus Pollio rem tibi omnẽ enarrabit. Recitat ipse causas cõsolationis doloris sui, ne oẽm spẽ de causa deposuisse credatur.

M. CICERO P. LENTVLO S. D. 6.

Quæ geruntur, accipies ex Pollione, qui omnib. negotijs nõ interfuit solum, sed præfuit. Me in summo dolore, quẽ in tuis rebus capio, maxime. s. cõsolatur spes ꝙ ualde suspicor fore, ut infringatur hominum improbitas, & cõsilijs tuorum amicorum, et ipsa die, qua debilitantur cogitationes & inimicorum, & proditorum. Facile secundo loco me consolatur re-

cordatio meorum temporum: quorum imaginem uideo in rebus tuis, nam etsi minore in re uiolatur tua dignitas, quã mea salus afflicta sit: tamen est tanta similitudo, ut sperem te mihi ignoscere, si ea non timuerim, quæ ne tu quidem unquam timenda duxisti. sed præsta te eum, qui mihi à teneris, ut Græci dicunt, unguiculis es cognitus. illustrabit, mihi crede, tuam amplitudinem hominum iniuria. à me omnia summa in te studia, officiaq; expecta. non fallam opinionem tuam. Vale.

HVB. QVÆ gerantur] Pollio Lent. & Cic. amicus interfuerat omnibus, quæ Romæ agitata fuerant in causa Lent. & de rege reducendo, & maxime de imperio, quod Cato uolebat ei abrogari. Itaq; cũ nunc Pollio ad Lent. in Ciliciã proficisceretur, dicit Cic. se breuius scribere, quia omnia intelliget ab ipso Pollione coram. Scribit tamẽ in summo dolore, quem de rebus Lentuli capit, se unam habere consolationem, ꝙ sperat nefariam promulgationẽ Catonis, & cetera studia, & cogitationes inimicorum, & aduersariorum Lent. posse ipso tpe debilitari, & frãgi. Deinde Cic. dicit aliam se habere consolationem, ꝙ cum uideat quandam similitudinem suæ olim causę, cum missus est in exilium, & nunc causæ Lent. cum oppugnatur in dignitate, sperat eũdem fore exitũ, scilicet, ut quemadmodũ bene successit Cic. ita bene succedat ipsi Lent. Postremo hortatur eum, ut se præstet

Accipio Præsum Præses. virum magni animi, qualem præstitit à teneris annis. [Quæ gerãtur] Quę fiãt. [Accipies] Intelliges, cognosces. Significat enim audeo, posco, tracto, gratũ habeo, ut supra, quod dat arripiemus. [Ex] idest à. [Interfuit] Præsens fuit quantum ad personam. [Sed præfuit] idest etiam operam præstitit, & multũ gessit, & tutatus est, nam præesse est tutelæ esse, unde & præsides prouinciarũ dicti sunt. [Me in summo dolore] Elegãter incipit oratio ab opposito, sed tamen nõ decet ita superstitiosos, ut hoc semper obseruetur. Nam plerunque, ut uoluit Quint. consulendæ sunt aures [Scilicet] Certe, nam non ponitur declaratiue, quod raro apud idoneos reperit, sed aut affirmatiue, aut ironice, ut scilicet in superis labor est, & Terent. Id populus curat scilicet [Valde] multũ, & est syncopatũ à ualide, unde producit e, finale Hora. posuit &

Valde Validus Caldus Calfacio Calfactus valdius, ꝓ ualidius in epist. ut nouit me ualdius ipso, sicut, & caldus, pro calidus, ut apud Marcellũ. Iam defecisset portantes calda ministros, & alibi sæpius, & calfacio, & calfactus, ut Ouid. in Ibin: Nondum calfacti uelitis hasta solum, & 7. Metam. Cædere calfacit. quibus dictionib⁹ syncopatis tñ in carmine utimur, nisi ualde, quod poetis, & oratoribus est cõe. quod aũt caldus nõ dicendum sit in prosa: Quint. lib. 1. Inst. oratoriarum ostẽdit auctoritate. Cic. in Orat. & August. in epist. [Suspicor] Opinor, arbitror, unde suspicio, opinio tum in bonam tum in malam par-

Suspicio tem, sed sæpius in malã [Fore] Futurum esse. [Infringat] Conteratur, ad nihil reducatur [Hominum imp.] Notat Catonem, qui promulgauerat legem, ut imperium Ciliciæ abrogaretur Lent. [Improbitas] Perfidia [Cõsilijs] Propter consilia. [Tuorum amicorum] Quos multos, & optimos habes, qui te ab horum impro-

Dies bitate tuebuntur, & hoc maxime propter se dicit. [Et ipsa die] .i. ipso tpe, nam dies, etsi in fęm. gñe sigñat spatium 24. horarũ, tñ proprie ponitur pro tpe, ut Tibullus: Longa dies homini do-

Prodo Porro cuit parere leones. Et Iuuenalis: Longa dies igitur quid cõtulit. .i. longum tempus [Proditorum] Deceptorũ, nam prodere, interdum est porrò. i. longe dare, ut Virg. prodimur, atque Italis longe disiungimur oris. Et prodere est indicare, & decipere, ut

Proditores unius ob irã prodimur. Vnde proditores, qui indicãt, quæ dñt celare, & decipiunt. ideo perfidi deceptores dñr. Alia sigñat pro loco, & secũdũ diuersos grãmaticos [Qua debilitant] Imminuũtur. [Cogitationes] Cõsilia, deliberationes, omnia. i. primo impetu animi maiora fiunt debilitãtur aũt successu tẽporis, quia aut sequitur diffidentia perficiendi, quod primo superaueras, aut aliquod impedimentum interuenit, unde bene monebat Cæs. apud Lucium: Sit subitum, quodcunque paras. [Secundo loco] apud Cic. ornate dicit pro secundo [Recordatio] Pro memoria. [Meorum temporum [.i. meorum casuum. Quorum imaginem] .i. similitudinem. [Video in rebus tuis.] Quia cum multi te deserãt, sicut olim me deseruerũt, & postea mutati sunt, ut mihi fauerẽt, ita spero facturos erga te, Notat autem Pomp. de cuius fide Cic. non dubitabat, cum in exilium missus est, à quo tñ deceptus est, quamuis postea mutato consilio Pompeius Cic. reuocandum curauerit, pp ea dicit se sperare idem facturũ Pomp. in causa Lẽt. quod olim fecit in causa Cic. ut quem oppugnauerit, eidem mutato consilio faueat, quemadmodum postea fauit Cic. quem ante contra promissam fidẽ deseruerat. [Minore in te] quia minor est dignitas, quam salus, tu enim certas utrum reducas regem, sicut promissum est tibi. in mea aũt causa agebatur utrũ essem, & uiuerem, cum fueram è patria erectus. [Afflicta sit, deiecta, prostrata. [Tñ tãta est similitudo) Sensus: Et si omnino nõ sit æqualis similitudo rerũ tuarũ, & mearum, quia minore in re uiolatis, q̃ ego afflictus sum, quia ego in salute, tu in dignitate es læsus. [Tñ tãta est similitudo] quod spero te esse nõ reprehensurum, si ego non diffisus fuero in causa tua, quemadmodum neque tu nũc diffidebas in mea, & hoc est quod dicit. [Vt sperem te mihi ignoscere) Dare ueniam, non accusare. plerunque enim creditur esse parui amoris in causa amici nõ timere, & habere fiduciam. [Non timuerim ea) .s. hos, qui te impugnant, nunquam mutatũ iri ab improbitate sua. [Quæ ne tu quidem] Pro ne quidem, semper aliquid interponendum est, aliter nunquam iunguntur [Vnquam) Quo tempore agebatur de salute mea. [Duxisti) existimasti. [Timenda] quia nec tu unquam de me timuisti, quin aliqñ fierent mihi mitiores, qui me impugnabant. & fortuna mea meliorem exitum habitura esset. [Sed præsta]. i. exhibe, ostende, redde. [Te eũ). i. talẽ [Qui) qualis,] Es cognitus à teneris ung.) à teneris annis, scdm prouerbiũ Gręcorũ, q dñt ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων. Vnguicula aũt uerũ est diminutiuũ secundũ formã, quis nõ intuet genus primitiuũ. nã ungula denominatiuũ est, non diminutiuũ. [Illustrabit) Clariorẽ reddet, quia qñ quispiã oppugnatus vincit, aut iniuste oppugnatus intelligit, fit clarior, & magis laudatur. [Amplitudinẽ) dignitatẽ [Hominũ) Inimicorũ. [Iniuria) q̃ in te infertur, ut abrogetur dignitas tua. [A me omnia, &c.] Id spera me in te collaturũ oẽs sũmos fauores, quos potero [Nõ fallã opinionẽ tuã). i. q̃cunq; à me expectaueris, ea oĩo efficiã. Vnguicula Vngula

QVÆ gerantur, &c.) Quia Pollio in Ciliciam ad Lent. proficiscebatur, dicit eum omnia ex eo cogniturum, quæ quia plausibilia, & grata non sunt, hortatur Lent. ad fortitudinem; & operam suam, cũ aliquid nõ possit, pollicetur illi strenuã. Ordo est: Tu accipies. i. intelliges ex Pollione, sup. ea q̃ geruntur, supple Romæ, qui. s. Pollio non solum interfuit. i. præsens fuit omnibus negocijs, sed sup. etiam præfuit. s. tanquã præses. Spes me cõsolatur maxime in summo dolore, quem capio in rebus tuis. s. tã aduersis. ꝙ. i. quia. s. suspicor ualde fore. i. futurum esse, ut improbitas hominum infringatur, &. i. simul consilijs tuorum amicorum, & ipsa die. i. tẽpore longo, quæ. s. dies aut mora debilitat cogitationes, & inimicorum, & proditorum. Recordatio meorũ tẽporũ. s. tã contrariorũ, ut in exiliũ abeundũ fuerit: cõsolatur me facile secundo loco, quorũ. s. tporũ meorũ, imaginẽ. i. imitationẽ & similitudinẽ ego uideo in rebus tuis. Nam etsi. i. q̃q̃, tua dignitas uiolatur in minore re, quia repulsa modica, q̃ mea sit afflicta, quia ut dixi exilio, tanta similitudo est, ut sperẽ te ignoscere mihi, si ego ea nõ timuerim, quæ ne tu quidẽ duxisti. i. existimasti unquã timenda sup. Te præsta. i. exhibe te eum. s. forti animo hominẽ, qui cognitus mihi, ut Græci dicunt. i. ut in prouerbio Græcorũ est, græcis tamẽ uerbis à teneris unguiculis. i. ab ineunte ætate, apta tamẽ est translatio, nã ab uno ungue totius cognoscitur leonis animus futurus. Crede mihi, iniuria hominum illustrabit. i. clariorem faciet tuam dignitatem, sicut Iuno, & Eurystheus Herculis auxerunt famam, & tyranni martyrum Christi gloriam. Expecta à me. i. polliceor tibi omnia summa studia, & officia in te. Ego non fallam opinionem tuam. s. de me. Vale. ASC.

ARGVMENTVM.

Respõdet epistolæ Lentuli, dicens se merito & libẽter de rebus Lẽtuli ad eum scribere polliceturq́, si nullum certũ nuncium prætermissurum. nã incerto literas tales credere nõ ausit. quin & ad Lentulũ literas det. Reijcit autem culpã, quæ Lentuli nota immorata sunt, in perfidiam quorundã. deinde laudat quod ad Põpeium humane scripserat, tum de rege reducẽdo consilium suum aperit cum perfidiã quorundã detestatur, & tandem Lentulum ad uirtutem accendit.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Respondet uarijs Lentuli literis. Primũ causas dicit, cur non tã frequenter, quàm cupiat, scribat. Addit numerũ eorum, qui Lentulo aut male, aut bene cupiunt. De Pompeio quoque conciliato gaudere se dicit. Postremo consilium suum aperit, quo Lentulus ab aduersariorum iniuria tutus esse possit.

M. CIC. P. LENTVLO PROCOS. S. D 7.

LEGI *tuas literas quibus ad me scribis, gratum tibi esse, quod crebro certior per me fias de omnib. rebus, & meam erga te beneuolentiam facile perspicias. quorum alterum mihi, ut te plurimum diligam facere necesse est: si*

uolo is esse, quem tu me esse uoluisti: alterum facio libenter ut, quoniam interuallo locorum, & temporum disiuncti sumus, per literas tecum, quam sæpissime colloquar. quod si rarius fiet, quam tu expectabis: id erit causæ, quod non eius generis meæ literæ sunt, ut eas audeam temere committere. quoties mihi certorum hominum potestas erit, quibus recte dem: non prætermittam. Quod scire uis qua quisque in te fide sit, & uoluntate; difficile dictu est de singulis. unum illud audeo, quod antea tibi sæpe significaui, nunc quoque re perspecta, & cognita scribere: uehementer quosdam homines, & eos maxime, qui te & maxime debuerunt, & plurimum iuuare potuerunt, inuidisse dignitati tuæ: similimamque in re dissimili. tui temporis nunc, & nostri quondam fuisse rationem: ut quos tum reip. causa læseras, palam te oppugnarent: quorum auctoritatem, dignitatem, uoluntatemque defenderas non tam memores essent uirtutis tuæ, quam laudis inimici. quo quidem tempore, perscripsi ad te antea, cognoui Hortensium per cupidum tui, studiosum Lucullum, ex magistratib. autem L. Racilium & fide, & animo in te singulari. nam nostra propugnatio, ac defensio dignitatis tuæ, propter magnitudinem beneficij tui fortasse plerique officij maiorem auctoritatem habere uideatur, quam sententiæ. præterea quidem de consularibus nemini possum aut studij, erga te, aut officij, aut amici animi esse testis: etenim Pompeium, qui me cum sæpissime, non solum à me prouocatus, sed etiam sua sponte, de te communicare solet, scis temporibus illis non sæpe in senatu fuisse. cui quidem literæ tuæ, quas proxime miseras, quod facile intellexerim, periucundæ fuerunt. mihi quidem humanitas tua, uel summa potius sapientia non iucunda solum, sed etiam admirabilis uisa est: uirum enim excellentem, & tibi tua præstanti in eum liberalitate deuinctum, non nihil suspicantem propter aliquorum opinionem suæ cupiditatis te ab se abalienatum, illa epistola retinuisti. qui mihi cum semper tuæ laudi fauere uisus est, etiam ipso suspiciosissimo tempore Caniniano, tum uero, lectis tuis literis perspectus est à me, toto animo de te ac de tuis ornamentis, & commodis cogitare. Quare ea, quæ scribam, sic habeto, me, cum illo re sæpe cõicata, de illius ad te sñia, atq; auctoritate scribere: quoniam S.C. nullum extat, quo reductio regis Alexandrini tibi adempta sit, eaque quæ de ea scripta est auctoritas, cui scis intercessum esse, ut nequis omnino regem reduceret, tantam uim habet, ut magis iratorum hominum studium, quam constantis senatus consilium esse uideatur: te posse perspicere, qui Ciliciam, Cyprumq; teneas quid, efficere, & quid consequi possis: &, si res facultatem habitura uideatur, ut Alexandriam, atque Aegyptum tenere possis: esse, & tuæ, & nostri Imperij dignitatis, Ptolæmaidæ aut aliquo propinquo loco rege collocato, te cum classe, atque exercitu proficisci Alexandriam; ut, cum eam pace, præsidijsq; firmaris, Ptolomæus redeat in regnum: ita fore, ut per te restituatur, quemadmodum senatus initio censuit; & sine multitudine reducatur; quemadmodum homines religiosi Sibyllæ placere dixerunt. Sed hæc sententia sic, & illi, & nobis probabatur, ut ex euentu homines de tuo consilio existimaturos uideremus: si cecidisset, ut uolumus, & optamus omnes te, & sapienter, & fortiter, sin aliquid esset offensum, eosdem illos, & cupide, & temere fecisse, dicturos. Quare, quid assequi possis, non tam facile est nobis, quam tibi; cuius prope in conspectu Aegyptus est, id iudicare, nos quidem hoc sentimus: si exploratum tibi sit, posse te illius regni potiri, non esse cunctandum: sin dubium, nõ esse conandum. illud tibi affirmo. si rem istam ex sñia gesseris, fore, ut absens à multis cum redieris, ab omnib. collaudare

offensionem esse periculosam propter interpositam auctoritatem, religionemque uideo. sed ego te ut ad certam laudem adhortor. sic à dimicatione deterreo: redeoque ad illud, quod initio scripsi, totius facti tui iudicium non tam ex consilio tuo, quam ex euentu homines esse facturos. quòd si hæc ratio rei gerendæ periculosa tibi uidebitur; placebat illud, ut, si rex amicis tuis, qui per prouinciam, atque prouincias † Imperij tui ei credidissent, fidem suam præstitisset, & auxilijs eum tuis, & copijs adiuuares: eam esse naturam & regionem prouinciæ tuæ, ut illius reditum uel adiuuando confirmares, uel negligendo impedires. in hac ratione quid res, quid causa, quid tempus ferat, tu facillime, optimeque perspicies; quid nobis placuisset, ex me potissimum putaui te scire oportere. Quod mihi de nostro statu, de Milonis familiaritate, de leuitate, & imbecillitate Clodij gratularis minime miramur te tuis, ut egregium artificem, præclaris operibus lætari. quanquam est incredibilis hominum peruersitas; (grauiori enim uerbo uti non libet) qui nos quos fauendo in communi causa retinere potuerunt, inuidendo abalienauerunt, quorum maleuolentissimis obtrectationibus nos scito de uetere illa nostra, diuturnaque sententia prope iam esse depulsos, non nos quidem, ut nostræ dignitatis simus obliti, sed ut habeamus rationem aliquando etiam salutis. poterat utrunque præclare, si esset fides, si grauitas in hominibus consularibus: sed tanta est in plerisque leuitas, ut eos non tam constantia in rep. nostra delectet, quam splendor offendat. quod eo liberius ad te scribo, quod tu non solum temporibus ijs, quæ per te sum adeptus, sed iam olim nascenti prope nostræ laudi; dignitati uirtutique præfuisti: simul quòd uideo, non, ut ante hac putabam, nouitati esse inuisam meæ. in te enim homine omnium nobilissimo, similia inuidorum uitia perspexi: quem tamen illi esse in principibus facile sunt passi, euolare altius certe noluerunt. Gaudeo tuam dissimilem fuisse fortunam: multum enim interest, utrum laus imminuatur, an salus deseratur. me meæ tamen ne nimis pœniteret, tua uirtute perfectum est. curasti enim ut plus additum ad memoriam nominis nostri, quam demptum de fortuna uideretur. Te uero moneo cum beneficijs tuis, tum amore incitatus meo, ut omnem gloriam, ad quam à pueritia inflammatus fuisti, omni cura, atque industria cõsequare: magnitudinemque animi tui, quam ego semper sum admiratus, semperque amaui, ne nunquam inflectas cuiusquam iniuria. magna est hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis, magna memoria consulatus tui. hæc profecto uides quanto expressiora, quantoque illustriora futura sint, cum aliquantum ex prouincia, atque ex imperio laudis accesserit, quanquam te ita gerere uolo, quæ per exercitum, atque imperium gerenda sunt: ut hæc multo ante meditere: huc te pares, hæc cogites, ad hæc te exerceas; sentiasque id, quod quia semper sperasti, non dubito, quin adeptus intelligas, te facillime posse obtinere summum, atque altissimum gradum ciuitatis. Quæ quidem mea cohortatio ne tibi inanis, aut sine causa suscepta uideatur, illa me ratio mouit, ut te ex nostris euentis communibus admonendum putarem, ut considerares in omni reliqua tua uita, quibus crederes, quos caueres. Quod scribis te uelle scire, qui sit reip. status: summa dissensio est, sed contentio dispar. nam qui plus opibus, armis, potentia ualent, profecisse tantum mihi uidentur stultitia, & inconstantia aduersariorum, ut iam etiam auctoritate plus ualerent. Itaque perpaucis aduersantibus, omnia, quæ ne per populum quidem sine seditione se asse-

† alias pecunias,

qui posse arbitrabantur, per senatum consecuti sunt. nam & stipendium Cæsari decretum est, & decem legati: &, ne lege Sempronia succederetur, facile perfectum est. quod ego ad te breuius scribo, quia me status hic reip. non delectat: scribo tamen, ut admoneam; quod ipse literis omnib. à pueritia deditus, experiendo tamen magis, quam discendo, cognoui, tu tuis rebus integris discas, neque salutis nostræ rationem nobis habendam esse sine dignitate, neque dignitatis sine salute. Quod mihi de filia, et de Crassipede gratularis: agnosco humanitatem tuam: speroque & opto, nobis hanc coniunctionem uoluptati fore. Lentulum nostrum, eximia spe summæ uirtutis adolescentem, cum ceteris artibus quibus studuisti semper ipse, tū in primis imitatione tui fac erudias. nulla. n. erit hac præstantior disciplina. quem nos, & quia tuus: & quia te dignus est filius, & quia nos diligit, semperque dilexit, in primis amamus, carumq; habemus.

HVB. LEGI litteras tuas] Quia Lent. ad Cic. scripserat sibi gratum esse, ꝙ crebro certior fieret ab eo de rebus oībus suis, q̄ in senatum agebantur, & eum rogauerat, ut etiam scriberet, qua fide, & uoluntate quisq; esset erga se. Primū Cic. respōdet se debere crebro scribere ad Lent. & libenter, ut uideat esse memor, & gratus erga eū, & q̄ de se optime meritus sit. & quāuis dicat difficile esse singulorū uoluntate, & aīum, dicere, tñ multos cōmemorat uarie affectos erga Lent. & qm̄, cum esset aliquantulum alienatus Pomp. à Lent. & ad eū Lent. ita humanè scripserat, ut eum sibi recōciliasset; Laudat Cic. hanc prudentiā Lent. qui, talem, & tm̄ uirum sibi recōciliādum duxerit. deinde scribit, qd Pōp. secū cōicauerit de causa Lent. & qd utriq; ipsorum uideatur. datq̄ ei quoddam consilium reducendi regē ita tñ, ut ostendat, ꝙ si male successerit ipsi Lent. ab oībus accusabitur. Hortatꝛ igitur, ut diligenter cōsideret qd sibi in hac re agendum sit. deinde respondet cuidā gratulationi Lent. erga se, & accusat quorundā improbitatē, & ꝑfidiam, & ostendit eandem fuisse hominum fidem in causa sua, q̄ nunc est in causa Lent. sed fuisse hominum fortunā, q̄a ipse in salute sit læsus, Lent. uero in dignitate, & laude. Deinde eū hortatur, ut ita gerat prouinciam, ut ad memoriā consulatus sui addat et gloriā bene administratæ prouinciæ. Respōdet deinde q̄busdam eius particulis, q̄ facilius ex epistola colliguntꝛ, q̄ cōprehēdi possint argō [Certior fias]. i. admonearis, &

Certior fio

intelligas [Per me] .ex me. nā pro me aliud significat. i. uel loco mei, uel causa mei. Certior aūt cōparatiuus est pro positiuo, quo semper oratores utūtur, nunq̄ licet oratori dicere facio te certū, sed certiorem, nec fio certus, sed certior. Dicimus autē, sum certus, non certior, ut apud A. G. Certi, inquit sumus uir bone, non ignorare te, quid uena appellatur, & quid arteria. sunt etiam alia idonea exempla, sed hoc unum, ut à probato uiro, satis sit. [Crebro] Pro crebre. i. sępe, & est, teste Prisciano, nomē pro aduerbio. De oībus rebus, q̄ Romæ fiunt. [Facile] Haud dubie, & clare, & iunctum cū noīe exigit superlatiuum, ut facile doctissimus. Desiderat ēt comparatiuum, & nomina significātia diuersitatē, ut facile dissimilis, & cōposita à præ, ut facile ꝑstat, & ut dicit Donatus, ueteres facile pro certo dicebāt, ut Ci. illius ciuitatis facile princeps, facilis aūt hoīem exorabilē significat, ut Vir. Geor. 4. & faciles uenerare Napæas. Et in Buc. Et quo, sed faciles nymphæ risere sacello. Differt autē à clemēte. ꝙ facilis est, cuius ira cito soluitur, clemēs q non irascitur. Ter. in Adelph. Re ipsa reperi facilitate nihil esse homini melius, neque clementia. [Quorum] alterum. declaratio duarum propositarum partium, &. s. ꝙ scribat crebro, & ꝙ suam beneuolētiam ostendat Lent. & primo exequitur ultima hic. [Alterum ut te,] q. d. ut te uehemēter amē. Est. n. s. cogor facere. [Quem tu me esse uoluisti] s. memorem, & gratum, & bonū uirum, cum causam meæ restitutionis fideliter, & amanter egisti, ut ostenderes, quantum beneuolētię tibi deberem, & quid pro te mihi agendum esset, si usu ueniret [Alterum] Vt crebro te certiorem faciam. [Vt quoniam] Ordo est, Alterum facio libenter, ut loquar q̄ sepissime tecū ꝑ literas, qm̄ interuallo locorū, & tporum disiuncti sumus [Interuallo [Spacio, & tā ad tempus, q̄ ad locū refertur, ideo addit locorum, & tpum [Locorum] q̄a Roma lōge distat à Sicilia. [Tpm] Quia iandiu te nō uidi, & quāuis non admodū longū esset tps, tñ ex affectu amicitiæ, ita dixit [Disiuncti] Diuisi, sepa rati, ut Virg. 1. Aenei. Atq;

Sum certus, non certior.

Clemēs facilis.

Id causꝗ

Italis longe disiungimur oris [Quod]. s. loqui tecum per literas. [Quam tu expectabis]. i. quātum tu uoles, & desiderabis. [Id erit causæ]. i. ea erit causa, & ornate ꝑ genitiuum dr̄, & pronomē adiectiuū in substātiuum conuersum, ut hoc literarū ad te dedi. i. has literas. [Eius generis] Eius conditionis. [Committere] Credere, & aliorum fidei tradere, ut Teren. Ouē lupo commisisti [Certorum] fidorū, ut Virg. 2. Aen. Equidem ꝑ litora certos [Dimittam. [Potestas] Facultas. [Recte] tuto. [Dem] Dare possim. Non ꝑtermittā. s. ad te literas dare. [Quod scire uis] Respōsio ad aliā partem epistolæ Lentuli, in qua petebat à Cicerone fieri certior quo aīo quisq; in senatu erga se esset [Qua fide] quali fidelitate, & est fides mandatorū fida executio, uel obseruātia, dicta, ut uoluit Cic. in 4. de repub. & primo de officijs, ꝙ fiat, qd dictum est, [Difficile est dictu] i. memoratu. i. difficile est exponere. [De singulis]. i. de quolibet singulatim, & separatim. [Illud unum] Ordo est. Audeo scribere illud unum nunc ꝑfecta re. qd significaui tibi sępe. [Significaui] Leuiter ostendi. [Quosdā hoīes inuidisse dig.] . i. doluisse, ꝙ consequeris hanc dignitatē [Qui debuerunt] iuuare, q̄a eras benemeritus de his, & ipsi fidē dederant. [Similimāq.] Valde similem causam. [Tui temporis nūc] Aduer. Temporis ꝓ nomine posuit. [Tui temporis nunc, q. d. tui temporis ꝑsentis, & quasi nuncini, si latinitas tale adiectiuum pateretur, ut crastini. [In re dissimili] Quia mihi in salute, tibi in dignitate. & subauditur adeo scribere simillimā fuisse rationē, &c [Palam] Aperte. [Oppugnarent] Tibi essent aduersi, & infesti. [Causa reipublicæ] Non odio, neq; uti litera tua. [Auctoritatem] Existimationē, [Non tam memores essent uirtutis tuæ,] Id est, non tam recordarentur, quòd recte egisses semper, nec tam respectum haberent tuæ uirtutis. [Quàm essent inimici la.]. i. ꝙ dolerēt de laude tua. [Vt perspici antea] in fine epist. quæ incipit: Tametsi. [Percupidum] Amatorem. nam cupere pro amare ponitur, ut Terē. in And. Vel ꝙ ipsi bene cupio Glycerio. Ponitur tñ cōsequens pro Antecedenti, quē. n. amamus, ei bene cupimus [Studiosum] Fautorē. nā studere fauere significat, ut Nas. 12. Me. Cui studeat Deus oīs habet. [Et magistratib.]. i. qui magistratū. i. officium administrāt [Propugnatio, ac defensio] Declaratio unius ꝑ alterū, nā ꝓpugnatio eadē, quæ & defensio, nisi ꝙ defensio quoquō fit, ꝓpugnatio per contentionem. [Officij tui. In me collati restitutione mea, & est sensus, ꝙ pro te facio in defendenda tua dignitate, uidetur fortasse quibusdā potius à me fieri ex officio, & ex debito accepti à te magni beneficij, qu ꝙ ita sentiā, & iudicem te meteri. [Sententiæ] Cogitati, & pensati iudicij [Præterea] Præter supradictos. Præterea interdum est simpliciter aduerbiū ordinis, aut temporis, ut apud Hora. lib. 1. Sermonum: Præterea nec sic, ut qui iocularia ridens Præcurram. Interdum habet in se pronomē tam singularis, quam pluralis numeri inclusum. Singularis, vt Virgil. Si duo ꝑterea tales idæa tulisset Terra uiros. i. præter eum. s. Aeneam. Pluralis, ut hic præterea. i. prçter eos, & apud Ci. sæpius, & significat non solum præter eos, uel eum. sed etiam præter te: ut te doctum existimo, præterea neminem. i. præter te. & significat præter me, ut mihi credis, prçterea nemini. i. prçter me. & eodē modo significat præter nos, præter uos, præter illos, & est aduertenda hæc significatio [Possum esse testis nemini, studij]. i. neminē possem uere dicere tibi præstare officium, aut studium, aut animum amicum. nā testium est uera dicere [Et enim Pompeium] Solum Pomp. excipit, de quo dicit nō se posse indicare, qui raro fuerit in senatu, cum agebatur de reb. Lent. [A me prouocatus] A me inuitatus, & ad loquēdum de te deductus [Cōmunicare]. i. me participem facere, meum conferre [Cū] Pomp. [Proxime] nuperrime [Quod]. i. quam rem, scilicet fuisse periucundam. Vel quod intellexerim. i. inquantū intellexerim. Mihi quidem] Laudat Cic. Lent. quòd Pompe. à se alienatum humanissimis literis sibi recōciliauerit, & retinuerit [Humanitas] . i. consuetudo, siue facultas, quæ maxime decet hominem, uel ꝓ eruditione, & doctrina ponitur. Dicit enim A. Gell. Humanitas proprie est eruditio, & institutio, quam in bonas artes dicimus: quas qui synceriter cupiunt, appetuntq;, ij sunt maxime humanissimi: huiusce. n. scientiæ cura, & disciplina, & ex uniuersis animātib. uni homini data est, ideoq; humanitas appellata [Vel summa potius sapientia] Correctio est. nam plus est sapientia, q̄ humanitas: si quidem est sapientia humanarum, diuinarūque rerum cognitio, & moderatio. [Non iucunda solum] s. fuit [Sed admirabilis] i. magna, & laudabilis. [Visa est & intelligitur admirabilis [Virum]. s. Pomp. [Deuinctum] Astrictum, cōiunctum. [Nonnihil] Aliquid [Suspicātem] Male opinātē [Vel] i. etiam, vt Virg. Vel Priamo miserāda manus. [Illa epistola] i. quam nuper ad me miseras [Cum semper. i. & semp] Suspiciosissimo tempore Caninij] i. quo tēpore omnes suspicabantur Caninium intercessisse. S. C. pro te facto: ut fauerct Pomp ut uisum est 2 epist. [Perspectus] Cognitus [Lectis tuis literis]. i. postquam legit tuas literas.

Num.

Cupid

Stude

Propugnatio defen

Præterea

Humanitas

Sapientia

literas.[Ornamentis]Laudibus,& honoribus[Sic habeto]Sic credito,sic existimato.[De sententia illius]] i. ex illius iudicio.[Et auctoritate] Suasione.i.crede me scribere ad te ea, quæ scribã ita iudicante,& suadente Pomp.[Quoniam S.C.]longum est Hyperbaton,& obscurus aliquantulũ, & difficilis ordo:ideoque explanandus est sic ordo:quare,habeto me scribere tibi, quæ scribã ex sententia Pomp.scilicet te,qui teneas Cyprum,& Ciliciam posse perspicere, quid possis efficere,& consequi quoniam nullũ S.C.extat quo reductio tibi sit adempta,&quoniam ea auctoritas, cui sit intercessum,&c.[Extat] Apparet, perscriptum est. [Quo] propter quod [Adempta]Sublata,ut alij mandetur.[Eaque.] Subauditur etiã,quoniam intercessum à Catone, & à Caninio ut sup. visum est.[Nequis omnino]Nam erat præscipta auctoritas,idest sententia quorũdam senatorum, ut nequis regem omnino reduceret.i.nec Pomp.nec Lent.nec quispiam alius , quod magis ex iracunda quadam horum senatorum,quàm uero iudicio, & cõstanti consilio factum esse Cic.dicit,ideoque non ualere. [Tantam vim habet].i. tantum valet.[Studium] Voluntas [Iratorum hominum[Et ideo nõ possunt recte iudicare .[Quam constãtis] Prudens deliberatio[Teneas]Gubernes.[Cyprum , & Ciliciam] His enim duabus præerat Lent.quæ sunt vicinæ Aegypto. [Consequi]Obtinere[Facultatem]Possibilitatem eius,quod sequitur, scilicet ut possis tenere Alexãdriam.[Atq; Aegyptum].i.ut possis ire in Aegyptum.[esse]Interesse.[Tuæ dignitatis].i.tui honoris.[Et nostri imperij] Romani. [Te proficisci].i. ire [Cum classe, atq, exercitu].i. cum omni apparatu militari.[Collocato Rege].i. posito rege. interea dum tu ibis in Aegyptum [Ptolemaide] Quæ urbs est Pentapoleos inter Aegyptum,& Africam.olim teste Seruio,& Strabone,Barce appellata.[Aut propinquo].f.Aegypto,[Vt Ptolemæus redeat].f.in patriam.[Cum].i. postquam. [Eam].f.Alexandriam,quę erat irata Ptolemęo quem expulerat, ut diximus in primo argumento. [Præsidijs].i. tuis militibus positis ad tutelam loci,antequam Rex reducatur. nam presidiũ dicitur,quod ponitur ad tutelam alicuius loci,uel personę ante periculum.& dicitur à præ, & sedeo. est autem quam dicimus mutationem loci, uel personæ.Subsidium uero, quod datur in periculis à subsidendo.& est quem dicimus vulgo succursum.[Ita fore].i. ita futurum, & subauditur, sic habeto ita fore [Initio]Ante discessum Lentuli,ut est uisum superius.[Sine multitudine]Sine exercitu magno.[Religiosi]Obseruatores religionis [Illi] Põpeio.[Probabatur]Approbabatur, Placebat.[Vt videremus] Cognosceremus. [Existimaturos] Iudiciũ facturos. [Ex euentu]Ex eo,quod uel bene,uel male tibi euenisset.[Cecidisset] simplex,p composito,idest si accidisset.[Te sapienter,& fortiter] idest cum magno cõsilio,& animo,subauditur dicturos fecisse.[Offensum] .i.læsum,erratum,cespitatum.[Eosdem illos]qui fuissent te laudaturi,si accidisset,ut uolumus. Dicturos]Subaudi habeto dicturos.[Cupide] Ex appetitu . contra id, quod dixit sapienter .[Temere].i. considerare,contra fortiter. Nam fortitudo est considerata periculorum susceptio,& laborum perpessio cũ ratione utilitas,cui contraria temeritas[Assequi]Efficere de hac reductione[Nobis]Qui sumus remoti[Prope]Fere[In conspectu]ante oculos.[Nos quidem] q.d.quicquid tibi uideatur,ego ita sentio. [Sentimus] Indicamus, [Exploratum]Certum.[Potiri illius regni].f.obtinere illud regnũ.f. Ægypti.potiri aũt est aliquid cũ difficultate,aut desiderio assequi,ut potior amica, & Cæsar tãdem potitus est Gallia,cõstruit autẽ cũ ablatiuo,ut apud Vir.li.1.Aen.

Ptolemais.
Barce.

Præsidium.

Subsidiũ

Fortitudo.

Potior.

Egressi optata Troes potiuntur arena.

Et cum genitiuo , ut apud Cic. epist. seq. Ocium exoptandum est quod ij pręstaturi uidentur,,qui rerum potiuntur. Interdum etiam iungitur cum accusatiuo, sed in raro usu, ut Teren.patria potitur commoda,& frequentius est tertię coniugationis in uerbo,excepto infinitiuo, vbi sequitur quartam,sicut etiam in participio.[Cunctandum]Morandum, & subauditur nos hoc sentimus.[Non esse conandum,]idest tentandum,ut Virg.

Ter conatus ibi collo dare brachia circum

Conor.

Est enim conari frustra aliqd tentare.i.experiri, ut Achelous uersus in taurum conatus est Herculem uincere.& Eunuchus conatus est mulierem comprimere[Non esse conãdum]Quia turpius est repelli ab incepto negocio ,quàm nunquam esse aggressum [Affirmo tibi].f.certissimum dico. [Rem istam].i. reductionem. [Ex sententia]Ex proposito.f.tuo, idest vt tu cupis.[Fore]Futurũ. [Cum redieris ab omnibus collauderis] Quia præsentia tua faciet,ut aliqui te laudent, qui absentem non laudassent[Offensionem] idest errorem, f. tuum in reducendo rege,i. siquid cespitaueris in reducendo rege,periculosum esse uideo.Propterea quod dicent te fecisse contra religionem,& auctoritatem eorum, qui interpretabantur Sibyllina carmina. [Auctoritatem]Sentẽtiã, uel potest esse endiadis,ut sit propter auctoritatẽ,& religionẽ,i. propter auctoritatẽ religionis , uel melius auctoritatẽ Catonis,& Caninij,& aliorũ,quos superius religiosos appellauit, q debebãt sine multitudine reducẽdũ regẽ.[Sed ego te] Oratio,ĩ qua, ego ꝑponitᵉ uerbo,sẽp grauitatẽ,& ueritatẽ ꝑ se fert, ut Virg. Aen.li.4.

Ego te quæ plurima fando

Enumerare uales nunquam Regina negabo Promeritam.

Sunt multa alia exempla, tum apud Cic. tum uero apud Terentium,& alios.[Ego te]Dat consilium Lentulo , & sic adhortatur eum ad suscipiendam prouinciam reductionis regiæ, si res uidebitur habere facultatem,ut ex sententiam cõsici possit.ita deterret : & dehortatur eum à dimicatione.i. ne suscipiat rem, si habuerit litem,& difficultatem:ita,ut necesse sit deuenire ad dimicationẽ.[Redeoque ad illud] Cõmemoratio, est exornatio rhetorica, quoniam eandem sententiam sæpius repetit. [Ex consilio] ex sententia. [Quod si hæc ratio] tertium consilium , quo possit reducere regem non offensa auctoritate Senatus, ut ipse rex sese fide obliget prouincialibus Lent.quia ei pecuniam credant,qua possit aliquos milites conscribere, & cogere ita tamẽ, vt Lẽtulus suis copijs eum adiuuet. Dicit enim eam esse naturã prouinciæ ,quę sit uicina Aegypto,ut si Lentulus uelit ipsum adiuuare, omnino redeat in regnum . Si uero negligat eum adiuuare , idem sit quasi impediat ipsum,quoniã nisi Lentulus uisus sit ei fauere, neque Aegyptus eum recipiet, neque ipse rex solus quidquam efficere poterit. [Confirmate.] Stabilites [Vel neg.] Id est non curando, id est reditum ipsius regis. [Quid nobis pl.] Dicit se scripsisse de hac restitutione ea, quæ sibi uidebãtur esse facienda.[Quod mihi de nostro statu] Alia pars epistolæ,in qua respondet Lentulo,qui ei gratulatus fuerat, quod haberet Milonem amicissimum , & omnibus constaret Clodium imbecillem,& leuem hominem esse, qui nulla re offensus à Ci. ab eo tamen alienatus esset non culpa Cic. sed quòd uideret Milonem inimicum suum familiarem Cic. [De nostro statu] Qui etiam nunc aliquam auctoritatem , & dignitatem in rep. retinemus. Leuitate, Vilitate.[Et imbecillitate]Incõstãtia. Hoc aũt dixit, q cũ fauore Cæsaris , & Crassi factus fuisset Clodius trib. pl.ea mercede,ut Ciceronẽ è ciuitate eijceret, Põpeio nihil audẽte ad uersari,cũ hoc fecisset, restitutus postea Cicero studuit Clodiũ, quẽ habuerat infestissimũ,sibi recõciliare, ne amplius eius seditionibus uexaretur,sed ille nõ permansit in amicitia,quia uidebat Ciceronẽ familiariter uti Milone,quẽ ipse maxime sibi inimicũ cognoscebat.ideo appellat eũ leuẽ.i. contẽptibilẽ,& nullo honore dignum,& imbecillem.i.inconstantem,quia aliena culpa cum deseruit,neque.n apud uiros graues aliena culpa nobis obest[Gratularis] Causa mea gaudes , gratulamur enim , & gratamur alijs.i.aliorum causa,gaudemus nobis idest,causa nostra, vt idem Cic.lib. VI. Tibi gratulor,mihi gaudeo.Sed gratari est solum poetarum,gratulari uero,& poetarum,& oratorum.[Nõ miramur] Vtitur quadam similitudine sumpta ab artifice , q talis est: sicut egregius artifex delectatur suis præclaris operibus, ita non miror te qui quasi artifex me fabricasti, & fecisti , cũ ab exilio reuocasti, delectari [Tuis operibus].i.me , qui sum opus tuum. [Quanquam est incredibilis hominum peruersitas]Ac si dicat non est tamen nobis tanta felicitas in nostro statu,ut omnino nobis gratulandum sit. [Peruersitas]iniquitas, malignitas. nam peruersus dicitur qui à bono in malum uersus est. [Incredibilis]Maxima,quæ uix credi possit[Grauiore enim uerbo,i.acerbiore,utputa si dixisset, proditio,uel perfidia, uel aliud tale.[Fauendo] Si fauissent.[In communi causa].i.in causa , & utilitate reipub. [Abalienauerunt]Remouerunt.[Inuidendo] Dum inuiderent laudibus , & urtutibus meis , effecerunt , ut à defensione reipub.alienatus sim.[Obtrectationib.] Aduersationibus, & oppugnationibus,nam obtrectare,est contra recte tractantes facere,ut uoluit Festus.[Diuturna]A diu plus est,quã ueteri.[Sentẽtia]Deliberatione,& iudicio, semper defẽdẽdi rẽpub.& pluris faciendi eam,quàm salutem propriam.[Depulsos] Contra uoluntatem amotos,nam depellimur à re grata , & iucunda, ut Virg.

Cõmemoratio.

Gratulor
Grator
Gaudeo

Peruersitas
Peruersus.

Obtrectatio-- obiectare.

Depulsos lacte, domiq; claudere et agros.

[Prope] Ferè,ut ostendat se posse adhuc permanere in sententia, si illi desinãt ei obtrectare, & in malum uertere, quæ pro rep. recte utiliter faciat.[Non nos quidem] Dicit Cic. se non destitisse à sententia iuuandæ reip.quòd ignoret, & oblitus sit,quid dignitas sua postulet,sed ut etiã habeat respectum, & curam uitæ tuæ, quæ esset in periculo si contra uoluntatem istorum maleuolorum,& inuidorum ageret.[Non nos quidem].f. cito esse depulsos[Vt].i.quia.[Sumus obliti.] i.immemores. Nostræ dignitatis, quid dignitas nostra exigat, quæ suadẽ, ut rempub. tueamur. [Aliquando] Tandem, ac si dicat post multa pericula[Salutis] i.

vitæ, ut saluus esse possim[Vtrunque].s. & dignitatis, & salutis habéri ratio. [Præclare] Optime [Grauitas] Constantia. [Consulares] Consulares dicebantur, qui aliquando consulatum gessissent, aut etiam qui consulatu digni essent, ut Cic. inferius lib. 4. ad Seruium Sulpicium. Nam, & Q. Maximus, qui filiũ consularem magnis rebus gestis amisit. [Sed tanta est in plerisque] Sensus est, sed multi adeo sunt leues, ut potius eis displiceat splẽdor meus, & gloria, quam adeptus sum in rep quam constantia mea, & stabilis perseuerãtia eos delectet [Leuitas, non inconstantia, vt quidam male interpretantur; sed ut Gellius, & qui recte proprie, atque integre loquuntur, sentiunt; Leuitas est, quæ à nobis vtilitas dicitur, & leues, quos nos uiles, & nullo honore dignos dicimus. M. T. ij. Antonianarum. nã cũ genus quoddã sordidissimæ uitæ, atque uictus Mar. Antonij idem monstraturus esset, quòd in caupõna delitesceret, quòd ad uesperum perpotaret, & ore inuoluto iter faceret, ne cognosceretur. Hæc, & alia huiusmodi cum dictutus esset, uidete, inquit, hominis leuitatem, tãq̃ prorsus illa dedecora hoc uitio notarent. ergo leuitas .i. uilitas, ignauia. [Liberius] Audentius, non timide, ingenue. [Quæ sum adeptus per te] Quia tu es causa, ut nũc sim in rep. [Sed olim] Antequam missus essem in exilium. [Prope] Fere [Nascenti] .i. incipienti. [Præfuisti] Fuisti, iuuisti. [Simul] .i. etiã [Nouitati meæ] Nouos homines, ut inqt Seruius, appellamus eos quorum nulli maiores clari sunt, sed per seipsos cum primum magistratum in rep. adepti sunt, cuius significationis exẽpla multa sunt apud Cic. ergo hic nouitati meæ .i. mihi homini nouo, q per me nixus ad dignitates ascendit, non ratione meorum maiorũ Neque .n. omnino accedamus ijs, qui dicunt nouos homines eos esse, qui nullam adhuc dignitatem, aut magistratum gesserũt. [In te .n.] Arguit, quod potius inuisum sit suæ uirtuti, quam nouitati: propterea quòd, si inuidissent nouitati, non inuidissent Lent. qui nõ est nouus, sed habuit suos maiores clarissimos, cui dicit uehementer esse inuisum, quoniã nõ passi sunt eũ excellere, cũ posset. [In principibus,] id est inter primarios, quasi diceret inter multos. [Altius euolare] Altius ascẽdere, & quodãmodo excellere, & esse supra alios, quasi solũ. [Noluerunt,] scilicet homines leues, & maleuoli. [Euolare] Translatio sumpta ab auibus accõmodata ad hoĩes, & dignitates, & ad altiora ascendẽtes, ut Horat. li. 1. epist.

Maiores pennas nidos extendisse loqueris.

[Dissimilem] .s. meæ, quia plus est lędi in salute, q̃ in dignitate, quod declarat, cum dicit: [Multũ interest] .i. multum distat, [Minuatur] Non tollatur penitus, quia si etiam nõ fueris assecutus, quod cupis, non tamen amittis omnem laudem, & dignitatem tuam. [Deseratur] Quod plus est, quàm minui [Meę] .s. fortunæ. [Tua uirtute] Tua liberalitate in me restituendo præstita .i. fecisti, ut non multum possim queri de fortuna mea, quia non passus es diutius me exulem esse. [Curasti .n.] Rõ superioris propositionis, dedisti enim operam ut plus laudis & gloriæ compararem post reditum, quàm amisissem fortunam, cum exulaui [De fortuna] de bonis fortunæ, quæ multa amiserat, dirutis etiã ædibus suis, à Clodio. [Te uero] Nunc admonet, & hortatur Lentulum, ut ita gerat prouinciam, ut ad laudem cõparatam olim in consulatu suo optime gesto addat etiam magnam administratæ prouinciæ gloriam. Id autem se cum ex officio debito, tum ex beneuolentia consulere dicit [Incitatus] Adductus, coactus [Amore meo] Erga te [Consequare] Aequitas. [Industria] Solertia. Magnitudinem animi tui .i. magnitudinem tuam. Sed aduertendum, quod magnanimus, & magnanimitas solũ cõueniunt poetis: nam oratores dicunt magni animi, uel magno animo uirum pro magnanimo & magnitudinem animi, pro magnanimitate. [Admiratus Laudaui tãquam egregiam. Inflectas] Mutes, uertas ab instituto. [Opinio] Secundum Seruiũ est spes: ut M. Tull. ad Cæsarem. Post hac, quod uoles a me fieri, scribito unicã opinionem .i. spem. Idem officiorum 3. Opinionem afferunt populo eorum similes fore, quos sibi delegerint ad imitandum. Opinio etiam secundum Nonium Marcellum significat famam, ut Cic. ad Cæsarem iuniorem lib. 1. Erat opinio bona de Plancio. bona de Lepido, ergo hic possumus intelligere pro utroq;. [Magna opinio] .i. spes, uel fama de te, sed melius hic pro fama ponitur, ut sit sensus, multũ, & honorifice ab hominibus nominaris. [Commendatio] Laudatio. [Liberalitati], scilicet tuæ [Memoria consulatus tui] idest omnes libenter recordantur ea, quæ præclarissima gessisti in consulatu tuo [Hæc] A te ante gesta, & commendationem tuæ liberalitatis, & memoriam tui consulatus. [Expressiora] Manifestiora, & ueriora: tractum ab imaginibus, quæ exprimunt, & repræsentant eos, ad quorum similitudinem sunt factæ. [Illustriora] Clariora, & excellentiora, [Aliquantulum laudis] Aliqua pars laudis [Accesserit] Additum fuerit. [Ex prouincia, atque ex Imperio] Quia præerat, & prouinciæ, & exercitui simul. [Quam] .s. pecuniã [Volo] Cupio. [Gerere] administrare. Quę per exercitum] Subauditur in iis, quę gerenda sunt administranda. [Per Imperium] Per magistratum, idest per proconsulatum tuum [Meditere] Meditari significat discere, excogitare, & exercere, unde meditatio militaris .i. exercitatio, vt hic esse expositio, uel potius interpretatio, quoniam nõ iterat idem uerbum, sed mutat id, quod positum est alio uerbo, quod idem ualet, nam hæc uerba omnia hic posita ad idem ferè significatũ referuntur. [Meditere [In animo proponas, excogites. [Senatus] .i. iudices. [Quin] Vt non. [Adeptus] Tu adeptus, & consecutus .i. Postquam fueris adeptus [Summũ gradum] Summum statũ, ut præsis alijs. [Mea cohortatio] Admonitio, sed ut uitaret arrogantiam, mauult appellare cohortationem. [Inanis] Vacua sine pondere. [Sine causa] idest sine aliquo iusto respectu. [Illa ratio] ille respectus. [Mouit me] Vt putarẽ te admonendũ, i. suasi mihi, ut admonerẽ ex ijs, q̃ utriq; nostrũ euenerunt, ut considerares post hac, quibus credendũ, & quibus nõ credendum esset. [Euentus) Dicimus & euẽta in neutro genere pro ijs q̃ casu, aut fortuna nobis eueniunt, tã mala, q̃ bona, licet Donatus in Hecyra Terẽtij dicat: Euẽtus esse tantũ de rebus bonis [In omni reliqua uita) .i. in tota uita, q̃ tibi superest. [Quos caueres) Quos uitares. [Crederes) Fideres. nam credere significat fidere, vt Virgil. in Buc.

O formose puer nimium ne crede colori.

[Potiuntur rerū] Qui hn̄t statum reip. in potestate sua. De uerbo potiri diximus supra præcedenti epi. [Si quidam homines] Non dicit, quid sint, qm̄ inter Cic. & Lentulum satis constabat, qui essent, aut certe ita dicit, quasi Lētulus cōijcere posset, qui essent. neque est legendum siquidem, ut quidam male præceperūt. [Potuerint] Potuerunt, futurum subiunctiui pro futuro indicatiui. [Ferre] Pati, quia quidam indignabantur, nec satis ferre posse uidebant paucos in ciuitate tm̄ posse, vt q̄dquid uellent efficerent. [Dignitatem quidem illam] Sēsus est, non possumus iā expectate, ut amplius sit dignitas illa cōsularis, quæ solebat esse libera ī fortibus, & constantibus senatoribus, qui habita ratione nullius personæ, nec metu, nec gratia deterrebantur ab officio. [Amissa, est. n.] Probat quasi illa dignitas nō sit cogitanda, ut adhuc sit, sicut solebat [Est. n. amissa] Perdita, ordinē plebeiū significat, qui Cæsari fauebat corruptꝰ muneribus, missus ab eo ex Gallia. alij intelligunt ordinē equestrē. [Et hoīem clarissimum] Vr̄ innuere Cæs. cui multa aduersabātur, ne Gallia prouincia in alterū quinquenniū ei decerneretur [Sed, ut omissis ceteris] Ostēndit qui sit amor Pompeij erga ipsum Len. [Reuertar] Redeā. [Cōiunctiora] Propinquiora, magis pertinētia, & dixit reuertar, quia in secūda parte Epist. iam dixit in rebus Lentuli se cōfirmatum esse ad uoluntatē Pōpeij, quem supra non nominauit, sed significauit, cum dixit me ad eius rōnes adiungo, [Et eo cōsule] Fuerat. n. electus consul cum Crasso. [Quibus in reb.] Tuis obtinendis. [Affixum] Adhærentē, vt pro te ab eius latere nūquā discedā. [Negligeret] Prætermittetur, aut contemnetur ēt si sit parua. [Neq; n. uereor] occurrit obiectioni, quod quispiā fortasse diceret eū futurū molestū Pōp. ideo dicit, ꝙ nō timebit, ut sit molestus Pōp. cui iucundū erit, quidquid faciet. Ci. pro Len. ēt pp hoc, uidebit ipsum gratū erga Lent. [Molestus] Grauis, importunus, odiosus. [Illi] Pōp. [Cui iucūdum erit] Quod faciā pro te. [Etiā] q. d. si nulla essent aliæ causæ q̄ sunt multæ. [Quod me gr. ui.] Gratitudo. n. animi oībus iucūda esse solet, & qd̄ ex officio, & debito fieri uidemus, nō possumus nō probare. [Tu uelim] Ostendit quantæ curę sint sibi res oēs Lēt. [Persuadeas tibi] Confidas, certū habeas. [Minimā] Valde paruā, quāto magis, quę sunt maximę [Id cū sentiā] Alij codi. hn̄t id, quæcunq; sentiā, alij ad, sed hæc est uera lectio, idq; cū sentiā, & est sensus: [Et cū sentiā]. i. cū hoc in animo habeā, ꝙ nulla res minima est, q̄ ad te pertineat, quæ mihi non sit carior, q̄ oēs res meæ. [Nō possum mihimetipsi satisfacere sedu- Sedulus
litate]. i. instanti & fideli officio, & diligētia, nā sedulus teste No- Sedulitas
nio, & Donato, significat sine dolo, & instāter [Reipsa] Affectu ipso, & uere. Cōsequi, æquare, & est sensus, nō satisfacio mihi. i. nō uideor facere, qd̄ debeo erga te, quia nō solū nō possum tibi referre gratiā in ulla parte tuorum meritorū erga te, sed neque ēt possum satis cogitare, quod minus est. [Rem te bene] dicit quis rumor sit de rebus, quas Len. in prouincia egerat. [Rumor erat] Fama
i. opinio, uel fama, nam ut Laurent. uoluit, rumor, & fama idem Rumor
sunt, licet fama interdum pro celebritate rei, uel hominis ponatur, ut fama Camilli, & fama Pyramidū Aegyptiarū adhuc uiuit. Est autē proprie fama, & rumor sermo ī populo sine certo auctore in bonū, uel in malū de re recēti. [Expectabātur] A nobis. [Studium] Diligentiā [Extabit] Erit, apparebit. [In cōueniendis [allo quendis pro te. [Contenderimus] Nixi erimus, intēderimus, certauerimus pro te [Quām possumus] Quām sunt uires meę, & est cōmunis loquendi modus. [Quām debemus] Quia cū me ī salute adiuuerit, non uideor posse tuis erga me meritis satisfacere.

De omnibus &c.] dicit Emplatorium ad Lentulum proficiscē- ASC.
tem, ubi aduenerit, oīa, quæ ad rē Lētuli pertinerent nūciaturū. Quapropter Emplatorium ipsum, ut illi fides habeatur, nō parū com-

cōmendat. Ordo est. Tu ò Lentule cognosces optime.i.commodissime de omnibus rebus, quæ pertinent ad te, quid sit actū, & quid sit cōstitutum, & quid Pomp. susceperit.s.faciēdum, cognosces, inquā, ex Emplatorio viro illo præstāti, qui non solū interfuit his rebus, sed ēt pfuit.s.tāquā precipuus actor, aut curator, neq. ptermisit erga te ullum officium hominis amantissimi, prudentissimi, diligētissimi. Tu cognosces ex eodē de toto statu rerū cōmuniū.i.reipu.quæ quales sint non est facile scribere. Sunt quidem certe in potestate amicorum nostrorum.s.M. Crassi, C. Cæsaris, Cn. Pompeij. Atq; ita.i.taliter sunt in eorū potestate, ut res nullā.i.non ullam, non uideatur habitura esse unquam ullā mutationē hac ætate.i.durante hac ętate hominum. Ego quidē, ut debeo, &, ut tute.i.tu ipse, in nominatiuo pp tertiā personam uerbi tumeo nō dicimus, tumet, sed tute, aut tutemet, pręcepisti.i.mādasti mihi, & ut dignitas cogit, quia indecorū est habere simultatē cū summis uiris. Et utilitas cogit, qa durū est potētissimis resistere. Adiūgo me ad rōnes.i.cōsilia, & negocia eius.s. Pō. quē tu putasti adiungēdū esse tibi.i.ad utilitatē tuā in rōnibus.i.cōsilijs, & factis meis. Sed te nō preterit.i.tu bene nosti, q̄.i.quātū difficile sit deponere sensum.i.snīam, & iudiciū in rep.i.in gubernatione, & iuuamine reip.pſertim rectū.i.non erroneum, & cōfirmatum. Sentiebat autē Cic. non utile reip. fore gubernacula ad paucos deuolui, & quēuis unum, aut paucos contra legē in magistratu stabiliri, & ita licet fauere Cæs.& Pōp.ut summis uiris, uerebantur tñ eorū potentiā reip. obfuturā. Verumtñ ipse cōformo.i.accōmodo me[alij legūt cōfirmo].i.stabilio me ad uolūtatē eius.s.Pōp.à quo non possum honeste dissentire. Neq; facio id, vt uī forsitan quibusdā simulatione.i.per simulationē, aut simulantem.n.i. quia inductio animi. i. persuasio, quam induxi in animum meum Pomp.bene de repu.sentire, & Hercule me.s.ita iudicante, vel uindicante, ut uerū, aut falsum dico: amor Pomp..i.in Pomp.tm̄ ualet apud me, ut ea oīa, q̄ sunt utilia illi, & q̄ ille uult, uideatur mihi iā, & recta, & uera.i.iusta. Neque ut arbitror, errarent ne quidē.i.nō ēt aduersarij eius.s. Pōp. si desisterent pugnare.i.pūgnare, aut contendere.s. cum Pomp. cum non possent esse pares Quidem.i.certe, & i.etiā, illa res consolatur me, q̄ ego sum.i.talis, cui omnes cōcedant.s.permittāt, uel.i.ēt maxime, vt uel.i.aut defendam ea, quæ Pompeius uelit, uel taceā.i. nihil de eis dicā, vel ēt id, quod.i.quæ res libet maxime mihi, referam.i.iterum applicē me ad studia nostra literarum, quod ego faciam profecto, idest re uera, si licebit mihi per amicitiā eiusde scilicet Pomp. Enim, pro quia, ea dignitas in sententijs dicend.s.i.in iudicio ferendo. Et ea libertas in repub.capessenda.i.gerenda, & administranda, quę fuerat proposita nobis, cū essemus perfuncti.i.ad finē usq; functi, honoribꝰ.i.magistratibus amplissimis, ut sūt cōsulares, & laboribus maxime in detegenda, & uindicāda coniuratione Catilinæ, & cōiuratorū, est sup.sublata.i.subtracta nobis tota, sed nec magis mihi, quā oībus.i.alijs. Nā aut assentiēdū est paucis cū nulla grauitate, aut dissentiendū frustra, quia nimis potentes sunt. Ego scribo hæc ad te maxime ob eā causam, vt tu meditere.i.cogites quoque iam de ratione tua. Tota ratio senatus iudiciorum totius reip. est commutata, & ita ocium est exoptandum nobis, quod.s.ocium.i.uacationem à repub.ij.qui potiuntur rerū.s.imperio.i.qui dominantur, vt tres supradicti, uidentur pstaturi. Ergo psto ēt prestatū facit, si quidā hoīes potuerint ferre patientius.i. æquiore aīo potentiam eorū. Nihil est, q̄ cogitemus quidem illā dignitatem cōsularem, senatoris fortis, & constantis.s.quam nos gessimus, & quales fuimus, & ideo non reprobo, qui legunt dignitatem quōdam illam, &c. Supple ea dignitas est amissa culpa eorū, qui abalienauerāt à senatu ordinem cōiunctissimum.s.senatui, utpote equestrem, vt uero simile est, & hoīem clarissimum.s. Cæsarem, cum uellem illi abrogare prouinciam, quā equites illi prorogatam uolebāt. Sed ut ego reuertar ad ea, quæ sunt coniunctiora rebus tuis, ego cognoui Pōpeium esse ualde amicum tibi, & tu obtinebis omnia, quę uoles, quantum ego perspicio, eo consule.i.dum cōsul erit. In quibus rebus.s.habebit me affixum sibi Neq; ulla res, quæ pertineat ad te negligēt à me. Neq;.n.uerebor, ne sim molestus illi.s. Pōpeio, cui erit iucundū ēt pp idipsum q̄ uidebit me esse gratum.s.erga te. Tu uelim, &c. Ordo est: Velim, vt sup.tu persuadeas tibi nullā rē minimā esse, quę ptineat ad te, quę mihi nō sit carior, q̄ meæ res oēs. Cum sentiam id.s.quod dictum est, non possum satisfacere mihimetipsi sedulitate.i.diligenti opera, & seorsum à dolo facta, quidem.i.certe, ego ideo nō satisfacio mihi.i.iudicio meo aut pietati meæ re ipsa.i.effectu ipso, q̄ nullam.i.non ullam, nō possum.i.obtinere, aut ęquiparare, ullam partem meritorū tuorum.s.in me, aut de me, non modo gratia referenda.i.equali beneficio reddēdo, sed ne quidem.i.non saltem cogitanda.s. gratia .i.animo habenda. Rumor erat te gessisse rem.i. imperium tuum in prouincia ualde bene, literæ tuę.s.ad senatum mittēdę, de quibus eramus locuti cum Pompeio, expectabatur.s.à senatu, quę si erunt allatæ, nostrum studium.i.diligens opera extabit.i.reliqua erit in magistratibus, & senatoribus conueniendis.i.uisendi, loquendi de te gratia. Cetera, quę ad te pertinebunt, supp.extabunt nobis procuranda, cum, i.& i.ēt cōtenderimus plus, q̄ possumus, tñ faciemus minus, q̄ debemus. V. bane dictū, & pueri adnotabūt cum ill particula etiā honesta. Tu uelim ita tibi persuadeas, &c.

Emplatorio] Malim, C. Pletorio, cum in antiquo lib. scriptum sit, C. Platorio. Pletorij autem Romæ familia fuit. PAVL. MAN.

De omnibus rebus] Nihil sibi de reip. rebus scribendum, cum Platorius ad eum uenire affirmat, cuius prudentiam, & fidem in Lentuli negocio mirifice laudat, ex quo facile de uniuerso reip. statu cognoscat, sese in omnibus ad Pompeij uolūtatem sententias suas accommodare, à quo honeste dissentire nequeat. Quod cum faciat, magnis illius erga se meritis, & animi propēsissima semper in illū inductione id à se fieri probat, ita tñ, ut si per amicitiam illius sibi liceat, nihil antiquius ocio literario sibi futurū non dissimulet, qn̄ dignitas iam illa senatoria tota conciderit. Pompeium autem sibi uideri amicissimum, à quo tamen uestigium nullum discessurus, nisi perfecta re, sit, quando nō minori sibi curę Lentuli dignitas, quàm sua sit, quod facile, cum literæ de rebus in prouincia bene gestis ab eo uenerint (nā rumor erat bene rem gestam) Extabit.]Diæta] Etsi quid ipsa sit dięta non nesciam, magis tamen illa mihi probatur lectio, ut dignitas utilitasq; scribēdum putem, quod & uetustiores codices pręferūt, neq; .n. adduci possem hoc uerbo nunc Ciceronē uti uoluisse, quo aut nunquam, aut quā parcissime hoc significato usus est, sed, & uix in ipsa Græcia tale quid inuenias. Nā aut ita definitur à Galeno in eo libello, cui titulus est: ἰατρός, ut nihil ad hūc locū faciat, aut pro rōne victus cotidiani usurpatur à doctis, aut p loco in quo assidue viuamus, & mutuo cōuersemur, aut pro sententia, quam arbiter dixit. [Vt quibusdam uidetur simulatione.] Nam Ciceronem plerique inconstantiæ, instabilisq; animi notarunt unde exijt illud: Nil mirū, si auguste sederet, qui duabus sellis uteretur. Vtcūque tamen sit, propensior semper in Pōpeij beneuolētiam fuit, ut quamuis magnis Cæsaris beneficijs obstrictus, quamuis genero suo Dolabella, & Cœlio, & alijs amicis ob statibus, ut aliquem in locum potius sederet, quam bellis ciuilibus se immisceret, summo tamē suo cū discrimine nec satis Pōpeianis copijs fidens, ad Pomp. nauigari. [Vt quę illi utilia sunt] Hoc dicit quoniam cum ab exilio reuersus esset, in Pompeij gratiam, & dixit, & fecit multa, multorum inimicitias suscepit, & inimicitates sustinuit, & Vatinium hominem unum omnium sibi infestissimum adhortationibus Pomp. defendit, & cū Gabinio in gratiam redijt, ut sequenti epistola latius patebit. [Ne aduersarij quidē eius] Crassum, & Catonē, Catonisq; ęmulos, & Clodianorum quosdam intelligit, qui omnino Pompeio infestissimi erant [Perfuncti essemus] Sic, & hac epist. seq. Alias (ut in episto. ad Brutum) defuncti uocabulo libentius est usus [Ordinē coniūctissimum] Equestrē.s.intelligi uoluit Cicero sæpè à senatu alienatum, sępe conciliatum, prout iudicandi ratio, uel senatoribus deferebatur, vel à senatu trāslata, ad equites delata est, donec ex vtroque ordine iudices eligerentur, qua de locis suis copiosius. [Et hominem clarissimum] intelligit Pomp. non Cæs. quē Cic. in primis cōciliauit, qd ex epist. Cic. ad Q. F. pcipue cognoscas [Rumor erat hic].s. q in prouincia Impe ator à militibꝰ appellatus esset, quodq; summa fortitudinis, & prudētię laude se gesserat, qd seq. epist. Ci. ostendit. IO. BAEGNA.

ARGVMENTVM.

Primum Lētulo respondēs, qui scripserat studia Cice. in se esse quā gratissima, docet id ex abundantia amoris potius, quā ex merito suo profectū. Deinde gratulatur Lētulo, quod prouinciam cum summa laude administret, & gerat. Tū criminatur Claudium. Tum Lentulo id gaudēdū cēset, q non in salutis, ut ipse Cicero olim, sed in dignitatis duntaxat periculo uersetur, unde leui iactura possit fidē suorum experiri. Tū quia Lētulus se reprehēdere scripserat, quod Cic. ut acceperat, cū Cæsare, & cū Appio Pulchro in gratiā redierat, uelle tamē scire, qua inductus gratia Vatiniū defenderit, longe repetēs omniū causas afferre significans se salutis rationē habere, unde & ratione reddit, quare cū Crasso reconciliatus sit. Quorum rationē occasione multa, quæ dixerit, & egerit, præsertim in senatu, recitat. Et ut sibi docuerit, quod aduersarij Clodiū fouerent. Sæpe autē Pompeij mentionē faciens, eius potentiam cōmemorat. Quantum autē fratrē Cæsari multum debentē docet magnum monumentum fuisse, cur Cæsari multū fauerit. Tum Reip. causa se multa fecisse commemorat, ne uidelicet ex summorum uirorū dissensione periclitaretur. Tum, ut sæpe alias, merita sua in Rempu. &

conti-

coniuratione liberatam, & culpam eorum, à quibus aut accusatus, aut defensus non est, recēset, dānans uidelicet eorum ignauiam, per quam Resp. in discrimē uenit. Tum cōmemorat laudē Lentuli, quam in consulatu meruerat. Tum, quæ secuta sunt mala, & Clodij in sacris Bonæ deæ turpes ausus impunitos fuisse conqueritur, & dignitatis suę iniustā imminutionem detestatur. Tum Q. Metelli honorificā mentionē facit, & factū eius purgat. Tum ad facti sui purgationē rediēs innuit se pro rei necessitate propositum mutare, & in ea re Platonis auctoritatē sequi, differentē tamē esse suam à Platonis ratione in Reip. deserendæ, aut administrandæ. Tum Cæsaris in fratrem mirificam liberalitatem ad iustam conciliationem affert. Tum causam reditus in gratiam cū Vatinio scribit. Tum reconciliationis cum Crasso. Tum instituti sui, ac propositi nouas affert rationes. Ac demum ab Lentulo beneuolentiam, & fauorem captat.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hac epistola partim Lentuli, partim Ciceronis in negocijs consumitur. Lētuli quidē, ꝙ de rebus ad illum pertinentibus à Cic. certior fiat, & officij erga se amplissimā memoriā sentiat renouari. Ciceronis uero quando ille se purgat, & leuitatis, & inconstātiæ, quod cū is redierit in gratiam, quos antea ut inimicissimos oppugnauit, & uexauit. Reijcit autem in temporum constitutionem culpam, & à sapientissimorum iudicio, & auctoritate, inculpabilem se præstare nititur.

M. CICERO P. LENTVLO PROCONSVLI S. D. 9

PEriucundæ mihi fuerunt literæ tuæ, quibus intellexi, te perspicere meam in te pietatem, quid enim dicam beneuolentiam? cum illud ipsum grauissimum, & sanctissimum nomē pietatis leuius mihi meritis erga me tuis esse uideatur. Quod autem grata tibi mea erga te studia scribis esse, facis tu quidem abundantia quadam amoris, ut etiam grata sint ea, quæ prætermitti sine nefario scelere non possunt: tibi autē multo notior, atque illustrior meus in te animus esset, si hoc tempore omni, quo seiuncti fuimus, & una, & Romæ fuissemus. nam in eo ipso, quod te ostendis esse facturum, quodque & in primis potes, & ego à te uehementer expecto, in sententijs senatorijs, & in omni actione, atque administratione reip. floruissemus. de qua ostendam equidem paulo post qui sit meus sensus, & status; & rescribam tibi ad ea, quæ quæris. sed certe, & ego te auctore amicissimo, ac sapientissimo, & tu me consiliario, fortasse non imperitissimo, fideli quidem, & beneuolo certe, usus esses quanquam tua quidem causa, te esse imperatorem, prouinciamq́; bene gestis rebus cum exercitu uictore obtinere, ut debeo, lætor. sed certe, qui tibi ex me fructus debentur, eos uberiores, & præstantiores præsens capere potuisses. in eis uero ulciscendis, quos tibi partim inimicos esse intelligis propter tuam propugnationem salutis meæ, partim inuidere propter illius actionis amplitudinem, & gloriam, mirificum me tibi comitem præbuissem, quanquam ille perennis inimicus amicorum suorum, qui tuis maximis beneficijs ornatus, in te potissimum fractam illam, & debilitatam uim suam contulit, nostram uicem ultus est ipse sese: ea est enim conatus, quibus patefactis, nullam sibi in posterum non modo dignitatis, sed ne libertatis quidem partem reliquit. Te autē etsi mallem in meis rebus expertum, quam etiam in tuis, tamen in molestia gaudeo, eandem fidem cognoscere hominum non ita magna mercede, quam ego maximo dolore cognorā. de qua ratione tota iam uidetur mihi exponendi tempus, dari: ut tibi rescribam ad ea, quæ quæris. Certiorem te per literas scribis esse factum, me cum Cæsare, & cum Appio esse in gratia, teq́; id non reprehendere adscribis. Vatinium autem, scire te uelle ostendis, quibus rebus adductus defenderim, & laudarim, quod tibi, ut planius exponam, altius paulo rationem meorum consiliorum repetam, necesse est. Ego me, Lentule, initio rerum, atque actionum tuarum non solum meis, sed etiam reip. restitutum putabam, & quoniam tibi incredibilem quendam amorem, & omnia in te ipsum summa, ac singularia studia deberem, reip. quæ re in me restituendo multum adiuuisset, eum certe me animum merito ipsius debere arbitrabar, quem antea tantummodo communi officio ciuiū, non aliquo erga me singulari beneficio debitum præstitissem. hac me mente fuisse, & senatus ex me, te consule, audiuit, & tu in nostris sermonibus collocutionibusq́; ipse uidisti. etsi iam primis temporibus illis multis rebus meis offendebatur; animus cum te agente de reliqua nostra dignitate, aut occulta nonnullorum odia, aut obscura in me studia cernebam. nam neque de monumentis meis ab ijs adiutus es, à quibus debuisti, neque de ui nefaria, qua cum fratre eram domo expulsus, neque hercule in ijs ipsis rebus, quæ quamquam erant mihi propter rei familiaris naufragia necessariæ, tamen à me minimi putabantur in meis damnis ex auctoritate senatus resarciendis, eam uoluntatem, quam expectaram, præstiterunt. Quæ cum uiderem, (neque enim erant obscura) non tamen tam acerba mihi hæc accidebant, quam erant illa grata, quæ fecerant. Itaque quamquam, & Pompeio plurimum, te quidem ipso prædicatore ac teste, debebam, & eum non solum beneficio, sed amore etiam, & perpetuo quodam iudicio meo diligebam: tamen, non reputās quid ille uellet, in omnibus meis sententijs de rep. pristinis permanebam. Ego sedente Cn. Pompeio, cum ut laudaret P. Sextium, introijsset in urbem; dixissetq́; testis Vatinius, me fortuna, & felicitate C. Cæsaris commotum, illi amicum esse cœpisse; dixi, me eam Bibuli fortunam, quam ille afflictam putaret, omnium triumphis, uictorijsq́; anteferre: dixiq́; eodem teste alio loco, eosdem esse, qui Bibulum exire domo prohibuissent, & qui me coegissent: tota uero interrogatio mea nihil habuit aliud, nisi reprehensionem illius tribunatus: in qua omnia dicta sunt libertate, animoq́; maximo, de ui, de auspicijs, de donatione regnorum: neq; uero hac in causa modo, sed constanter sæpe in senatu, quin etiā, Marcellino, & Philippo Coss. nō is Apr. mihi est senatus assensus, ut de agro Campano, frequenti senatu, idibus Maij referretur. num potui magis in arcem illius causæ inuadere, aut magis obliuisci temporum meorum, & meminisse actionum? hac à me sentētia dicta, magnus animorum motus est factus, cum eorum, quorum oportuit, tum illorum etiam, quorum nunquam putaram. nam, hoc S.C. in meam sententiam facto Pompeius, cum nihil mihi ostendisset se esse offensum, in Sardiniam, & in Africam profectus est: eoq́; itinere Lucam ad Cæsarem uenit: ubi multa de mea sententia questus est Cæsar, quippe qui etiam Rauennæ Crassum ante uidisset, ab eoq́; in me esset incēsus. sanè moleste Pōpeium id ferre cōstabat. quod ego cum audissem ex alijs, maxime, ex meo fratre cognoui. quem cum in Sardinia Pompeius paucis post diebus, quàm Luca discesserat, conuenisset. Te inquit, ipsum cupio: nihil opportunius potuit accidere, nisi cum Marco fratre diligenter egeris, dependendum tibi est, quod mihi pro illo spopondidisti. quid multa? questus est grauiter, sua merita commemorauit: quid egisset sæpissime de actis Cæsaris cū ipso meo fratre, quidque sibi is de me recepisset, in memoriam redegit: seq. quæ de mea salute egisset, uoluntate Cæsaris egisse, ipsum meum fratrem testatus est, cuius causam dignitatemq́; mihi ut commendaret, rogauit, ut eam ne oppugnarem si nollem, aut non possem tueri. hæc cum ad me frater pertulisset, & cum ante tamen Pompeius ad me cum mandatis Viuullium misisset, ut integrum mihi de causa Campana ad suum reditum reseruarem: collegi ipse me, & cum ipsa quasi repub. sum collocutus, ut mihi, tam multa pro se perpesso, atque perfuncto, concederet, ut officium meum, memoremq́; in benemeritos animum, fidemq́; fratris mei præstarem, eumq́; quem bonum

ciuem semper habuisset, bonum uirum esse pateretur. In illis autem meis actionib. sententijsq; omnibus, quæ Pompeium uidebantur offendere, certorum hominum, quos iam debes suspicari, sermones referebantur ad me: qui cum illa sentirent in rep. quæ ego agebam semperq; sensissent, me ante non satisfacere Põpeio. Cæsaremq; inimicissimum mihi futurum, gaudere se aiebant. Erat hoc mihi dolendum, sed multo magis illud. quod inimicum meum, meum autem: imo uero legum iudiciorum, ocij, patriæ, bonorum omnium, sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fouebant, sic me præsente osculabantur, non illi quidem, ut mihi stomachum facerent, quem ego funditus perdidi. sed certe, ut facere se arbitrarentur, hic ego, quantum humano consilio efficere potui, circunspectis rebus omnibus, rationibusq; subductis, summam feci cogitationum mearum omnium, quam tibi, si potero, breuiter exponã. Ego si ab improbis, & perditis ciuibus remp. teneri uiderem, sicut & meis temporibus scimus & nonnullis alijs accidisse accepimus, non modo præmijs, quæ apud me minimum ualent, sed ne periculis quidem compulsus ullis, quibus tamen mouentur etiam fortissimi uiri, ad eorum causam me adiungerem, ne si summa quidem eorum in me merita constarent. cum autem in rep. Cn. Pompeius princeps esset, uiris, qui hanc potentiam, & gloriam maximis in remp. meritis præstantissimisq; rebus gestis esset consecutus, cuiusque ego dignitatis ab adolescentia fautor, in pratura autem, & in consulatu adiutor etiã extitissem, cumq; idem auctoritate, & sententia per se, consilijs, & studijs tecum me adiuisset: meumq; inimicum unum in ciuitate haberet inimicum: non putaui famam inconstantiæ mihi pertimescendam, si quibusdam in sententijs paulum me immutassem, meamq; uoluntatem ad summi uiri, de meque optime meriti dignitatem aggregassem. in hac sententia complectendus erat mihi Cæsar, ut uides, in coniuncta, & causa, & dignitate. hic multum ualuit cum uetus amicitia, quã tu non ignoras mihi, & Q. Fratri cum Cæsare fuisse tum humanitas eius, ac liberalitas breui tempore, & literis, & officijs perspecta nobis, & cognita. Vehementer etiam res ipsa publica me mouit, quæ mihi uidebatur contentionem præsertim maximis rebus a Cæsare gestis, cum illis uiris nolle fieri, & ne fieret, uehementer recusare. Grauissime autem me in hanc mentem impulit, & Pompeij fides, quàm de me Cæsari dederat, & fratris mei, quam Pompeio. Erant præterea hæc animaduertenda in ciuitate, quæ sunt apud Platonem nostrum scripta diuinitus: Quales in rep. principes essent, tales reliquos solere esse ciues. tenebam memoria, nobis consulib. ea fundamenta iacta ex cal. Ian. confirmandi senatus, ut neminem mirari oporteret, nonis Dec. tamen animi fuisse in illo ordine, uel auctoritatis. idemq; memineram nobis priuatis usque ad Cæsarem, & Bibulum Coss. cum sententiæ nostræ magnum in senatu pondus haberent, unum ferè sensum fuisse bonorum omnium postea, cum tu Hispaniam citeriorem cum imperio obtineres, neque resp. consules haberet sed mercatores prouinciarum, & seditionum seruos, ac ministros. iecit quidam casus caput meum, quasi certaminis causa, in mediam contentionem, dissensionemq; ciuilem. quo in discrimine mirifica senatus, incredibilis Italiæ totius, singularis bonorum omnium consensio in me tuendo extitisset, nõ dicam, quod acciderit: (multorum est enim & uaria culpa) tantum dicam breui, non mihi exercitum sed duces desuisse. in quo, ut iam sit in ijs culpa, qui me non defenderunt, non minor est in ijs, qui reliquerunt. & si accusandi sunt, qui pertimuerunt: magis etiam reprehendendi, qui se timere simularunt. Illud quidem certe nostrum consilium iure laudandum est, q meos ciues, & à me seruatos, & me seruare cupientes, spoliatus ducib. seruis armatis obijci noluerim, declarariq; maluerim, quanta uis esse potuisset in cõsensu bonorum, si ijs pro me stante pugnare licuisset, cum afflictum excitare potuissent. quorum quidem animum tu non perspexisti solum, cum de me ageres, sed etiam confirmasti, atque tenuisti. qua in causa non modo non negabo, sed etiã semper & meminero, & prædicabo libenter. usus es quibusdã nobilissimis hominibus fortioribus in me restituendo, quam fuerant ijdem in tenendo. qua in sententia si constare uoluissent, suã auctoritatẽ simul cũ salute mea recuperassent. recreatis enim bonis uiris consulatu tuo, & constantissimis atque optimis actionibus tuis exercitatis, Cn. Pompeio præsertim ad causam adiuncto. cum etiam Cæsar, rebus maximis gestis, singularibus ornatus, & nouis honoribus, ac iudicijs senatus, ad auctoritatem eius ordinis adiungeretur, nulli improbo ciui locus ad remp. uiolandam esse potuisset. sed attende quæso, quæ sint consecuta. Primum illa furta muliebriũ religionũ. qui nõ pluris fecerat Bonam deam, quam tres sorores, impunitatem est eorum sententijs assecutus, qui, cũ trib. pl. pœnas à seditioso ciue per bonos uiros iudicio persequi uellet, exemplũ præclarissimũ in posterũ uindicandæ seditionis de rep. sustulerunt. ijdẽque postea nõ meũ monumentũ (non. n. illæ manubiæ meæ, sed operis locatio mea fuerat mõnumentũ uero senatus,) hostili nõie, & cruẽtis inustũ literis esse passi sunt. qui me hoĩes q. saluũ esse uoluerunt, est mihi gratissimũ, sed uellẽ, non solum salutis meæ, quemadmodũ medici, sed ẽt, ut aliptæ uiriũ, & coloris rõnẽ habere uoluissent. nunc, ut Apelles Veneris caput & summa pectoris politissima arte perfecit, reliquã partẽ corporis inchoatã reliquit: sic quidã homines in capite meo soliũ elaborarunt, reliquũ corpus imperfectũ, ac rude reliquerunt. in quo ego spẽ fefelli non modo inuidorũ, sed etiã inimicorum meorũ, qui de uno acerrimo, & fortissimo uiro, meoq; iudicio, oĩum magnitudine animi, & constantia præstãtissimo. Q. Metello L. F. quondã falsam opinionẽ acceperunt: quẽ post reditũ dictitant fracto animo, & demisso fuisse. est uero probandũ, qui & summa uoluntate cesserit, & egregia animi alacritate abfuerit, neque sane redire curaret, eũ ob idipsum fractũ fuisse animo, in quo cũ omnes homines, tũ M. illũ Scaurũ singularẽ uirũ, constantia, & grauitate superasset, sed quod de illo acceperant, aut etiã suspicabantur, de me idẽ cogitabant, abiectiore animo me futurũ, cũ resp. maiorẽ etiã mihi animum, quam unquã habuissẽ, daret, quæ iam declarasset, sese non potuisse me uno ciue carere, cumq; Metellũ unius trib. pl. rogatio, me uniuersa resp. duce senatu, comitante Italia, promulgantibus omnibus, referente consule, comitijs centuriatis, cunctis ordinib. hominibus incumbentib. omnibus denique suis uirib. recuperasset. neque uero ego mihi postea quidquã assumpsi, neque hodie assumo, quod quemquã maleuolentissimũ iure possit offendere. tantũ enitor, ut neque amicis, neque etiam alienioribus opera, consilio, labore desim. hic meæ uitæ cursus offendit eos fortasse, qui splendorẽ, & speciem huius uitæ intuentur solicitudinem autem, & laborẽ perspicere non possũt. Illud uero non obscure queruntur in meis sententijs, quibus ornem Cæsarem, quasi desciuerim à pristina causa. ego autem cum illa sequor, quæ paulo ante proposui, tum hoc non in postremis, de quo cœperam exponere, non offendes eundem bonorum sensum Lentule, quem reliquisti, qui confirmatus consulatu nostro, nonnunquam postea interruptus, & afflictus ante te consulem, recreatus abs te totus est, nunc ab ijs, à quibus tuendus fuerat, derelictus, idq; non solum fronte, atque uultu, quibus simulatio facillime sustinetur, ij declarant, qui tum nostro illo statu optimates nominabantur. sed etiam sententia sæpe iam, tabellaque docuerunt: itaque tota iam sapientia ciuium, qualem me, & esse, & numerari uolo, & sententia, & uoluntas mutata esse debet: id enim iubet idem ille Plato, quem ego auctorem uehementer sequor: Tantum con-

contendere in rep. quantum probare tuis ciuibus possis, uim neque parenti, neque patriæ afferre oportere, atque hanc quidem ille causam sibi ait non attingendæ reip. fuisse, quod cum offendisset populum Athenienſem prope iam desipientem senectute, cumq; eum nec persuadendo, nec cogendo regi posse uidisset, cum persuaderi posse diffideret, cogi fas esse non arbitraretur. Mea ratio fuit alia, q̃ neque desipiente populo, neque integra re mihi ad consulendum capesserem ne remp. implicatus tenebar. sed lætatus tamen sum, quod mihi liceret in eadẽ causa, & mihi utilia, & cuiuis bono recta defendere. Huc accessit commemoranda quædam, & diuina Cæsaris in me, fratremq; meum liberalitas: qui mihi, quascunque res gereret, tuendus esset, nunc in tanta felicitate, tantisq; uictorijs, etiã si in nos non is esset, qui est, tamen ornãdus uideretur. sic enim te existimare uelim, cum à nobis meæ salutis auctoribus discesserim, neminem esse, cuius officijs me tam esse deuinctum non solum confitear, sed etiam gaudeam, quod quoniam tibi exposui, facilia sunt ea, quæ à me de Vatinio, & de Crasso requiris. Nam de Appio, quod scribis sicut de Cæsare, te non reprehendere, gaudeo tibi consilium probari meum. De Vatinio autem, primum reditus intercesserat in gratiam per Pompeium, statim ut ille prætor est factus, cum quidem ego eius petitionem grauissimis in senatu sententijs oppugnassem, neque tam illius lædendi causa, quam defendendi, atque ornãdi Catonis: post autem Cæsaris, ut illum defenderem, mira contentio est consecuta. cur autem laudarim, peto à te, ut id à me ne ue in hoc reo, neue in alijs requiras; ne tibi ego idem reponam, cũ ueneris: tametsi possum, uel absenti. recordare enim quibus laudationem ex ultimis terris miseris: nec hoc pertimueris. nam a me ipso laudantur, & laudabuntur ijsdem. sed tamen defendendi Vatinij fuit etiam ille stimulus, de quo in iudicio, cum illum defenderem, dixi me facere quiddã, quod in Eunucho parasitus suaderet militi:

Vbi nominabit Phædriam: tu Pamphilam
Continuo. si quando illa dicet: Phædriam intromittamus
commessatum: tu Pamphilam
Cantatum prouocemus. si laudabis hæc
Illius formam: tu huius contra: denique
Par pro pari referto, quod eam remordeat.

Sic petiui à iudicib. ut quoniam quidam nobiles homines, & de me optime meriti nimis amarent inimicum meum, meq; inspectante sæpe eum in senatu modo seuere se ducerent. modo familiariter atque hilare amplexarentur, quoniamq; illi haberent suum Publium, darẽt mihi ipsi alium Publium, in quo possem eorum animos mediocriter lacessitus leuiter repungere. neque solum dixi, sed etiam sæpe facio, dijs, hominibusq; approbantib. Habes de Vatinio: cognosce de Crasso. Ego cum mihi cum illo magna iam gratia esset, quod eius omnes grauissimas iniurias communis concordiæ causa, uoluntaria quadã obliuione contriueram, repentinam eius defensionem Gabinij, quem proximis superiorib. diebus acerrime oppugnasset, tamen, si sine ulla mea contumelia suscepisset, tulissem sed cũ me disputantem, non lacessentem, lacessisset; exarsi non solũ præsenti, credo, iracundia, (nam ea tam uehemens fortasse nõ fuisset) sed cum inclusum illud odium multarum eius in me iniuriarum, quod ego effudisse me omne arbitrabar, residuũ tamen, insciente me fuisse omne repente apparuit. quo quidẽ tempore ipso quidam homines, & ijdem illi, quos sæpe nutu significationeque appello, cum se maximum fructum cepisse dicerent ex libertate mea, meq; tum deniq; sibi esse uisum reip. qualis fuisse restitutum, cumq; ea contentio mihi magnũ etiã foris fructum tulisset, gaudere se dicebant, mihi, & illum inimicum, & eos, qui in eadem causa essent nunquam amicos futuros. quorum iniqui sermones cum ad me per homines honestissimos perferrentur, cumq; Pompeius ita contendisset, ut nihil unquam magis, ut cum Crasso redirem in gratiam; Cæsarq; per literas maxima se molestia ex illa contentione affectum ostenderet; habui non temporum solum rationem meorum, sed etiam naturæ. Crassusq; ut quasi testata P. R. esset nostra gratia, pene à meis larib. in prouincia est profectus. nã cum mihi condixisset, cœnauit apud me in mei generi Crassipedis hortis. quamobrem eius causam, quod te scribis audisse magna illius commendatione susceptam, defendi in senatu, sicut mea fides postulabat. Accepisti, quibus rebus adductus, quamq; rem, causamq; defenderim, quiq; meus in rep. sit pro mea parte capessenda status. de quo sic uelim statuas, me hæc eadem sensurum fuisse, si mihi integra omnia, ac libera fuissent, nam neque pugnandũ arbitrarer contra tantas opes, neque delendum etiam si id fieri posset, summorum ciuium principatum, neque permanendum in una sententia, cõuersis rep. ac bonorum uoluntatis immutatis, sed temporibus assentiendum. Nunquam enim præstantib. in rep. gubernãda uiris laudata est in una sententia perpetui permansio sed, ut in nauigando tempestati obsequi artis est, etiam si portum tenere nõ queas, cum uero id possit mutata uelificatione assequi stultũ est eum tenere cum periculo cursum, quẽ ceperis potius, quã, eo, commutato, quo uelis, tamen peruenire, sic, cum omnibus nobis in administranda rep. propositum esse debeat, id, quod à me sæpissime dictum est, cum dignitate ocium: Non idem semper dicere, sed idem semper spectare debemus. Quamobrem, ut paulò ante posui. si essent omnia mihi solutissima, tamen in rep. non alius essem, atque nunc sum. cum uero in hunc sensum, & alliciar beneficijs hominum, & compellar iniurijs, facile patiar ea me de repu. sentire, ac dicere, quæ maxime cum mihi, tum etiam reip. rationibus putem conducere. apertius autem hæc ago, ac sæpius, q̃, & Q. Frater meus legatus est Cæsaris, & nullum meum minimum dictum, non modo factum, pro Cæsare intercessit, quod ille non ita illustri gratia exceperit, ut ego eum mihi deuinctum putarem. itaque eius omni, & gratia, quæ summa est, & opibus, quas intelligis esse maximas, sic fruor, ut meis. nec mihi aliter potuisse uideor hominum perditorum de me consilia frãgere, nisi cum præsidijs ijs, quæ semper habui, nunc etiam potentium beneuolentiam coniunxissem. his ego consilijs si te præsentem habuissem, ut opinio mea fert, essem usus eisdem. noui enim temperantiam, & moderationem naturæ tuæ: noui animum cum mihi amicissimum, tum nullo in ceteros maleuolentia suffusum. cõtraque cum magnum, & excelsum, tum etiam apertum, & simplicem. uidi ego quosdam in te tales, quales tu eosdem in me uidere potuisti, quæ me mouerunt, mouissent eadem te profecto. sed, quocunq; tempore mihi potestas præsentis tui fuerit, tu eris omnium moderator consiliorum meorum, tibi erit eidem, cui salus mea fuit, etiam dignitas curæ me quidem certe tuarum actionum, sentẽtiarum, uoluntatum. rerum denique omnium socium, comitemq; habebis, neque mihi in omni uita res tam erit ulla proposita, quam ut quotidie uehementius te de me optime meritũ esse, lætere. Quod rogas, ut mea tibi scripta mittam, quæ post discessum tuum scripserim, sunt orationes quædam, quas Menocrito dabo, neque ita multæ, ut pertimescas. scripsi etiam, (nam etiam ab orationibus disiũgo me ferè. referoq; ad mansuetiores musas, quæ me maxime sicut iam à prima adolescentia delectarũt.) scripsi igitur Aristotelico more, quemadmodum quidem uolui, tres libros in disputatione, ac dialogo de oratore, quos arbitror. Lentulo tuo fore non inutiles. abhorrent enim à communibus præceptis, & omnem antiquorum, & Aristotelicam, & Isocraticam rationem oratoriam complectuntur. scripsi etiam uersib. tres libros de temporib. meis, quos, iam pridem ad te misisse, si esse edendes

dos putasſem: ſunt enim teſtes, & erunt ſempiterni meritorũ tuorum erga me, meæq; in te pietatis. ſed, quia uerebar, non eos, qui ſe læſos arbitrarentur, (etenim id feci parce, & molliter) ſed eos quot erat infinitum bene de me meritos omnes nominare, quos tamen ipſos libros. ſi quem, cui recte committã, inuenero, curabo ad te perferendos. atque iſtam quidem partem uitæ conſuetudinisq; naturæ totam ad te deſero. quãtũ literis quantũ ſtudijs, ueterib. noſtris delectation. conſequi poterimus, id omne ad arbitrium tuũ, qui hæc ſemper amaſti libentiſſime conferemus. Quæ ad me de tuis rebus domeſticis ſcribis, quæq; mihi cõmendas, ea tanta mihi curæ ſunt, ut me nolim admoneri, rogari uero ſine magno dolore uix poſſim. Quod de Q. Fr. negocio ſcribis, te prior æſtate, ꝙ morbo impeditus in Ciliciam non tranſieris conficere non potuiſſe, nunc autẽ omnia facturũ, ut conficias id ſcito eſſe eiuſmodi, ut frater meus uere exiſtimet, adiuncto iſto fundo, patrimoniũ fore ſuũ per te conſtitutũ. In me de tuis reb. omnib. & de Lentuli tui, noſtriq; ſtudijs, & exercitationib. uelim quam familiariſſime certiorẽ, & quã ſæpiſſime facias: exiſtimesq; neminẽ cuiquã neque cariorem, neque iucundiorẽ unquã fuiſſe, qui te mihi: idq; me non modo, ut tu ſentias. ſed, ut omnes gentes, etiã, ut poſteritas omnis intelligat, eſſe facturũ. Appius in ſermonibus antea dictabat, poſtea dixit etiã in ſenatu palã, ſe ſe, ſi licitũ eſſet, legẽ curiatã ferre, ſortiturũ eſſe cũ collega prouinciã. ſi curiata lex non eſſet, ſeparaturũ cũ collega, tibique ſucceſſurũ: legẽ curiatã conſuli ferri opus eſſe, neceſſe non eſſe ſe, quoniã ex S.C. prouinciã haberet, lege Cornelia imperium habiturũ, quoad in urbẽ introiſset. ego, quid ad te tuorũ quiſque neceſſariorũ ſcribat, neſcio, uarias eſſe opiniones intelligo. ſunt qui putent poſſe te non decedere, ꝙ ſine lege curiata tibi ſuccedatur. ſunt etiã qui ſi decedas, à te relinqui poſſe, qui prouinciæ præſit. mihi non tã de iure certũ eſt, (quãquã ne id quidẽ ualde dubiũ eſt) quàm illud, ad tuã ſummã amplitudinẽ, dignitatẽ, liberalitatẽ, qua te ſcio libentiſſime ſolere frui, pertinere, te ſine ulla mora prouinciã ſucceſſori concedere, præſertim cũ ſine ſuſpicione tuæ cupiditatis non poſſis illius cupiditatẽ refutare. ego utrunque puto meũ eſſe, & quid ſentiam, oſtẽdere, & quod feceris, defendere. Scripta iam epiſtola ſuperiore, accepi tuas literas de publicanis, quibus æquitatem tuã nõ potui non probare, facilitate autem, uellem, conſequi potuiſſes quod ne eius ordinis, quem ſemper ornaſti, rem, aut uoluntatem offenderes. equidem non deſinam tua decreta defendere, ſed noſti conſuetudinem hominum. ſcis, quam grauiter, inimici illi ipſi Q. Scæuolæ fuerint. tibi tamen ſum auctor, ut, quibus rebus poſſis, eum tibi ordinem, aut reconcilies, aut mitiges. id, etſi difficile eſt, tamen mihi uidetur eſſe prudentiæ tuæ. Vale.

HVB. Periucundæ mihi fuerunt] M.T.C. Epiſt. omnes, quo longiores, eo mihi elegantiores, & utiliores uidentur. Itaque eo diligentius à nobis interpretandæ ſunt, neque enim eis aſſentior, qui quaſdam breuiores electas ſe habere iactant, quas ſolas proponendas aſſerunt, quaſi gemmas quaſdam præcipuas, idq; quibuſdam rerum imperitis haud difficile perſuadent, quod non aliam ob cauſam a pleriſque factum arbitror, niſi quia difficilioris negocij arbitrarentur eas aggredi, & ingenio uincere, quæ plus artis, plus ingenij, plus hiſtoriarum, plus deniq; rerum omnium cogitationis haberent, imitati eos, qui propter impotentiam rei pecuniariæ, cum precioſiſſimas gemmas emere nõ poſſunt, quaſcunque emerunt, uxoribus ſuis precioſiſſimas eſſe perſuadere conantur, cum tamen eorum artes, & ſimulationes aliqñ detegantur. Sed eos omittamus, & iã uiã oĩb. uel ad difficillimas quaſque aperiamus, ut, quæ ante hac a paucis intelligendæ difficultatis caritudine em [ut ita dixerim] non potuerũt, tã producãtur, & facillime nobis copiã faciẽtibus cõparãtur, ut oĩum cõmodis iã cõſuluiſſe intelligamur. Continet igitur hæc epiſtola multas partes, quas ſingulas enumerare tũ moleſtũ, tum uero non ualde utile puto. colligentur tñ, quæ magis neceſſariæ eſſe uidebuntur, ut facilius habeatur totius epiſtolæ argm̃, quod quidem hoc tandẽ eſſe putamus. Primũ rñdet Cic. Lent. qui ſcripſerat ſtudia Cic. in ſe ſibi gratiſſima fuiſſe, & oſtẽdit id magis eſſe ex abundantia amoris ipſius Len. q̃ ꝙ merita ſua hoc exigãt, aut ſi qua pro Len. fecit, quæ quidẽ ita fuerunt debita, ꝙ ſine magna repræhenſione prætermitti non potuiſſent, potuiſſe, aut facilius Cic. erga ſe aĩum cognoſcere, ſi ambo Romæ fuiſſent, quo tẽpore fuerunt locorum interuallo ſeiuncti, gratulatur tñ ipſi Lent. ꝙ prouinciã cũ ſumma laude adminiſtraret, tametſi ille Romæ fuiſſet, dicit ſe facilius potuiſſe ulciſci eos, qui cũ oppugnaſſent qa ille Cic. defendiſſet Clodius. tñ, qui eũ laudatus à Lent. cum p̃cipue oppugnaſſet, ſuis ſceleribus iã hoc eſſe aſſecutũ, ut nullã uel dignitatis, vel libertatis, partẽ in poſterũ ſibi reliquerit. Deinde quia Lent. habebat multos aduerſarios, gratulatr ei Cic. ꝙ ille habeat inimicos in re ita magna, ſicut ipſe cognouit, qa hic in dignitate, Cic. uero in ſalute læſus eſt, qm̃ cũ intellexiſſet Lẽ. Cic. in gratiã redijſſe cũ Cæſ. cum quo multũ antea diſſenſerat, vt ẽt ipſe fatetur in oratione de prouincijs conſularib. & cũ Appio Pulchro, cũ quo habuerat magnas ſimultates, ſcripſerat ſe id non reprehendere uelle, tñ potiſſimũ intelligere, qua cauſa adductus, Cic. defendiſſet, & laudaſſet Vat. quẽ ante tãtopere oppugnaſſet, & in quem acerrime inuectus eſſet in cauſa Sextij, Cic. oĩum harũ rerũ rationes reddit, & quẽadmodũ olim ſine ſalutis ſuæ ratione remp. oĩno tutatus ſit, ita nunc exiſtimaſſet habẽdã rationẽ ſalutis, neq; tñ deſerendam remp. neque dignitatis ſuæ opinionẽ. Reddit ẽt rationem de reditu in gratiã cum M. Craſ. à quo grauiſſimis iniurijs fuiſſet affectus, cũ eius potiſſimũ fauore, adiutus fuiſſet Clod. in oppugnatione Cic. Reliquæ partes locis ſuis ita declarabuntur, ut omnino tota epiſtola intelligi poſſit. [Periucũdæ] Valde iucũdæ, plenæ delectationis. [Perſpicere] Planè cognoſcere. [Pietatẽ, [Religioſam quandã animi uenerationẽ. de pietatis ſignificatione in prima epiſ. dictum eſt. [Quid enim dicã, beneuolentiã] Quæ multo minor eſt, quã pietas [Cũ] Ratio eſt huius interrogationis, quid. n. dicã. [Illud ipſum nomen] Hæc p̃nomina habẽt emphaſim, q d. quo noĩe nullũ põt eſſe maius. [Videatur leuius] Putetur minus, & longe uilius, qã non habeo uocabulum, quo poſſim uti ad declarandum animi mei affectum, cũ nomen pietatis, quo nullũ poteſt eſſe grauius, ſit etiã uilius, & minus, quàm exigunt tua merita erga me. de eo enim Cic. ita ſcr. in oratione de reditu ſuo. P. Lent. parẽs, Deus ſalutis noſtræ, uitæ, fortunæ, memoriæ, nominis, &c. Itẽ in oratione pro Domo ſua ad Pontifices, ſic inquit: An. Ego cũ P. Lẽt. Conſul optime de me, ac de rep. meritus, &c. [Tuis meritis] Beneficijs [Facis abũdantia quadã amoris] Quia multũ me amas, nã omnia, quæ ab eo, quem amamus, fiũt erga nos, ẽt ſi minima ſint, ſolẽt tñ nobis eſſe ualde grata [Quæ prætermitti] .i. omitti. [Sine nefario ſcelere.] Sine impietate, & maxima ingratitudine. & eſt ſenſus: Quod ſcribis ea eſſe tibi grata, quæ pro te facio, facis, quia multũ me amas, & ideo ea ẽt grata habes, quæ nõ ſolũ facere debeo, ſed ẽt quæ non poſſem prætermittere, quin maximũ ſcelus admittere uiderer. [Tibi aũt] h.d. perſpexiſti, quid egerim pro te, ſed multo clarius cognouiſſes, ſi fuiſſes Romæ his tẽporibus, quibus abſuiſti à nobis, quia facilius præſentibus, quã abſentibus oſtendimus mentẽ noſtrã [Nã in eo ipſo,] Rñſio eſt ad aliã partẽ epiſtolæ Lent. ꝙ ſi fuiſſet Romæ, floruiſſet cũ Cic. in adminiſtratione reip. idq; aliqñ ſe facturũ oſtendebat. Dicit Cic. ita fuiſſe futurũ, quia ipſi oĩno floruiſſent, in eo ipſo, quod inferius dicit ſentẽtijs ſenatorijs dicẽdis, & ĩ omni actione, &c. [Floruiſſemus] Excelluiſſemus. [Paulò poſt] In proceſſu epiſtolę quã alij male diuidunt ab hac [Senſus] ſententia.] Et reſcribam tibi] Sicut incipit reſcribere, cũ dicit certiorẽ te per literas, &c. [Sed certe] Vel ſaltẽ, uel certe profectò ut, ſit affirmantis aduerb. [Te auctore] Conſiliario non imperitiſſimo. i. conſiliario nõ omnino indocto, & imperito, uitat. n. arrogantiã, ut nolit ſe dicere peritiſſimũ. [Fideli] Hoc. n. poſſum de me dicere, ꝙ fideliter tibi conſuluiſſem, & amanter, & eſt ordo. ſed certe ego eſſem uſus te auctore amiciſſimo, & ſapientiſſimo. [Et tu] Subaudi uſus eſſes me conſiliario fortaſſe, &c. conſiliarius, qui præbet conſilium. Quanq̃ qui. h.d. ſcrñ lætari, ꝙ ipſe Lent. imperator in Cilicia res bene geſſerit. [Victore] Aduerſus Parthos, & alios hoſtes. P.R. q prouinciæ imminebat [Sed certe] q.d. quamq̃ lętor, ꝙ abſens bene geſſeris, & res, & prouinciã, tñ maluiſſem te eſſe Romæ, quia quæ tibi debeo, multo melius pñti q̃ abſenti præſtare potuiſſem, & ita tu fructus, quos tibi debeo, uberiores a me p̃ſens accipere potuiſſes. [Fructus] Trãslatio eſt ſumpta ab agris, quæ. n. amicis p p̃ſtitis debemus: trãſlatiue fructus appellantur, qm̃, ut inquit Cic. debemus imitari agros fertiles, qui plus reddunt, quã acceperunt [Vlciſcendis] Puniendis, uel uindicandis: nam ulciſcor utrunque ſignificat, auct. Aſcon. Ped. quãquam paruo differre uidentur,

Pietas

Fructus

Vlciſcor uidicor

dentur, sed hic melius uindicandis. Est autem ulcisci, siue uindicare, iniuriam non impunitam relinquere, & quasi par pari referre, ut summatim diffiniam, est maledictum aliquod, aut male factum defendere. [Partim inimicos esse] Ostēdit hic duas fuisse causas, qa sibi inimicos cōparauerit, aut quia defendit Cic. aduersus imperium Clodij, aut quia pulcherrime, & cū summo honore egit prouinciam, ob quam multi ei inuidebāt, neq; uolebāt ei decerni ea, quæ uictoribus imperatoribus à P. R. decerni solebāt. [Propugnationē] Defensionē. [Salutis meæ,] Vitæ meæ, cū in exilium exire coactus sum. [Amplitudinē,] Dignitatē, [Illius actionis] Aut quod optime gesserit res in prouincia, aut certe propter ea, quæ ī cōsulatu antea egerat, ut dixit superius. [Magna est memoria consulatus, de quo multi inimici ei inuidebāt. [Mirificum] Magnum, & audentē plusquā existimet. [Quāquā] q.d. habuimus ēt Deos nobis fauentes, quia ille sceleratus Clo. perpetuus inimicus omnium, qui de eo benemeriti sunt, pro nobis uindictam fecit de seipso, quia propter sua scelera amisit omnem dignitatem, & libertatem in futurum. [Quanquam ille] Nō dicit, qui sit, sed intelligit Clod. [Perennis] inimicus amicorum suorū, qui semper malefecit iis, à quibus est bene affectus: [Ornatus] Adiutus. [Tuis maximis beneficijs] Qui ei semper fauisti, & auxilium pręstitisti, vt extolleretur. [In te potissimū] pręcipue in te, quamuis idem fecerit in alios. [Fractā uim] Quia iam amisit auctoritatem, neque tantum potest, quantum poterat, cū me oppugnauit [Contulit] Coniecit, conuertit. [Vltus est autem uicem nostram ipse sese. i. de se ipso fecit uindictam pro nobis. [Sese] i. in seipso. Se, & sese Seruius in arte, à Cæsare ita distinguiait, ut se dicamus, cū aliquem quid in alium fecisse ostendimus, vt hic fatetur se nocuisse mihi. Cum autem seipsum, tunc dicimus sese [Vicē nostram,] Id est, quod nos facere debeamus, idest uice nostri. [Est enim ea] ostendit, quid egerit cōtra seipsum [Est conatus] Tentauit, aggressus est. [Ea quibus patefactis] Sacrilegium eius intelligit, cum ad sacra deæ bonæ muliebri habitu ausus est uenire, propter amorem Pompeiæ uxoris Cæsaris. [Non modo dignitatis] Quia propter fœditatem suorum scelerum omnibus honoribus indignus habitus est. Neque enim solum Pompeię Cæs. uxoris mœchus fuit, sed etiam cum duabus sororib. cōcubuit, quarum altera nupserat Lucullo, altera Metello clarissimo uiro, quæ multis in locis Cic. commemorat. Refert etiam Liuius, & Plutarchus. (Sed ne libertatis] Quia liber esse non potest, qui aliquo publico scelere est pollutus, neque enim potest, aut etiam audet se defendere qui se infectum cognouit. Vnde Iuuen. Vnde tibi frontem, libertatemque parentis. Cum facias peiora senex. [Te autem] Sensus est, & si mallem te potius expertum esse in rebus meis, quam in tuis, qualis sit fides hominum, quia pluris facio res tuas, quàm meas, tamen gaudeo, quod non cognoscas fidem hominum tanto tuo damno, quanto dolore ego cognouerim [In rebus meis] In meis commodis. [In molestia] Quàm capio de rebus tuis ita exagitatis. [Gaudeo] Accipio hanc lętitiam, & consolationem. [Te cognoscere eam fidem] Quia, ut alibi Cic. ita amicitia, & fides hominum aduersis probatur, sicut aurum igni. [Non tam magna mercede] Non tam caro precio, ut uulgo dicimus, uel non tam magna impensa, & damno. [Quam maximo dolore meo.] Quam maximo, id est, quanto maximo. [Ego cogno. fidem hominum] Quia non tanta fuerat merces eorum, quæ dignitate tua uiolata amisisti, quantus dolor afflictæ, & propè perditæ salutis meæ [De qua ratione] De qua re, & causa, & negocio. [Tempus] Occasionem quandam, & opportunitatem [Dari,] Offerri, quia incidenter feci mentionem de fide hominum, quam variā erga me cognoui, magno dolore eo tempore quo à Clo. Clodianisq. omnibus iniquissime sum uexatus. [Vt rescribam tibi] Ostendit igitur hanc epistolam totam esse responsiuam. [Ad ea, quæ quæris] A me scire. [Certiorem] Non est initium epistolæ, ut quidam male sentiunt, sed ut ex verbis præcedentibus aperte perspicitur, cōiūgitur cum superiori textu epistolæ. [Factum certiorem] Edoctum esse, intellexisse. [Appio] Quidam frustra somniant Appium Clodium, per quem coactus est in exilium ire. cum apud nullum omnino legatur, quod cum eo reconciliatus sit, sed Appium intellexit Pulchrum cognomento, ad quem multas epistolas scribit libro 4. in quibus Cic. fatetur se in gratiam redijsse, & simultatem deposuisse. [Vatinium autem] In hunc inuectus est Cice. uehementer in causa, & extat oratio Ciceronis admodum contumeliosa in Vatinium testem. [Ostendis] Significas per literas tuas. [Adductus] Motus, compulsus, laudarim, & defenderim. his enim duabus rebus maxime demonstratur reconciliata gratia. [Laudarim] Quem ante mille criminibus onerarim. [Defenderim] Quem totis uiribus oppugnauerim. [Planius] Apertius. [Necesse est repetam] Sumam, reuocem, & subaudi-tur, ut repetam. [Altius] Longius, magis ab initio [Consiliorum] Cogitationum, deliberationū. [Ego] Vt diximus supra, hoc pronomen in principio orationis præ se fert grauitatem, & uarietatem narrationis. Dicit enim Cicero post restitutionem suam se ita fuisse gratum, ut non solum existimaret se restitutum suis, sed etiam multo magis ipsi reip. & non solum existimasse se debere Lent. à quo præcipue fuisset adiutus, sed etiam debere ipsi reip. eum animum quem antequam accepisset, hoc singulare beneficium debebat communi officio ciuium. [Actionum tuarū] Quæ in tuo consulatu pro me restituendo apparuerunt, Aut re uera actionum tuarum in tuo consulatu, quem egisti de instaurandis ædibus meis, quæ per Clodium fuerant dirutæ, & de restituendis mihi reliquis, quæ amiseram [Meis] Fratri, & liberis, & amicis, & propinquis. [Et quoniam, deberem tibi] Sensus est. Et quoniam debebam summopere eum amare, per quem præcipue fuissem restitutus, arbitrabar me etiam debere reipu. quæ fuisset tibi in restitutione mea, saltem eum animum, quem debebā antea, sicut ceteri ciues, cum nondum essem affectus tam singulari beneficio [Incredibilem,] Maximum. [Singularia] Vnica, præcipua, quasi quæ pro nullo alio debeo. [Studia] Plusquam amor. [Adiuuisset] Quia multorum ciuium optimorum fauore est restitutus Cic. quos nunc intelligit per rempublicam. [Certe] Saltem. [Eum] Talem [Merito] Singulari beneficio restitutionis meæ. [Tantum modo) Non alia propria, aut speciali obligatione. [Communi officio) Quia omnes ciues communiter debent reip. suæ. [Debitum) Obligatum. [Non aliquo singulari beneficio] Sicut nunc est debitus hoc tanto beneficio. [Præstitissem] Exhibuissem, demonstrassem. [Hac me mente] Hoc proposito, hac intentione [Te consule] Cum esses consul [Vidisti] Cognouisti. Collocutionibus] Familiaribus congressionibus inter te, & me. [Primis temporibus] Postquam fui restitutus. [Offendebatur) Molestia afficiebatur. [Cum agente te) Tractante te [De reliqua) Vt præter reditum meum restituerentur mihi reliqua, quæ amiseram. [Aut occulta) Sensus est: aut cognoscebā à quibusdā me clam odio haberi. aut non satis aperte mihi faueri, sicut debebant [Obscuriora) Aliquantulum obscura, non satis aperta [Studia) Fauores, uolūtates. s. cognoui, quod quidam mihi aperte fauere non auderent. [Nam neque.) Dicit in quibus rebus, maxime cognouerit quorundam, uel occulta odia, uel obscura studia [Nam neque) Sensus est: cum ageres de monimentis meis, de ui nefaria ulciscenda, quam intulerat mihi Clodius, denique de restituendis mihi omnibus ijs, quæ amiseram, adiuuerunt te, qui debuerunt adiuuare, in quo cognoui, quod aut oderant me, aut aperte fauere non audebant, neque præstiterunt eam uoluntatem, quam ab eis expectabā [De monimentis] De domo mea, quam Clodius libertati dicauerat. de qua Lent. sæpe egerat in senatu, & apud pōtifices, ut restitueretur Cic. & extat oratio ipsius Cice. de domo sua ad pontifices, in qua ostendit domum suā à P. Clodio iure concremari nō potuisse, petitque eam sibi restitui, quam multis in locis in ea oratione monimentū appellat, Clo. iactaret se eam consecrasse in monimentum, & perpetuā memoriam libertatis, cum potius eiecto Cic. amissa esset libertas. vnde in pręd icta oratione sic inquit, cum de libertate locutus esset: Hæc me domo mea pellet, hæc vltrix afflictæ ciuitatis reip. spolijs ornabitur, hęc erit in eo monimento, quod positum est, ut esset iudicium oppressi senatus, ad memoriam sempiternam turpitudinis, & multis alijs in locis in ea oratione monimentum appellat domum suam. Est autem monimētum alicuius rei memoria à mentis monitione dictum [De vi) Violentia, quia Clod. eiecit Cic. armata manu. [Cum fratre) Qui, quamuis nō fuerit eiectus ex urbe, est tamē eiectus domo sua, quam Clod. incenderat, vt est in oratione pro Milone, & absente fratre ita uexatus, vt cū de eius restitutione ageretur, orta contentione, uno tribuno vulnerato, & multis alijs interfectis, ipse non alia uia euaserat, quā q̄ se mortuum fingens inter cadauera per forū iacentia delituerit, auctor Plu. in uita Cic. [Neq, hercule) Ordo est, neque hercle pręstiterunt eam uoluntatē, quam expectabam in ijs rebus, quæ tamen minimi à me putabantur, quamuis erant mihi necessarię propter naufragia rei familiaris [His ipsis rebus,) q.d. minimis, & intelligit supellectilia, & agros, & c. quæ Cic. aptè fuerat, quæ quamuis ille paruifaceret, tamen dicit sibi fuisse necessaria, propter magnum infortunium exilij, quod perpessus fuerat. [Erant necessariæ] Quia in eiusmodi casu solent omnia esse necessaria, quæ fortuna prospera uidebantur superflua. [Minimi putabantur) Quia nō erāt uera bona, sed fortunæ subiecta [Naufragia) Comparat enim semper Cic. dissensiones ciuiles tempestatibus. dāna uero, quæ ex eis patitur, naufragia appellat, ut in oratione pro Milone. Equidem ceteras tēpestates, & procellas in illis dūtaxat fluctibus concionem, & c. Naufragus autem dicitur naui fracta

Margin notes: Se, Sese — Ego — Monimētum — Naufragus Naufragium

fracta eiectus,& naufragium ponitur, modo pro nauigandi pe-
riculo,modo pro nauigationis damno,& infortunio,& iactura.
ergo hic naufragia,iacturas,& amissiones intelligamus [Resar-
ciendis] Tractum à vestibus,quæ dissutæ sarciuntur, id est cōpo
Sarcina nuntur,ergo sarciendis.i.componendis,quia erant dissipatæ exi
tores lio meo,uel instaurandis,& emēdandis,unde,& sarcinatores[te
ste Nonio]sutores dicuntur.[Neque enim erant (Parenthesis est.
[Obscura[Occulta,sed apertissima.[Non tamen tam acerba] Id-
est non tam iniquo animo ferebam hæc, in quibus non adiuua-
bam te causa mei,quam habebam grata ea, quæ fecerant, cum
me restituendum, & senserant, & dixerant. [Acerba] Molesta,
grauia [Illa) Quæ fecerant,in me restituendo.[Itaque] Conclu-
sio, uel potius illatio quædam ex superioribus, quibus dixit se
nullius odio, aut alia causa potuisse unquam alienari à repub.
Nunc igitur dixit,quod quamuis plurimum deberet Pompeio,
non solum,quia fuerat ab eo adiutus in restitutione,sed,& quia
eum semper plurimum amauerat, & de eo semper bene iudica-
uerat,non tamen habuit tantum respectū,quid ipse Pōp.uellet,q̃
permansit semper in pristinis sententijs suis de rep. [Te præd.)
Assertore,& aperte dicēte me ei plurimū debere. [Iudicio meo]
Qđ de eisdem peroptimū habuerã.[Non reputans]Non conside
rans,aut cogitãs.[Permanebã] Perseuerabã[Pristinis]Cōsuetis,
quas sententias habueram ēt ante exilium meum. [Sententijs de
repu.]Videtur hoc dicere, ꝙ quamuis plurimum faceret Pomp.
cui plurimū debebat,& ipse Pomp.faueret Cæs. cui volebat pro
rogare prouinciam in alterum quinquennium, cuius deniq; di-
gnitatem omnino sustinebat,& defendebat: cū in alijs, tū uero
in diuisione agri campani,tamen nunquã vllo respectu Pōp.po-
tuit deterreri,quo minus diceret pro rep.quod sentiebat, cū ma-
xime spreto Bibulo à Cæs.eius collega,ita,ut nusquã in consula
tus dignitate nominaretur, nō dubitauerit dicere se pluris face-
re iacentē fortunã, & calamitatem Bibuli, q̃ Cæs.auctoritatem,
quod ita declarat.[Ego,sedente Cn.Pomp.] Vt audiret orationē
Sextij.Cū Sextus uenisset in urbem, qui oībus comitijs declara-
tus quæstor uenerat ad urbem,ut de laudibus Pōpeij diceret. Va-
tinius uero Testis dixerat Cic.adductū felicitate,& fortuna pro-
spera.Cæs.cœpisse esse illi amicum,cui Cic. respondet se pluris
facere fortunã Bibuli quã ipse Vat.afflictam putarat, quã omnē
felicitatē,& oēs uictorias Cæsaris,ut ostenderet in eligēda ami
citia Cæs.se nō fortunam,sed iudicium secutum esse. [Dixitque
testis Vatin.]Ita est ordinandus textus,ut intelligamus,& cū Va
tinius testis dixisset me commotum fortuna,& felicitate Cæs.cę
pisse se esse amicū illi, ego dixi me ante ferre fortunam Bibulo,
&c.Nam si testis Vatinius sit parenthesis,ut quidam imperiti hi
storiæ,& male intelligentes Cic.interpretãtur, quis erit nomina
tiuus huius uerbi dixisset? neque.n.intelligi potest Sex.qui erat
amicissimus Cice.neque hoc dixisset.ergo necesse est dicere: Di-
xisset Vatinius testis contra Mil.& Sext. ut patet in oratione ad-
uersus ipsum Vatinium. [Commotum] Adductum,incitatum,
[Ille]Vatinius.[Vellet]Cuperet[Afflictam]Quassatam,miserã,
quia à Bibulo semper Vatin.dissensit,& ut est auctor Cic. in ora
tione contra Vatinium.[Testem]Voluit etiam eū in uincula du
cere, cum ipse Bib.bene de rep.sentiret,& nusquam progredere-
tur,cum esset collega Cæsar.in consulatu, quinimo toto tempo
re sui consulatus,teste Cic.& Plu.in uita Cæs.continuit se domi
clausum.superuacaneum puto ponere uerba Cic.in oratione cō
tra Vatin.quæ hunc locum declarant[Eodem teste] Sunt,qui pu
tent intelligi eodem Vatin. teste. quod non procedit, quia hæc
non dixit Cic.teste Vatinio,sed dixit ipsi Vati.Eodē subaudi Sex
tio.[Teste]Præsente,audiēte,& hic est uerus sensus [Eosdē esse]
Inuidos, & inimicos reip.[Qui prohibuissent]Vetuissent.[Exi-
re domo]quoniã qui Cæsari fauebant.coegerunt Bib. se contine
re domi.[Et qui me coegissent]Exire domo,& in exilium. Itaq;
dicit se Vatin.teste Sext.se ab eisdem coactum ire in exiliū, qui
postea Bib.inimici fuissent. [Tota uero interrogatio] Tota ora-
tio mea in Vatin.illa.n.oratio tota,ut patet iis, qui eã uiderunt,
plena est interrogationibus de uariis rebus. [Reprehēsionē illi
tribunatus]Clod.& Vat.qui ambo Trib.pl.fuerunt. De tribuna-
tu Vatin.his uerbis testatur Cic.in oratione in Vatin. Factus est
Trib.pleb.Quid.n.de te,Hispaniensibus flagitiis tuis, sordidisq.
furtis interrogem?quæro primū,quod genus,& improbitatis,&
sceleris in eum magistratum prætermiseris?& App.lib.2.Tribu-
nus uero declarauit Vatin.& Clod.cognomine Pulchrum.[Li-
bertate animoque maximo].i.forti animo,& liberrimo. usus est
enim Cic.his uerbis: Erumpet.n.aliquãdo ex me uera uox,& di-
cam sine cunctatione,quod sentio. [De auspiciis] Contemptis à
Vatin.sic enim dixit in prædicta oratione,cum auspicia, quibus
hæc urbs condita est,quibus omnibus respub.atque imperium te
netur,contempseris.initioque tribunatus tui senatui denuntian
tis tuis actionibus, augurum responsa, atque eius collegiis arro
gantia impedimento non futura[De donatione regnorum] In-
uidiose dixit regna potestatē,q̃ hic ad opprimendã rempu.Cæsa
ri,Pōpeio,& Crasso dari uellet,tametsi hoc Cic. dissimulat in o-
ratione in Vatinium,uel qm̃ tulerat leges reip.perniciosas,dixit
donationē regnorū tribunatum Vatinii, & Clodii cum his uer-
bis utatur?Quæro cogitatis ne in illo tuo intolerabili regno, nã
cupis id audire,sed latrocinio augurē fieri. & Appianus: Tribu-
nū tunc quidem ad Ciceronis insidias parauit, cum ille trium
uirorum consensum ad monarchiam aspirantium palam proba
ret tribunatum.[Modo]Tantummodo [In hac causa]Cōtra Va
tinium.[Sed constanter]Fortiter.[In senatu] Nam orationem in
Vatinium nō in senatu habuit,sed in foro,[mihi est assensus] Sē
tentiam meam probauit.[Vt referretur] Vt proponeretur, nã id Ager cã
suadebat Cic.ut referretur de agro campano, quē Cæsar uolebat panus
diuidi.Cic.aūt nolebat, egitq; ut abrogaretur q̃dquid in ea causa diuiden
esset decretū.[In arcē, in summitatem]& hoc dicit, nō potui al dus.
tius causam tueri de agris campanis non diuidendis.[Inuadere]
Ingredi.[Magis]Quia inuectus est acerrime in Cæs. ita non ca-
uerit suspicione a se,& Bibulo, & Catone missum esse Vectium
virum popularē,qui Cæsarē & Pōp. interficeret, idq; professus
est Vectius,& ensem sibi a Posthumo Bibuli lictore datū [Tem-
porū meorū]Quibus coactus sum exire in exilium,cum aduersa
tus essem uoluntati potentiū, quorū temporū dicit se oblitum,
quia non consideraret, quod sibi euenisset.[Meminisse]Actionū
eorum,quæ pro rep.egissem,aut agere deberem.[Hac sententia]
Vt referretur de agro campano contra Cæsarem,& Pomp. & ce
teros,qui Cæs.fauebant.[Motus] Tractum à mari, magnæ per-
turbationes animorum.[Cum)Parti. [quorum oportuit.] Non
ex ui uerbi dicit,oportuit,quorum, sed ex ui nominis subintelle
cti.Quorum]Subaudi motum. (Oportuit]Decuit fieri.[Tum il-
lorum [Motus factus est.[Quorum]Motuum. [Nunquam puta-
ram]Factum iri.& est sensus: hac sententia à me dicta perturba
ti sunt,& qui debuerunt,& quos nunquam putassem perturbari.
[Nam]Ostendit aliquem ex iis,qui perturbati sunt. [In meã sen
tentiam]Pro mea sententia.In,enim interdum pro contra, in-
terdum loco, pro, ponitur,ut bene sentio in rempu.& in hoc lo- In
co:obtinuit enim Cice. ut fieret senatusconsultum pro sentētia
sua.[Pompeius] Qui Cæsari fauebat, & uoluisset eum obtinere
de agris Campaniæ diuidendis.[Cum ostendisset]Simulasset.[Se
nihil offensum] Nihil læsum mea sententia, nec casum sibi di-
splicere.[Lucam uenit]Quæ urbs est Hetruriæ,& ita scribit Plu.
non autem in Lucaniam, ut quidam codices habent mendose. Luca
[Vbi]Lucæ.[Questus]Cum Pompeio.De mea sententia] Contra
ipsum de agro campano.[Vidisset Cæsar] Crassum, qui ei faue-
bat,quia conuenerant hi tres,vt,Pompeius, & Crassus consula-
tum intrēt,& ipse Cæsar earum rationum,quibus ante præfuis-
set,imperio in alterum quinquennium præficeretur. Sic mutuo
consensu remp.inter se partiti sunt[Incensus]Iratus,stimulatus.
[In me]Contra me.[Ab eo]Crasso, qui ei dixisset me eius causæ
diuidendorum agrorum,& pręcipuæ, qui circa Capuam essent,
aduersatum esse.[Sane]Pompeium ostendit se intellexisse, cum
ex aliis multis, tum uero ex fratre Pompeium id ualde moleste
tulisse [Maxime]Præcipue.[Ex fratre]Q.Cic.frater meo. [Con-
uenisset]Deprehēdisset,casu inuenisset.[Inquit]Pompeius. [Te
ipsum cupio] Verba iratum animum indicantia. Terentius in
Andria: O,te ipsum quærebam,optato aduenis,aliquot me adie-
runt,ex me auditum,qui aiebant,filiam meam nubere tuo gna-
to,id uiso,tu ne,an illi insaniant. Ita enim irati dicere solemus.
teipsum cupio,teipsum quęrebam, & similia. Ergo sicut Chre-
meti irato apud Terent.non fuit satis dicere: ò teipsum quære-
bam,sed addit optato aduenis, ita nunc Pompeius perturbatus
primum inquit: Teipsum cupio.deinde subdit. Nihil opportu-
nius potuit accidere,quam,ut te conuenirem. [Cum M. fratre]
M.T.Cice.fratre tuo.Egeris quod mihi spopondit,ut pręstet,nã
promiserat Q. Cice. Marcum fratrem nihil facturum aduersus
uoluntatem Pompeii. [Opportunius] Commodius, quam ut te
conuenirem. [Dependendum [Persoluendum,tractum à pecu-
nia,quæ pendebatur,quoniam apud antiquos pœnę erant pecu-
niariæ. Vnde Virgil in 6 Aeneid. Tum pendere pœnas Cęcro
pidę iussi. [Spopondisti] Recepisti, plus est enim spondere, Spōdeo
quam promittere. Vnde sponsores dicti sunt. [Quid multa?] Promit
Ita loquimur,cum uolumus breuiter concludere [Quęstio] De to
me.[Grauiter]Acerbe.[Commemorauit] Et exprobrauit, ut Te- Spōsor
rent. Isthęc commemoratio est quasi exprobratio immemoris
beneficii.[Quid egisset]Locutus esset. [Cum ipso meo fratre]
cum quo communicauerat multa de actis Cęsaris. [Is] Frater
meus. [Redegit in memoriam] Fratri meo. [Recepisset] Pro-
misisset,& quasi super fidem suam spopondisset. [Seque, quæ de
mea

mea salute]Sensus est: adduxit testem fratrem meum se fecisse consensu Cæsaris ea, quæ fecisset de salute mea, idest reuocatione mei ab exilio [Cuius]Cæsaris. [Causam] De agro campano. Et dignitatem] De prorogando imperio in aliud quinquenium. [Vt commendaret] Frater meus [Rogauit] Pompeius fratrem meum.[Vt eam ne oppugnarem.[Vt si nollem, uel non possem eam defendere, saltem non oppugnarem. [Hæc cum frater]concludit, quia reconciliatus sit cum Cæsare. [Tamen] Quamuis iam antea ea dixisset fratri meo.[Cum mandatis.]Commissionibus.[Vt reseruarem integrum]Vt nihil agerẽ, ut nihil agere inciperem.[Ad suum reditum] Donec ipse reuersus esset ex Africa.uel ex Sardinia.ubi locutus fuerat cũ fratre. [Collegi me] Tractũ à copijs, siue exercitu.i. incepi mecũ diligentius considerare.[Et cum ipsa quasi] Quasi dixi quã nõ cũ rep. sed tanquã cum rep.locutus est.i.finxi me cũ rep. loqui, ut concederet mihi, qui pro ea multa essem perpessus, ut etiã possem memorẽ & gratũ me ostendere erga eos, qui de me essent benemeriti,& ut cõcederet mihi,ut ea præstarẽ,quæ frater meus de me spopondisset Põpeio,ut ita uideret uir bonus erga benemeritos de me,sicut ipsa resp.habuisset. me erga se ciuẽ bonũ [Perpesso] Qui essem perpessus,& tolerassẽ.[Atq; pfuncto].i. q esse pfunctus.i. finiuisse tot mala ꝑ se, nã perfuncti malis dicũtur,q mala finierũt,& iã sunt propè liberati, sic & defuncti melius,ut Virg.6.Aeneid.

O tandem magnis pelagi defuncte periclis.

Sed terra grauiora manet.[Officium] Debitum. meum, qđ mea interesset,ut ostẽdimus in.2.epist.[Memorem] Beneficiorũ acceptorum,gratũ.[In bene meritos] Erga eos à quibus essem bene affectus [Fidem fratris]Quam frater ꝑ me Pomp.dedisset.[Præstarem].Exhiberem re ipsa perficerem, uel depẽdere,& soluere, uel si dixero sic. quamcũq; fidẽ ꝑ me dederis, præstabo.i.soluã, & exhibebo.[Bonum ciuẽ]In defẽdẽda patria, in opprimẽdis coniuratoribus, & inimicis P. R. [Bonum uirum] erga amicum meum in præstãda fide,quæ esset de me data,& ut beneficij à Põpeio in me collocati memor,& gratus essem, quod ad uirum bonum pertinet[Actionibus] In ijs,quæ faciebã [Et sententijs] Ex ijs,quæ sentiebam & dicebã in senatu.[Põp.offendere] Põpeio displicere[Certorum]Quorundã.uel potius certorum,prudẽtiũ & fidelium [Quos]Homines [Debes suspicari] i. quos etsi non nomino,tñ debes putare,& existimare,qui sint.[Cum sentirent] .i.sententijs suis ꝓbarẽt,& semper probassent,eademq; ipsi sensissent semper,aiebãt tñ se gaudere, quamuis idem sentirem,qđ ipsi,tamen gauderent me aduersari Pomp.& ꝙ pp has suĩas Cæsar esset mihi futurus inimicissimus. [Non satisfacere].i.non respondere,non facere,quod cuperet.[Erat hoc mihi dolẽdũ] q.d. quamuis hæc esset mihi magna,& iusta causa doloris,ꝙ illi gauderent me nõ gratificari Pomp & facere mihi inimicum Cæs.tamen hoc magis dolendũ,ꝙ blandiebãtur inimico,ut mihi stomachũ facerent [Erat hoc] Quod dixi hos gausos esse. [Meũ inimicum]Clodiũ intelligit.[Meum autem?] Correctio est,q.d dixi inimicum meũ.[Imo uero legũ]Quas ille nullas obseruabat. [Iudiciorum]Quæ nõ timebat.& sacrilegus, & adulter fuisset. [Ocij]Quia rep uexabat,& oẽs uiros bonos,per quos ciuitas gubernabatur[Patriæ]Cuius cupiebat euersionem,neq; ob aliã rem Milonẽ impediebat,ne cõsul decerneretur,& crearetur, nisi qa videbat eũ solum esse,qui eius nefarijs conatibus obsisteret. [Bonorum omniũ]Quia uir sceleratissimus bonorum esse non potest.[Sic amplexabantur] Tractum à matribus,uel nutricib. quæ huiusmodi blanditias filijs suis facere solent [Sic sic,] Repetitio est.[Sic fouebant] Sic tãquam in gremio & in ulnis habebant. [Me præsente]Vt maior esset dolor uidentis.[Non ut facerent] .i.non quod facerẽt,nam ut causatiua est coniunctio,& pro quo niã,uel quod,uel quia,in hoc loco ponitur.[Stomachũ] Bilẽ,indignationem.[Sed certe]Saltem [Arbitrarẽtur.].Existimarẽt[Se] Facere stomachũ.[Quẽ ego perdidi] Iam enim assuefactus sum huiusmodi rebus & iniurijs [Funditus]Penitus [Hic] Tũc [Subductis]Dispositis,compositis,& ut ita dixerim, calculatis & c. Terentianum uerbum.[Summam] Perseuerat in translatione mercatoris,& calculationis [Summam feci] .i.oẽs meas cogitationes quadam quasi computatione collig [Breuiter]Captat docilitatem.[Si potero]Vt ostendat multas esse harum cogitationum causas[Ego]Ostendit suum consilium fuisse honestissimũ, dicit enim ꝙ si uidisset remp. teneri ab imp obissimis uiris,sicut tẽporibus suis,& alijs scit aliquãdo accidisse,neque præmijs,neq; periculis ullis adduci potuisset,ut se unquam talibus uiris adiungerent,etiã si ab eis maxima accepisset beneficia. [Perditis] Omni vitio contaminatis,de quibus nulla omnino esset spes. [Teneri] Regi,administrari.[Meis temporibus]cum Clodius,& Vatinius tribuni essent[Aut meis temporibus]Cũ electus sum in exiliũ. [Et nonnullis alijs temporibus]Nota autem tempora Marij, & Syllæ præcipue,deinde aliorum,propter quos fuit seditio,in rep. & est ordo;si uiderem rẽpub.teneri ab improbis, & perditis ciuibus,sicut scimus accidisse in meis temporibus,& nonnullis alijs temporibus nõ modo adiungerem me ad causam eorum impulsus præmijs,quæ apud me minime valẽt,sed ne periculis quidẽ impulsus,quibus tamen &c [Impulsus] Motus,coactus.[Præmijs]Remunerationibus.[Quæ apud me min.valẽt] .i.quæ ego satis facile cõtemno,quod est uiri fortis,ut ipse in 1.Off.dicit,nihil est tam magni animi,quàm pecuniam cõtemnere,si non habeas,si habeas.ad liberalitatemq; beneficentiamq; conferr.Præmia autem,& munera differunt,quia munera cuicũque, præmia vero tamen uirtuti & merentibus debentur. Aduertendum tamẽ præmiũ ꝓ remuneratione mali interdũ inueniri, ut apud Virg 2.Aen.Priamus ad Pyrrhum loquens.[Sed ne periculis quidem] Vel amittendarum fortunarum,uel etiã uitæ.[Sed ne periculis] Quos enim præmia non mouent,adducũtur plerunq; periculis, vt aliquid faciant,quod quidem dicit Cic. se nõ fuisse facturum tanquam uirum bonum,fortem,& uere stoicum, quẽ nullis periculis à recto abduci decet,ut ipse Cic.multis in locis ostendit, & Hora.Epist.ad Quintium his uersibus:

Præmiũ Meritũ.

Vir bonus,& prudens audebit dicere Pentheu:
Rector Thebarum quid me perferre,patique
Indignum coges,adimam bona nempe pecus,rem:
Lectos,argentum tollas licet in manicis, &
Compedibus sæuo te sub custode tenebo.
Ipse deus simul atque uolam,me soluet,opinor.
Hoc sentis: moriar: mors ultima linea rerum est.

[Quibus]Periculis[Mouentur]Flectuntur à proposito.[Fortissimi uiri]Sententiæ pro loco accipiendæ sunt. nam aliter loquimur cum generaliter aliquid dicimus, aliter specialiter, aut de nobis,aut de alio pro causa nostra loquimur.Ergo quamuis Cic. alibi sentiat uirum fortem,neque dolore,neque metu, neque periculo,neque ulla alia denique re à recto moueri oportere,tamẽ hic dicit fortissimos uiros interdum moueri periculis, ut magis se laudet,qui eis nunquam motus sit[Ad causam]Ad partem,nã causa interdum pro quæstione implicita controuersijs accipit, ut Cicero diligenter egit causam Milonis,interdum pro excusatione,ut honesta est causa tui discessus.interdũ pro parte,ut causa tua differt à mea,ut Lucan.lib.1. Victrix causa dies placuit,sed uita Catoni.[Ne] .i.non adiungerem. [Si] Quamuis, hoc est,si etiam affecissent me summis beneficiis.[Constarent] Apparerent,probari possent.[Merita]Beneficia. [Cum autem]Enumerat aliquot causas,& rationes quibus ostẽdit se honeste motum esse,ut assentiretur Pompeio,& primum, quòd Pompeius principatus,& potentiam, quam haberet in repub. & gloriam, non casu,sed meritis,& rebus gestis clarissimis sit consecutus, & ꝙ eius dignitati ab adolescentia semper fauerit,& quòd non solum ei fauerit,sed etiam in prætura, & in consulatu suo cum adiuuerit,quod plus est, deinde quòd ipse Pompeius adiuuisset ipsum Cic.auctoritate,& sententia per se, consilijs uero.& studiis,simul cum Lentulo,& postremo, quòd Pompeius existimasset sibi inimicum Clodium,quia Clodius esset inimicus Ciceroni his causis,dicit,se motum,ut non uideretur haberi inconstans, si in quibusdam sentẽtiis paululum se mutasset ab eo, quòd solitus esset sentire,& dicere.[Princeps]primarius.[Viris]Vir talis,excellẽs. [Hanc potentiam]Quam maximam habet præter ceteros in administratione reip.[Et gloriam] Qui excellit, nõ modo omneis Romanos ciues,uerum etiam omneis,qui ubique clarissimi fuerunt,ut ipse ad Appium scribens huius uoluminis lib 3 de Põp. loquens,sic inquit:Tum alterius omnium seculorum,& gentiũ principis, & idem alibi ad eundem Appium scribens: Nec mehercle uidi aliter existimare Cn.Pompeium,quem omnibus, q unquam fuerunt, P.Lentulum,quem mihi ipsi ante pono.[Meritis]Erga rempub.ciuesque suos, tum propter bella maxima, & ferè innumerabilia cõfecta,tum propter metum famis,& penuriæ ab eo sublatum eum eo facto imperatore,& proposito maximo bello,ut ipse Cic.in oratione pro lege Manilia,inquit,ex sũma inopia,& caritate rei frumentariæ,repente tanta utilitas consecuta est unius spe,& nomine,quanta uix summa ubertate agrorũ diuturna pax efficere potuisset.[Rebus gestis]Præstantissimis quæ à Cic.in prædicta oratione,& à Plut.in eius uita commemorantur.[Cuiusq;]Duæ dictiones sunt.hoc est & eius dignitatis. [Ego ab adolescentia]Mea[In prætura autem] Et consulatu,nõ Pompeii,sed prætura mea,consulatur meo.[Adiuto] Qui plus est quàm fautor.[Cumque idem]Pompeius. [Auctoritate]Qua plurimum ualet.[Per se].i.solus,quia ipse & auctoritate, & sententia me adiuuit,cum in ceteris meis dignitatibus iam uero in restitutione mea [Consiliis & studiis tecum] i.te socio, & participe consiliorum, & studiorum suorum de restitutione mea.

[Meum inimicum]Clodium intelligit.[Vnum) Præcipuum,ſingularem,[Famam) Nomen.[Inconſtantiæ) Inſtabilitatis. i. non putaui mihi verendũ eſſe,vt diceret incõſtãs,& inſtabilis,ſi paululum à ſnĩa mea ſolita declinarẽ pro Põp. cum omnia antedicta extarent.[Quibuſdam ſententijs) Non omnibus, ſed ijs tãtũ quæ non eſſent contra rep.& quibuſdam ſententijs intelligimus mutatum Cic.cauſa Pompeij,ne aduerſaretur Cæſ. contra quem ante ſenſerat,& dixerat multa,ut ipſe oſtẽdit in oratione de prouincijs conſularibus.[Summi viri,de me optime meriti) qui me multis bñficijs affeciſſet,& præcipue,ꝙ eius ſtudijs, & ſentẽtijs potiſſimum eſſet in patriam reſtitutus. [Aggregaſſem] Latenter oſtẽdit honeſtam fuiſſe mutationem ſuæ ſnĩæ,cum dicit aggregaſſem,non adiunxiſſem,ut oſtẽdat multos alios cum eo ſenſiſſe,aggregamur.n.non vni,ſed multitudini,quoniã grex de multis dicitur [In hac ſnĩa)Mutationis ſnĩæ meæ pro Põpeio.Complectendus) Amandus,fouendus [Cæſ.) Cui Põp.fouebat.Coniuncta)Cũ Põpeio,quoniã ille Cęſ.ſuſcepiſſet ad iuuandum, & defendendũ aduerſus ęmulos.[Hic] Hac re, vt cõplecterer Cęſ. Enumerat autem aliquot cauſas, pp quas ad Cęſaris fauorem ſit conuerſus, cui ante multis ſententijs aduerſatus eſſet. [Cũ uetus amicitia) Quæ ideo melior eſt, q̃ noua, quia uetus experientijs, & periculis multis poteſt eſſe probata.de qua in oratione de ꝓuincijs conſularibus,ſic inquit: Ac primum illud tempus familiaritatis,& cõſuetudinis,quæ mihi cũ illo,quæ fratri meo,quę C.Varroni conſobrino noſtro,ab omnium noſtra adoleſcentia fuit prætermitto.[Quã nõ ignoras mihi,& Q.F.) Ambos.n. Cæſ. multum dilexit,ita,vt Q.Ci. in Gallia apud ſe in maximo honore ſemper habuerit,& M. C.vt ſibi legatus eſſe non ſolum ſuaſit, verum etiam rogauit[Humanitas)uel doctrina, vel potius manſuetudo quædam [Eius)Cæſ.[Liberalitatis) Prompta exhibitio beneficiorum.[Vehementer etiã]Alia maior,& grauior ratio,ꝙ cauſa reip.deſierit aduerſari Cæſ.imo incepit ei fauere, vt idẽ in prædicta oratione de prouincijs conſularibus fatetur his uerbis: Atque hoc,ſi inimiciſſimus eſſem Cæſ.Sentirem tñ,atque deinde,in ea ipſa oṙone explicat cauſas reconciliationis ſuæ cũ Cæſ. aut potius confirmationis ſententiarũ ipſius.[Ipſa) q.d. cui omnia debeo,cuius ſaluti ſalutem meam ſemper poſtponẽdã putaui)Maximus rebus geſtis)In Gallia. [Cum illis uiris]. i. talibus viris,qualis eſſet Cæſar,& Pomp.[Ne fieret]Contẽtio [Recuſare]Renuere,& quantum poſſit prohibere,quia cuilibet reip.maxime utile eſt,cum oẽs ciues ſuos,tum vero ipſos principes concordes habere[Grauiſſime]Vehementiſſime,& eſt alia cauſa.[In hanc mentem) In hoc propoſitum,in hanc diſpoſitionẽ [Fides, promiſſio(Et quaſi ſponſio quædã,ut ſupradictum eſt,& in prædicta oratione teſtatur,ſic dicens . Si denique Pomp. idem mihi teſtis,de voluntate Cæſ.& ſponſor eſt illi de me, &c.[Impulit] Impegit,immiſit [Fratris mei fides]Põp. dederat, vt ante dictũ eſt.Erant præterea aliæ grauiores,& vehementiores cauſæ, ne ſi ipſi,qui principes in rep.habeb anť,diſſentirẽt,atq; diſcordaẽt. inimicitiarum,& diſcordiarũ alijs exẽplum darẽt.[Animaduertenda]diligẽda,conſideranda.[Diuinitus]Diuino quodam ingenio,nam Platonem,& principem ingenij , & diuinum hominẽ appellat Cic.[Principes[qui dignitate,& potẽtia alijs antecellerent[Reliquos ciues[Inferiores.]Tenebam memoria] recordabar.[Nobis conſulib.]Me conſule[Et]Talia.[Fundamenta] Firmamenta conſeruandæ,& ſtabiliendæ reip.[Iacta]Poſita, facta, & eſt tranſlatio ſumpta cum ab omnibus ædificiis,tũ uero à Cothonibus.i.portubus manu factis,quibus magna iaci fundamenta neceſſe eſt.[Calendis Ian.]Cum primum conſulatum inij, nã eo tpe inibatur conſulatus,ut Ouid.1.Faſt. Iamq; noui ꝑeunt faſces,noua purpura fulget , Et noua conſpicuum pondera ſentit ebur.]Confirmandi ſe.]Vt confirmaretur ſenatus.nam confirmãdi nomen eſt,non participium,& h.d.qm̃ cum primum Cice.factus eſt conſul,ſtatim cogitauit qũo Catilinæ, & reliquorũ coniuratorum fauorem opprimere poſſet, & ſenatus, vt ita faceret, cẽſuit,cõfirmatus,& perſuaſus ſnĩa Cic.in illo ordine ſenatorio [Tantũ animi,& auct.[Vt dicere,& cenſere auderet oĩno puniẽdos eos eſſe,qui contra remp.ſuam coniuraſſent, qui patrię euerſionem machinati eſſent,qđ factum eſt Nonis Decẽb. Idemq,] .ſ.ego.[Nobis pri.].i.me nullum gerente magiſtratum uſque ad cõſulatum Cæſ.& Bibuli[Pondus]Auctoritatẽ,fidem[Vnum].i. eundem,& coniunctum,& in nullo diſcrepantem.[ſenſum.] Iudicium,ſnĩam[Cum tu]O Lentule.[Hiſpaniã citeriorẽ]Eſt.n.& vlterior Hiſpania[Cum imp]Cum exercitu[Conſules] Quãuis .n.conſules nomine dicerentur , re tamẽ ipſa conſules nõ erãt, quia non faciebant ea,quæ ad conſules pertinebant, ſed conſulatu abutebãtur,unde dicit rẽp.nõ habuiſſe cõſules,quia nõ quærebant utilitatem,& dignitatem reip.[Sed mer.[qui propriũ lucrũ quærerent,& iuſtitiã non redderent,ſed uenderẽt,& prouinciam adminiſtratione potius mercarentur,& uenderent, q̃ uirtute,& meritis adipiſcerentur. [Seruos', ac min.].i.quaſi famulos. [Seditionum] Diſcordiarum ſuæ reip.nõ aũt concordiæ,& amicitiæ auctores.[Quidam caſus] Non uoluntas mea , ſed quidam euentus,aut fortuna.[Iecit]Immiſit.[Caput]Vitam meam, contentionem ciuilem,quam illi mali,& auari,& ſeditioſi conſules excitaſſent.[Quaſi cert.cauſa) Tanq̃ mihi eſſet aduerſus illos certandum , vel ut ego ita iniectus in ciuilem contentionem eſſem cauſa certaminis, & à multis pro me arma ſumerẽtur] Quo in diſcrimine[In quo periculo ſalutis meæ, qui eſsẽ à patria eiectus, cui aqua,& igni interdictum eſſet.[Cum mirifica ſen.].i.cũ,& ſenatus,& tota Italia,& oẽs boni in metuendo cõſenſiſſent. [Senatus]qui non ſolum uehementer doluit pp exiliũ Cic.ſed, ut ipſe teſtatur in oratione,in qua poſt reditum ſuum egit gratias ſenatui,habitu ẽt,& indumentis teſtatus eſt męrorem , ſic.n. inquit. Noſtra memoria ſenatores ne in ſuis quidẽ periculis mutare veſtem ſolebant,in meo periculo ſenatus ueſte mutata fuit . & idẽ in Vatin. Deinde eius uiri diſceſſum increpas,quem uides oĩum ciuium deſiderio,ipſius deniq; reip.luctu eſſe reuocatum.& Plu. in uita eius dicit mutaſſe ueſtem cum Cic.uniuerſum equeſtrem ordinem,& uſque ad uiginti millia hoĩum[Non dicam,quid acciderit) Mauult.n. intelligi , q̃ exprimere ſe à magnis, & multis viris fuiſſe deſertum, à quibus defendi debuerat, tacet aũt præcipue pp Pompeiũ,qui paſſus facile fuerat eum ciuitate eijci. [Varia culpa) Alij.n.timiditate quadam me deſeruerũt,alij maleuolentia.alij, ꝙ quibuſdã ſe gratificari crederent,ſi mihi nõ adeſſent[Tãtũ dicã]q.d.hoc poſſum uere dicere[Breui] Paucis,& abſolutum eſt,ut breui concludam, breui ad te ueniã.[Nam exer.] quem maximum habere potuiſſem pp multorum in me beneuolentiam·[Sed duces defuiſſe]qui regerent hos,qui mihi fauebãt. vel poſuit pluralem pro ſingulari,vt dicat defuiſſe ducem .ſ. ſe.i. ſe noluiſſe aſſentire iis,qui erant parati eum defendere , quia ſi uoluiſſet eſſe eorum dux,non eſſet illa paſſus, melius tamen duces intellexit Pomp.à quo deſertus eſt.nam cum ad Pom.ueniſſet,ut ab eo auxilium imploraret, Pompeius uidens , ꝙ ſi cũ eo locutus eſſet,honeſte negare non poſſet,pp mirificam. Cic.in ſe fidem,& beneuolentiam, cum ab initio huius cõtentionis in Albanum ſeceſſiſſet,domo poſt poſticum egreſſus,iuſſit renũciari Cic.ſe abeſſe domo,& ita deſeruit eũ,teſtis Plut. & App. Id autẽ rogatu Cæſ.feciſſe creditur[In quo]In qua re, & defuerint mihi duces.[Vt]qui uis.[Qui non defenderunt]cũ pro conſeruatione reip.mihi plurimum deberent[Non minor culpa . Qui reliquerunt]Cum eſſent mihi ueteri familiaritate coniuncti , & latenter pulſat,ut diximus,Pomp. turpius eſt autẽ aliquem relinquere,quem iam defendendum ſuſcepimus,quam non defendere quẽ nõdũ tueri cępimus.[Et,ſi accuſandi) Grauiter reprehendẽdi [Qui pertimuerunt]Vel tribunitium furorẽ,quia,vt eſt auctor Plut.tantum terrorem Clodiana arma iniecerant,quibus curiam obſederant,ut quidam ſenatores laceratis togis è curia fugerent,ut L.Piſonem,& Gabinium conſ.quorum Piſ.erat infenſus Cic.ꝙ erat ſocer Cæſ.cum quo aliqñ diſſenſerat Cic. in rep. alter.P.Gabinius ob ſupplicium coniuratorum.[Simularunt) Sicut Pomp.qui neminem debuerat timere,vel tangit alios in deſtitutione Cic.ſimularunt ſe timere Craſſum,Cæſ. & Pomp.qui leuiter ferebant Cic.eijci, aut etiam curabant , vel certe ſimularunt ſe timere arma tribunitia,& inimicitias conſulum . [Illud quidem]Commendat Cic.quod fecit in diſceſſu.cum.n.& L.Lucullus uir magnæ auctoritatis,& plerique alij hortarentur, vt arma ad defenſionem ſuam ſumerent,& ſimul auxilium pollicerẽtur, vt eum retinerent in urbe,noluit Cic.ciues ſuos in certamen trahere,ſatis ſibi eſſe dicẽs,ꝙ eorũ ſtudia intellexiſſet , & ſimul cognouiſſet quod efficere potuiſſet, ſi arma ſumere uoluiſſet. [Conſilium]propoſitum,vel ſapiens factum . [Conſeruatos) In oppreſſione cõiuratorum.[Spoliatos) Priuatos,quaſi hoſtes, tractum eſt.n.à militibus,ſpolia.n. dicuntur quæcũque hoſti detrahũtur.[Ducibus]Pompeio,& ceteris,qui paratos ad defenſionẽ hortari,& regere debuiſſent[Seruis armatis) Quos Clod. cõtra me ĩ arma coegerat.[Obijc.]Opponit tanq̃ uiles,vel inuiſos, ſic Dido apud Virgil.4. Aeneid. His germana malis oneras , atque obijcis hoſti [Declararique maluerim]. i.potius, q̃ ſinerem eos pugnare,uoluerim oſtendere quãtum potuiſſent efficere uiri boni bene de repub.ſentientes,ſi pugnaſſent pro me dignitatem retinere,cum etiam afflictum, ſi ego permiſiſſem , excitare potuerint.[Quanta uis]Quanta poteſtas [Si ijs] Boni. [Reſtituiſſent] pugnare[.i.in pugna].i.pugnaſſent.[Reſtitiſſent) ideſt aduerſati eſſent,& oppoſuiſſent ſe aduerſarijs meis.[Pro me ſtante).i.pro me nondum deiecto ex ſtatu,& dignitate . Nam ſtare interdum ponitur pro eo,quod eſt in priſtino ſtatu manere,vt Virg.2. Aeneid. Troiaque nunc ſtares,Priamique arx alta maneres.Neque

Aggregare.

Quo die conſulatus inibať.

Stare

intelligitur hic stãte pugna, ut quidam male exposuit, sed, vt diximus, restitissent pugna pro me stante, [Afflictum) Fortuna cõcussum tam dignitate deiectum ab inimicis meis. [Quorũ) Bonorũ. [Cum ageres) Diceres, tractares in senatu De me) Ne talis iniuria mihi inferretur, vt ea patria carerem, quam conseruaram [Confirmasti) Comprobasti, quia laudasti, ꝙ tã pij essent in me, [Et tenuisti) Cũ Clod. niteretur eos à me alienare, & contra me irrita e. [Qua in causa) Meę restitutionis. [Non modo non negabo) Non solum nõ silebo, & non dicam sic esse. [Meminero) Sẽper memoria tenebo. [Et prædicabo) Et aperte dicam. [Nobilissimis hominibus) Multos quidem, sed Pomp ꝑcipue notat [Fortioribus) Maioris animi in me restituendo, quia studijs, & fauoribus Pomp restitutus est Cic. [Idem) .s. viri nobilissimi. [In me tuẽdo) Anteq̃ eijceret, q̃a, vt supra notauimus, nõ ausus est Põp. ꝓhibere eijci ex vrbe Cic. quẽ postea totis viribus, vt multis ĩ locis supra ostendimus, restituendũ curauit. [Qua in snĩa) In quo ꝓposito fortitudinis, quo vsi fuerant in me restituẽdo [Cõstare) Constanter permanere, & perseuerare. [Recuperassent suam auctoritatem) Quam amiserant, cum facile passi sunt me iniuste à viro sceleratissimo ex rep. eijci, de qua essem optime meritus. Simul cum salute mea, & h.d. & auctoritatem suã, & meã salutẽ simul recuperassent [Recreati) Corroborati, atq; animati, quia fuerant valde vexati, & agitati à Clod. & Clodianis. [Cõsulatu tuo) In quo à te, & Põp. & Annio Mil. Trib. pl. cæptum est agi de restitutione mea. [Excitati) inflammati ad restituendum me. [Actionibus tuis) Aduersus improbos de restitutione mea [Cõstantissimis) quia nullius minis aut inimicitijs deterritus es à proposito, & à me iuuando [Cn. Pompeio) quasi diceret oĩum maximo, & quo socio ad eã rem nemo debuerat timere. [Adiuncto) Addito ad causam meæ restitutionis, quia, vt auctor est Plut. Pomp. ductus pęnitẽtia, ꝙ Cic. ex vrbe à Clod. pelli passus esset, subito mutata mente de illo reuocando cũ ceteris amicis, cogitare cæpit. [Cum etiam Cæsar) Alia ratio quare nulli improbo locus in vrbe esse potuisset, quia cum auctoritas senatus Cic. fuisset, à Cæs. à senatu bene affectus ei ordini adiunctus erat. [Gestis) In Gallia. [Singularibus) Pręcipuis. [Et nouis) i. inusitatis, quia ei prorogatũ est imperium in aliud quinquenniũ, quod ante nulli alij cõtigerat. [Iudicijs senatus) quia senatus iudicauit Cęs. dignum talib. honoribus. [Adiũgeretur) .i. accederet. [Ad auctoritatem) Et grauem voluntatem, & sententiam. [Eius ordinis) .i. senatorij. [Locus) .i. facultas [Violandam) Lædendam, opprimendam, sicut à Clod. violata fuerat. [Improbo) Scelerato. [Sed attende) Facit attentum Lent. narraturus ꝓlixius, & longius repetiturus ea, quib. non modo adductus, sed compulsus est, vt Cæs. reconciliaretur. hæc. n. oĩa eo tendunt. [Attende) Attente audi. [Quæ consecuta) quæ postea euenerunt. [Primum illa furta) Notat quod Clod. fecit in sacris Bonæ deæ, quibus nulli masculo licebat interesse, & Iuuen. & Tibul. ostẽdunt. Nã cum P. Clod. Cæsaris vxorem amaret, cum sacra ꝑ noctẽ fierent, muliebri veste domum Cęs. q põti f x erat, ingressus, inter mulieres primo latuit, deinde cum errabundus ꝑ ædes incederet, rogatus ab ancilla Aurelię matris Cęs. quid quæreret, pedissequam Pompeiæ quærere se ostendit noĩe Aureliã, illa ex voce suspicata virum confestim clamorẽ extulit. Muliere excitę assurgunt, portas claudunt, domum ꝑscrutãtur, tãdẽ, latentẽ Clod. in quodã cubiculo deprehẽdunt. Is postea de pollutis sacris accusatus ad refellendam accusationẽ, se ea die abfuisse procul vrbe allegauit. accusator Cic. testẽ citari fecit, ꝙ ea die Clod. domi eius fuisset. id erat verum, & Cic. testatus est, testati sunt, & alij clarissimi viri; sed tñ ille corruptela iudicũ absolutus est. hæc Plut. Sed qũo hec consecuta sunt, cum ante exilium Cic. eodem Plu. auctore facta sint, & illo testimonio Cic. irritatus sit Clod. aduersus eum, solutio q̃dem difficilis esse videt̃, neq; ab vllo, q̃d legerim, aut audiuerim, adhuc scripta, aut dicta est Sed hãc esse puto, vt nõ dicat illa furta muliebriũ religionũ cõsecuta esse, sed hoc sentit, ꝑꝑ illã impunitatẽ, quã ex illis furtis muliebriũ religionũ, & violatorũ deæ Bonę sacrorũ Clod. corruptis iudicibus assecutus est, cum trib. pl. eum puniendũ censeret sublatũ exẽplum puniendi ceteros, qm̃ cum esset indukum Clod. in tãto scelere, nõ videbãtur puniẽdi alij, si quã in populo seditionẽ excitassent, ne in peiori condõne esset, q̃ fuisset Clod. qui de maximis scelerib fuisset absolutus, [Furta sunt) Et nocturna adulteria, vt Matrisq; dolos, & dulcia furta. [Muliebriũ religionum) Sacrorum deæ Bonę, q̃ colebat̃ solũ à mulierib. q̃ violata sunt à Clod. vt diximus. [Qui) subaudit̃ eius. s. Clod. [Bonã deã) Qui a vt stuprauerat tres sorores suas, ita paruifecit uiolare sacra deæ bonæ, [Tres sorores) Diximus supra, cuius fuerint vxores duæ eius sorores, cũ q̃b. cõcubuit, de tertia nõ satis habeo cõpertũ: nisi ꝙ Cic. ẽt alibi ei obijcit, ꝙ cũ tribus sororib. suis rẽ habuerit. impunitatẽ, absolutionẽ, in dãnationẽ. [Scelerũ] & incestus in sorores, & sacrilegij violatæ religionis. [Sentẽtijs) Iudicũ, quos ille corruperat [Qui) iudices. [A seditioso c.) Qui seditiones cõcitabat contra Cic. quem in iudicium vocauit, ꝙ ante snĩam à senatu latã, Lent. Cethegumq. supplicio affecisset. Persequi) Exigere. [Per bonos viros) Qui c stabãt talem hoĩem esse puniendum [Iudicio) Publica damnatione. [Sustulerunt) Amouerunt [Exemplum) Nã cum vni parcit̃, & alteri parcẽdum putatur, & vt Cic. alibi dicit, q̃d exẽplo fit, id iure fieri putãt. [In posterũ) In futurum. [Vindicandæ) puniẽdæ, opprimendę. [Idẽ) Iudices posteaq̃ Clod. absoluerant incestus, & sacrilegij, vt ante diximus. [Monimẽtum) quidã dicunt statuã, quã populus Cic. erexisset, cum hac inscriptione: Pater patriæ. Sed de statua ex idoneis auctorib. nõ satis mihi cõstat. Melius igit̃ intelligemus monumẽtum, memoriã earum rerum, quas ꝓ conseruatione reip. gesserat. vnde dixit. [Nõ meum mon.) Vt ostẽdat nõ tã sua q̃ reip. fuisse, q̃ gessit [Nõ n.] Rõ quare nõ suum monimentum.] Manubiæ) Seru. in 1. Æn. Virg. dicit in li. Etruscorum lectum esse iactus fulminum manubias dici. Asc. Ped. dicit manubias fuisse prædas imperatorum, de quibus, q̃d vellent, facerẽt, sed omissis aliorum opinionib. videamus, quid sentiat A. G. ꝓprietatũ verborũ diligẽtissimus exquisitor. Aliud oĩno, inquit p̃da, aliud manubiæ, in libris rerũ, verborumq; veterum scriptum est. Nam præda dr̃ corpora ipsa rerum, quæ capta sunt. Manubiæ vero appellatæ sunt pecuniæ, q̃ à q̃store ex vẽditione p̃dæ sunt redactæ. Idq; probat auctoritate Cic. in ofone, quam dixit de lege Agr. Cal. Ian. contra Rullum, dicit tñ quosdam non ignobiles scriptores, aut temere, aut incuriose prædam pro manubiis, aut manubias ꝓ p̃da posuisse. Sed qui ꝓprie, signateq; locuti sunt, sicut Cic. in ea oratione manubias pecuniã dixisse. In hac autem epist. Cic. intellexit manubias, fructum, & laudem oppressæ coniurationis. [Sed operis) Quod præstiteram reip. aduersus coniuratores. [Locatio) quia Cic. locauerat opus suum senatu. i. pro senatu fecerat cõtra cõiuratores, vel potius, & melius. [Locatio operis) q̃d ei locatum fuerat à senatu cũ aduersus coniuratos designatus est consul. locationis n. signatio, vt Nonius ait, manifesta est, vt locatio operis, quod datur alicui faciendum, & locatio fundi, qui dat colono in fidem & curã. Ergo locatio operis. i. opus ipsum opprimẽdæ cõiurationis meũ erat, mihi à senatu locatum. [Monimentũ vero) .s. huius facti memoria non mea, sed senatus. Id autẽ dixit, non ꝙ monimentum non esset ẽt suũ, sed vt a se moueret inuidiã, & Clod. & iudices quia passi essent id monimentum ita carpi, & damnari, in odium inuidiamq; adduceret, cum nõ sibi, sed senatui iniuriam factã dicat. Clod. damnãdum Cic. ꝙ in dicta causa ciues R. necasset. [Cruentis literis) Titulo cruento, hoc est iniquissimo edicto, quo in exilium suum eiectus quasi fuissem hostis P. R. nõ cõseruator. [Inustum) Significatum, & est tractum à signis, quæ ferro cãdenti imprimunt̃. vt Virg. notas, & nomina gentis inurunt. i. imprimunt, & signant. [Passi sunt) Permiserunt, cũ deberent prohibere [Qui homines) qui ante hæc passi erant. [Me saluum) qua cõsenserũt postea, vt Cic. reuocaretur ab exilio: ergo saluum, & incolumem, & in patria reuocatũ ab exilio, vbi mihi erat aqua, & igni interdictum, & maxima pæna proposita, siquis me recepisset, & est ordo: Qui homines, quod me saluum esse voluerunt, est mihi gratissimum. [Sed vellem) Sensus est: Sed vellem, ꝙ habuissent respectum non solum meæ salutis in me reuocando, sed ẽt dignitatũ post restitutionem meam, quod dicit per quandam similitudinẽ sumptã à medicis, & aliptis. Aliptes dicitur ab ἀλείφω, q̃d est vngo, erat. n. qui palæstritas in gymnasio vngebat à Martiale latine dictus vnctor. Nec rapit immeritas sordidus vnctor opes. Medicus vero, qui male valẽtibus, & in lecto iacentibus medet̃. Clinicus dicitur ἀπὸ τοῦ κλινὶς. i. à lecto. Vnde Mar. Sotæ filia Clinici Labulla Clinici. i. medici, nam aliptes sanos palæstritas curabat, vt & colorem, & vires illis adderẽt. Ideo nunc Cic. dicit; Sed vellem habuissent rationem, curam salutis vitæ, hoc est nõ solũ consuluissent saluti meæ, vt medici solent consulere, sed ẽt consuluissent viribus, colori, vt aliptæ, per vires autẽ & colorem intellexit dignitatem, & locum suum solitum in rep. [Nunc, vt Appelles) Appelles pictor, & ingenio, & gratia, quã in se iactabat præstantissimus, ita, vt qui ante se fuerant, & post se futuri erãt, superaret. ita gratus Alexan. Magno fuit, vt teste Plin inueterato edicto vetuerit se ab alio pingi. Quod etiam Horat. lib. vlt. epist. affirmat his versibus: Idem rex ille poema: Qui tam ridiculum, tam care prodigus emit: Edicto vetuit nequis se præter Apellem Pingeret, aut alius Lisippo duceret ære. De hoc Plin. multa dicit li 35. Et quamuis difficile dicat esse enumerare, quæ ab hoc nobilissime dicta sint: memorat tñ quædam, inter quæ Venerem exeuntẽ è mari, quã D. Augustus postea dicauit in delubro patris Cæs. post hanc Appelles inchoauerat aliam Venerem Coijs superaturus priorem illam suam. inuidit mors peracta parte, nec

Monimẽtum. Manubiæ Præda

Locatio

Inuro

Aliptes Medicus Clinicus

Appelles

qui succederet operi ad præscripta lineaméta inuẽtus est. de hac Venere nũc intelligit Cic. ergo sensus est: Nunc isti laborauerũt solũ in capite meo. i. in mea salute, & in ceteris me deseruerunt, sicut Appelles pfecit politissime caput, & pectus Veneris, & reliquã partẽ imperfectã reliquit [In capite]. i. in salute, & perseuerauit in similitudine picturæ, quia dixit de capite, & pectore Veneris. [Reliquerunt] Quia, vt & ipse superius dixit, & Plut. testis, multi, qui iuuerãt Cic. in restitutione in patriã, postea ei inuiderũt [In quo] In qua re, q̃ post restitutionẽ meã essem relictus ab alijs. [Fefelli]. i. decepi [Spem] Quia aliter me gessi, q̃ sperauerãt inuidia, atq; inimici mei, qui sperauerant post reditũ meũ futurum animo abiectiore, cum lõge aliter me præstiterim. [Qui] in uidi, & inimici. [Acceperũt falsã opinionẽ] Falso opinati sunt & Cecilius Numidicus. iudicauerũt. [De Q. Metello] Q. Cecilius Metel. numidicus dictus auct. Pli. & Liuio, de Iugurta triumphauit. Is cũ legẽ Apuleiam per uim latam iurare noluisset, in exilium actus est, quod Smyrnæ satis fortiter tulit. Liu. dicit Rhodi. Nã cũ postea Claudij tri. pl. rogatione reuocatus esset cũ ludis in theatro literas acceGpisset, nõ eas prius legere dignatus est, q̃ spectaculũ finiretur. in quo ostẽdit se forti animo illud exiliũ tulisse, cũ tñ nonnulli falso suspicati sint, eum post reditũ aĩo fuisse abiecto & fracto, cũ potius fortissimo fuerit. quod Cic. arguit, & pbat ex illius uolũtario discessu, & egregia animi alacritate absentia, quia ẽt redire non curaret, ut non sit uerisimile eum post reditũ fractũ, abiectũq; fuisse. [Vno] Quasi solo, & cui aliter non sit ferẽ repertus par [Acerrimo] Erectissime [Et fortissimo) In tolerãdis aduersis, & præcipue exilio [Præstantissimo omnium) Qui omnes magni Magnitudo aĩ. Constãtia. tudinem animi, & cõstãtia superaret. Sũt autem magnitudo animi, & constantia partes fortitudinis. [Constantia) Perseuerãtia, quia semper cũ summa alacritate absuit [Lucij filio) Quia fuit alius. Q. Metellus Macedonicus, & alius ipsius Numidici filius pius cognominatus, q̃ patrẽ assiduis lacrymis, & pcib⁹ ab exilio reuocauit [Dictitant) Iactant, frequẽter dicunt [Fracto) Debilitato [Demisso) Humili & abiecto. [Est uero) cõfutat hmõi opinionẽ Cic. & arguit nõ potuisse ita esse. [Est uero] Vero dictio aperta ad ironiam, ut apud Vir. Egregiam uero laudem, & spolia ampla refertis Tuque, puerq; tuus. [Vero). i. certe, ironice. [E pro- Vero. bandum est) Verisimile, est credendũ, q. d. minime. [Qui] Subaudi Metellus [Cesserit) Abierit, discesserit, ex urbe in exiliũ. [Summa uolũtate) Qui si uoluisset iuuare in legẽ Apuleiam, potuisset esse in urbe, cũ a bonis ciuib. defenderetur, nã, ut Liu. inquit, ne causa certaminum esset, in exilium uoluntariũ pfectus est Rhodũ, ubi legendo, & audiendo magnos uiros. aduocabat, ergo [Sũma). i. libera uoluntate cessit. [Et absuerit) Fuerit absens ab urbe Roma. [Egregia) Pręcipua, singulari. Alacritas media est inter lętitiam, & tristitiam. est aũt auct. Don. alacritas proprie imitatio q̃dam uultus gestientis in spem aliq̃, interdum tñ in malum accipit, ut apud Cic. in Tusc his uerbis: Vir igitur temperatus, cõ- Alacritas. stãs, sine metu, sine ægritudine. sine alacritate, ulla libidine non uexatus Secundum Asc. Pęd. alacris, siue alacer [utrũq;. n. dr̃] is Alacris est, qui ingentis est sensus, qđ est iudiciũ erecti animi, atque sub- Alacer limis, ergo hic: [Alacritate) Erectione, & sublimitate animi, nõ declinãtis in tristitiam, quod esset imbecillitatis, neq; in lętitiã, quia esset dementiæ, exilio & malis suis lætari, sed mediũ, ut diximus, retinet. [Curaret,) Quia nunquã p reditu suo supplicauit, & acceptas literas de reditu suo, usq; ad finẽ ludorũ legendas distulit. Ob id ipsum) Quod summa uoluntate, & animi alacritate tulisset. [In quo). f. fortiter, & modeste tolerãdo exiliũ [Superasset) Vicisset. [Cũ oẽs hoĩes). i. oẽs alios, qui fortiter vnq̃ tulerũt exiliũ, & aduersa [Tũ) Præcipue [M. illum Scaurum) q d. præstantissimũ, & cui uix quispiã cõstantia, & grauitate anteponatur, de quo uide apud Liu. & Plin. de uiris illustr. [Singularẽ) Vnicum, & nulli comparabilem, quem tñ Metellus superauit [Sed quod) Quemadmodum, inquit, de illo Metello falso acceperat, aut ẽt suspicati erãt, ita ẽt de me cogitabãt, me post reditum aĩo abiectiore futurũ [Acceperant) Intellexerãt, quia multis annis antefuerat [Aut etiam suspicabãtur) Quasi correctio, ut dicat eos potius hoc suspicatos esse de Metello, q̃ ab aliquo accepisse. [Idẽ) Quod de Metello. [Abiectiore (Remissiore. [Cum resp.] q. d. cũ reip. uidet hortari me, ut multo maiori essem aĩo, quã ante fuissem, cũ ostendisset se nõ posse carere me ciue suo, quẽ tãto oĩum cõsensu reuocasset [Præstaret) Exhiberet [Quæ) Resp. [Declarasset [Aperte ostendisset. [Me uno ciue) Quem tãto oĩum, ut diximus, consensu reuocasset, quod sibi ad magnam gloriam, in orationem Vat. adducit his uerbis: Quid ergo homo imperitissime solidæ laudis, ac ueræ dignitatis præstãtius mihi potuit accidere? quid optabilius ad immortalitatem gloriæ, atq; ad memoriã mei nominis sempiternã, quã oĩs ciues meos iudicare ciuitatis salutem cum unius mea salute esse coniunctã. [Cumq. Metellũ]

Probat se debuisse, hr̃e maiorem animum, q̃ habuisset Metell. quia Metellus unius Claudij trib. pl. reuocatus est. se autem non solũ totius ciuitatis, sed sociorũ, & totius Italiæ cõsensu. quod declarat nũc in epistola, & in oratione prædicta, ut ẽt supra ostẽdimus, & auctores sunt App. & Plut. qui dicunt de nulla unquã re tantum fuisse consensum, quantus fuit omnium de reuocatione Cic. [Duce senatu). i. primo, & maximo auctore, qui teste Ap. Cic. ẽt exulẽ ciuitatib. regib. & potentatibus cõmendauerat [Italia comitante) Quia ex multis Italiæ ciuitatib. confluxerunt uiri boni, qui Cic. in patriam comitati sunt. [Promulgantib.) Legem de reditu meo ferentib. [Referente) Proponente, de me [Cõsule) qui maior est quã trib. pl. qui de restitutione Metelli rogationẽ tulerat. Rogatio, quid significet, dictũ est supra in alijs epist. [Comitijs centuriatis) Vbi cuiusq; census, & ętatis hoĩs esset, ubi essent centuriæ populi pro restitutione mea congregatæ, nam comitia, auctore, A. G. aut centuriata, aut curiata dicebantur, cũ ex censu, & ætate suffragia ferebãtur, & fiebãt in cãpo Martio: curiata uero, cum de generibus omnib. suffragium ferebatur [Cunctis) Omnibus [Ordinibus) Magistratum Rom. [Incumbẽtibus) Penitus adnitentibus, fauentib. [Oĩbus suis uirib.) quãtum oĩno poterãt [Neq; uero) Postq̃ ostẽdit se, q neq; fracto, neq; abiecto aĩo fuisset, nunc ostẽdit se etiam noluisse esse aĩo elato. [Assumpsi) Attribui, arrogaui. [Hodie) Nunc, hoc tpe. [Quenquã maleuolentissimum) quanto ergo minus amicissimos [Iure) Merito, nisi uelint inique de me queri. [Offendere) Lædere, displicere, quia in tanto oĩum fauore, seruaui tñ singularem modestiam ne etiã maleuolos offenderẽ [Tm̃] Solũ [Enitor) Studiose conor. [Alienioribus his, quos nunquam noui. vel ijs, qui mihi nõ sunt amici, qqa alieni a me sunt. [Opera) Fauore, ut puta, dicendo. [Consilio.) Bene consulendo. [Labore) Pro eis agendo. [Hic cursus) Hæc dispositio [Hic modus) Hoc gen⁹ uitæ meæ, qui cũ nõ sim fracto animo prorsum tamen multis [Offendit eos i. nõ placet eis, qui tm̃ uidẽt, & cõsiderãt me exterius. i. honores aliquos meos, sed nõ perspiciunt labores, quos fero, uti hos honores mihi cõparem. i. inuident mihi, quia uideor honorari, sed non cognoscunt quos labores & solicitudines feram [Speciẽ) Apparentiam, pulchritudinem superficiei [Huius uitæ) Talis uitæ, q̃ sine abiectione animi multis prodest. [Intuentur) Respiciunt, cõsiderãt [Laborem corporis) Solicitudinem, animi anxietatẽ. [Perspicere] Intelligere. [Illud uero) Dixit eos fortasse offẽdi curriculo prædictæ uitæ. hoc autem affirmat, q ipsi apte conqueruntur, q ipse Cic. suis sententijs laudet, & ornet Cæs. cõtra quem toties senserit, & dixerit, quasi aperte nunc discedat. à pristina causa defendendæ reip. [Non obscure) Palam, aperte. [Ornem Cęsarẽ) Laudem [Sententijs,) quas in senatu dico [Desisterem) Discederem, deficerẽ. [Pristina) Cõsueta: [Causa) Defensionis reip. [Ego aũt) Adducit alias causas, quibus dicit se mutasse propositum erga Cæs.) Quæ paulò ante pposui.) De genere uitæ meæ.) Nõ in postremis) Liprote. i. in primis [Cęperam exponere) qa dixerat incredibilem fuisse consensum totius Italiæ, & omnium bonorum in eo tuendo, & Lent. usum esse quibusdam fortioribus in eo restituendo, quam fuerant in tuendo, sed eos non constitisse in ea snĩa &c. & ideo nunc pergit exponere dicens mutatum esse sensum bonorum, inquiens. [O Lentule,) Affectu animi usus est uocatiuo, ut Virg. Non hæc ò Palla dederas promissa parenti. [Nõ Offendo. offendes) Nõ inuenies, qa offendere ẽt significat inuenire. [Eundem) Talẽ. [Sensum) Sñiam. [Bonorum) Ciuium [Quẽ) qualem. [Reliquisti.) Cum Roma in prouinciã pfectus es. [Cõfirmatus) Corroboratus [Consulatu tuo) Te consule, cum de me restituendo egisti. [Nõnunquã) aliquo tpe, interdũ. [Interruptus,) Intermissus. Afflictus) Quassatus. [Ante te consulẽ.) Antequã tu esses consul. [Recreatus) Vt paulo supra dixit: Recreati n. boni uiri cõsulatu tuo &c. significat Cæs. & Põp. & Crass. [Tuẽdus) Seruãdus, sustinendus. [Idq;) Quod ille sensus, qui fuerat tuẽdus, sit derelictus. [Declarant) Aperte demonstrant [Vultu) Oris cõpositionẽ ad uoluntatis suæ significationẽ, nã ut Noni. scribit, uultus, & fa- Vultus. cies in hoc distant. uultus. n. est uoluntas, quæ pro motu, animi in facie ostenditur, facies uero species. Sall. in Cat. prsus in facie, uultuq; uerecundia inerat. Seru. ẽt inquit, Vultus est uoluntatis, iudicium, qui p uoluntatis uarietate mutatur. Virg. 1. Aen. Spem uultu simulat, ide ẽt cęli, & terræ uultũ appellamus, qa cõmutari cõtingit. Pris. quoq; uultus inqt, uolũtas signat effectũ facie itelligi, qũo metum, gaudium, tristitiã, lætitiam, & sicut à colo, cultus: ità à uolo, uultus descendit &c. Facies tamẽ predicto No n o auctore p totius corporis forma ab antiquis polita est, ut. n. ab aspectu species, à fingẽdo figura, ita à factura corporis facies Facies Plaut. in Pe. Sed earũ nutrix, qua sit facie mihi expedi. Statura nõ magna, corpore aquilino ipsa est, neq; uero solũ dicitur facies de hominibus, sed de montib. & de mari, & de ceteris reb. dicit.

Sal.

Sal.lib.2. hist. Sardinia in Africo mari facie uestigij humani, in occidēte, qui in orientem latior, antiqui aūt, ut Gell.notat, declinabāt hęc facies huius facies, vel facij sicut ēt dies, dij, ꝓ faciei, & diei. Virg.lib.1.Geor. Libra dies, somniq; pares ubi fecerit horas. Licet Seru. legat die, & adducat rōnē. At li.1.Aen.dicit, Munera lætitiāq; dij, pro diei, non aūt Dei.[Frōte] Aspectu, uere autem, & diserte, Gel.teste, frōs masc.genere à Cęcilio ponitur. Hi sunt inimici pessimi fronte hilari, tristi corde. Festus Pōp.ēt idē dicit. Neoterici tñ fœm.utuntur genere, & sic à nostris grāmaticis præcipitur.[Quibus] Fronte, & uultu.[Simulatio] Fictio, quia facile frōte, & uultu fingere possumus, q̄ nō habemus aīo, ut Aeneas apud Virg. Spem uultu simulat, premit altum corde dolorē [Sustinetur] Perficitur [Sensu] Sententia, quam aperte dicunt.[Tabella] Quam leg:b.instituerant, quod fieri uellent, ita.n. qdquid vellēt efficiebāt, vt testante App.neq; consulib.p singulos annos exercitus ducere, aut bellū gerere fas esset, hac vel in primis triū virorū potētia ꝓhibitis quidq̄ agere.[Docuerūt] Ostēderūt.[Itaque] infert ex prædicta mutatione optimatū, ꝙ ēt reliqui ciues minores, q & esse, & haberi boni uolūt mutare debēt sniam suā. [Qualem] Sapientem [Numerari] Quia nō debemus negligere, quæ opinio de nobis sit, & quales habeamur. [Snīa] Verborū, & orationis suæ senatu pronūciata.[Voluntas] Animi motus, & institutio ad aliquid, uel appetendū, vel fugiendū.[Id n.] Locus ab auctoritate [Idē ille] Quē paulo ante dixit diuinitus scripsisse, quales essent in rep.principes, tales reliquos ciues esse solere.[Sequor auctorem] Suasorē, pręceptorē uiuendi [Cōtendere] Eniti. [Probare] Ostendere, & persuadere rectē factū probabile efficere non ultra [Vim] Violētiam idem nihil esse faciēdū inuitis parentibus aut inuita patria.[Ait] Plato.[Hāc causam] Dicit Plato se propter causam abstinuisse ab administratione reip.ꝙ cū inuenisset populum Atheniensem, ita ꝓpe desipiētem, ut nec persuasionibus, nec ui regi posse uideret, cū uideret in persuasionibus nullā esse fiduciā ad eū regendū, non existimauit fas esse eū cogere, itaq; maluit nō attingere eius administratione, & regimē. [Attingēdæ] Suscipiēdæ ad administrādū [Offendisset] inuenisset [Prope] Ferè [Desipientē] Delirātē.[Senectute] Quia Areopagitæ, qbus tradita erat cura reip.tantū modo extremæ senectutis electi erāt, difficilius est aūt senes ab aliquo instituto remouere, q̄ iuuenes.[Nec persuadēdo] Verbis.[Cogendo] Legibus institutis, & ceteris reb⁹ [Diffideret] Desperaret, nullā haberet fiduciā. [Fas esse] Licere.[Cog.] A se, q̄a existimabat, non licere ciuē aliū ciuē ēt ad benefaciēdū per uim cogere [Mea rō] Cōditio, [Alia] Diuersa à Plat. [Populo] .s.R. & est sensus: Mea rō diuersa fuit a Plat quia ille ob pdictam causam noluit attingere rēp. Ego uero eram incertus an rēp capesserem. cum neq; P.R.desiperet, neque in mea ptāte esset consultare, an id facerem, quia ētsi nō probassem suscipiendā remp. quorūdā tamē cā adducebar, vt id facerē.

Rectus ordo cō textus

Ordo notandus est, quia à multis ordo, & sensus ignoratur, ita, ut ēt textus ī quibusdā codicib.sit corruptus. Sic ergo ordinatur: Mea rō fuit alia, qua tenebar implicatus, capesserē ne rēp. neque populo desipiēte, neq; re integra mihi ad cōsulēdū [Integra re] i.libera, & in ptāte mea [Ad cōsulendū] Deliberādū.s. an capesserē, quia ētsi non placuisset mihi, quorundam tñ cā adducebar, vt hoc facerē, ergo tenebar implicatus, impeditus, incertus [Ne] i.an [Capesserem remp.] Susciperē administrādam, quia hic me aduocabat animus, inde impellebat causa amicorum, quibus nō licebat aduersari, ideo dixit, re nō integra ad consulendū. Sed tñ in hac difficultate capesēdæ reip. [Quod liceret mihi] [Qd possem omnibus permittentib [Mihi utilia] Quæ mihi prodessent, utile aūt fuit Cic Pomp.Cæs.obseq[Recta] Honesta, de his autē duobus utili, & honesto maxime consultamus, neq; improbatur consiliū de snīa utili, dummodo nō repugnet recto, & honesto, sicut nūc.Cic.fecisse uidemus, q & utilia sibi, & recta defendisse dicit, cū nihil contra rēp.pro Cęs.se sensisse fateatur in orōne de prouincijs consularibus [Huc accessit] Alia excusatio.[Huc] Ad hoc, quod supra diximus [Accessit] addita est.[Cōmemorāda] recensenda, obliuioni non tradenda.[Liberalitas] Quā ut supra dixit, & officijs, & scriptis significauit.[Fratrē meū] Q. Cic.cui diximus Cęs.multa beneficia contulit, & eum in Gallia legatū habuit.[Quascunq; res gereret] i.ēt si non tam magnas, & pclaras. [Nūc] i.s.quascunque res gereret, mihi erat tuendus, multo magis talibus, tantisq; rebus gestis mihi erat ornādus, & laudādus, ētsi nō esset talis in me, & fratrem meum, qualis est, & fuit [Tāta felicitate] Dignitatis in alterum quinquēnium prorogatę, & tot rerū gestarū [Tātis] Tā magnis, & egregijs, [Victorijs] Quas ī Gallia cōsecutus est pter ceteras, quas ante fuerat adeptus. [In nos] in me, fratremq; meū.[Is, talis est] tam liberalis [Videretur] Putaretur [Ornandus] Mea snīa, & laude honestandus. [Sic n.] Sēsus est: Velim sic existimes, ꝙ te Pōpeioq; excepto, nemo est. à quo magis gaudeā accepisse beneficia, q̄ à Cęs.uelim existimare sic.i.certū putare cū discesserim à uobis.s.te, & Pōp.auctor. bmeę salutis, q̄a, ut supra ostēdimus, opera Lētuli & Pōp. pcipue reuocatus est Cic.ab exilio.[Cum discesserim à uobis] Modus est dicēdi pro eo, qd̄ est, uobis exceptis, ut si dicas, cū discessi à parētib.meis, nemo est mihi te carior.i.parētib.meis exceptis.[Officijs] Beneficijs.[Tā deuinctū] Tā adstrictū, & obligatū. [Cōfitear] Apertè dicam.[Sed ēt gaudeā] Quia interdū aliquid profitemur, quod tñ nobis esse ingratū [Quod] Me officijs Cæsaris lætari.[Qd requiris] postulas à me.[De Vatinio, & Crasso] Quibus sum reconciliatus. cū ante eius fuissem inimicus [De Appio] cū quo ēt rediit ī gratiā, ut in epistolis ad eū scriptis uidebimus, qd̄ Lent.scribebat se nō rephendere [Cōsilium meum] Meū factū, uel deliberationē meā redeūdi in grām cū Appio. [De Vatinio autē] Dicit Pōpeij cām fuisse, ut ipse Cic.rediret in grām cū Vatinio, quē ante in senatu oppugnasset.[Reditus in grām] Recōciliatio cū Vatinio [Intercesserat] Interuenerat, interpositus erat [Per Pōp.] A Pōpeio intercedente [Statim] Vt cum primū, uel statim, subito [Vt] Postq̄ [Ille] Vatinius [Petitione] Præturę eius Vatinij.[Oppugnassem] Tanq̄ hostis īpugnassem, & restituissē, ne ipsam pturā consequeretur.[Grauissimis] Probatissimis [Illius] Vatinij.[Defendendi cat.] Qui Vati.aduersabat in petitione prętura [Post aūt] primū, inqt, ca Pōp.sum illi recōciliatus, sed postea secuta est petitio Cæs.eadē recōciliatione, imò, ut & illū defenderem [Mira] Maxima, incredibilis [Contētio] Petitio.s.à me [Defenderē] Illū Clodiū.[Curauit laudarim,] q.d. cū Cæs. à me petiuisset solum, ut eū defenderem, cū ēt laudauerim, peto a te hoc, ne requiras, neq; in Vatinio, neq, in alijs reis, nec nūc scribam ad te idē, quod postea erit ēt dicendum corā, cum ueneris. [Ne requiras] Ne postules, exigas à me.[In hoc reo] Vatinio, quē & defendi, & laudaui. Reus aūt dicitur quicunq; in aliqua est cā ēt si nihil admiserit.i.contra quē quispiā agit [In alijs] Quos defenderim aut laudauerim.[Reponā] Iterū dicā [Idē] Ad te tūc scribi uis.[Cum ueneris] R. q̄a cū ueneris R dicam tibi coram. [Tametsi, q̄q̄ possimus] subaudi exponere.[Vel] i.ēt [Absenti.i. ita possum tibi nūc dicere, sicut essem dicturus, postq rediiss es R. [Recordare] Dicit Cic.se idē fecisse, qd̄ fecisset Lēt.q eos laudasset, quos ante habuisset inimicos, & aduersarios. [Recordare] Memento, reduc ad memoriā.[Quibus hoībus] Ad quos hoīes. est.n.datiuus casus.[Laudationē] Orationē, in qua eos laudasti. [Ex ultimis terris remotissimis] Quidam intelligunt ex Hispania. quam Horat.appellat ultima Hesperiā, sed possumus ēt intelligere Ciliciā, cū ipse Cic.ex Cilicia scribat ad Curionē inferius in epistola: Sera gratulatio, lōge.n.absum.sero audio.[Nec pertimueris] i.nec pertimeas recordari. Nā rō qnare non debet pertimere, quia eosdem ego laudo, & laudabo. quibus tu misisti laudationē tuā, & nō dicit, qui sint quidā intelligunt publicanos, qd̄ non pbo. alij probabilius intelligunt Pōp.aduersatū esse aliquantulū Lent.in obtinenda prouincia. ob idq, inter eos quādā simultatē fuisse. postea uero Lent.laudasse Pōp. & quosdā alios, qui cum eo sensissent, & ad eos ex Cilicia laudationē. quod misisset, fortasse significat in prima epist. Cic.cum dixit. Cui q nolunt, ijdē tibi nō sunt amici, ꝙ eum ornasti.dicit igitur Cic.ut ipse Lēt.recordetur, quos laudauerit ante se oppugnatos, & sibi inimicos, se.n idē fecisse. [Idē] Quibus laudationē tuā misisti. [Sed tñ alia cā pter supradicta, quare Vatinium defenderit, ut stomachū faceret quibusdā, qui ut stomachum Cic.facerent, Clod.ipsius inimicum non solum amarent, sed ēt in eius cōspectu eum amplexarentur, & in senatu cū eo, quasi ipsum magnificarēt. loquerentur seorsum, quasi de rebus magnis cōmentaturi. Sumit aūt similitudinem huius propositi sui stomachū faciēdi suis inimicis ex Eun. Ter. [Sed tamen,] q.d.licet causa Pōp.& Cæs.hoc fecerim.[Ille stimulus] Illud calcar, illa īstigatio, atq; impulsio. & est tractū ab equis, uel bobus, qui tardiores stimulo excitatur, atque impelluntur.[De quo] Stimulo [In iudicio] In ipsa causa. [Quidam] Rem quandam.[Parasitus] Gnato. [Militi] Thrasoni. [In Eun.] Nomen est comœdiæ Terent. [Vbi nominabit Phædriā [Totus hic textus est Terentij, & omnia verba Gnatonis.usq; ad eum locum si petiui, ubi adaptat hāc similitudinem dicens, ꝙ sicut Gnato persuadebat Thrasoni, ut hæc indignationem Thaidi faceret, si fortasse blandiretur Phædriæ, ut faceret stomachum. & dolorem ipsi Trasoni, ita dicit se petiuisse a iudicibus, ut concederent sibi.P. Vat.ad indignationem quorundam nobilium hominum, qui, vt facerent stomachum Cic.eius inimicum Clodium fouebant, & amplexabantur.[Vbi] Quando.[Nominabit] Thais. [Phædriam] Riualem tuum [Tu Pamphilam] Nominato. [Continuo] Statim, ut Thais non tam Pamphilam amari, quā m sibi uicem dari putet.[Hęc] Thais [Formam] Pulchritudinem [Illius] Phædriæ [Tu huius] Pamphilæ formā laudato.

Discede re.

Reus Reponō.

Vato.[Contra]Hic contra uicem ſignificat.[Denique] Ne ſingula enumeret,quæ poteſt contra eum facere concludit , vt contra iniuriam quamlibet,aliam ipſe iniuriã paret.[Par pari,]Prouerbialiter dixit.[Quod]Par, vel abſolute[Quod].i.quæ res.] Mordeat]Lædat,offendat,[Sic]Accõmodatio ſimilitudinis [A iudicibus]Qui de Vatinio eſſent iudicaturi.Ordo eſt: ſic petiui a iudicib.ut ipſi darẽt mihi alium P. qm̃ quidã nobiles haberẽt ſuũ. P.quoniã illi nobiles cũ optime meriti de me amarẽt nimis inimicum meũ, &c.pôt & ſic ordinari.qm̃ quidã nobiles, & de me optimi meriti amarent nimis inimicũ meũ , & me inſpectante modo ſæpe ſeuere ſeducerent in ſenatu,modo amplexarẽtur familiariter,atq; hilare,petiui à iudicibus,ut ipſi darent mihi aliũ Publium,qm̃ ipſi haberẽt ſuũ Publiũ,quo poſſem. &c. & hic Poſterior ordo magis probatur.[Optimi meriti de me]qui me olim beneficio affeciſſent,uel in reſtitutione mea, vel in dignitatibus obtinendis.[Inimicum]P.Cic.[Modo]Interdum . [Seducerent] ſeorſum ab alijs ducerent, quaſi de rebus grauibus ſecreto locuturi.[Mei]In conſpectu meo, vt mihi ſtomachum facerent. [Amplexarentur familiariter] Sine grauitate , ꝙ ſolemus apud amicos facere.[Qm̃ illi]nobiles[Suũ Publiũ] ſcilicet Clod. [Darẽt, concederent[Alium Publium] P. Vatinium [In quo] Vatinio. [Poſſem te pũgere] emordere, viciſſim offendere.[Leuiter]paulisper, aliquantulum. [Laceſſitus] iratus, prouocatus ab illis, ꝙ blandirentur inimico meo.[Dixi].ſ.in iudicio.[Sed facio [Quia & defendo,& laudo ipſum Vat.quem illi oderũt.[Dijs, hominibusq; approbantibus].i.iuſte,& merito qa,& dij,& homines ſentiunt rectum eſſe , ut illi par referam, qui non aliam ob cauſam amant Clod.niſi,ut mihi ſtomachum faciãt. [Habes] intelligis, cognoſcis. Eſt aũt hic trãſitio, exornatio rhetorica.[De Craſſo] Quare ei reconciliatus ſum.[Ego]Primum oſtendit, quo pacto gratia, quæ ſibi olim cum Craſſo fuerat,ſit reſciſſa , cũ in defenſionem Gabinij Cic.nõ laceſſentẽ ipſum laceſſiſſet . Deinde ſubdit cauſam reconciliationis [Ego]Ordo eſt, ego tuliſſem defenſionẽ Gabinij, quẽ proximis diebus oppugnaſſem , ſi ſuſcepiſſet eam ſine contumelia , cũ magna gratia iam eſſet mihi cum illo, quod contriuerã uolũtaria obliuione oẽs eius grauiſſimas iniurias cauſa cõis concordiæ[Gratia]Beneuolẽtia[Cum illo]Craſſo.[Quod]qa [Contriueram] Deleueram, obliteraueram. [Oẽs iniurias illius]Quia Craſſus olim irritauerat Clod.contra Cic.& ei fauerat ad cõſequendum tribunatũ, ut facilius Cic. eijceret ex vrbe,erat.n.infeſtiſſimus Cice. ꝙ dicebat ab eo, fuiſſe nominat⁹ inter conſcios coniurationis.Nam Cic.in oratione, quã de conſulatu ſuo habuit,refert Craſſum ad ſe noctu ueniſſe cum literis Catilinæ,quibus eum tanq̃ conſcium hortabatur Catilinam ad confirmandam coniurationem,& ob hanc cauſam ſemper oppugnauit Cic. [Communis] Publicæ. [Voluntaria obliuione]Cum nullus me impuliſſet,vt ita facerem [Repentinam] Subitam,qa ante oppugnauerat eum.[Gabinij]Qui infenſus erat Cic. pp dãnationẽ coniuratorũ.Erat aũt L Piſonis ſoceris Cæſ.in conſulatu collega audaciſſimus,& ſeditionis , & amicus Cæſ. auct. App. [Suſcepiſſet]Illam defenſionem [Contumelia] Iniuria [Diſputantem]Sententias dicentem,& dilucidantem.[Non laceſſentẽ] non prouocantem ipſum Craſſum [Exarſi) Excandui , incenſus ſum.[Præſenti].i.ex ea prouocatione orta.[Nam ea] Parentheſis eſt.[Tam uehemens]Si fuiſſet ſolus ex præſenti iracundia. [Sed illud odium]ſed occurrũt,inquit,oẽs iniuriẹ,quas mihi ante tuliſſet quarum odiũ putabam in me extinctum,cum tamẽ adhuc me inſciente reſiduum fuiſſet[Incluſum) in pectore meo reconditum.[Quod]Odium [Effudiſſe) Eieciſſe , euomuiſſe. [Arbitrabar]Quia plerunque ceſſantibus iniurijs ita obliuiſcimur odij, quod cõcepimus,& pectore recõdimus, ut iam neſciamus illud in nobis eſſe.facta autẽ noua iniuria , ſtatim apparet illud odiũ, quod ita erat ſepultum, ut iam nõ putaremus amplius eſſe in nobis,& id eſt, qđ Cic.nunc dicit.[Reſiduũ tñ] ſubauditur eũ, ut ſit cũ tamẽ.[Fuiſſet reſiduũ].i.reſediſſet, & remãſiſſet ĩ corde meo. [Me inſc.]Quia eo quieſcẽte ab iniurijs,ego quoque ita quieueram, ut neſcirem aliquid odij in me reſediſse. [Reſiduum] Reliquum.[Fuiſſet]quid.i.male legunt fugiſſet , & male ad Craſſum referunt,ẽt ſi legatur, fuiſſet, cum Cic.de odio ſuo in Craſſum intelligat,ſi fugiſſet legatur,quod non placet, dicatur fugiſſet.ſ.ex memoria mea,ut putabã.[Tamẽ reſiduũ].i.tamẽ relictũ.ſ.in pectore meo.[Apparuit] Exarſit.ſubito exijt in lucẽ, factum eſt palam, cum ante lateret. [Apparatu autem] Quia cum primum laceſſiuit me in cauſa Gabiniana , exiluit memoria odij mei in eũ pp veteres iniurias.[Quo tpe] contentionis de Gabinio, & incipit numerare cauſas, quare reconciliatus ſit Craſſo[Quidam homines]Non puto Pomp.& Craſſum intelligi, quia eos dicit infeſtius ſuaſiſſe concordiam inter Craſſum,& Cic [Nutu]nõ nomine proprio.ſed quibuſdam ſignis , quaſi oculis. [Significatione] Demonſtratione.[Fructum.i.utilitatem [Ex libertate mea] Qui qđ ſentirẽ, libere dicere auderẽ , nullius habita ratione. [Tum] cũ uiderent me Craſſo libere reſpondentem , & pugnantem in cauſa Gabinij, quem ille defendendum ſuſcepiſſet contra me,cũ eam oppugnaſſet[Viſum ſibi] Dicerent. [Qualis fuiſſem] Ante exiliũ meum.ſ. libere,& magno, atque infracto animo [Ea contentio) Cum Craſſo de Gabinio.[Etiam foris.)Apud externos,extra urbem.[Gaudere ſe dicebant]cum ſupradicta,inquit,ſe ita haberent,iſti dicebant tñ ſe gaudere, ꝙ haberẽ Craſſum inimicum, & ꝙ oẽs, qui Gabinio fauerẽt, nunq̃ eſſent mihi futuri amici.[Illum] Craſſum. [In eadem cauſa] Defenſionis Gab. in qua erat Craſſus.[Quorum hominum]Quos dixit ſe nutu appellare.[Iniqui]Maleuoli, quia cum fructum ex mea libertate ſe capere faterentur, tñ dicebãt ſe gaudere , ꝙ ego mihi inimicos paraſſem. [Honeſtiſſimos]Optimos,& probatiſſimos, vel honoribus inſignes[Cumq.]Alia cauſa , quare redierit in gratiam cum Craſſo, quia Pomp.uehementiſſime,ut ita faceret,ab eo petiuerat[Contendiſſe,]Vehementer petiuiſſe [Vt nihil unq̃ magis].ſ. cõtẽderit à me[Cæſar]Alia cauſa pp Cæſ. [Contentione]Controuerſia mea,& Craſſi.[Per literas]Quas ad me ſcripſit.[Affectum moleſtia]accepiſſe moleſtiam,& dolorem. [Rationem].i. reſpectum. [Temporum] Quæ pp multa aduerſa,quæ mihi acciderant, & pp mutatam erga me fidem hominũ, potius pacem,quã diſcordiam ſuadebant.Sed ẽt naturæ meæ.] Quæ eſt mitis, & facilis ad placandum.[Craſſusq.]hoc ẽt dicit Plut.Craſſum ita reconciliatum Cic.vt anteq̃ ad bellum Parthicũ proficiſceretur, apud eũ cẹnauerit.[Quaſi te].i. tanq̃ illa cœna aperte demonſtraſſet P.R. nos in gratiam rediјſſe.[Teſtata]Teſtimonio comprobata,in ſignificatione paſſiua,ut inferius ab Curio. ut apud animum tuũ teſtatũ reliquerim,quid ſenſerim.[Gratia noſtra] mea, & Craſſi recõciliata. [A laribus] A domo in prouinciam Syriam aduerſus Parthos.[Pene]Quia ferè exiſtimat eum cẹnaſſe domi ſuæ,cum cẹnauit apud ſe in hortis generi[Nã,cum) Dicit Craſſ.non inuitatum ab ipſo Cic.ſed ꝙ amoris fuit indicium ipſe ſe obtulit cœnaturum apud Cicer.[Condixiſſet) Denunciaſſet ſe uelle cœnare apud me,in hortis,& in viridario.[Craſſipedis) Piſonis,ita.n. cognominabatur primus gener Cic.[Quamobrem) Infert Ci ꝙ ex hac reconciliatione gratiæ ſuſcepit cauſam Craſ.de Parthico bello defendendã fideliter,ſicut promiſerat Craſſo: quia ille auidiſſime illam prouinciam ſuſcepiſſet propter cupiditatẽ, & auaritiam urbe egredienti, multa quidẽ,& dira tribuni annunciauerũt,& ne Parthis huius mali prorſus indignis bellũ inferret, monuerunt,cui minime parẽti, publicas execrationes extulerũt,auctor. App.ergo qa aſſumpſerat ſibi illã prouinciam , tribunis, & alijs multis aduerſantibus.Cic.ſuſcepit illã cauſam defendendã: [Cõmendationem) Laudem, quia eum ualde laudauit. [Quod) Quam rem.ſ.me defendiſſe cauſam Craſſi[Mea fides)quam ei diſcedenti promiſeram.[Accepiſti) Properat Cic ad concluſionẽ. [Quibus reb.)quia p̃cibus,& ſuaſionibus amicorũ, vt dixi ſupra, & utilitate mea[Quam re)cauſamq. quia Cæſ.rem,& cauſam de agro campano,& Vatinij cauſam,& Craſſi de bello Parthico defendit[Status)conditio [Pro mea parte) quantum poſſum.[De quo)ſtatu.[Statuas]Iudices[Hæc eadem) Quæ ſenſi. [Si omnia fuiſſent integra,& libera) Arbitrio.i. ſi ẽt nũc eſſem in libertate mea,adhuc ſentiendi,q̃ uellem,ne ſupradictis rebus eſſem cõpulſus[Nam)ratio qua idem ſentiret, qđ ſemel ſenſit. [Pugnandũ) Reſiſtendum] Tantas opes.) Tãtam potẽtiam Cæſ. Põp. & Craſ. [Delendum) E ciuitate tollendũ[Principatũ) dominationẽ , & p̃eminentiã[Sũmorũ)ciuium.Cæſ.Põp.& Craſſi.[Si fieri poſſet) ſi eſſet poſſibile[Nec permanẽdũ.) perſiſtẽdũ.ſ.arbitrarer [Vna) ſemper eadẽ[Cõuerſis rebus)cũ res ſint mutatæ, & iã uoluntates bonorũ [Aſſentiendũ) Obſequendũ, cedendum [Tpibus) qualitatibus tpum[Nunquam.n.) Ratio,& eſt ſentẽtiæ exornatio , & eſt ſenſus:Nunq̃ eſt laudatum, ꝙ præſtantes uiri in gubernanda rep.ſemper permaneãt in una ſententia,ſed ſic,ut nauta, qui iter ſuum in aliquem certum locum diſpoſuerat,mutato uento,mutat propoſitum itineris,neque cõtra tempeſtatem nititur. Ita in adminiſtratione reip.mutatis rebus,& uoluntatibus multorũ,ſapientis eſt etiam mutare propoſitũ.& bene gubernatorem reipu. gubernatori nauis comparat, quia populus cõparatur fluctib. & tempeſtatib a Virg.& Cic.in oratione pro Mil. reſpu. vero naui, adminiſtrator gubernatori nauis[Præſtãtib.]Excellẽtibus.[Permanſio]perſeuerantia[Perpetua) Immutabilis [Sed] ex ſimilitudine probat cedendum temporib [Artis eſt]Habetur ars, quia ẽt de nauigatione dicitur ars [Obſequi]cedere , nõ ire contra [Etiã ſi portũ] i etiã ſi ita cedendo tẽpeſtati, uideas tamen te nõ poſſe ad portũ peruenire [Cũ uero]argumentũ a minori ad maius,& eſt ſenſus:Si obſequendũ eſt tempeſtati. ẽt ſi non poſſis ad portum peruenire,ſtultum eſt certe non obſequi , tunc cum mutata naui-

Teſtatus

nauigatione,& obſequẽdo tempeſtati ipſum portum omnino te
Velifi- nere poſſit[Velificatione]nauigatione.nam uelicare nauigare ſi
co gnificat,à uelis faciendis.i.ponendis,ita.n.dicitur,ut Virg.Vela
tamen fecit.& Iuuen Creditur olim uelificatus Athos.[Aſſequi
id].i portum tenere.Stultũ eſt.i. dementiæ eſt uelle potius perſe
uerare cũ periculo in nauigatione [Quam ceperis]quam perue-
nire in portũ ad ſalutem ea nauigatione mutata[Curſum] naui-
gationem.[Quo uelis].ſ.portum. [Sic]adaptat ſimilitudinẽ[Cũ
omnibus nobis].ſ.cũ nos oẽs debeamus nobis proponere ocium
cum dignitate,nõ debemus ſemp idẽ facere,& eandẽ ſemper ha
bere ſnĩam.ſed debemus idẽ ſpectare.i.reſpicere ad illud ocium
cum dignitate,ut ipſum quacunque uia aſſequi poſſimus, dum-
modo honeſta[Ocium]Quies,concordia. [Cum dignitate]cum
honore[Idem debemus]Quod ſemel à nobis ſit dictum,& in eà-
dem perſeuerare ſententia. [Sed idem ſem p ſpectare] Sed unum
ſemper reſpicere,ad quod uel mutatione ſententiæ poſſumus p-
uenire,hoc eſt ad ocium cum dignitate.[Quamobrem concluſio
eſt ſuperioris particulæ,& repetitio eius,quod ſupradixit,[Solu-
tiſſi ma]Liberrima,adhuc in arbitrio meo [Alius]in alia ſenten-
tia [Atq;]quàm. [Cum uero]arguit à minori ad maius,& eſt ſen
ſus,ſi omnia eſſent mihi,ut dixi,libera,tamẽ nõ alius eſſem,qui
nunc ſum,ſed cũ beneficia Cæſ.& Pomp.me alliciant,ut ita ſen-
tiã,& me cogant iniuriæ eorũ,quia à me bene affecti,gaudẽt tñ
malis meis, libenter adducor, ut eam ſnĩam habeã,quæ & mihi
& reip.ſit utilis.[Alliciat]adducat,et blãde attrahat.[Beneficijs]
Cæſ.& Pomp.[In hũc ſenſum]in hanc ſnĩam,quam nũc habeo,
non aduerſando Cæſ.Pomp.aut Craſſo.[Compellat]Cogat.[In
iurijs] eorũ qui dicebãt ſe gaudere, ꝙ Craſſum haberem inimi-
cum.& omnes,qui Gab.defenderent, nunquã futuros mihi ami
cos[Facile]libenter.]Patior]permitto. [Rationibus]commodis.
[Cõducere]utilia eẽ [Apertius]manifeſtius.[Legatus]In Gallia.
[Et nullum meũ] i.nihil unq̃ dixi tam paruũ,aut feci pro Cæſa.
qđ ille non ita habuerit gratũ, ut uideretur mihi quodammodo
obligatus.[Minimũ dictum]quanto magis maximũ dictũ,ſi mi
Non nimum etiam cum ſumma gratia accepit. [Nõ modo] nedum.i.
modo multo magis factum, hoc eſt ſi quid pro eo feci[Illuſtri] aperta,
clara[Gratia]Gratitudine, quia omnibus cõmemorabat, quę ꝓ
eo dixiſſem,aut feciſſem [Deuinctum]aſtrictum,obligatum,cũ
potius ego ei eſſem obligatus. nam Cæſ. profecturus in Galliã,
petiuit Cic.legatum ſuũ.Sed ille arte Clodij reuocatus eſt,cuius
legationis locũ ſubiuit poſtea Q. Cic.eius frater. [Gratia]Fauo-
re & beneuolentia , quam habet Cæſ. apud omnes. [Et opibus]
potẽtia.i.eãdẽ capio uoluptatẽ, & fructum de gratia , & opibus
Cęſ.quam de meis. [Nec aliter]ſenſus:cum multi me deſtituiſ-
ſent,& decepiſſent poſt reſtitutionem meam,non uidebar poſſe
aliter deijcere eorum perfida conſilia, niſi doctrina,& conſilijs
meis adiunxiſſem ẽt beneuolentiam potẽtum uirorum, Pomp.
Cæſ & Craſſi,qui me iuuare,& tueri poſſent.[Frangere] Deijce-
re,proſternere [Conſilia de me] Qui me cogitarent,& agitarẽt
[Proditorum]Qui me deſtituerunt,cũ ante ſimulaſſent, ſe mihi
eſſe amicos,alij libri habent [Perditorum]ſceleratorũ [His præ
ſidijs]quę mihi eſſent ad tutelam,& intelligit doctrinam ſuam,
ingenium,conſilium,& animi fortitudinẽ.[Quæ ſemper].i.quę
ſemper in me fuerunt [His ego conſilijs]ſi fuiſſes præſens, cum
capiebam hæc conſilia,exiſtimo,ꝙ eſſes uſus eiſdẽ cõſilijs,quia
tu non aliter cenſuiſſes.[Eiſdẽ] ſ. conſilijs,quibus ſum uſus,quia
tu ipſe conſuluiſſes,ut eis uterer,nec aliter facerẽ,q̃ feci.[Noui]
Dicit quare opinatur ſe fuiſſe uſurum iiſdem conſilijs, etiam ſi
Mode- Lent fuiſſet Romæ.[Moderationem, & temperantiam]Modera.
ratio tio,auctore Nonio Marc.ex modeſtia,quæ eſt fundamẽtum,ſo-
Mode- liditas,& baſis ipſa uirtutis gignitur,quæ moderatio tẽperet,ad
ſtia. iungatque modis in factis,& dictis,& ceteris talibus,quæ agen-
Tempe- di officio utuntur. Temperantia uero,teſte Don.pro conſilio, &
rantia prouidentia ponitur. Teren.in Phorm. Si eſt patrue culpam,aut
Antipho in re admiſerit, quare minus foret rei, aut famæ tem-
perans,nõ cauſam dico quin,qđ meritus ſit,ferat. [Tum amiciſ-
ſimũ]Et amiciſſimũ. [Suffuſum] Infectũ,aſperſum.[Maleuolẽ-
tia]Odio quo aliter nihil cõſuluiſſes.[Cõtra].i.potius.[Magnũ,
& excelſum]Ad remittendum,& obliuiſcendum iniurias.[Aper
tum]Quia non aliter ſentis,aliter ſimulas.[Simplicem]Sincerũ,
non duplicem & tortuoſum[Tales]Tali animo ita mutatos.[In
te]erga te.[Eædem]Rationes.[Mouiſſent te]Vt conſuleres mihi
faciendum,quod feci. [Quæ mouerũt me]adduxerunt me,ut id
facerem. [Sed quocunque tempore]q.d. hæc feci te abſente, ſed
quotieſcunq; potero te habere præſentẽ,ſemper habebo te gu-
bernatorem omnium conſiliorum meorum [Poteſtas]Facultas.
[Fuerit mihi moderator] Temperator gubernator. [Conſiliorũ
meorum] Quia nihil putabo faciendam, niſi quod tu cenſueris.
[Tibi erit]ſicut olim habuiſti curam meæ ſalutis, cum me reſti-
tuendum curaſti,ita habebis curã meæ dignitatis.[Tibi eidem]
Tibi ipſi[Socium]opere,& labore.[Comite] .i.ſentiendo,& cõ
ſulendo,uel te ſequẽdo,quoquo ieris. [Actionum] Omnium,q̃
ages[Sententiarum]omnium,quæ dices.[Voluntatẽ]iudiciorũ,
& opinionũ tuarũ.[Neq; in omni uita]Hoc eſt in tota uita mea
nihil erit qđ tam faciẽdo proponam,quam ut ita me geram, qđ
quotidie magis gaudes te contuliſſe in me beneficia. [Propoſi-
ta]inſtituta,deliberata.[Lętere uehemẽtius] magis gaudeas.[Te
eſſe optime meritum] ſe me, contuliſſe in me beneficia. Sicut
fortaſſe uideor in explanatione huius epiſt.fuiſſe prolixior,& lo
quacior,exiſtimet ingẽs pelagus inermi cymba nõ eſſe tẽtãdũ.

Quod rogas] Hæc pars ſuperioris epiſtolæ omnino eſſe uide-
tur,licet a pleriſque pro epiſtola ponatur, qđ ideo putatum eſt,
quia a mentione Appij,Cęl.Põp.Craſ.& Vatinij diſceſſit,ſed hic
reſpõdet alijs partib.epiſtolæ Lent. qa & de oĩbus ſupra memo
ratis quæſiuerat Len.& inſuper rogauerat eum, ut quæ poſt pro-
fectionem ſuam in Ciliciam ſcripſiſſet,ad ſe mitteret.Itaq; oſtẽ
dit Cic.quę ſint ea ſcripta,inter quę maxime laudat libros,quos
de Oratore ſcripſit ad Q.F & poſtea adducit cauſam,quare non-
dum ediderat libros, quos de tẽporibus ſuis ſcripſerat. Deinde
pollicetur diligẽtiam ſuam in rebus domeſticis Lent.de quibus
dicit ſe non poſſe ab eo rogari ſine dolore.commendat poſtea ei
negocium quoddam Q F.quod uidetur fuiſſe de emptione cu-
iuſdam fundi in Cilicia,quẽ Q.Cic.magnificarat. ſubdit deinde
varias quaſdam ſententias de ſucceſſione Lẽt. in ipſa ꝓuincia.
quia Appius cuperet ei ſuccedere. Hortatur autem Lent. ut ei
prouinciam concedat.Poſtremo ei conſuluit, ut ſibi reconciliet
publicanos, quos a ſe aliquantulum alienauerat. [Quod rogas] Oratio
quod oras , & eſt reſpondendi modus. [Orationes] Oratio ua
rijs modis accipitur.ſed hic ꝓ oratione,quę partibus rethoricis
cõſtat[Neque ita multæ]ideſt tot,tam multæ [Vt pertimeſcas]
Multitudinem earum. [Carmina] Poemata. [Fere] Ne uidea-
tur relinquere penitus.[Ab orationibus] a ſoluto dicendi gene-
re.quod enim certo pedum numero nõ conſtat,oratio appella-
tur.ſed certe [Ab orationibus] a cauſis forẽſibus, in quibus ſole-
bam multum uerſari. [Manſuetiores] amœniores. Delectant
enim carmina, quaſi Sirenum cantus longe magis quã oratio ſo
luta [Refero me]quia antea eis operam dederat,ut ipſe dicit[A
prima adoleſc.]quia,ut Seruus eſt auctor, quælibet ætas tres par
tes habet.Primã,mediã,& præcipitem.[Scripſi]compoſui.[Dia Dialo-
logo] Dialogus non eſt,ut imperiti interpretantur, ſermo duo- gus
rum, a dia,quod eſt duo, quod nuſquã legitur, ſed eſt quælibet
oratio,ubi diſputantes introducũtur quotquot auctori libuerit.
Dicitur autem a uerbo Græco διαλέγομαι, diſputo. Ideo dixit
Cic.diſputatione.[Et]ſtat expoſitiue ꝓ.i.[Quẽadmodum uolui.] Et
arbitrio,& iudicio meo. [De oratore]quo opere Cic. uehemen-
ter gloriatur,ut inferius lib. 6 epiſt. ad Leptam ſcribens in qua-
dam epiſt.q̃ incipit:Simul accepi.[Ariſtotelico]Non quod Ariſ. Iſocra.
aut Iſocr.dialogo utaẽ,ſed h.d. ꝙ ſcripſit lib.de Orat. more Ari-
ſtot.& Iſocr.ſ.relicto forẽſi dicendi genere, ſicut illi reliquerũt,
vt ipſe Cic in 1.offic.Eodemque modo de Ariſt.& Iſocr.iudico,
quorum uterq; ſuo ſtudio delectatus cõtempſit alterum, uel qa
idem fecit,quod Ariſtot. & Iſocra.qui poſt philoſophiæ tracta-
tus ſcripſerunt etiam præcepta Rhet. ſicut Cic.oſtendit in li.de
Diuin. his uerbis: Cum Ariſt. & Teophraſtus cum ſubtilitate,
tum copia excellentes uiri,cum philoſophia dicendi,& præce-
pta coniunxerunt,noſtri quoque oratorum libri in eundẽ libro-
rum numerum,referendi uidentur.Iſocrates autẽ Gorgiæ Leõ-
tini Philoſophi auditor fuit,cuius domus,ut Cicero in Bruto re
fert,quaſi ludus quidam , atque officina dicendi patuit, de quo
ita dicit.Quanquam forenſi luce caruit, intra parietes aluit aliã
gloriam. quam nemo quidẽ meo iudicio poſtea eſt cõſecutus,
cuius è ſchola uelut ĩ oratione meminit. uelut ex Equo Troia-
no innumerabiles oratores prodiderunt. [Verſibus] Metris, ſed
metrũ nomen eſt declarationis, quo raro utuntur auctores, niſi
declarationis cauſa, ut ſi grãmaticus dicat metrorũ multa ſunt
genera,nõ aũt legi metra tua,nec in oratione ſoluta,nec ĩ carmi
ne,ſed uerſus,carmina,numeros,muſas. At utemur perifraſi,hoc
eſt circumlocutione, ut ponẽdo nomẽ unius muſę ꝓ carminib.
aut citharam Apollineam, aut cantus phębeos,& pierios,& ſi-
milia. Metrum apud poetas idoneos nunquam memini legere.
[Temporibus meis]non omnibus temporibus uitę meæ,ſed ijs, Metrũ
quibus primum in rep. floruı in conſulatu meo , deinde ab ini-
micis uexatus in exilium miſſus,& deinde reuocatus.hęc enim
ſua tempora appellat,ut ſupra, Sicut, & meis tẽporibus ſcimus,
& nonnullis alijs accidiſſe.[Sed edendos] Exhibendos,proferen
dos.Nam edere ab,e,& do,cõpoſitum ſignificat pro ferre,& ma- Edo
xime,ut eſt Digeſtis de edendo,ſignificat copiã deſcribẽdi face
re,& in hac ſignificatione poteſt optime hic accipi. [Meritorũ]
Oſten-

Ostēdit in prima epist.[Meęq; pie.],ſ.erga te, in prima epiſtola. Ego omni officio, ac potius pietate.[Sed ſubaudi non putaui edē dos. [Quia uerebar] Timebam. [Læſos]Offenſos,quòd ſcripſiſſem me ab eis iniuſte oppugnatū, aut eos mihi inuidiſſe, ut dixi ſupra.[Id feci].i.læſi.[Parce]Moderate,non etiā quantum me rebatur.[Molliter]non acerbe,indulgenti animo,quia nō in eos acriter inuectus ſum.[Sed eos]ſubaudi uerebar.[Erat infinitum] Res infinita,& quodammodo impoſſibilis [Nominare omnes] Omnes nominatim declarare, qa fuerant penè innumerabiles. [Cōmittam] credam,tradam.[Recte,]tuto,& fideliter.[Atque iſtā]pollicetur ſe eſſe communicaturum cum Lent. quęcunque ſcribet,aut leget.[Vitę,]quam conſumo in ſcribendo.[Cōſuetudinis]qua conſueuerat Cicer. aſſidue uerſari in literis.[Quantum literis] Declarat, quæ ſit illa pars [Literis] cognitione literarum [Veteribus] quibus a teneris annis operam dedimus. [Delectationibus]Liberalium diſciplinarum [Conſequi]Efficere [Conferemus] Attribuemus ad arbitrium tuum, ut uoles. [Hæc amaſt]ideſt,his delectatus es.[Hæc].i.talia.[Domeſticis] Familiaribus priuatis. [Nolim admoneri]quia pp meum in te amorem, per me ipſe recordor [Rogari] Orari.[Sine dolore] quia puto diffidere beneuolentiæ noſtræ. [Quod de Q. F.] Ad aliā epiſtolę Lēt partē reſpondet, in qua ſe excuſauerat, ꝙ nō potuiſſet Q.Cic.negotium conficere, quia priore æſtate morbo implicitus in Ciliciā ire nō potuiſſet, ſe tñ nunc daturum operam, ut conficeret. uidetur autem, negotium hoc fuiſſe fundus, quem Cicer.opera Lent.emere cupiebat, quem ab eo tanti fieri dicit Cic.ut eo ſibi adiuncto exiſtimet patrimonium ſuum, per ipſum Lent.fuiſſe cōſtitutum.[Implicitus.]Impeditus[Tranſire]ex Cypro [Nā] ut uiſum eſt in epiſtola, quę incipit Legi tuas literas. præerat.Lent.Cypro,& Ciliciæ [Conficere]Perficere,exequi,abſoluere. Nunc facturum ſubaudi, quòd ſcribis te.[Eiuſmodi]Tale,talis momēti [Adiuncto]Addito ſibi uel rebus ſuis.[Conſtitutum] cōfirmatum,ſtabilitum.[Studijs]Literarū.[Exercitationibus]quid potiſſimum ſcribat,& in quo ſe exerceat[Exiſtimes] iudices.[Neminem].i.neminem ab aliquo magis fuiſſe amatū. q̃ te à me.[Idq;]Neminem fuiſſe chariorē cuiquam, q̃ te mihi. [Sentias] Cognoſcas.[Oēs gentes] tam externę, q̃ Italæ.[Etiam poſteritas] Etiam, qui poſt nos naſcentur. [Appius]dicit quid Appius diceret de ſuccedendo ipſi Lentu.[In ſermonibus] collocutionibus amicorum priuatis, & familiaribus.[Dictitabat] Sępę,&frequenter dicebat.[Etiam in ſenatu]quaſi in loco publico,ubi uellet uerba pondus habere.[Ferte]promulgare [Legem

Lex curiata

curiatam] lex curiata non a Curio latore,ſed a curiatis comitiis, de quibus ſupra diximus dicta eſt, quoniam a comitiis curiatis erat conſtituta, q̃ lex prohibebat ꝓuinciā, cuiquā deſignari ſine ſorte, hoc eſt, ne prætores, aut proconſules, aut Imperatores ſuccedere in ꝓuinciis poſſent, niſi eas prius inter ſe ſortiti fuiſſent. Huic contraria fuit lex Cornelia, qua permittebaꝰ, ut prouincię etiam ſine ſorte deſignari poſſent, ſine ſenatu. creatus igiꝰ cōſul Appius dicebat, ꝙ ſi liceret ferre legem curiatam, ſortiretur cum collega prouinciam. Si autē lex curiata non eſſet, quæ prouinciā ſortiri iubebat, dicebat ſe ſeparaturū prouinciam cū collega, ut collegæ cōſulatus in urbe, ſibi uero in prouincia obtingeret, ſuccederetque Len.neq; neceſſe eſt ſibi, qui eſſet cōſul, ferre illā legem curiatā, qa iā ſenatus, p legē Corneliā decreuiſſet, ut ille ꝓuinciā haberet, nō obſtāte lege curiata, & quoniā introiſſet in urbem ad petendū conſulatū, dicebat ſe habiturū imperium, qa

Opus eſt

tpe comitiorum, q cōſulatū peteret, adeſſe neceſſe erat. Auctor App.lib.2. ubi de Cęſ.conſulatu loquitur.[Opus eſſe c.].ſ.ferre

Neceſſe eſt

legē curiatam, ſibi neceſſe nō eſſet ferre legē curiatam, & ſubaudi, dixit, uidetur tamē eſſe cōtraria, opus eſſe, & neceſſe nō eſſe, ſed non ita eſt. nā opus eſſe ad officiū pertinet, neceſſe uero, ꝙ ſe aliter habere nō pōt, ut opus eſt præceptori bene inſtruere diſcipulos, ſed non eſt neceſſe, ſic ergo dicebat Appius ad conſulē ptinere ferre legem curiatā, ſed non neceſſe eſſe, qui ad hoc nō cogeretur, quia eſſet conſul, qūo ergo dixit ſi licitum eſſet? ſoluitur, quia aut tpa comitiorum prohibebant, quę fortaſſe tūc non fiebāt, aut qa illa lege [teſte A.G.] minorib. magiſtratibus creandis dabaꝰ, ſicut maiores magiſtratus cēturiatis comitiis fiebat. Ergo ſi licitum eſſet, quia magiſtratus erat maior, qui ea lege nō dabatur Maiores autem magiſtratus[eod.Gel.teſte] ſunt cenſores, conſules, & prætores, reliqui minores appellantur. Prætores autem conſulū collegę eſſe poterant, & eodē auſpicio creabanꝰ [Separaturum] Diuiſurū ſine ſorte, alii libri habent ſe pacturū, qd nō diſplicet mihi; ut pacturū.i.conuenturū. [Cum collega] Vt ille in Italia remaneret, ipſe uero in prouinciā ꝓficiſceretur. [Quoad in urbem introiſſet]poſt comitia centuriata, quæ in cāpo Martio extra pomeria habebantur, & cōſuli, qui poſt S.C.ex comitiis introiſſet in urbem licebat, & permittebatur per legē Corneliam ire cum imperio in prouinciam, quā haberet ex S.C. Itaque hac lege Cornelia dicebat Appius ſe ſucceſſurum Lēt.ſine lege curiata, quā non eſſet ei neceſſe ferre, pp cauſas ſupradictas [Se imperium habiturum]ſubaudi, dixit.[Quod in urbē introiſſet]quia centuriata comitia inter pomeria fieri nefas eſſet, quia exercitum extra urbem imperari oporteat, intra urbem imperari, ius non ſit. auc.A.G.[Quod ad te ſcribat] Tibi eſſe agendum de dimittenda prouincia ſucceſſori [Varias eſſe opiniones Diuerſas eſſe ſententias, an Appius tibi iure ſuccedere poſſit per legem Corneliam, an non. [Sunt qui putent]Declarat unam opinionem.[Sine lege curiata] ſine qua ſucceſſor dari non poteſt. [Sunt etiam qui] ſubaudi putant.[Reliqui] ſubſtitui loco tui.[A te]Sine auctoritate ſenatus [Mihi]ponit conſilium ſuum, dicitque, ꝙ non tam certum habet quid ſit de iure, q̃q̃ ne de hoc quidem ualde dubitat, quàm certū habet, quod ad eius ſummā amplitudinem, & dignitatem pertinet prouinciam ſtatim ſucceſſori cōcedere, ne uideatur fuiſſe nimium cupidus illius prouincię retinendæ[Qua]liberalitate.[Frui ſolere].i.delectari. [Sine ulla mora]ſtatim ſine iuſſu ſenatus.[Illius] Appii. [Cupiditatē] erat enim cupidiſſimus obtinendi illā prouinciam. [Ego utrunque] Excuſat ſe, ꝙ ei uideatur dediſſe conſilium ſuum. dicit igitur ad ſe pertinere,& dicere Lēt.quod ſentiat, defendere quidquid ille fecerit. [Vtrūque].ſ.quod ſequitur[Quod feceris]ſiue bene, ſiue male.[Scripta iam epiſt.]Hęc n. additio quędam epiſtolę[De publicanis]contra quos Appius quędā decreta noua fecerat eis dānoſa.[Quibus]Literis.[Non probare]laudare,& cōfirmare.[Aequitatem tuam]qui cognoui te æquitate adductum contra eos feciſſe, quod feceris. [Facilitate, autem]Benignitate ignoſcendo.[Conſequi]Efficere. [Ne offenderes] Ne lęderes. [Eius ordinis]Publicanorum.[Ornaſti]laudaſti,& honoraſti.[Equidē]ſenſus eſt, nō ceſſabo defendere quidquid decreueris in prouincia, ſed exemplis aliorum edoceri debes, dum ſcias, quales ſoleant, eſſe publicani in eos, qui aliquid contra uoluntatē eorum decernunt.[Hominum]publicanorū. [Ipſi illi]Habent emphaſim geminata pronomina, q.d.tam ęquo & iuſto. [Q Scęuolę] iuris pe-

Sum auctor

ritiſſimo [Tibi tamen]qui eos offendiſti.[Sum auctor] ſuadeo, conſulo.[Quibus rebus] aliquibus rationibus.[Recōcilies]reducas in gratiam.[Aut mitiges]placatiorē reddas, ne tā grauiter ſit tibi inimicus.[id] Vel recōciliari mitigari ordinē publicanorū [Difficile] qa ualde ſunt irritati, et tibi infeſti pp tua in eos decreta.[Eſſe prudentię tuę] Tuæ ſapientiæ, vt quacunque ratione eum ordinem tibi reconcilies. PHIL

Qui frater fuerit. P. Sceuolæ]Q.Scęuolę auguris patris Tu hūc coniuiorum diſertiſſimum putes a Cic.dictum, cum non P Scęuolam Cic.ducat iuri conſultorum diſertiſſimum, ſed Q hūc Mutium Scęuolā, de quo hac in epiſt. parte quo lōge melius ex monimentis Ciceronianis agnoſcas. Fuere igitur, ut ad ſummā totam breui colligam, Scęuolę duo. Publicorum pronominibus ꝑdictus Pontifex maximus, & conſularis. Qui P. Craſſum, & Q. Mutium filios reliquit Craſſum Mutianum dictū P.uero Scęuolā Q Scæu.patrē fuiſſe. Cū uero his in ſuo procōſ. publicanorū offendiſſet ordinē, qui potentiſſimus erat, negociū illi poſtea reuerſo exhibuere nō minimū, qd, & hoc in loco tangēs, ab exēplo admonet Lēt.ut publicanorū ordini ſeſe omnino recōciliet. AS

Periucunda] epiſt. hæc ſanè longa, multa graphice ſcribit Cic gratiam captat Lent. eiq. gratulatur Clodium criminatur. Se inconſtātiæ purgat, ꝙ cū Cæſ. Appio Pulcro Vatinio, Craſſoq. in gratiā redierit, factorum rōnes afferēdo, ac demū ſe Lēt. rurſus commēdatū facit, ut cū ordine patebit. Ordo aūt eſt: Literę tuę fuerunt mihi periucundę, quibus intellexi te perſpicere.i. clare uidere meā pietatem.i.obſeruantiam,& uenerationem, in .i.erga te. Et quia dixit pietatem, q̃ in ſuperiores eſt, ut in principio ſcripſi, addit, q. d. dixi pietatem. Enim, ꝓ quia, q.d.i. ad qd dicam beneuolētiā? Cum illud grauiſſimum,& ſanctiſſimum nomē pietatis uideaꝰ mihi eſſe leuius .i. minoris momēti, meritis tuis erga me, ꝙ autē ſcripſiſti, mea ſtudia erga te eſſe grata tibi tu quidē.i. certe:Non tñ ſignificat proprie certe, ſed cū ſit expletiua cōiunctio, adornatum ponitur, uimq; quandā habet p aliā uocem explicabilem facis ſup.id, quadā abundantia amoris, ut ēt ea, quę prętermitti non [illegible] ſcelere, ſint grata.i.tibi Aūt.i.ſed animus meus ī te eſſe tibi multo notior, atq; illuſtrior .i.clarior,& perfectior, ſi fuiſſemus omni.i.toto hoc tempore, quo fuimus ſeiūcti.i.ſeparati,&c. ſimul, una.i.uno loco, & Romæ ubi de rebus tuis actum eſt. Nam nos floruiſſemus in eo tpe, qd .i.quam rem,& c. alii legunt in eo ipſo, qd tu oſtēdis facturum te eſſe.ſ.cum aderis,& quod tu potes in primis,& ſup.quod ego ex pecto uehementer [illegible] mus, inquit, in ſententijs ſenatoris.i.in ſenatu dandis, aut datis,& in omni actione, atq; adminiſtratione reip.de qua [illegible], ego quidem oſtendā pau-

lerāt. ꝙ uero summam ex eo facto laudē, cum apud P.R. & eque
Nota historiam strem ordinem, tum uero apud senatū, fortissimi. s. & cōstantissi
mi consulis, simul & gratissimi hominis reportarat, ideo ampli-
tudinē actionis addidit. Quamuis. n. summo oīum ordinum stu-
dio Cic. in patriam reditus expeteretur, & Pōp. iam uel ob id, ꝙ
Clodius, ipsū insectari cęperat, hoc enixissime curaret Cic. fra-
ter, & amici alij summopere cōtēderent, Lent. tñ, ut ex huiusce
epistolis libri, & orationibus apparet, tanq̃ auctori, & salutis suę
deo, ut ipse sæpe in orationibus, etiam atque ēt debebat, quippe
q cū primū consulatū iniit, nihil antiquius habuit, reiectis alijs
omnib. curis, quā ut ipsum Cic. ab exilio reuocaret. Quare appa-
ret, ut opinor, amplitudinem actionis ad Cic. restitutionē perti-
nere. agitur. n. hic de rebus ante à Lent. gestis, nō quæ tunc in ꝓ-
uincia gereret. Sed & illud quemuis dormitantē admonere po-
tuit, tum qđ in orationibus Cic. magnā ex hoc facto laudē Lent.
tribuit, tum qđ superius addidit, magnam esse memoriam consu
latus illius. neque. n. in tāta re, quanta erat Cic. restitutio, ut pel-
lēdi Clodiani ferro, & armis de foro fuerint, priusquā referri tu-
to potuerit exiguum aut prudentiæ, aut constantiæ suæ, aut for-
titudinis specimē dedit, qñ cōtra maximas aduersariorum opes
res erat gerenda [Quāquam ille perennis inimicus] Clodium in
telligit, q cū antea amicus Cic. fuisset, mox illi infestissimus eua
sit, sed & cum Pomp. studere in primis simulasset, in illū nō mul-
to post Cic. expulsum probra grauissima iactauit, & insidias uitę
hominis præstantissimi tetendit, at hæc præcipue causa restituē
di Ciceronis fuerit.] Nostram uicem ultus est ipse sese.] Non ui-
deo, qui bene de sacris bonæ deæ uiolatis intelligi hoc in loco
possit, cū res illa tribus ante annis gesta sit, & nūc Cic. ea potius
innuat, quæ post reditum suum gesta esse uideantur. Quare mi-
hi illa uidetur innuere potius, quæ post Cic. reditum ab illo sum
mæ audacia facinora patrata sunt, quo, s. tempore, & Ciceronē,
& Ciceronis fratrem Quintum ferro appetierit, & basilicæ par-
tem cum Cic. domo, quam instaurandam locarat, diruerit. tum
vero illum planè interfectum iam à Milone significet. cum. s. ad
dit, nullam iam sibi partem reliquisse. [Cum Appio & Cęsa. De
Appio lib. 3. Quod vero addit de Cęs. illud planè significat tem-
pus, quo post legatum Q.F. Cæsari datum, & Trebatio commen-
datum, summa planè familiaritate illi coniunctus sit, adeo ut sæ-
pe Cic. in ep. fateatur, Cæs. à se tm̃ amari, quantum excepto Pōp.
alium ferme neminem. [Vatinium aūt] Hic est P. Vatinius, cō-
gnomento Testis, Calui oratoris inimicitijs clarus, qui cum se,
eloquentia Calui damnandum timeret, exurgens à subsellio. Nū
inquit, iudices, si iste disertus est, ideo me condemnari oportet?
Fuit hic non ludibrio solum R.P. sed odio, ut illum qñq; eden-
tē gladiatoriū munus lapidibus petierint. vnde Cassellij facetū
illud planè risum, qui post legem latam, nequis nisi pomum in
theatro iaceret, interroganti an nux pinea pomum esset. Si in Va
nium ieceris, pomū est, respondit. Sed in eo iudicio, quo illum
Caluus accusauit, cum frontem sibi Vatinius cādido sudario ter-
geret, idq; ipsum in inuidiā uocaret accusator. Quamuis, inqt,
reus sim, panem tñ candidum edo. Assecutus hic tribunatū Pom
peii, Cæsarisq; fauore, illum totum ad Cęs. gratiam gessit, subin-
de uero cum ijsdem fautoribus præturam peteret, turpiter priore
die mentito Pomp. quasi de cœlo seruasset, qm̃ M. Catonē prima
tribus prætorem renunciarat, sequenti magnis largitionibus fre
tus, uicit Catoq; maximo P.R. dedecore repulsam passus est, ut
Caluus illi occurrens: Perfrica, inquit, frontem Vatini, si te di-
gniorem putas prętorem, q̃ Catonem. Accusarat & hunc prius
Cic. magna quidem contentione, & acerbissima oratione, q̃ ad-
huc extat] lacerarat, nullumq; uisus est flagrantiore odisse odio
præter Clod. adeo ut Ouinio Vatinij liberto factus obuiam, cum
de Valetudine domini interrogasset, recteq; illū habere, respon
disset Ouinius: Recte, ergo mortuus est, diceret. Sed & mire illū
elusit, cum glorianti Vatinio se bina millia iam ambulare posse,
quando æger antea pedibus cōmodioris ualetudinis esset factus,
Nil mirum, inquit, dies. n. longiores sunt. Atque idem cum de
Vatinii morte nunciatum esset, cuius parum certus dicebatur
auctor, interim, inquit, fruar usura. Ceterum reuersus ab exilio
Cic. Pomp. precibus. & Cæs. contentione uictus, nō solū Vatinio
recōciliatus est, sed illum insuper saluis eius rebus defendit Cic.
in Phil. 2. Vatinius. qui decimo anno iure laudatus à nobis, &
hoc tpe merito laudandus est, aperuit olim Dyrrhachij portas
Bruto & exercitū tradidit. Sed & ipse Vatinius in epistola clien-
tem se Cic. appellat. Orto deinde ciuili bello, secutus Cæs. nauali
pręlio Octauium Pompeianarum partium ducē uicit, & Dalma
Vatini. tiæ quibusdam expugnatis oppidis, imperator à militib. appella
Beneuē tus. Quint. Macr. Sen. Plut. Cæs. Fuit uero alter Vatinius Bene-
tanus uentanus, Neronis tpibus, Sutrinæ tabernæ alumnus, inter fœ-
dissima Neronianæ aulæ portenta, corpore detorto, qui scurrili-
bus primo facetiis ad contumelias, ad optimi deinde cuiusq; cri
minationem comparatus, eo usq; ualuit, ut diuitiis, gratia, ut in
nocendo primus esset. huius celebrati sunt Vatiniani calices: Ta
citus, Iuuen. Martial. [Sestius] Fortasse P. Sestius, cuius in oratio-
ne contra Vatinium meminit Cic. & quem de ui accusatū lucu-
lentissima oratione [quæ hodie legitur] defenderit. Hic trib. ple.
creatus, Cic. restitutionē studiosissime complexus, parum abfuit
quin Clodianis interficeretur. [Bibuli for. as.] Eam uidelicet in-
telligit, quam ille suo in consulatu à C. Cęs. passus est, cum raris-
sime in publicum prodiret Cæs. remp. totam per uim ad sese tra-
hente, ut plerique in factis retulerint, Iulio & Cæs. coss. Tran-
quil. Plut. auctores. De hoc repete, quæ superius diximus. [Mar-
cellino, & Philippo coss. [C. Lentulus Marcellinus is est, quem
Cic. non indisertum unquam sibi uisum scribit, in cōsulatu uero
etiam pereloquentem, non tardum sententiis, non inopem uer-
bis, uoce canora, facetum satis. Philippus uero Martiæ pater, qui
cum repulsam à M. Herennio in petitione consulatus passus es-
set, non multo post consulatum adeptus, non parum eloquentia
valuit, nam summis duobus Crasso uidelicet, & Antonio, ita ꝓ-
ximus accedebat, ut proximus tamen longo esset interuallo. sed
tamen erat in illo libertas summa, facetiæ multæ, satis creber in
reperiendis. solutus in explicādis sententijs, disciplinis uero Grę
cis ita instructus, ut facile inter alios emineret, in altercando ēt
cum aliquo aculeo facetus. In consulatu cum grauiter esset in se
natum inuectus in concione, in L. Crassi consularis, & Drusi ini-
micitias grauissimas incidit, ut L. Crassus eum sibi cōsulem esse
negarit, cui senator ipse non esset. Sed & Catulus mira mordaci-
tate eum pupugit. cum enim Philippus. Quid latras, dixisset Ca-
tule, Furē uideo, respondit. Hic quamuis disertus, & eruditus ha
beretur, solitus tñ ita est ad dicendum surgere, ut quod primum
uerbum habiturus esset, nesciret, diceretq. cum brachium cōcal-
fecisset, tunc se solere pugnare. Sed nescio satis de hoc Philippo
potius, an altero loquatur, qñ Philippum hunc cōstet ante mor-
tē C. Crassi fuisse cōsulē, cum C. eo tpe uix adolescētiā exiuisset.
Quare alium hūc fuisse affirmare libet, & fortasse eius filium q
per hæc tpa satis floruerit, non cōsulatu solū suo, sed paterni no
minis hæreditate. Sic n. Cic. oratione de Prouin. consul. Tum pa
ter Philippe, nō uno tpe cum suis inimicissimis rediit in gratiā.
Atque hunc facile illum esse constare possit, quē Augusti Cęs. vi
ctricum historici faciunt. Atque hic est, qui cum Ser. Sulpicio,
& L. Pisone legatus ad Antonium Mutinam obsidentē ꝓfectus
est, ut Cic. in Phil. & App. auctores sunt. Suet. in Aug. [De auspi-
cijs] Legē Æliam, & Fusiam sublatam à Vatinio, & Clodio trib.
pl. intelligit. quæ certissima reip. propugnacula. muriq; tranquil
litatis, & ocii semper fuerant, & tribunitios furores sępe repres-
serant. Erant aūt leges hæ duæ, quæ cum alia multa ad auspicia
seruanda sancirent, tum uero, nequid Ioue tonante, aut fulguran
te agi cum populo posset. Tulerat uero Clodius, ne quis per eos
dies, quibus cū populo agi liceret, de cœlo seruaret. qua lege ob
nunciatio, qua perniciosis legibus resistebatur, quā Ælia lex, &
Fusia cōfirmauerant, erat sublata. quæ omnia ex Cic. orationib.
in Vatiniū, & Pis. copiosius accipias. [De donatione regnorū.]
Miror satis quid alii, uel de trium uirum potestate, uel de legib.
hic à Vatinio latis senserint, cum Cic. ipse in oratione cōtra Va
tinium apertissime significet, hæc a Vatinio fuisse tentata. Eius
uerba ex oratione illa hæc sunt. Volo uti mihi rñdeas, feceris ne
fœdera Trib. plebis cum ciuitatibus, cū regibus, cum tetrarchis?
erogaris ne pecunias ex ęrario tuis legibus? Quæ sane uerba in-
nuunt, à Vatinio in tribunatu suo multis ciuitatibus immunita-
tes cōcessas, reges aliquot institutos, tetrarchas prouinciis impo
sitos. Nam, & Cic. ad Att. in hæc uerba [Clodium Vatiniūq; om
nino innuens] orbis hic in rep. est conuersus, citius omnino quā
potuit. id culpa Catonis, sed rursus improbitate istorum, qui Au-
spicia, qui Æliam legem, qui Iuniam, & Liciniam, qui Celiam, &
Didiā neglexerunt, q omnia remedia reip. effuderunt, qui regna,
q prędia tetrarchis, q immanes pecunias paucis dederunt. Asco
nius uero à Clodio, qui collega Vatinij in tribunatu fuit, tradit
Tigranē, Tigranis à Lucullo primū facti, à Pōp. demū debella-
ti, filium in catenis depositum fuisse apud Flauium senatorem, q
postea cum esset prætor eo anno, quo tribunus Clodius fuit, pe-
tiit ab eo Clodius ut Tigranem adduci iuberet, adductum, & in
conuiuio collocatum. Flauio minimeq; reddidit, repetenteque
subinde Pōp. in nauē imposuit, missumq; fecit. Verum Tigrane
tēpestate Antium delato, cum ad eum nunciū Clodius Sex. Clo-
diū misisset, Flauius uero ad diripiendum regem accurrisset, pu-
gna vtrinq; cōmissa est, ĩ qua multi ex utraq; parte cecidere, plu
res tñ ex Flauij, qui solus Romā vix perfugerit. Quibus iam con
stet, quare donationem regnorū Cic. inuidiose dixerit. De agro-
Camp.]

Camp.] C.Cæs.dictator in consulatu suo. cum turbulentum potius tribunum,q̃ bonum consulem ageret,tulerat ad populũ, ut Ager cãpanus,& is in primis,q Stellatis nuncupabatur, uiritim populo diuideretur.quæ res,& vectigalia publica imminuebat, & Cæs.gratam in primis reddebat Romanam plebem. Sed cum ille post consulatum suum in prouinciam profectus esset,tentata sępius res illa uidetur,ut quod de agro cãpano diuidẽdo Cęs. tulerat,irritũ fieret.Quod cum Cic.quoque è rep.esse uideretur, dicit se libere in eam causam inuectũ esse, qđ Pomp. Cęsarique ꝑmolestum acciderat, qñ ipse præter Stellatẽ campum, agrũ cãpanum ad subsidia reip.vectigalem relictum extra sorte diuiserit,ac uiginti millib. ciuium,quibus terni plures ve liberi essent, assignarit,Suet.Plut. App. Nam quod de Vectio à Cæs.per Vatinium immisso refert commentator, etsi uerum id est,nihil tñ ad hunc locum. Quod.n.ad Vectium attinet, consulatu id Cæsaris actũ est.hoc uero quod de agro campano addit,Lẽt.Marcellino, & Philippo coss.gestum,qui Cõsules creati sunt post Cic.ab exilio reditum[In Sardiniam,& Africam] Eã Pompeii profectionẽ inuenit,cum præfectus rei frumentariæ ꝑ quinquenniũ,suadente id Cic.& mãdata ei amplissima potestate,ut laboranti urbi inopia succurreret,in Siciliam primũ,mox in Sardiniam, & Africã profectus,cum 15.legatos delegisset,magnam frumenti uim urbi intulit.Sed cum soluere ex Africe pararet,tempestatib. aduersis non audentibus se mari credere gubernatoribus, primus nauim conscendit,exclamans:Nauigare necesse est,uiuere non est necesse. [Lucam ad Cæs. Cęsar cum magnas res interim gereret in Gallijs.Domitijs prætorijs minis territus, q si consul creatus esset ablaturum se Cæs.& prouinciam, & exercitum minabatur, Lucam à Gallis uenit,eoq; cũ uenisset,Pomp. Crassumq; & omnes ferè urbis magistratus exciuit,& 120.lictores tũc affuisse memoriæ proditum sit. ibi inter eos ita pactum,Põp.Crassusq, consulatum peteret,si in alterum quinquennium prouincias prorogarent.[Crassum ante uidisset,ab eoque in me esset incẽsus]Fuit enim Crassus iam,ex quo Catilinam oppresserat Cicer.in ipsum animo infestissimo,quippe qui persuasum haberet, à Cic.alitam suspicionẽ tanq̃ Crassus,& ipse cum Catilina in patriæ perniciẽ conspirasset.Sed historiam de Crasso paulò post latius.[Recepisset] Sumptum hoc uerbum de iurisconsultorum supellectile. apud eos.n.huius uerbi ea est significatio,cum in data dote donationeve quis exceperit,quod est ꝓprie receperit. Plaut.in Trin. Posticulum hoc recepit, cum ędes uendidit. Sed & Cic. in 2.de Orat.Sed dicit tecum ædes uenderes, ne erutis quidem, & cæsis ouium tibi paternum recepisse. Vnde receptitius seruus, quem [vt arbitror] Plau. in Asi.dotalem quoque dixerit[Stomachum facerent]Patrem familias Macr.appellat stomachum,quasi totũ animal solus gubernet.s.n.ille ægrescat, tunc in ancipiti uita nostra est.neque enim alimonia in officio suo tunc est,cuius postea beneficio natura ita uolente uiuamus. Atque, ut auctor est Plin. hoc nomine est sub arteria iã carnosa inanitas adnexa spinæ, ad latitudinem, ac longitudinem,lagœnæ modo fusa. Græci nunc stomachum, nunc οἰσοφάγον. Arist. Pollux, Suidas. Theodorus gulam utrunque uertit. Sensus igitur est: Eos amplecti quidem Clodium,quod arbitrarentur Cic. ad indignationẽ excitari hoc facto posse,cum tñ iamdiu occalluisset.Sed hoc totum à Græcis sumptum, qui & ipsi hoc uerbum, & ab eo aduerbium, in hunc pene sensum usurpent.[Consules haberet,seu mercatores]Gabinium,& Pisonem coss.intelligit, quorum consulatu pulsus est furore Clodiano in exilium.[Quasi certaminis causam]Illud innuit,quod uariis in locis Cic affirmat: quæsisset Clodium non tam ut Cic.patria pelleret,q̃ ut seditionẽ aliquam, dum boni uiri Cic.defendũt,excitaret.Sperabat.n. pulso Cic. & perturbata rep. tum scelerum suorum impunitatem, tũ facillimum ad ea, quæ machinaretur,aditum sibi datum iri.[Et nouis honoribus] Non de prorogato imperio sentiendum,quando alijs imperium sępe prorogatum cõstet,sed supplicationibus, quæ ob res feliciter in Gallijs gestas à Cæs.nunc in dies nouem, nunc quindecim, nũc viginti sunt illi decretæ,quo nulli ad eam diem contigisse alij, Cæs.in commentariis suis affirmat.Sed & Cic.pro Balbo,in hęc verba: C.Cæsarem senatus,& genere m suplicationum amplissimo ornauit,& numero dierum nouem, diem in angustiis ęrarij uictorem exercitum stipẽdio affecit,decẽ legatos decreuit,lege. Semptonia succedendum non censuit. In quibus uerbis idẽ ferme error,cum Trebonia lege scribendum fuerit.[Quæ sint consecuta]Locum hunc ut corruptum existimem,facit uerborum ordo inuersus, ut ex dictis omnino sit sensus,quare ita restituendã lectionem,ut non decerno,sic existimo primum illa furta muliebrium religionum, qui non pluris fecerit bonam deam, quàm tres sorores,impunitatem scelerum sententiis assecutus,cũ trib. pl.& quæ sequuntur.Nã hoc alterum,qui superfluũ omnino sit. necesse est. Erit autem uerborum ordo talis: Primum illa furta muliebrium religionum sustulerunt, exemplum præclarissimũ indicandæ seditionis in posterum,qñ trib.pl.pœnas uellet perse qui à seditioso ciue, qui assecutus impunitatẽ scelerum sententijs,nõ pluris fecerat bonã deam, q̃ tres sorores. Atq; hoc pacto quæstio illa,qua dicantur hæc consecuta, cum multo ante gesta sint hæc oĩa,nihil oĩno diligentẽ lectorẽ perturbet,cũ hęc dicãtur à Cic.per anticipationem,ut cum ea uelit dicere,quæ sint cõsecuta,posteaq̃ Cæs.ornatus est nouis honorib. anticipet quædã q̃ à Clod.multo ante patrata facinora fuerant. Sic igitur nõ dicit consecutũ esse id, ꝙ Clod.pollutarũ religionũ fuerit absolutus, aut ꝙ monimentum suum cruentis literis inussisset,sed cum ante hæc oĩa cõmisisset,ea postea secuta sunt, ꝙ ĩ se restituẽdo plerique,quam debuerant fidem,non exhibuere.[Bonam deã] hæc soror Fauni,qui in Latio & regnauit & coniux fuit. quam Seneca Fatuam,ideo dictam putet A.Bassus.quia mulieribus fata canerent,quemadmodum ipse Faunus uiris.fuit uero hæc in fęmina pudicitia tanta,ut eam,quo ad uixerit,pręter uirum suum uiderit,nemo nomen audierit. Contra Sex. Clod. retulit eo in lib. quem Græce scripsit,eam,quòd dolium releuisset, uinumq; ebibisset,à marito uirgis myrteis cæsam, sed eam non multo post, cum uirum facti pœniteret deam factam esse,muliebrique tantum cultu uenerandam, atque in facti memoriam amphoram obuolutam in sacris poni: Hanc Græci γυναικείαν dicunt, Midæ regis matrem,siue ex Liberi matribus unam. Huic tabernacula virgineis intexta ramis, huic draco tribuitur, cui cum mulieres sacrificãt,nulli uiro ad ea sacra est aditus.Erant aũt sacra illi Orphicis fermè orgiis similia. Plut.& Lact.[Quã tres sorores] vbiq; Cic.Clod.sororum incestum obiicit,& qñque necem. Et constat Clodium omnino sorores tres, quæ clarissimis postea uiris nupsere,cõstuprasse.quarũ una Metelli Celeris uxor quadrãs dicta sit,ꝙ adolescens pro numis argenteis æreos quadrãtes in ipsius Clodię loculos cõiecerit. Nupsit & una Lucullo,de qua Plut.scribit,ꝙ cum Clodiam impurissimam fęminam repudiasset, Catonis Seruiliam sororem duxit,nihilo sanè meliorem,nisi ꝙ frater no incestu polluta non esset. Tertia Martio Regi nomine Terentia.& ipsa impudica,locata est. Plut.in Cic.uita est auctor.[Trib. pl.]Fusium,ut arbitror, intelligit tribunum, de quo Cic. ad Att. trib.pl. Fusius in concionem produxit Pompe. res agebatur, in Circo Flaminio,& erat in eo ipso loco illo die Nundinarũ πανήγυρις. Quęsiuit ex eo,placeret ne ei centum iudices à prætore legi,quorũ consilio idem prætor uteretur. id aũt erat de Clodiana religione ab Senatu constitutum. Atque alia epist. Postea uero q̃ Hortensius excogitauit, ut legem de religione Fusius trib.pl.ferret,in qua nihil aliud à consulari rõne differebat,nisi iudicũ genus uindicandæ seditionis exemplum sustulerunt.nam triginta illum iudices,quos fames magis,q̃ fama commouerat, absoluerunt,quinque & uiginti,summo quãuis proposito periculo,cõdemnarunt.Satis.n.constat,nullum unq̃ turpiorem iudicum consessum.Maculosi senatores,tribuni ętarij uerius,q̃ ęrarii affuerũt, ut quamuis testimonium Cic.contra Clodium dixerit,quamuis uiri boni pleriq; inique Clodianum facinus ferrent, Hortensio accusante, Catulo obtinẽte,tñ incertis iudicum sententiis uictor abierit,tanto prius metu iudicaturis iniecto,uel cõductis seruorum operis,uel populari fauore,ut puncta in tabellis haud satis dignosci possent [Ideq́, postea non meum monumentum.] Historia hæc habet,Pulso Cic.Clodiana factione, præter alias pœnas hoc quoque irrogatum supplicij est, ut domus, quam ille in occultissima Palatij parte possederat, cõsterneretur,in qua libertatis quoq; simulacrum,literis incisis in base facti causam testantibus.positum est,cum antea quoque à Menula nescio quo Anaguino Clodius statuam sibi poni passus esset.Sed reuerso post Cicerone,cum Pontifices domus partẽ restituendã decreuissent,atque ex ærario pecuniã ad eam construendam numerassent,uidetur tñ simulacrum illud non oĩno sustulisset:qđ inustum cruẽtis literis, non esse oĩno deletum Cic.uehemẽter dolet. Quæ oĩa ex orationibus Cic.& Attic.epistolis percipies.in ea.n.quam ad Põtifices pro Domo sua egit,his uerbis Ciod.à Menula positam statuam docet: At tu ẽt ereptor ciuitatis, legem de iniurijs publicis tulisti: Anagnino nescio cui Menulæ per gratiam, qui tibi ob eã legem statuã in meis ædibus posuit.& dncentissimo abhinc uersu.cum de Domo sua loquatur, ita addit: In qua si manet illud nõ monimẽtum urbis, sed sepulchrum,inimico nomine inscriptum,demigrandum potius aliquo est quã habitandum in ea urbe,in qua trophæa,& de me,& de rep.cõstituta uideam.hæc Cic. Ceterum Cic.domus cum M.Flacci, qui cum C. Graccho contra remp.fecerat,cuiusq; domum Senatus euertẽdam cẽsuerat, atq; in ea Q.Catulus porticum aliquãto post ex Cimbricis manubiis fecerat,cõiuncta esset,totã.s.porticum Catuli deleuit,& eã cum

Recepti tii serui

Noui honores cęlari decreti.

Bona Dea

Clodius absolutus

M.Cic.domo cõiunxit,& in ea libertatis simulachrũ Tanagrǽ
videlicet cuiusdã meretricis locauit.Cic.in eadem oratione.At
unde inuẽta est ista libertas?quæsiui enim diligẽter.[Tanagræa
quædã meretrix fuisse dicitur, eius nõ longe a Tanagris simula
crum è marmore in sepulchro positum fuit. Atque hoc totum
est,quod dicit hoc in loco Cic.domum suã non suum monimẽ-
tum fuisse,sed senatus.cum.s.senatus ex ǽrario data pecunia,do
mum inædificandam Cic.cẽsuit. In cuius tñ parte simulacrũ po
situm uidetur permansisse literis in scriptis,quæ à Clodio liberta
tem restitutam post Cic. expulsum,posteritati significaret. Cic.
cum alibi, tum in Pisoniana oratione,totam hanc rem cõplexus
est in hæc uerba:Me cõsequentibus diebus in ea ipsa domo,qua
tu me expuleras,quã incenderas,Pontifices, Cos. Collocarunt,
mihiq;[quod antea nemini] pecuniam publicam ad ædificandã
domum censuerunt.& ad Att.lib.4 Superficiem ædium Coss.de
consilii sententia æstimarũt uicies.cetera in re ualde liberaliter:
Atque ex iis,quæ recitata paulo uberius à me sunt,constare iam
cuiuis arbitror, quid Cic.in hac parte uoluerit,cum alioquin ha
ctenus inuoluta essent omnia [Q.Metello]De hoc in oratione,
qua populo gratias egit de Reditu suo: Non ut pro Q. Metello
clarissimo uiro iam spectata ætate filius,non L.Dalmaticus con
sularis summa auctoritate uir,nõ Q. Metellus cẽsorius,non co-
rũ libri.non Q.Metellus nepos,qui tum consulatũ petebat. Fuit
aũt familia Metellorũ Romæ adeo popularis,ut Neuius Poeta
carmẽ in illos tale factitarit: Saturnũ, Facto fiũt Metelli Romǽ
consules.quod cum iniquius accepissent,tanq̃ fortunǽ,nõ eorũ
uirtuti tributæ dignitatis uiderẽtur, eodẽ carminis genere rñde
runt.Dabunt malum Metelli Neuio poetæ [M.Scaurum]Sena-
tus hic princeps quamuis patre,qui carbonariam exercuerat,na-
tus summæ prudentiæ,& grauitatis habitus uir.Variis tamẽ pro
cellis sǽpius agitatus,nam & auaritiæ insimulatus est,cum lega-
tus inter decem ad Iugurthã missus,esset,& ambitus a Rutilio in
cõsulatus petitione competitore reus actus,qui absolutus,Ruti-
lium in iudicium uocauit. Verum hic Cic. neutrũ horũ [ut opi-
nor) intellexit,sed id tẽpus Scauri innuit, cum Q. Seruilius Cæ-
pio Scaurũ obligationis Asiaticæ inuidia,& aduersus leges pecu
niarũ,captarum reum fecit repetundarũ lege quã tulit Seruilius
Glaucia.Quo tpe Scaurus tanta animi magnitudini fuit, ut Cæ-
pionẽ accusatorẽ suum detulerit,& inquisitionis breuiori spatio
accepto effecerit,ut prior causam Cæpio diceret.sed & nõ multo
post eisdem Cǽpionis insidiis petitus lege Varia,in iudiciũ uoca
tus uenit,q̃ Varius Hispanus tulerat, ut quæreretur de iis,quorũ
opera Italiæ populi rebellassent,sperãs quæstionẽ opprimendi
Scauri sese habiturũ. Quare accersitus per uiatorem ad Varium
72 annos natus morbo adhuc grauis,sic apud iudices egit: Q.
Varius Hispanus M. Scaurum principẽ senatus socius in arma
ait cõcitasse M.Scaurus princeps senatus negat. Testis nemo est
Vtri Vos Quirities cõuenit credere?Cic. Asconius, Valerius. Pli.
[Quibus l.]Eam.s.intelligi uult,quam adhiberi iudiciis solitam.
postea Pomp.lege lata sustulit.Idem postea cum Munatiũ Plã-
cum reum laudaturus accessisset,Cato aures obstruxit,nequid cõ
tra legem committeret Plut.Tranquillus, Ne laudatione quidẽ
iudiciali data, Augustus tacitus subsellis sedit.[Ex vlt.ter.) Hispa
nias intellige,ubi præturam tunc tpis gessit Lent.[Repentinam
det.Gab.) Is est,qui collega L. Pisoni a Põp. in consulatu post C.
Cæsarem datus est quos & in cõsulatu acerrima oratione insecta
tus est,& cum ab exilio rediisset,memor sese ipsis prudentib.pa-
tria pulsum,nunq̃ destitit proscindere,tandemq; magnis conati
bus euicit ut Gabinio Syria, Pisoni Macedonia turpiter reuoca-
tis auferentur.Ceterũ Gabinius cum p̃ter alia scelera in prouin-
cia ꝑpetrata,tum uero quod nullo S.C.facto, de Pomp.tm̃ uolũ
tate Ptolemæum restituisset in regnum cũ exercitu,quod per S.
C.cautum fuerat,ne fieret,accusatus est Cic.ad Q.F. vehemẽter
uexatus est Gabinius,& 4 post lib.Gabiniũ tres adhuc factiones
postulat L.Lentulus Flaminis filius,qui iã de maiestate postula-
uit:T.Nero cum bonis subscriptoribus;C. Memmius trib. pl.cũ
L. Capitone.& paulò post,Apud Catonẽ erat diuinatio in Gabi-
nium futura inter Memmium, & T. Neronem,& C. Antonium
in quos R.M.F.putabamus fore, ut Memmio daretur, & si erat
Neronis mira contentio. Quid quæris? bene premitur, nisi no-
ster Pomp.diis hominibusq; inuitis negocium euerteret & alia:
additq; mox,Gab.de ambitu fecit reum P.Sylla,subscribẽte pri-
uigno Memmio Cæcilio Syllæ filio contradixit L. Torquatus,
omnibusq; libentibus non obtinuit.Eum tamen Cic.absolutum
scribit,graui admodum iudicum fama,& Lent.accusatoris igno
minia.liberatus tñ dictaturæ Pomp.rumore, 22. sententiis con-
demnatus est,cum 70.tulisset, ut affirmet Gab. absolutionẽ legẽ
impunitatis esse. Appian.tñ facit Gab. accusatũ & cõdemnatũ,
qm̃ regem restituisset,ut non possim non mirari,nisi absolutum
fortasse aliis criminib.dicas, condemnatum maiestatis : Cũ hoc
tandem Cicer.in gratiam rediit contendente maximis precibus
Põp.[Appius in ser.) Verba adeo mendosa sunt,ut ea in integrũ
restitui posse nequaq̃ sperem quæcunq; aũt ad hanc diem exem
plaria uidere mihi licuit, uidi autẽ q̃ plurima,eandem lectionẽ
habẽt.vtcunque tamen sit ea in medium afferamus,q̃ si uerba ip-
sa non emendarint,quid tamẽ Cic.hac in parte sibi uelit,explica
turi sumus. Altius igitur præfabimur de uniuersa comitiorũ ra-
tione,ut locus hic facilior intellectu omnino sit comitia igitur
aut centuriata erant,aut curiata,aut Tributa.centuriæ primis se-
cundis,curiǽ tributis loci,& regionis,unde conuenirent,nomen
dedere.Ne uero in his immorer,quæ uel ab A.G.aut Festo,aut ab
iis, qui nostro seculo aliquid de his scripsere,comitia centuriata
asserimus tum habita,cum sacerdotia, & maiores dignitates de
mandarẽtur à populo.adeo ut si quando dictatorem populus di-
xisset,comitiis centuriatis dictum putem,centuriatis autem co-
mitiis non tãtum magistratus demandari solitos, quod quidam
opinati sunt,sed rogationes quoque ad populũ uideo.Cic.in ora
tione ad populum de reditu suo:Huius cõsilia P.Lentuli senten
tiã,senatus auctoritatem uos secuti,in eo me loco in quo uestris
beneficiis fuerã,iisdem cẽturiis,quibus collocaratis,reposuistis
& ad Senatum : quo die nos comitiis centuriatis, quæ maxime
maiores iusta dici haberiq; uoluerunt,accersiuit in patriã, ut eæ
dem Centuriæ,quæ me consulem fecerant,consulatum meũ cõ
probarẽt.Sed & hac ep. referente coss. comitiis Centuriatis re-
stitutum se testatur.Sed & leges omnes,dummodo ad rẽ miltarẽ
non attinerent, Centuriatis comitiis latas aduerto. unde & Cic.
legẽ Centuriatã in oratione pro lege Agr. dixit, quæ.s. comitiis
Centuriatis lata esset. At uero curia à comitia longe ab his diuer
sis,nam ut Centuriata in demandandis patritiis magistratib. Tri-
buta plebeis instituta sunt sic curiata auspiciorum, & militaris
tm̃ rei gerendæ causa remansere,ut cõsuli,prǽtorive siue cui alij,
cum imperio,si legem curiatã non haberet attingere rẽ militarẽ
non liceret. Atq; hæc quæ dicta à me de re omnium difficilima
Cic.in oratione pro lege Agr.& Liuij testimoniis confirmabun-
tur ille igitur in oratione: Nam Centuriata lex Censorib.fereba
tur,tũ curiata ceteris patriciis magistratib.quæ uerba manifeste
arguunt priscis tpib.Curiatis magistratus patricios designari so
litos,quæ postea auspiciorũ,reiq; militaris tm̃ causa ad speciẽ,
atq; usurpatione uetustatis p 30. lictores cõstituta sint. Et paulò
post idẽ Cic. Nunc quia prima illa Comitia tenetis Cẽturiata,
& tributa.Curiata auspiciorũ causa remãserunt. Hic aũt trib.pl;
quia uidebat ptãtem neminẽ iniussu populi,aut plebis hr̃e posse,
curiatis ea comitiis, q̃uos non finitis,confirmauit Tributa,quæ
erant uestra sustulit.Nam ꝙ nisi curiata lex lata esset,res milita-
ris administrari nõ posset idẽ ostendit.Cic.decimo ab hinc uerũ
Consulib legẽ curiatã ferentib.à trib.pl.sæpe intercessũ est. Hic
trib.pl.lege curiata, quã P R. ferat adimit intercedendi ptãtem.
Atq; hoc cum in eo reprehẽdendum est,ꝙ per trib.pl. tribunitia
ptãs minuitur,tum in eo deridendũ ꝙ consuli,si legẽ curiatã nõ
habet attingere rem militarẽ non licet,huic cũ uetat, intercedẽ-
di ptãtem ẽt si intercessum sit,tñ eandem constituit.In epist. quo
que ad Q.F.3.Appius sine lege curiata confirmat se Lent. nostro
successurum. Liu.uero lib.2.ab V.C.Cum de Volerone loquitur:
Ne uero quidem uiolatis consulib.rogationem tulit ad populũ,
ut plebeis magistratus tributis comitijs crearetur. & paulò post:
Lex silentio perfertur, tũ primũ tributis comitiis creati tribuni
sunt Illud uelim admonitũ diligentẽ lectorem, frequens esse in
exemplarib.uitium, ubi tribunitia comitio pro tributis legatur.
Sed redeo ad rẽ de curitis comitiis,quorum causa hæc oĩs insti-
tuta oratio sit.Liu.igitur 9. ab V.C.de his in hæc uerba.Papyrius
D.Iuniũ Bubulcũ magistrum equitum dixit,atq; ei legẽ curiatã
de imperio ferenti,triste omen diem diffidit(sic.n.scribere, q̃ qđ
omnia hñt exemplaria,Diffudit,malo) ꝙ faucia cura fuit princi
pum duab.insignibus cladibus captæ urbis,& Caudinæ pacis,ꝙ
utroq; anno eiusdẽ curiæ fuerat principium.Macer.Licinius ter-
tia ea clade,q̃ ad cremetã accepta est abominandam eã Curiam
facit.dictator postero die auspiciis repetitis pertulit legẽ. Idem
in v.ubi de Camilli restitutione,hæc de curiatis comitiis & lege
addit.Accepto inde senatus decreto,ut & comitiis curiatis reuo-
catis uideretur,& paulò post:Nõ prius profectum ab Ardea, qui
comperit legẽ latã, ꝙ nec iniussu populi mutari finibus posset,
nec nisi dictator dictus auspicia in exercitu habere lex curiata la
ta est.Sed & 6.ab V.C Camilli uerba sunt hæc : comitia curiata,
quæ rem militarem continent,comitia centuriata quibus consu
les tribunosq; militares creatis ubi auspicato,nisi ubi assolet,fie
ri possunt? Quibus testimoniis facile adducor, ut sensum corru-
ptissimorũ alioqui uerborũ hũc esse putẽ,ꝙ Appius,qui ex S. C.
prouinciam Ciliciam nominatim haberet, ex quo poterat rem
milita-

militarē administrare, & sine lege curiata, qn̄. S. Conſ. imperiū obtineret, prædicabat ubiq; ꝙ ſi lex curiata ferret inter ſe, & collegam, ſortiri prouinciā uellet, ſin curiata lex non ferretur, uelle ſe, puinciā, quam S. C. teneret, non iā ſortiri, ſed paciſci cū collega, ut. ſ. ille omnino Cilicia prouincia cederet, quam ipſe p Senatum haberet certam, ne in aleam illā uocaret. Quod igitur dicit, ſi Coſs. legem curiatā ferre liceret, id intelligit, ſi trib. pl. nō interceſſiſſent, qn̄ illi ſæpe, ut Cic. oſtendimus teſtimonio, intercederēt, ne cupidus uidelicet, q̄ ē Rep. eſſet, ij, qui prouincias peterent, rem militarem adminiſtrarent. Cū uero dicit: cōſuli ferre opus eſſe, ſed nō eſſe neceſſe, id dicit alius quidem cōſulibus, quicunque rem militarem attingere uellent, nō licet id prius q̄ lex curiata, plata eēt, ſed neceſſe minime eſſe, qn̄ Senatus illi nominatim cū imperio prouinciam cenſuiſſet, qd̄ ille ita interpretabatur, ac ſi per S. C. demandata ſibi prouincia, rē militarem poſſit attingere, & ſine curiata lege, qua res militaris demandari ſemper ſit ſolita, ut ſi ita legas, & ordines, non inepte (quantū ego coniicio) rem percipias. Appius in ſermonibus antea dictitabat, poſtea dixit etiā in ſenatu palàm, ſeſe, ſi licitum eſſet conſuli legem curiatam ferre ſortiturum eſſe cum collega prouinciam, ſi curiata lex non eſſet, ſe pacturum cum collega, tibiq; ſucceſſurū, legēq; curiatam conſuli ferre opus eſſe nō eſſe neceſſe ſe. qm̄ ex S. C. prouinciam haberet. Quæ tamen omnia non iudicātis, ſed æſtimantis eſſe hominis uolo. Illud non parū me perturbat, quod legitur lege Cornelia imperium habiturum, ꝙ in vrbē introiſſet. nā, ut ſciam, quid Cornelia ſit lex, de qua copioſius alijs à me libris diſſeretur, & quantum ualeat introire in urbem non neſciam, tn̄ non tm̄ elaborare potui, ut ſuperioribus adglutinare ſatis commode potuerim, niſi quoad in urbem, pro quo legas, ut Appius extra urbem uideatur tunc fuiſſe, qn̄ qui cum imperio eſſet, urbem introire non poſſet. Quæ ex re admonemur, cum multa nos, quæ alij hactenus non adnotarint, de tota hac comitiali rōne in medium protulerimus, quæ alijs militarē uiam pręmonſtrent, nō tortuoſas ſemitas, homines tn̄ nos eſſe, quibus omnia ſcire nequaq̄ liceat. Conferat igitur diligentius candidus Lector hæc noſtratia, inueniet (ni fallor) multos multorum errores, negligentiam etiam deprehendet, ut ſępe dormire his ſatius fuerit quam hæc tam ſomniculoſa memorię mandare. Nos uero primi (vt opinor) Centuriatis comitijs leges quoque ferri, nos tributis plebeios magiſtratus demandari, nos. quid Tributa à Curiatis differt, quæ alii magno errore eadem eſſe putarunt, nos curiatis comitijs, & legib. rem militarem tamen, & auſpicia pcurata retexuimus. Verum de his ſatis [Scis quā grauiter inimici illi ipſi fuerint Q. Scæ] Tres Scæuolas. Q. pnomine fuiſſe inuenio. Primū eum, quē augurē Cic. libello de Amic. & de Cl. Or. dicit, ſocerū C. Fannii, & Lælij. Alterum Pont. Max. quem longe pręſtantiſſimum ciuem, & ingenio, & induſtria fuiſſe conſtat, quique adeo coniuncte cum Lent. Craſſo uiro conſulari, & cēſorio uixerit, ut præter Tribunatum, quem anno poſtq̄ Craſſ. geſſit, & cenſuram, quam nemo utique Scæuolarum petiit, omnes cum Craſſo geſſerit magiſtratus. Tertium uero & ipſum augurem dictum, qui peritiſſimus iuris. idēq; percomis eſt habitus aliquanto poſt Scęuolam Pontificem. Verum hic de Q. Mutio Scæuola Pontifice intelligendum arbitror, qui in lib. 1. Cic. de Or. diſputat, quiq; iuriſconſultorum diſertiſſimus eſt habitus. Tametſi ipſe in Sceuolis nullā admodum fuiſſe eloquentiā fateatur. Hic uerò poſt cōſulatū Aſiā proconſule rexit, ea integritate, & innocentia, ut puīncia decedenti qdā feſta totius Aſiæ populi in eius honorē cōſtituerint, q̄ Mutia dicerētur: Aſcō. ut inde Cic. in 3. in Ver. actione inuidioſiſſime dixerit, Vt ad Mutii innocentiam referatur. Hic deniq; cū partes foueret Syllanas à Cic. Marii filio in Veſtibulo ędis Veſtę occiſus eſt. Florus. De hoc, opinor, intellexit Ci. in ep. didaſcalica ad Q. F. his uerbis: Nā Græci ſic te uiuētem intuebūtur, ut quendā ex annalium memoria, ut etiam de cęlo diuinum hoīem eſſe in prouinciam delapſum putē. Pomponius quoq; de Origine iuris primum hunc ius ciuile conſtituiſſe tradit, generatim in libros, decē & octo redigendo. Cuius poſtea fuere diſcipuli ſanè q̄ multi celebres, Aquilius, Gallus, Lucilius, Balbus, S. Sulpicii pceptor. Illud uelim diligētē admonuiſſe lectorē, in Pōponio, ſi Cic potius credas, ea in parte ubi de Iuriſ. agit, magnū errorem depręhendi memoriolæ. ſ. vbi L. Craſſum nominat, quē Cic. P. prænomini in lib. de Clar. Or. fuiſſe ſcribit, qui frater fuerit P. Scæuolæ Q. Scæuolæ auguris patris, tum hunc conſultorū diſertiſſimum putet à Cic. dictum, cum non P. Scæuolam Cic. dicat iuriſc. diſertiſſimum, ſed Q. hic Mutius Scæuolā, de quo hac in epiſtol. parte, quo longe melius ex monimentis Ciceronianis agnoſcas. Fuere igitur, ut ad ſummam rē totam breui colligam, Scæuolæ duo Publiorum Prænominibus, pdictus Pont. Max. & cōſularis, q̄ P. vero Scæuolā, Q. Mutium filios reliquit, Craſſum Mutianum dictum: P. uero Scęuolam, Q. Scæuolæ patrem fuiſſe. cum uero is in ſuo proconſulatu publicanorum offendiſſet ordinē, qui potentiſſimus erat, negocium illi poſtea reuerſo exhibuere non minimum. quod & hoc in loco tāgēs, ab exemplo admonet Lent. ut publicanorum ordini ſeſe omnino reconciliet.

ARGVMENTVM.

Quia Valerium, qui in Cilicia ſe iuriſconſultum dictabat, iuriſcōſultum ſalutauit carpens tacite eundē ob arrogantiā, dicit ſe hoc illi gratificari. i. eo ut gratum faceret ſcribere, non pro merito ſed audacia illius, deinde monet in urbem reuertatur, non in Apulium, patriam ſuā, quo ſi redierit, à nemine ſuorum agnoſcetur, quod & Vlyſſi accidit, qui a Telegono filio per imprudentiam eſt occiſus.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Iocus quidam in Valerium, ſed urbanus, qui q. aculeum in animo Valerij relinquat, ſed is tamen figuratus ab aliorum teſtimonio, ne nouas cauſas contumeliæ excitet.

M. CIC. S. D. L. VALERIO IVRISC. 10

CVR enim tibi hoc non gratificer, neſcio, præſertim cum his temporibus audacia pro ſapientia liceat uti Lentulo noſtro egi per literas tuo nomine gratias diligenter, ſed tu uelim deſinas iam noſtris literis uti, & nos aliquando reuiſas, & ibi malis eſſe, ubi aliquo numero ſis, quam iſtic, ubi ſolus ſapere uideare. quamquam qui iſtinc, nunc ueniunt, partim te ſuperbum eſſe dicunt, quòd nihil reſpondeas, partim contumelioſum, quòd male reſpondeas. ſed iam cupio tecum coram iocari. quare fac, ut quam primum uenias, neque in † Apuliam tuam † accedas, ut poſſimus ſaluum te ueniſſe gaudere. nam illo ſi ueneris† tanquam Vlyſſes cognoſces tuorum neminem. Vale.

† alias, Str. lib. 6. concedis. † alias, ex Plauto ſumpta. HVB.

CVR *enim*] Hæc epiſt. non ſcribitur ad P. Lent. ad quem ſuperiores, ſed ad L. Valerium, qui ſe iuriſconſ. profitebatur, & appellari gaudebat. Itaq; in hac epiſt. eum irridet Cic. & deinde hortatur, ut tandem Romam reuertatur, ne toties literas ab amicis expectet, & malit eſſe Romæ, ubi multi alii ſunt iuriſconſulti, quam in Cilicia, ubi ſolus ſapere uideatur. Deinde quāuis cum eo iocari uideatur, tamen eum arrogantiæ carpit. [Cur. n.] Quidam dicunt deeſſe principium huic epiſtolæ, quia, enim, particula non cōueniat principio orationis, ſed non aduertunt principium epiſtolæ iunctum eſſe cum fine tituli epiſtolæ. nam cum dicit. M. T. C. S. D. L. Valerio iuriſc. ſubdit [Cur enim tibi hoc non gratificer, neſcio] hoc eſt neſcio, cur in hoc tibi non morem geram, ut te iuriſconſultum appellem. [Gratificer] Gratū faciā, quia ſcio te hoc nomine delectari. [Audacia] Quia hic Valerius vſurpat ſibi nomen iuriſconſ. cum tamen haberet paruam cognitionem legum, ut ipſe Cic. lib. 3. ad Appium L. Valer. iuriſconſ. ualde tibi commendo. etiam ſi nō eſt iuriſc. melius enim ei cauere uolo, quàm ipſe alijs ſolet. erat autem hic L. Vale. in Cilicia apud Lent. ibique manſit poſt diſceſſum Lent. cum Appio, qui ei ſucceſſerat, ut ex prædictis uerbis Cic. facile cognoſcitur. [Pro ſapiētia] Sicut tu uteris. [Egi gratias] Dixi gratias. [Tuo nomine] Tuis uerbis, tua (ut dicam) parte, quia benemeritus erat Len. de hoc Valerio. [Deſinas] Ceſſes, omittas. [Vti nr̄is literis] uel quas ad te ſcribo, uel ad alios pro te. [Aliquando] Tandem. [Reuiſas] Reuideas, ad uidēdum uenias. [Malis] Potius uelis. [Ibi] Romæ. [Aliquo numero] Similium tui, & eorum, qui ſunt legum periti. [Solus] Quia es inter barbaros, & imperitos. [Quanquam] Nunc Cic. licet uideatur iocari, tamen ſerio carpit eū. [Iſtic] ubi tu es, Hic nam hic ſignificat locum præſentem, ei qui loquitur. [Iſtic] ad eum, qui audit. [Illic] Locum ſignificat abſentem ab utroque, Iſtic eodem modo ſignificant pronomina, hic, iſte, ille, & reliqua Illic omnia aduerbia ab eis deducta quemcunque motum ſignificēt. [Partim,] Ordo eſt, quanquam qui iſtinc ueniunt, ſubaudi eorum. [Partim dicunt] i. Pars dicit, ut declarat A. G. & probat exemplis. [Superbum] Elatum, arrogantem. [Quod nihil reſpōdeas] Superbum enim eſt ſalutātibus, aut petentibus non reſpōdere. [Contumelioſum] Iniurioſum. [Male] inhumane, cum contumelia. [Sed iam] Ne aduertat hæc ſerio dicta, ſtatim intulit, ſed iam. [Coram] Verbis. [Quare] Concluſio [Fac] Modus hortandi potius, quam imperandi. [Quamprimum] Vna eſt dictio compoſita, & ſignificat ualde cito. Cum primum uero duæ partes ſunt, neceſſeque eſt eis adiungere duo uerba. vt illud Virgilius. Cum primum paſti repetent præſepia tauri. Si qua

Quam primum Cū primum

tui Corydonis habet te cura, venito [Apuliam tuam] Vel vnde hic esset oriundus, uel in qua ille diutius, cum aliqua gratia fuisset. Est autem Apulia prouincia Italiæ mari Adriatico contermina, quæ & Iapygia dicta est ab Iapyge Dędali filio, qui eã regionem tenuit usq; ad Daunium. [Saluum] incolumen. s. te uenisse huc nõ in Apuliam. [Illo] Illuc. [Tanquam Vlysses] Qui post lõgos maris errores, cum domum redijsset à suis nõ cognoscebat, quàm eos nõ cognoscebat, ita ꝙ à Thelegono filio, quem ex Circe susceperat, per imprudentiam est interemptus. Soli tamen canes [teste Homero [caudarum adulatione aduentũ domini exceperunt. [Neminẽ] Nullum, & eleganter dictio negatiua locatur in fine orationis, nullus ãt generaliter ad omnia refertur, ut nullus homo, nullus ager, nullus lapis. Nemo uero tãtum ad homines, licet Virgil. dixerit: Turne quod optanti diuum promittere nemo auderet. Nemo enim improprie pro nullus posuit, cũ de deis loqueretur, quod poetæ conceditur, oratori nullo modo.

Apulia Iapygia

Nemo Nullus

ASC.

CVR enim &c.] Ex hac epistola potissimũ conuincitur salutationẽ esse de integritate epistolæ, ad eam. n. respicit principiũ eius. Nam quia Valeriũ quendã arrogantẽ hominẽ per iocũ dixerat iuris. salutãdo sic: & Vale. iurisc. addit, q. d. dixit iuris. nescio. n. cur nõ gratificer. i. in gratiã tuã faciã, aut dicã hoc. i. te iurisc. saltẽ, p̃sertim cũ liceat uti his tp̃ibus. i. tã corruptis audacia ꝓ sapientia. Ego egi diligenter Lẽt. nr̃o. s. amico, gratias, tuo nomine. i. ꝓ te, per literas. sed uelim ut supp. tu desinas iã uti literis nostris, & reuisas. iterũ uisum uenias nos aliqñ. i. tãdẽ, & malis esse ibi. s. Romę, ubi sis aliquo numero. i. precio, quia homines nihili nõ numerãtur, q istic. s. in prouincia, ubi nunc es, ubi uideare solus sapere, q̃q̃. i. tametsi sup. i. qui ueniunt istinc. i. ab eo loco, ubi es dñt partim te esse superbũ, ꝙ nihil rñdeas, partim cõtumeliosum. i. inferre multas contumelias rñdens male. Sed ego cupio iã iocari tecũ corã. i. in præsentia. quare fac, ut uenias quã primũ. i. ualde cito, neq; accedas in Apuliã tuã. s. patriã, ut possimus gaudere te uenisse saluum. Nam si veneris illo. i. in Apuliã, neminẽ tuorũ cognosces, tanq̃. s. esses Vlysses, q post decennale bellũ, & plurium annorum errorem ad suos reuersus, & à nemine agnitus, tandẽ à Thelegono filio est interfectus. Dixi plurium annorum errorem. Nam si Thelegonũ, à quo interfectus est ex Circe sustulerat, necesse est plus quam decem annorũ illi demus errorẽ, aut dicamus longe post reditum ab illo interfectũ. Licet aũt à nemine est cognitus, neminemq; cognosceret, canes tamen, teste Hom. caudarum adulatione aduentum domini exceperunt, quos longæuos fuisse necesse est, si dominum agnouerunt.

PAVL. MAN.

CVR enim tibi hoc non gratificer, nescio] Sensus horum uerborum ex titulo pendet, cum enim ita inscripsisset: VALERIO IVRISCONSVLTO, subiunxit, nam cur te iurisc. nõ appellem, nescio, etiam si iurisconsultus ualde non sis, iocans uidelicet cũ eo familiarius, quod etiã in reliqua epistola facit. & lib. 3. ad Appium scribens, L. Valerium, inquit iurisc. ualde tibi commendo. sed ita ãt. si non est iurisconsultus. Qm̃ aũt sunt, qui huius epistolæ initiũ desiderari potius quã esse hoc qđ legitur existiment, aliud huic simile Cic. exemplũ ex epist. ad Attic. scriptis afferemus. ita igitur lib. 3. M. CICERO S. D. Q. CAECILIO Q. F. POMPONIANO ATTICO. Quod quidem ita esse, & auunculum tuum functum esse officio, uehementissime probo. quorum uerborum sensum hic quoq; ex titulo regi, nemini est obscurũ, dicit. n. se probare ita esse. i. eum, ab auunculo adoptatum. & hęredem factum, appellari, nõ, ut antea, T. Pomponium Atticum, sed [vt in adoptionibus fieri solebat, in quibus ejus, qi adoptabat, & prænomen, & nomen, & cognomẽ, & aliquãdo etiam agnomen ij, qui adoptabantur, sumebant, nomen, quod ante habuerant, ita mutantes, ut in annum desineret, cognomen tñ suum, ut antea fuerat, retinebant, sed post eius cognomẽ ponebant, q adoptatat, si modo id ille habuisset] Q. Cęcilium Q. F. Pomponianũ Atticum. vt nemo iam de epistola ad Valerium dubitare possit. [Partim te superbum esse dicunt, ꝙ nihil rñdeas, partim cõtumeliosum, ꝙ male rñdeas] locus ẽ in his uerbis & abstrusus, & elegãs, vult enim innuere, ideo nihil eum respondere, non ꝙ superbus sit, sed ꝙ aut eum nemo cõsulat, cũ homines bonum iurisconsultum non existiment, aut, si quis consulat, nullum auferat respõsum ob eius inscientiam, ideo autem male respondere, non contumeliosus, sed quòd imperitus, & indoctus. Proprium autem iurisconsul. de iure cõsulẽtibus rñdere.

Io. BA. EGN.

CVR enim tibi hoc non gratificer] Val. Iurisc. irridens hortatur ad domum reuisendam, & suos, ne solus ibi esse uelit, vbi sapiẽs inter insipientes uideatur. Futurum autẽ id plane testatur, ut cũ domum reuiserit, pp tam longam absentiam agnoscat neminẽ. Nihil respondeas. Hoc peculiare iuri consultorum est uerbum, vt dicantur ijs respõdere, qui eos consuluerint, deest illud apud Pomponium de origine iuris, quod ante tpa Augusti ius nõ dabatur à principibus publice rñdendi, sed qui fiduciam studiorũ suorum habebant, consulentibus respondebant, neque responsa utique signata dabant, sed plerunque iudicibus, ipsis scribebant. primus hoc Augustus cauit, ut ex auctoritate sua responderent, quo maior uiri auctoritas accederet. sed Adrianus Imperator, cũ viri prętorij peterent, ut sibi liceret respõdere, rescripsit, Hoc nõ peti, sed præstari solere. & ideo si quis fiduciam sui haberet non se id prohibiturum, quo minus populo responderet. Concessum hoc est Massurio deniq; Sabino à Tiberio principe, qui grandis natu, quinquagenarius uidelicet. in equestrem ordinem receptus est propter scientiæ opinionem.

M. TVLLII CIC.

EPISTOLARVM AD CVRION. ET ALIOS

LIBER SECVNDVS.

ARGVMENTVM.

HÆC epistola prima secundi libri scribitur ad Curionẽ adolescentẽ, de quo magna spes habebatur. Nã ad eloquẽtiã uidebatur natus, et patrẽ, ac auũ oratores optimos exæquare, quẽ uernali lingua Lucan. scripsit, qđ cũ Cæsari aduersaretur, postea corruptus eiusdẽ pecunia, eius factus sit defensor, sana quidẽ mercede. nam cum initio belli ciuilis ad Cæs. confugisset, pro eodem paulo post in Africa cum exercitu occisus est. Nunc autẽ ad eum scr. Cic. cum adhuc in Africa magistratũ gereret, lõge ante bellum ciuile, rñdens accusatoriæ epistolæ, qua Cic. tarditatis in scribendo accusarat, significans accusationem illam ex amore profectam, tametsi immeritam, non ingratam esse, deinde ad uirtutem incendit adolescentem.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Duas partes habet hæc epistola: Prior excusationem, missam officij commendatione proponit, posterior adhortationem, ad gloriam, & laudem subijcit.

M. CICERO C. CVRIONI S. P. D. I

QVANQVAM me nomine negligentiæ suspectum tibi esse doleo, tamen non tam mihi molestum fuit, accusari abs te officium meum, quam iucundũ requiri: præsertim cũ, in quo accusabar, culpa uacarem, in quo autem desiderare te significabas meas literas, præ te fers perspectum mihi quidem. sed tamen dulcem. et optatum amorem tuum. equidem neminem prætermisi, quẽ quidem ad te peruenturum putarem, cui literas non dederim. etenim quis est † tã in scribendo impiger, q̃ ego? à te uero bis, terve ad summũ, & eas perbreues accepi. quare si iniquus es in me iudex: condemnabo eodem ego te crimine. si me id facere noles: te mihi æquum præbere debebis. sed de literis hactenus. non enim uereor, ne non scribendo te expleam, præsertim si in eo genere studium meũ non aspernabere. Ego te abfuisse tã diu a nobis, & doleo, ꝙ carui fructu iucundissimæ consuetudinis tuæ, & lætor, ꝙ absens omnia cum maxima dignitate es consecutus. quodq; ni omnibus tuis reb. meis optatis fortuna † respondet, breue est, quod me tibi præcipere meus incredibilis in te amor cogit. tanta est expectatio uel animi, uel ingenij tui, ut ego te obscrare, obtestariq; non dubitem, sic ad nos † confirmatus reuertare, ut quam expectationem tui concitasti, hanc sustinere, ac tueri possis, & quoniam meam tuorum erga me meritorum memoriam nulla unquam delebit obliuio, te rogo, ut memineris, quantæcunque tibi accessiones fient & fortunæ, & dignitatis, eas te non potuisse consequi, nisi meis puer olim fidelissimis atque amantissimis consilijs paruisses, quare hoc animo in nos esse debebis.

† alias, tam scribendo.

† alias, rñdit

† alias, conformatus

debebis, ut ætas nostra iam ingrauescens, in amore, atque in adolescentia conquiescat tua. Vale.

HVB.

QVANQVAM *me nomine*] Hic Curio ad quem nunc Cic. scribit, Auum, & patrem egregios oratores habuit, & ipse in dicendi facultate clarissimus, quod inter fortunæ exēpla annumerari potest, hic posterior in initijs dissensionum Pōp. & Cæs. tribunus electus est populo acceptissimus. Cęsaris inimicissimus ad dicēdũ paratissimus, quæ postea plurimo ęre alieno oppressum, ut pro se ageret Cęs. facile adegit, auct. App. li. 2. Ante uero hæc tēpora, cum adhuc pene adolescēs magistra tũ gereret in Asia, p literas accusauit Cic. negligētię cōquerēs, ꝙ ab eo nihil literarum acciperet, ad quem Cic. respōdet huiuscemodi accusationem præseferre quendã amorem, cũ ostendat se desiderare officiũ Cic. in scribendo. Excusat tamen se Cic. ꝙ non fuerit negligens, sed plures ad eũ literas scripserit, q̃ ab eo acceperit. Promittitque se post hac sæpius scripturũ. Deinde ostendit in quanta expectatione sit ipse Curio, hortaturque eũ, ut spē de se susceptam sustineat, & tueatur. & ita se gerat, ut ali qñ consolationi esse possit senectuti ipsius Cic. cuius præceptis optime fuerat institutus. [Quanq̃] Sensus est, licet doleã, ꝙ habes me suspectũ negligentię cũ quereris, ꝙ nihil literarũ ad te scripserim, tñ non tã moleste tuli, ꝙ accuses officium meum in scribendo ṕtermissum, q̃ fuit, mihi iucundũ, ꝙ ipsum requisiueris, & desideraueris. [Officium] Debitũ meum, quod pro amicicia tibi pręstare debeo sępe scribendo. [Accusari] Repręhēdi, ꝙ intermittatur. [Reqri] Desiderari à te. [Pręsertim] probatio superioris propositionis. [Cũ uacarē] Cũ carerē, & uacuus essem. [In quo accusabar] i. in eo in quo accusabar, hoc est, in negligētia, quia nulla in me fuit. [Significans [Demonstrans. [Præ te fers.] Ostēdis. aperte iudicas. [Perspectũ, cognitum. [Sed tñ] q d. licet cognoscã me à te amari, tñ mihi dulce est, & obtabile, ut iustũ tuũ amorē ita mihi testificeris exigendo à me literas, & scribē do officiũ. Equidē incipit excusare dicēs se neminē ṕtermisisse, quē putaret ad Curionē uenturũ, cui literas ad eũ non dederit. [Cui literas nō dederim] At te perferendas. Is. n. per quē literæ mittuntur, in datiuo frequētissime ponitur cum hoc uerbo do: Is ad quem mittuntur in accusatiuo cum prępositione ad, ut du cali tabellario literas ad te dedi, neq; est opus addere ṕferēdas, aut aliud simile, qa elegantius intelligitur, qui exprimitur, etiã apud Cic. misi literas ad te, & tibi p proprium tabellarium. [Tã impiger[i. tã prōptus, & est liptote. minus. n. dicit & plus intelligit. [A te uero incipit accusare: ipsum Cur. ꝙ rarius ab eo literas acceperit, quã ad ipsum dederit

Ad summum
Ad summam

[Ad summũ] ꝙ dicimus ad plus. Et inter est utrũ ad summũ dicas. Ad summũ. n. respicit numeri cōprehensionem, ut bis, aut ter ad summũ te uidi. Ad summã, orationis antedictę, aut rei ante memoratę affert conclusionē. Sic Cic. Socratē, Aristotelē, Demosthenē ingenio doctrina & dicēdi elegantia superauit. Ad summã uno Cic. dicendi facultate nemo ṕstãtior inuētus est. Tale est illud Iuuen. Ad summã nō Maurus erat, nec Sarmata, nec Thrax. Qui sũpsit pēnas, me dijs sed natus Athenis [Et eas] ornatus est apud Cic. post substantiuũ ante adiectiuũ addere hoc relatiuũ. Is ea id, nulla tñ necessitate nisi ornatus causa. Vel ēt id eadē idē.

Condēno te crimine & criminis
Præter, iunctũ cũ ablatiuo

[Quare] Conclusio suæ excusationis & acusationis Curionis. [Iniquus] Iniustus, q de me iniq; iudices, falsoq; susceperis, me negligenté esse. [Eo dē crimine] negligentia [Dicimus] aũt condemno te crimine, & criminis Salust in Catil. Præter rerũ capitaliũ condēnatis, ubi ēt notandũ est ṕter iunctum cum ablatiuo [Noles] Non uoles. [Id] ut te negligentiæ accusem. [Aequã] Ne me immerito accuses. [Sed de literis] Quas quereris a me intermissas. [Hactenus] sit dictum [Non uereor] Non dubito. [Ne expleam te[Ne tibi satisfaciam. [Scribendo] Ad te sæpe [Non aspernabere] Non fastidies, non respues. [Studium meum] diligentiam scribēdi. [In eo gñę Literarũ. [Ego] artificiose incipit hortari ipsum Curionem. [Tandiu] Tanto tpe, fuerat. n. fere duos annos in Asia [Et doleo &] Lætor, diuisio est. rem. n. a te semouēs utranque absoluit rõne subiecta, ut patet. [Doleo[Ratio prioris partis [Fructu] uoluptate [Consuetudinis] Conuersationis [Et lætor] Absoluit

Vel

secundam partem [Quod absens] à nobis remotus. [Omnia] laudem, & de te spem optimam. [Breue] Facit docilē ne existimaretur futurus loquatior in principio [Breues] Breuis res, breue qđ dã [Quod] Breue. [Præcipere tibi] Te, docere uel admonere. [Incredibilis] Maximus, ꝙ uix possit credi [Tanta] Præceptum antecedēte ratione. [Expectatio] Spes bona. [Animi tui] Bene a natura instituti partibus honestis, hoc est prudēti, iustitia, fortitudine, & tēperãtia, quæ omnia animi sunt. [Vel] ut diximus supra, uel pro, &, sæpe ponitur, ut hic, nã utrunq; in eo esse uult. [Vel ing.) Ad omnia intelligenda. Est. n. ingenium uis quædam naturalis nobis insita ad intelligēdum. [Obsecrate) per sacra rogare. [Obtestari) Adiuuare, & plus est, q̃ obsecrate, ut patet hic, & apud Horat. lib. 1. epist. Quod te per genium, dextrãque deosque penates. Obsecro, & obtestor uitæ me redde priori. [Nō dubitem] immo audeam [Redeas) Ex Asia. [Confirmatus) Dispositus, & bene institutus. [Tui] De te. [Sustinere] Seruare: [Tueri] Plus est, quàm sustinere, & significat defendere: [Et quoniã[Rogat Cic. Curionē, ut meminerit quidquid fuerit assecutus se nũquã fuisse assecuturum, nisi paruisset ei, cum puer esset sub præceptis, & institutione Cic. [Quantæcũque] Qui magnæ uel etiã quot, nam quantus interdum pro quot legimus apud D. Ambrosium, raro tamen apud historiographos, melior tamen est prior sensus. [Accessiones] Incremēta. [Fortunæ] Conditionis. [Et dignitatis] Amplitudinis. [Puer] Tu, cum esses puer. [Fidelissimis] Fidei plenus. [Et amãs] Plenus amore, q̃ duo, ut supra diximus, in omnibus cōsilijs esse debēt. [Paruisses.] Assensus esses, & re ipsa fecisses. instituerat enim eũ Cic. ut rēp. ante omnia carã haberet, ac defenderet [Quare] Cōclusio exhortationis [In nos] erga nos, quorũ consilijs es multa consecutus. [Ingrauescēs] Senescēs [Conquiescat] Cōsolationē accipiat, & recreetur [In adolescētia tua] Et ingenij, & animi dotibus ornata. Adolescentia aũt apud Cice. etiam pro iuuenta ponitur ubique. sed maxime id perspici potest in Cat. maiore, ubi sic inquit: Quin adolescentia citius senectuti obrepit. & alibi: Atque senex meliore conditione est quam adolescens, & multis alijs in locis. at iuuenta poeticum est.

Ingenium
obsecro

Adolescentia,
Iuuēta

PHIL.

QVANQVAM *me*] App. in Romana hist. diligentissimus: Cur. de quo nunc agimus, singulari eloquentia, graui consilio, & magno animo fuisse ostendit lib. 2. de bello ciuili, & dissentiētibus Cæ. & Pomp. cum Senatu Trib. pl. fuisse cōmemorat, & grauissimas ante bellum ciuile cum Cæs. inimicitias habuisse. Exorto inde paucis post tēporibus inter Cęs. Pomp. bello ciuili, mutato consilio partes Cæs. secutus est, & in Libyam missus à Cæs. contra Varrum, & Iubam imperator appellari uoluit, & pugnãs apud Bragadam fluuium haud longe ab Vtica interfectus est, & ipsi caput abscissum, & Iubæ delatum. Hic est, de quo meminit Hieronymus his uerbis, Curio prōptus, & popularis orator Romæ habetur insignis, q deinceps in Africa pudore amissi exercitus mori maluit, quàm euadere. Et item T. ãq. in uita Cæs. hũc aũt mira quadam necessitudine Cic. cōiunctum fuisse, uel ex eorum literis facile possumus intueri. Is adhuc admodũ adolescēs quæsturam gerebat in Asia, & p literas conquestus est, quãtum coniectura colligimus, Cic. nimis in scribendo negligentē esse. nihilq; ad eum literarum dare. tũc has ad eum literas scribēdas putauit, quibus duo complectitur, in primis purgat obiecta, demonstrans se nō esse in scribendo negligētem, inde ad tutandã opinionem summę uirtutis de se cōcitatam, Curionē uehementer hortatur. Et qm̃, ut diximus, quæstores erant in Asia, primo quid sit quæstura docebimus. A qrenda pecunia publica, maleficiisq; indagãdis, quęstores dicti sunt. Duo primũ, inde plures, tã ex plebe, q ex gente patria cōstituti sunt. Horum aũt triplex est genus, & q publico ęrario, quos ętate nostra camerarios, siue camerlēgos uulgus appellat, & qui maleficiis, dãdisq; iudiciis præsunt, quos maleficiorum iudices hodie nuncupamus. & qui militiæ, senescalchi exercitus uulgo nominãtur. Est ṕfecto antiquissima huius magistratus origo, adeo ꝙ multi à Romuli, & Numæ tpib. institutum existimēt. Verum ego ante Tulliũ Hostilium quęstores fuisse nō inuenio, qui fuit tertius à Romulo. Getendorum præterea bonorum, dicendæq; in Senatu sententiæ principium quæsturam fuisse comperio [Quãq̃ me nomine neglīgētiæ suspectum tibi esse doleo.] Tametsi dolori mihi est, ꝙ in scribendo ad te ipsum, tu me suspicaris negligētem esse. Quãquã, & aliis eiusdē significantiæ dictionibus, ut tametsi. etsi cũ indicatiuo semper principiis orationũ. ita uti debemus, ut non modo Cic. sed alios omnes usos fuisse conspicimus, in rhetoricis. n. sic habet. Et si negociis familiaribꝰ impediti uix satis ocij studio suppeditare possumus. Et in officiis: Quanquã te Marce fili annum, iam audientem Cratippum, idq. Athenis abũdare oportet. Et Terent. Quanq̃ hæc inter nos nuper notitia admodũ est. Nolim tñ existimes, quin ēt in aliis uerborũ modis interdum possis has dictiones apponere. Nam principiis orationum exceptis, quę sibi loca peculiariter asciscunt, cũ aliis modis uti possumus, ut Plin. ad Corn. Priscum. Dedit. n. mihi quantũ maxime potuit, daturus amplius si potuisset. Tametsi, qđ homini dari posset maius q̃ gloria, laus, & æternitas? Eiusdē ēt significationis sunt, licet, & quis, sed non eiusdem naturæ, qm̃ in omnibus locis tam cum indicatiuo, q̃ cum subiunctiuo indifferēter coniungi possunt. [Nomine) appellatione, ꝙ me negligentem appellas. Nomen alii quasi notamen per concisionem dicunt,

Quæstura
Quæstor

Nomen nos græcum putamus ab eo dictum, quod illi νέμω quod est tri-
buo appellatum uolunt. Nulla est enim res, cui non sit nomē ali-
quod attributum. Illumque uere sapientem esse crediderunt, q̄
potuit rebus omnibus nomen ostendere. Omne autem, quod lo-
quimur nomen est, omnesq; partes orationis nomina appellari
possunt, cum prima nominis significantia in rerum omnium ap
pellatione uersetur. Sunt, & aliç complures nominis species, in-
ter quas prænomen, cognomen, & agnomen inuenimus, quæ sic
Prænomen inter se discrepant, prænomē quod antefertur nomini, & id aut
una, aut duabus, aut trib. literis explicatur, ut P. Publius; duabus,
ut Cn. Cneus, tribus, ut Sex Sextus. Id quidem à Sabinis, & Ro-
manis exortum esse percusso fœdere inter eos manifestum est.
Sabini enim Romanorum nomina suis nominibus anteferre cæ
perunt, eodem modo Romani Sabinorum suis, ut maiori bene-
uolentia iungerentur. Cognomen maiorum est à sanguine uel
Cognomen familia deriuatū, ut Iulius à Iulio Ascanio, Cornelius à Corne
liorum familia appellatus. Agnomen tribus modis accipitur, à
Agnomen Fortuna ut Africanus, à corpore, ut Crasso, ab animo, ut Pius Ae
neas, & Tarquinius Superbus [Tamen] Sensus est, non tñ mole-
Tamen ste tuli, ꝙ tu me negligentiæ accusabas, quantum profecto læta-
tus sum, ꝙ dum me ita accusabas, meum scribendi ad te officiū
requirebas. Solent plerique post huiusmodi dictiones, q̄q̄, tam
etsi, quamuis, licet, etsi adiūgere nihilominus pro tñ, barbare fa-
ciunt nō latine, exigunt.n. istę dictiones, ut in oppositum ipsarū
Iocetur tñ. Interdum etiam sine illis apponimus tamen, & tuuc,
aut præ intelligimus q̄q̄, aut idem significat, quod uerum, & sed
cum relatiuo coniunctum ut si sic dicas: Curio uir fuit eloquen-
tissimus, cui tñ eloquentia, Cic. anteponas, quod est idem si dixe
ris, uir fuit eloquentissimus Curio, sed cui Cic. ante ferēdum pu-
tas. Hæc puo, sed tñ: aut, at, & tñ elegantia aliquantulū differunt
latinitate non differunt, & cum alterum eorum sufficeret, cōiun
Sed tñ guntur, ut, Nil mihi rescribas, attamen ipse ueni. Et Cic. Sed ta-
Attamē men dulcem, & optatum amorem tuum, & an eo, quod antiqui
Accuso dicebant tñ, idem dictum est, & tandem, & tñ. [Accusati] Dicat,
Incuso quod uolunt alii nos accusare dicimus tā in redarguēdis, repræ-
A, ab, hendēdisq; uitijs, quam in defendēdis criminibus iudici, uel cē-
abs sori, alijsq; quibuscunq;. Incusare uero in redarguendis morib.
adhibita quadam querela sine relatione ad iudices, & utroq; sic
ad omne genus indifferenter utimur. Terent. Quid me incusas
Clitipho? Et idem: Quam ob causam accuset nescio. Virgil. Ta-
libus incusat. Incuso te iudici, non dicimus, sed accuso te iudici.
[Abs te] Has tres ablatiuas prępositiones, a, ab, abs, si cum literis
collocamus. Abs cum te, ut abs te, & abs Tullio accipimus. Ali-
quando cum qui, ut Terent. Abs quiuis homine beneficium ac-
cipere gratum est, ab uero cum duabus liquidis, ut ab Romulo
Numa Roma nomen accepit, & ab legibus Numa appellatus, cum
Vnde omnibus prætereà dictionibus incipētibus à uocali, ut ab Olym
po Olympiadas dixerunt, cum iota consono, ut ab Ioue princi-
pium. A uero cum ceteris iungitur, ut a Sublica pons Sublicius
Iocūdū dictus est [Iucundum] Nullam ponas differentiam: siue iocun-
Iucūdū dum, siue iucundum dicas, nam o, & u, affinitate iunguntur sine
discrimine, & quodcunque uoluptatem nobis atque lętitiam af
fert, iocundum appellamus. Errant qui pro lætis iocundos uo-
cant. Potest, & Thersites, testis, infelix, & stultus meo Thomæ io
cundus esse, quando ex eius infelicitate, & insania capit uolupta
Lætus tem. Tam, & quam, nō tantum superlatiuis iungi possunt, ut Te
Tanq̄ rent. quam minima spe si tuus erit, tam maxime patris patrem
in leges conficiet suas, quantum etiam comparatiuus, & positi-
uus, ut Vir. Tum magis illa tremens, & tristibus effera flammis.
Specialiter Quā magis effusæ crudescūt sāguine pugnæ: Positiuis uero hoc
loco. [Pręsertim] Præcipue. Caue ne dicas specialiter pro pręser
Præsertim tim, aliud est.n. specialiter, aliud pręsertim, & pcipue, & sic nunc
ponitur, ut quod dictum est, comprobet. [Accusabat] accusabat
Præcipue eum negligentię scribendi. at Cic. dicit se fuisse diligentissimū,
& complures ad eū literas misisse, unde merito se uacare culpa.
Culpa Est aūt culpa error, nec uelim intelligas culpam ꝑ defectu. i. qua
Defect. multi erāt. nam defectus a deficiendo appellatur, quādo deest,
& deficit ut deficiunt libri. ergo defectu librorum literis operā
dare non possum. Iuue. Quod uil salit Arcadico iuueni culpa do
centis. s. arguitur, ꝙ nesciuit ipsum docere, at neglexit, non autē
defectus arguitur, ꝙ defuerit. Nā præsto fuit, & nō docuit. Tūc
defectus argueretur docentis qñ defuisset [Vacarē] Latinius, ac
elegantius, q̄ si dixisset culpa carerē, non enim proprie dicimus,
Careo careo culpa, careo detrimento, tametsi Horat dicat in epist. Stul
Culpa titia caruisse, & Cic. Missmū pręter culpā, ac peccatū, qua semp
Vacare caruisti, & carebis. Est.n. proprie carere quibus indigemus Cic. i
Tusc quæst. Satiatis uero, & expletis iucundius est carere. q̄ frui,
q̄q̄ nō caret is, qui non desiderat. Alias uacare qñ datiuo iungi-
mus, significat operam dare, ut literis uacamus. E contrario cū a

propositionem ablatiuo iungimus, ut a literis uacamus, cessare si
gnificat. [Interdū uacet] Impersonaliter dicimus ꝑ placere, aut
tp̄s uacuum esse. Vir. Et uacet annales nostrorum audire laborū.
[Desiderare] de re absenti, & futura à sidere deductū. Vnde apud Desidero
Liuium legimus. Desiderata sunt decem millia hominū. i. defue
runt [Præ te fers] demonstras, præ me fero dicimus, præ te fers, Præ me fero
præ se fert, & præ se ferunt. In prima uero, ac secunda psona mul
titudinis, nunquam audiuimus neq; legimus. [Perspectum] An-
tea cognitum multis in rebus [Equidem] Excusationis initium Equidē
qui diligens fuerit in scribendo demōstrat, dicitq; neminē prę-
termisisse, quem ad Cur. iturum putaret, quin per eum literas p-
ferendas curaret. Equidem apud Virg. non nisi cum prima perso
na iungitur, ut equidem per littora certos Dimittam, & Haud e-
quidem tali me dignor honore. Apud alios auctores indifferēter
legimus cum omni persona positum. Persius: Per me equidē sint
omnia ꝓtinus alba, & Cic. multis in locis idem facit. [Neminē] Nemo
In utroq; genere usi sunt ueteres. Terent. Vnum hoc scio nemi-
nem hic peperisse. Si quidem hanc distinctionē in fine clausulæ
locare uolemus, ornate dicemus. Cic. illo si ueneris tanq̄ Vlysses
cognosces tuorum neminem. [Prætermisi] Prætermittere est ne- Prætermitto
gligentia, sine ignorantia officium suum non facere. Cic. Quod omitto
a Panætio prætermissum esse miror. Omittere est omnino relin- Remitto
quere. Terent. Omitte mulierem, & Horat. aut spē deponas, aut
partem illius omittas. Remittere, quasi suspendere est, & per ali- Intermitto
quot tempora non exercere. Intermittere uero ex aliqua uacatio
ne ab opere cessare, ut Cic. in Tusc. Retuli me Brute, te hortāte,
maxime ad ea studia, quæ retenta animo, remissa tpibus lōgo in
teruallo intermissa reuocaui. [Cui literas Non d.] qui fert lite-
ras datiuo, ad quē perferuntur in accusatiuo cū ad ꝓpositione
ponimus. Crispus: Vulturno literas ad Catilinā dat. Et qui fert, Qui, ꝓ cui
reddit. Ad quem feruntur, accipit. Scito etiam qui pro cui uete-
res scripsisse & monosyllabum esse Virg. cui pater intactam dede
rat. Sed per diæresim duarū syllabarum interdū apud poetas fie-
ri, vt est illud: Ex ordine fulgens. Cui dat nomen Sinopes, qd car
men sodaticū est, ex duobus ionicis è maiore, & tribus trocheis
Eodem modo huic. vt Statius. Falsus huic pēnas, & cornua sume Huic
re tentæ [A te uero bis] Purgatis obiectis transfert culpam, si qua
culpa est in Cur. Vero multis modis accipitur. Interdum consen Vero
tientis ad uerbiū, alias cōfirmantis aliqd cōuenit ironiæ, ut Vir.
Egregiam uero laudem & spolia ampla refertis. [Adsum] Spe- Ad summum
ctat ad numerum. multi tñ summum hic legunt nomen ꝑ aduer Infandum
bio, ut infandum, & toruum, ut, Nauibus infandum amissis, & tor Toruū
uum in tuētibus hirquis. Sed non placet Dicimus.n. ad summum
qñ ad numerū referimus, ut hoc loco. & alibi pro Milone: unus
aut ad summum duo inimici. sunt, qui Milonis causam nō ꝓba-
rent, Et ad L. Messanum, excepto uno inqt, & ad summū altero.
Quādo uero ad summum dicimus, & in summa ad finem referi-
mus alicuius prædictæ materiæ. Quint. in corpore proiecto. In
summa non recedo. Et Iuuen. Ad summam nō Maurus erit, nec Ad summam
Sarmata, nec Thrax. Qui sumpsit pēnas, mediis, sed natus Athe- In summa
nis. [Etenim] i. nam, est enim caulalis coniunctio. [Per breues]
Valde breues. Maiorem tñ uim habet in compositione prę, quā Etenim
per, nec cum omnibus uocalibus indifferēter coniungi possunt.
Nam præ quædam aspernantur, quædam amant, & contrario p, Præ per
vt ppotens, præcelsus, prælatus, non enim perpotens, percelsus,
perlatus dices. Item pertucundus, pergrauis, perpulcher, perbre-
ues dicimus, præ autem ista non admittunt, [Accepi] Accipere
literas dicimus, recipere literas non dicimus, si Tulliū uolumus
imitari. At Plinius nepos recipere literas dicit frequentissime.
[Quare] Vtriusque partis querelarum cōclusio [Iniquus iudex]
Vt me scribendo negligentē existimes. [Eodem crimine] Ab ea-
dem suspicione negligentiæ. Nam nunc crimen pro suspicione
ponitur, ut Virg. Formidine crimē acerbat, sempérq; odiis, & cri
mine Draces infensus iuueni. [In me] Vt, Quid meus Aeneas in In
te committere tantum, est.n. in tam in te meus, hoc ē erga te, & si ini
quus in me iudex, hoc est contra me, in compositione uero nūc
intentionē habent, ut Teren Quia me immutatum uidet, & in
curuum senem. Nunc diminutionem, ut iniquum, non æquum,
Insanum, non sanū, quod pro ualde sanum, & magnum interdū
accipimus, vt Pers. Insani dicta Catonis. [Sin me id facere noles] Sin
vt te negligentem dicam. [Aequum] Appellando me in scribē- Si
do negligentem. Sin nunquam ponimus nisi pręcesserit si: vt Te Sed
rent. Si illum relinquo, eius uitæ timeo, sin opitulor huius mi- Hactenus
nas. Nec aliter differunt, & sin, q̄ pcedentia, errat qui dicit sin. ꝑ
si non. [Sed de literis hactenus] Non modo poetis, sed oratorib.
interdum dimittere uerbum concessum est, quod pluribus in lo-
cis Cic. factitauit, ut de his alias pluribus, & nūc, de literis hacte
nus, & ibi, hiccine est ille, qui urbem, & quem Senatus. Duobus Vereor
uero

Dubito
Metuo
Timeo
Expleo
Satio

vero modis accipitur ſed, aut diſcretiue, ut nõ modo doctus, ſed apprime eruditus, & inceptiue, ut Terẽt. Sed Pamphilum uideo, pro atq; [Hactenus] Ex hac & tenus, & qđ ſignificat finẽ, dictum eſt, quã dictionẽ diuidit plerunq; tmeſis, ut Virgil. Hac Troiana tenus fuerit fortuna ſecuta, qđ proſa oratio nõ admittit. [Non.n. vereor] Tres plerunq; negationes idẽ ſignificãt qđ duæ, ꝙ ſępiſſime Cic. facere cõſueuit. Huius uerbi natura eſt tã cum negatione, q̃ ſine negatione idẽ efficere, ut uereor ne illũ pater imprudẽtẽ opprimat. Eiuſdẽ nãq; ſunt timeo & metuo, quę uerba differũt à ueteri, hoc.n. filiorum, illa uero ſeruorũ eſſe dicimus. [Expleã] Addam, ſatisfaciã, eloquendi modus per translationẽ, & differt à ſatiari. Hoc ad immodeſtiã, illud ad modeſtiã pertinet. Cic. q̃q; expleri, ac ſatiari nullo modo pñt. [Eo genere] officio ſcribendi. Nõ aſpernabere [Contemnes, aut reſpues. [Studiũ] in ſcribendo diligentiã. Ego te, abfuiſſe] Aggreditur ſecundã partẽ, quã diximus, & artificioſa exhortatione effuſus, & primo collegit ab eo beneuolẽtiam, quod tametſi exordium ſit, poſſumus tñ per totũ corpus orationis ſeruare. [Tandiu] Nã per duos propemodum annos fuit in Aſia. [Et doleo] Et lętor, δίλημμα, quod Cic. diuiſionẽ appellat, & ſic diffinit. Diuiſio eſt quẽ rem ſemouẽs à re utrãque abſoluit ratione ſubiecta, & eſt ſenſus. Tum doleo, ꝙ frui cõſuetudine tua non potui, tum gaudeo, ꝙ abſens multum nominis, & gloriæ cõſecutus es, & in re tua uotis meis fortuna ſatisfecit. [Abfuiſſe] b, non mutatur in f, differentiæ cã. ne à uerbo adſũ deduci uideatur. [Conſuetudinis] Pro cõuerſatione. Sed tu ne dicas conuerſationem hoc nomen apud Cic. nõ memini me legiſſe, licet alij utantur. [Et lętor] Secũda pars διλήμματος. Lętamur vultu, gaudemus animo [Omnia] Puta laudem, & gloriam, & ſpé apud oẽs de te maximam [Reſpondet] Aſſentitur, ſatisfacit. Vir. Dictus reſpondet cetera matris. Sed reſpondere proprie eſt priorẽ alioqui, dictũ ſanè quaſi ſpõdere.i. uerba fundere [Breue eſt] hortatus ut quam de ſe apud Romanos opinionẽ cõcitarat, eam nõ mõ ſuſtinere, ſed tueri, atq; defendere conaret, & uno uerbo docilẽ facit. Cum ait, breue eſt, breuis res. [Pręcipere, tanq̃ ipſius admonere, & docere [Amor] ad res oẽs referri põt Caritas dumtaxat, ad hoĩes, à χάρις quod eſt gr̃a [Incredibilis] Adeo magnus, ut vix credi poſſit. [Expectatio ẽ] Quaſi. ut ita loquar, reputatio, & bona ſpes. Et animaduertendum miſtã eſſe rõnẽ cum p̃cepto. [Animi] ad intelligendum. Nam aĩus eſt proprie quo ſapimus atque intelligimus quo uirtus, quo ferat error. [Ingenii] ad naturæ ſubtilitatem, & pro natura ingenium dicimus, utrunq; Græci φύσιν appellant [Obſecrare] Obteſtari plus eſt obteſtari, q̃ obſecrare. Sed obſecrare, maiorẽ vim hẽt, q̃ rogare, aut orare, & oratio ſemper debet augeri. Obteſtamur uero quempiam, cum adiuramus eum, quẽ rogamus [Reuertere] ex ꝓuincia redeas, [Cõfirmatus] Virtute inſtitutus. [Tu] De te ipſo. [Concitaſti] commouiſti [Suſtinere à ſurſum & teneo.] Conſeruare [Et qm̃].i qm̃ quoad uixero tua beneficia recordabor, Qm̃ & quia ut plurimũ tenẽt primũ locũ in oratione, niſi poſt ponantur interiectionib. ſiue aduerbiis, & coniunctionibus. [Quantæcunque] ad magnitudinem potius, quàm ad numerũ refertur. [Memoriam] Quę eſt ut ait Cic. firma animi rerum, & uerborum, & diſpoſitionis præceptio. [Te rogo] ut tu etiam meorum in te officiorum. memineris, ac ſi tecum cogites, iſtas te non potuiſſe habere, fortunam, dignitates, & gloriam, niſi tu meis cũ puer eſſes, cõſiliis paruiſſes, & meam fuiſſes doctrinã ſecutus. Ex quo intelligimus Curionem Ciceronis fuiſſe diſcipulũ. [Acceſſiones] Incrementa, & amplificationes. differt.n. acceſſio ab acceſſu, nam acceſſus eſt in aliquem locũ præfectio. Acceſſio aũt eſt amplificatio, & incremẽtum quarumcunque rerum. Hæc aũt duplici ſignificantia uerbi colliguntur à quo deſcendunt, quod eſt accedo. Id enim interdũ ſignificat adire, & appropinquare, ut Teren. Accede ad hunc ignem, iam caleſces plus ſatis, unde acceſſus. Interdũ uero accreſcere, & adiungere: ut, Ædilitati tuæ acceſſit dictatura, hoc eſt adiuncta eſt & increuit, unde acceſſio [Fortunę] Felicitatis, & amplę conditionis, unde fortunas numero multitudinis diuitias núcupamus. [Dignitas] Status [Puer] A teneris annis, hoc ẽt nomine filium Græco more appellamus, ut Virg. Tuq. puerq. tuus. Græci dñt παῖς, vt Hom. αἰδρὸς ἔθιυτοῦ παῖς ἐμμεναι ἀλλὰ θεοῖο. Olim præteriti temporis, ut Terent. Alium nunc cenſes eſſe me, atque olim cum debam. alias futuri: ut, Hunc tu olim cęlo ſpoliis oriẽtis onuſtum Accipies. Aliquando præſentis: ut, Tumidis quod fluctibus olim Tunditur [Conſiliis] Hæc ſunt hominum omnia, conſilium, factum, ſucceſſus, conſilium animi, eſt factum corporis, ſucceſſus fortunæ. Conſilium uero plenum debet eſſe fide, & amore. Ideo adiunxit. [Fideliſſimis, atque amãtiſſimis paruiſſes] Obediuiſſes, & executioni mandaſſes. [Quare] Quaꝓpter quamobrem, in maioribus ſanè cõcluſionib. ergo & igitur in minoribus uti ſolemus. Hoc animo, hoc eſt diſpoſitus erga nos, qui

Diuiſio
Conſuetudo
Conuerſatio
Lætor
Amor
Caritas
Expectatio
Aĩus
Ingenium
obſecro
Suſtineo
Memoria
Acceſſio
Acceſſus
Fortuna
Olim
Quare
Quaꝓp
Quamobrem

bona tibi cõſilia dedimus [Ingraueſcẽs] Cõſeneſcẽs [Adoleſcẽs] Ab adoleſco, quod eſt creſco appellata. In nulla.n. ætate ita creſcunt corpora, ut in adoleſcentia, quæ ẽt pro iuuẽtute ponitur, cum ætas apud antiquos tripertita fuerit, in pueritiã, adoleſcentiam, & ſenectutem Hic ait Cic. in Cat. maiore Quin adoleſcentia citius ſenectuti obrepit, quàm adoleſcentia pueritiæ.

Ergo
Igitur

QVANQVAM me nomine negligentiæ &c. [Hæc epiſtola prima ſecundi huius libri, ut multæ alię, ſcribitur ad Curionem adoleſcentem magnæ ſpei, nam ad eloquentiã uidebatur natus, patrem atque auum oratores præclaros æquaturus, quem tamen uenali lingua Lucanus cecinit. ꝙ cum in tribunatu, quem geſſit in principio diſſenſionis Cæſaris, & Pompeii à ſenatu, grauis eſſet Cęſ. oppugnator, poſtea in principio belli ciuilis, quod cõtra Pompe. ſuſcepit, grãdi pecunia corruptus, eiuſdem factus eſt defenſor. ſæua quidem mercede, nam in Africa ad Bragadam contra Varum, & Iubam tanquam Imperator pugnans pro Cæſare, cecidit, eiusque caput ad Iubam allatum eſt. Nunc autem ad eũ ſcribit Cice. cum adhuc quæſturã in Aſia gereret, longe ante bellum ciuile, reſpondens epiſtolæ, quæ tarditatis arguerat, ſignificansque illam accuſationem ſibi nõ moleſtam, eo quòd ex amore ſit profecta, tametſi immeritam. Deinde ad uirtutem cohortatur. Ordo eſt: [Quanquam].i. tametſi ò Curio ego doleo me eſſe ſuſpectum tibi, nomine. i. ratione, aut prætextu negligentiæ, quia non ſcripſerim ad te, tamen non tam.i. non tantopere moleſtum fuit mihi. Officium meum accuſari.i. culpari nomine negligentiæ abs te, q̃.i. quantum, aut quanto periucundũ fuit ſup. officium meum requiri.i. exigi abs te, præſertim, ꝙ vacarem.i. vacuus eſſem, culpa ſupp. eius aut in eo, quo accuſabar. Autem.i. ſed, in quo i. in eo, quòd ſignificas te deſiderare literas meas, præ te fers.i. iudiciis manifeſtis oſtendis, amorem tuum ſup.i. in me, quidem.i. certe perſpectum.i. agnitum mihi, ſed tamen.i. nihilominus, dulcem, & optatum. Equidem.i. certè, aut ego quidem.i. certè neminem pręteriſi, quidem.i. ne mentiar, dico neminem, quem putarem peruẽturum ad te. Cui non dederim literas. Etenim i. nam certe, quis eſt tam impiger.i. diligens, in ſcribendo, quàm.i. quantum ego ſupp. ſum? q.d. nemo, aut perquam rarus. Vero.i. ſed, ego accepi ſupp. literas à te bis, ue, pro uel, ter ad ſummum.i. ut plurimum, & eas perbreues.i. ualde breues. Quare.i. quamobrem.i. ſi tu es iniquus iudex in me, condemnando .ſ. me tarditatis, ego condemnabo te eodem crimine, ſin.i. ſed ſi, tu noles me id facere, tu debebis præbere mihi te æquum .ſ. iudicem. Sed hactenus ſup. ſcripſi de literis, q.d. confidenter. Non.n. uereor ne non i. ut non expleam.i. ſatiem te ſcribendo. Notum eſt cum uerbis timendi, & uerendi idem efficere affirmationẽ, & negationem, ut uereor ne facias, & ut facias, caue facias, caue ne facias, caue ut facias, idem ſunt hic, uereor ne non, & non idem ſibi uolunt, præſertim ſi non aſpernabere ſtudium.i. diligens obſequium meũ, in eo genere .ſ. ſcribendi amico. Ego &.i. ſimul, doleo te abfuiſſe tandiu à nobis, ꝙ.i. quia, carui fructu.i. uoluptate, iucundiſſimæ conſuetudinis tuæ.i. conuerſationis tecũ, &.i. ſimul lętor, ꝙ tu abſens cõſecutus es oĩa .ſ. expectanda cum maxima dignitate, quodque.i. & ꝙ fortuna reſpondet meis optatis.i. uotis, in omnibus rebus tuis. Breue eſt, quod incredibilis amor meus in te cogit me præcipere tibi. Tanta expectatio eſt uel animi.i. uoluntatis, uel ingenii tui.i. intellectus, & induſtriæ tuæ, ut ego nõ dubitem obſecrare.i. per ſacra, ut pote per amicitiã rogare, & obteſtari.i. fidẽ deorũ, & tuã obteſtãdo poſtulare ſup. ut reuertare.i. reuertaris ad nos confirmatus ſic, ut poſſis ſuſtinere.i. exhibere, & tueri. protegere, hanc expectationẽ tui, quam excitaſti.i. ut tantus redeas, quantum te rediturum indoles tua, & cępta ſtudia pollicentur. Et quoniã nulla obliuio delebit unquam memoriam tuorum meritorum erga me, rogo te, ut memineris quantæcunque acceſſiones.i. quantacunque incremẽta, & fortunæ, & dignitatis fient tibi, te nõn potuiſſe cõſequi eas .ſ. acceſſiones, niſi tu puer.i. cum eſſes adhuc puer, paruiſſes.i. obediuiſſes olim, conſiliis meis fideliſſimis, atque amantiſsimis.i. ob amorẽ tui datis [Quare tu debebis eſſe in i. erga nos, hoc.i. huiuſmodi animo ętas noſtra iam ingraueſcens cõquieſcat in amore atque adoleſcentia tua Nihil.i. iucundius eſt ſenibus, ac uidere adoleſcentes, qui optime uolunt uirtuti incumbere.

ASC.

QVODQVE in omnibus tuis rebus meis optatis fortuna reſpondet; breue eſt, quod me tibi præcipere meus in te amor cogit.] His locus antea perperam interpunctus diſtrahebat ſenſum: quem nos, diſtinctionibus immutatis, tanquam in ſuam ſedem reduximus. eſt autem hic, quod ne facere meus in te amor cogit, ut tibi præcipiam; id faciam breuiter: quando omnibus tuis in reb. meis optatis fortuna reſpondet.

PAV. MAN.

ARGVMENTVM.

Significat ſibi dolere mortẽ patris Curionis. Deinde rñdet petitionĩ Curionis.

Curionis, qui petierat significari se Populo R. ludos funebres pro obitu patris exhibiturum, quam rem Cicero cur non fecerit, docet.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Cōsolatoria est epistola. Deinde dissuasio, ut sumptus inutiles in funere patris non faciat, nā in funere parentis ludos edere populo decreuerat Curio, & ut Cicero se absente denunciaret, mandarat.

M. CICERO C. CVRIONI S.P.D. 2

GRaui teste priuatus sum amoris summi erga te mei, patre tuo, clarissimo uiro; qui cum suis laudibus, tum uero te filio superasset omnium fortunam, si ei contigisset, ut te ante uideret, quam è uita † discederet. sed spero nostrum amicitiam non egere testibus. tibi patrimonium dij fortunent. me certe habebis, cui carus æque sis & periucundus, ac fuisti patri. Vale.

† alias, decederet.

HVB.

GRaui teste] Curio ante reditum suum ex Asia in Italiam amiserat patrem suum Romæ, qui optime nosset, quantū Cic. amaret filium suum. Itaque dolet Cic. in hac epistola testimonium amoris sui erga Curionem sibi ereptū, callide tamē confirmat sibi Curionis amicitiam, dicēs se sperare eam nō egere testibus, cum iam debeat esse cōfirmatissima. Postremo pollicetur se Curioni loco patris. [Graui] Fide pleno, magna auctoritate, & existimatione. [Teste amoris mei] Qui optime sciret meum in te amorem, & de eo testis esse posset. [Clarissimo] Multis præclaris rebus gestis spectatissimo [Cū] .i. &, sed ut diximus minus significat, quàm tum. [Suis laudibus] Propter laudes, quas sibi merito comparauit [Tum uero] Et maxime. [Te filio] Propter te filium s. talem tantæ expectationis. [Superasset omnium fortunam] .i. omnium fortunatissimus, & felicissimus fuisset. [Fortunam] Bonam, hoc est felicitatem. nam interdum, & mala intelligitur pro loco, ut apud Virg. 1. Æn.

Cum
Tum
Fortuna

Nunc eadem fortuna uiros tot casibus actos Insequitur

Item in 6.

Quæ fortuna uiros fortuna ue mersit.

[Si ei] Patri tuo. [Contigisset] Euenisset, quasi res felix & optata, Contingunt enim optata. i. si hoc munus, &, ut ita dicam, hāc gratiā a Deo obtinuisset. [Vt ante] Felicitatis. n. existimatur, aut mori inter nostros, aut saltē, eos, qui sunt nobis carissimi, posse ante mortem nostrā uidere. Vnde queritur Ariadne apud Ouid.

Contingunt optata

Ergo ego nec matris lacrymas moritura uidebo:

Nec mea qui digitis lumina condat, erit.

(Testibus) quia satis puto eam tibi perspectam, egent. n. testibus quæ sunt dubia & obscura. [Tib.] optanti felicitatem [Patrimonium] Rem à patre relictam, [Fortunent] Secundent [Cui] Mihi. [Æque] Tam. [Ac] quam. [Carus, & iucundus] Cari dicuntur, quos in precio habemus, vtpote qui aliqua necessitudine nobis sunt coniuncti, ut filij, parentes, fratres. Iucundi, qui aut uirtutibus, aut morū suauitate nobis sunt uoluptati, & qm̄ aliquis potest esse carus nō iucūdus, ideo solent hæc duo iungi: ut apud Iuuena. Iucundum, & carum sterilis facit uxor amicum. Et multis in locis apud Cic. & præcipue ostendit lib. 2. de Fin. bon. & malorum his uerbis: Nam diligi, & carum esse iucundum est. i. est uoluptati, nam eo in loco de uoluptate loquitur.

Patrimoniū
Charus
Iucundus

PHIL.

GRAVI teste] Aliud scribendi genus est epistolarū, aliud orōnū publicarū, & forensiū. In his. n. ut negocia ueniunt, ita ēt aut sine arte, aut cū artificio exponuntur, in orationib. aūt semper vti artificio solemus, reddit hic eū de morte patris certiorē. cuius obitu se dolere ostendit, q̄ grauissimū testē amiserat amoris, quo ipsum Curionē complectebatur. Verū se sperare cōmemorat, suam in eū amicitiā tantā esse, ut nullis egere testib. uideat, & se illum loco filij habiturū pollicetur. Patri uero etiā nomen erat Curioni. Fuit & alius eodē noīe appellatus. eadēq; disciplina insignis, eadem & familia, & domo oriundus [Graui] Seuero, & magno, cui maxima erat fides adhibenda. [Sum] Inquit, ego priuatus ò Curio patre tuo uiro clarissimo, qui testis erat amoris summi erga te mei, obiuit. n. mortis diē. Testimoniorū uero duo sunt gn̄a, manifestū, & cęcū. Manifestū est cū, certos testes, & pręsentes habemus. Cęcū uero cū multitudinem, aut ciuitatem nō ignorare dicimus, ut Cic. p̄ lege Manil. testis est tota Sicilia. In cęco ēt iusiurādū & tabulę, & absentes psonę adhibent. [Clarissimo] Rbus, & eloquētia illustriss. Cū, & tū, ita ponūtur, ut cū pcedat, tū sequat. & cū aliquid gn̄ale, tū aliquid spāle cōplectat, & plus significat tū, q̄ cum. Adde q̄ exigūt ut semper indicatiuo iungātur, nisi ambæ sub eodē uerbo claudātur, ut nūc uidemus. Et Quint. Quod cū omnib. confitendū est, tū nobis pręcipue, qui rōne dicēdi a bono uiro nō separamur. [Suis] Proprijs, ut sūt hic ēt sua pmia laudis. Laudatio est orō, q̄ alicuius laudē amplectit, ta laus continetur, laudatio continet. [Te filio) Cum suo pondere dixit te, hoc est tali tantaq; uirtute prædito. [Fortuna) Felicitatem. [Contigisset) Contingunt bona, & optata, accidunt mala, & insperata, sed ista apud auctores confunduntur. [Ante uideret) Mori enim, inter suos fortunatum putant, & mortem minus grauem. Hinc Aeneas. O terque quaterque beati. Queis ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis Contigit oppetere. Et Ariadne: Nec matris, inquit, lacrymas moritura uidebo, Hæc mea qui digitis lumina condat, erit. Ante, & post habēt uim quādam comparatiui tam in sensu, qui in constructione [E uita discederet) Moreretur. In eadem significatione migrare, decedere, excedere dicimus, sed necesse est addamus appositum ex uita, vt Cic. antequam ex hac uita migro, sine apposito non satis intelligam migrare pro mori. Sic excedere cum apposito dicendum, ut idem Cic. Meditatione adeundi sui muneris excessit è uita. Decedere uero sine appositione uitæ, pro mori etiam sumemus, vt decessit, hoc est mortuus est. [Spero] Idem est, quod credo. Mart. Spero me assecutum esse tale temperamentum. Et Quint. Innocentiam puellæ satis, ut spero, defendimus. [Testibus) Illa dicūtur testibus egere, quæ sunt ambigua, sed amicitia nostra non est ambigua. [Patrimonium) Quod possidemus a patre relictum, nō tamen matrimonium, pro eo, quod est a matre relictum, sed pro maritali tæda dicimus [Dij) Quasi optantis. [Fortunent) Secundent. [Certe) Affirmantis est, vt alibi Cic. Certe contra Cæs. ingressus est armatus. [Aeque ac) Hoc est sic ut, uel tam, & quā, eodem modo æque, & atque, ut Brutus ad Cic. Hoc ego ad meū officium priuatarum rerum ęque atque ullam aliam rem pertinere arbitror. & Terent. Atque miser atque ego [Charus) Gratia, & amore coniunctus, unde charitas. & aspiratur. At pro penuria caritas, & carus sine aspiratione à carendo appellantur, quo uerbo Terent. etiam est usus. vt, Tum annona cara est Consuetudo tamē usurpauit, ut sine aspiratione carum progratum etiam scribamus, sicut cetera multa, ut fama, fuga, & quoniā unum ex his sine altero esse non potest, ideo recte iunguntur, ut Iuuen. Iucundum, & carum sterilis facit uxor amicum.

Testimoniorū duo genera
Cum
Tum
Laudatio

Laudatio
Laus
Contingūt bona
Accidūnt mala
Ante
post
Discedo
Migro
Decedo
Patrimoniū
Matrimoniū
Certe
Aeque
atque
Carus
Caritas
Iucundus

ASC.

Graui teste, &c.] Significat sibi dolori esse mortem patris Curionis oratoris clarissimi, & uiri grauissimi. Ordo est. Ego, inquit Ci. priuatus sum graui teste summi amoris mei. i. de summo amore meo erga te, uidelicet patre tuo uiro clarissimo, qui s. patet tuus conscius amoris in te mei, & ita optimus testis cum sup. superauit fortunam omnium, laudibus suis. i. sibi proprijs, tum uero superasset te filio. i. eo, quod habuisset te filium si contigisset. i. cum difficultate quadam datum fuisset ei à dijs, aut satis ut uidelicet te. s. reuersum è prouincia. nam aliter sępe, & diu uiderat, antequam discederet è uita. Sed spero amicitiam nostrā nō egere testibus. Dij fortunent. i. secundent, & prosperum faciant tibi patrimonium. i. quod derelictum est a patre. tu certe habebis me cui sis ęque carus, & periucundus, ac. i. sicut fuisti patri.

M. CIC. C. CVRIONI S. P. D. 3

RVpæ † studium non defuit declarandorum munerum tuo nomine, sed nec mihi placuit, nec cuiquam tuorū, quidquam te absente fieri, quod tibi, cum uenisses, non esset integrum. meam quidem sententiam aut scribam ad te postea pluribus, aut, ne ad eam meditere, imparatum te offendam. coramq; contra istam tuā rationem, meam dicam; ut aut te in meam sententiam adducam; aut certe testatum apud animum tuum relinquam quid senserim: ut, si quando, quod nolim, displicere tibi tuum consilium cœperit, possis meum recordari. breui tamen sic habeto: in eum statum temporū tuū reditum incidere, ut ijs bonis, quæ tibi natura, studio, fortuna data sunt, facilius omnia, quæ sunt in republ. amplissima, consequi possis, quàm muneribus; quorum neque facultatē quisquā admiratur; (est enim copiarum non uirtutis) neq; quisquam est, quin satietate iam defessus sit. Sed aliter, atq; ostēderam, facio, qui ingredior ad explicandam rationem sententiæ meæ. quare omnē hanc disputationem in aduentum tuū differo. Summa scito in expectatione te esse, eaq; à te expectari, quæ a summa uirtute, summoq; ingenio expectanda sunt. ad quæ si es, ut debes, paratus, quod ita esse confido, plurimis, maximisq; muneribus, & nos amicos, & ciues tuos uniuersos, & remp. afficies. illud profecto cognosces, mihi te neque cariorem, neque iucundiorem esse quenquam. Vale.

† alias, Nempe.

NEM-

HVB. NEMPE] Audito nuncio de obitu paterno Curio, ut eum
meritis honoribus prosequeretur, instituit ludos gladiato-
rios edere P.R. ut hac liberalitate P.R. fauorem, & gratiā sibi cō-
ciliaret, qm̄ in funeribus clarorū uirū spectacula edi solebaut, &
in primis ludi circenses, & gladiatorij. Sed cū abesset ipse Curio,
id negociū dederat Cic. & quibusdam alijs amicis, vt populo de-
nūciarent ea munera noie Cur. quæ esset editurus, cū uenisset, qđ
se diligenter fecisse rescribit Cic. sed tñ non placuisse sibi, ut ip-
se Curio ante aduentū suū amicis declarasset se facturū eos lu-
dos, maluisset. n. eū reseruare hāc declarationē usq; ad aduentū
suū. ut cum uenisset, fuisset in eius potestate, an uellet facere nec
ne, & huius sniæ suæ rōnem dicit se scripturū pluribus. Ad aduē
tum eius reseruaturū, ut ei corā eā exponat, & tñ ei dicit fuisse
melius facturū, si alia ratione fauorē populi sibi conciliandū pu
tasset. Postremo ostendit quantū onus sustineat satisfaciendi ex
pectationi hominū, quæ de eo est maxima, cui satisfaceret, & di
cit illud fore munus, & maximum, & grauissimum, & ipsi Cic. &
Nempè ciuibus suis. & uniuersæ reip. [Nēpè] Legendū est nēpe s. non nu
Studiū. per, & certe [Studium] Non placet, vt hic pro uoluntate ponatur,
sed pro diligentia, quia non dicit se uoluisse hoc fieri, sed tñ di-
ligēter fecisse. Declarandorū] Denunciandorū P.R. [Tuo noie]
Tuis verbis. [Munerū] Ludorū, quæ esset editurus funere pater
no, cū primum ad urbē uenisses, nec intelligamus ea dona fuis-
se quæ ciuibus distribui suo nomine iussisset Curio, quia non di
xisset declarandorum, neque. n. declarantur dona priusquam dē-
tur. Deinde ostendit contrarium locus sequens cum dixit, nec
quisquā est, quin iā satietate defessus sit, neq;. n. fatigatio aut sa-
tietas donorū quēquā capit [Sed ne] Quanquā dicit se diligēter
declarasse populo, qđ Curio esset editurus hæc munera, tñ dicit
nec sibi nec cuiquā ex propinquis aut amicis Cur. placuisse hoc,
ut aliquid fieret in eius absentia, quod postea non esset in eius
potestate cum uenisset [Te absente) Ab urbe [Fieri) A nobis in
declaratione horū munerū. [Integrū) In tua potestate, vt posses
tuo arbitrio commutare, nā, quod semel declarauimus nos esse
facturos, non est nobis integrum, hoc est non est in potestate nō
facere, quia turpe omnino est uiro claro id nō pręstare, quod se-
mel promisit [Cū uenisses) Romā. [Equidē) Dicit se postea scri-
pturū sniam, quare nō placuerit ei hæc munera declarari popu-
lo ante aduentum eius. [Quid sen.) Quæ sit sententia mea. [Po-
stea) Alio tpe, nō nūc. [Pluribus) Subaudi uerbis. [Aut ne.) i. re-
seruabo aduentum tuum, ne interea mediteris aliam obiectionē
ad ea, quę dicam [Ad ea) Contra ea, quę in me dicenda sunt. [Me
ditęre Cogites, prępares. [Offendam;) Inueniam. Imparatum,
Testa- improuisum, non paratum, imprę meditatum. [Coram) Nō lite-
tū, passi ris, sed uerbis [istam). i. tuam [Adducam te in sententiam) .i. per
ue suadebo tibi, quod sentio, traham te in opinionem meā. [Testa-
tū) Apertum, declaratū, &, ut diximus, habet significationē passi
uam. [Vt, si qñ] Quia occurrebat eum posse respondere, ad quid
adduces me in sententiā tuam, postq̄ res acta est, neq, amplius
mihi integra Ideo dicit Cic ut saltem, si tuum consilium cęperit
tibi aliqñ displicere, possis recordari meum cōsilium [Si qñ) ali
qñ. Tuum consilium de declarandis muneribus. [Meum) Quod
tibi olim dederā, antequā declararētur. Debemus. n. intelligere
Cic. consuluisse ante Curioni, ne ederet hęc munera, neq; ēt de
claret ante aduentū suum, ēt si uellet edere, sed Curione ita iubē
te Cicerone diligenter declarasse, cū tñ ei hoc, ut ipse dicit, nō
placuisset [Recordari) In memoriā reducere, quo poterit cogno
scere me tibi fideliter, & amāter cōsuluisse [Quod nolim) Quod
utinā ita non sit, ut tibi displicere incipiat consilium tuū, & est
parēthesis [Breui) Absolute ponitur. i. paucis uerbis. Sic habeto)
Sic existimato [Tuum reditum) Ex Asia. [Incidere) Deuenire.
Bonum [Incurrere in eum statum). i. in talem statum, & conditionē tē-
triplex. porū. [Iis bonis) His munerib. [A natura) Triplicia. n. bona phi
losophi esse uolunt, animi, corporis, & fortunæ. A natura, quę bo
na animi, & corporis ferre solet. Animi bona sunt iustitia, prudē
tia, fortitudo, & tēperantia, q̄ quidē à natura originem hñt, ut uo
luit Cic li. i. Off. bona corporis, uires, dignitas, siue pulchritudo,
agilitas, facundia, & similia, quæ omnia abūde erāt in Curione.
[Studio] Diligentia, ut est eloquentia, cognitio literalium disci
plinarum, quæ studio comparatur. [Fortuna) Fortunę bona, quæ
& externa dnr, sunt honores, diuitiæ, clientelæ, amicitię, affinitates,
tes, & similia, quibus abundabat Curio, quibus omnibus rebus di
cit Cic. eum potuisse facilius consequi omnia, quæ erāt amplissi
ma in rep. q̄ illis muneribus, q̄ erat exhibiturus, quorū satietas
iā multos ceperat, quia à multis quotidie edebātur. [Munerib.]
ludis. [Facultatem, possibilitatē [Nemo admiratur;) Nemo lau-
dat, aut existimat laudabilem. Est. n. facultas muneru. [Copiarū)
Copiæ diuitiarū, & significat ēt exercitum in plurali [Nō uirtute) h. d.
facultas ludorum publice est diuitum, non uirorū bonorum, qui

alia ratione amo em populi sibi parare student. [Quin] qui non. Quin.
[Defectus] Fastiditus. [Satietate] Tædio, quia quotidie non dee-
rant ludi. Sed aliter ostendit ea sibi excidisse, quæ supra dixit de
sententia sua [Aliter] Contra. [Atque]. q̄. [Ostenderam] Propo-
sueram, quia dixeram me postea scripturum pluribus, qui senti-
rem, aut dicturū coram, cum uenisses. [Ingredior] Incipio, pce-
do. [Explicandā] Declarandam. [Omnem] Totam [Disputatio-
nem [De ratione sententiæ meæ [Differo] Reseruo, prorogo. [Ex
[Expectari] Scito. [A summa [. i. ab homine summæ uirtutis. [Sū-
mo ingenio] Ab homine summi ingenii, qualē omnes te existi-
mant [Ad quæ] Quæ à te expectant. [Paratus] dispositus, instru-
ctus, ut ea pręstare possis. [Quod Te esse paratum. [Cōfido;] cer-
tissimus sum. [Plurimis munerib.]. i. ęstimabimur nos plurima
maximaq; munera à te accepisse, & multo plura, & maiora quam
sint ista, quæ es editurus, si satis feceris expectationi, q̄ de te sum-
ma est. [Ciues uniuersos] Omnes usque ad unum.

NEMPE] Agitur de muneribus Curioni per Cice. & cete- PHIL.
ros eius amicos declarandis P.R. Quę in honorem funebrem pa
tris sui Curio celebranda decreuerat, postquā de eius morte sibi
renunciatū fuit, hoc. n. cum ipse non adesset, Cic. negociū dedit,
& quibusdā aliis familiaribus suis. At Cice. suā de his sententiam
omnino non ostendit, sed oēm de ipsis disputationem in reditū
Cur. differre commemorat. In calce uero literarum adiunxit, ma
ximo teneri desiderio P.R. Curionis aduētus, ut eius opera, & au
spicio resp. defendatur. Hoc ad argm̄. Sed quęnā munera fuerint
illa, est hominum diuersa sententia. Nos autē ita sentimus: Mor
tuo Curione, quem huius Curionis patrem fuisse diximus, qua-
dā coniectura colligimus, ut filius tāti nominis adolescēs decre
uisset, ut meriti honores paternis omnibus pstarentur. Et qm̄, ut
scimus, aberat in Asia tunc quæstor, ad Cic literas dedit. ut hmōi
futura munera P.R. declarāda curaret, quæ funebres ludos fuisse
dicimus. & maxime gladiatores, atq; circenses, sed funerū pōpa,
ut uaria, ita ēt maxima apud antiquos fuit. Placet āt quosdā exe
quiarū modos recensere, nec erit ab instituto nostro alienū. Esse De mo-
dones defunctorum funera cantibus psequebant, ossaq; capitū dis exe-
argēto, gēmis, & auro cælata in poculorū usum tenere dicebant. quiarū
Adde, q, ut ait Herod. eorū cadaueribus uescebātur, admixtis pe- apud an
cudum carnibus. Assyrii non prius cōdebant sepulchro corpora, tiquos
q̄ laniarentur à feris Parthi uero parentes extinctos feris & aui
bus deuorandos abiiciebāt. Inde ossa carnibus exuta sepeliebāt.
Ægyptii mortuos suos aromatibus conditos domi cōseruabant.
Persæ, vt corpora quam plurimum durarēt, cera circumlita repo
nebant. Plebs hyrcana publicos alebat canes, optimates uero do
mesticos sic quisq, pro sua facultate nobiles parabat canes, à q-
bus lacerarent. Quotiescūq; ēt aut reges aut principes moriebā
tur una cū ipsis ad eorum pompas delecti equi, aut serui, & apud
Indos una de uxoribus clarior incendebant. Adde, q in fortium
uirorū sepulchris captiuos necare consueuerūt, qđ apud Hom.
in Patrocli funerib. factū legimus, ubi Achilles post multos cæ-
sos boues, & pecudes, post infusum mel, & oleū, post etiā occisos
iiii. equos & 2. canes 12. captiuos Troianos occidit, & pyrę inie
cit. Quid pterea Æneas in Palladis funere factitauit. Vir. Hom.
secutus carminibus suis inseruit. Et in funeribus institutū apud
R. ne crudū illum sequerentur morē mactandorū hoīum, ut gla-
diatorū paria dimicarent à bustis gladiatores bustuarii appella-
ri, & ea sacra Inferiæ dicebant, qm̄ in foris præstant, & qm̄ p no- Inferiæ
uem dies fieri cōsueuerunt, nouendiales dicti, pro copia rerum, Nouen-
proq; uirorū cōpositione colebātur, quos Æneas Anchisæ patri diales
ludos in Sicilia faciūdos curauit. Totus V. Aen. plenus est hic er
go munera funebres pōpas accipienda; dico, nō dona, quæ darē-
tur populo, ut quidā intelligūt. Idq; nobis probabilius uideri fa
cit gladiatorū munus, & duo theatra, q̄ Curio maxima ex ligno
in paterno funere uersat illi librامēto post reditū faciunda cu-
rauit. [Nēpe studiū] Declarauimus, inqt, funebres ludos in hono
rē patris tui faciūdos ut tu iusseras declarare, atq. renūciare P.R.
Sed nec mihi placuit, nec cuiq̄ amicorū tuorū, ut aliqd te absen
te fieret, quod cū uenisses, non esset in potestate tua positū. Nem
pe affirmatis est, & primum locum in oratione potissimū sibi uē
dicat. Sic Pers. Nēpe hoc assidue, est interdum quasi ridentis ad-
uerb. ut, Cui tot annos inseruio. nempe principi gratissimo. Et Nempe
nem, pro nempe, antiqui dicebant. Studiū & exercitatio sic diffe Nem
runt. Studium animi ad aliquid agēdum diligētiam, exercitatio Studiū
nem uero, suscepti actus cōtinuationem appellamus. [Defuit] De
aliqñ minuit, ut demēs, desum. Interdū auget, ut defessus, ualde De
fessus. [Tuo nomine] Inepti dicūt tua parte. Tu dices, tuo noie, Tuo no
meo noie. Ex te, ex me. Verbis tuis, uerbis meis. Tuo iussu, meo mine
iussu, ut meo nomine Aristophilo. S.P. dices. [Nec] Per apocopē Nō nec
nascitur à neque e, n, & q, literæ sunt affines & eodē loco nec, & neque
neq; poni possunt, & hoc à nō differūt, qa nō negat solū, nec &

neq;

neq; negant, & copulant, significantq; & non. Aliquãdo nec pro nõ accipimus, vt Fabius: Persolui gratia non põt, nec malo pati. Fieri) In declarãdis muneribus aliquid à nobis fieret. [Cũ uenisses) Cõiunctiui modi particula indicatiuo dari non potest. Cũ venis nõ dicimus, nisi cũ pro tpis aduerbio capiatur, vt cũ ꝑ quãdo uenis. [Integrũ] Hoc est in potestate tua positum. Sic in Tusc. Atq; ei integrũ quidẽ fuit [Sententiã) Quare hæc populo declaranda fuisse non placuerit ante reditum tuum [Pluribus). s. uerbis. [Ad eã meditere) Nequid, vt contra sententiã meã cogitare possis, & obijcere, aut ea leges, & intellige, quæ dicturus sum.

Ad — [Ad) Contra, vt. Prima, quod ad Troiã pro charis gesserat Argis. Aut super. vt Terent. Tum siquis magistrũ ceperit ad eã rem improbum. [Ne)

Ne — Non solum negantis vim habet, sed imperantis, hinc est, ꝙ nunq̃ cum prima persona singularis numeri iungi potest, nisi intelligatur pro ut non, vt si dixeris: [Ne dicam doctus sed admodum eruditus) In illa; vero particula, nõ uis negãtis est, & cum omnibus personis indifferenter iungi potest. [Imparatũ)

Offendo — Impręmeditatũ. [Offendam) Inueniam. Terent. in Eun. Offendi adueniens quendam mei loci, atque ordinis. Et Plaut in Amphit. Adueniens tenebrosum offendi domi. Alias est lædere. Horat. in Poetica: nec dicet: cur ego amicũ Offendã in nugis. Idem: Et crassum unguentum, & sardo cum melle papauer offendunt [Coram) Præsentibus vobis. [Contra istã tuã rationẽ) Ne funebria fierent munera. [In meam sententiam adducam: Tibi persuadebo, vt, quod ipse sentio, tu quoque faciendum existimes.

Ad — Ad, in compositione ualde significat, ut Terẽt. Sancte te adiuras.

Apud, Penes — [Testatum) Expositum, passiue dictum. [Apud animum] In cogitatione tuæ mẽtis. apud, & penes ita differunt, vt inquit Pomp. ꝙ apud personam cum loco significat. Penes uero personam, & dominium, ac potestatem, quod trahitur à penitus. Maioris itaque significationis est penes, quã apud. Penes me libri sunt, qui mei sunt. Apud me libri sunt, qui mei non sunt [Si qñ) Interdũ,

Parenthesis — quasi obiectioni respondet. [Quod nolim) Parenthesis est, quam latine interpositionem sententiæ appellamus. [Consiliũ) de de-

Recordor — clarandis muneribus. [Meum consilium). s. á tuo alienum, quod in reditu tuo audies de non declarandis [Recordari) Accusatiuo potius antiqui, q̃ ablatiuo iũgebãt, quo, & nos uti possimus. [Breui tñ sic habeto;) Paucis uerbis intellige. Hæc orõ dicendi finẽ ostendit. Sunt enim quædam uerba, quæ ad operis finem pertinent, vt habes Marce fili munus. mea quidem sententia magnũ, & alibi: Habes, quæ sentiam Brute de ratione dicendi, & Fabius, &, Habes Marcelle Victori, & alibi: Hæc sunt, quæ putaui dicenda hoc tpe. [Statum) Conditionem. [Incidere) A fortuna uenire dedita opera, ut in id reip tẽpus nõ incideris, sed ueneris. Iudicio enim tuo non casu in ipsum discrimen rerum contulisti tribunatum tuum. [Iis bonis) Virtutibus, & auxilijs. [Natura) a qua animi bona oriuntur, & corporis. Sunt enim animi bona uirtutes, corporis uero ualetudo, pulchritudo, & hmõi, q̃bus omnibus Curio erat ornatus [Studio) Omnium bonarum artium disciplina. [Fortuna) Diuitijs, opibus, & alijs hmõi, Quę peripatetici inter bona externa numerare consueuerunt, cũ tria bonorũ genera ꝑdicassent animi, corporis, & fortunæ [In rep.) Statu ciuitatis libero [Muneribus) Ludis funebribus, gladiatorijs. [Faculta-

Admiror, Miror — tẽ) Quod facere posses, cum diuitijs, & opibus abundas [Admiratur) Admiramur uirtutes. Cic. Sæpenumero admirari soleo. Miramur uero moles, ædificia, & hmõi. Miratur molem Aeneas magalia quondã. dicit autẽ, ꝙ nemo miratur, ꝙ hmõi munera præ-

Copia, Copiæ — stare possis. [Copiarũ) Ad copias rerum, & diuitias pertinet. Est enim copia tã singulari numero, q̃ multitudinis rerum abũdantia, sed cũ copias tm̃ pluratiue dicimus, exercitum significamus Teren. Pro quantas secũ copias adducit [Non uirtutis) Ad opulentos, inquit, ista pertinent edendorum, munerũ populo nõ ad bonos uiros, qui uirtutibus non ludis populo grati conantur ef-

Defessus, Defatiscor, Fessus, Defess., Lassus, Lapsus, Laxus, Fatigatus — ficere [Satietate) Quasi tædio istorum. s. munerum quotidie spectandorum [Defessus) Fastidio, & despicientia affectus, à defatiscor. Sunt quædã participia, quæ eiusdẽ significationis esse vñr, sed lõge discrepãt, fessus, defessus, lassus, lapsus, laxus, fatigatus, iactus: Nam fessus animi est, & corporis. Defessus plus est, q̃ fessus: lassus præterea animi est, & corporis, sed quadã laboris molestia quasi confectus. Lapsus item corporis est, atq; animi, sed qui labitur, Laxus uero, qui lentus, qui mollis est, vt habena, funis, chorda. Virg. Et premere, & laxas sciret dare iussus habenas. Fatigatus dr̃ terris, iactatus mari. [Sed aliter, atque ostenderam fa-

Aliter — cio] Hoc ideo subiungit, ne cõtra institutum facere uideretur. dixerat. n. rationem sententiæ suæ nolle, donec ipse rediret, explicare, unde quasi ista excedisse demõstrat. [Atq;) Pro quã [Aliter) contra, Virg. Dijs aliter uisum. [Hanc) non benedixisset istã, uel illam. [Differo) Protogo. [Ostenderam) Pollicitus fueram, cum ista constitueram differre in aduentum tuum. [Ingredior) Accedo, incipio. [Sũma scito) Missa de muneribus quæstione ad aliã rem transit, quod tñ facere nõ solemus, nisi primo fecerimus auditores attẽtos, iterpositis hmõi uerbis, ut de his alias pluribus. De his satis, & hmõi. [A summa uirtute) Summoq; ingenio, hoc est hominibus, q̃ summa uirtute, summoq; ingenio prędití sunt, qualem te ipsum oẽs intelligunt. [Ad quæ omnia) Quæ a te expectantur. [Vt debes) Debemus. n. omnia pro salute reip. uitã et liberorum, & nostram Brutus, & duo Decij sunt exemplo. [Paratus) Dispositus. [Confido) Certam fidem, & spem habeo [Pluri-

Ciues, Conciues — mis) Ad numerum. [Maximis) Ad magnitudinem. [Ciues, &c.) Conciues dixissent multi. Qui. n. dñs ciuitatis est, is homines illius ciuitatis suos ciues appellat. Qui uero non dñs, sed ex eadẽ ciuitate oriundus conciues suos dicit. Verum huiusmodi differẽtiam neq; à Cic. neq; ab alijs doctissimis uiris obseruatam inuenio, quorũ exẽplis nos uti poterimus, & ciues, & cõciues indifferẽter dicere. Milites uero cõmilitones, serui conseruos, liberti collibertos, discipuli condiscipulos suos appellant. [Vniuersos)

Afficio — quasi usque ad unum oẽs appellatos. [Afficies] Afferes, & dabis plurima, & maxima beneficia. Sed tam in bonum, q̃ in malum afficere dicimus, ut afficio te iniuria, dolore, molestia, damno, morte. & afficio te gaudio, uoluptate, diuitijs, muneribus. Etsi uoles diffinire, quid sit afficere, dices: Afficere est affectionẽ quã dã animorũ afferre, unde affectus, affectionesq; dicuntur.

Affectio — Affectionẽ Cic. ita diffiniuit. Affectio est animi, & corporis ex tẽpore de causa mutatio, quam etiam perturbationem possumus appellare. Affectus autem Cic. in huiusmodi significatione non est

Affect., Cognosco — usus, sed Quint. & alij. [Cognosces) Considerabis, & intelliges neminem me habere te ipso cariorem. Nam cognoscere est diligenter, & accurate considerare, & intelligere.

A S C. — *Nempe studium.*] Interrogauerat Curio quare Cic. non curasset patri ludos funebres, ut gladiatorũ paria populo in arena exhiberi, credebat. n. miserrima gentilium superstitio fraude dæmoniorum seducta, sanguinis effusionem defunctorũ manibus gratam. ad hoc respondet Cic. Nempe &c.] Vnde rectius nempe, q̃ nuper legitur. Et uerius noua est epistola, q̃ superioris pars. Ordo aũt est: [Nempe). i. certe, ut rationẽ assignem ad quæsita tua. Studium]. i. diligens cura [Munerum). i. spectaculorum gladiatorij certaminis populo quasi pro munere in funere parẽtis [Declarãdorum). i. exhibendorum. [Nomine tuo). i. nominis tui. [Non de fuit supp. mihi, sed ne placuit mihi, nec cuiquam tuorũ, quidq̃ fieri te absente, quod non esset integrũ). i. intactum tibi cum uenisses è prouincia. [Equidẽ). i. ego quidem. [Aut scribam ad te postea pluribus sup. uerbis sententiam meam, aut, ne meditere) . i. exercẽdo te, cogit ad eam [Offendam te imparatum) idest omnino improuisum, ut non admonitum, & dicam. [Coram). i. tibi præsenti. Rõnem meam, contra illam. s. tuam. i. tecum discepta bo. Vt aut adducã te in sñiam meam, aut certe. i. saltẽ, si nõ adducero [Relinq̃ testatũ) i. protestatũ. Apud animũ tuũ, quid sensẽrim, vt, si qñ. i. aliqñ. Cõsiliũ tuũ cęperit displicere tibi, qd. i. q̃ rẽ [Nolim) s. accidere [Possis recordari meũ.) Tñ. i. nihilominus, licet aut pluribus alias, aut nihil tecũ de ea re agere constituerim. [Habeto]. s. suiam meã. [Breui) s. narratione, ut pote habeto. Tuũ reditum incidere in eũ statũ temporũ, ut possis cõsequi omnia, quæ sunt i rep. amplissima, facilius iis bonis. i. per hæc bona, quę sunt tibi data, natura, studio, fortuna. Miror cur præcipuũ hominũ bonorum datorem Deũ prætermittat, natura datur facundia, nũ latus, bona ualetudo, & gratia ex eis, studio, prudentia, & cæteræ uirtutes morales, quas nisi Deus charitate imbuat nullæ sunt fortuna, diuitiæ, & popularis aura: Quam munerib. i. largitionibus, munerũ arenæ. Quorum. s. munerũ. Neque quisquã admiratur facultatem: est. n. ea facultas copiarum. i. opulẽtiæ. Nõ uirtutis, neq; quisquã est, quin sit iã defessus satietate. s. spectãdi ea. Sed ego facio aliter, atq; ostenderã. i. indicauerã me facturũ. Qui ingredior ad explicandã rationẽ sententiæ meæ, quare ego differo oẽm hanc disputationẽ in. i. usq; ad aduentũ tuũ. Scitote esse in summa expectatione, & ea expectari a te, quæ expectãda sunt à summa uirtute, & summo ingenio, ad quæ. s. exhibenda. Si es paratus, ut debes. s. esse. Qd confido esse, ita afficies, & nos amicos, & ciues tuos uniuersos, & remp. plurimis, & maximis muneribus. i. re, quæ gratior erit, quam si dederis plurima, & maxima munera. Profecto tu cognosces illud, quemquam neque cariorem, neque iucundiorem esse mihi, te. i. quam tu es.

ARGVMENTVM.

Graphice proponit tria epistolarum genera, quorum cum nulla sibi esse utendum censeat, ne nihil scribat, Curionem ad uirtutis amorem accendit, docens illi nefarium esse propter ingentem expectationem. P. R. de se non vulgarem exercere uirtutem. Sunt autem admonitiones argutæ, & præceptoribus in admonendo usurpandæ, & discipulis, ut & ipsi ad uirtutem incumbant, non negligendæ.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Argumentum epistolæ a Cic. affectatū est, ut παρὰ προσδοκίαν id ageret, qđ alioqui sine reprehensione uix posset, nẽpe ut hortaretur eadem ratione, qua sæpius antea. Quod ut non aperte faceret, obstabat nobilis Curionis animus, ne is diffidenda sui lab efactaretur.

M. CIC. C. CVRIONI S. P. D. 4.

EPistolarum genera multa esse non ignoras, sed unum illud certissimum, cuius causa inuenta res ipsa est, ut certiores faceremus absentes, si quid esset, quod eos scire, aut nostra, aut ipsorum interesset. † huius generis literas à me profecto non expectas: † domesticarum enim rerum tuarum habes, & scriptores, & nuncios; in meis autem rebus nihil est sanè noui. reliqua sunt epistolarum genera duo, quæ me magnopere delectant, unum familiare, & iocosum, alterum seuerum, & graue. utro me minus deceat uti, non intelligo. iocer ne tecum per literas? ciuem mehercule non puto esse, qui temporibus his ridere possit. an grauius aliquid scribam? quid est. quod possit grauiter à Cicer. scribi ad Curionem, nisi de repu. atque in hoc genere hæc mea causa est; ut neque ea, quæ nunc sentio, uelim scribere. quamobrem, quoniam mihi nullum scribendi argumentum relictum est; utar ea clausula, qua soleo, teque ad studium summæ laudis cohortabor. est. n. tibi grauis aduersaria constituta, & parata, incredibilis quædam expectatio, quam tu una re facilime uinces si hoc statueris, quarum laudum gloriam admiraris, † quibus artibus eæ laudes comparantur, in ijs esse elaborandum. in hanc sententiam scriberem plura, nisi te tua sponte satis incitatum esse considerem. & hoc, quidquid attigi, non feci inflãmandi tui causa, sed testificandi amoris mei. Vale.

†alaias, huius generis snĩa literas

†alias, domesticos

†alias, quibusque

HVB.

EPistolarum] Proponit Cic. tria potissimum epistolarum genera, quorum cum nullo sibi utendum esse probet, ad illud maxime deuenit. quod intẽdit, ut Curionem cohortetur ad laudem & gloriam, quam dicit posse comparari bonis artibus, in quibus hortatur ut uehementer elaboret. Est aũt artificiosum exhortationis genus, qui nõ ex abrupto exposuit quid uellet. [Nõ ignoras] Scis. [Genera] Species [Illud unum] Illud pręcipuum. [Res ipsa] Ipsa epistola [Vt certiores] i. ut admoneremus absentes, & si quid esset, quod pp eos, aut pp nos oportet eos intelligere, hac, n. cã maxime inuenta est epistola. Ouid in Heroid. His arcana notis terra, pelagoque ferũtur, Inspicit acceptas hostis ab hoste notas. Et D. Hieronymus ad Marcel. epist. xv. Epistolare officiũ est de re familiari. aut de quotidiana conuersatione aliquid scribere, & quodammodo absentes interdum pręsentes fieri, mutuoq quid aut uelint, aut quid gestum sit nunciare, licet interdum confabulationis tale conuiuiũ doctrinæ quoq; sale condiatur, & Cic. ad Nigid. lib. 4. epist. quæ incipit: Quærenti mihi, epistolarum quoque genera cõmemorat. [Interesset nostra] Vtile esset nobis. [Aut ipsorũ interesset] Ipsis esset utile, & ad ipsos pertinere [Huius generis] Huius qualitatis, i. hmõi literis, quibus te facio certiorẽ. [Tuarũ. n.] Reddit rationẽ quare tales literas à se nõ expectet. [Domesticarum] Familiariũ, de quibus uelis fieri certior. [Scriptores] Qui scribãt pter me. [Nũcios] Qui uerbis referant, ut se habeant res tuæ. [In meis autem] quia occurrebat scribendum fuisse Cic. de suis. rñdet se nihil habere noui. [Reliqua] Præter illud unũ de quo diximus. [Vnũ] Ex duobus. [Familiare, & iocosũ] In quo & Familiariter scribimus, & cum iocis. [Alterũ] secundũ horũ duorum. [Seuerum & graue.] Quod de rebus seueris, & grauibus tractat. [Vtro] Horũ duorũ, nã uter de duobus tm̃ dicit, quis de pluribus, & duobus [Nõ intelligo] Nescio utro horum generũ minus cõueniat me vti, qa neutro omnino me uti licet [Iocer ne] Prima pars horũ duorũ generũ [Iocer ne] Debeo ne iocari [Per literas?] Quia interdum iocamur etiã uerbis corã, & est interrogatio [Ciuem] Subiectio, quę latenter continet solutionem, ut probet sibi non esse iocũdum, qa nullus ciuis sit, qui hoc tpe iocari possit, ergo ne tibi quidem. [An grauius] Secũda pars. [Quid est] q. d. nihil, vt ostendit nihil sibi grauiter omnino scribendum esse. [A Cic.] Habent sigñantiam, uel emphasim, hæc nomina à Cic. ad Cur. q. d. uiro graui ad grauissimum. [In hac gñ.] In hac editione. [Quæ. n. sentio] Quæ in animo non habeo, quę nõ pbo. Ficti. n. hominis est ea dicere, & scribere, quæ non sentiat. [Quamobrẽ] Cõclusio in qua ostendit quid sibi scribendũ relinquat. [Argm̃] Materia. [Nullum] Eorũ generũ epistolarũ, q̃ esse solẽt. [Clausula] Conclusione, particula orationis. [Qua soleo; utar] Cũ ad te scribo. [Est. n.] Pręponit causam exhortationis, deinde exhortationẽ, et est sensus q̃dam expectatio de te, q̃ tanq̃ grauis aduersaria q̃dam est tibi constituta, & parara, quã solis bonis artibus & recte factis possis superare. [Aduersaria] Substantiuum est. & ordo. Quædam expectatio incredibilis est constituta, & parata tibi aduersaria graui. i. tanquam aduersaria grauis, expectatio. n. quæ de nobis est tanq̃ aduersaria, & concertatrix nostra non finit nos quiescere, ut eã, uel æquare, uel superare possimus, aduersaria aũt in fœm. genere, quia de expectatione loquit̃. [Quã] Expectationem aduersariam tuam. [Vinces] Superabis [Vna re] Quæ sequit̃. [Si stat.] Si decreueris [Hoc]. i. quarum laudum, & est ordo, si hoc constitues esse tibi elaborandũ in iis artibus, quibus artibus hæ laudes comparantur, quarum laudum gloriam adamaris. [Elaborandum] Insudandum, incumbendum. [His artibus] Honestis, uel his uirtutibus. Nam ars interdum pro uirtute ponitur. [Quibus comparantur laudes,] Quia laus semper sequitur uirtutem, ut uoluit Cic. in officiis Omne, quod honestũ est ẽt si a nullo laudet̃, tamẽ p se laudabile est, sed raro fit ut uirtutibus, & bonis artibus non comparentur laudes. [Gloriã quarum laudum tu adamaris,] Pro adamaueris. i. quarum laudum gloria semper es delectatus, quia semper amasti gloriã, quę ex laudibus nascitur. [In hanc sententiam] Cohortãdi te ad amorẽ laudis. [Tua sponte] per te ipsum sine ullius impulsione. [Incitatũ] Stymulatũ [Et hoc quidquid] i. hoc qđ [Attig.] Leuiter & paucis tetigi, et cõmemoraui. [Inflãmandi] Incẽdẽdi, et trãslatio ab igne, sed plus est inflãmare, q̃ incẽdere. Virg. 4. Aen. His dictis incensum animũ inflãmauit amore. [Testificandi] Apertę declarandi, quasi testimonio quoddam. [Amoris mei erga te.

Ars

Inflammare

Vter

Quis.

PHIL.

Epistolarum.] Ex quo resp. labefactari iam propè, & extingui uidebatur, & Curionem P. R. animo esse magno excelso cognoscebat, spem in eo maximam tutandæ reip. collocauit, tãquam qui ex omnibus unus auderet, ac posset eam ipsam inueterẽ dignitatem, ac libertatem uindicare. Quamobrem nil aliud huius epistolæ uerba præ se ferre vñr, quam Curionem ad capessendã hanc immortalem conseruãdæ libertatis gloriam adhortari, & quibusdam quasi insinuationibus ad id genus accedit. Nõ. n. audet ex Cęs. timore apertius loqui de rep. [Genera] Amat Cic. pro qualitate genus dicere, quo uocabulo Cic. opera plena sũt. Multa profecto epistolarũ genera dicit esse, sed dũtaxat hæc tria cõplectitur. Vnũ, cuius causa inuenta est epistola. Alterum familiare & iocosum. Tertiũ seuerum, & graue, quæ in multas epistolarũ species diffũduntũr, Sunt. n. aliquæ paramithiacę Sunt & paracaleticæ, parathecę, parãgelmaticæ, & id genus innumerabiles sunt Cic. & aliorum epistolę. Sunt ẽt eroticę, & id magis poetarum. q̃ oratorum. Extant eroticæ Tibulli, Nasonis, Propertii, & item Sapphus epistolę, pręterea, sunt ethicę, ut ad Lucillũ Seneca. Adde theologicas epistolarum species, ut Platonis de rebus diuinis, Pauli, Petri, Ioannis, Hieronymi, Augustini, & Cypriani, quę legunt̃ hodie. Sunt item pragmaticę, hypotheticę, prosphoneticæ, proseuticę, & aliæ cõplures. Et nullã aliã facimus inter epistolã, & literas differentiam, nisi qđ unã epistolam dicimus, unã literam non dicimus, numero tãtũ multitudinis literas pro epistola ponimus, ex quo unas literas p una epistola recte scribimus, ut Cic. unis literis totius æstatis res gestas ad senatũ perscriberem. Vnus. n. tunc pluralem numerũ accipit, qñ cũ nemine tm̃ pluratiuo coniungitur, ut nuptiæ, arma, literæ. Teren. Ex unis nuptiis. duas præterea epistolas nõ binas epistolas, & ecõtrario, binas literas, nõ duas literas dicimus. redarguit Cic. filiũ in hoc errãtem M. T. poetæ uero maiore sumpta scribendi licẽtia, litera pro epistola uti possunt. uti apud Sapph. nũ qd ubi aspecta est studiosæ litera dextræ, Protinus est oculis cognita nostra tuis. [Inuenta] Melius quam reperta. Inuenimus. n. ex industria & labore, reperimus casu, & fortuna, ut Ouid. Tu non inuenta reperta es. [Res ipsa] Hoc est epistola. [Vt certiores faceremus absentes] Hoc est absentibus significaremus [Causa est] Qua dicit epistolam inuẽtam esse, de quo Hieron. ad Macro. sic habet: Epistolare officium est de re familiari, aut de quotidiana conuersatione aliquid scribere, & quodammodo absentes interdum præsentes fieri, mutuoque quid aut uelint aut qd gestum sit nunciare. Et Naso inquit: His arcana notis terra pelagoq. fertũur, Inspicit acceptas hostis ab hoste notas. Facio te certum in prosa oratione nõ dicimus, sed facio te certiorẽ. Poetæ tñ facio te certũ dñt. Virg. Anchisen. facio certũ. Nã uersus heroicus, & elegiacus certiorẽ nõ capit & alia hmõi multa breuem inter duas lõgas habentia, ut Ciuitas. Et caue ẽt dicas, ago te certum, aut certiorẽ, id nusquã lectum est [Siquid esset, quod

Epistola

Litera

Literas

Inuenio

Reperio

Certum facio

Certiori facio

Interesse.

cos

eos scire aut nostra, aut ipsorū interesset,]hoc est aliquid esset, qđ aut ad ipsorum, aut ad nostrā utilitatē accideret. interesse.n. utile esse significat, & ideo appellatū quasi interesse, hoc est utilitate alicuius esse, nā res utilitatē plerūq; significat, ut Terent. Si in re est utriq., hinc puto interesse ab in, & re, & esse cōpositum. Ex quo mea, tua, sua, nostra, & uestra, & quia interesse dicimus, nil aliud profectò significamus, q̃ in re mea, tua, & huius modi esse. Sic etiā ipsorū interesse, hoc est in re ipsorū esse[Scriptores]Ratio est, quia ad eum hmōi literas non mittat. Scriptor operis est auctor, & cōditor. Librarius, qui scriptorū opera trāscribit, aut uendit, quem bibliopolam dicimus, sed hæ scriptores, qui ad te scribant, & nuncios qui nuncient, & referant. [Nil noui] Nullum nouum, quod possim, aut debeā tibi significare. [Nihil literarum]Nullas literas; honestius genitiuū neutro diuersi casus adiungemus. Cic. Id quod datur ocij libentius in philosophia consumere cōsueuimus. Idem ne parū auctoritatis esset in fabula [Magnopere[Pro ualde, & uehemēter, quo et disiūctiue uti possumus, ut magno delectāt opere litteræ tuæ.[Familiare] Quo ad amicos familiariter. [Iocosum] Quo plerunque per literas animi gratia iocamur cū amicis. [Seuerum & graue] Quo res graues præsertim ad statū reip. ad religionem, ad eos immortales pertinētes exponimus, quæ res aut mediocri figura dicendi, aut ubertate complectendæ sunt. Tres.n. sunt stili, quos alij characteres, alij genera, alij figuras orationis appellant, quibus omnis scriptorum materia explicatur. Gracilis, quem Cic. infimū & extenuatum appellat, in quo cauēdū, ut inquit Hora. ne uergas ad unū, qđ appellatur siccū, aridū, & exangue. Mediocri siue medius, ad quem qui peruenire non possunt, & per confinia huius stili uagātur, in uitium cadūt, quod dissolutū & fluctuans appellatur. Grauis deniq; uberius. In quo maxime fugiēdū est, quod suffultum, turgidum, & inflatū dici potest. Id autē cōmittitur, ut inquit Cic. cū aut nouis, aut priscis uerbis, aut duriter alium de translatis, aut grauioribus, q̃ res postulat, aliquid dr̄.[Vtro] iocoso, aut graui. Vteret & alter de duob.tm̄. Alius de plurib. Quis de duobus. & plurib.[Intelligo]Intelligere est rem certam tenere, compositum sane ab inter & lego, nam r, & l, conuertitur, ut interlego, intelligo, perlego, pellego, pelluceo. Iuuē. Critice pelluces.[Vti]Vtor dicimus, qn̄ res saluo usu nobis sum ministratur amicis. Abutor uero, qn̄ rem & usum deperdimus. [Iocer] Interrogatio est ad illud: Vnū familiare, & iocosum, iocamur uerbis, ludimus factis, sic iocus in uerbis, ludus in factis. Sed interdum ista confunduntur, ut iocus in factis, ludus sit in uerbis. Ouid. Hos ignara iocos tribuit natura puellis Materia ludunt uberiore uiri. Et Iuuē. Quoties uoluit fortuna iocari.[Ciuē]Rom. intellige, ἔμφασις, hoc est subiectio, qua demonstrat se et iocari non posse, cū nullus sit ciuis, qui iocari possit.[Mehercule]Per herculē, per quē iurare poterant solū uiri, ut per Castora solum fœminæ, per Pollucē uterq; sexus[His tēporib.]Miseris & afflictis, & his habet emphasim.[An grauis.]Ad illud quod ait alterum, seuerum, & graue.[A Cic. ad Curionem]ἐμφατικῶς ista protulit, quasi ab amante remp ad amātissimū, & studiosissimū reip.[In hoc genere]Graui, & seuero, in quo uersatur respu. [Quę nunc sentio]Laudo, & approbo.[Quamobrem]Ex conclusione prædictorum demonstrat, quid ad scribendū relictum sit, [Argm̄]Materia, hoc.n. nomine, ut inquit Fab. cōplectimur oīa, quę Greci ἐνθυμήματα ἐπιχειρήματα ἀποδείξεις, uocāt. Nos commētum, sium cum ratione, & quo tertio diximus quodam conclusionē appellamus, sed Valgius ἐπιχείρημα aggressionē uocat. Celsus argumentum, quo aliquid probatur sumus mente conceptum, & si nondum uerbis explanatum sit. Quidam rationem, Cice ratiocinamentum, & quasi syllogismum quendam appellat. ἀπόδειξιν uero Fabius audiētē probatione esse demōstrat, quā Cęcil ab ἐπιχειρήματι solo genere cōclusionis distare cōmemorat. Natura uero omnium argumentorum, est ratio q̃ dā rei dubiæ faciēs fidē per ea, quæ certa sunt. Reliqua sunt argumentorum genera duo. Vnum, quo fabulæ comœdiarum exponuntur, qđ a Cic. sic diffinitum est: Argumentum est res ficta, quę tamen fieri potuit, uelut argumenta comœdiarum. Alterum est omnis materia ad scribendū destinata, in cuius significatione hic accipimus. Et Cic. ad Br. Etsi, inqt, argm̄ simile nō erat. Hinc et opus, ut ait Fabius, paulo numerosius uulgo appellatur argumētosum[Clausula]περιόδῳ.i. eo ambitu, & breuitate. [Ad studiū summæ laudis in conseruanda libertate ciuitatis est summa laus, de qua Virg. Vincit amor patrię, laudumque immēsa cupido[Est enim]Ratio est futuræ exhortationis, & ait quādā incredibilem de eo expectationem esse, & eam sibi paratam esse sicuti quādam aduersatricem, quam solum benefaciēdo superare possit, sicut aduersarium dicimus, sic aduersariam substantiuū. Et est ordo. Quædam incredibilis expectatio est constituta, & parata tibi grauiter aduersaria, quę tūc est certatura. [Incredibilis] Adeo magna, q̃ uix credi possit[Expectatio]Vt ipse solus saluā remp. reddat. Est enim expectare impatiēter cupere sine præscriptione temporis. Expecto uero uix certū tempus desiderare. [Si hoc statueris]quasi præceptum ponit, quo intelligat, quid faciēdum, ut aduersariam sibi constitutam, & expectationē uincere possit. Ordo est: si hoc statueris, elaborandum esse in iis artibus, quibus artibus hæ laudes comparantur, quarum laudum gloriā adamaris.[His artibus] His uirtutibus conseruandæ libertatis. Ars enim cōcisione primitiui, quod est apud Græcos ἀρετὴ nominatur, quo nomine uirtutē accipimus. Artis uero hoc est uirtutis species sunt quatuor, Prudētia, Temperātia, Iustitia, & Fortitudo.[Laudis cohortator]Qm̄ laudes semper sunt comites uirtutum. Omne.n. quod honestum est, ut ait Cic. etiam si à nullo laudetur, tn̄ per se laudabile est.[Gloriam]Frequentem famam cum laude, ex laudibus.n. nascitur gloria.[Adamaris]Id proprie amatorum est, ut Quint. Omnes matres liberos suos tanquam adamarent, amant.[Comparantur]Acquirunt, et constituuntur. Terent. Atque ex incommodis alterius sua, ut comparet cōmoda.[Incitatum]Commotum, accensum.]Considerē]Certe, & cōstanter crederē. [Attigi] Leuiter tetigi. [Inflāmandi tui] Vt te ipsum inflammarem, sed ut testificarer amorē erga te meū. Metaphora ab igni deducta, & plus est inflāmare, q̃ incendere. Maro: His dictis incensum animū inflāmauit amore. Et est duplex loquendi modus, Grammaticus per gerundium, ut nō fecit te inflammandi gratia, sed testificandi amorem meum, & oratorius per participium, ut inflammādi tui causa, & cū dicimus causa, dicere etiam possumus studio uel gratia inflammandi.

EPISTOLARVM] Diserte tria enumerat epistolarū genera, quorū, cum nulliū sibi sit argumentū, non est q̃ ad Curionem scribat, ne tn̄ nihil scribat, ad uirtutem uerbis memoratu dignissimis. Ordo est: O Curio, tu non ignoras multa. quia tria, esse genera epistolarum, sed illud unum certissimum, cuius causa ipsa res.i. epistola est inuenta. Vt faceremus absentes certiores, si quid esset, qđ eos scire interesset.i. in re, & utilitate, aut damno esset, aut nostra.i. qui scribimus, aut ipsorū, ad quos scribimus. Tu profectò non expectas à me literas huius generis, habes enim & scriptores, & nūcios rerum tuarum domesticarum, Aūt.i. sed, nihil est sane.i. multum noui in meis rebus.s. domesticis. Reliqua genera epistolarum sunt duo, quæ delectant me magnopere, unum familiare, & iocosum, alterum seuerū, & graue, sed sup. non intelligo, utro.i. quo horū duorū minus deceat me uti iocer ne.i. non decet, ut iocer tecū per literas, & ita utar iocoso genere. Respondet: Mehercule.s. ita tractante, ut uerum dico. Nō puto esse ciuem.s. in tota urbe, qui possit ridere his tēporib. An scribam aliquid grauius? Sed sup. quid est quod possit scribi grauiter a Cic. ad Cur. nisi de Rep. Atque, aut potius atqui, hæc mea causa est in hoc genere, ut neq; uelim scribere hæc, quæ sentio nūc. Quamobrem, qm̄ nullum argumentum.i. nulla materia scribendi, est relictū mihi, ego utar ea clausula, qua soleo, & cohortabor te ad studiū summæ laudis. Enim.i. quia aduersaria grauis est constituta & parata tibi.s. expectatio quædam incredibilis. quam tu uincens facillime una re, si statueris.i. constitueris in animo tuo hoc.s. quarum laudum gloriam tu adamaris, pro adamaueris, ergo adamamus etiā honeste, & quibus artibus, eæ .i. eiusmodi laudes comparētur.i. acquirantur, esse sup. tibi laborandum in ijs.s. artibus. Ego scriberem plura in hanc sententiā .i. ad formam huius sententiæ, nisi considerarem te esse incitatū satis tua sponte.i. spontanea uoluntate. & quidquid attigi hoc .i. huiusmodi, non feci causa tui inflammandi, sed causa amoris mei.s. in te testificandi.

ARGVMENTVM.

Gratulatur Curioni, quod absit à tanta reip perturbatione, cū neq; Vexationes eius uideat, neque absens summa laude priuetur. Deinde præmonet, Vt ita instructus ueniat, Vt quis remp sit in Veterem libertatem ac dignitatem Vindicaturus.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Gratulatio Ciceronis, quod Curio, & materiam, & occasionem habeas amplificationis dignitatum laudumque suarum, et ut aliquando remp. capessat sub finem callide adhortatur.

M. CIC. C. CVRIONI S. P. D. 5

HAEC negocia quo modo se habeant, ne epistola quidē narrare audeo. tibi, etsi ubicunque es, ut scripsi ad te antea, in eadem es naui; tamen, quod abes, gratulor, uel quia non uides ea, quæ nos; uel quod excelso, & illustri loco sita sit

laus

Scriptor

Librarius

Magnopere

Adamo

Cōparo

Inflammo

Incēdo

A S C.

laus tua, in plurimorum, & sociorum, & ciuium conspectu : quæ ad nos nec obscuro, nec uario sermone, sed & clarissima, & una† omnium uoce perfertur. Vnum illud nescio, gratuler ne tibi, an timeã, quod mirabilis est expectatio reditus tui; non quo uerear, ne tua uirtus opinioni hominum non respondeat: sed mehercule, ne cum ueneris, non habeas iam, quod cures : ita sunt omnia debilitata, iam propè & extincta, sed hæc ipsa, nescio, rectè ne sint literis commissa. quare cetera cognosces ex alijs. tu tamen, siue habes aliquam spem de rep. siue desperas; ea para, meditare, cogita, quæ esse in eo ciue ac uiro debent, qui sit remp. afflictam, & oppressam miseris temporibus ac perditis moribus in ueterem libertatem & dignitatem uindicaturus. Vale.

† alias mina

HVB. HÆC negocia] Ostendit Cic. q̃ periculoso statu sit respu. & gratulatur Curioni, ꝙ absit duplici de causa, uel quod reip. pericula, & uexationes non uideat, uel quod absens omnia cum summa laude consequatur. Deinde cum dicit se dubitare utrum ei gratuletur, quod sit uenturus, an doleat, latẽter eum incendit ad defensionẽ reip. ad quã tñ in fine epistolæ eum aperte, & modeste hortatur. [Hæc negocia] Quæ Romæ geruntur in rep. [Ne epist. quidem] Quæ solet esse liberior, multo ergo minus nunciis auderem narrare. [Vbicunque es] Etiã in locis remotissimis [In eadẽ naui. In eodẽ periculo & est tractum à nauigantibus, qui, cũ sunt in eadẽ naui, in eodẽ sunt periculo. Perdita. n. rep. cõe est malũ absentiũ, & p̃ntium dolor, tñ maior, p̃ntium, qui uideant. [Antea] Alia epistola, quæ non est in hoc uolumine. [Gratulor) Tua causa gaudeo. [Vel] Et [Quæ nos) Videmus. [Vel) Alia causa. [Excelso) Alto. [Illustri) conspicuo, claro, eorũ. n. qui sunt in dignitate, nullum uerbum, aut factũ põt esse obscurum. [Sita) Posita, constituta. [Sociorum) P.R. erant. n. socij P.R. qui cũ eo erãt fœdere coniuncti. [Ciuium) R. qui sunt in Asia. [Quæ. Laus tua. [Nec obscuro) Ignoto. [Nec uario) Varius sermo dr̃ de aliquo, cũ non eadẽ dñr. [Clarissima) Contra id, quod dixit, obscuro. [Et una] eadẽ, & p̃seueranter. & elegãtur dicunt una uoce, & uno ore pro uno cõsensu, & uno fauore, ut Cic. in Læl. de Amic. De quo oẽs uno ore, &c. [Perfertur) Núciatur. [Vnum illud.) q. d. de absentia scio me posse tibi gratulari, sed illud unũ est, de quo dubito, an tibi gratuler, an potius timeam, ꝙ aduentus tuus mirabiliter ab oĩbus expectatur. [Non ꝙ uerear) Excusat hanc dubitationem suã. [Ne). i. ut, [Non respondeat) Non satis faciat. [Opinioni) Expectationi, Mehercule) iurantis est aduerb [Ne, cum ueneris] Romã, & subauditur uereor. [Quod cures) Curantur quæ habent spem salutis, cũ difficultate tamen, qa curari proprie [teste Don.) dicitur, quod quasi arduũ, & graue est. & ideo usus est uerbo medicorũ, ad quos curare pertinet [Ita debilitata] Quia dixit cures, usus est ẽt uerbo ad ægrotũ pertinẽte [Debilitata) Male affecta. [Et prope extincta) Prope deleta, & cõsumpta. extingui enim est mors, ut Ouid. in Heroid. Primo ꝙ extinguar in æuo. Et Virg. in 6. Aen. infelix Dido uerus mihi nuncius ergo Venerat extinctã ferro. Ergo extincta, quasi desperata, quia de extinctis nulla est omnino spes, hæc autem dicit quia administratio reip. erat tantummodo in potestate quorundam potentum, qui magis pro libidine q̃ pro ratione agebant. [Hęc ipsa) Quæ scripsi, cum multo plura sint quàm nõ audeam scribere [Recte) Tuto ne quispiam se a me tangi, & offendi putet. [Cetera) Quę nõ audeo scribere [Tu tamen) Subaudi quamuis dixerim omnia debilitata, & extincta. [Siue habes) Hoc est siue speras remp. posse adhuc ad salutem reduci, siue nullam omnino habes spem. [Para) Rebus ipsis [Meditate) Consulta [Cogita) inueni, nam cogitare frequentatiuum est à cogo, & est sensus, cogere ad aliquid inueniendum. [Viro) Non ad sexum nunc, sed ad uirtutem retulit. [Vindicaturus) Recepturus, restituturus. [Afflictam) Debilitatam. [Oppressam) Deiectam, & uiolentia prostratam. [Miseris) Infelicibus. [Perditis) Pessimis. [Veterem, Pristinam, & solitã [Libertatem) Quia timebat Cic. reip. qñ Cęsar trib. pl. iã hortatus erat, ut legem ferrent, quã Cæs. quãuis absenti ẽm consulatum petere liceret. pręterea omnia in trium potestate erant.

Curare

Extingui

Cogitare

PHIL. *HÆC negocia*] Cæs. Crass. & Pomp. ita remp. oppresserant, ut omnino debilitata iam prope, & extincta uideretur. Nec audebat Tullius timore trium potentissimorũ aperte hæc ipsa dicere, uel maxime ꝙ Cæs. ad secundum consulatum spirabat, & ad id hortatus erat, ut legem ferret, demonstrat aũt in quanto periculo resp. sita sit, & gratulatur ꝙ absens ea non uideat mala, quę ipsi uidebant in rep. quodq. laudem propemodum immortalem absentia cõsequatur. Inde hortatur Curionem, tanquã in eo unicũ p̃sidiũ libertatis situm sit, ut ea paret, meditet̃, cogitet, q̃, debeat is cogitare, qui sit rẽp. defensurus. [Hęc). s. q̃ sunt in rep. Negociũ sanè in multas res diffunditur, sed apud oratores negociũ est cõgregatio personarum, locorũ, temporũ, causarũ, modorũ, casuũ, factorũ, instrumẽtorum, sermonũ, scriptorũ, et non scriptorũ, & tale negociũ Græci περίστασιν dñt. aliqũ negociũ p̃ labore sumitur, ut Quin. Quid negocij est ista poetarum portẽta cõuincere. & Da mihi hoc negociũ [Ne epistola quidẽ]. Quæ nec erubescere, nec timere cõsueuit, ergo longe minus hęc ipsa nuncijs narrare auderem. Aduerte animũ, ꝙ ne, & quidem nũquam iungi patiuntur sine medio. Quint. Nã mihi ne eijcere quidem uideretur. Cic. ad Her. ne ad solariũ quidẽ. Et in Tuscu. Atque ei ne integrum quidem fuit. [Audeo) In rebus arduis diximus. [Naui) Periculo μεταφορικῶς à nauigãtib. ut dicimus. In portu nauigauit, q est sine periculo. Si resp. p̃ibat, cõis oĩum calamitas sequebat̃, tã absentiũ, quã p̃ntiũ. [Ea quæ nos) Sup. videmus, Magis. n. mouent q̃ uñr q̃ quę audiuntur, nã aure certior est oculus. [In excelsi) Et illustri. plus est illustre q̃ excelsum. [Sociorũ) Cõfederatorum P.R. Amicus & socius ita discrepant, Amicus est, q̃ alicui usu uitæ similis pro ac sincero, & perfecto amore cõiungitur Socius uero, q cũ aliquo ad aliqd peragendũ aliquo pacto cõiungitur. unde Cic. hæc duo cõiungere solet, ut socios P. R. atq; amicos, & in lib. de Inuent. Firmissimas societatis atq; sanctissimas amicitias. Ciuium, qui cum eo erant in Asia Curionis laudem uidebãt. [Clarissima) Exhortationis genus, quod Grçci ἀντίθεσιν nostri contrariũ uocant, breuibus, & cõtinuaris uerbis p̃fectum esse debet. [Vna voce) Vt dr̃, uno ore. i. uno cõsensu. Teren. uno ore oĩa bona dicere. [Vnum illud) ꝙ absens sis, cõgratulari me posse tibi cognosco. Sed unũ est, quod uereor, an tibi cõgratuler, an timeam, ꝙ tãtopere desideratur aduentus tuus. [Nõ ꝙ uerear] Excusatio dubitationis. [Rñdeat) Satisfaciat. Scio, inquit, ꝙ uirtus tua superat omnium hoĩum opinionẽ. Virtus. n. est habitus animi in naturæ modum, ut ait Martius, rationi consentaneus, [Ne) Pro ut. [Cures) Quid arduũ significamus, & graue, hoc uerbo, qđ est proprie medicorũ, & ad hoc allusit, cũ subsecutus est. [Ita sunt oĩa deb.]. i. quasi uiribus cõfecta. [Extincta] Quasi desperata μεταφορικῶς, vñ extingui mori dicimus, sed trãsitum significat ad alterius rei mẽtionem, [Recte) Sine periculo, ne ad aures Cęs. peruenerint [Literis comm) cõmittere, aut mãdare literis, scribere. [Cetera). s. detrimenta reip. quę scribere nõ audeo [Spem) Spes incertarum rerũ, expectatio certarũ. [Para) Meditare, cogita. articulus est. Meditari uero et exercere à uerbo Grçco μελέταω l, ind, conuerso, ut cõtrario sedes à sella. parare ad rem, meditari ad consilium, cogitare ad inueniendum retulit. [Ac uiro) Exaggeratio est. nam inter ciues etiã uiles homines numerantur, sed uiri non nisi, qui uirtute præditus sit, dici potest, ut apud Græcos, & nunc uirum ad uirtutem proprie referimus. [Perditis) Iniquissimis, & improbissimis. Iuuenal. Audacia perdita. [Moribus] et bonus, & malus mos esse potest, pharmacũ, uenenum, ualetudo. [Veterẽ) Quæ antea sortita erat. Senex, antiquus, & uetus, hoc modo differunt. Senex qui ad senilẽ peruenit ętatem, & ad iram duntaxat ipsius propriam referendum est. Vetus ad duplicata tẽpora superiora. Antiquus uero tã de senibus dici potest, quã de ueteribus, ut homo iste est antiquus, & antiqui nostri facere consueuerant, nisi ꝙ habet nescio qd plus vetus, quam antiquus, unde Iuuen. Antiquum, & uetus est alienum posthume lectum Concutere. [Vindicaturus) In libertatem reuocaturus. Inter uendico, & uindico hoc descrimẽ est. uẽdicamus nobis auctoritatem. i. attribuimus, & quasi nostrã propriam esse facimus. Ouid. Vendicat ausonias Iunonis cura calẽdas. Vindicamus uero iniurias, hoc est ulciscimur, & punimus, vnde uindicta dicitur. Iuuen. Vindicta nemo magis gaudet, q̃ fęmina. Vindicare etiam significat reuocare in libertatem, ut hoc loco, & ad Cæs. Iuniorẽ. Qui si nihil ad beneficium addere, quo me una cum rep. in libertatem ut uindicassent, & in academicis. Aliqua potestas sic uindicet in libertatẽ, & libertate atq; defendere. Cic. in Catone maiore. Senectus est natura loquacior, ne ab omnibus eam uitijs uideat uindicare. Quare hic uindicaturus per, i, & non per se, & legendum est, in quo multi erant.

Aure certior est oculus

Excelsũ Illustre

Socius Amit.

Spes expectatio

Paro Cogito

Vetus

Vẽdico Vindico

Vindicaturus

ASC. *HÆC negocia, &c.*] Gratulatur Curioni quod absit à tanta reipub. perturbatione, cũ neq; uexationes eius uideat, neq; absens summa laude priuetur, deinde monet, ut ita instructus redeat, ut possit rẽ pristinę dignitati restituere. Ordo est: Ego ne qdẽ. i. nõ ẽt aut non saltẽ audeo narrare tibi epistola, quo hęc. s. reip. nostrę negotia habeãt se, etsi. i. q̃q̃ ubicũq; es, tu es in eadẽ naui. i. in eodem periculo. ut sunt qui in eadẽ naui periclitãtur, ut scripsi antea ad te. ergo nõ oẽs Cic. epistolę collectę ac seruatæ sũt, tamẽ gratulor. i. tibi de tuo bono applaudo, ꝙ abes. s. ab urbe, uel

quia

quia nõ uides ea, q̃ nos, ſup. videmus, uel ꝙ laus tua ſit ſita, ſup. in loco excelſo, & illuſtri.i. perſpicuo, & claro, ut pote in cõſpectu plurimorum, & ſociorum, & ciuium. Quæ. ſ. laus tua perfertur ad nos, nec obſcuro, nec uario.i. uacillãte ſermone ſed uoce, &.i. ſimul clariſſima, & una oĩum. Ego neſcio illud unũ an gratuler tibi, an timeam.i. timere debeã tibi.i. pro te, ꝙ expectatio reditus tui eſt mirabilis, non ſup. ideo timeam, ꝗ.i. ut uerear, ne prout uirtus tua reſpondeat.i. ſatisfaciat opinioni hominũ. Sed mehercule, ſup. ideo timeam, ne cum veneris, non habeas iã q̃d cures, ita omnia ſunt iam debilitata, & prope.i. quaſi extincta. Sed neſcio ne.i. an hęc ipſa ſint cõmiſſa, recte.i. decenter literis. Quare.i. quamobrem quia de his dubito, tu cognoſces cetera ex aliis. Tamen.i. nihilominus. tu ſiue habes aliquam ſpẽ de rep. ſ. reſtituenda, ſiue deſperas. ſ. de ea, para.i. meditare, & cogita ea quę dñt eſſe in eo ciue, ac uiro, q ſit uindicaturus.i. uindicãdo iniurias, & reſtituturus in ueterẽ libertatẽ, ac dignitatẽ rẽp. afflictã, & q̃d plus eſt, oppreſſã tẽporibus miſeris, ac morib⁹ ꝑditis.

ARGVMENTVM.

Multo artificio, & ſumma accuratione cõmendat Curioni cauſam Milonis conſulatum petẽtis, cuius adoptione nihil gratius ſibi contingere poſſe late declarat, ideoq; eum literis admonendũ habuiſſe, ne aduerſarij eius, & potiſſimum Clodij, cauſa in alienã ſententiã trahatur, docetq; rei, q̃ petit, facilitatem, ſi Curio annuerit. Sanè ex hac epiſtola docemur in re graui, & difficili, ac serioſa, exornationibus uti licere.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Solicite Cicero Milonem cõmendat Curioni, uti illius conſulatus, & dignitas tanquam ſui ipſius cura ſit. Eſt aũt artificioſa epiſtola, omnibus locis ſuaſionis referta.

M. CIC. C. CVRIONI S. P. D. 5

NOndum erat auditum, te ad Italiam aduentare, cũ † Sex. Iulium, Milonis mei familiarem, cũ his ad literis miſi: ſed tamen, cum appropinquaret tuus aduẽtus putaretur, & te iam ex Aſia Romam uerſus profectum eſſe constaret, magnitudo rei fecit, ut nõ uereremur, ne nimis cito mitteremus, cum has ad te quã primum perferri literas magnopere uellemus. Ego. ſi mea in te eſſent officia ſolum, Curio, tãta, quanta magis a te ipſo prædicari, quam ame ponderari ſolent; uerecundius à te ſi qua magna res mihi petenda eſſet, contenderem. Graue eſt.n. homini pudenti, petere aliquid magnũ ab eo de quo ſe bene meritũ putet; ne id, quod petat, exigere magis quam rogare, & in mercedis potius, quam beneficij loco numerare uideatur. ſed, quia tua in me, uel nota oĩbus, uel ipſa nouitate meorum temporum clariſſima, & maxima extiterunt; Eſtq; animi ingenui, cui multũ debeas, eidem plurimum uelle debere: non dubitaui id à te per literas petere, quod mihi oĩum eſſet maximũ, maximeq; neceſſariũ neque.n. ſum ueritus, ne ſuſtinere tua in me, uel innumerabilia beneficia non poſſem, cum præſertim conſiderem, nullã eſſe gratiam tantam, quam non uel capere animus meus accipiendo, uel remunerando, cumulandoq; illuſtrare poſſit. Ego oĩa mea ſtudia, oẽm operam, curam, induſtriam, cogitationẽ, mentem denique, omnem in Milonis conſulatu fixi, & locaui. ſtatuiq; in eo me non officij ſolum fructum. ſed ẽt pietatis laudem debere quærere neque uero cuiquã ſalutem, ac fortunas ſuas tantæ curæ fuiſſe unquã puto, quantæ mihi ſit honos eius: in quo omnia mea poſita eſſe decreui. huic te unum tãto adiumento eſſe. ſi uolueris, poſſe intelligo, ut nihil ſit præterea nobis requirendum. habemus hæc omnia: bonorum ſtudium, conciliatũ ex tribunatu propter noſtram, ut ſpero te intelligere, cauſam; uulgi, ac multitudinis, propter magnificẽtiam munerum, liberalitatemq; naturæ; iuuentutis, & gratioſorum in ſuffragijs, propter ipſius excellentem in eo genere, uel gratiam, uel diligentiam, noſtram ſuffragationem, ſi minus potentem at probatam tamen, et iuſtam, & debitam, & propterea fortaſſe etiã gratioſam. dux nobis, & autor opus eſt, & eorum uentorum, quo propoſui, moderator quidam, & quaſi gubernator, qui ſi ex omnibus unus optandus eſſet; quem tecum conferre poſſemus, non haberemus. quamobrẽ, ſi me memorem, ſi gratum, ſi bonum uirum, uel ex hoc ipſo, quod tam uehementer de Milone laborem, exiſtimare potes; ſi dignum denique tuis beneficijs iudicas: hoc à te peto, ut ſubuenias huic meæ ſolicitudini, ut huic meæ laudi, uel, ut uerius dicam, propè ſaluti tuum ſtudium dices. De ipſo T. Annio tantum tibi polliceor, te maioris animi grauitatis, conſtantiæ, beneuolẽtiæ erga te. ſi complecti hominem uolueris, habiturũ eſſe neminem. mihi uero tantum decoris, tantum dignitatis adiunxeris, ut eundem te facile agnoſcam fuiſſe † in laude mea, qui fueris in ſalute. Ego, ni te uidere ſcirem, cum hæc ad te ſcriberem, quantum officij ſuſtinerem, † quantopere mihi eſſent in hac petitione Milonis omni non modo contentione, ſed etiam dimicatione elaborandum. plura ſcriberem. nunc tibi omnem rem, atque cauſam, meq; totum commendo, atq; trado. unum hoc ſic habeto: ſi a te hanc rem impetraro, me pene plus tibi, quam ipſi Miloni, debiturum. non enim mihi tam mea ſalus cara fuit, in qua præcipue ſum ab illo adiutus, quàm pietas erit in referenda gratia iucunda, eam autem unius tui ſtudio me aſſequi, poſſe confido. Vale.

† alias, Setuiliũ

† alias, & in

† alias, quanto que op re

HVB. NOndum] Clodius ut in 1. lib. expoſuimus non ſolũ Cic. ſed eius amicorum hoſtis, atque inimicus fuit. uerum cũ Clodius præturam peteret, & eodem anno. Animus Milo cõſulatũ, in quo competitores quoſdã ſatis potentes haberet. Metellum, Hypſęum, & Scipionem, cum videret Clodius præturam fore debilem, & quaſi mancã, conſule Milone, ei vehementer aduerſabatur, ne conſulatũ adipiſceretur, & eius competitoribus ſuadebat. Cic. aũt cũ à Milone fuiſſet bene affectus in reſtitutione ſua ab exilio, cupiens gratũ animũ in eum oſtendere. ſummopere ꝓ ea laborabat, ut ipſum conſulatũ obtineret. Itaq; cũ Curio ex Aſia Romã uenturus eſſet, quẽ cognoſceret poſſe multũ in hac re, & prodeſſe Miloni, miſit ei obuiã has literas, in q̃bus primũ oſtendit quantũ ſibi ſit laborandũ pro Milone, & artificioſe oſtẽdit neceſſe ſibi eſſe, ut Curio, Cui plurimũ deberet, nũc ẽt in Milonis cã rogaret, ut ei in hac cõpetitione cõſulatus ita faueat, ut omnino ipſam conſequatur. Adducit aũt rõnes multas, quibus oñdit petitionẽ ſuã eſſe honeſtiſſimã. Deniq; ex quatuor rebus quas Seruius in oĩ petitione ſeruandas dixit, nulla oĩno deeſt. Si quidẽ honeſtatẽ hẽt, cũ pro amico ſalutis ſuæ auctore. Poſſibilitatem, cum oſtendit Curionẽ poſſe id efficere, q̃d petit, ſi modo uoluerit. Modus ẽt declaratur, cũ fauorẽ eius in cõſulatu Milonis ſe petere oñdit, & ut ꝓbeat ſe ducẽ ſuffragiis aliorũ, q̃ ſe hr̃e dicit, poſtremo ſubdit ſpem remunerationis, per ſe, & Annium Milonẽ. Eſt aũt hęc epiſtola omni cõmendaticiarum Cic. artificioſiſſima, & uehemẽtiſſima [Aduentare) propinquum eſſe, appellare. [Appropinquare) Propinquũ eſſe, non loco, ſed tpe, ut ſi dixero: Circa feſtum Natalis Chriſti appropinquat aduẽtus Ducis Mediolani).i. propinquus eſt ut ueniat, quia eo tẽpore ſolet maxime Mediolanum petere. Ita in hoc etſi Curio erat adhuc remotus & nondum ad Italiam aduentabat, tamen putabatur eius aduentus eſſe propinquus, quia cũ iam conſtaret eũ ex Aſia diſceſſiſſe, paucis diebus erat uẽturus. [Putaretur.) Exiſtimaret, q̃a finitum eſt tempus tui magiſtratus. [Romam uerſus) Hęc prępoſitio eleganter poſtponitur, ut hic patet [Conſtaret) Notum eſſet. [Profectũ) Diſceſſiſſe. [Magnitudo rei).i. magna, & magni momenti atque ponderis [Vt nõ uereremur) Timeremus. [Ne nimis cito) Ante aduẽtum tuum. [Cum uellemus) Cum cuperemus [Has literas) Noſtras cõmendatitias pro Milone. [Quã primũ, ut diximus ſuprà, ſubito, ut ante aduẽtum tuũ eſſet admonitus, q̃d ante fieri uellem. [Ego] Iam incipit ſibi conciliare aĩum Curionis, non tam Cur. ſibi debere, q̃ ſe Curioni. Ideoque ut ei magna debeat, dicit ſe nõ dubitaſſe ab eo per literas petere id, ꝙ ſibi eſſet oĩum maximum, & neceſſariũ. [Officia in te] Merita mea in te collocata. [Solum) Tantummodo. [A te ipſo prędicate) Publice laudari. [Magis) Potius. [Põderari à me) Aeſtimari à me, q̃a non tanti ea æſtimo, quantum tu ꝓdicate ea ſoles: [Verecundius) Rõne huius uerecũdiæ. [Graue) Moleſtum, difficile [Pudenti (Verecundo, pudoris pleno. [De quo putet ſe benemeritũ) Cui ꝓſtiterit beneficia [Magis) Potius. [Loco mercedis) Pro remuneratione ſui meriti [Exigere] Poſcere [Quã beneficij] ꝓ quo ei debeat, [Vel nota) Cognita [Clariſſima) Nulli obſcura. [Nouitate meorũ tpum) Quibus mihi noua, & bonis ciuibus inſueta acciderunt, nam beneficia quæ præſtantur tp̃ibus aduerſis ſolẽt eſſe maiora, & clariora, q̃a nõ p̃nt latere. [Eſtq;] Iungit cum ſuperiorib. ſic, & q̃a eſt animi ingenui, &c. [Ingenui] Liberalis, & ſimplicis

Aduẽto Appropinquo Verſus.

ſimplicis. [Velle debere] Velle eſſe obligatũ.[Cui debeas]Ei cui merito obligatus ſis,id aũt libẽter facit ingenuus animus. Ruſticus aũt & ſeruilis aĩus ſpnit ei debere, à quo beneficia acceperit,& ne debeat,plerũq; nõ vult petere, aut cape beneficiũ. [Debeas] Secũda perſona ꝑ tertia eleganter ponitur tã in carmine, q̃ in oratione ſoluta. Virg.4 Aen. Migrãtis cernas, pro cernat aliquis[Nõ dubit.]Auſus ſum , & eſt ordo , ſed quia tua in me, uel nota omnibus,&c.[Nõ dubitaui per literas] Quia es abſens, nec poſſum tecum coram loqui.[Neque.n.] Occurrit obiectioni dicẽs, ꝙ quãuis innumerabilia beneficia à Curione accipiat, cõfidit tñ ſe poſſe omnia ſuſtinere.[Vel).i. ẽt.[Gratiam) Beneficiũ. [Capere) In accipiendo.i. cum beneficij animus meus nõ eſſet

Aĩus liberalis

capax,qa liberalis animus,ut uoluit Ariſ.ẽt in accipiẽdo beneficio,cognoſcitur,quia non dubitat accipere , qui ſe dignũ cognouit[In rem.) Reddendo parem gratiam. [Vel cum.) Vel etiã augẽdo quod accepiſſem. [Illuſtrare) Ornatiorem, & clariorẽ reddere.[Studia) Affectus animi,deſideria, [Omnẽ mentẽ) Intẽtionẽ omnẽ mentis.[Fixi) Poſui, firmaui.[Statui) Iudicaui, uel decreui.[Fructum) Voluptatem.i.exiſtimaui me non ſolum debere ita facere, ut uidear in eũ uſus officio meo , ſed quod plus eſt, ut lauder fuiſſe pius tanquã in patrem.[Officij) Meriti. [Pietatis) Quæ plus eſt q̃ officium. [Laudem) Cõmendationem apud omnes. [Neque uero) Ex quadam comparatione oſtendit quantæ curæ ſit ſibi:ut Milo conſequatur hunc conſulatum, & eſt ſenſus, cum quilibet naturaliter habeat curam ſuæ ſalutis , & ſuarũ rerum,non puto propriam ſalutem, & proprias res fuiſſe unquã tantæ curæ alicui,quantæ curæ ſit mihi eius honor.[Suam) Propriã.[Honos)ut cõſulatum cõſequatur[Fortunas)Res, diuitias. [In quo) Vel honore,uel Milone.[Studia) Fauores. [Huic) Petitionis poſſibilitas.[Te unũ) Te ſolum.[Si uolueris) Quaſi aſtringit eum,ut faciat.[Præterea) pręt,uel poſtea.[Habemus) Oſtẽdit adiumẽta , q̃ habeat ad hãc cauſam, & ea enumerat. [Studium) fauorẽ,& uoluntatẽ.[Ex trib.]Milonis,q tulit legem de reuocãdo Cic.cũ eſſet trib.pl.[Propter noſtrã cauſã) qa boni uiri cũ uidiſſent Cic.à Clod. uexatũ, & à Milone reuocatũ,atq; defenſũ, conciliati ſunt ualde erga Milonẽ.q de Cic. reuocatione tã diligẽter exegiſſet [Vulgi, & mult.).i. plebis [Munerũ) Ludorum, quos Milo magnificẽtiſſimos ante exhibuerat, qbus ſibi cõciliauerat aĩos multitudinis,qm his plebecula gaudet.[vulgi, et m.] Subaudi ſtudium habemus.[Naturę) Milonis qui non coactus, ſed natura liberalis eſt [Iuuentutis) Iuuenũ Rom. [Gratioſorũ) q apud populũ gratiã hñt.[Suffragijs) Fauoribus, ſunt.n.ſuffragiã quaſi uoces,quæ dicebãtur in comitijs,& in tabella ſcribebãtur,cum q̃lq̃ ſuam declarabat uoluntatem de aliquo eligẽdo in magiſtratum,inde ponit̃ pro auxilio,& ſuffragari eſt auxiliũ & fauorẽ ferre,& refragari eſt pugnare, ſed cauẽdũ ne abutamur ſic dicẽdo: Lacedemonij ſuffragia miſerũt Athenienſib. qa auxilia dicẽdũ eſt,q̃ ꝓprie de re militari dñr, q̃uis & ad alia referant interdũ.Suffragiũ uero in uoce tm̃,dr̃,& ſic ſuffragari,& refragari.[Ipſius) Milonis [Diligẽtiã) Quam adhibet, ut oĩbus ſit gratus.[Noſtram) Mei Cic.[Suffragationem)Fauorem, ut diximus. [Si minus) Si non.[Potẽtẽ) Magnæ auctoritatis.[At) Saltẽ]Probatam]Bonã,& laudatam.[Iuſtam) pp eius probitatem , iuſtum eſt.n.fauere bonis.[Debitã) pp eius in me merita. [Propterea) pp id.ſ.ꝙ debita.[Gratioſam) quia ſolent eſſe grata ea , quæ ex debito ab aliquo fieri putãtur. Ingratum.n. & immemorem nemo eſt,qui nõ oderit.[Dux) Princeps, tractũ à militia, ubi milites ſine duce minus audent & ualent. Vnde Virg. Viget pñcia Turni. dicimus aũt opus eſt mihi duce,& opus eſt dux [Veterũ) Vulgi, multitudinis, quam uentum appellauit pp inſtabilitatẽ, aut qa ex multitudine ſeditio plerunque mouetur , quæ,ut ſupra diximus,tempeſtati comparatur,ſicut ẽt tẽpeſtas ſeditioni , ut Virg. 1.Aen. Ac ueluti magno in populo, cum ſæpe cohorta eſt Seditio ſæuitq; animis ignobile uulgus [Propoſui) Ante dixi.[Moderator) rector,i.cuius ſapientia,& auctoritate ducantur,ut idẽ Virg. Tũ pietate grauem,ac meritis ſi forte uirum,quem Cõſpexere,ſilent.arrectiſq; auribus aſtant.[Gubernator) Quia de uẽtis locutus eſt,gubernatorem ẽt tranſitiue dixit,cum proprie de naui dicatur gubernator.ut Virg.1 6.Aen. Ecce gubernator ſeſe Palinurus agebat.Ergo perſeuerauit in tranſlatione nauigantium, vt ita intelligat, ꝙ quemadmodum nauigantibus, ut ad portum perueniant,opus eſt, qui arte & prudentia ſciat moderari uẽtos, & eſt opus bono gubernatore,ita ſibi opus eſt duce aliquo,qui regat iſtam multitudinem , & ſeruet eam in fauore Mil.ut conſequatur conſulatum,ne ipſa multitudo,& uulgus tanq̃ uenti ſine moderatore mueantur,[Vnus) Solus.[Ex omnibus) Ciuibus Romanis.[Exoptandus) Eligẽdus. optare.n eligere dr̃. Virg.1.Aen. Pars optare locum tecto. Et Teren.in And.Quæ ſeſe optauit hic diuitias inhoneſte parare potius, q̃ in patria pauper honeſte uiuere,unde & optio dr̃ electio ꝓ optatio.[Cõferre) Cõparare, qa neminẽ potius q̃ à te eligendum putarẽ.[Quamobrẽ) Cõcluſio, in quo oñdit nihil ſane denegãdũ à Curione ex his,q petit.[Memorẽ) Beneficiorũ acceptorũ.[Si gratũ) In referẽda gratia,nã ut inquit Cic.bñficium male locatum maleficium puto, & ſtultum eſt in immemorem,& ingratum bñficium cõferre. [Si bo.uirũ) Cui iucũdũ,& dignum bñ facere. [Vel ex hoc ipſo) dicit ex hoc ipſo,ꝙ Miloni uiro bono faueat , poſſe exiſtimari ſe eſſe uirum bonũ [Laborem) Curem,ſolicitus ſim.[Me).i.pp [Si dignũ)Gñaliter dicit.ſi me ob aliq̃ rem putas,in quem bñficia tua conferas. [Subuenias) Succurras, auxilieris.[Meæ ſolic.) Labori & anxietati.quam de Mil.ſuſcipio[Laudi) Quia ſperabat maximam laudem ſi eius ſtudijs Milo eſſet adeptus cõſulatum,uñ ſupra dixit, ſed ẽt pietatis laudẽ debere quærere.[Vel,ut uerius dicã) Correctio eſt[Proprie,)Meæ.[Saluti) Exiſtimat.n.ĩ Milonis cõſulatu cõſiſtere ſalutẽ ſuã[Dices) Dicare,& dare uelis.eſt aũt dico primæ coniugationis,& eſt auct.Don.plus q̃ dare, dicatur.n.perpetuo. datur ad tps. Terent.in Phor. operam hãc tibi dico.Virg. 1. Aen. Propriãque dicabo . [De ipſo) ultima pars petitionis, hoc eſt remunerationis oblatio ex pſona Mil. & ex perſona ſua. [T. Annio Mil.)Appellatus eſt.n. T. Annius Mil. [Cõplecti) Suſcipere defendendum. [Animi) Fortitudinis in aggregandis rebus magnis[Grauitatis) Auctoritatis. [Conſtantiæ) Perſeuerationis erga te.[Mihi uero)Oñdit q̃ tibi gratum ſit hoc futurum,qđ pro Mil.faciet.[Adiunxeris) Pro adiunges [Vt eundẽ) Vt cognoſcã te,ita fuiſſe prõptum ad ea , in quibus agit̃ ſalus mea, ſicut olim fuiſti in ſalute[Eundem) Talem,tam benignum. [Qui) Qualis. [Ego) Nũc adducit cauſam , quare pluribus eum nõ rogat , quia Curio ſatis intelligat, quàm obligatus ſit Cic.ipſi Miloni.[Quãtum Officij) Quantum debiti.[Suſtinerem) eſſet mihi impoſitũ. Contentione) uerborũ,]Dimicatione) Cõcertatione, ſi ſit opus. [Trado) Tradere eſt fidei alicuius credere. Virg. in Buc. Nuper mihi tradidit Aegon. [Tibi) pp ſtudium,& fauorem tuum Mil. præſtitum[Penè) Fere . [Quam ipſi) Qui adiutor fuit in ſalute mea.[Neque.n.) Senſus eſt: Nam non tam mihi chara eſt ſalus mea,in qua ille præcipue me adiuuit,quã erat iucunda pietas in referenda gratia.[Præcipuè) Maxime,quia etiam ab alijs [Referenda gratia) Reddendo par meritum[Eam) Pietatem.[Studio) Fauore [Tui unius]Tui ſolius,ſi uolueris Mil.ſtudere.

Suffragium

Suffragor

Refragor

Auxiliũ

Gubernator

Opto

Optio

Dico

Trado

PHIL.

NONDVM erat] In ſcribẽdis epiſtolis poſſumus uti uel nõ vti artificio.Id.n noſtro arbitrio ſitum eſt. Sed cum negociũ habet aliquod ponderoſum, Cic.magna ex parte loqui ſtudet.Hãc epiſtolam ſiquis diligenter attendat,nihil inueniet,quod non ſit laude,& admiratione digniſſimum . Eſt.n. arte & ſubtilitate dicendi admodum plena In qua exordienda in primis auditorem facit attẽtum, cum rem magnã pollicet̃ allaturũ,ut magnitudo rei fecit,ut nõ uereremur ne nimis cito mitteremus.Et tibi beneuolũ reddit: Ego,ſi mea in te eſſent officia ſolũ Curio tanta.Itẽ à pſona auditoris. Sed quia tua in me uel nota oĩbus. Docilẽ facit cũ paulò poſt,inquit:In Mil.cõſulatu fixi & locaui. Eſt aliud pterea animaduertendũ,hanc petitionẽ illis quatuor rhetoricis partibus cõſtare,ut ſit pſtãdi facultas, ſit honeſtum quod petitur,habeat modũ,ſequat̃ remuneratio.Poſſibilitatẽ oñdit,cũ ait: Huic uiro tanto adiumento eſſe ſi uolueris , poſſe intelligo Modum uero cũ ait Habemus hæc oĩa,& ut ſubuenias huic meę ſolicitudini,uel[ut uerius dicã],ꝓprię ſaluti tuũ ſtudiũ dices, deniq; remunerationẽ oñdit. ut de ipſo T. Annio tm̃ polliceor Sed ut qd à Cic.petatur, faciliꝰ cognoſci poſſet, breuiter argm̃ exponere uiſũ eſt.Id aũt eſt hmõi T. An.Milo magna quadã cõtẽtione petebat, cuius tũc erãt multi cõpetitores potẽtiſſimi uiri, Scipio, Hypſeus & Metellus,q̃ res non minori curæ Cic.q̃ Miloni,cum pp amorẽ inter ſe maximũ tũ uel in primis pp magnitudinẽ meritorũ,q in eum Milo , contulerat : nam eius opera Tullius ab exilio reuocatus maxime cũ gratulatione ciuiũ in urbẽ & Romã reuerſus eſt. Igitur Cic.tãti non immemor beneficij oĩbus in rebus uel pręſertim in eo cõſulatu benemeriti grãm referre conabatur,ut talem magiſtratum Cic.induſtria cõſequeret̃, uel maxime ꝙ illi Clodius Cic.inimicus plurimũ aduerſabat̃, & cõpetitoribus fauebat Erat.n. eodẽ anno Clod. pturam petiturus,quo Milo conſulatum, nec ignorabat,Milone conſule parũ põderis in rep. futuram eſſe pturam ſuam. Qua pp omni arte Milonem inſectabat̃,ne cõſulatum adipiſci poſſet, Tullius uero multũ ac diu in hac re perficienda laborauit.Nec dum conſecuta res erat. cum ex Aſia Romã Curio reuerteretur.[Et qm̃ non ignorabat,ꝙ quidquid erat ampliſſimum in rep. Curio pp opinionem, quam de ſe concitarat,facile conſequi poſſet,non dubitauit id per literas ab eo petere, qđ erat illi maximum, maximeque neceſſariũ, vt ipſe conſulatum à ſenatu pro Milone peteret, quẽ certo ſciebat non negaturum eſſe. [Nondũ]Eiuſdem ferme naturæ ſunt, & do-

& donec, sed elegantia differunt. Nam, ne nō, nec, commode iun
guntur cum dum, nunq̄ tn̄ cum donec. Significant ēt dum & do
Dum nec usq; ad, uel quādiu, & donec subiūctiuo, dum indicatiuo cō-
Donec ueniunt, ut literis inseruiam, donec moriar.i.usq; ad mortem, &
tua merita recordabor, dum uiuo.i.quandiu uiuo. [Ad Italiam)
Italia Varro, & Timeus à copia bouū, quæ in Italia esse dr̄, appellatā
Vento existimāt ἰταλως.n.ueteri lingua Græcorum bouem significat.
Aduēto Virg.uero à duce dictā Siculo fuisse cōmemorat: ut, Nunc fama
Asia minores Italiā dixisse ducis de nomine gētem [Aduentare) Ven
tare, & aduētare dicimus, frequētatiua à uenio. [Ex Asia) In qua
gesserat magistratū ab Oceani & Thetyos filia & Iapeti coniuge
Asia, inquit Hesiodus appellatam. Lydi uero ab Asio Eotyi filio
nominatam fuisse cōmemorat. Est ēt eius nominis palus in Ly-
dia Castro proxima gruibus abundātissima. [Romam uersus) Sic
exigit elegantia, ut hæc particula uersus postponat̄ dictioni. Sic
Sulp.ad Cic. Megaram uersus nauigatem. Quid aūt de urbis Ro-
mę appellatione sentimus, ī lib. de honoribus publicis diximus.
[Profectum) Discessisse. [Constare) Manifestum esset. [Magnitu
do) Attentum facit. [Nimis cito) Ante aduētū [Vellemus.) Opta
remus. [Ego, si mea) Ordo est, Ego cōtenderem, & est principiū
conciliādę grę. Cur ad seipsum demonstrat se plus Curioni de
bere, quàm Curio Cic. deberet. Sed pro magnitudine animi pol
licet̄ se illi accumulatissime satis factură. [Magis) Pro maius, à
positiuo magnum, non.n. dicimus maius studeo, sed magis stu-
deo, nec maius potuit Scipio q̄ Annibal. Pomp. tn̄ ab eo dictum
existimat, quod Græci μᾶλλον dicunt. [Prædicari) Apte laudari.
[Pōderari) μεταφορικῶς pro existimari [Contenderem) Peterē.
[Graue est.n.) Sēsus est, ꝙ cum quis homo pudēs, & modestus ali
qd in quempiam bñficium contulerit, sitq; postea ipse ab eo ali
quid magnum petiturus, molestum est petere. qm̄ putat ne bñfi-
cium, qd prior ipse contulerat repetere, & pro eo quasi mercedē
exigere uideat̄. & est exornatio, quā Græci γνώμην nostri sn̄iam
dn̄t [Petere) Petimus grā, poscimus meritis, postulamus iure, ex
Peto postulamus querela, flagitamus ardore, rogamus precibus. [De
Postulo quo se bñmeritū putet) In quē ipse bñficia cōtulerit. [Loco mer
Posco ced.) Pro remuneratione collocati bñficij. [Exigere) Debitū re-
Expostulo petere [Tua) Beneficia [Nouitate meorū tēporum) Dum fuit in
exilio, nouitas.n. plerunq; pro temporum perturbatione ponit̄,
Flagito & tpa pluratiue ad felicitatē, ut plurimum referunt̄. Cic. O tpa, ô
Rogo mores, quæ aduersis temporibus bñficia pręstantur, solent esse ca
Tēpora riora, & magis cognita, unde subiūgit, clarissima, & maxima ex-
Ingenuus titere. Sunt & tpa felicitatis, sed raro sine epitheto ponunt̄ [Estq;
animi ingenui) Pertinet ad aīum liberalem, & nobilem, nam ru
Libertinus sticorum animi recipiendis beneficijs iacent, nisi temeritate ali-
ter se gerat, Ingenuus ille dicit̄, qui liberis parentibus natus est,
nec postea factus seruus, cōtrario Libertinus, qui iusta seruitute
manumissus est. [Debeas) Elegāter ponit̄ secunda persona ꝓ ter
tia, tam in uersu, q̄ in prosa oratione. Iuuen. Dicas forsitan unde
ingeniū par patriæ [Debere) Obligatū esse. huius uerbi significa-
tionem Cic. in parad. explicauit hoc modo. Tu posse te dicito.
qm̄ quidem potes, debere te ne dixeris, qm̄ nihil quis debet, nisi
quod est turpe non reddere. [Non dubitaui) Dirigi sic uerba. Sed
quia tua & cetera [Per literas) Non expectando reditum tuum.
[Neque.n.sum ueritus] Refutatio est, & quasi responsio obiectio
Vel ni. [Vel) Pro etiā, ut Ter. uel rex, & in Phormione, uel occidito.
Interdum pro ueluti, ut Teren. uel hic Pamphilus, Alias disiun-
ctiua coniunctio plerunq; correptionem sigñat, ut Cic. uel opti
mam me sanè uitā [Considerē) Pro constanti haberē posse accu-
Capere mulatissime gratias referre. [Gratiā) Beneficium. [Capere) Cum
ut id, quod in nobis est assumimus, capere dicimus, qui se dignū
in accipiendo beneficio cognoscit, illud accipere nō dubitat, &
id magni, & liberalis hois esse philosophi tradiderunt. [Cumulā
Articulus do] Plura referēdo q̄ acceperat. [Ego omnia mea studia) Articu
lus est. [Studia) Voluntates, & affectus animi. [Curam) Differt à
Cura curatione, hæc proprie medicorū, cura uero reliquorum esse dr̄
curatio nō à curādo, ut inqt Priscianus, appellata, sed ab eo ꝙ cor urat.
Hinc Ennius quasi huius nominis originem explicans inquit.
Curamve leuasso. Quæ nunc te coquit. [Hanc Græci μαρεμνάν
dicunt.) hanc etiam pro amore Latini capiunt. Virg. At regina
Industria graui iandudum saucia cura. [Industriam) A quo non fit indu-
striosus. sed industrius, nec à uirtute uirtuosus, licet Boetius uir-
Industrius tuosum tu non dicas. Has.n. deriuationes latinas aspernatur, sed
pro uirtuosum. Tull. dicit, bonum, iustum, studiosum, fortē, nun
quā uirtuosum apud Cic. inuenies, ex quo ait tametsi uitiosum
dicit, uirtuosum tn̄ dicere non ausim [In eo) cōsulatu. [Officij)
Quod pro meritis in me suis efficere debeo fructus est uoluptas,
gauderem enim multum non solum uideri usus officio in Milo-
Pietas nem, sed laudari plus in eū fuisse. [Pietatis) Nunc pro singulari
amore pietatē accipimus, & plus est quàm officium, ut supra di-

cimus [Laudem] Commendationem [Debere quærere] Ut Milo Non solum
consulatum omnino consequatur, & illud proprie quęri dicitur
quod cum difficultate inuenitur. Non solūm, & non modo sem
per exigunt post se sed, aut uerum, ut non solum Athenis cogno Nō modo
men deportasse. sed prudentiam & humanitatem intelligo, & in
epistola ad Appium. Ita est homo non modo prudens, Verum
etiam, quod uidi, curiosus. Sed caue dicas nedum pro nō solum.
Est enim alius loquendi modus. Exigit enim ante se orationem
hoc modo. Adirem pro te mortem nedum uerba pro te facerem.
& sub uno uerbo utranque sentētiam complecti hoc modo. Adi-
rem pro te mortem, nedum laborem. At nullo modo dicendum Nedum
est sic. Nedum laborem pro te adirem, uerum etiam mortem, in Neque
quo multi errauere. [Neque] Ex quadam quasi comparatione di vero
cit, ꝙ nullus unquam tanti fecit aut fortunam, aut salutē tuam,
quanti ego consulatum Milonis mei. Et animaduerte, ꝙ nec, &
neque eleganter iunguntur cum hac particula uero, sed, aut nun Nō aūt
quam pati pn̄t, quod iure sibi uendicat non. Dicimus enim autē,
nec uero, & neq; uero [Salutem] Neque dicas salutes, numero.n. Honos
multitudinis non inuenitur apud doctos uiros [Honos) Ut adi- Labor
piscatur cōsulatū, honos & labor, pro honor & labor nō tā uer-
su, q̄ Prosa oratione dici pn̄t. Sic in Tusculanis, honos alit artes.
quod Virg. Semper honor, nomēq. tuum. [Oīa mea) nihil exce-
pit, sed animi, corporis, & rerū a ternarū bona intellexit esse posi
ta pro honore Milonis, ut magis Curio moueret̄, ad id agēdum,
quod Tullius pro Mil. petebat. [Si uolueris) Vim hn̄t hæc uerba Intelligo
quasi ad cogēdū ut faciat. [Intelligo) Plus est q̄ si dixisset credo.
nam quæ intelligimus certa sunt, q uero credimus falsa esse pn̄t.
[Præterea) Præter unum. [Habemus hæc oīa) Petit statum cau-
sæ, & rei peragēdæ facilitatem ostendit, & Milonis mores, & gra
tiā, & adiumenta, quæ habeat, paucis enumerat. [Bonorum stu-
dium) Habemus, inqt, in primis bonorū ciuiū, hoc est patricio-
rum uoluntatē, qui cōsulatum Milonis uolunt. [Cōciliatum] In
bñuolentiā Milonis & fauorē adductum [Ex tribunatu] Ipsius
Milonis, qm̄ de reuocando ab exilio Cic. legē tulit. [Propter no-
strā, ut spero, te intelligere, causam) Quā uenuste inter duas cau-
sas similiter cadentes diuersa interposita sunt uerba, per causam
uero nostram ab exilio reductionem intelligit, de quo sæpe dixi
mus. [Vulgi, ac multitudinis) Repete habemus studium, & per
uulgus ac multitudinem plebeios intelligit. [Propter magnificē
tiam munerum) Ludorum quos populo ante Milo præbuerat, q
bus maxime plebeiorū aīos ad se amandum allexerat. [Iuuentu-
tis,] Repete habemus studia iuuentutis, & aliorū, q gratiosi erāt Credo
in dandis suffragijs. Oēs enim Miloni fauebāt, cū ipse in dādis Suffragium
suffragijs maxima prudentia uteretur, ut neminem offendere, &
multis gratificari uideretur. Sūt.n. suffragia, & suffragationes in Suffragatio
eligendis magistratibus uoces, & auxilia. quorum uarius est mo
dus. Alibi fabis utuntur, alibi pilulis ex panno factis, alibi uoci- Suffragor
bus in tabella ascriptis, ut Senatus apostolicus in eligēdo Pōtifi-
ce facere consueuit. Inde suffragari ꝓ auxiliari dicimus, & refra Refragor
gari pro repugnare, & suffragium pro auxilio ponitur, non tamē
dicas. Carthaginienses suffragia miserunt Annibali, & hmōi.
tūc enim auxilia dicimus, nō suffragia, q̄ hmōi uocibus, ut ita lo
quar, accommodāda sunt. [In eo gn̄e) In dādis suffragijs. Nostrā
suffragationē [Intellige, habemus.) Minus potentem [Non mul
tę gratiæ, uel auctoritatis, qm̄ oēs sciebāt) Cic. Miloni primū de
bere, ideo in hac petitione Milonis parū auctoritatis habebat,
videbatur n. nō ratione, sed gratia & debito moueri, aut ad euitā
dam arogantiam, inquit, minus potētē. [Ad) Saltē. [Gratiosam)
Ex debito. Solent.n. iucunda & grata esse, quæ à debito ꝓficiscū
tur. quis.n. laudat ingratum? nemo. Nomina in osus desinētia, co Noīa in osus
piam, habitationem, uehementiam, & quādam affectionē pręse
ferunt. [Dux nobis, & auctor opus est) Qui ad optimum finē hāc
rē ducat, & metaphora à militibus esse potest, quia sine duce nō
multum proficiunt. Opus est mihi illa res. illius rei, illam rem, &
illa re dicimus. [Vētorū) A nautis, metaphora, & vulgus ac mul-
titudinem intellexit, in quibus nulla solet esse constātia tanquā
in uentis, & facile ut uenti mutantur, & ut plurimum in contra-
riam sententiam. Virg Scinditur incertum studia in cōtraria vul
gus. [Moderator) Cuius persuasione moueat̄, ut est illud Maro-
nis: Tum pietate grauē, ac meritis si forte uirum, quem Cōspe-
xere silēt, arrectisq; aurib. astāt [Gubernator] μεταφορικῶς a na-
ui, cuius rector gubernator dicitur, ut Virg. Ecce gubernator sese
Palinurus agebat. Et in metaphora nauigantium perseuerauit,
cum uētos nominasset, qui, ut arte regūtur, ita regi à certo ducē
hmōi multitudinem oportebat, ne tanq̄ uenti, mutaretur, sed cō
stans esset in fauore Milonis [Vnus) Præcipuus [Exoptādus) Eli
gendus. [Si me) s. beneficiorum, ac uerborū iunctura à te uti no-
lim, ut ab eadem syllaba sumatur initium dictionis, in qua supe-
rior desinit, qm̄ facit incōcinnā orationem, ut illud Maro. Et do-
rica

rica caſtra, eodem modo ab eiſdē ſyllabis dico. Vidēdum eſt,in-
quit Fab. ne ſyllabæ uerbi prioris vltimæ ſint primę ſequētis. Id
ne quis præcipi miretur,Cic.excedit in carmine:O fortunatā na
tam me conſule Romam. [Quamobrē) Cōcluſio,in qua oſtēdit
nihil ſibi denegādum:à Cur,ex ijs,quæ petit.[Memorem) Benefi
ciorum acceptorum.[Si gratum) In referenda gratia, beneficiū,
inquit Cic.male collocatum maleficium puto,& ſtultū eſt in im
mentorum,& ingratum beneficium conferre.[Si bonum uirum)
Repetitio eſt, & cōferre beneficiū bono uiro iucūdū eſt.[Quod)
.ſ.me eſſe memorem.[De Milone) Qui eſt uir bonus.[De).i.pro

Dico De

pter.Dices) Primæ coniugationis uerbū,ut Virg. Propriamq; di
cabo. Et plus eſt dicare.q̄ dare, nā dicamus perpetuo, damus ue-
ro ad tēpus.[Vel, ut dicam) Et correctio eſt. [De ipſo T. Annio)
T.Annins Milo dicebatur, remuneratio petitionis.[Maioris ani
mi (Articulus.[Si cōplecti hominem) Modus loquendi apud di
ſertos uiros frequētiſſimus,pro amare & defendere, & fauere.So
lēt & addere amore,uel beneuolētia,fauore, & hmōi, & ita dice
re,magno te amore cōplector,& hominē pro illo,ponere,ut ui-
diſti hominem, hoc eſt uidiſti illū.[Mihi uero) Quā grāde bene
ficiū ſit in eum collocaturus oſtendit, ſi hanc ſumet pro Milone
prouinciā. Eundem) Ita diligentē,& benignū.[In laude mea) Ma
ximę ſibi laudi futurum exiſtimabat,ſi eius opera Milo cōſulatū
adipiſceret.[Qui) Qualis.[In ſalute) Qn̄ ab exilio reuocatus eſt,
vbique locorū ſuā ab exilio reuocationē ſalutem appellat.[Ego,
ni, te) Ordo eſt: Ego plura ſcriberē,ni te,&c. [His uerbis) Cauſā
oſtendit, cur non pluribus uerbis ſecū agar, cū ſciat Tul. Miloni

Commendo te principi. Cōmēdo te apud principem

plurimū debere.[Officij) In me collocati ab eo.[Cōmēdo) Indo
cti dicunt recōmendo,& recōmitto,& recōmendationē. Tu fac
dicas cōmendo,committo, cōmendationē, & intereſt multo cū
cōmendo te principi dicimus,& cōmendo te apud principē. Nā
cōmendo te principi,eſt committo te. Cōmendo te apud princi
pem,eſt laudo te.[Atque trado) Eſt.n.tradere alicuius fidei ſe cō
mittere,& ſub eius pręſidio eſſe. Habeto) Ad finem ſpectat,ut di
ximus ante [Præcipue) Ante alios.[Pietas) Singularis obſeruan-
tia amoris.[Studio) Opera,& diligētia,& fauore. [Sane legēdū)
Tuo unius ſtudio,nō tui unius.[Confido) Conſtanter teneo,uel
credo,ut alibi Cicero. Quāquā à Crat. noſtro principe huius me
morię philoſophorū hæc te aſſidue audire, atq; accipere cōfido.

ASC.

NONDVM erat &c.]Multo artificio,& ſumma accuratione
commendat Curioni cauſam Milonis conſulatum petentis,cu-
ius adeptione nihil gratius cōtingere ſibi poſſe late declarat:ïōq.
oſtendit eum ſe literis admonēdū habuiſſe,ne aduerſarij eius,&
præcipue Clodij cauſa in contrariam ſententiam trahatur. Do-
cetq.rei,quā petit,facilitatem,ſi modo Curio annuerit.Sane nos
docemur ex hac epiſtola in re graui exornationibus uti poſſe.
Ordo eſt: Nondū erat auditum te aduentare ad Italiā, cum ego
miſi Sex. Iulium familiarem Milonis mei.ſ. amici ad te cum his
literis.Sed tn̄ cum tuus aduentus putaretur appropinquare,& cō
ſtaret te profectum eſſe iam ex Aſia Romam uerſus,magnitudo
rei fecit,ut non uereremur,ne mitteremus nimis cito,cum uelle
mus magnopere.i.magna cura,& diligentia, has literas perferri
ad te,quamprimum.i.ualde cito. ò Curio ſi mea officia eſſent in
.i.erga te,ſolum tanta,quanta ſolent prædicari magis à te ipſo,q̄
ponderari à me,contenderem.i.obnixe peterem,uerecūdius à te
ſi qua.i.aliqua magna res eſſet petenda mihi. Enim.i. quia,graue
.i.moleſtum eſt homini pudenti.i. habenti pudorem,aut uerecū
do petere aliquid magnum ab eo, de quo putet ſe bene meritū,
ne uideatur magis exigere.i.uiolēter expoſtulare,q̄ rogare qđ pe
tat,& numerare ſup.illud potius ī loco mercedis, q̄ in loco bene
ficij.ſ.gratis facti. Sed quia tua beneficia in.i. erga me extiterūt,
uel nota omnibus,uel clariſſima.i. euidētiſſima & maxima,ipſa
nouitate.i. propter ipſam nouitatem.i. raritatē tpum meorum.i.
eorum,quæ acciderunt temporibus noſtris,hoc eſt,quib.conſula
tum gerebamus. Vn̄r.n.tpa eſſe conſulum quodammodo eo ꝙ ab
eis denominabantur olim anni. Eſtque.i. & eſt animi ingenui
ſup.officiū.i. pertinet ad animū ingenuum.i. minime ſeruilem,
uelle debere eidē,cui debeas plurimum,ſup. ideo ego nō dubita
ui.i.non ſum ueritus,petere id à te p literas,quod eſſet mihi ma
ximum omniū ſ.expectādorū, & eſt maxime neceſſarium. Arti-
ficioſiſſime[vt dixit]ad obtinēda quæ vult,incepit. Nam quaſi a-
liud agens rei,quā petit,& honeſtatem, & neceſſitatem oſtēdit.
Vnde addit. Neque.n.ſum ueritus,ne.i. ut non poſſem,dico ne.i.
ut.nam ſatis eſſet,ne poſſem,ſiue non.cum igitur apponat nō,ne
quod ualet per ſe ut,non ualet tātum,ut quod,ideo accidit,ꝙ ut
dixi,uerba timoris,& uetādi, quæ tacitā negationem importāt,
idem efficiunt cum & ſine negatione,& ita,tres negationes non
plus efficiunt,quàm duæ.ſuſtinere tua,uel.i.etiā, innumerabilia
beneficia in me. præſertim cum conſiderem nullam eſſe etiam,
quam animus meus nō poſſet,uel capere.i.cōprehendere in acci
piendo.i.cū acciperet,uel illuſtrare.i.illuſtriorem facere remune
rando,& cumulando.i.augendo eam. Ergo &c. Poſt.longam inſi
nuationem tādem aperit quid petat dicens:Ego fixi.i.firmaui,&
locaui in conſulatu Milonis omnia ſtudia mea,omnem operam
ſup.meam,omnē ſup.curam,induſtriam;cogitationem, denique
omnem mentē,ſtatuique.i. & cōſtitui me debere quærere in eo,
nō ſolum fructum.i.utilitatem officij.ſ. bene locati, ſed ēt laudē
pietatis. Neq; uero puto ſalutem,ac fortunas cuiquā ſuas fuiſſe
unquā tantæ curæ,quantæ.ſ.curę honos eius.ſ.Milonis,ſit mihi,
in quo.ſ.honore eius,ego decreui omnia ſtudia mea eſſe. Ego in
telligo te unum poſſe eſſe,ſi uolueris,huic.i.hmōi amico meo tā
to adiumento,ut nihil ſit requirendū nobis,præterea.i. præter te
vnū. Nos habemus hæc omnia.ſ.adiumēta,ut pote ſtudiū i. fauo
rē,bonorū.ſ.ciuium, conciliatū.i. conquiſitum Miloni ex tribu-
natu.ſ.eius,quem decenter geſſit,cōciliatū,dico ſtudium bono-
rum. Propter noſtrā cauſam,ut ſpero te intelligere,& ſtudiū vul
gi,ac multitudinis,propter magnificētiam munerum, & liberta
tem naturæ.i.naturalem Milonis,& ſupp.ſtudiū iuuētutis.i.mul-
titudinis iuuenū,& gratioſorū.i.eorū qui habent multam gratiā,
& prærogatiuam in ſuffragijs propter excellentem,uel gratiam,
uel diligentiam ipſius in eo genere.ſ.hominū cōciliando,& ſup.
propter noſtram ſuffragationem,ſi.i. licet forte minus potētem,
at.i.certe probatam,& iuſtam, & debitā, & propterea fortaſſe ēt
gratioſam. Dux,& auctor.ſ.huius petitionis, eſt opus.i.neceſſa-
rius nobis,& quidā moderator eorū uentorū.i.aurarū,hoc eſt fa
uorū & ſuffragiorū,quę ſępe facillime,ut uēti,leui momēto mu
tāt. Et quaſi gubernator,qui.ſ.moderator,& gubernator, ſi unus
ſit exoptandus nobis ex omnibus, non habemus ſup.quēpiā quē
poſſimus conferre tecū. Quamobrem ſi potes exiſtimare.i. iudi-
care me uirū memorem.i.beneficij habendi in animo,ſi gratū in
beneficio referēdo;Si uirū bonū,uel.i.etiam ex hoc ipſo.ſ.facto,
ꝙ laborem tam uehementer de Milone.i.de honore Milonis au-
gendo,deniq;ſi iudicas me dignū tuis beneficijs;ego peto hoc à
te,ut ſubuenias huic ſolicitudini meæ. ut dices.i.dedices,aut de-
das,& quaſi cōſecres,& propriū facias ſtudiū tuū huic laudi,uel,
ut dicam uerius,ſaluti propriæ. Ego polliceor tibi de ipſo T. An
nio.i.Milone,tm̄.i.tam multū,aut multū,aut id ſolū,te neminē,
ideſt,non aliquem,nō eſſe habiturum aliquē maioris animi,gra
uitatis,conſtantiæ,beneuolētiæ erga te,ſup q̄ ipſum, ſi uelis cō
plecti.i. ī amicitiā tuam acceptare hominem. Vero.i.ſed tu ad
iunxeris mihi tantū decoris,tantum dignitatis, ut ego agnoſcam
facile te fuiſſe eundē in laude mea,qui fueris in ſalute.ſ.mea,hoc
eſt in recuperando reditu ab exilio. Ego ni,ideſt niſi ſcirem te ui
dere.i.perſpicere,cum ſcriberem,ad te,quātum officij.ſ.Milonis
in me ſuſtinerem,& quantopere eſſet mihi elaborandum in hac
petitione.ſ.conſulatus Milonis.i.qua Milo conſulatū petit,non
modo.i.non ſolum omni contentione.ſ.uerborum, ſed ēt omni
dimicatione.i.concertatione,qualis eſt armorum,ſcriberem plu
ra. Nunc quia ita eſt,quod rem omnem noſti,commēdo tibi om
nem rem,atq; cauſam,& me totum commendo,atq, trado.i.tibi
dedo,habeto.i.firmiter teneto hoc unum ſic,ſi ego impetrauero
hanc unam rem à te, me debiturum ſup.eſſe tibi plus quàm ipſi
Miloni. Nō.n. mea ſalus fuit mihi tam cara,in qua ſum adiutus
præcipue ab illo.ſ.Milone,quàm.i.quātum,pietas.ſ.mea, in refe
renda gratia erit iucūda.i.delectabilis ſuppl.mihi. Autem ꝑ ſed,
ego cōfido me poſſe aſſequi.i.obtinere,eam.ſ. pietatem in Milo
nem.ſtudio,ideſt annixu,& fauore tui unius,ideſt ſolius.

IN ſuffragijs ſtudia]Dictionem,ſtudia,ſuſtulimus.ſupra enim
dixit,ſtudium,è qua uoce ſequentes genitiui reguntur.

PAVL. MAN. FRAN. ROB.

ETIAM SI]Cic.epiſtolæ,quæ vulgo familiares appellantur
noſtra ætate à doctis, innumerabilibus prope modis fuerunt ex
purgatæ,priſtinoq, nitori reſtitutæ, q̄ laus maxima ex parte Pe-
tro Victorio uiro eruditiſſimo eſt tribuēda, ſemper tamē aliquid
ſeſe affert attente legentibus antiqua illarum epiſtolarum exem
plaria. Quod id ipſum nuper mihi contigit. nam cum peruetu-
ſtum,quod domi habeo, iam diu exēplar cōferrem cum impreſ-
ſis,incidi in ea uerba,quæ ſic leguntur diſtincta epiſto.7.lib.2.ad
Cur. Non uereor,nequid timide, nequid ſtulte facias,ſi ea defen
des,quæ ipſe recta eſſe ſenties. Quod in id reip. tempus non inci
deris,ſed ueneris (iudicio.n.tuo,nō caſu, in ipſum diſcrimē rerū
cōtuliſti tribunatum tuum) profecto uides, quanta uis in repub.
temporum ſit,quāta uarietas rerum, q̄ incerti exitus, q̄ flexibiles
hoīum uolūtates,quid inſidiarum,quod uanitatis, in uita nō du
bito quin cogites. Non dubito quin oēs, ſi attente legerint hæc
uerba,offendantur;tamen perplexo uerborum ordine,etiam ſen
ſu,qui etſi aliquis uideri poteſt,non eſt tamē aptus,& cōcinnus.
Męus ille ſic habet iſta uerba deſcripta, & interpuncta, quæ cum
quiſpiā legerit, facile iudicabit ita omnino eſſe legēdum, & in-
terpungendum locum hunc. Non uereor,nequid timide,nequid

stulte facias, si ea defendes, quæ ipse recta esse sentiens, quod in id reip. tempus non incideris, sed ueneris, iudicio. n. tuo nõ casu in ipsum discrimen rerum contulisti tribunatum tuũ. Profecto uides, quanta uis in rep. sit temporum, quanta uarietas rerum, q̃ incerti exitus, quã flexibiles hoĩum uoluntates, quid insidiarũ, q̃d uanitatis in uita non dubito, quin cogites. Antea tres fiebant in hac oratione periodi. Prima: Non uereor. Secunda: Q̃d in reipu. tempus. Tertia: Quanta uis in rep. temporum. adde q̃ & una fiebat παρένθεσις, quæ disiungebat uerba. Nũc si ita legas, ut demõstraui, duæ tãtum erunt periodi, Prior, Nõ uereor ne. Altera: Profecto uides quãta uis, &c. Quod in id reip. tempus nõ incideris, sed ueneris, leuiter hæc uerba sunt interpungẽda à superioribus. nam est ratio prioris propositionis. Iudicio. n. tuo, non casu, est altera ratio proximarum dictionũ. Sed ueneris. Profecto uides quãta uis in rep. Quòd sit sumendum alterius periodi initium, patet ex perspicuitate. Cum enim duo contineat uerba hæc periodus. Vnum illic, uides. Alterum in fine, cogites. uidetur elegantissime omnia distinxisse Cic. Nam cum ait, Quanta uis in rep. temporũ sit, quanta uarietas rerum, quam incerti exitus, quã flexibiles hominum uoluntates. Merito dixit uides, isthæc. n. uidentur & oculis, & sensu. Cũ uero ait, quid insidiarum, quid uanitatis in uita, non dubito quin cogites. merito retulit ad cogitationem. insidiæ enim & uanitas, cum sint occultæ, cogitatione sapientum perspiciuntur. Adde q̃ plurimũ est uenustatis in illa repetitione facta per uerba similia, quam, quanta, quam rursus cum ad secundum referũtur uerbum cogites, quid, quid. Isthæc fortasse uerbosius, q̃ oportebat à me dicta sunt, sed malui in hac re explicanda, meam reprehendi, quàm requiri diligentiam.

ARGVMENTVM.

Quo tempore Curio Romã redierat, & tribunus plebis creatus erat Cicero prouinciã regebat Ciliciam, è qua cũ audisset tandẽ Curionis auctoritatẽ, gratulatur ei purgans tarditatẽ gratulationis, & simul adhortans, ne quorumuis consilijs ab reip. fauore auferatur, tacite Cæsarem notans, a quo intellexerat Curionem solicitari. A quo etiam postea ob æs alienum soluẽdum se corrumpi permisit. Vltimo loco rogat, ne sibi prorogetur, seu prolongetur prouincia.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Quãquã alia multa in hac epistola agat Cicero, solitã tñ clausulã nõ omittit, qua adolescẽtis animũ ad confidentiã sui ipsius cõfirmat.

M. CICERO PROCOSS. C. CVRIONI TRIB. PLEB. S. P. D. 7

SERA gratulatio reprehendi non solet præsertim si nulla negligentia prætermissa est. longe enim absum, audio sero. sed & tibi gratulor: & ut sempiternæ laudi tibi sit iste tribunatus exopto, teque hortor, ut omnia gubernes, & moderere prudentia tua, ne te auferant aliorum consilia. nemo est, qui sapientius tibi suadere possit te ipso. nunquam labere, si te audies. non scribo hoc temere. cui scribam, uideo. noui aĩum, noui consilium tuum. non uereor, ne quid timide, ne quid stulte facias, si ea defendes, quæ ipse recta esse senties. quod in id, reip. tempus non incideris. sed ueneris, (iudicio. n. tuo, non casu in ipsum discrimen rerum contulisti tribunatum tuum) profecto uides, quanta uis in rep. temporum sit, quanta uarietas rerum, quam incerti exitus, quam flexibiles hoĩum uoluntates: quid insidiarum, quid † uanitatis in uita, nõ dubito quin cogites. sed, amabo te, cura, et cogita, nihil noui, sed illud idem, quod initio scripsi. tecum loquere: te adhibe in consilium: te audi: tibi obtempera. alteri, qui melius dare consilium possit, quàm tu, non facile inueniri potest: tibi uero ipsi certe nemo melius dabit. Dij immortales, cur ego non adsum, uel spectator laudum tuarum, uel particeps uel socius, uel minister consiliorum? tametsi hoc minime tibi deest: sed tamen efficeret magnitudo, & uis amoris mei, consilio te ut possem iuuare. scribam ad te plura alias: paucis enim dieb. eram missurus domesticos tabellarios: ut, quoniam sane feliciter, & ex mea sententia remp. gessimus, unis literis totius æstatis res gestas ad senatum perscriberem. De sacerdotio tuo quantam curam adhibuerim, quamque difficili in re atque causa, cognosces ex ijs literis, quas Thrasoni liberto tuo dedi. Te, mi Curio, pro tua incredibili in me beneuolentia, meaque item in te singulari, rogo, atque oro, ne patiare mihi quid quam ad hanc prouincialem molestiam temporis prorogari. præsens tecum egi, cum te trib. pl. isto anno fore non putarem: itemque petiui sæpius per literas, sed tum quasi à senatore nobilissimo, & adolescente gratiosissimo, nunc a trib. pl. & à Curione trib. non ut decernatur aliquid noui, quod solet esse difficilius: sed ut ne quid noui decernatur; & ut S. C. leges defendas: eaq́, mihi conditio maneat, qua profectus sum. hoc te uehementer etiam, atque etiam rogo. Vale.

† alias uarietatis

SERA *gratulatio*] Post finitum tẽpus magistratus, quem Curio. gesserat in Asia, reuersus Romã creatus est Trib pl. cui Cic. ex Cilicia scribens primum excusat se de sera gratulatione huius dignitatis. Deinde ei gratulatur, & simul hortatur, ut prudentia sua ita se regat, ne aliorum consiliis auferatur, intelligebat enim Cic. Curio. à Cæsa. solicitari in partes suas, quem ut diximus ære alieno oppressum tandem adegit. Itaque nunc Cic. eum laudans hortatur, ut sit fortis & constans in tuenda repub. & cum sit sapientissimus. ita ut aliis possit consulere, multo melius dicit eum posse consulere sibi ipsi: Postea Cice. dolet, quod non sit Romæ, ut posset aut spectare, quæ præclara à Cur. geruntur, aut etiam eum consilio iuuare. postremo rogat eum, ut det operam ne tempus prouinciæ ei prorogetur. quemadmodum dicit se eum rogasse Romæ coram. [Sera) Tarda. [Gratulatio) Est gaudium ex aliena felicitate, alias uero pro actione gratiarum ponitur, & gratulari pro agere gratias. Terent. Desine mulier gratulando deos obtundere. [Prætermissa] Ad tempus omissa. [Absum) Quia Cilicia procul abest ab urbe Roma, & ist excusatio seræ gratulationis. [Sero audio] Quæ Romæ sunt propter longinquitatem locorum, & itinerum difficultatem. [Sed tibi] Dicit, se nunc facere quod distulit ut gratuletur Cic. de tribunatu adepto. [Excepto] Votis, & precibus exposco. [Iste] Tuus. [Sempiternæ laudi) Vt ita eum geras, ut consequare sempiternã laudẽ. [Gubernes) Tractatũ, ut diximus supra, ab eo, qui nauẽ regit. [Moderere] Cũ modo rõne regas. [Aliorum consilia) Neminẽ nominat, sed latenter significat Cæs. qui nitebatur Cur. in partes suas ut diximus, trahere. [Auferant) Abducãt à recto p̃posito, & sententia defendendæ reip. [Suadere) Consulere. [Labere) Penultima producta. i. errabis, & est translatio. [Audies te] Ausculta bis et ibi, & consilium tuũ sequi uolueris, nam audire pro eo dicimur, cũ eis paremus. [Temere) Sine causa. [Cui) Qualis, q. d. sapiẽtissimo, & constãtissimo ciui. [Aĩum) Forte, & studiosum libertatis. [Consilium] Prudentiam. [Timide] Quia dixit noui animum tuũ, est. n. timiditas contraria fortitudini. [Stulte] Propter id, quod dixit: noui consiliũ, quia stultitia est cõtraria prudẽtiæ, [Senties] Iudicabis [Recta] Honesta, nam rectũ dicitur, quod cum officio fit, idem, & honestum dicitur. [Quòd) Quia [Incideris] Casu ueneris. [Sed ueneris). i. iudicio, & certa sñia ueneris. nam incidere est casu incurrere, & uenire, ut incidi in latrones, incidi in magnam perturbationem reip. [Iudicio]. i. certa sñia, cõsulto. [Non casu] Non incõsiderate, fortuito. [Contulisti tribunatum in ipsum discrimen]. i. uoluisti esse tribunus in ipso periculo reip. [Discrimen] Nunc periculũ alias experientiam significat, & differentiã. [Rerum] Imperij, & status Romani, ut Virg. 2. Aen. Postquam res Asiæ. [Contulisti] Coniecisti, distulisti. [Vis tẽporum] Impetus & uiolentia temporũ, tẽpora aũt pro conditione temporũ ponũtur, ut Cic. ò mores, ò tpa. [Varietas] Diuersitas, alii. n. gaudẽt isto statu, alii dolent. [Incerti] ignorati dubii. [Insidiarũ, Fraudum, proditionũ: ut: Accipe nunc Danaũ insidias [Vanitatis] Mendaciorũ, & infidelitatis, nã ut inq̃t A. G. uani sunt non ut uulgo desipiẽtes, & hebetes, aut inepti, sed ut ueterũ doctissimi dñt, mẽdaces & infidi: & Nonius insidiosos & subdolos dici ostendit. [Amabo] Blandiẽtis est particula comicis ualde familiaris [Initio] Huius epistolæ, repetit aũt eandẽ sententiã diuersis uerbis [Tecũ loquere] Idẽ est, q̃d supra, Nemo est, qui suadere tibi prudẽtius possit &c. [Obtẽpera] Obserua [Tibi] Tuo iudicio [Alteri]. i. alii [Tibi] Argm̃ a minori ad maius, ut q̃ aliis cõsulere sciat, sed multo melius cõsulat. [Dabit] [Consilium] [Dii immortales] Exclamatio præ magno desiderio Curionis. [Non adsum] Romæ. [Spectator] Inspectator, cognitor, spectamus enim quæ sunt uoluptati. unde & spectacula laudum, uirtutum, uel re uera commendationũ, quas ex tribunatu tuo adipisceris. [Particeps] cõicator, uel passiue. i. cuiu participates consilia tua. [Socius] In laboribus. [Minister] Suggestor. [Hoc]. s. habere consilia.

Gratulatio Gratulor

Timiditas Rectum

Incidere

Tpa pro conditione tpm ponuntur Vanitas Vani

Spectator

cõſilia.[Minime) Deeſt,quia ꝑ te multum ſapis.[Vis] Vehemen
tia,poteſtas.[Iuuare) Auxilio eſſe.[Cõſilio) Meo. [Alias) Alio tẽ
pore [Paucis diebus].i.intra paucos dies.[Domeſticos) Proprios
meos,nam erãt tabellarij publici. [Tabellarios) Nuncios,qui li
teras deferunt.à tabellis ferendis. [Vt,quoniã) Ordo eſt,ut unis
literis res geſtas totius ætatis ad ſenatum pręſcriberem,qm̃ ſanè
feliciter &c.[Feliciter) Proſpere,quia uictoriã habuerat aduer-
ſus Parthos. [Ex mea ſnĩa) ſecundũ uota, & optata mea . [Geſſi-
mus) In hac ꝓuincia.]Vnis literis) Vna epiſtola. Totius ętatis]
Quas una æſtate geſſi,tunc.n.tp̃s eſt gerẽdi belli.[De ſacerdotio)
Sacerdo Sacerdotes oẽs à ſacris dicti,ut uoluit Varr.Erant aũt ſacerdotũ
tes varia genera,alij.n. põtifices à poſſe, & facere ſecundũ Scæuolã
Põtifex dicti:uel,ut maluit Varr.à põte,quia ſublicius pons ab his factus
primum & reſtitutus ſæpe,erant aũt & maximi pontifices & mi
nores,põtificib.uero, teſte Macr. erat ꝑmiſſa poteſtas, memoria
rerum geſtarũ in tabulas conferendi & hoc annales appellãt ma-
ximos quaſi à pontificibus maximis factos : unde & Virg. ait ex
ꝑſona Æneæ põtificis maximi.Et uacet annales noſtrorũ audire
laborũ,ex alijs ſacerdotibus,alij appellantur flamines,diales,alij
Martiales,& deniq; ab eo Deo,cui eſſent ſacrati, nomen accipie
bãt. cupiebat igitur Curio aliquod ſacerdotium opera & fauore
Cic.de quo nũc ſcr.Ci.ſe multũ laboraſſe[Difficili) Quia fortaſ-
ſe multos aduerſantes haberet. [Mi Curio) Incipit ei blãdiri.[In
Oro credibili) Maxima [Singulari) Egregia,& incomparabili. [Oro)
Rogo Plus eſt in ſenſu, q̃ rogo[Ne patiare) Ne ſinas,ne permittas [Mo
leſtiam prorogari) Quam in hac prouincia capio.Oſtendit enim
ſe inuitum illic eſſe.[Prorogari).i.differri.[Egi te) Rogaui te,lo
cutus ſum tecum.[Præſens) Corã,cum eſſem Romæ . [Sed tum)
Oſtẽdit hanc ſuã petitionem maiorem habere uim debere, quia
ante petiuerat à Cur.tanquam ſenatore ſolum,nunc uero à Cur.
etiam trib.[Fore) Quia nondum erat facta mẽtio aliqua de tribu
natu ſuo [Adoleſcente) Iuuen. [Gratiſſimo) Valde grato, & ac-
cepto. [A tribuno pleb.) q.d. à magiſtratu,qui nũc per te ipſum
potes,quod ante per alios erat faciendum, & primo generaliter
dixit à tribuno propter ſupradictam cauſam, ꝙ plus haberet au-
ctoritatis,quam ante,deinde ſubdit. [Et à Curione,) q.d. qui to-
tus es meus, quẽ nihil mihi negare decet, & qui poteris quantũ
uoles. magna enim uis eſt in nomine proprio,q.d. non à quouis
tribuno hoc peto,ſed ab eo:qui poteſt.[Non) Subaudi peto.[Ali-
quid noui].i.pro hoc meo procõſulatu,uel imperio. [Quod) De
cernere aliquid noui.[Difficilius,) Quia difficilius aliquid noui
deliberatur pro aliquo in magiſtratu, q̃ ſeruatur id, quod fuerat
ei promiſſum [Sed) i.peto.[Vt ne) Pro ne.ſ.ut non [Decernatur
qd noui) i,ut ſenatus nihil omnino decernat de hoc meo impe-
rio,niſi ut qua conditione profectus ſum in prouinciam, eadem
mihi ſeruetur,quod declarat dicens.[Sed) peto.[S C) Quo mihi
decreta fuerat prouincia tantum in annum . [Et leges) Quibus
cauetur, ut finito anno magiſtratui detur ſucceſſor. [Conditio)
Conuentio,ea,i. conditiõe iuerat in prouinciam, ut poſt annum
inde diſcederet.[Maneat) Conſtet, ſeruetur, ut Virg. Aen. 2. Tu
modo promiſſis maneas,id eſt, non diſcedas à promiſſis.

PHIL. *SERA gratulatio*] Congratulatur Cur. quòd ex Aſia reuerſus
tribunatum conſecutus ſit,quem magiſtratum adijſſe,& factum
Cæſ. inimicum Appianus ſcriptum reliquit. Sed eum tãdem ære
alieno oppreſſum Cæſ. in ſuas partes adduxit, ut ante diximus,
Hortaturq.Cur.ad ſuſcipiendã reip.defenſionem, & per paucos
intelligit eſſe Romæ,qui ſaluam remp.uelint,adhibeat in conſi-
lium neminẽ,ſed ſe ſolum audiat, ſibi obtemperet, ſuum dunta-
xat cõſilium ſequatur.inde dicit ſe dolere, ꝙ abeſt ab urbe,& ſpe
ctare non põt,quæ ab eo geruntur in rep.Poſtremo rem ſuã Cur.
cõmendat,ne ſibi in Cil.prorogetur imperium. Erat autẽ cũ Cic.
cum has ad eum literas ſcriberet, in Cil.procõſul,Curio Romæ
trib.pl. Ex quo uidendũ in primis cuiuſmodi magiſtratus iſti fue
Procõſ. rint,Procon.erant,qui cum poteſtate cõſulari, extra ordinem in
prouincias belli gerẽdi cauſa mittebantur , & eadẽ prope modũ
ꝑtãtem habeant, quã conſules , niſi ꝙ ſex tãtum lictores ſecum
ducebãt,illi xij.Et ſiquidẽ is aliqua occupatus cauſa, ad prouin
ciã ſibi traditam accedere, aut ibi adeſſe nequiuiſſet, legatũ ſub-
rogabat,qui propemodũ parem,procõſ. ꝑtãtem gerebat.Res.n.
grauiores adminiſtrare nequibat, quæ proconſuli procurãdę de
ferebantur.Proconſularis uero dignitas fuit primũ eo tpe,ut ar-
bitror,inſtituta,quo Poſthumus Albus,& Semp.Fuſcus conſula
tum gerebãt, quorũ alter aduerſus Equos bellum gerẽs obſeſſus
eſt,alter in urbe remãſerat, & is ut collegæ ferret auxiliũ T.Quin
tum procõſ. creauit,ante ipſum inuenio neminem. Hæc deinde
ita diffuſe & obſeruari cœpta eſt, ut qui conſules fuiſſent exacto
Tria tri eorũ officio,ſequenti anno pro conſules remanerẽt,& ad diuer-
bunorũ ſas belli gerẽdi cauſa prouincias mitterent. Tribunorũ tria ſunt
ſũt gña genera.Celerum, Militum & pleb. Trib.celerum 300.milites ad

cõtinuũ & regis,& reip.præſidium ſub re habebãt, quos primos
omnium Romulus ex quaque curia,quas ipſe 30.cõſtituerat, 10.
aſciuit,& his tres uiros pręfecit,eoſq.qm̃ à tribubus elegerat, tri
bunos uoluit appellari Celeres uero a celeritate pleriq; dictos
exiſtimant.Sũt q à Celere,qui Remũ occiderat,& qui primo his
ordinib.à Romulo præfectus fuerat, appellatos putent. Tribuni
uero militium totius exercitus defenſores erãt , ne uis aliqua uel
ſeditio inter milites oriretur. Et tres primũ ad poſtulationẽ ple-
bis conſtituti, qui eandem cum conſulibus habebant ꝑtãtem,cũ
bella ſæuirent,& ex plebe delectus fieret,ne grauiter fieret. Tres
inquam conſtituti fuerunt.Sempronius Attracinus. L. Actius,&
Cic.Cœlius uiri patricij M.Geni.& P.Curiatio Coss.Ante hos ta
men trib.pl.erãt,qui aduerſus omnẽ Senatum plebẽ defenderẽt.
Iſtorum uero creandorum cauſa initio fuit ſucceſſio pleb. à pa-
tribus in montem ſacrum facta , qui tertio lapide diſtat ab urbe.
Fuit & Menetij Agrippæ diligentia hac conditione reuocata,ut
plebeios magiſtratus in urbe haberet.Tunc duo creati ſunt trib.
pleb.A. Virginio,& T. Vetulio Coss. Additi deinde fuerant tres
alij T. Quintio, & Appio Claudio Coss. Demum 5 alij Q.Mi-
nutio , & M. Hor. Puluillo Coss. quorum quidem tribunorum
tanta erat auctoritas, ut omnia Senatus decreta irrita tenerẽtur, Auctori
niſi per eos approbata,ipſorumq.ſignata ſigillo fuiſſent. Verum tas tri-
quæ & quanta fuerit tribunorum potentia , A. G. Labeonis ſen- bunorũ
tentia , atque Varronis oſtendit , quod in eo legere poteris. [Se
ra gratulatio) Quandam excuſationem pręmittit,qm̃ aliquantu
lum tardus in gratulando fuiſſe uidebatur [Sera) Tarda. Martial. Sera
Nil facis,& ſerum eſt alium mihi quærere regem.[Lõge abſum) Seroti-
Multum.n. diſtat ab urbe Rom. Cil. in qua tunc Cic. proconſ. nus
[Audio ſero) Quæ Romæ geruntur , hoc eſt tarde . Ne tu dicas
bonum ſero pro bona ueſpera,id.n.nuſquam lectum eſt,tametſi,
nõ ſolum tarde ſignificet,ſed poſt Solis occaſum,unde ſerotinus.
[Sed tibi) Nunc ſe gratulari dicit, ꝙ longinquitas locorum abſtu
lerat. [Gratulor) Gratari & gratulari ſignificatione non diffe- Gratos
runt,ſed ſtilo. Gratari.n. poetarum eſt,& hiſtoricorũ ; Gratulari
uero oratorum,ſignificantq. uerbis oſtẽdere te gaudere alicuius
felicitate apud eum, q felix eſt,& datiuum uolunt,ut Gratare ſo-
rori,& tibi Gratulor, & ad nos ipſos interdum referri põt ob ali-
quã felicitatẽ noſtrã,ut ſi dicimus. Gratulor ſcriptis meis.[Sẽpi- Gratu-
ternæ) Nunq̃ perituræ. Sempiternum dijs damus.[Perpetuum) lor
Hominibus.[Moderare) Cum modo regas,& rõne. [Prudentia) Sempi-
quæ eſt rerum bonarum , & malarum per omne tempus ſciẽtia. ternum
[Ne te auferant) In eorũ ſententiam ducãt,defenſionem reip.de Perpe-
ferẽdo,& hoc ꝑꝑ Cæſ.dixit,qui eũ in partes ſuas abducere cona tuum
batur,quod tandẽ fecit.Aufero ex ab & fero, & b,in,u, mutatur.
[Laberis) In errorem cãdes,accentum in pen.μεταφορικῶς,dixit.
[Temere) Stulte ſine cauſa [Si te audies) Si tuũ cõſilium ſeque-
ris.[Cui ſcribã,uideo,) q.d.ſe uideri ad prudẽtiſſimum uirũ ſcri-
bere.Emphaſis eſt.[Noui animum) ſ. magnificum,laudẽ, & glo-
riam appetentem,& libertatis amantiſſimum.[Noui conſilium)
eſſe ſanctiſſimum,& reip.profuturũ, qđ ex animo tuo naſcitur,
[Timide) Ad animum refert,timor.n. eſt cõtra magnanimitatẽ. Timor
[Stulte) Ad cõſilium,ſpecies eſt malitiæ.nam ſtultitia eſt pruden
tiæ contraria, ex qua naſcitur conſilium. [Senties) Cenſebis.
[Nõ incideris) Sed ueneris. Vnum in caſu, & fortuna,alterum in
iudicio,& conſilio poſitum eſt. [Iudicio) Conſilio,conſulto, &
dedita opera.] Caſu) Fortuito.[Diſcriminẽ rerũ) Periculũ reip.
ut eam defenderes.nam res pro ſtatu reipub. poſuit:ut Virg. Res
Agamẽnonias uictriciaq.arma ſecutus. Virg.ꝑ tot diſcrimina re
rum.alias differẽtiã ſignificat. Virg. Tros.Tiriusq. mihi nullo di
ſcrimine agetur.[Contuliſti),Conieciſti. [Tribunatum tuum) ꝙ
tribunus eſſe uoluiſti, cum tanto periculo reſp. laboret.[Tempo
rum) Perturbationum.[Quid niſi) Quoniam nuſquã tuta fides,
numero tantum multitudinis inſidias dicimus,& fraudes,atque
ꝓditiones ſignificãt. [Quid uanitatis) Refertur.n.uanitas ad fin Vanus
genda mẽdacia,& perfidiam,& differt à ſtoliditate,cuius rei me
minit Apollinaris,auct.Nigidio,apud Gelliũ his uerbis : Vanos
proprie dici non,ut vulgus dicit,deſipiẽtes,haberes,aut ineptos,
ſed ut ueterum doctiſſimi dixiſſent,mẽdaces,& infidos,& leuia,
inaniaq. ꝓ grauibus,& ueris aſtutiſſime componentes, Stolidos Stoli
autem uocari non tam ſtultos,& excordes,quam tetros,& mole dus
ſtos,& illepidos,quos Græci εἰνεῖς καὶ βλάκας dicũt.[Quin) Qđ
nõ.ut quin uatem inſanam aſpicias.Alias quin pro imò etiã,aut
atque,etiam.ut,quin aſpera Iuno. Interdum pro cur non. Virg.
Quin tu aliquid ſaltem potius , quorũ indiget uſus Viminibus
molliq. paras detexere iunco.Et indicatiuo iungitur tam in pro
ſa oratione, q uerſu.Fab. Quin tu potius amittis iuuenis conſi-
lij rationem [Amabo) Auerb.blandientis eſt, & in antep. habet
accentum. Teren,Dic amabo. [Cura & cogita) Imperantis uer-
ba,nam cura,& cogitatione quidam legunt [Nihil noui] Nolo,

inquit,aliquid noui cogites aut cures.[Sed illud idem, quod ini
tio ſcripſi).ſ.ne te auferant aliorum conſilia,& huiuſmodi ſupe
rius dicta.[Tecum loquere) Eũdem ſenſum cum ſuperiorib.per
diuerſa uerba [Cõſilium) Quia memoria fauebat reipub. ut ipſe
Curio.[Spectator) Qui inſpicerẽ laudes tuas , quas ex tribunatu
Spectator consequeris . Spectare.n.ad omnia refertur, ſed proprie ad uolu-
ptatẽ pertinet,unde ſpectacula nũcupãtur.[Tametſi hoc tibi mi
Spectaculum nime deeſt)Quoniam per te ſapis,& potes omnia,& omnes lau-
dum tuarum ſpectatores eſſe poterunt.[Tabellarios) Literarum
Tabellę latores.Inceratis.n.tabulis ſcribebat antiquitas.unde tabellę pro
literis dicebantur, & tabellæ pro teſtamento.Iuuen.Signatæ ta-
bulæ dictum feliciter.[Ex mea ſententia) Vt uolui.nam Parthos
ſuperauerat.[Remp.geſſimus) Commodum reip.fecimus,ad cui
tandam arrogantiam numero plurali eſt uſus . Tribus .n. modis
plurali pro ſingulari numero uti poſſumus, Ad magnificentiam
ſtili. Luc.Bella per æmathios pluſquam ciuilia campos Iusque
datum,ſceleri canimus. Ad exprimẽdam indignationem , Virg.
Moriemur inulte. Sed moriamur ait.Et ad humilitatem oſtẽden
dam.Cic.Non ſpe moti uenimus ad ſcribendum.[Vnis) nomini
bus adhæreſcit plurali numero tantummodo declinatis,ut arma
literæ[Res geſtas) In adminiſtratione magiſtratus , & ad remp.
pertinentibus,inq; rebus publicis,ac maioribus,& ad plurimos
etiam ſpectantibus,& maxime in re militari res geſtas dicimus .
[Totius æſtatis) Quas tota æſtate geſſeram.[De ſacerdotio tuo)
Hanc ſacerdotij dignitatem Curio affectabat,pro eo uero impe-
trando Cic.nõ mediocriter laborauit.Ex patribus enim,ut de hu-
ius dignitatis origine aliquid dicamus. Numa ſecũdus à Romu
lo Martium M.Fab.pontificem primum elegit,eique ſacra,ut in
quit Liu.omnia exſcripta,exſignataque attribuit. Quatuor exin-
de ex gente patricia , & totidem ex plebeia pontifices conſtituti
ſunt,quorum unus dicebatur maximus,qui ſolus templo Veſtæ,
Palladisque cuſtodiæ una cum ſacerdote maximo præſidebat,&
eius auctoritate omnia ſacra regebantur. Huic autem ſacrorum
rex ſuppoſitus erat,ne regis appellatione regiam dignitatem in
uaderet,quibus ſacra primũ fuiſſe cõſtituta manifeſtũ eſt.quod
tamen ne penitus ab hominum memoria extingueret᷑, unus tm̃
ſacerdos poſt reges exactos à rep. inſtitutus eſt , qui rex ſacrorũ
ſacrificulusq.diceretur.Et qm̃ erãt uaria ſacerdotum genera,Fla
mines,Diales,Martiales, Quirinales,Salij. Pontifice minores ,
Pontifices maximi,reges,ſacrorum,ſacrificuli,& qui etiã Cybe-
les ſacra facerent,qui Galli dicebantur,& quidam alij.Nõ auſim
dicere quod nam ſacerdotium ex iis omnib.Curio appetebat,ſa-
tis eſt exponere quod ſacerdotium cupiebat, pro quo Cic.adipi-
ſcendo diligenter operã dedit.[Difficili) propter competitores.
[Te mi Curio) Ad rem ſuã accedit,rogatque Cur.det operã , ut
exacto tpe magiſtratus,quem tunc in Cilicia gerebat,ne ſibi pro
rogetur imperium,ſed ad cõſtitutam diem redire poſſit in urbẽ
R.Libentius.n.manebat in urbe ſine magiſtratu,q̃ cum magiſtra
tu extra urbẽ , quod in ea demonſtrauit ep. Vrbẽ mi Rufe cole .
& in iſta luce uiue [Mi Curio) Suauitatem quandam dicendi , &
uim amoris oſtẽdimus,qñ hmõi appellationes inſerim⁹.Mi Cu
rio, mi Marcelle,mi Rufe.[Moleſtiam) Quam in hac prouincia
patior,cum inuitus illic eſſet. [Præſens) A minori ad maius.[Pro
rogari) In longum,& ultra conſtitutum tempus deduci.[Sed tũ)
.ſ.egi tecum , & locutus ſum de hac re mea , quoniam non eras
Trib.ple.ſed certe ſenator nobiliſſimus,& adoleſcens gratioſiſſi-
mus.Nũc uero,cum hæc eadẽ à te peto,es Trib.pl.ꝙ multo ma-
gis hac rẽ mihi conficere poteris.[Nunc à trib.pl.) Omnes cod.
quos ego hactenus uidi,hunc locum mẽdoſum habẽt,dicuntq;
nunc a tyranno P.Lent.eſt autem hoc modo legendum:[Nunc à
trib.pl.& à Curione trib.) Nec tyrannus pro tribuno ponitur.[Et
à Curione trib.[Non diuerſam perſonam dicit,ſed eandẽ, & ſic
dicit.[A Cur.) Tanquam ab eo,qui totus eſſet ipſius Cic. & pro-
prium nomen artificioſe poſuit in exaggeratione quadã,& tan-
quam ab eo trib.diceret hoc ſe petere,qui plurimum poſſet in re
pu.[Quod ſolet eſſe difficilius;Vt aliquid noui, & præter patriũ
morem decernatur,quod tunc fieret,ſi tempus Cic. ꝓrogaretur .
[Sed ut nequid noui decernatur?) Quod à cõtrario ſenſu ſolet eſ
ſe facilius,ut finito anno è prouincia decedat.[Vt S.C.) quo de-
cretum eſt per annum hoc mihi.[Et leges def.)Quibus cauetur ,
ne quis ultra conſtitutum tempus in magiſtratu manere poſſit.
[Qua profectus ſum]Hac.n. conditione , & lege in prouinciam
Conditio fuerat,ut finito anno à prouincia decederet.Legendum ſane cõ-
ditio ſine c. Diſtat enim conditio,atq; condictio. à cõdicẽdo.n.
Condictio condictio naſcitur,quæ pronunciationem quandam,& actionẽ
ſignificat,à cõdendo uero conditio deriuatur,quæ pro fortuna ,
& ſorte,& quaſi electione,& cõuentione quadam accipitur.Ca-
ue referas ad naturã.nam nõ moris eſt,ſed fortunę.Itaq; male di
cũt quidã bonę,aut malę conditionis quempiã,ſi ad naturã refe
runt.At ſi fortunã optime dicunt bonæ,aut malæ,paruæ,aut ma
gnę conditionis hominẽ,ut aut pauper ſit,aut diues,& hmõi, q̃
fortunæ ſunt,nõ naturæ, ut apud Liu.multis in locis legimus cõ
ditiones pacis oblatas. In quo etiam animaduertendũ,ꝙ qui of-
ferunt conditionem,nũquam aliis uerbis ferme q̃ iſtis utuntur,
fero,pono, offero conditionem,qui uero cõditionem accipiũt,
nunquã alio uerbo,quã accipio.Sic Teren.de Glycerio:accepit
conditionem.Et Liuius.conditionem acceperunt: Verum ſi mẽ-
tis qualitatem ſignificare uoluerimus,non conditionẽ dicemus,
ſed naturam,aut ingenium,ut bonæ,aut malæ naturæ,benigni,
aut maligni ingenii adoleſcens.[Maneat) Seruetur,firma ſit.

SERA gratulatio]Quo tpe Curio Romam redierat,& trib.pl. A SC.
creatus fuerat,Cic.Ciliciam prouinciam regebat,è qua cum au-
diſſet tandẽ Cur.ſucceſſum,gratulatur ei, purgans tarditatẽ gra
tulationis,& ſimul adhortans,ne quotumuis conſiliis ab reip.ſtu
dio auferat᷑,in qua re tacite Cæſ.notabat . demum rogat , ut Cu-
rio faciat,ne ſibi prouincia prolongetur.Ordo eſt:Gratulatio de
bono alterius,ſera.i.licet tarda, non ſolet reprehendi, præſertim
.i. hoc præaſſerto,ſi ſup.gratulatio, nulla.i. non ulla , non eſt p̃-
termiſſa ulla negligentia.i.per ullam negligentiam,ſubaudi qua
lis eſt noſtra. Enim.i.quia, ego abſum.ſ. ab urbe longe utpote in
Cil. audio.ſ. quæ illic gerantur ſero. i. tarde aliqñ ſero eſt nimis
tarde.Sed licet ſero,ò Cur. ego gratulor tibi,& exopto,ut iſte tri
bunatus ſit tibi ſempiternæ laudi.i.ad perpetuã laudem. Et hor-
tor te,ut gubernes oĩa,& ſup.ut moderere.i.temperes oĩ pruden
tia tua,ne conſilia aliorum,præſertim Cæſ.& Põp. auferant te.ſ.
à recto tramite iuſtitię,& curæ reip. Nemo eſt,q poſſit ſuadere ti
bi ſapientius te ipſo.i.q̃ tu ipſe. Tu nunquã labere.i. cades in er-
rorem,aut turpe facinus , ſi audies te.i. ſequeris iudicium tuum .
Ego nõ ſcribo hoc temere.i.incõſulte, uideo.i.animaduerto cui
ſcribã. Noui animũ,noui conſiliũ tuum,nõ uereor ne facias qđ
.i.aliqd timide.ſ.ne pecces ꝑ timorẽ,ut faciunt, qui ſciunt qd fa
ciundũ ſit,ſed faciunt qđ potẽtiorib.placet,& ſup.ne facias qd.i.
aliquid ſtulte,ut faciunt imprudẽtes,cum bene facere uelint,ne-
ſciũt,ſi defendes ea,q̃ ipſe.i.tu ſenties eſſe recta. Tu uides ꝓfe-
cto,ꝙ nõ incideris.ſ.caſu,fortuito,ĩ id.ſ.tã turbulẽtũ tp̃s reip.cũ
.ſ.reſp.eſt in periculo ne opprimatur,ſed ueneris.i.ſpõte te immi
ſeris.Enim,ꝓ quia,tu cõtuliſti tribunatũ tuũ,in ipſum diſcrimẽ
.i. periculũ rerũ,in quo.ſ.diſcernit᷑ qui rerum potiat᷑, iudicio tuo
.i.dedita opa, nõ caſu.Ego nõ dubito quin cogites q̃ta uis.i.uio
lẽtia aut prãs tpum.ſ.periculorũ,cum reſp.ad paucorũ guberna-
tionẽ lapſura uideat᷑,& quãta varietas rerũ ſup.ſit,q̃ i.q̃tum in-
certi exitus,q̃.i.quãtũ flexibiles.i. mutabiles ſup.ſint uoluntates
oĩum,quid inſidiarũ,& quid uanitatis.i.mẽdacii & falſitatis ſup.
ſit in uita.ſ.humana,aut eorũ,quos ipſe nouit.Sed amabo te,blã-
diẽdi uerbũ,ꝙ cũ caſum regat,licet blãde ponat᷑,uerbũ manet,et
accentũ ſuũ retinet,cura & cogita nihil noui,& illud idẽ qđ ſcri
pſi initio:Loquere tecũ.i.cũ iudicio tuo,adhibe te in cõſiliũ , au
di te.i.obedi tibi,optẽpera.i.acquieſce tibi,ſup.aliquis qui poſſit
melius q̃ tu dare cõſiliũ alteri,non põt inueniri facile.uero.i.ſed,
certe nemo dabit tibi melius.ſ. cõſiliũ repente,q̃ tu. Dij i. ò Dij
immortales,cur ego nõ adſum,uel ſpectator laudũ tuarũ,uel par
ticeps,uel ſocius,uel miniſter cõſiliorũ,tãetſi.i.q̃q̃,hoc.ſ.habere
miniſtrũ cõſiliorũ,minime deeſt tibi,ſed tñ.i.nihilominus, ma-
gnitudo,& uis.i.abũdantia amoris mei,efficeret,ut poſſem iuua
re te conſilio.ego ſcribã alias.i.alio tpe,plura ad te, enim.i. quia
ſup.cũ hęc ſcriberẽ,miſſurus erã,paucis diebus.ſ.p⁹,hoc eſt,poſt
paucos dies tabellarios domeſticos.i.q perferũt tabellas,& lite-
ras domeſticas,nõ publicas,ut qm̃ geſſimus rẽp.ſanè.i multũ feli
citer,& ex ſnĩa mea.i.ex uoto meo,pſcriberẽ ad ſenatũ res geſtas
totius æſtatis unis lr̃is.Tu cognoſces ex iis literis quas dedi ſ.ad
te Thraſoni liberto tuo.i.manumiſſo,& libertate donato, quãtã
curã ego adhibuerim de ſacerdotio tuo.i.qđ me ĩterceſſore cõſe
qui ſperaſti,& in qua.i.q̃tũ difficili re,atque cã.O mi Curio,ego
rogo atq; oro te,ꝓ tua incredibili beneuolentia in me,& ꝓ mea
ſingulari beneuolẽtia in te, ne patiare quidquã tẽporis ꝓrogari
.i.prolõgari,& extẽde mihi, ad hãc moleſtiã prouincialẽ.i.regẽ
dæ ꝓuincię.Ego pñs.i.cũ eſſem tecũ Romę,cũ non putarẽ te fo-
re.i.futurũ trib.pl.iſto anno egi tecũ,& petiui ſæpius per literas
ita.ſ.ut nõ patiaris mihi prouinciã prorogari . Sed petiui ſup. tũ
.i.tũc quaſi a ſenatore.i.patritio nobiliſſimo,& adoleſcẽte ẽt gra
tioſiſſimo.i. pleno maximę gratię , nũc ſup. peto à trib. ple. & à
Cur.q.d.potẽtiſſimo,& prudentiſſimo & amiciſſimo tribuno,nõ
ſup.peto aliquid noui decernatur.ſ.per S. C. ꝙ ſ.decernere aliqd
noui,ſolet eſſe difficilius,ſed ut ne q́d noui decernat᷑, qualis ẽẽt
prorogatio imperii, q̃ ſine nouo decreto nõ fieret , ut defendas
S.C.& leges ſ.uetãtes ultra præſcriptũ tp̃s prouinciã tenere,& ea
conditio,qua profectus ſum.ſ.ut expleto tẽpore legitimo redeã
domum,maneat mihi.Ego rogo te hoc uehementer , etiã atque
etiam

etiam.i.frequenter,ut commẽtarij dicunt. ſed nõ declarant,minus eſt in rogãdo,quàm in orando. Rogare enim eſt proprie diſquirere, an uelis facere, & ita precari ut facias, ſi ita uideatur, Orare uero eſt oratorio more precari, & implorare. Quia ergo parum eſt per ſe rogare,addit uehementer,& etiam,atque etiam.

ARGVMENTVM.

Scribit ad Cœlium Ruffum,cui Cicero in Ciliciã proficiſcẽs mãdatũ reliquerat, ut ſæpius ad ſe de rep.ſcriberet: Cœlius autem de ludicris,& inanibus ad eum rebus ſcripſerat, quod reprehendit Cicero.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Leuis obiurgatio per reiectionẽ, hoc eſt apodoxin.non.n.ab amiciſſimo ſibi ſcribi cupit,quæ à uulgo paſſim produntur.Ex qua re clã illius ſententiã degliſcente inter Cæſarẽ,& Pomp. diſcordia requirit,ut animum hominis exploratum, ad partes Põpeij,cui plus fauebat,inclinet.

M. CIC. PROCOS. M. COELIO S. D. 8

QVid? tu me hoc tibi mandaſſe exiſtimas, ut mihi gladiatorum cõpoſitiones,aut uadimonia dilata,et Chreſti compilationẽ mitteres,& ea,quæ,nobis,cum Romæ ſumus, narrare nemo audeat? uide, quantum tibi meo iudicio tribuã:(nec mehercule iniuria:† πολιτικώτερον .n.te adhuc neminẽ cognoui)ne illa quidẽ curo mihi ſcribas,quæ maximis in rebus reip. geruntur quotidie; niſi quid ad me ipſum pertinebit.ſcribẽt alij:multi nunciabunt: perferet multa etiã ipſe rumor.quare ego nec præterita,nec præſentia abs te,ſed,ut ab homine longe in poſterũ proſpiciente futura expecto: ut, ex tuis literis cum formã reip.uiderim,quale ædificium futurum ſit, ſcire poſſim.neq; tamẽ adhuc habeo, quod te accuſem. neque .n.fuit,quod tu plus prouidere poſſes,quàm quiuis noſtrum,in primisq. ego,qui cũ Pompeio complures dies nullis in alijs,niſi de rep. ſermonibus uerſatus ſum; quæ nec poſſunt ſcribi, nec ſcribenda ſunt: tantum habeto, ciuem egregium eſſe Pompeium, & ad omnia, quæ prouidenda ſunt in rep. & animo, & conſilio paratum. quare da te homini: complectetur,mihi crede.iam ijdem illi,& boni, & mali ciues uidentur, qui nobis uideri ſolent. Ego,cum Athenis decem ipſos dies fuiſſem, multumque mecum Gallus noſter Caninius; proficiſcebar inde pridie non. Quint.cum hoc ad te literarum dedi. Tibi cum omnia mea commendatiſſima eſſe cupio, tum nihil magis, quàm ne tempus nobis prouinciæ prorogetur. in eo mihi ſunt omnia, quid,quando,& quo modo,& per quos agendum ſit, tu optime conſtitues. Vale.

†.i.ciuilioremem.

HVB. QVID? tu] Cic.in Ciliciam proficiſcens mandauerat Cœlio Ruf. ut ad eum de ſtatu reip. ſæpe ſcriberet. in quo, ut ei ſatisfaceret,Cœlius ſcripſerat quæcũque etiam minutiſſima agebãtur.Itaque ſcribit nunc Cic.ſe non expectare ab eo quæ quotidie fiunt. quæ à multis alijs ſcribi poterunt, ſed expectare, quæ putantur futura tanquàm ab homine prudentiſſimo,& reip.peritiſſimo. Id autem dicit Cic. quia iam multo ante olfaciebat diſcordiam ciuilem, diſſenſionem inter Cæſ. & Pomp. quod cum dicit ſe multũ locutũ,& ab eo ſecreta intellexiſſe de rep. quæ literis nõ ſunt committenda:affirmat tamen eum bene de rep.ſentire. hortatur itaque Cœlium, ut ei adhæreat,& eum ſequatur. Poſtremo rogat ipſum Cœlium,ut det operam ne tp̃s prouinciæ ei prorogetur,quia cupiebat finito anno magiſtratus Romã redire.[Quid?]Modus eſt familiariter corripiendi,& eſt ſenſus:cũ ego mandaui tibi,ut ad me ſæpe ſcriberes,quid exiſtimas me mãdaſſe tibi,ut etiam ea ſcriberes,quæ priuata fiunt?[Quid?] Deeſt
Mãdata verbũ,& ſubauditur,uel dicis uel reſpõdes[Mandaſſe]Cõmiſſio-
Compoſitio nem dediſſe,nam mãdata proprie uerbis fiunt.[Compoſitiones] Proprie dixit,hoc eſt comparationes,& coniunctiones,nã alter contra alterũ gladiatorũ elegebatur,ut pares pugnarẽt, & illa talis comparatio appellabatur compoſitio,quia uidebatur ad comparationẽ poni. Horat. in Ser. Rupili & Perſi par pugnat. uti nõ Compoſitus melius cum Bitho Bacchius. [Vadimonia] Fideiuſ-
Vador Vadimoniũ Cõpilatio ſiones. [Dilata] A prætore. Iuuen. Differt uadimonia prætor. Vadari eſt fideiubere,inde uades fideiuſſores,ut uoluit Feſtus,q dãtur in re capitali,inueniuntur tamẽ,& pro cuiuslibet fideiuſſoribus [Chreſti]Raptoris cuiuſdam nomẽ proprium [Compilationem]Furta,rapinas,à pilis telis Roma.non aũt à pilis uellendis, quæ dictio corripit primam ſyllabam: compilo autem producit.
Hor.in Ser. Ne mea Compilaſſe putes Criſpini ſcrinia Lipipi. Cõpilo, Pilum
Dicuntur autem cõpilare milites,q occiſis hoſtibus in bello tollunt inſignia.[Mitteres].ſ.literis. [Et ea] Quæ,non placet mihi, vt carpat hic Pom.Cæſ. & Craſ. quoniam in hac epiſtola laudaturus eſt Pom.[Audeat?] Ne fortaſſe offendat aliquem narrando ea,quæ ſunt contra ius, & honeſtum.[Vide]Pro audi,uel intellige,nam ſenſus ſæpe pro ſenſu ponitur, ut uideo quãtum me ames,pro intelligo,& cognoſco, dictum eſt ſuperius. [Quãtum tributam tibi]Quanti te æſtimem.[Iniuria]Immerito,ſcilicet tibi tribuo multum. πολιτικώτερον,id eſt, ciuiliorem. eſt autem comparatiuum ſecũdum formam Græcam,quoniam,& à dictione Græca deducitur πωλιτικὸς,id eſt, ciuis, & ciuitatis peritus. [Ne illa]Dicit quæ uoluit ad ſe ſcribi. [Curo] Cupio [Niſi quid] id eſt,quòd uidebitur tangere,uel rem,uel honorem meum.]Nũciabunt] Verbis. [Ipſe rumor feret] fama ipſa quæ nihil poteſt tacere.[Præterita, nec præſentia] Quo quiſque non ſtultus facile poteſt intelligere. [Sed,ut]ideſt, ſicut, [In poſterum] Id eſt, futurum,[Longe, proſpiciente] Valde prouido, & futura etiam intelligente, quod contingit ſolum prudentiſſimis. [Expecto] Deſidero. [Formam]Quaſi deſignationem. tranſlatio ab architectis,ut Cic.in 1.Off. Formam quidẽ ipſam M. filij,& tanquã faciẽ honeſti uides[Viderim] Cognouerim. [Aedificium] Perſeuerat in tranſlatione, & eſt ſenſus:ut cum uiderim ex tuis literis qualẽ opinionẽ habes de rep.poſſum cognoſcere,qualis ſit futurus ipſe ſtatus reip.[Nec tñ]More amici excuſat eũ, quòd nihil adhuc de his rebus ad eum ſcripſerit. [Adhuc]Hucuſque.[Fuit] Aliquid [Prouidere] Proſpicere,ante uidere. [Quiuis] Quilibet [Noſtrum]Mei & ceterorum ciuiũ Rom.[In primis]Præſertim. [Ego]Subaudi q̃ ut ſit q̃ ego.[Complures].i. multos, abſolute.n. ſine cõparatione ponitur.[Verſatus ſum[Aſſidue fui.nam uerſari
eſt in aliqua re eſſe [Quæ]Subaudi eorum,ut ſit in ſermonib.eorum.i. earum rerũ. [Quæ nec poſſunt ſcribi,pp mul.]Quia penè infinita locuti ſumus.[Nec ſcribẽda ſunt] Quia arcana sũt,neq; literis diuulganda[Habeto]Scito.]Egregium]Optimũ.[Paratũ] Prõptum,animo,audacia,& fortitudine. [Cõſilio]Prudẽtia[Prouidenda[Præparãda.[Da te homini.] Sequere hominẽ, & eis obſequere.[Homini]Põpeio.[Cõplectetur]Accipiet,cũ amores & caritate.[Illi]Põp. Videntur]Iudicantur.i. eoſdẽ exiſtimãt,& bonos,& malos ciues,quos ego bonos,& malos iudico. [Ipſos decẽ].i. totos decem dies. [Multũ] Sæpe per illos decẽ dies[Meũ] Subadi fuiſſet[Noſter]Amicus utriuſque.[Proficiſceba[Diſcedebã[Inde]Athenis. [Quinctiles]Iulias. [Pridie Non.] Sexto die Iulij,qui eſt prid.nonas.[Cũ]Qñ.quo tpe.[Hoc literarũ]Has literas,hoc ſubſtantiue ponit.[Tũ]Maxime.[Nihil magis]Cupio eſſe condemnatum.[Quàm]Subaudi hoc.[Ne tẽpus]Spatiũ temporis,adminiſtratio.[In eo] Ne tẽpus prorogetur mihi.[Omnia ſunt] Omnia conſtitui, quia nihil aliquid peto, ſi modo id aſſequi potuero.[Quid]Quæ res,ne prorogetur tẽpus.[Quãdo]quo tempore,an ſtatim acceptis literis meis,an expectata opportunitate alius tẽporis,& diei.[Quo modo] Qua uia,qua rationẽ.[per quos]Quorũ fauore,& ſuffragio.[Agendũ]Tractãdũ. [Tu.]Qui es ſapientiſſimus,& es Romæ [Conſtitues[Iudicabis, diſpones. Verſor

QVID? &c.] Scribitur ad Cœlium Rufum,cui Cic. in Ciliciã proficiſcens mandarat, ut ſæpius ad ſe de rep.ſcriberet. Cœlius autem ludicra reſcripſerat. Vnde Cic. Quid? modus eſt interrogãdi,exſtimas tu me mandaſſe tibi hoc, ut mitteres mihi.ſ.ſcriptis, compoſitiones,ideſt paria, nam pares ferè componebantur ad certamen gladiatorum.ſ. in arena, & uadimonia.i. fideiuſſiones ſiſtendi ſe,aut alium in iudicio,dilata.ſ. à prætore,& compilationẽ,i.furta,& ſpoliationem Chreſti.i.rem,quam Chreſtus fur notorius fecerit. Et ea quæ cum ſumus Romæ nemo audeat narrare nobis, eo q nimis uilia ſunt. Vide quantum ego tribuam tibi meo iudicio,nec mehercule iniuria ſup.tribui mihi tantũ,enim .i.quia ego neminẽ cognoui adhuc politicoterõ.i.ciuiliorem te. politicos Græce eſt ciuilis,aut urbanus,unde fit cõparatiuus politicoteros.i.ciuilior,& urbanior.Ne quidẽ.i.nõ ẽt,curo,ut ſup. ſcribas mihi illa,q̃ gerunt quotidie in maximis reb.reip.,niſi qd .i.aliquid ſup.eorũ pertinebit ad me,alij ſcribent.ſ.ea,multi nũciabũt ſup.ea,& ipſe rumor, qui incertũ habet auctorẽ, perferet ẽt multa [Quare.i.quãobrẽ,ego nec expecto abs te, nec p̃terita, nec p̃ſentia,ſed futura,ut ab homine proſpiciẽte lõge in futurũ, ut cũ uiderim ex tuis literis formã reip. poſſim ſcire,quale ædificium.i. qualis ſtructura ſtatus eius, ſit futura, aut futurus,metaphora ab ædificio, cuius conſpecto fundamẽto, facile ſumma pſpicitur. Neq; tñ habeo adhuc quod.i.pp quod, ego accuſem te. Neq;.n.fuit ſup.aliquid, quod, aut cauſa quod tu poſſes prouidere plus q̃ quis noſtrũ,& in primis.i.p̃cipue, ego.i. quam ego, qui verſatus ſum cũ Pomp.cũ plures dies in nullis aliis ſermonibus ASC.

nisi de rep. in sermonib. in q̄ eorū q̄ &c. sic exponit Hubertinus, pōt etiā sic accipi, quę. i. q̄ res habitę cum Pomp. nec possunt scribi, quia multa sunt, & disceptando sine diffinitione aliqua inter nos dicta, nec sunt scribenda. i. talia quę debent scribi, eo ꝙ multa sæpe cum amicis fabulando dicimus, q̄ uolumus scriptis mandare. Tm̄modo habeto. i. pro certo teneto Pomp. esse ciuem egregiū, i. nō uulgarem, sed excellenter laudabilem, & paratū, & animo. i. uoluntate, & cōsilio. i. prudentia, ad omnia quæ sunt prouidenda in rep. Quare. i. quamobrem, da. i. accōmoda, aut crede te homini. s. Pomp. complectetur sup te. i. te suscipiet, crede sup. id mihi. Illi idē uidētur iā nobis & boni, & mali ciues. qui solēt uideri, hoc est illi boni, qui solent uideri boni, & illi mali qui mali. Ego cū fuissem Athenis decem dies ipsos. s. quibus cū Pomp. in sermonibus de rep. uersatus sum, & C Caninius noster. s. amicus, aut familiaris, fuisset multū. i. pro multa parte tpis, proficiscebar. i. discedebā inde pridie no. Quinct. i. q̄ nūc sunt Iuliæ, cū. i. quo tpe ego dedi. i. misi, ad te hoc literarū. i. has literas. Attende non recte scriptum fuisse nonas Iulias, quia quo tpe hæc scripta sunt, nondum Quinctilis. i. Iulius, qui quinctus à Martio, & Sextilis. i. Augustus, qui sextus est ab eodē, à Iulio, & Augusto denominationem sumpserant. Cū. i. ita sit ꝙ, cupio omnia mea. s. negocia esse commendatissima tibi, tum nihil magis. i. uehementius sup. cupio, q̄ ne tempus prouinciæ. s. gubernandæ prorogetur, i. prolōgetur, & extendatur mihi. in eo. s. obtinendo sunt mihi omnia mea sup. uota aut cōmoda. s. curare ne prouincia prorogetur mihi, quando. i. quo tempore, & quo modo, & per quos sit agendū constitues. i. iudicabis, & discernes, optime. i. commodissime.

ARGVMENTVM.

Gratulatur Cœlio, qđ ædilitatem assecutus est, cū expulsione aduersarij competitoris, quē plurimi putant Attiliū fuisse, hominem nanū, non minus tamē gloriæ cupidum, & iactabundum ut q̄ iactauerat se omnia, quæ uellet, assecuturum fauore iuuenum gratiosorū, quos in sua potestate habebat. Vnde Cic. ut Cœlio, q̄ de ea uictoria gloriatus est, cō placeat, significat se gestire pro lætitia, et uix seruasse modū, et in animo planè egisse petitionem illam, ut ad oculos referret, et profusius rideret: Subobscura est epistola, quales sunt, in quibus perplexe loquitur.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Gratulatoria est epistola, qua de dignitate, & repulsis cōpetitoribus illi congratulatur.

M. CIC. PROCOS. M. COELIO RVFO, AEDILI CVR. S. P. D. 9

†alias Primū *PLurimum † tibi, ut debeo gratulor, lætorque tū præsenti, tum etiam sperata tua dignitate serius, non negligentia*
†alias, ignoratione *mea, sed † ignorantia rerum omnium: in ijs. n. sum locis, quò et propter longinquitatē, & propter latrocinia tardissime omnia perferuntur. & cum gratulor: tū uero, quibus uerbis tibi gratias agā, nō reperio, quòd ita factus sis, ut dederis nobis, quēad*
†alias, quod *modum scripseras ad me, † quem semper ridere possemus. itaque cum primum audiui, ego ille ipse factus sum, (scis quem*
†alias, egoque *dicam) † egique omnes illos adolescentes, quos ille iactitabat,*
†alias, absentē quasi *difficile est loqui. Te autem contemplās † absentem, & quasi si tecum coram loquerer. Non ædepol quantam egeris rem, neque quantum facinus feceris; quod quia præter opinionem mihi acciderat, referebam me ad illud: Incredibile hoc factu*
† alias, immersi *obycitur. repente uero † incessi omnibus lætitijs. in quo cū obiurgarer, quòd nimio gaudio penè desiperē, ita me defendebam:*
† alias, habui uel homini *Ego uoluptatem † animi nimiam. quid quæris? dum illum rideo penè sum factus ille. sed hæc pluribus, multaque alia, et de te, & ad te, cum primum ero aliquid ocij nactus. Te uero mi Rufe diligo; quem mihi fortuna dedit amplificatorem dignitatis meæ, ultorem non modo inimicorum, sed etiam inuidorum meorum; ut te eos partim scelerum suorū, partim etiā ineptiarum pœniteret. Vale.*

HVB. P*RIMVM tibi*] Creatus erat Cœlius ędilis curulis cōpetitore ut quidam uolunt, Attilio, quodā homine, & glorioso iactatore, qui ante repulsam ædilitatis iactauerat se habere quosdam iuuenes gratiosos, quorū suffragiis omnia possit obtinere, q̄ uellet, quos & tunc ēt iactabat. Itaq; primum Cic. gratulatur Cęlio, ꝙ factus sit ędilis, deinde agit ei gratias ꝙ dedisset ei quē posset ridere. nam scripserat Cœlius quę solitus esset iactare competitor suus Attilius, quem in petitione ædilitatis superasset, de quo tantum se risisse scribis Cic. ut pene uideretur desipere. Postremo
significat suum erga Cœliū amorem, meritum & debitum [Pręsenti) Aedilitate. [Sperata) Futura, quia posttremum te ad maiora uenturum spero. [Serius) Tardius subaudi gratulor. [Ignoratione rerum omnium) Qui ignoro omnia, quæ Romæ tam publica, quam priuata fiunt, propter longinquitatem locorum, ut subdit. [Quò) Ad quæ loca. [Tardissime) Post multum tempus, Latrocinia, grassationes, & pericula latronum, qui obsident uias. [Tū uero) Maxime propter gratulationē. [Quibus uerbis.] Qua- oratione. [Gratias agam) quia hanc rem sibi adeo gratam ostendit, ut se ei obligatum existimet, [Ita factum) Ita consecutus sis quod uolebas. [Semper) Quia habebimus istum, de quo scribis, perpetuā risus, & ioci causam, & materiā. [Audiui) Inanem iactā- tiam hominis. [Ille ipse factus). s. representaui illum, & factus sicut ille. [Scis) q. d. nō uult apertè nominare [Egi) Representaui, finxi, uerbum comicum. [Iactitat) Ostentat, inaniter laudat [Adolescentes] Iuuenes. [Difficile est loqui) Ne intelligatur ab omnibus. [Contemplans) Considerans. [Absentem) A me, quia tu es Ago
Romæ. [Quasi) Tanquam. [Coram) In præsentia. [Egeris) Per- Facio
feceris cōsilio tuo. [Facinus) Factum in bonam partem. [Feceris) Quia agimus animo & consilio, facimus rebus. [Præter opin.) Preter expectationem, quia fortasse aliquid scripserat Cœlio esse factum, quod Cic. nunquam esset opinatus, & est sensus. Ego contemplans te absentem, nō contemplans, quantum egeris facinus. referebam me ad illud, &c. quia te contemplabar. non au- tem id quod fecisses, ideoque uidebatur mihi incredibile. [Referebam me) Reuocabā me, redibam [Ad illud, ostendit quid sit illud. s. incredibile, grauius est. n. incredibile, quam inopinatum. et præter spem, & subaudi incredibile esse, uix. n. poterat Cic. credere; [Factum obiicitur]. i. occurrit mihi esse factum à te, qđ scri- pseras: [Obiicit]. i. quasi ante oculos offertur. [Repente) Statim, ut credidi esse factum. [Incessi) Ingrui, inuasi. [Omnibus lęt.) In omnia gaudia incessere. n. datiuo iūgitur, ut Virg. 4. Georg. Nam sæpe duobus Regibus incessit magno discordia motu. Quidam Incessere
tñ uolunt hæc omnia uerba incredibile usq; ad hunc locum, omnibus lætitiis esse ex ueteri comœdia, q̄ lętitiis in plurali, nō uideatur Ciceronianum uerbū [In quo) In qua re, ꝙ redundarem omnibus lætitiis [Obiurgaret) Reprehenderer, q̄ uidebar facere præter grauitatem meam, nam nimia lætitia iudicia est tum imprudentiæ, tum leuitatis, ideo dixit. [Penè) Ferè. [Desiperem) Insanirem [Defendebam) Aduersus obiurgātes. Ego subaudi existimo [Voluptatem) Lætitiam. [Nimiam) Immoderatam, hoc est non puto homines posse satis seruare modum in uoluptate sua. [Quid quęris) Quid plura, quid opus est uerbis, est. n. dicendi modus, cum paucis uolumus ostendere aliquid. Horat. in epist. Quid quæris? uiuo & regno simul ista reliqui. [Illum) Ciuem, dedisti mihi ridendum. [Sum factus ille). i. fere factus aliis deridendus, quia nimio gaudio penè desipiebam. [Ille]. i. ridiculus, sicut ille. [Pluribus] Subaudias uerbis, scribam de hac re. [Multa alia] Scribam. [De te) De rebus tuis. [Ocii) Quietis, uacationis, à negociis meis. [Rufe) Appellabatur enim M. Cœlius Rufus. [Amplificatorem) Quia semper fauerat Cic. in obtinendis dignitatibus. [ultorem) Vindicatorem. Inimicorum] Qui mihi nocuerunt. [Inuidiorum] Qui fortunæ, & dignitati meæ inuiderunt, quidā uolunt hic Pomp. à Cic. latenter pulsa, qui impulerat competitorem Cęlij, ut candidatus peteret ędilitatem quo succumbente dicit Pomp. qui eum impulerat, uindicatum esse à Cœlio pro Cicer. cui ipsi Pomp. uidebatur inuidisse, quoniam passus est eum mitti in exilium, sed non placet, ut de Pompeio intelligatur, sed potius generaliter de omnibus inuidis eius. [Scelerum) Quia me inique eiecerunt ex urbe, & ad inimicos retulit. [Ineptiarum] Ad inuidos, qui multa inepte in me dixerunt, & fecerunt.

PRIMAM tibi] Cic. Cœlium Rufum singulari beneuolen- PHIL.
tia complectebatur, & amicorum est rebus secūdis amicorū gaudere, aduersis dolere. lætatur, itaque Cic. plurimum, atque illi cōgratulatur, ꝙ ædilitatem Curulē cōsecutus sit, uel præsertim ꝙ in ea petenda C Attilium competitorem euicerat iactabundum hominem, qui dicere solitus erat omnes adolescentes Rom. hic se, qui in eo magistratu consequendo suffragarentur. Agitq; ex hoc illi gratias, ꝙ hominē dederat, quem semper ridere posset. scripserat enim Cœlius quę Attilius iactare solebat, quibus Cic. risu emori quodammodo uidebatur, singularē deinde suū amo- rem Cic. in Cœlium ostendit. [Dignitate) Nunc ædilitatem in- Dignitas
telligit, sed dignitas est ut à Cic. diffinitur, alicuius honesta & cultu & honore digna auctoritas, cuius uero potestatis esset ædilitas superius diximus [In iis enim sum locis) In Cil. [Quò) In quā Cil [Tardissime) Post longum temporis spatium. [Propter longinquitatem) Quæ à uiolatoribus fiebant, prius quàm Cic. prouinciam ingrederetur. Sed inquit Strab. ç multa in Cil. latrocinia exercebantur, unde & piratę Cilices appellantur. Sed Cilices

ut piratæ

Pyratæ Latrones

vt piratæ fiereut, causa fuit Tryphon, & Regum ignauia, qa tũc Ciliciæ, ac Syriæ ex successione imperabant. Latrones uero in bonam partem accipiebantur antiquitus, & pro eis, qui conducti militabãt, à λατρέυω quod est colo, & seruio appellati. nũc autem pro crassatoribus, & qui in uijs ex latere adoriuntur, & crassantur, aut latenter, & ex occulto insidiantur [Perferuntur) Tam in simplici, quàm in composito multas id uerbum significationes amplectitur.

Fero

Est enim ferre, portare, ostentare, habere, pati, cõferere, disturbare, dicere, dare, exhibere, dirigere, ducere. In cõpositione uero pro qualitate compositi significantiã sumit, ut efferre, ad sepulchrum portare. Terent Effertur funus, & extra ferre. Liu. Omnia ex oppido efferuntur. [Differre] In longum trahere. Cic. in aliud tempus differendum puto. Virgil. Distulit in seram commissa piacula mortem. Et differentiam esse, ut murus, & paries differunt, & hoc loco perferre significat portare, & denunciare. alibi uero tolerare, & pati. Terent. Omnes perferre, ac pati. & huiusmodi multa cum hoc uerbo composita uariã significationem accipiunt.

Efferre Differre perferre

Cum, & tum

[Et cum gratulor] Cum, & tum interdum significat quamuis, & tamen, ut hoc loco intelligendum puto, & alibi Cic. cum in omnibus causis grauioribus Cic. Cæs. initio dicẽdi commoueri soleã uehemẽter, quam uel usus, uel ætas mea uidetur postulare, tum in hac ita me multa perturbant. [Quibus uerbis tibi gratias agam] Adeo mihi rem gratam fecisti; ut tibi ꝑpetuo me debiturũ agnoscam, & quo modo satis tibi dignas agere gratias possim nõ reperio. Agimus uerbis gratias, habemus animo, referimus factis. Plancus ad Cicer. Immortales ago tibi gratias, agamque dum uiuam, nam relaturum me affirmare non possum. Cic. ad Vat. Nec enim tu mihi gratiam habuisti, uerum etiam cumulatissime retulisti. Sed referre gratiam tam in bonã, q̃ in malam partem dicere possumus. In bonã Cic. q̃ pietas erit in referenda gratia iucunda. In malam: Terent. Quiquid uenire in mentem nunc mihi possit, quid referam illi sacrilego gratiam, qui hunc supposuit nobis Reddere, & persoluere grates dicunt poetæ. Virg. Grates persoluere dignas. Aliud præterea notandum puto, ut semper dicas: Ago gratias, pluratiue, & habeo gratias, uel gratiam utroque numero, & refero gratiam numero singulari, raro autem, uel nunquam refero gratias numero multitudinis dicimus. Illud uero, ꝙ in hac significatione multi, Regratior, dicunt, non est latinum, sed barba ũ. Nec referre deo gratiam dicimus, sed agere, aut habere, eodẽ mod o, quo salutamus deos. [Quod ita factũ] q.d. quod optabas, adeptus sis [Dederis] Constitueris Quæ semper ridere possemus [Ea, uidelicet, quæ. C. Attilius competitor tuus iactabat, aut quem legendum, ut de eo sic intelligat, dedisti nobis unum, qui nobis perpetuam præbebit ridendi, atq; iocandi materiam, cõtemplãdo eius ineptias. [Cum primum audi) quæ ad me de Attilio scripseras siue ipsum Attilium, quem mihi tuæ literæ attulerunt, tanquam loquẽtem me coram. [Ego ille factus sum) præsentando illum tãquam mimus, quasi sum factus ille Attilius [Scis quem dicam) Nolebat ab alijs intelligi, sed Attilium dicebat. Ego) Tanquam mimus repræsentaui gestu, & uerbis [Quos ille iac.) In laudem suam, & dicit oẽs se habere adolescentes Rom. in suffragijs gratiosos.

Ago gratias Habeo gratiam Referro gratias Reddo grates Persoluo grates.

Iactare facinus

Iactare est inaniter gloriari. Virg. Illa se iactet in aula. [Facinus) Nunc factum bonum, interdum & malum, ut mors, & uenenũ. [Egeris, & feceris) Agimus animo, & consilio, facimus re ipsa & manu. Sed ista confunduntur. [Opinionem) Expectationẽ. Scripserat.n. aliquid fortasse Cœlius, qđ Cic. minime cogitarat [Cõtemplans [Contemplatur.n. non quid egerit, sed illũ absentem. Referebam) Reducebam. Ordo est: Contẽplans te absentem referebã me ad illud. [Incredibile hoc factu obijcitur) Verba ut sint quæ Attilius dicere solebat, & quo magistratũ impetrare nõ potuit, quẽ Cœlius consecutus & admirans, & dolens Attilius dicebat [Obijcitur, hoc.n. factu incredibile) Quòd Cęlius potius magistratum consecutus sit, q̃ ego, alij aliam afferunt sententiam. q̃ mihi nõ placet [Omnibus lætitijs) Bene lętitijs, & non gaudijs. Est.n. gaudium sapientis, lætitia insipientis, ut in Tusculanis Cic. dixit. Et sunt ista. Non Cic. uerba, non.n. ipse lætitijs pluratiue dixisset. Sed ex Cœcilio ueteri comico in hunc eum Cœlio sermonem ad maiorem animi uoludtatẽ accepta. [Ego uoluptatẽ) hoc.n. Deest uerbũ puto, qđ ex nimia lætitia, aut indignatione plerunque dimittitur. tam apud oratores, q̃ apud poetas. Et est sensus: Puto ego immoderatam hominũ uoluptatem seruare non posse rationem, & modum. [Dum illum rideo) C. Attilium. [Penè ille factus sum,) Hoc est, ut ego ita essem oĩbus ridiculo habendus ex nimio risu, & lætitia, ut Attilius nobis erat ineptijs suis ridendus [Cum primum) Duæ dictiones. [Ero nactus) Inuenero. sunt enim quædam participia, quæ significationem sui uerbi non habet, ut nactus. [Diligo) Minus est diligere, quã amare. Cicer. ad Brut. L. Cl. ualde nos diligit. aut, ut uerius dicam, ualde nos amat. Et alibi: Sic facies, ut me aut amabis, aut quod Contentus sum, diliges [Inimicorum] Clodianos intelligit. [Honestum] Publium, inimicum priuatum, accipimus. [Inuidorum] Non audet aperte loqui, sed Pomp. intellig t. qui Cic. defensionem contra Clodium recusauit, & eum passus est in exilium mitti, & in petitione ædilitatis fuit Attilio, de quo nunc agitur. imo cum ad petendam ædilitatem in competentia Cœlij compulit: in qua superatus est à Cœlio contra uoluntatẽ, & uim Pomp. [Scelerum suorum] Cum omnia Cic. bona dissipassent, quando in exilium eiectus est, & ad inimicos referendum est. [Ineptiarum] Quod Pomp. Cic. opem petenti aduersus Clod. præstare noluisset, & hoc inuidẽs. Potest & id esse generaliter dictum sine aperta nota Pompeij.

Gaudiũ Lætitia

Diligo Amo

ASC.

PRIMVM] Gratulatur Cœlio, ꝙ ædilitatem cum expulsiono aduersarij assecutus sit, quod quasi assentator, facit, Sed perplexe, unde obscurior est epistola, Ordo autem est: Ego gratulor primum tibi, ut debeo, & lætor. i. gaudeo, cum præsenti dignitate tua, quia ædilitatem assecutus, es, tum etiam sperata, quia sperat reliquos magistratus eum suo tpe assecuturum, aut separata à nobis priusquam obuenisset, gratulor, inquam, uerius. i. tardius, q̃ deceat, aut aliquantulũ tarde, non negligẽtia mea, sed ignoratione rerum omnium. s. quæ gerũtur Romæ. Ego.n. sum in his locis, quò. i. ad quæ omnia perferuntur tardissime, &. i. pariter ꝓpter longinquitatem, &. i. pariter, ꝓpter latrocinia. i. impedimenta, & pericula ꝓpter latrones, & obsessores uiarum. Et cũ. i. ita sit ꝙ gratulor. Tum uero. i. multo uerius, non reperio quibus verbis agam tibi gratias, ꝙ ita factus sis. s. ædilis, ut dederis nobis queãdmodum scripseras ad me, sup. C. Attilium hominem uanũ & futilem, quem possemus ridere semper. Itaque. i. & ita, cũ ego audiui primum, ego factus sum ille. s. per imaginationem. i. finxi me esse illum, tu scis quem dico, q.d. factum sum C. Attilius, & egi. i. representaui etiam per imaginationem, oẽs illos adolescentes. s. gratiosos. Quos ille iactitat. s. sibi suffragaturos fuisse. Difficile est loqui. s. ne intelligat ab omnibus, aut potius, quia risu impedior cum ista, quæ scripsisti, recolo. Autem. i. sed ego cõtemplans te absentem, & quasi loqueret te cum coram, ædepol. i. per ædem Pollucis, non sup. contemplans, quantam rem egeris, neque, quantum facinus feceris. s. uincendo Attilium qđ. s. per imaginationem assumpsisse personam Attilij sine contemplatione uictorię meæ, i. adhuc talis qualis erat antequam uictus esset acciderit mihi præter opinionem, nihil tale optanti, nec putãti, ꝙ personam eius assumpserim in animo meo, referebam me ad illud. i. totus uersabar in ea cogitatione, ac si essem Attil. & sup. hoc incredibile, scilicet quod tu eum sic uicisti, obijcitur. s. cogitationi meę, uero. i. sed incessi, alij ab incesso, ego ab incedo deductũ puto. i. pompose ingressus sum, sup. cum omnibus lætitijs. s. ꝙ eum illius personam egissem, repente ad me reuersus per imaginationem tñ intellexi te uictorem, quo. s. superbo incessu ꝓpter lætitias, cum obiurgarer. s. phantastice, ꝙ desiperem pene. i. insanirem quasi nimio gaudio defendebam. i. per imaginationem quasi in somno, me ita. s. his uerbis: Ego habui nimiam uoluptatẽ, & ita nimium risi. Facile adducor in eorum sñiam, qui censet hunc locum esse totum in aliqua ueteri comœdia, sicut in 1. li. locum ex Eunuco Terẽtij non multo minorem assumpsit. Nam lætitijs Cic. non dixisset. Sunt ista uerba alicuius gloriãtis de se, quæ cum quadrent homini a Cœlio uicto, adducuntur à Cic. Quid quæris. s. finem phantasię, aut imaginationis meę? Dũ ego rideo illum. s. à te uictum Attilium, factus sum pene. i. quasi ille. i. ridiculus ut ille. Sed hæc, sup. scribentur à me, pluribus sup. verbis, multaq́, alia, & de te. s. dicta, & ad te dicta, sup. scribentur a me pluribus, cum primum nactus ero aliquid ocij. Vero prosed, ò mi Rufe. ego diligo te, utpote, quem fortuna dedit amplificatorem dignitatis meæ. & sup. ultorem, non modo inimicorũ, sed etiam inuidorum meorum, ut pœniteret eos partim scelerũ suorum, partim etiam ineptiarum, ut eum quem nunc tãxat, in quo se ultum dicit Cic. eo quòd sibi quoque aduersarius esset.

ARGVMENTVM.

Conqueritur se nullas à Cœlio literas post ædilitatem eius accepisse, reijciens culpam in tabellariorum timorem, qui non audebant propter latrocinia literas perferre. Vnde ueretur eandem calamitatem literis suis ad Cœlium accidisse, scribit tamen, quod in Ciliciam gesserit, non sine laudis suæ amplificatione.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Ne alienet à se Cœlij animum ex probatione immemoris officij, ꝙ in nouis dignitatibus nõnunquã solent mutari animi, culpam in tabellarios cõsilio transfert Deinde res gestas suas cũ amplificatione exponit, scilicet, ut dignum se esse ostendat amicitia, & familiaritate Cœlij.

M. CICERO IMP. M. COELIO RVFO, AEDILI CVR. DES. S.P.D. 10

† alias, q̃ teme re cũ ad uel, temere

TV uide, † quàm ad me literæ non perferantur. non .n. adduci possum, ut abs te, posteaquam ædilis factus es, nullas putem datas, præsertim cum esset tanta res tantæ gratulationis, de te, quia, quod sperabã, de Hillo. (balbus.n. sum) quod non putaram, atqui sic habeto, nullam me epistolam ac cepisse tuam post comitia ista præclara, quæ me lætitia extule runt. ex quo uereor, ne idem eueniat in meas literas. equidem nunquam domum nisi unam epistolam, † quin esset ad te altera. nec mihi est te iucundius quidquam, ne carius. sed balbi non sumus. ad rem redeamus. Vt optasti, ita est, uelles † .n. ais, tãtummodo ut haberem negocij, quod esset ad laureolam satis. Parthos times, quia diffidis copijs nostris. ergo ita accidit. nam † Parthico bello nunciato, locorum quibusdam angustijs, & natura montium fretus, ad Amanum exercitum adduxi, satis probe ornatũ auxilijs, et quadã auctoritate apud eos qui me non norant, nõis nostri. multum est.n. in his locis; Hiccine est ille, qui urbem? quem senatus? nosti cetera. Cum uenissem ad Amanum, qui mõs mihi cum Bibulo cõmunis est diuisus aquarum diuortijs, Cassius noster, quod mihi magnæ uoluptati fuit, feliciter ab Antiochia hostem reiecerat, Bibulus prouinciam acceperat. interea cũ meis copijs omnibus uexaui Amanienses hostes sempiternos. multi occisi, capti, reliqui dissipati. castella † munita improuiso aduentu capta, & incensa. ita uictoria iusta imperator appellatus apud Issum, quo in loco sæpe, ut ex te audiui, Clitarchus tibi narrauit, Darium ab Alexandro esse superatum, abduxi exercitum ad infestissimam Ciliciæ partem. ibi quintum, & uigesimum iam diem aggeribus, uineis, turribus oppugnabam oppidũ munitissimũ † Pinden ssum, tantis † opibus, tãtoque negocio, ut mihi ad summam gloriam nihil desit, nisi nomen oppidi. quod si, ut spero, cepero: tum uero literas publice mittam. Hæc ad te in præsenti scripsi, ut speres te assequi id, quod optasses. sed, ut redeam ad Parthos, hæc æstas habuit hunc exitum satis felicem, ea quæ sequitur, magno est in timore, quare mi Ruse uigila, primum ut mihi succedatur: sin id erit, ut scribis, &, ut ego arbitror. † spissius, illud, quod facile est, ne qd mihi tẽporis prorogetur. De rep. ex tuis literis, ut antea tibi scripsi, cũ præsentia tũ ẽt futura magis † expecto. quare, ut ad me omnia quã diligentissime perscribas, te uehementer rogo. Vale.

† alias, quin ẽt

† alias enim ut ais

† Vide epist. 4 lib. 1.

† alias, minuta

† Strab. lib. 7.

† alias, operib.

† alias, serius,

† alias, exopto.

HVB. TV uide,] Primum Cic. dicit se nullas a Cęlio literas accepisse, postquã sit factus ædilis, uereri que ne & suæ redditę nõ sint Cœlio, deinde breuiter exponit quid in Cilicia gesserit cum magna sui nominis laude, & gloria [Tu uide) .i. audi [Quam) Quanto timore perferentium, & subaudi perferantur. [Quã nõ) Corectio q̃ dr̃ imò. q̃ non perferantur. quia non modo timide perferuntur, sed nullę omnino, puto tñ textum fuisse deprauatum, ut pro, uide, additum sit, timide, cũ ita debeat legi, tu uide, q̃ ad me literæ tuæ non perferantur. Non enim probat, q̃ non p ferãtur, quia nullas ab eo accepit, nec sibi persuadere põt eũ nullas scripsisse. [Adduci) Compelli, ad credendum persuaderi [Vt putem) ut existimem. [Datas) Tabellarijs ad me. [Tanta) Tã magna, tanti põderis scilicet ędilitas tua. [Gratulationes] Amicorũ tuorum, quia superaueris competitorem tuum, fuit autem scripta hæc epistola ante superiorem, ut aperte patet. [Quia de nihilo) Eclipsis, deest.n. uerbum, & subauditur consecutus esse de nihilo. i. de minima impensa tua. [Quod sperabam) Aedilitatem, & uictoriam aduersus competitorem tuum. [Balbus.n.] Quia non expressit uerbum, ideo subdit balbus sum, non audeo efferre quod sentio, nam balbi dñr q uitio linguæ nõ bene pñt exprimere uerba, Persius Rancidulum quiddam balba de nare locutus. [Quõd) Quã rem, me esse balbũ. [Non putaram) Quia putaram me posse aperte lo q, sed ideo difficile esse loqui, [Comitia tua) postq̃ creatus es ædilis, nã in creatione ædilium fiebant comitia in campo martio, ubi cõgregabatur populus. ędilis aũt magi̇ratus erat, q non tm̃ sacratũ, sed ẽt priuatarũ ędiũ curam gerebat Erat aũt ędilis curulis q ex patribus creatus sella curuli uehebat, ędilis aũt plebis hæc munera habebat, ludos instituere, & curare, ut cloacę publicæ, & aquę ductus, ceteraq; ędificia lauta, mũda, integraq; seruarentur. Itẽ, q̃ uitiosum p̃ sincero, malum p̃ bono, fractum p̃ integro uenisset ędilitio dicto redhiberet, & mẽsuras, & põdera iusta curabat, & cetera similia. [Præclara) q̃a cum magno honore tuo declaratus es ędilis illis comitiis. [Extulerũt] Ac rexerunt, & sublimauerunt me gaudio, nã ut dicimus premi dolore, ita arrigi lætitia. Virg. His aĩum arrecti dictis, & fortis Achates Et pr̃ Aeneas [Ex quo] Ob quam rem, quia nullæ tuæ literæ perlatæ sunt ad me [In meas) De meis literis ne ad te Perferetur, sicut nec tuę ad me. [Equidem) Affirmatiua particula, & dicit se sæpe scripsisse. [Domum) Romam ad meos. [Altera) Epistola, quam ad te scribebam. Balbi non sumus) q̃a iã aperte loquimur. [Ad rem) Non ad mentionem ipsius Cœlii intellexit, de quo supra dixit, sed ad rẽ suã, q̃a inceperat loqui de literis, quas ad Cæliũ scripserat. [Vt optasti) De me fore. [Ita est) Ita euenit. [Velles] dicit qd id optasset, nam Cœlius dicebat q̃ uellet Cic. hr̃e tm̃ negocii in Cilicia, quantum satis esset ad obtinendam laureolam, qd sibi euenisse dicit. [Ais, uelles) Dicis q̃ uelles, & cuperes. [Tãtummodo) Solũmodo. [Negocii) Subaudi id negocii. [Quod esset satis) quod sufficeret [Ad laur.) Non triumphum intelligit, q̃ dabatur confecto bello, quod nõdum Cic. fecerat. q̃a ut infra dicet, dubitabat adhuc de anno futuro, sed ouationẽ dicit, quę ob aliquã insignem uictoriam dabatur, unde, & Domitianus deuictis Sarmatis triumphum repudiauit. Laureã tm̃ uoluit, hoc est ouationem, quæ erat minor triumphus, dicebatur aũt ouatio à uoce militum, fiebat geminata, o litera per impositionem, u. [Parthos) Populos Asiæ [Times) pp me. [Quia diffi.) Non credis, nõ es secutus. [Copiis) Exercitui. i. quia nõ putas copias nostras posse eis resistere, copiæ in plurali p̃ exercitu maxime ponitur. [Ita accidit) Vt dicã tibi, nã declarat quomodo acciderit. [Bello parthico) i. cum primum nunciatum est mihi bellum a Parthis moueri. [Fretus) Tutus, munitus [Angustiis) Faucib. i. angustis, & stri ctis locis, quibus locis parua manu possem multos repellere. [Natura montium) qui sunt difficiles hostibus ad ascendendũ, & apti ad repellendum [Amanum) Montẽ. Amanus mons, qui te ste Strab. 11. scinditur cum Antitauro à quodam monte, q̃a Cataonia Lyciaq; incipiens ibi nec latitudinem mentione dignã ostẽdit, nec altitudinẽ. porrigitur aũt Amanus ad Euphratẽ usq; ad Melitinã, ad quam Cõmagena Cappadocię adiacet, deinde mõtes sequunt̃, qui trans Euphratem sunt cum p̃dictis continui, nisi quãtum flumen p medium fluẽs interrumpit. [Ornatum) Instructũ, munitum. [Probe) Cõmode, sufficienter. [Auxiliis) i. auxiliaribus militibus collectis ad auxilium meum. [Auctoritate] Fama & æstimatione, [Mei no.) Quod olim pręclaris rebus gestis illustre reddidi in consulatu meo oppresso furore coniuratorũ [Non norat) Præsentia, q me nunq̃ viderant, nec sciebant me imperatorem prouinciæ esse eum Cic. de quo tanta audissent. [Multum) Magnũ, subaudi nomen meum. [In his o...) In his regionib. totius Asiæ. [Hiccine) Probat magnũ, & celebre esse nomẽ suum, & q̃ de eo ita dr̃. [Hiccine) Hic ne admiratiue [Vrbem) Romã seruauit à furore cõiuratorum. est autem eclipsis, q̃a deest uerbum. [Senatus] Subaudi pleno cõsensu ab exilio reuocauit. [Nosti cetera.) q d. non est opus dicere cetera, q̃ nosti de me dici posse, ut pater patriæ, ciuis amantissimus reip. [Qui mons) Amanus. [Cõister cum Bibulo) quia Bibulus p̃erat Antiochiæ, quę & finitima erat Amano. [Diuortiis aquarũ) Diuisionibus aquarum, qm̃ à parte Australi, quę est Taurus, quia Armeniam disterminat à Mesopotamia, fluunt Tigris, & Euphrates, qui Mesopotamiã circundãt, inde exeũt, & alii fontes. [Cassius) qui p̃fuerat Antiochiæ ante Bibulũ. [Reiecerat) Expulerat. [Hostem) .i. hostes Parthos, & est in tellectio, cũ singularis p̃ plurali ponit̃, vt Pœnus pro Pœni. [Feliciter) Cum uictoria [Quod) Eum reiecisse hostes. [Amaniẽses) incolas Amani montis. [Hostes) P.R. [Vexaui) Exagitaui, perturbaui. dicit autem à veho, sed maiorẽ habet, uim quã primitiuũ. Vir. Dulichias uexasse rates. [Dissipati) Dispersi, fugati. [Munita) Rebus bellicis, & muris ac fossis roborata. [Improuiso) Repentino, insperato, quia superueni anteq̃ aduerterent, & præuiderent aduẽtum meũ [Victoria iusta] Legitima, q̃a talis fuit, ut merito p ssim appellari imperator: [Apud Issum) Nomen est loci in Syria, q̃ Antiochia cognominatur, de quo Pomp. Mela lib. 1. in descriptione ipsius Syriæ, sic inquit: At in recessu intimo locus est magni aliqñ discriminis fusorũ ab Alexandro Persarũ, fugientisq; Darii spectator ac testis, nunc ne minima qdẽ, tunc ingẽti Vrbe celebris Issos fuit, & hac re sinus Issicus dr̃. hęc ille. nũc Cic. hãc historiã tangit, quæ supra dictis uerbis declaratur. [Clitarchus) Puto esse alium, q̃ eum, q Alexandrũ secutus illius gesta scripsit. [Infestissimam) Inimicissimã [Ibi) In ea parte, q esset infestissima Ciliciæ [Pindenissum) Oppidum Syriæ, nõ Cilicię. [Quintum & uig.] i. uigintiquinq; dies, sed elegãter minor numerus præ-

Edilis

Equidẽ

Laurea ouatio

Parthi

Copiis

Aman'

Vexare

Issos

Issicus sinus

Pinde nissum

Agger ꝑponitur.[Oppugnabam]Premebam bello.[Oppidis] Viribus.[Negocio]labore.[Aggeribus]Agger dr̄ ꝓprie lapidum aut terræ coaceruatio, impropriè tñ, quamuis raro, de ceteris et reb. dr̄. ergo aggerib. quos erexi circa muros.[Vineis] vinea instrumētum Vinea bellicum, qđ testudinē appellāt ob similitudinem, ꝙ ea milites tanq̄ uiribus tegantur.[Turribus]aut lateritiis ex tpe factis, aut Phalæ qđ magis placet ligneis, & mobilibus, quas phalas uocant.[Nomē oppidi]Nisi ut oppidū sit captum, nā ex oppugnationis arte, & labore summā quidem gloriam sum adeptus.[Cepero]Expugnauero.[Publice] Ad S. P. Q. R.[Optasses]Vt laureolam obtinerem[Hæc æstas]qua, ea gessi, quæ scripsi.[Exitum.] Finē.[Sequitur]Ventura est[Est in timore].s.mihi, hoc est ualde timetur a me.[Vigila]Diligenter cura.[Sin id.s.]ut mihi succedat.[Erit Spissus spis.]Difficilius aut tardius, quia spissus tardum significat, auct. Non. Marcello.[Illud]subaudi vigila, uel cura.[Quid tpis] Aliqđ spatium tpis [Antea]Aut illa epistola, q̄ incipit Quid tu: aut alia fortasse epistola, quę nō sit in hoc uolumine.[Magis]Potius. [Tanquam]Ab hoīe lōge in posterū prospiciēte, ut supra dixit. Per [Perscribas] Plene scribas, nam, per, auget significatum actus.

ASC. *TV vide*] Queritur se nihil ab Rufo literarum accepisse, reijciēs culpam in tabellarios, unde uereretur suas quoq; interceptas, scribit tñ quid in Cilicia gesserit, nō sine laudis suæ amplificatione. Ordo est: Tu uide quam timide sup. pferantur literę, aut agāt tabellarii qui pp latrocinia non audent in Ciliciam ꝓficisci, quā .i. quantum non.i. ꝙ oīno non pferantur literæ ad me. Nō enim possum adduci.s. in opinione, hoc est psuaderi, ut putem nullas literas datas abs te postea, q̄ factus es ædilis, ꝓsertim cū esset tanta res, & tantæ gratulationes de te. Quia quod sperabam de, uolebat aliquid dicere, qđ quia non, audet literis cōmittere, addit nihilo, q.d. de nihilo dico, sum.n. balbus.i. factus sermone imperfecto, & semipleno, quod non putarā.s. euenturum. Atq.i. sed, si dubitas cur dubitē ad te scribere. habeto sic: Me nullam epistolam tuam accepisse post comitia ista ꝓclara.i. post tpa, quibus coeunte populo ad creādos magistratus declaratus es ædilis cur.q.s. comitia extulerunt.i. quasi extra me ipsum tulerūt, & exultare fecerunt me lætitia, ex quo.i. ex qua re, hoc est ob quā rē, quia, s. nullā a te accepi, ego uereor ne idē.s. ꝙ non pferātur, eueniat in lr̄as meas.i. in pnciē literarum mearum Equidem.i. ego certe, nunq̄ misi domū unā epistolā, quin altera.s. epistola esset ad te, nec qđ quam est mihi iucundius, nec charius, q̄.s. ad te scribere, sed sup. modo nō sumus balbi.i. impediti lingua. Redeamus igitur ad rē ita est.i. ita se res habet, ut optasti. Tu.n. ais, uelles.i. ꝙ uelles, ut hr̄e.s. in ꝓuincia, modo.i. solum tm̄ negocii, qđ esset satis ad laureolā .i. minorē speciem triumphi, hoc est ouatione, q̄ cōtingebat in nō satis ampla uictoria, aut q̄ esset in hostes nō satis iustos, ut triūphus in eos decernatur. Quia uero à triūphaturis laurea mitti solebat, dicit p diminutionē laureolam. Tu times Parthos.i. nō uis me obire pericula iusti triūphi, qualia darēt bella cū Parthis, qa diffidis copijs nostris multitudini exercitus nr̄i. ergo accidit ita, ut laureolā metuerim. Nā bello Parthico nunciato, ego fretus.i. adiutus, & cōfisus qbusdā angustiis locorū, adduxi exercitū ad Amanū.s. mōtē, q cū Antitauro à Tauro mōte scīditur, & ad Euphratē, & Melitinā usq; ꝓgreditur. Crescit āt multum in latum, & altum, & multifidus est, pars australior est Taurus, q à Caria Lyciaq; incipiens, porrectus uero ad Orientē conualles apud Ciliciam complectitur, ut auctor est Stra. lib. 11. Duxi inquā, exercitum ornatum.i. instructum probe.i. decēter. Auxilia & quadā auctoritate nominis nostri apud eos, qui me non narant .s. prius. Enim.i quia nomen sup. nostrum.i. fama, est multum.i. ampla, in his locis.s. in quibus sum. Dicunt enim qui me primum uident, hiccine est ille.s. Cic. qui urbem.s. præseruauit à cōiuratis, quem senatus .s. pleno consensu quasi in humeris totius Italiæ ab exilio reductum uoluit? nosti cetera, q.d. non opus est tibi explanem quid de me dicant, non tamē nunc balbus est. Sed ut Tacitus dicit. Quinetiam sapientibus cupido gloriæ nouissima exuitur. Cum uenissem ad Amanum, qui mons est communis mihi cum Bibulo, quia Bibulus Antiochiæ pręerat, quæ Amano adiacet, diuisus.s. inter nos, diuortiis.i. interstitiis, & in diuersa uersis fluctibus aquarum, tunc sup. Cassius noster.s. amicus, aut conciuis, reiecerat feliciter hostē ab Antiochia, qđ mihi fuit magnę uoluptati, & sup. Bibulus acceperat prouinciam.s. pacatam. Ego uexaui.i. exagitaui interea cū omnib. copiis meis .i. simul omnes copiæ meæ uexauerunt, aliter non dixisset cū Amanienses, ut ab Athenæ Atheniēsis, alii Amanēsis, ut à Verona Veronensis, legunt. certum aūt est in accusatiuo dici Amanienses & scribi posse Amanienseis, hostes sempiternos S.P.R. multi sup. hostiū sunt, sup. occisi, multi sup. capti, reliq dissipati, castella munita.s. mœnib. aut situ locali, capta & incēsa sunt aduētu improuiso. Ita.i. & sic ego sup. sum appellatus ab exercitu Imperator uictoria iusta.i. satis magna, ut Imperator appeller, apud Issum, partem illam Syriæ, in quo loco, ut audiui ex te, Clytarchus auct. Græcus narrauit sæpe tibi, Darium regē Persarū esse superatū ab Alexandro rege Macedonū. De Isso aūt Pomp. Mela in descriptione Syrię sic inqt: In recessu intimo locus est magni aliqn̄ discriminis fusorū ab Alex. Persarū, fugientisq;. Darii spectator, ac testis. nunc ne minima qdē, tūc ingēti urbe celebris Issos fuit, & hac re sinus Issicus dr̄. Hæc ille, referente Hubertino, qui aliū putat esse Clytarchū, q̄ q̄ Alexādrū secutus illius gesta scripsit, qđ nullo modo est dubitādū, si accipimus Clytarchū narrasse Cœlio ore proprio. Nam multo post tpa Alexandri hæc contigerunt. Verum ego intelligo Cic. id uelle dicere, Cęliū diligentē esse historiatū lectorem, atque ita eum censere solitum, quæ legerit in lib. auctorum, ea se ab illis audiuisse narratibus, sed ad iudicium cuiusq; refero. Abduxi.s. ab Isso exercitum. ad partem.s. Syriæ infestissimam Ciliciæ.i. prouinciæ nostræ. Ibi oppugnabā iam.s. cum ista scriberem, quintum & uigesimū diē. Ecce quo minorē numerū rite præponit, & accusatiuo in continuato utitur, aggeribus.s. aggestis ante oppidum, ne qs exeat, uineis.i. testudinibus, hoc est cōtexturis ex scutis & pluteis supra capita militū cōtra immissa desup tela, ut solemus sub uineis in latū ductis à sole ꝓtegi, & turrib.i. phalis ligneis ad oppugnationē vtilib. Pindenissum oppidū.s. Syriæ, uñ prius dixi, nō partē Ciliciæ, sed ad partem infestissimā Cilicię munitissimum, tantis opibus.i. difficultatibus sustinendi belli, & tanto negocio.i. studio & labore, ut nihil desit mihi ad summā gloriā, nisi nomen oppidi, quod.s. exiguū putatur, sic quidā. Alij (quib. potius accedo) sic accipiūt. oppugnabam Pindenissum oppidum munitissimum, aggeribus uineis. turribus, & sup. tantis opibus.i. uiribus, & tanto negocio, ut nihil desit mihi ad summam gloriam, nisi nomen oppidi.i. ut denominer ab eo Pindenissus, sicut à Numantia Scipio Numantinus, qđ oppidum si cepero, ut spero.s. me capturū esse, tū uero .i. ad uerū, & sine dissimulatione, uñ innuit has literas missas ędili eo animo, ut senatui legendas det, licet illud aperte non dicat, mittā literas publice.i. ad senatū, ut publicentur. Ego scripsi ad te hæc in ꝓsenti, ut speres, te assequi id quod optasses.s. ut haberem tm̄ negocii, quod esset ad laureolā satis. Sed ut redeā ad Parthos .i. ad narrationem de Parthis, quos Cęlius scripsit se timere, hæc ęstas habuit hunc exitū satis felicē, qa nihil agendū fuit cū Parthis, sup. æstas, q̄ sequitur est in magno timore. i. multū timēda. quare ò mi Rufe uigila.i. uigilanter cura primū, ut succedat mihi.i. ut nō ꝓrogetur mihi prouincia, sin.i. sed si id erit.i. succedatur mihi, ut scribis, & ut ego arbitror, serius.i. multum tarde. Aliquib. magis accedo, qui legunt spissius.i. tardius. Nam ut inquit Non. Marcel.]Spissum duo signāt. nā spissum dicimus densum. Virg. 2. Georg. In sua posse negabunt ire loca, & scrobibus superabit terra repletis, Spissus ager. Cic. de Orat. lib. 2. Et principia tarda sunt, & exitus tñ spissi, & ꝓducti esse debent. Spissum significat tarde. Plaut. in Pœn. Eheu, quos ego habui ariolos haruspices, q. siquid boni ꝓmittunt, ꝓ spisso uenit, id qđ mali, ꝓ̄tariū est Nęu. in Gym. At.n. tu minus spisse, atq; tarde incedis. Hęc ille. In qbus primum exemplū Cic. qđ pro denso Marcellus citat, mihi et pro tardo accipiēdū uidetur. nā, ut id se signare iudicet, addidit & ꝓducti. Productum.n. est porrò.i. lōgum ductū, id autē tardum est. Sanè spissum unum signāt p se, uidelicet densum, alterū ex cōsequēti, & p metaphorā, uidelicet tardū, eo ꝙ res spissa tarde penetratur, terra spissa tardum iter facit, homo spissus ferè tardus ingreditur, & omnia spissa lenta sunt, unde contra, lentum in compositione plenum, & quasi spissum uocamus. Sed hęc latius diximus, eo ꝙ quidam homines non indocti, forte tñ non accipiētes uim uocabuli, ꝓ spissus, serius supposuerunt. Sed cum ad hoīem in primis literatū scribat, Cic ur̄ ex industria usus nō vulgatis uocabulis, ut hoc quod ꝓxime subditur, uigila ne qđ tē potis Non.n. uigilia id præstare possit, sed uigilans cura, dicam statim, fortasse illa epistola. Quid? tu &c. quia illa admonuit ne scribat præsentia. sed ad ordinem redeo. uigila, idest, uigilāter cura illud, quod facile est, ne quid temporis prorogetur mihi.i. ut successor suo tempore mittatur. Ego expecto.s. ut dicūt noua, de rep. ut scripsi tibi antea, fortasse illa epistola. Quid? tu &c. ex tuis literis, cum.s. ita sit, ꝙ expecto præsentia, tum etiam magis futura. Quare ego rogo te uehementer, ut scribas ad me omnia quam diligentissime idest ualde diligenter.

Narrare .i. legere

DE te, quia, quod sperabam, de Hillo, [balbus enim sum] quod non putaram. In epist. quæ tertia est 8. lib. Cœlius de Hirro competitore loquens ita scripserat: Spero te celeriter auditurum, & de nobis, quod sperasti, & de illo, quod uix sperare ausus es. itaque Cice. respondens, iisdem ferè uerbis eadem repetit, & quia Cœlius scripserat de nobis, quod sperasti, de illo, quod uix sperare ausus es, rescribit, de te, quia, quod sperabam: de Hillo, [balb. enim PAVL. MAN.

enim

enim sum] qđ non putaram. facete autē, cum repeteret uocem il lam Cœlij, Illo, aspirationem addidit, & subiunxit [balbus enim sum] Hirrum significans, cuius nomen propter balbuciem expri mi a se non posse fingit. in sequentibus autem cum r, literam ex pedite proferat, Sed balbi, inquit, non sumus: [Diuisus aquarum diuortijs] Plerosque latet huius loci sensus, & uidi doctos alioq uiros, qui sic interpretarentur, fuisse fluuium, qui montem Amanum interfluēs diuideret, & Ciceroni, ac Bibulo communem faceret. cum dixerit Cicero, non, diuisus fluuio, aut diuisus aquis, sed, diuisus aquarum diuortijs. quam illi uocem parum diligenter attenderant. Diuortium autē aquarum ita fit. cadunt in montē aquæ pluuiæ. is mons cum sit procliuis, utrinq; defluant, & decurrant, necesse est, ita fit, ut diuidantur, & earum quasi diuortiū fiat. itaque dixit de Oratore lib. 1. Vt ex Appenino fluminum, sic ex communi sapiētium iugo sunt doctrinarum facta diuortia. ad Atticum aūt idē scribit, quod ad Cœlium. inquit. n. li. 5. Ad Amanum contendi, qui Syriam à Cilicia aquarum diuortio diuidit. Liuius etiā lib. 38. ubi loquitur de Cn. Manlio, Prope, inquit, ipsis iugis ad aquarū diuortia castra posuisse. i. ad eum locum, unde aquæ duas in partes diuisæ incipiūt defluere, à quo igitur loco ex Amano monte Ciliciam uersus aquæ delabebantur, ad eū vsq; locum Cilicia pertinebat. & ex altera montis parte, eadē Syriæ, quam Bibulus regebat, erat ratio: terminum. n. habebat eum locum, unde in eam ex Amano defluere aquæ incipiebant.

Alex. ab Alexan. Genialium dierum. Lib. 2. cap. 7.

TRIBVS erratis lapsum offendimus uirum sanè eruditum epistolarum familiarium Cic. interpretem non infacundum, cuius scripta vulgo innotuere. Primo illa ad M. Cœliū epist. in qua uerba sunt Cic. Oppugnaui quinq; & uiginti diebus, aggeribus, uineis, turribus, oppidum Pindenissum munitissimū tantis opibus ut mihi ad summam gloriam nihil desit nisi nomen oppidi. Quid sibi Cic. uellet his uerbis, non satis assequi uidebatur cum nomen oppidi nihil conferret aliud quàm ipsum oppidum. ac si diceret: Ad summam mihi gloriam nihil deest, nisi ut oppidum, qđ oppugnare adortus sum, deniq; expugnē. Quod tñ longe abesse a uero intellectu apparet. Quid quæso nomen oppidi cum ipso oppido cōe habuit, aut quid tam insolens, aut Cic. facundia tātum abesse potius, q̄ uerba plane exposita poetico sensu, & quasi figuris circumscribere, aut coloribus infuscare? Quod tñ aliter intelligi oportere, ex contextu uerborum liquere arbitror. Cum enim ex oppidis ui expugnatis imperatores plerūq; nomina ferrent, quippe ex Coriolis Martius Coriolanus, & ex Fidenis Sergius Fidenas, atq; ex Creta uicta Metellus Creticus dicti sint [q̄ sibi cognomēta in testimonium maximæ, & expertæ uirtutis, terūq; gestarum gloriæ adoptaruut] sic Cic. cum spem haud dubiā potiundi haberet oppidi, nihil deesse ad summam gloriam, nisi nomen oppidi, & cognomentum ex Pindenisso asseuerat, uidelicet sicut Africani, Numantini, & Cretici, illi nomina tulere, sic ex Pindenisso ipse cognomentum ferat.

ARGVMENTVM.

Dicit sibi præ solitudine penè uerba deesse, nimis cupere in urbem reditum, & pantheras, quas Cœlius petierat, esse captu difficillimas.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Vt ad Atticum scribit Cæl. Ciceronem hortatus fuerat, ut in prouincia maneret. In hac itaq; epistola causas reddit, cur id sibi non faciendū existimet. Deinde cū apud ædiles & ludorū procuratio esset, et ædilitatem suam populo spectabilem reddere cuperet Cœlius, & ob id pantheras à Cic. petijsset, quia de illis possit, rescribit Cicero.

M. CICERO IMPER. M. COELIO, AEDILI CVR. S. P. D. II

PVTARES, *ne unquam accidere posse, ut mihi uerba deessent, neque solum ista uestra oratoria, sed hæc etiam leuia nostratia? desunt autem propter hanc causam, quod mirifice sum solicitus, quidnam de prouincijs decernatur. mirū me desiderium tenet urbis, incredibile meorum, atque in primis tui, satietas autem prouinciæ, uel quia uidemur eam famam consecuti, ut non tam accessio quærenda, quàm fortuna metuenda sit; uel quia totum negocium non est dignum uiribus nostris, qui maiora in republ. onera sustinere, et possimus, & soleamus, uel quia belli magni timor impendet. quod uidemur effugere, si ad constitutam diem decedemus. De pantheris per eos, qui uenari solent, agitur mandato meo diligenter; sed mira paucitas est, & eas, quæ sunt, ualde aiunt queri, q̄ nihil cuiquam insidiarum in mea prouincia, nisi sibi fiat, statuaque constituisse dicuntur in Cariam ex nostra prouincia decedere. sed tamē sedulo fit, & in primis à Patisco. quidquid erit, tibi erit: sed, quid plane esset, nesciebamus. Mihi mehercule magnæ curæ est ædilitas tua. ipsa dies me admonebat, scripsi enim hæc ipsis Megalensibus. tu uelim ad me de omni reip. statu quam diligentissime perscribas, ea enim certissima putabo, quæ ex te cognouero. Vale.*

HVB.

PVtares ne) Primum Cic. ita solicitū esse dicit quid decernatur de prouincijs, ut nihil ei succurrat, quod scribat. solicit⁹ autem erat, quod uerebatur ne ei prorogaretur prouincia ex qua iam discedere cupiebat. deinde quoniam petiuerat ab eo Cœlius aliquot pātheras, quas posset exhibere populo ī ludis, quos erat facturus, dicit Cic. miram esse paucitatem, se tamē daturum operam, ut capiantur, & ad eum mittantur, propterea, q̄ magnę curę sit sibi ædilitas eius. [Putares ne] Ne, magis admiratio, quàm interrogatio est, qđ nemini debeat uideri uerisimile Cic. deesse uerba ad scribēdum [Accidere] Euenire [Oratoria]. s. deesse, quia nūquam putares, qui scis me habere miram quandam dicendi copiam. [Leuia] Vulgaria, non exquisita. [Nostratia] Patria, quę uel sponte occurrunt, & obuia sunt loqui uolentibus. [Desunt] Dicit ea deesse sibi, & adducit cām. [Quod] Quia. [Solicitus] Anxius. [Decernatur] Statuat̄ à senatu. [De prouincijs] Appropinquabāt enim comitia, quæ fiebant de prouincijs consularibus, quib. comitijs aut noui magistratus decernebantur in prouincias, aut ueteres in senatusconsulto confirmabant, timebant igitur, ne prorogaretur sibi prouincia in qua, ut in multis locis ostendit, erat inuitissimus, & iā propter multas causas, quas in hac epistola, & in alijs exponit, discedere cupiebat. [Mirum] causæ, quare cupiat discedere, propter desiderium urbis Romæ, desiderium autem de absentibus semper dicitur, & sæpē pro absentia ponitur. [Incredibile] Subaudi desiderium. [Satietas] Quasi fastidium quoddam, quod superius ostendit, cum dixit ad hanc prouincialem molestiā. [Vel] Quia aliæ cāæ tres maiores [Vel, &c.] Videmur, idest uideor mihi, pluralis pro singulari. [Cōsecuti] Adepti. [Accessio] Incrementum, quia nihil uidetur posse addi ad gloriam meam. [Fortuna metuenda] Ne metuatur mihi, quoniam rebus lætis libenter solet inuideri, &, ut inquit, Lucan. in se magna ruunt, & Terēt. O fortuna, ut nunquam es ꝑpetuo bona. [Vel quod] Alia causa, quia ipse Cic. idoneus sit maiori negocio, qui administrationi illius prouinciæ. [Totū negocium] Huius ꝓuincię. [Qui] Antecedēs huius relatiui inclusum est in pronomine possessiuo nostris. Maiora onera] Quia dixit uiribus perseuerauit in translatione, nā qui plus ualent uiribus, plus oneris sustinere possunt. [Soleam] Quia gessi cōsulatum in urbe cum magna laude, quod fuit maius, & difficilius negotium, quàm pręesse prouinciæ [Vel quia] Tertia causa, quia imminet magnum bellū a Parthis, quod uidetur sibi posse uitare, si ad tempus constitutum discesserit ex prouincia. [Impendet] Imminet, futurus est. [Timor] quia in pręcedenti epist. Dixit: Hæc æstas habuit exitum satis felic, ea, quæ sequitur, in magno est timore. [Quod] Bellum. [videmur nobis,] idest, quod ego uideor [Effugere] uitare. [Ad diem constitutā] Tempus mihi statutum in prouincia, q̄a usque ad illud tempus nō incipiebatur bellum. [De pantheris] quas a me petis tibi mitti. Panthera animal uarij coloris, homini amicum, cui in cādido breues macularum oculi sunt, nam Panthera, & Tigris macularum uarietate prope solæ bestiarum spectantur. Sunt qui tradāt in harmo huic similem lunæ esse maculā crescētem in orbes, & cauentē pari modo cornua. Abundat autem præcipue in Africa, & Syria. hoc animal à Romanis in spectaculis ludorū sępe exhibebatur. nam, & Scaurus primus ædilitate sua uarias cētū quinquaginta uniuersas misit. Deinde Pomp. magnus quadringētas decem. D. Augustus quadrigentas uiginti. Denique de hoc animali, uide Plin. lib. 8. cap. 7. [Agitur] Fit, inquiritur [Mandato] Ita enim mandaui ut diligenter pequirantur. [Mira] Magna. [Paucitas pantheris] i. admodum paucæ sunt. [Et eas] locutur Cic. cum Cœlio. [Queri] Conqueri, lamentari, non autem quæri, inquiri. [Insidiarum] quia huiuscemodi feræ plerunque insidijs capiuntur. [Nisi sibi] Ipsis pantheris. [Cuiquam] Latēter se commendat, cum ostendit ita à se teneri prouinciam, ut nulli fiant insidiæ. [Constituisse] Decreuisse dicuntur pantheræ. [In Cariam] Quæ ē finitima prouincia [Nostra ꝓuincia] Cilicia. [Sedulo] Instanter, diligenter. [A Patisco] Huic. n. mandauerat Cic. ut inquireret pātheras. [Quicquid] Pantherarum. [Erit] Inuenietur. [Tibi erit] Tuū erit. [Quid esset] Quod posset inueniri [Admonebat] s. ædilitatis tuæ. i. reducebat mihi ad memoriam ædilitatē tuam. [Scripsi] Dicit quare admonitus sit ædilitatis Cœlij, quia scripsit hæc megalensibus festis magnæ matris, quib. ædiles solebat celebrare lu-

Desiderium

Panthera

re ludos.[Certissima) Verissima.[Ex te) Prudētissimo, q̄ perspicissima, intelligis, & amicissimo, qui non nisi uera scriberes, [Cognouero) intellexero.

PHIL. *PVTARES ne*]Duo complectitur, desiderium in primis, quò à prouincia decedendi tenebatur, inde cum Cœlius à Cic. per lras petiuisset, ut eius opera Pantheræ caperētur, quas in apparatu ædilitij muneris habere cupiebat, qd de illis captum sit, cum facit his literis certiorem.[Putares ne) Cum admiratione mista, cum interrogatione legendū est. [Mihi) ἐμφατικῶς, dixit mihi, qui totum ferme terrarum orbem impleui scriptis meis.[Ista uestra) Iste audientis personam ostendit, hic uero dicentis.Ille autē ad tertiam refertur. Terent.in Hecyr. Aut istec mihi ętas,& forma essent, aut tibi hæc sentētia.Et Virgil.Ille meos primus, qui me sibi iunxit amores. Abstulit, ille habeat secum.seruetq̄.sepulchro.[Leuia) Extenuata, non exquisita, & quasi triuialia.Nostratia?) ad contemptū dixit quasi uernacula.[Solicitus) Anxietate, Solicitus & perturbatione affectus. Errant qui solicitum pro diligente appellant.[De prouinciis) Quas P.R.diuiserat,& ad eas gubernandas, cum magistratu ciues mittebat. Sed, ut inquit Strabo, aliter atq; aliter diuidebantur, quarum aliæ Cęs, alię populi dicebātur. In suas pfecturas Cęsar ipse administratores mittebat. In populi prouincias, populus Imperatores.uel consules mittebat, sicut postulauerat. Ab initio duas consulares fecerat, Libyam, & Asiam. Cishaliam,& montem Taurum.Prætores uero decem, Europā, Hiberiam, Sardiniam, Siciliam, Illyriam, Macedoniam, Acheā, Cretam, Cyprum, Bithyniam.Cęteras Cęsar prouincias habebat, in quarum alias procuratores mittebat consulares uiros, in alias prætorios, in alias homines ex equestri ordine.[Decernat) Instabant enim comitia, quibus aut noui eligebantur magistratus, aut qui in magistratu erāt, ex senatuscōsulto protogabatur imperiū. [Mirum) Ratio est.[Satietas) Molestia enim afficiebatur esse amplius in prouincia, quod & hoc loco,& alibi pluribus demonstrauit.[Fortuna) Poetæ deā faciunt:ut, Nos te facimus fortuna deā cœloq. locamus. Verg. Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatū. Fortuna Fatum Græci fatum εἱμαρμένη dicunt fortunā τύχην. Fatū uero Chrysippus diffiniuit hoc modo: Fatum est sempiterna quædam,& indeclinabilis series rerū,& cathena uoluens seipsam,& implicās per æternos consequentiæ ordines, ex qbus arcta, nexaq.est. Homerus nullo in loco uoluminis sui τύχην.appellat, quo uocabulo à Gręcis fortuna nominatur, sed θεὸν dicit reū rectum, & solū cui omnia gubernanda committit. [Negocium] Administratio huius prouinciæ.[Maiora onera) μέταφωρα, ad uires, nec arrogāter dictum.nam eius potissimum consilio respub.regebatur, cuius opera fuit salua, ex quo pater patriæ nominatus, & ipse de se dicit: O fortunatam natam me consule Romam, bene ergo'folleamus dixit.[Magni) Tres posuit causas, quibus ad discedendū mouebatur, sed hęc tertia erat potissima, quòd Parthicum bellū instabat,& id effugere posse uidebatur, si ad constitutum diem decederet, hoc est finito anno.[Impēdet) Imminet.[De pātheris) Pro munere ędilitio habēdis à Cœlio. De his. Plin. sic habet: Pantheris in candido breues macularum oculi ferunt, colore earum mire solicitari quadrupl es cūctas, sed capitis toruitate terreri q̄ obrem occultato eo reliqua dulcedine inuitas corripiunt. Sunt qui tradūt in armoniis similem lunæ esse maculam crescentem in orbes,& cauantem pari modo cornua, & quid mirandum de Panthera, Demetrius physicus scriptum reliquit: Cū fœta esset, Panthera catulis procul in foueā delapso, hominem ad illos fouea extrahendos blandiens,& murmurans duxit. Siria atq; Libia his animalibus abundant, quæ in spectaculis Romani plurium adhibebant. Et primus sua ædilitate: Scaurus misit centum quinquaginta. Pomp.quadringentos decem, Augustus quadringētas uiginti. Pāthera à πᾶν appellatur, et θὴρ φ tota oīno fera sit.[Valde aiūt quæri) locus Cic. quo iustitiam, & uirtutes suas ostēdit, cū dicat illa animalia solum de Cic.querelas afferre, φ nihil insidiarum cuiquam nisi sibi fieret, & φ in ea prouincia oēs pręter ipsa tuti erāt.ex quo ait illa cōstituisse ex Cilicia in Cariam decere.Est.n. Caria regio post Rhodū,& ab Eleunte & Lorymis, ut ait Strabo, flexum quendā habet' ad Aquilonem. Cares, ut idem, inquit, sub Minoe fuerunt, & tunc leges dicebantur, & insulas, habitāt, postea facti sunt continentis habitatores, multumq. maritimę orę, & mediterraneæ occuparunt. Dicta quidem est Cara lege, qui primum auguria repetit, ut inquit Plin.est Caria, q̄ in minori Asia Caria vnde Cilicia sita est inter Ioniam,& Lyciam.In mea prouincia, Ciliciam dicit a Ciliciæ Agenoris filio appellatam, minoris Asiæ regionē,& ut ait Plin. Syriæ proximam,& Tauro monti suppositam. Strabo ultra Taurum, inquit esse,& diuidi in Ciliciam, Thraciam,& Campestrē, Thracia oram habet maritimam: Campestis uero à solis & Tharso Issum usq; pertendit.[A Patischo) uenatore primario, cui Cic.hanc uenandi curam dederat.[Tibi erit) ad me mittetur.

[Erit) Capietur. Aedilitas, quā Græci ἀγορανομίαν dicūt,& ædiles ἀγορανόμους.Horum duo genera, Plebei,& Curules quorum duo ex partibus Curules, Duo plebei ex plebe cōstituti sunt. Maioris tū dignitatis Curules, qui a sella, qua in publicū uehebātur, appellati, q̄ Curulē sellā Tullus Hostilius Romæ primus hñdam in magistratibus instituit, cū debellasset Hetruscos, quorū magistratibus hæc erāt insignia. Primi autē ex partibus ædiles creati sunt, dictatore populū rogāte.Cn.Quintius Capitol.& P.Cor. Scipio addidit duos.C.Cęsar, qui annonę præessent,& Cereales nūcupati sunt. Aediles uero plebei Curules ædibus publicis, priuatisque cloacis, a quarum ductibus,& alis quibuscunque publicis ædificijs, ludis ac templis, rebus emudis euidendisque, ac mēsuris præerant, ab ædibus appellati. Aedilitium uero munus id erat cuiusque ædilis proprium, ut suis impēsis ludos pro facultate, ac dignitate faciūdos curaret, quod iu lib.de officijs Cic. meminit. Nonne Pomp.ædilis factus theatrum suum tanta impensa fundatum incredibili ludorū pompa dicauit?Nonne ēt Attilius Serranus,& L.Scribonius ędiles facti,& senatus,& plebis loca in celebrādis ludis secreuerunt. Minime igitur mirandū, si Cœlius pro ædilitio munere faciundo, uel ex Cilitia pantheras deferēdas curabat.[Admonebat) In memoriam reducebat ædilitatem tuam, qm hæc ipsi Megalensibus scripsi, quib.ipsi ædiles in honorem Cybelis ludos celebrare solebant.Megalensibus ludis cibelis cōsecratis, M.Iunius Brutus, ut inquit Liu.de bello Macedo. ædem magnę matris deum in magno palatio deicdauit, & ludos ob eā dedicationem factos, Megalensiā appellatos.Hi ēt ludi dijs magnis pręstabantur.Erant.n.ludorum species quatuor, Megalēses, Funebres, Plebei,& Apollinares.[Quā diligētissime) Quā ꝑ ual de dūtaxat superlatiuo iungit. Per aūt ꝑ ualde tantūmodo positiuo, non ergo dicimus perdiligentissime, peroptime, permaxime, sed quamdiligētissime, quamoptime. Itē non dicimus, q̄ diligenter, quam belle, sed perdiligenter, perbelle. Etsi, quàm ꝑ quantū accipimus nunquā superlatiuo, sed positiuo, semper adiungit, ut quàm mites sunt liberis suis parentes. [Certissima) uerissima. [Ex te]Qui solitus es semper uera dicere.

Aedilitas | Duo ędilium genera | Aedilitiū munus | Ludi | Quam per

ASC. *PVTARES ne &c.*) Dicit sibi præ solicitudine pene uerba deesse, nimis se cupere in urbem redire,& pātheras, quas Cælius populo exhibendas petierat, esse captu difficilimas. Ordo est: O Cęli putares ne posse accidere unquā, ut uerba deessent mihi, nō solū ista uestra oratoria.i.quibus uos, qui in senatu, aut ad populum loquimini, utimini, sed etiam hęc lęuia.i.facilia nostratia.i. quibus nostræ sectæ homines, hoc est rei bellicæ intēti utuntur? Desunt autem .s.uerba propter hanc causam, φ sum solicitus mirifice. Quidnam decernatur.i.senatuscōs.& populi rogatione cōstituti debeat, de prouinciis.s.abrogandis, aut prorogandis. Mirū desideriū urbis, & incredibile desiderium meorum.s. familiarū, & amicorum, tenet.i. afficit me atque in primis.i. præcipue satietas prouinciæ actæ.i. peractæ, uel quia nos uidemur cōsecuti eā famam, ut accessio.i.incrementum,& additio ad eam, nō sup.sit tam.i.tantum, quærēnda, q̄.i.quantum fortuna.s.aduersa, sit metuenda. Vel quia totum negocium i.hoc bellum cum barbaris,& indoctis hominibus nō est dignum uiribus nostris.qui possemus etiam doctos regere, quia ego & possim,& soleam sustinere in re pub.maiora onera, uel quia timor magni belli impendet.i.imminet, quod.s.bellū nos uidemur effugere.i. euitare, si decedemus.s. de prouincia ad diem constitutam.i.ad tempus constitutum. Agitur diligenter mādato meo de Pantheris.i.de eo quod petisti, ut tibi mittam Pantheras.i.animalia illa maculosa,& aspectu iucūda per eos, qui solēt uenari sup eas.sed mira paucitas sup. earum est,& aiunt.s.homines, eas quæ sunt, queri. i.cōqueri ualde, qd aut nihil insidiarum fiat cuiquam in prouincia mea, nisi sibi. Itaque ipsæ Pantheræ dicuntur cōstituisse.i.proposuisse decedere ex prouincia nostra in Cariam. Sed tamen sup.negocium, aut uenatio fit sedulo.i.diligenter, quasi sine dolo,& in primis.i. pręcipue à Patisco. proprium est uenatoris. Quidquid erit. s. captum, erit tibi, sed nos nesciebamus plane qd esse.i.captū, cū hæc scriberemus. Aedilitas tua est mihi mehercule magnæ curę, ipsa dies, s. qua hęc scribebā, admonebat me, scripsi.n.hęc ipsis Megalēsibus .i.eo tempore quo spectacula exhiberi solēt Cybeli, seu magnę matri Deū. Ego uelim sup. ut tu pscribas ad me q̄ diligētissime, de oī statu reipu. Ego.n.putabo ea certissima, q̄ cognouero ex te.

ARGVMENTVM.

Rursus miratur se ni hil literarum a Cœlio accepisse, cū tamē quinquatrijs noua inciderunt conciones, dieuq; urbē, cuius desiderio ipse tenetur, Cœlio colendam.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Literarum officium à Cælio requirit, hortaturq; ut ad urbanæ negocia se totum comparet.

M. CICE-

M. CICERO IMPER. M. COELIO, AEDILI CVR. S. P. D. 12

SOlicitus equidem eram de rebus urbanis, ita tumultuosæ conciones, ita molestæ quinquatriles afferebantur: nam citeriora nondum audiebamus. sed tamen nihil me magis solicitabat, quàm in his molestijs non me si qua ridenda essent, ridere tecum, sunt.n.multa: sed ea non audeo scribere: illud moleste fero, nihil me adhuc his de rebus habere tuarum literarum. quare, etsi cum tu hæc leges, ego iam annuum munus confecero, tamen obuiæ mihi uelim sint literæ tuæ, quæ me erudiant de omni republ ne hospes plane ueniam hoc melius, q̃ tu, facere nemo potest. Diogenes tuus, homo modestus, à me cum Philone Pessinunte discessit. iter habebant ad † Deiotarum regem, quamquam omnia nec benigna, nec copiosa cognorant. Vrbem mi Rufe cole, & in ista luce uiue. omnis.n. peregrinatio, quod ego ab adolescentia iudicaui, obscura & sordida est ijs, quorum industria Romæ potest illustris esse. quod cum probe scirem, utinam in sententia permãsissem. cum una mehercule ambulatiuncula, atque uno sermone nostro omnes fructes prouinciæ non confero. spero me integritatis laudẽ consecutum, non erat minor ex contemnenda. quàm ex conseruata prouincia. spes triumphi, inquis? satis gloriose triumpharem, si non essem tandiu quidem in desiderio rerum mihi carissimarum. sed, ut spero, propediem te uidebo. tu mihi obuiã mitte epistolas te dignas. Vale.

SOlicitus] Miratur Cicc. se nihil literarum accepisse à Cęlio, de ijs, quæ Romæ facta essent, cum tumultuosas quasdã cõciones quinquatrijs concitatas audisset. Deinde, ut oñdat se inuitum esse in ꝓuincia, hortatur eum ad colendã urbẽ, ad quã dicit se propediem uenturũ pp desideriũ rerum sibi carissimarũ. [Solicitus] Anxius, plenus perturbationis. [De rebus] pp res, quæ in urbẽ fierẽt, nam, de, interdũ pp sigñat ut alibi declarauimus, [Tumultuosæ) Plenæ tumultus, & seditionis. [Conciones] Concio docet A.G. ex auctoritate Valerii Flacci, tria sigñat locũ, suggestumque, unde uerba fiunt. Item sigñat cœtum populi assistentis, ut Cic. in Lælio de Amic. Concio quæ ex imperitissimis constat, tñ iudicare solet, &c. Item orationem ipsam, quæ ad populum dicitur, ut conciones, quas quidã in Pomp. fuisse existimãt. [Quinquatrijs] Quinquatria dicebantur festa, quæ fiebant 5 die post idũs à quinque.n. dr̃ quinquatrus dies, ꝙ qnq; ab id. dierũ numerus, nam atrus nihil sigñat. auct. Gel. his aũt diebus fiebant maxime sacra Palladi, ut innuit Iuuen. in Satyra. Omnibus in terris. Eloquium, aut famam Demosthenis, aut Cic. Incipit optare, & totis quinquatrib. optat. Quis qs adhuc uno partam colit esse Mineruam. Declinatur aũt substantiue in plurali tam tertiæ, q̃ secũdæ declinationis, sicut cetera nomina festorũ, ut uoluit Macr. audierat igitur Cic. quinquatrijs factas esse quasdam conciones ualde tumultuosas sibi molestas, quia aut in Põp. ut diximus, aut in aliquẽ ex amicis suis fuisset. [Afferebãtur] Nũciabantur. [Molestæ] Graues. [Citeriora] Hoc est quæ citra quinquatria acta sunt, q d. recentiora nondum audiebam. [His molestis] quas capio de huiuscemodi tumultibus, quia dixit se solicitum esse [Si qua ridenda] Pręterea, quæ me cruciant, si qua essent digna risu, ut pote aut dicta aut facta. [Non audeo] quia fortasse erant in Põpeianos. [Illud moleste fero,] q.d. præter cetera [Nihil tuarum literarum] Nullas tuas literas [Quare] Rogat eum ut ad se scribat, & instruat de ijs, quæ Romæ geruntur. [Etsi) quãuis. [Confecero] Finiero [Munus] Officium, magistratum [Annuum] Prouinciale, quod in annum dabatur. [Obuiæ] cum ueniã Romã. [Erudiant] Informent, ut ita dicam [Hospes] quasi ignatus omnino reip. qm̃ hospitum atq; peregrinorũ officiũ, ut uoluit Cic. est quid in alienis ciuitatibus fiat, nescire. [Modestus] Maximã laudem priuatis hominibus tribuit modestia. [Pessinonte] Pessinon locus est Phrygiæ, unde Cybeles Romam aduecta est, ob quam rem appellata est Pessinontia. [Iter habebant] Ibãt. [Omnia nec benigna] dicit Cic. q̃q omnem meam benigitatem nondum cognouerant apud eum, ad quem proficiscebantur, ad illum tamẽ ibant. Benigna] exprompta liberalia, & ad animum refertur benignitas. [Vrbem] Romam, hortatur eum ad colendam urbem, in qua uirtus potest elucere. [Ista luce) Quasi alia loca sint tenebræ. ubi non possit emergere, & elucet, uirtus hominis. [Peregrinatio] ἀποδημία peruagatio locorũ, absentia à patria sua. [Obscura] Ignobilis. quia parum laudis comparat. [Sordida] Inhonesta, quia habet interdum suspicionẽ quæstus, & auaritiæ, [Industria] Ingenium, honesta exercitatio. [Illustris] Clara, nobilis. i. qui tales sunt, ut eorum industria Romæ cognosci possit. [Probe] Optime [In sententia] Quia dixit se ab adolescentia id iudicasse [Ambulatiuncula] congressione, breui consuetudine. i. cum breui spacio temporis, quo tecũ delectationis gratia deambulare possim. [Fructus] utilitates, & uoluptates. [Confero] comparo. quia omnia minoris puto, quàm unam ambulatiunculam [Integritatis] Innocentiæ, hoc est spero me id esse assecutum, ut oẽs laudẽt me nulla re corruptum unquã fuisse, sed prouinciã integerrime administrasse. [Non erat] Occurrit obiectioni, ꝙ remaneat in prouincia, & h.d. cũ in mea ptãte sit remanere in ꝓuincia nõ minus triumphũ spero ex cõtemnenda, & omittenda ipsa prouincia, q̃ ex eo ꝙ conseruauerim eam ab impetu Parthorum. [In qua] Prouincia. [Triumpharẽ] Animo lætarer quasi triumphans. [Nisi] Hoc est nisi desiderarẽ multa, quæ habeo Romæ mihi carissima, quæ non sinunt me esse aĩo tranquillo. [Obuiã mitte] aduenienti.

De

Concio

Quinquatria

Modestia

Pessinon

Pessinontia

PHIL. *SOLICITVS equidem*] Tametsi Tullius longe distabat, tñ habebat Romæ scriptores, & nuncios, ut non ignoraret quæ in urbe tractabantur. Qua pp cum quinquatrus celebraretur, quasdam ibi seditiones exortas accepit, atq; cum id potius aliorum, quã Cęlij literis cognouisset, aliquantulũ moleste tulit, de quo nunc facit eum per has literas certiorẽ, & ut inuitus in prouincia esse uideatur, hortatur Cęlium, ut urbem colat, neq; cesset ad eum scribere, quod tametsi ꝓpediem uẽturus, sit obuias tñ sibi literas ab eo mitti uehementer exoptat de quibus plane erudiatur de omni statu reip. cuius uiscendæ incredibili desiderio tenebat. [Solicitus] vexatus & perturbatus, dictus quidem quasi solo citatus, hoc est ex suo loco motus, hinc solicitudo, quæ mentibus inhęrescit, & solicitatio, quæ ab alio fit. Ex quo illum locum apud Terent. ita legere debemus: Amor, misericordia, nuptiarum solicitatio. [De] Propter, ut supra. [De me non conquiesti] Conciones nunc orationes in Pomp. factæ, & Attilium. Sic.n. Cic. senserat. nam concio tria sigñat locum in primis, in quo conueniunt, & suggestũ ĩ quo habet oratio, de quo meminit Gell. auctoritate Cic. in oratione, quæ inscripta est contra concionem Q. Metell. Ascendi, inquit, in concionem, cõcursus est populi factus. Secundo sigñat orationem, ut in tit. liber Cic. qui inscriptus est contra concionem Q. Metelli, hoc est contra orationẽ, quã egit Q. Metellus. Et Cic. in epist. ad Dol. legi.n. concionẽ tuam, nihil illa sapientius. Tertio multitudinem. uno loco ad audiendum congregatum, ut Cic. in oratione, conciones exclamare sæpe audiui. cũ apta uerba cecidissent. [Tumultuosæ] Turbulentę, tumultus plenæ. [Quinquatrijs] Solennis dies quinquatrus est dictus, ꝙ quinque ab idib. dierũ fit numerus, in quo atrus nihil præter supplemẽtum nominis affert. Varro hic ait, quòd erat post diẽ quintũ idus quinquatrus dies, ut à Tusculanis post diẽ sextum uocatur sexatrus, & post diẽ septimum septimattus. Si præterea apud Faliscos decimatrus. Et Festus inquit, quòd post diẽ quintũ iduũ celebratur quinquatrus dictus, ut triatrus, sexatrus, septimatrus. & decimatrus, Ludi uero qui illis diebus, quinquatria dicebãtur. Mineruæ 14 Cal. Apriles, de quibus meminit Naso his uerbis.

Vna dies media est, post fiunt sacra Mineruæ.
Numina quæ adiectis quinque diebus habet.
Sanguine prima Vacat, nec fas consurrere ferro.
Causa quod est illo nata Minerua die.
Altera tresq; super rasa celebrantur arena
Ensibus expertis bellica læta dea est. Et Iuuen.
Incipit optare, & totis quinquatribus optat.
Quisquis adhuc uno partam colit esse Mineruam.

Nec mirandũ si quinquatrus, & quinquatrib. inuenitur, nã omnia festorum nomina, vt Saturnalia, bacchanalia, tã tertię sunt declinationis, q̃ secũdæ, tm̃ numero multitudinis declinata. [Si qua ridẽda] Tangit Pomp. & Attil. de his.n. ad Cic. rumor accesserat, & iõ miratur magis nihil ad eũ Cęlio scriptum. [Non autẽ) Scribe pp Pomp. quẽ apatte nõ audebat offendere, & alios quosdã. [Illud moleste fero] Præ ceteris illud mihi molestũ est, quare rogat, ut ad eum scribat. [Annuum munus] ꝓconsulatũ meũ in Cilicia. Magistratus.n. munera dicebãtur, qm̃ patẽtib. tanquã munera donabãtur, ut ludi gladiatorij, quos in Munus P.R. recipiebãt, & q illos donabat, munerarius dicebatur. [De oĩ rep.) Ad maiorẽ sigñantiã mutauit nominis ꝓprietatẽ, nã omne, totũ, & cunctũ discrepãt. Oẽ de uniuersis, ut: Oẽs hoĩes, qui sese student ꝑstare ceteris aĩantibus, summa ope niti decet [Totũ,) omnis de unius corporis plenitudine dicimus, ut Cic Meq; totũ tibi commendo. Cunctũ uero quasi oẽ, & totũ in uno loco coniunctũ, ut cuncti Cic. cõcionãtẽ audiebãt. Cõfundũtur tñ ista plerũque, ut hic, & Sta. Totos in pęnã ordire nepotes, & Maro: Oẽmq. reuerti

Solicitum

Solicitudo

Solicitatio

Quinquatrus

Sexatrus

Septimatrus

Decimatrus

Quinquatria

Saturnalia

Bacchanalia

Munera

Munerarius

Totum

Cuncti

per Troiā. Obuię mihi uelim sint literę tuę. Varius loquēdi modus. dicimus.n. obuius sum tibi, obuio tibi. Fio obuius tibi, Do me tibi, atq; offero me tibi obuiā. Eodē modo aduerbialiter obuiā, dicimus, ut obuiam profectus sum regi, Et paulò post, mihi obuiā mitte epistolas te dignas [Hospes) quasi oīum rerum ad remp. ptinētium ignarus. Est.n. hospitum ignorare, quæ in alienis ciuitatibus fiūt. [Diogenes] Libertus Cęlij, Philone, Milesius fuit, & Cic. amicus. [Pessinōte) Emporiū est Phygiæ, & ut, inqt Strabo, templum maximum habet magnæ uenerationis matris deum, quā Angistidam uocāt. Hic locus magnifice ab Attalicis regibus structus est, & templo & porticib. & albo lapide R. celebre reddiderūt, educta inde deæ statua & Pessinontia appellata. [Nec benigna] Nec copiosa nō ad se referūt, sed ad regē [Hyacton. regē Asiæ maximinoīs [Vrbē mi Rufe cole) Multi diuidūt hanc epist. à superiori, & aliā esse uolunt. Nos unā cum superiori facimus, & desiderio urbis Cælium ad incolendam urbem uehemēter hortat. Vrbis nomine p excellētiam Romam accipimus, ut per Poetā apud Græcos Hom. apud nos Virg. ab urbe urbs dicta, q mœnia, muros, parietes, domos signat. ut à ciendo ciuitas, q uiros urbem habitantes ac iure in ea uiuentes ōndit [Ista luce] bene lucem dixit, ubi pōt uirtus elucescere, & ita ibi sicut Romæ. [Peregrinatio) Quasi nauigatio quædam p aliena loca [Obscura, sine luce alicuius laudis. [Sordida) ex suspicione lucri & auaritiæ. [In sn̄ia pmāsissem, ut nunq̄ Roma discessissem, sicut ab adolescentia iudicaui. [Confero) In cōparationē pono, pluris.n. minimā uoluptatē faciebat, quam cū amicis Romæ capere poterat, q̄ quosq. amplissimos fructus, quos ex puincia colligere potuisset. [Integritatis) ut oēs me laudēt innocēter, & sine auaritia puinciam gubernasse. Leguntur hic lib. 5. epist. ad Atticum. [Ex con.) cū in meo sit arbitrio, & uoluntate in puincia remanendi, spero nō minorē triumphum ex contemnenda, & dimittenda, q̄ ex conseruata prouincia me habiturū. [Triūpharem) lætarer, ut Terent. Id uero serio triūphat, & allusit uero triūpho, quid dabatur uictori p re bene gesta, & est sensus: Lætarer ego plurimū in hac prouincia, nisi tanto desiderio tenerer urbis, & incredibili meorū. [Rerū car.) Has res carissimas intelligit esse urbē, remp. amicos, & domesticos suos. [Propediē] Accētū pone in añ penultima aduerb. est, quasi ppe sit dies appellatū, ut propemodū quasi prope mensurā dictum. [Te dignas) Tui dignas, non dicimus.

Pessinō

Vrbs Ciuitas

Prope diem Propemodū Te dignas ASC.

SOLICITVS &c.] Rursus mirat se nihil literarum à Cęlio accepisse, cum tn̄ quinquatrijs nouæ inciderint conciones, dicit que urbem, cuius desiderio teneretur, Cœlio colendam. Ordo est. Equidem. i. ego certe, eram solicitus de rebus urbanis. i. quę in urbe transactæ essent, ita. i. usque adeo tumultuosæ, ita. i. tm̄ molestę cōciones. i. orationes habitæ ad populum conuocatum, afferebantur. i. annunciabantur mihi, Quinquatrijs. i. ludis, & festis Mineruæ, habitis ex more, quinto die post idus, dico, inquit, quinquatrijs. nam nondum audiebamus citeriora. i. quæ facta essent circa quinquatria, aut tempore uiciniore nobis, quia minus præterito, q̄ sint quinquatria. Sed tamē nihil solicitabat me magis. i. uehementius, quam me non ridere tecum in his molestijs s. quas patior in prouincia, si qua. i. aliqua essent ridenda. Sunt. n. multa sup. ridenda. Videtur contrarium, quod dixit, si qua essent, & postea dicit, sunt. n. multa, sed non est. Nam sensus est: priusquam certior essem factus p alios, nihil solicitabat me magis, q̄ me nō posse ridere tecū, si qua essent ridēda, ubi aūt certior factus sum, scio multa fuisse ridenda. Sed ego nō audio scribere ea ne forte incidāt in manus eorū, quos rideat. Ego fero moleste illud. s. me nihil habere adhuc literarum tuarū de his rebus s. q̄ tunc cōtigerunt. Quare etsi. i. q̄q̄ cum tu leges hæc, ego confecero. i. finiero iā munus. i. offm̄ annuū, tamē uelim ut sup. literæ tuæ sint obuiā mihi, quæ. s. literę erudiāt me de omni. i. tota rep. ne ueniā plane. i. omnino hospes. i. ut hospes, & peregrinus, ignarus, omniū rerum urbanarum. Nemo pōt facere melius hoc. s. ne plāne hospes ueniā, q̄ tu. Diogenes, tuus. s. pcurator rerum tuarum, homo modestus, discessit à me cum Philone, Pessinūte. i. ab eo loco insigni in Phrygia, quod inde Cybele Romam trāsuecta sit, quæ Pessinūtia dici solet, declinatur aūt Pessinus Pessinūtis, ut, Opus Opuntis, Amatus Amathunthis, Hiericus Hiericuntis, &c. ipsi. s. ambo Diogenes, & Philo habebant iter. i. ire debebant ad Laium regē. s. Asiæ. Alij legunt ad Deiotarum, alij ad Hyactō, q̄q̄ ipsi cognotant omnia. s. quæ essent agenda cum rege, nec benigna, nec copiosa. i. magni fructus. O mi Rufe cole. i. inhabita, urbem. s. Romam, quæ cū urbs per se ponitur, semper intelligitur, & uiue in ista luce. s. clarorum uirorum Omnis. n. peregrinatio est obscura, & sordida. quod ego iudicaui ab adolescentia, ijs quorum industria potest esse illustris Romæ. Quod cum ego scitem probe. i. decenter, & probabiliter, utinam permāsissem in sententia. Mehercule. s. ita tractante, ut uerum dico, ego nō confero. i. non cōparo in ualore, & iucunditate, oēs fructus prouinciæ, cum una ambulatiuncula, sup. nostra, atque uno sermone nostro, quam, & quē simul habere solemus. Ego spero me consecutum laudem integritatis. i. q integram, & minime auaram gesserim in prouincia uitam, spes triumphi non erat minor ex prouincia contemnenda. i. quam contēnerem amplius tenere, quā ex prouincia cōseruata, sup. fuisset, si eam cōseruare. i. diutius cū imperio seruare uoluissem, aut minor spes triumphi. i. magnæ glorię erat ex prouincia, si ea contemnere uoluissem, q̄ ex conseruata. i. per curiam meam. In qua. s. prouincia conseruata, ego triumpharem glorio se quidē. i. certe, si nō essem tādiu in desiderio rerum charissimarum mihi. i. amicorum, & familiarium. Sed, ut spero, ego uidebo te propediem. i. tempore mox futuro, tu mitte obuiam mihi epistolas dignas te. i. quæ censeantur à te missæ, & scriptæ.

QVINQVATRVS] Dictum opinor nominandi potius, q̄, ut alij crediderunt, generandi casu. nam hāc uocem tātum multitudinis numero memini me legisse. forte etiam legi possit, quin quatribus, ut intelligatur dies, quo gestæ sunt res, non quo allatę, cum inferat, citeriora nondum audiebamus. nam in libro scripto, quem habet uir doctissimus Hieronymus Ferrarius, Corrigiensis, legitur, quinquat. ut etiam pro gladiatoribus, gladiat. uetustis in libris quandoque scriptum uideas. PAV. MAN.

ARGVMENTVM.

Dicit literas Cœlij tametsi raras, iucundas sibi esse, & gratas, præsertim eas, quibus hortatus erat. ut cū Appio gratiam ineat. ad quam Cic. fatetur sibi multas esse causas, quas, & declarat, & rursum desiderio Vrbis se teneri, ut cum amicis rideat, scribit.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Officiosa est epistola, qua se cōsilio Cœlij acquiescere uelle ostendit.

M. CICERO IMP. M. COELIO

AEDILI CVR. S. P. D. 13

RAras tuas quidem, (fortasse enim non perferuntur) sed suaues accipio literas: uel quas proxime acceperam, quàm prudentes, quàm multi, & officij, & consilij. etsi omnia sic constitueram mihi agenda, ut tu admonebas: tamen confirmantur nostra consilia, cum sentimus prudētibus, fideliterque suadentibus idem uideri. ego Appium, ut sæpe tecum locutus sum, ualde diligo: meque ab eo diligi statim cœptum esse, ut simultatem deposuimus, sensi. nam, & honorificus in me consul fuit, & suauis amicus, & studiosus studiorū etiam meorum. mea uero officia ei non defuisse, tute es testis: quoniam† κωμικὸς μάρτυς, ut opinor, accidit Phania. & mehercule etiam pluris eum feci, quòd te amari ab eo sensi. iam me Pompeij totum esse scis: Brutum à me amari intelligis, quid est causæ, cur mihi non sit in optatis complecti hominem florentem ætate, opibus, honoribus, ingenio, liberis, propinquis, affinibus, amicis? collegam meum præsertim, & in ipsa collegij laude, & scientia studiosum mei? hæc eo pluribus scripsi, quod† mihi significabāt tuæ literæ subdiubtare, qua essem erga illum uoluntate. credo te audisse aliquid, falsum est, mihi crede, si quid audisti. genus institutorum, & rationum mearum dissimilitudinem nonullam habet cum illius administratione prouinciæ. ex eo quidam suspicati fortasse sunt, animorū contentione, nō † opinionum dissensione, me ab eo discrepare. nihil autem feci unquam, neque dixi, quod contra illius existimationem esse uellem. post hoc negocium autem, & temeritatem nostri Dolabellæ, deprecatorem me pro illius periculo præbeo. Erat in eadē epistola ueternus ciuitatis. gaudebam sanè, & congelasse nostrum amicū lætabor otio. Extrema pagella pupugit me tuo chirographo. quid ais? Cæsarē nunc defendit Curio? quis hoc putaret præter me? nam, ita † uiuam, putaui. Dij immortales, quàm ego risum nostrum desidero? Mihi erat in animo, quoniam iurisdictionem confeceram, ciuitates locupletaram. publicanis, etiam superioris lustri reliqua, sine sociorum ulla querela conseruatam; priuatis, summis, infimis fueram iucundus; proficisci in Ciliciam Nonis Maij, & cum primum æstiua attigisem, militaremque rem collocasem, decedere ex S. C. Cupio te ædilem uidere. miroque desiderio me urbs afficit, & omnes mei, tuq. in primis. Vale.

+ comicus testis

† lias, non nihil

† alias, uoluntatum

† alias in uia

Raras

HVB. RARAS *tuas*] Ostendit Cic.quanti faciat literas Cęlij,quas etsi raras,suaues tñ sibi esse dicit,præsertim quasdam , qui bus dicit se admonitum fuisse à Cœlio,ut cõcorditer ageret cũ Appio,quod tamen se ita facere constituisse dicit,& adducit rationes,& causas multas,quare debeat amare Appium,ostenditq́. quæ fuerit causa,quare quidã falso suspicati sint , eos dissentire. Postremo optat Cic.esse Romæ,cum ut possit ridere cũ Cęlio,& alijs amicis,tũ ut possit eũ ędilẽ uidere. [Fortasse]Parẽthesis, & excusat Cęliũ,qđ fortasse ille scribit.sed eius literæ non pferantur.[Suaues]Dulces,iucundas [Vel]Etiam,aut præcipue.[Proxime) Nouissime.[Quàm prudentes ,) Scilicet officij, & consilij. Et quàm multi, quàm magni.[Officio) Humanitatis. [Consilij) Quia cõsulebas ut fugerem oĩum inimicitias , & præcipue Appij [Constitueră) Decreueră.[Vt tu admonebas) .s. mihi esse agenda. Confirmãtur) Deliberatiōẽ fiant, & certiora.[Sẽtimus) Cognoscimus.[Prudentib.)Qualis tu es[Fideliter) Sincere, sine dolo.Idem uideri,idem iudicari,eandẽ sententia haberi. [Ego) iã serio ostẽdit se nullã causam habere,quare oderit Appium,sed potius causam diligẽdi.[Cęptum) Inceptum.[Me diligi ab eo).i. inceptum esse,ut ego ab illo diligerer.[Vt) Postq̃.[Simulatem) Odium quoddam occultũ,quod ante erat inter nos , & dicta est simultas à simulatione.[Depõsuimus)Quia fuerant reconciliati App.& Cic.cum ante fuisset inter eos simultas, ꝑpterea ꝙ in causa quam Cic.egit apud pontifices de domo sua,Ap. uehementer eũ oppugnauit,unde Cic.lib.3.ad Ap.Reditus illustris in gratiã, in quo ne ꝑ imprudentiã qdẽ errari põt sine suspicione perfidiæ. [Nam honorificus]Arguit a causis probabilibus, quare debuerit eum diligere.[Honorificus in me).i.cum esset cõsul ꝓsecutus est me honore.[Studiosus) Fautor.[Studiorum) uoluntatum , qa quod uolui ille cõfirmauit.[Mea uero) dicit se idẽ fecisse contra Ap.ut ĩ nullis studijs,& officijs ei defuerit,teste Cœlio.[Tu scis) Tu es testis,qm̃ κωμικὸς sentẽtia ex aliqua uetere comedia ĩ qua Phania aliquis testis alicuius rei introduceretur, nam de Phania Ter.non satis placet,nec uidetur cõuenire.sensus aũt est: tu scis mea officia ei non defuisse,quia Phania comicus testis accidit.i. qm̃ tu accidisti tãq̃ Phania comicus testis,loquitur.n. de Cęlio, tanq̃ de tertia psona, hoc est sicut Phania testis est in comœdia, ita tu testis es quid ꝑ ego egerim μάρτυς testis,dr̃ aũt,& μάρτυς attice,& μάρτυρ lingua cõi κωμικὸς Comicus qui in comędia introducitur,Phania aliquis , q in comędia de aliqua re certissime testificatur.Et iõ dixit,ut opinor.[Eũ) Appium.[Quo)Quia [Te amari ab eo) Causa tua,quia scio eum tibi esse charũ.[Iã me alia ratio,ꝙ causa Pomp.& Brut,quos habet amicissimos,diligat ẽt Ap.ijs necessitudine cõiunctum.si.n.diligit,Pomp.& Brut.debet etiam diligere,qui cũ eis sunt affinitate,& necessitudine;coniuncti,erat aũt Appius socer Bruti,& filij Põp.ut ostẽdit Cic. ad Ap. lib.3.epist.3.his uerbis. Duos , n. duarum ætatum plurifacio Cn. Pomp filiæ tuę socerum,& M. Brutum gñm tuum , & in epist.q̃ incipit: Cum est ad nos allatum , circa finẽ . Quis unq̃ tãti quẽq̃ fecit,quanti ego Cn.Pomp.socerum tuæ filię.& in epist.sequẽti, quæ incipit:Cũ essem in castris,sic inquit:Lætor uirtute, & officio,cũ tuorum necessariorũ,meorum amicissimorũ,&c. Ego cũ dixit.[Iã me totum Pomp.esse scis)uoluit quasi innuere necesse esse Ap.qui sit socer filij Pomp.a se amari,qui totus sit Põp.Brutum eius gñm [Quid causã)Quæ causæ.[In optatis[Inter optata mea,inter ea,quæ maximẽ sunt mihi cara,& optata.[Cõplecti) Amare.[Hominem) Appium.[Florentẽ ætate) Adhuc uiridi ętate,quia senes ideo facilius cõtemnuntur,qm̃ nõ possunt diutius aut prodesse,aut obesse,cũ sint propinqui morti.dicit igitur hũc fuisse amãdum,quia florebat ætate.[Opibus)Erat.n.App.opulẽtissimus,uel opib.potẽtia,qua ualet in urbe nr̃a,uñ & lib. ad Ap. Quid cõmodis meis aptius q̃ hominis nobilissimi, atq; honoratissimi cõiunctio,cuius opes,ingenium, liberi, affines, ꝓpinqui mihi magno,uel ornamento,uel præsidio esse possent.[Honoribus)Quibus affuerat App.[Liberis) Habebat.n.multos filios & filias,& clarissimis familijs collocatas, est autẽ in his dictionib. articulus.[Collegam) In auguratu,ut ostendit Cic. inferius ad ipsum Ap.amplissimi sacerdotij collegiũ , in quo non modo amicitiam uiolari,apud maiores nostros fas nõ erat,sed ne optari quidem sacerdotẽ licebat,qui cuiquã ex collegio esset inimicus,fuerunt igit collegæ Cic. & App.[Ipsa laude) Sua.[Et scientia)Hoc est cum ex sacerdotio magnã laudem assequeretur , & esset peritissimus,mei tñ semper studiosus fuit [Eo) pp id [Significabãt) Tacite demonstrabãt.[Subdubitare[Paulũlum dubitare.[Voluntate) Animo.[Erga illũ App.) Credo,quia subdubitas de uoluntate mea erga illum [Factum est) Quod audisti.[Genus) Dicit pro pter quid hoĩes existimauerint Cic. non esse bono aĩo erga Ap. quia cum successisset ei Cice.in prouincia, & mutasset quædã , q̃ App.ante instituisset, aliter q́.administraret prouinciam, quã ip-

se administrasset, existimauerunt quidã hoc fieri, quia essent inimici, quod non ita erat, sed quia plerũq; accidit ut in eadẽ re, uaria sit opinio, sed tñ utraq; bona, sicut erat App.& Cic.in administratione prouinciæ, & ideo nunc dicit:[Genus) Modus, forma q̃ dã.[Institutorum) Decretorum, ordinationum mearum, quas feci in ꝓuincia post discessum Appij [Illius) App.[Dissimilitudinem) Dr̃ iam, quædam.n.mutauit Cic.vt plenius apparet li.3.ex oĩbus epistolis, quas ad App.scribit.[Ex eo) ꝙ mea instituta hñt quãdam dissimilitudinem cũ illius administratione.[Quidam Maleuoli, & qui, ut infra dicetur, nos quo aĩo ita nos sumus esse nollent.[Suspicati sunt) existimauerunt.[Contentione) Controuersia.[Animorum) In quibus stat beneuolentia, & maleuolẽtia. Dissensio [Dissensione uol.]Quæ etiam inter eos, qui nõ sunt inimici, esse potest, ut in eadem re diuersam habeant uolũtatem, nam dissensio est sentẽtiarum diuersitas[Discrepare) Discõuenire, discordare[Feci) re.[Dixi) Verbo.[Existimatione) Auctoritatẽ, reputatione.[Post hoc negociũ) Hoc est præter hoc , quòd aliter sensit de administranda ꝓuincia, quam ipse.[Et temeritatem nostri Do.) h.d.cum Dolabella gener Cic.quędam temere egisset cõtra Ap. Accusando eum ambitus, opugnabatur ab App. Cic. qa erat gener suus, eum defendit, & ideo dicit. post temeritatẽ defensam à me, temeritatem aũt attribuit Dola.qa erat audacissimus, quod, & App.Alex.lib.3.cõfirmat.[Nostri) uel gñi, uel nostri utriusque amici, & mei, & tui[Deprecatorẽ) rogatorem, supplicatorẽ, plusquam si diceret defensorem.[Illius) nõ Dolabellæ, sed Ap.[Periculo) Quia præter ambitum ẽt maiestatis fuerat accusatus, ut li. 3.patebit.defendebat aũt à Cic. absente ꝑ literas deprecãte multum ꝓ eo[Erat ueteranus ciuitatis) Sunt uerba Cœlii, quibus ut quibusdam placet , latenter pulsat Pomp. nã Cęlius eum ueterauum ciuitatis appellauerat.[Gaudebam) .s. ꝙ ad me scripsisti de ueterano ciuitatis, quod quid aut quale esset, nõ satis intelligere possumus.[Congelasse) Refrixisse, cessasse.[Nostrum amicum) Non ausim affirmare, quem intelligit.nã, & ipse intelligi noluisse demõstrat, cum dicit nostrum, ita.n.loquimur, cum ab eo tñ intelligi uolumus, cum quo loquimur.[Lętabor ocio) quia dixit congelasse, siue.n.Pomp.siue alium quempiã intelligit . fortasse ille aliquãtulum dimiserat aĩum ab aliquo cępto . in his autem epist.satis sit, ꝙ ex uerbis capiamus fructum, & ex sentẽtijs, quæ mores respiciunt, iam in sensib.occultis, qui nihil afferunt ad cõmoditatem dicẽdi, nihil refert si minus sagittam ipsam in meta figere possumus, Exttema pagella, in fine epist. q̃ erat , aut liber ti, aut alicuius scribæ sui manu exarata addiderat Cęlius manu propria hæc uerba: Cæs.non defendit Curio, qđ Cic. quasi ridens ostẽdit se credere, quia sciebat Cur.corruptum esse à Cæs. qui ut supra diximus, eum grãdi ęre alieno liberauerat, de corruptione autem Cur.uisus est suspicari Cic in epis. quæ incipit: Sera gratulatio , in qua tam multis uerbis eum hortatus est ad defensionẽ reip.[Pagella extrema).i.extrema pars pagellæ tuæ, hoc est epi- Paginæ. stolæ, siue cattæ, paginæ aũt sunt, ut uoluit Festus, ꝙ suã quæque ob tincant regionẽ, ut pagi, uel à pagendo, ꝙ in illis uersus pagũtur.i.infinguntur.[Pupugit) Percussit. [Tuo chirographo) Tuo scripto, quod manu tua exarasti.nam solebant interdum dictare alijs scribentibus.[Qui ais) Admiratiuẽ.[Cæsarem) Cum admiratione ẽt prõnũciandũ, & subauditur, ais.[Quis hoc putaret) Ironice, q.d nõ credo.[Præter me) Qui noui Cur.[In uia putaram) Modus est dicendi, ita putaram in itinere.[Risum nostrũ) Quẽ discio uos habere ꝓpter huiusmodi mutationes rerum.[Mihi; dicit, Cic.)Quid constituerit facere.[Mihi erat in animo) Cõstitueram, ꝓposuerã.[Locupletare) Ditare ciuitates Ciliciæ.[In pub.) quibus eram daturus modum exigẽdi uectigalia, nã ij sunt, qui maxime spoliãt ciuitates, genus, ut uoluit iurisconf.audax. Quo nam confeceram, finieram [Iurisdictionem) Lustrationẽ iurisdictionis meæ [Etiam sup.) Sensus est: etiam cum ante lustraui prouinciam, reliqua, quæ ad publicanos non pertinebãt, cõseruata sunt sine ulla querela[Sociorum) .i. ita, ut nullus ex socijs nostris, hoc est ex ijs, qui nobis cum fœdere essent iuncti, queri possent.solebant aũt magistratus lustrare, hoc est circuire totã iurisdictionem suam, & ꝓuidere ubi opus esset , quod dicit se fecisse Cic.& nũc, & ante, sine ulla querela sociorũ, ergo, [In superiore lust.).i.cũ ante lustraui prouinciã.[Cõseruata) Subaudi sunt.[Iucũdus) quidã lib. hñt iustus [In priuatis) Sensus est, fui iucundus in omni ordine, & gñe hoium, qđ declarat dicens. [In priuatis.) sine magistratu[Sũmis) Princip [Infimis, plebeis.[Proficisci, subaudi erat in animo.[In Ciliciam) Erat.n. locis finitimis prouinciæ ꝙ quia lustrauerat eam.[Æstiua) Loca, ubi milites æstate sunt, sicut hyberna, ubi habitãt hieme.[Attigissem) Aduenissem.[Nonis maij) vij die maij Nec uideatur cuiquam incõueniens, ꝙ dixerit æstiua, cum tunc nõdum uideatur esse tempus æstatis, qm̃, ut uoluit Vlp.iuriscõsultus, Æstas, ut peritiores uoluerunt, incipit

pit ab ęquinoctio uernali, & deſinit ęquinoctio autumnali, ita ęſtas ſex menſiũ, & hiems totidem generaliter dicitur. [Collocaſſem) In æſtiuis. [Decedere) Subaudi erat in animo. [Ex ſe) Quo erat decretũ, ut finito annuo magiſtratu Cic. poſſet diſcedere, ut oſtendit ſupra ad Cur. ut ſenatuſconſ. & leges defendat, &c. [Tu ædilem] Qui erat factus ędilis abſente Cic.

ASC. *RARAS &c.*] Dicit literas Cœlij Raras quidem, ſed iucundas ad ſe dari & gratas, & præſertim eas, qb. hortatus erat Cęlius, ut ipſe Cic. cum Appio gratiam ineat. ad quam iucundam idem Cic. dicit multas ſibi cauſas eſſe, rurſusq. deſiderio urbis ſe teneri ut cum amicis rideat, ſcribit. Ordo eſt: Ego accipio tuas literas quidem. i. certe raras, licet multas forte ſcripſeris, fortaſſe. n. non perferuntur, ſed ſuaues. i. iucundas, uel. i. ẽt eas, quas accepera ꝓxime, q̃. i. quantum prudentis, & q̃. i. quantum multi, & officij, & couſilij, q. d. plurimi. Etſi. i. quanquã, ego cõſtitueram. ſ. priuſquã admoneres omnia agenda mihi ſic, ut tu admones; tñ noſtra conſilia cõfirmãtur. i. ſtabiliuntur, cum ſentimus idem uideri prudẽtibus & ſuadẽtib. uidelicet, ſup. quod nobis. Ego ualde diligo Appium, ut locutus ſum ſæpe tecum, & ſenſi me cęptũ diligi ab eo ſtatim, ut. i. poſtq̃ depoſuimus ſimultatem. i. latens odiũ, & ęmulationem ſimulatam. Nam ipſe fuit, &. i. ſimul honorificus. i. honorem faciens, cõſul in. i. erga me, & amicus ſuauis, & ſtudioſus, etiam ſtudiorum meorũ, uero ꝓ ſed, ut es teſtis, mea officia. i. debita obſequia nõ defuiſſe ei, Qm̃ μάρτυς. i. martyr, hoc eſt teſtis, κωμικος, comicus, hoc eſt qualis inducit in comędia utriq; nota. ex comędo. ſ. Phania libertus, accidit ut opinor mihi, hoc eſt ſicut in comędia aliquis, qui rẽ optime norat, eo φ iam ferè geſſerat, aut uiderat, ita Phania libertus eius, de quo in 1. epiſt. 3 lib. φ rem optime nouit, mihi certiſſimus eſt teſtis, martys dr̃ Attice, & cõi græcorũ lingua martyr, teſtis. Et mehercule, ego feci. i. ęſtimaui ſup. Appium etiã pluris, φ. i. quia ego ſenſi te amari ab eo. Tu iam ſcis, me totum Pomp & intelligis Brutum amari à me, quid igitur cauſæ eſt, cur nõ ſit mihi in optatis, i. inter cetera optata, complecti hominem florentem ætate. i. qui eſt in flore ætatis, uidelicet, Appium, & florentem opibus, honoribus, ingenio, liberis. i. legitima prole, propinquis. ſ. cõ ſanguinitate, affinitate i. propinquis uxoris, amicis. ſ. acquiſitis, præſertim collegã meũ ſcilicet, in collegio augurum, & ſtudioſum mei in ipſa laude, & ſcientia collegij. Ego ſcripſi hæc pluribus. i. compluribus ſup. uerbis, aut plurib. quàm alioqui feciſſem, φ literæ tuæ ſignificabant mihi, te ſubdubitare. i. occulte, aut aliquantulũ dubitare, qua uoluntate ego eſſem erga illum, uidelicet, App. Credo te audiſſe aliquid. i. ſimultatis. aut odij mei in eum. Crede mihi Rufe, ſi audiſti. i. aliquid. ſ. tale, ſup. id eſſe falſum. Genus. i. ratio, & forma inſtitutorum. i. meorum & rationum mearum. ſ. uiuendi, habet nonnullam. i. quãdam diſſimilitudinem, cum adminiſtratione pecuniæ illius. Nam Cic. Appio ſucceſſerat in prouinciam. quidam ſuſpicati ſunt fortaſſe ex eo. i. ex ea diſſimilitudine regendi, me diſcrepare ab eo, cõtentione. i. pertinaci pugna, animorum. i. uolũtatum, non diſſenſione opinionum. Autem. i. ſed ego nihil feci, aut dixi unquam, φ uellem eſſe cõtra exiſtimationẽ. i. iudicium illius. Alij legunt æſtimationem. i. reputationem, & auctoritatẽ illius. Autem. i. ſed, poſt hoc negocium. ſ. φ in forma gubernãdæ prouinciæ ab eo dices ſerim. Et poſt temeritatem Dolabellę noſtri. ſ. generi, nam poſt mortem Craſſipedis, Tulliam dixit Cic. filiam, præbeo me de precatorem. i. intereſſorem, & ſupplicatorẽ, ut ignoſcatur pro periculo illius. ſ. App. In eadem epiſtola. ſ. tua erat Veteranus Ciuitatis. i. ſcripſiſti de Veterano quodam ciuitatis, qui cum moleſtiam inferret cõmuni amico, repulſus eſt: vnde ait Cic. Gaudebã ſanè. i. multum, & lætabar amicum noſtrum cõgelaſſe. i. torpuiſſem ſic illo Veterano ceſſante ab infeſtatione, refrixiſſe, ut cõgelari cẽſeatur. Extrema pagella. i. tabella, in qua ſcripta erant ſuperiora à manu ſecretarij Cœlii pupugit. i. ſtimulauit, me tuo chirographo. i. ſcripto tua manu, nam q dictat epiſtolas priuſquam claudãtur, & obſignentur, pars ſolent interdũ quædam ſcribere manu ꝓpria, quæ nolunt ſcribas ſuos ſcire, ſcripſerat autem Cœlius Cur. non defendiſſe cauſam Cęſ. unde Cic. Quid ais? Curio non defendit Cæſ. Quis putaret hæc ꝓter me, q. d. nemo. Ego tamen debebam putare, ut qui Cur. ad hoc induxerim, ut nullis cõſilijs prætterquam ſuis acquieſceret, poſtea tamẽ nimium Cæſeri adhæſit. Affert tamen Cice. aliã rationem de induſtria dicens, nam ego putaui ita. i. φ nõ defenderet Cæſ. in uia. O dij immortales. q̃. i. quãtum, ego deſidero riſum noſtrum. Hactenus ad epiſt. Cœlij. In animo erat mihi. ſ. cum hæc ſcriberem, quoniam confeceram. i. finieram. iuriſdictionem. i. tempus quo ius ꝓuincialib. dicerem, locupletare. i. ditare, ciuitates. ſ. Ciliciæ, etiam in publicanis. i. in publicanorum exactione tefrænãda. Reliqua, præter publicanorum negocia, cõſeruata ſunt ſuperiorib. luſtris. i. luſtrationibus & cenſuris, ſine ulla querela ſociorum. Iucundus, aut iuſtus fueram in priuatis. i. non gerentibus magiſtratũ in ſummis, & infimis, & repete. In animo erat proficiſci in Ciliciam forte ex Cypro, nam utranq; partem tenebant ꝓconſules in Ciliciam miſſi, aut ab ea parte, quæ eſt iuſta Amanum montẽ. Nonis Maijs. ſ. tunc proxime futuris. Et in animo erat decedere ex S.C. i. ſicut ſenatus decreuerat, cũ attigiſſem prima æſtiua. i. tẽpora apta militiæ, & bello gerẽdo, & collocaſſem. i. depoſuiſſem rẽ militarem. Ego cupio uidere te, & urbs. ſ. Roma affecit me miro deſiderio, & omnes mei ſup. afficiũt & tu in primis ſup. afficis me miro deſiderio. Sunt qui ſuperiora ſic ordinent. Sine querela ſociorum in priuatis, ſummis, & infimis. iucũdus. i. lętus fueram proficiſci. in Cil. &c. ſed ſequar priorem ſenſum.

MEA vero officia ei non defuiſſe tu es teſtis, qm̃, ut opinor. [Comicos accedit Phania] Quod interpretes in Terẽtiano Phania nõ poſſe accõmodari aiebant, ſed alium quẽdam fuiſſe Phaniam, de quo ſentiret Cic. qui in notitiam, nomenq. non uenit. Quæ uerba ſi penſitare quis uolet, atq; ingenij acie nõ obtuſa rimari, etiam ad Terent. Phaniam ſaluo ſenſu accommodabit. Cũ enim Phania ille Terentianus Chremetis frater fuerit, & Crito Andrius inopino aduẽtu opportune introducat̃ aduenisſe, quo ſignificante de Phania Cremetis fratre, & filia Glycerio in notitiã uenit, ipſamq. filiam eſſe compertum habuit pariter Cic. peropportune Comicum Phaniam aduenisſe dicit. i. aliquid ſecreti cõſilij, quod nõdum emerſerat, prodijſſe in lucem, quo ſicut in Phania Terent. Glycerium Chremetis filia, & Phaniæ neptis apparuit, ſic ipſius opera opportune ſit intellectum, Cic officia illi non defuiſſe, & ſe de App benemeritum ſignificari. Alex. ab Alex. loco ſupr. citato.

LOCVS eſt ſecundo Famil. epiſt. non enarratus ad hãc diẽ, ſed omnino exculcatus, & offuſa caligine inſcitię tenebris ita obuolutus, ut in Cicerone Cic. ſubinde queratur. Verum Oratoris uerba iam ſubſignemus [Mea uero officia ei nõ defuiſſe, tu es teſtis, quoniã κωμικὸς μάρτυς, ut opinor, cecidit Phania] Mala feriati Comicũ teſtẽ Phaniam, augurant̃ ex uetere Comędia repetitum, in qua Phania teſtis introduceretur. referuntq. ad Cęlium, ſenſus, ut male cõceptus mira friget, Cic. elegãtia indignus. Imò nec coit, etiam ſi uiolẽter omni pede cõfabricatis inuentis nugalibus ad eum uerba retorqueas, penſitent modo legentes. Et quidem frequentiſſimi M. Tullij moris, ex ueteribus pleraq; aduocare obſcurius, cuius ferè modi eſt ad Cęlium illud: Repẽte uero inceſſi omnibus lætitijs. In quo latinæ quidẽ rei literatores, qd adferant, minus, conſtitutum habẽt. Ex Cœlio uero eſſe ea liquet ex Cic. 2. de Fin. ut ſcias nõ eſſe hic Arietini oraculi ambagioſam hiſtoriam. Inibi aduocatur & Trabea, de quo arbitror itidẽ ſenſiſſe familiarium nono Cice. etiam ſi Grammaticis inſcita, inauditaq. eſt nomenclatura. Verum ut aduerticulo fabulam repetamus: Ego in Menãdri comędia fuiſſe Phaniã, obſeruaſſe uideor apud Plaut. in commentatione, quæ eſt de Trãquillitate. Ceterũ ad ꝓpoſitam modo quęſtionem nihil. nam Phaniam hunc Ciceroniauum non alium accipio, quã Appij, de quo ibi intelligit Orator, libertum, ſicuti comprobant Cic. uerba, epiſt. 1. lib. 3. quem hic Comicum teſtem dicit, non, uti opinor, quia uetus Comędia Phaniam habeat ueluti fidei inuiolatæ numen ſanctius [id. n. proculdubio commentnm eſt uaniſſimum, & ad libidinem cõcepta diuinatio] ſed quod libertatus is ingenio eſſet lętiore, facetoque minime ſubdolo, aut inuido, & ꝓinde iucũdo, admodũ, & amæno. Expende Cic. uerba ex ea, quã mõ aduocauimus, epiſt. in noſtram ſententiam remis uelisq. eundem cenſueris. Is ergo apud Cęlium ęquiſſime Appij naturam Cice. in eum ſtudia, & merita ſuauiſſime, & ueriſſime aperuerat, qđ ultro, citroq. creberrime, ſicuti mos fuit temporum illorum, & nil eſt notius commearet. Cel. rh. Antiq. Lect. li. 3. c. 32.

ARGVMENTVM.

Paaium commendat Cœlio, rogat q; ut patronus ſit, licet in re minus digna patrocinio eius, ut pote minus ardua.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Fabium de meliore nota commendat, nempe animi uirtutibus, & ingeno: & quo pacto res Ramana habeat, requirit.

M. CICERO IMPER. M. COELIO, AEDILI CVR. S.P.D. 14

MARCO *Fabio, uiro optimo, & homine doctiſſimo familiariſſime utor: mirificeq; eum diligo, cum propter ſummum eius ingenium, ſummamq; doctrinam, tum propter ſingularem modeſtiam. eius negocium ſic uelim ſuſcipias, ut ſi eſſet res mea. noui ego uos magnos patronos. hominem occidat oportet, qui ueſtra opera uti uelit. ſed in hoc*

homi-

homine nullam accipio excusationum. omnia relinques, si me amabis, cum ita opera Fabius uti uolet. Ego res Romanas uehementer expecto, & desidero, in primisque quid agas, scire cupio: nam iamdiu propter hiemis magnitudinem nihil noui ad nos afferebatur. Vale.

HVB. MARCO Fabio] Cōmendat Cic. Fabiū Coelio, ea ferè forma qua solet uti in commēdandis amicis, rogatq. ut eum in omnibus reb. comendatū habeat. [Fabio) Laudat Fabium a bonitate, & doctrina. [Mirifice] Vehementer, mirabiliter. [Cum pp] Dicit pp quæ eum maxime amet. [Modestiam] probitatē. [Negocium] Causam, quam fortasse ille habebat Romæ, in qua ei opus erat auxilio Coelij. [Suscipias] Defendendū capias. [Vt] sicut. [Si esset res mea] Quam non dubito tibi esse cōmendatissimam. [Noui] Iocatur cum Cœlio, & fortasse etiā serio loquitur. [Vos]. i. si miles tui. [Patronos] Causidicos. [Hominē] h. d. adeo estis magni patroni, φ non suscipitis causas, nisi magnas, & in quibus agatur de capite alicuius, ex quibus plus emolumēti cōsequimini. [Hominem] Ordo est: Oportet, ut is occidat hominē, qui uelit uti uestra opera. i. uestro patrocinio, et defensione. [Ocidat hoīem] Habeat causam capitalem: & magnā, qualis est de cęde hoīs. [Sed] q. d. q̄uis nō nisi magnas causas suscipere soleas. [In hoc hoīe] Fabio. [Accipio] Admitto [Relinques] Nō solum postpones, sed omittes. [Res Rom.] Quid Romæ agatur. [Hiemis] Tempestatis, quæ prohibeat quempiam ex Roma huc nauigare. Hiems autē interdum pro tempore ponitur, ut Virg. Georg. Hiems ignaua colono, interdum pro tempestate, & ui uenti, ut idē in. 1. Æn. Vicit hiems. Item: Sæpe illo aspera ponti interclusit hiems. [Nil noui] De rebus Romanis. [Ad nos] Huc in Cil. [Afferebatur] Nōciabat.

Hiems

PHIL. MARCO Fabio, uiro] Multæ in hāc sniam reperiuntur epist. Cic. imitatione dignissimæ, uult Cœlio amici causam, cōmendare, & initio, quāta eum beneuolentia prosequatur, ostēndit. Inde causam eius commēdat, & hoīem. Postremū, quāto cognoscēdarum rerum Romanarum desiderio teneatur, adiūgit. [Viro optimo, & hoīe doctissimo) Laus est a bonitate, & doctrina, sed cōtra rationem dicēdi, quod minus est secūdo loco posuit, crescere. n. debet oratio. Vir aūt maiorem uim habet, q̄ homo, ut ad Marcellum. Neq; monere te audeo præstanti prudentia uirū, neq; cōfirmare maximi animi hoīem, uirumq. fortissimum. Et ad Sextiū: Hortater, ut & hoīem & uirū esse meminisses. Præterea plus est bonū esse, q̄ doctū. Et Ci. primum dixit optimo, inde doctissimo eodē ordine est usus in epist. ad Thermum, ut A. Manilio iā pridem utor familiarissime optimo uiro, atq; hoīe gratissimo. Et ad eundem alibi dixit: Hoc ipso uincit uiros optimos, hoīesq. innocentissimos legatos tuos. Sed aīaduertēdum est, φ in oī compositione, ut ait Fabius, tria sunt necessaria. Ordo, iūctura, numerus. In ordine cauendum, ne decrescat oratio, & fortiori subiūgatur aliquid infirmius, ut sacrilego fur. Augeri. n. debēt sniæ, ut ibi Cicero. Tu, inquit, istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate. Est, & alius naturalis ordo, ut uiros ac fęminas, diē ad noctē, ortū, & occasum dicas, q̄ retrorsum. quo ordine, & hic est usus Cic. & alibi, ut diximus. [Vtor] cōe apud antiquos uerbū erat, ut hortor. Eodē modo cōsolor, & uereor, lege A. G. lib. 15. [Suscipias) Supra te capis ad defendendū. Antiqui susum pro sursum dicebant, & succipio ꝓ suscipio, & sic Virg. posuit, ut succepit ignem folijs, & suscipere, & capere ita utimur, ut ad curas, sumptus, inimicitias suscipere potius referamus. Capere uero ad labores, molestias, & dolores potius accommodemus. [Vt] Taquā. multis n. modis hæc particula in oratione colligitur, interdum ꝓ postquam. Virg. Vt belli signum. Aliqñ ꝓ sicut, hoc mō: Ita Pomp. rem oppressit, ut Cęs. plerūque signat quo modo. Vir. Vt uidi, ut perij, hoc ē, postq̄ uidi, quo mō perijs. Alias ꝓ φ. Interdū causam amplectitur superioris sensus, ut do operā literis, ut doctus euadam. Interdum ad exornandā orationem accipitur: ut, Fabius: Quis credat me fecisse, ut stipitē filio negarem? hoc est quis credat stipitem me negasse filio? [Noui uos magnos patronos] Confutatio est, & patronos causarum defensores dicimus, ut Terent. Huic opus est patrono, quem defensorē paro. Et eos qui seruos manumiserunt suos, ut Martialis. Cauimus, & dñi ius oē remittimus ægro, Munere dignus erat cōualuisse meo. Sēsit deficiens sua præmia, meq. patronum. Dixit ad infernas liber ituras aquas [Vos] Ac si dixisset te, & tui similes. [Hominē occidat oportet] i. ut habeat. causam capitalem, & arduam, qualis est de homicidio, qm̄ parua causa nō est digna patrocinio uestro, & eloquētia, qui res graues defēndere possitis, & soleatis, nō leues, ut hæc ipsa est Fabij, quam tibi commendo. Est aūt loquēdi modus, ad ostendendam magnam uiri auctoritatem, qui rebus uilibus & abiectis nō se misceret, sed magnis & grauibus, qualis esset, si quis hominē occidisset, & eum iste defenderet, ut Cic. Milonē. [Sed in hoc homine) Fab. hoc est tametsi non nisi arduas causas susciparis, tamen in Fabiō meo nullam excusationem, ut uel parum, uel magnum negocium eius. [Tua opera) patrocinio, & defensione, opera est actio, opus est finis, & fructus. Sed interdum opus pro opera sumitur. Vt. Mollibus è stratis opera ad fabrilia surgit. [Hiemis) Varro latinum facit ab hiando appellatum. At ego magis Græcum puto, ab ὕω, quod est pluo denominatum, & anni partem significat, & tempestatem, nunc anni partem.

Tria notāda in compositione

Vtor Hortor Consolor Vereor Vt

Patron'

Operę Opus Hiemis

AS C. FABIO &c.] commendat Cęlio Fabium dicens. Ego utor familiarissime Fabio uiro optimo, & hoīe doctissimo, & diligo eū mirifice, cum. s. ita sit, φ propter summū ingenium eius, & summam doctrinam, tum sup. multo magis ꝓpter singularem modestiam eius. Ego uelim sup. ut suscipias. s. ad iuuādum negocium eius sic, ut si esset res mea. Ego noui uos, hoc est te, & tui similes magnos patronos. i. defensores magnorum reorū. oportet supp. ut is, qui uelit uti opera uestra, occidat hominē, iocose id dictū est. Sed nullam accipio. i. admitto, excusationem in hoc homine. tu relinques oīa, si amabis me, cū. i. quādo Fabius uolet uti opera. i. dilig ētia, & labore tuo. Ego expecto vehemēter, & dsidero res Romanas. i. ut res Romanę scribantur ad me, & cupio in primis scire q. d agas. Nam pp magnitudinē hiemis nihil noui afferebatur, scilicet, cū hæc scriberē. iamdiu i. à multis diebus, ad nos.

ARGVMENTVM.

Rebene gesta à Cicerone in Cilicia procurauerunt Cœlius, & Curio supplicationem ei decernendā. quam ubi mature decretā audiuit, gratias utriq; agit, dicitque se sperare triumphū. Deinde mentionem facit de Dolabella, cui, se absente, locata erat Tullia filia sua.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Missa est hæc epistola. Nam, & diligentiam amicorū agnoscit, & quid de Dolabella, & Tulliæ nuptijs sentiat, scribit Et cur Cœlium prouinciæ præfecerit, rationes reddit.

M. CICERO IMPER. M. COELIO, AEDILI CVR. S. P. D. 15

NON potuit accuratius agi, neque prudentius, quàm actum est à te cum Curione de supplicatione, & mehercule confecta res est ex mea sententia, cum celeritate, tum quod is, qui erat iratus competitor tuus & idem meus assensus est ei, qui ornauit res nostras diuinis laudibus. quare scito me sperare ea, quæ sequuntur: ad quæ tute para. Dolabellam à te gaudeo primum laudari, deinde etiam amari. nā ea, quæ speras Tulliæ meæ prudentia temperari posse, scio; cui epistolæ tuæ respondeāt: quid, si meam legas, quam ego tū ex tuis literis misi ad Appium? sed quid agas? sic uiuitur. quod actum est, dij approbent. spero fore iucundum generum nobis. multum in eo tua nos humanitas adiuuabit. Resp. me ualde solicitat. faueo Curioni. Cæsarē honestum esse cupio: pro Pop. emori possum. sed tamē ipsa repub. nihil mihi est carius in qua tu non ualde te iactas. districtus. n. mihi uideris esse, φ & bonus ciuis, & bonus amicus, es. Ego de prouincia decedens quæstorem Cœlium præposui prouinciæ puerum, inquis: ac quæstorem, at nobilem adolescentem; at omnium ferè exemplo. neque erat superiore honore † usus, quem præficerem. Pontinius multo ante discesserat. à Q. Fr. impetrari non poterat: quē tamen si reliquissem, dicerent iniqui, non me planè post annum, ut senatus uoluisset, ex prouincia decessisse, quoniam alterū me reliquissem. fortasse et illud adderent, senatum eos noluisse prouincijs præesse, qui antea nō præfuissent: fratrem meum trienniū Asiæ præfuisse. denique nunc solicitus non sum: si fratrem reliquissem, omnia timerem. postremo, non tam mea sponte, quàm potentissimorum † uirorum exemplo. qui † omnes Cassios, Antoniosque complexi sunt. hominem adolescentem non tā allicere uolui, quā alienare nolui. hoc tu meum consilium laudes necesse est; mutari enim non potest: De Ocella parum plenè ad me scripseras, & in actis non erat. Tuæ res gestæ ita nota sunt, ut trans montem Taurum etiam de † Matrinio sit auditū. Ego, nisi quid me Etesiæ morabuntur, celeriter, ut spero, nos uidebo. Vale.

† alias ullus

† alias duorū

† alias matrimonio

† alias matrimonio

NON

ASC. NON potuit) Re bene gesta in Cilicia à Cic. procurauerant Cęlius, & Curio ei supplicationē decerni, qđ cū obtinuissent, laudat Cic. eorum in hac re & diligentiam, & prudentiā, dicitq. se sperare triumphum. deinde scribit de Dolabella gn̄o, & Tullia filia, q̄ Dolabellæ, absente Cic. locata fuerat, ut ipse Cice. scribit li. 2. App. postea ońdit se esse solicitū de rep. & excusat se, ꝙ de prouincia decedens Cęlium quendam adolescētem ei p̄fecerit, ostenditq; se id, tum optima rōne, tum exēplo & imitatione excellētium uirorum hoc fecisse. [Accuratius) diligētius, studiosius. [Supplicatione mihi decernenda ob rem bene in Cilicia gestam. [Nā supra dixit) Hęc ætas habuit exitum satis felicē. [Cōfecta res) Impetrata supplicatio, & decreta mihi. [Ex sn̄ia) ut uolebam. [Tū celeritate) ꝑꝑ celeritatē dicit duplici de causa esse confectam rem ex sn̄ia sua, primum quia celeriter, deinde, Quia Atti. cōpetitor ipsius Cęlij assēsus est huic rei. [Qđ is,) Att. īnuit. de quo dicimus supra. [Competitor tui, & idem mei) Hic. n. Atti. qui paulò ante fuerat cōpetitor Cęlij in ędilitate, ur̄ ēt fuisse cōpetitor Cic. in petitione prouinciæ Cil. ideo dicit. [Iratus) Quia nō potuit obtinere qđ uolebat. [Est assēsus) fauit, dedit suffragiū. [Ei) Innuit Cur. cū quo Cęlius egerat de supplicatione. [Ornauit) cōmēdauit. [Res meas) Gestas à me in prouincia. [Diuinis) Maximis, immortalib. habuerat. n. Cur. orationē de laudib. rerū gestarum Cic. [Sperare) Expectare. [Quæ sequuntur) Triumphū dicit se sperare, cū iā obtinuerit supplicationē. [Ad quæ) Ad quē triūphum. [Pata) ut ita mihi adsis, sicut affuisti in supplicatione. [Dolabellā) Locata erat Tullia Cic. filia matrimonio Dolabellę eo t pe, quo Cic. p̄erat Ciliciæ. Itaq, scripserat Cęlius honorifice de Dolabella, & laudauerat eū apud Cic. quare dicit, se gaudere optareq. ut sibi & filię suę hæc affinitas sit felix. [Laudari à te) Placere tibi, cōmēdari. [Amari) Charū esse. Nā ea, scripserat Cęlius, Dolabellam esse temerarium, sicut eū appellauit supra Cic. sed sperare posse aliqn̄ ad meliora reduci. [Tulliæ) Vxoris eius prudētia, ꝙ Cic. affirmat fore dicens. [Scio) Cōfido, quia noui filiā meā. [Posse tēperari) Mitigari, minui, quia uitia naturæ, aut, ēt lōgis habitus minui quidē pn̄t, tolli aūt minime. [Ea quę spe) .i. posse temperari. intelligit aūt prodigalitatē, & temeritatē, alii tn̄ accipiūt speras, times, ut sit acyrologia, ut illud Virg. Hūc ego si tm̄ potui spare dolorē. placet tn̄ magis prior sēsus. [Cui] Tulliæ meę. [Rn̄deant) Ad eam dirigantur. i. cui fac ut tuæ literæ. rn̄deant, hoc est ad eam, nō ad me mittantur de Dolabella. [Quin si) Dicit se ēt scripsisse de Dolabella ad Appiū, oportere eū ferre, quē fortuna sibi generum dederit, nō ipse elegerit, erat. n. absens Cic. [Meam) epist. [Ad Appiū) Puto esse illam epist. 3. li. quæ incip Gratulor tibi prius. [Ex tuis literis) ꝑꝑ tuas lr̄as. i. nactus materiam ex tuis literis, quib. ad me de Dolabella scripseras multa. [Sed quid agas) Prouerbialis dicendi modus, cum ireuocabile est quod semel actum. [Sic uiuitur) q. d. nō cum pfectis, sed qui aliqua ex pte pn̄t repræhēdi. Sic Pers. uiuit illa subter Cęcu. cū uulnus habes. [Dij ap.) Dii fortunēt, & felix faciāt. [Quod actū est) hoc matrimonium. [Fore Dol.) Iucūdum, ex quo ēt possim aliqn̄ uoluptatem, & iucūditatem capere. [Nam spero) Eum mutaturū mores prudentia filiæ meæ, uxorum. n. prudētia multū solet mederi uitiis maritorum. [In eo) vt sit nobis iucūdus gener. [Humanitas) Doctrina, sapiētia, uel ingenij māsuetudo, & facilitas. [Ad iuuabit) Si eum tuis consiliis moderatus fueris. [Resp.] Dicit Cice. se esse solicitum ualde de rep. & maxime, quia q̄uis amet Pōpe. Cęs. & Cur. qui uidentur eam pturbare, tn̄ magis amat ipsam remp. [Cupio Cęs. ho.) Subaudi esse. i. opto, ut Cæs. ualde honoretur. Ter. in And. Vel qđ ipsi bene cupio Glycerio. [Emori) uitā effundere, ꝙ plus ē, q̄ uel fauere, uel honestissime cupere. [Iactas) exerces, immisces labores, tractū à nauigātibus, qui in mari tempestate iactātur. Nam ut supra diximus, perturbatio rei tempestati comparat. [Districtus) Illigatus, in neutram partē declinās. i. neq; ad istorum, quos supra noīaui, neq; ad reip. fauorē inclinatus. [Quod quia) reddit rationē, quare Cęlius in neutrā pēdeat partem, quia neq; remp. neq; amicos uellet deserere. [Bonus c.) cuius officiū est remp. non oppugnare, si nō possis tueri. [Bonus am.) quia nō uis ēt ꝑꝑ defensionē reip. amicitiam deserere, ergo dixit. [Videris districtus) qđ uulgo dicimus, uideris mihi tenere pedem in utroq; calceo, & latenter eū carpit, ꝙ ꝑꝑ amicitiā rēp. deserat. [Ego. nūc dicit se discedente ex prouincia reliquisse loco sui Cęlium quēdam adolescentem, quod ne uideatur temere fecisse, excusat multis rōnibus factum suum. [Quęstorem] meū. [Prępostui) præfeci. s. loco mei Puerum] Obiectio, quā sibi posset facere hic Cęl. ad quem scribit. [Inquis) Tu ò Cęli. [Puerum) subaudi præposuisti ò Cic. non ꝙ esset puer, sed adolescens. Sed ita solet nobis obijci, ut ꝑ adolescēte puer quispiam dicatur. [Ad q̄storem) rn̄sio Cic. & h. d. puerum qdem Cęs. pręposui, sed tn̄ quęstorem meum, & nobilissimū adolescētem, & qui cōpositis moribus oīum ferè possit esse exemplū. [Neq; erat) Subaudi qspiā. [Vsus) Functus. [Superiore) Quā hic Cęl. [Quem præficerē) .i. quem possem præficere prouincię. & est sensus: non erat alius, q fuisset in maiore honore, aut dignitate, q̄ Cęl. quem præponerē. præponebantur. n. qui essent usi maiorib. honorib. ut ostendet in epist. pen. huius. 2. lib. ad Thermum, cū dicit. Habes. n. neminem honoris gradu superiorem. [Pontinius] Antipophora est, quia occurrebat Cęl. rn̄surum Pōtiniū potuisse præfici, dicit eū è ꝑuincia discessisse, neq. Q. F. uoluisse remanere, neq; ēt sine reprehēsione sua eū relinqui potuisse. [Impetrari) Obtineri, ut pesset ꝑuinciæ, me discedente. [Alterū me) dr̄. n. frater ferè alter. ego non ausus fuissem discedere, si reliquissem fratrē, quia reliquissem alterū me. [Vt se. vo.] s. me discedere. [Fortasse) alia causa, quia frater eius ante triennium Asiæ præfuisset. senatum aūt uoluisse eū præesse prouinciæ, quia antea nō pręfuisset. [Deniq;) Concludit se lōge melius pręfecisse Cęl. adolescentē prouinciæ, quā fratrē. [Oīa) Infamiam, reprehensionem & reliqua, quę de fratre, pn̄t timeri [Postremo excusat factū suum imitatione aliorum, & maxime Pomp. & Cęl. [Complexi). s. amauerunt, charos habuerūt. [Cassios) ad Pomp. refertur, qui plurimum amauit Cassium. [Antonios] ꝑꝑ M. Ant. quem Cęl. charum habuit [Hoīem adol.] Cęli. [Non tam allicerem] Hoc non tam feci, ut hunc Cęl. allicerē hoc beneficio, q̄ alienarem negādo ei quod merito possem p̄stare. [Hoc tu) Familiariter cum amico loquitur, de re. n. acta deliberare stultum est. [Consilium meum) quia maluerim pręficere ꝑuinciæ Cęliū, q̄ alium. [Necesse est) quia mutari nō pōt qđ ipse declarat. [De Ocella) quidā uolunt blandimenti causa appellarā uxorem Cęl. ego uero puto esse nomē propriū nō uxoris, sed cuiusdam uiri, q aliquid in urbe egisset, quod esset dignū referri in acta, q̄uis relatum non esset, & de eo à Cęlio nō satis plane ad se scriptum, hic posterior sensus magis probabilis ur̄, nā si de uxore ītellexisset, dixisset de Ocella tua. [In actis) In gestis publicis, Acta q̄ acta dicebātur. Iuue. Fient ista palam, cupient, & in acta referri. [Nō erat) Ex hoc patet, ꝙ non intelligit de uxore, quia ī actis nō ponebantur nisi ea, quæ ad reip. rationes pertinebāt. [Res tuę gestæ) oīa, q̄ agis. [Notę) Celebres, claræ. [De Matrimonio) Qđ inter Dolabellam, & Tulliam filiā tuis auspicijs est factū. [Trās Taurum montem) Taurus mons Cilicię, qui [ut inquit Solinus] Taurus ab indico primū mari surgit, deinde à scopulis Cęlidonis inter Ægyptiū, & Pamphilum pelagus obiectus septentrioni dextero latere, læuo meridianæ plagæ, occidenti obuersus frōte ꝑfusa. Is quoq; uersus mare alluitur, procedit in ꝑminentias, & pro gentiū, & linguarum uarietate plurifariam noīatur, eius noīa uideatur apud ipsum Solinum. ubi de Cilicia scribit, & de hoc monte longe multa. [Ethesiæ) Vēti, quos Str. lib. 3. eosdem subsolanos. i. Ethesis euros appellar, hos uentos, li. 17. Idem dicit incipiente æstate flare è borealib. plagis, & à pelago apud Alexandriā Ægypti urbē, quare Alexandrini optimam æstatem agunt. Diodorus idem uidetur sentite dicens: Nilum crescere incipere solstitio æstiuali, nondum ethesijs flantibus, cum decrescat æquinoctio actumnali eisdem ethesijs quiescentibus. Idem affirmat Pomp. Mella lib. 1. ubi de incremento Nili tractat.

NON potuit, &c.] Re bene gesta à Cic. in Cilicia, procurauerunt Cœlius, & Cur. supplicationem ei decernendam, pro qua ASC. eis gratias agit, dicitq. se sperare triumphum, demum nonnihil de Dolabella genero suo meminit. Ordo est: O cęli, non potuit agi accuratius. i. cum maiori cura, quàm actum est à te cum Cur. de supplicatione. s. mihi pro re bene gesta decernenda. Est autem supplicatio, quam rogationem, àc processionem generalem vulgo appellār, q̄ pro summa uictoria decerni solet. unde magna oritur illi gloria, qui eam pepererit, & mehercules res est confecta ex sn̄a mea, cum. s. ita sit, ꝙ confecta est celeritate, tum ꝙ is competitor tuus. s. in ædilitate. i. qui tecum petiuerat ædilitatem, iratus. s. ꝙ repulsam acciperet, & idem meus. s. cōpetitor in obtinēda prouincia, assensus est ei. s. aut Pōp. aut Cæs. aut alteri amico, qui ornauit. i. decorauit res nostras diuinis laudib. Quare scito sperare ea, q̄ sequuntur. i. q̄ sequi solent supplicationē, uidelicit triumphū, ad q̄. s. obtinenda mihi tu para te. Ego gaudeo primū Dolabellā generum meum laudari abs te, deinde ēt amari. Nam ea, q̄ tu speras, posse tēperari. i. moderari prudentia Tulliæ meæ. s. filiæ, uxoris Dolabellæ, scio cui epistolæ tuæ rn̄deāt. i. unde id te sperare sign̄as. Quid, sup. scriberes, aut diceres, si legas meam epistolā? quam ego misi. tum. i. tūc, ex lr̄is tuis. s. excerptā, ad Ap. Et cum per ignationem Cicer. ad hæc Cęlius miraretur, q. d. non debuisse ex lr̄is suis epistolā mitti, rn̄det Cic. Sed qd agas: uiuit. s. nunc ferè ab oībus sic. i. ut talia faciāt. Dii immortales, approbēt. i. secundent, qđ actū est. Ego spero Dolabellam sup. fore. i. futurum esse generum iucūdum nobis. Tua humanitas iuuabit nos multū in ea. Resp. eo. i. status reip. solicitat me ualde. Ego Faueo

Cur.qui Cæſ.oppugnat. Ego cupio honeſtiſſime.i. ut honeſtiſſima contingant Cæſ. poſſum .i. eo animo ſum, ut poſſim emori pro Pomp.ſed tamen nihil eſt mihi charius rep.in qua tu non iactis.i.oſtentas,te ualde. Tu.n.uideris mihi eſſe diſtrictus.i. arctatus ne libere agas,φ.i.quia tu es, &.i.ſimul bonus ciuis,& ita nihil uis cõtra remp. agere,& bonus amicus ſ.eorum,qui cum rep. contendunt,& ita nihil contra eos agere. Ego decedens prouincia.ſ.Cilicia præpoſui prouinciæ Cœlium.ſ.alterum quæſtorem .i.qui erat quæſtor,quem receptorem vulgo dicunt. Tu inquis.i. dicis mihi ſup.præpoſuiſti prouinciæ puerum,ſup.præpoſui, fateor.at.i.ſed quęſtorem,at.i.nobilem adoleſcentem,at exemplũ ferè omnium. Neque erat ſup. alter in exercitu uſus ſuperiore.i. altiore honore, quem præficerem.ſ.prouinciæ. Nam Pontinus diſceſſerat multo ante,& non poterat impetrari à Q F.ſ.meo,ut præficeretur,quẽ tamen ſi reliquiſſem, iniqui dicerent me non diſceſſiſſe ex prouincia plane poſt annum, ut ſenatus uoluiſſet, quoniam reliquiſſem.ſ.in prouincia alterum me,quia frater dicitur ferè alter. Et ſup.iniqui adderent fortaſſe illud ſenatum uoluiſſe eos præeſſe prouinciis,qui non præfuiſſent antea,& ſuppl. fratrem meum præfuiſſe Aſiæ triennium .i. per ſpatium triũ annorum. Denique ego non ſum nunc ſolicitus, & ſi reliquiſſem pro me in prouincia fratrem,ego timerem omnia. Poſtremo nõ tam ſponte.i.propria uoluntate,& inclinatione mea,quam exẽplo duorum potentiſſimorum ſ.Cęſ.& Pomp.qui complexi ſunt .i.charos habuerunt,& fouerũt omnes Caſſios,ut Pomp & Ant. ut Cæſ.ego non tam uolui allicere ſ. in amicitiam meam hominem adoleſcentem.ſ.Cœlium,quã nolui ſup.eum alienare à me. Neceſſe eſt ſup. ut tu laudes hoc conſilium meum, non poteſt mutari.i.aliter ſe habere, quam iam factum eſt. Tu ſcripſeras ad me parum.i. non ſatis plane.i. plene, de Ocella.i. de actis Ocellę,& non erat ſcilicet factum eius in actis. ſ.publicis ad me miſſis. Res tuæ geſtæ, ita ſunt notæ, ut ſit auditum etiam de matrimonio.ſ. tuo trans Taurum montem .ſ. maximum in conſilio Cil. Ego uidebo uos celeriter, ut ſpero, niſi Eteſiæ.i.uenti illi ſub ſolani.i. Euri, ęſtate tamen à Boreali flantes, morabuntur.i. detinebunt in mora me.

PAV. MAN. *FXEMPLO*] Antea, exemplum. nos ex uetuſtis lib. exemplo, olim correximus,& impreſſimus. [Pontinius) Nam is quidem ſuperiore honore uſus erat. fuerat.n. prætor Cicerone Cos. itaq; dixit ad Att.epiſt.2.lib.6 Fratrem ſolum habeo prætorium Pontinius.n. iam à me diſceſſerat[De Matrinio) Locus eſt obſcurus, cuiuſmodi in ipſius Ciceronis ſcriptis alii quoque ſunt. quare etſi ſenſum non percipio, tamen ueterem lectionem libenter conſeruo. omnino & libri ſunt, in quibus legitur, De matrimonio; ſed uetuſtiores habent, De Matrinio, quæ uox quid ſibi uellet, cum minus conſtaret; fuiſſe opinor, qui Matrinio delerint, & matrimonio ex ingenio repoſuerint. Forte autem, cum ad Cœlium ædilem ſcribat, de Matrinio ſcriba ædilicio, cuius meminit in oratione pro Cluentio, quidpiam ſignificauit; ſed nihil affirmamus.

ARGVMENTVM.

Quia Cicero perfunctus magiſtratu, cum è prouincia in urbem redire pararet, intellexerat bella ciuilia inter Cæſarem, & Pompeium orta, noluit in urbem redire. ſed in Cumanum ſe recepit, queſtus per literas ad Cælium miſſas de calamitatibus ſuorum temporum, quibus prohibebatur triumphare, imo locum ſe dignum in rep recipere, Intellexerat Cœlius eo conſilio Ciceronem in Cumano manſiſſe, ut facilius poſſet ad Pompeium tranſire contra Cæſarem, quod ne faciat dehortatus erat Cœlius per ſalutem filij & generi, unde nunc ſe purgat Cicero, tamen adhæſurus Pompeio.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Excuſat ſe à falſa ſuſpicione Cœlij, quam in contrariã uoluntatem detorquet, tantum ſcilicet ſe à Cæſaris et Pompeij diſſidijs diffidere, ut nihil pace, & tranquillitate reip. carius habeat.

M. CICERO IMPER. M. COELIO AEDILI CVR. S. P. D. 16

MAgno dolore me affeciſſent tuæ literæ, niſi iam & ratio ipſa depuliſſet oẽs moleſtias, & diuturna deſperatione rerum obduruiſſet animus ad dolorẽ nouum. ſed tamen, quare acciderit, ut ex meis ſuperioribus literis id ſuſpicarere, φ ſcribis, neſcio. quid.n. fuit in illis præter querelam temporum, quæ non animum meum magis ſolicitum haberent, q̃ tuum? nam non tam cognoui aciem ingenij tui; quòd ipſe uideã, te id ut nõ putem uidere. illud miror, adduci potuiſſe te, qui me penitus noſſe deberes, ut me exiſtimares aut te improuidũ, qui ab excitata fortuna ad inclinatam, & prope iacentẽ † deſciſcerem; aut tam inconſtantem. ut collectã gratiã florentiſſimi hominis effunderem, à meq; ipſe deficerem, &, quod initio, ſemperq; fugi, ciuili bello intereſſem. Quod eſt igitur meum triſte conſilium? ut diſcederem fortaſſe in aliquas ſolitudines. noſti.n. non modo ſtomachi mei, cuius tu ſimilem quandam habebas, ſed etiam oculorum in hominum inſolentium † indignitate faſtidium. Accedit etiam moleſta hæc pompa lictorum meorum, nomenque imperij, quo appellor eo ſi onere carerem, quamuis paruis Italiæ latebris contentus eſſem. ſed incurrit hæc noſtra laurus non ſolum in oculos, ſed iam etiam in uoculas maleuolorum. quod cum ita eſſet, nihil tamen unquam de profectione, niſi uobis approbantibus cogitaui. ſed mea prædiola tibi nota ſunt. in his mihi neceſſe eſt eſſe, ne amicis moleſtus ſim. Quòd autem in maritimis facillime ſum, moueo non nullis ſuſpicionem, uelle me nauigare quod tamen fortaſſe non nollem, ſi poſſem ad ocium: nam ad bellum quidem, qui conuenit? præſertim contra eum, cui ſpero me ſatisfeciſſe; ab eo, cui tamen ſatisfieri nulla modo poteſt. Deinde ſententiam meam tu facillime perſpicere potuiſti iam ab illo tempore, cum in Cumanum mihi obuiam ueniſti. non enim te celaui. ſed nonne tum prouidiſti, quam adhorrerem ab urbe relinquenda? quod cum audiſſem: nonne tibi affirmaui quiduis me potius perpeſſurum, quam ex Italia ad bellum ciuile exiturum? quid ergo accidit, cur conſilium mutarem? non ne omnia potius, ut in ſententia permanerem? credas hoc mihi uelim, quod puto te exiſtimare, ex his miſerijs nihil aliud me quærere niſi ut homines aliquando intelligant, me nihil maluiſſe, quam pacem; ea deſperata nihil tam fugiſſe, quàm arma ciuilia. huius me conſtantiæ puto fore, ut nunquam pœniteat. etenim memini in hoc genere gloriari ſolitum eſſe familiarem noſtrum Q. Hortenſium, quòd nunquã bello ciuili interfuiſſet. hoc noſtra laus erit illuſtrior, quod illi tribuebatur ignauiæ, de nobis id exiſtimari poſſe non arbitror. nec me iſta terrent, quæ mihi à te ad timorem fidiſſime, atq; amantiſſime proponitur. nulla eſt.n. acerbitas, quæ non omnibus hac orbis terrarum perturbatione impendere uideatur: quam quidem ego à rep. meis priuatis. & domeſticis incommodis libentiſſime uel iſtis ipſis quæ tu me mones, ut caueam, redemiſſem. Filio meo, quem tibi carum eſſe gaudeo, ſi erit ulla reſp. ſatis amplum patrimonium relinquam memoriam nominis mei, ſin autem nulla erit, nihil accidet ei ſeparatim à reliquis ciuibus. nam quod rogas: ut reſpiciam generum meum adoleſcentem optimum, mihiq; cariſſimum: an dubitas, cum ſcias quanti cum illum, tum uero Tulliam meã faciam, quin ea me cura uehementiſſime ſolicites? & eo magis quod in communibus miſerijs hac tantum oblectabar ſpecula, Dolabellam meum, uel potius noſtrum fore ab ijs moleſtijs, quas liberalitate ſua contraxerat, liberum. uelim quæras, quos ille dies ſuſtinuerit, in urbe dũ fuit, q̃ acerbos ſibi, q̃ mihi ipſi ſocero non honeſtos. itaq; neque ego hunc Hiſpanienſem caſum expecto: de quo mihi exploratum eſt, ita eſſe, ut tu ſcribis: nec quidquam aſtute cogito. ſi quando erit ciuitas: erit profecto nobis locus. ſin autem non erit: in eaſdem ſolitudines tu ipſe, ut arbitror, uenies, in quibus nos conſediſſe audies. ſed ego fortaſſe uaticinor, & hæc omnia meliores habebunt exitus. recordor.n. deſperationes eorum, qui ſenes erant, adoleſcente me. eos ego fortaſſe nunc imitor & utor ætatis uitio. uelim, ita ſit; ſed tamen togam prætextam texi Oppio, puto te audiſſe. nam Curtius noſter dibaphum cogitat; ſed eum infector moratur: hæc aſperſi, ut ſcires, me tamen in ſtomacho ſolere ridere. De Dolabella quod ſcripſi, ſuadeo uideas, tanquam

† alias, deſiſterem

† alias, dignitate

quam si res tua agatur; Extremum illud erit; nos nihil turbulenter, nihil temere faciemus. te tamen oramus, quibuscumq; erimus in terris, ut nos, liberosq; nostros ita tueare, ut amicitia nostra, & tua fides postulabit. Vale.

HVB. MAgno dolore] Functus Cic. Magistratu prouinciæ, cum in Italiam uenisset; ostēdisset iam bella ciuilia exardere inter Cæs.& Pomp. in Cumanum se receperat, quia cum non esset locus in urbe auctoritati uirorum. quia pudebat eum esse in urbe cum contemptu. qui in prouincia triumphum meruisset, quem tn̄ noluit, quia existimauit indignū patria lugente triumphare. scripserat aūt ad M. Cœlium literas, quibus conquerebatur de tēporib. ita turbulentis. qbus lectis existimauit Cœlius Cic. contra Cæs. esse aīatum ꝓ Pōp. deinde q̨a erat ī locis maritimis, suspicatus est eum elegisse illa loca, ut cōmodius posset ad castra Pōpeii nauigare, quare hortatus fuerat ipsum Cœlius, ne immisceret se his bellis ciuilib. maxime contra Cæs. idq; faceret sui ipsius, & filii sui M.C. generi Dolabellæ, & filiæ causa, ad q̄ oīa ita respondet Cic. plene, ut ostendat Cęlium falso oīa de se suspicatū, seq; nihil unq̄ magis cupiuisse, quā pacem, q̄ ēt si cōsequi non possit, vult tn̄, ut oēs intelligant se fugisse bella ciuilia. Reliqua uidebūtur in textu epistolæ. [Tuæ lr̄æ) Quibus declarasti mihi magnas discordias ciuiles, & pericula reip. [Ratio) Prudens, & cōsiderata cogitatio, ratione. n. docemur, non esse inconsolabiliter dolenda quæ necesse est pati. [Depulisset) Amouisset ex animo meo. [Obduruisset. Induratus esset, & assuefactus, & iam quodāmodo [Vt ita dixerim) callum fecisset [Ad dolorem) Tolerandum. [Diuturna) Longi temporis, quod. n. desperatur, necesse est æquo animo ferre. Nam, ut ait Seneca, Stultum est timere, qđ uitare nō possis. [Desperatione) Quia uidebam nullam esse de rep. spem, ideo induruerat animus meus ad dolorem. [Sed tamen) Nunc ostendit eum falso suspicatum esse Cic. studere partibus Pompeianis, uel profectutum ad bellum. [Literis superioribus) Non puto eas literas esse in hoc uolumine, quidquid alii dicant. [In illis) Literis meis. [Querelam temporum) Querebar. n. de temporibus, qbus ciues ita essent inter se discordes, ut nullam haberent rationem reip. [Quæ) Querela. [Haberet solicitū) Premeret solicitudine, [Quam tuum) A quo scio amari remp. uel legatur. [Haberent) Et tunc intelligemus, quæ tempora nō magis afferrent mihi solicitudinem, quam tibi. Nam non probat aīum eius non minus solicitum, quàm suum, & est sensus: ego non noui ingenium tuum tale, ut nō putē te uidere, & cognoscere, id quod ego ipse uideā. [Eam aciem) Id acumen. [Eam). i. talem, & tam hebetem. [Videre) Cognoscere [Illud) Accusat eum, quòd facile crediderit Cic. deserturum Cæs. ut faueret Pomp. [Abduci) Persuaderi tibi. [Penitus) Intus, & in cute, ut dicitur. [Nosse) prudentem, & consideratum. [Improuidum) Inconsideratum. [Desisterem) Deficerem, discederem. [Excitata) Erecta. s. Cæs. qui iam coegerat Pomp. ex Italia discedere. [Inclinatam) Pendentem, & ruinæ proximā & ut diximus supra, tractum ab ædibus minantibus ruinam. [Iacentem) Quasi prostratam, & sine spe, & intelligit fortunam Pomp. quę iam fuerat multis cladibus afflicta. [Aut tam inconstantem) subaudi existimares. [Inconstantem) Instabilem, mutabilem [Vt effunderem) Abiicerem. Translatio a rebus liquidis, quæ effundi solent. [Gratiam) Beneuolentiam, amicitiam. [Collectam) comparatam, & acquisitam. [Hominis florentissimi) nō Pomp. intelligit, sed Cæs. cuius gratiam sibi collegerat, ut uisum est 1. lib. in epistola lōga, ergo h. d. Cic. Miror ꝙ cū penitus nosse debeas qualis sim, potueris tibi persuadere me esse, uel improuidū, uel incōstantem. [Improuidum) Vt desererem uictorem, & hęrerem quasi uicto. [Incōstantem) Vt amitterem gr̄am Cæs. clarissimi & florentissimi uictoris, quam ipse mihi collegi, & comparaui ei fauēdo. [Deficerem me, relinquerem me. Ille dr̄ deficere se, q̨ abijcit uel spernit ea, quæ ad tuendum sunt necessaria, nec perstat in ꝓposito. [Initio) Quo bellum est inceptū. (Semperq;) in toto processu bellorum. [Interesse] Id. n. videt̄ incōstantiæ. ut nūc interessem bello, quod semper effugi, & dānaui. [Quod est] Facit interrogationem, quę sibi fieri posset, & ad eum respondet. [Consiliū] Deliberatio. [Triste] quia his tpibus nihil potest deliberari. nisi triste. [Et discederē] Subiectio interrogationis. [Solitudines] In loca sola, & deserta. [Nosti enim] Reddit rationem huius subiectionis. [Stomachi mei.] Hoc est animi, & est translatio, quia ut stomachus facile mouetur, cum sentit aliquid à quo abhorret, ita & animus delicatus [Cuius] Stomachi. [Similē] Qui ita facile indignabaris, cum uidebas aliquid, quod tibi displiceret, sicut ego nunc. [Quondam] Nam assuefecisti. [Fastidium] Molestia, tædium, indignatio. [Insolentium] Arrogantium. [Fastidiū oc.] indignatio uisus. [Indignitate) Hoc est cum uideo hoīes insolētes esse dignitate. i. cum nullam habeant dignitatem. [Accedit) Ad supradictas causas. [Hæc pompa lictorū) Quos habeo ꝑꝑ dignitatem imperatoriam. Pompa omne spectaculū dr̄ in lætis, & aduersis à Græco πέμπω. i. mitto, dr̄. n. pompa nuptiarum, pompa sacrorum, pompa funerum. Lictores uero dn̄r ministri consulis, proconsulis, præsidis, prętoris, siue imperatoris, consuli aūt dantur duodeni, alijs tm̄ seni. dicti, ut uoluit A. G. ex auctoritate Valgi. à ligando, ꝙ cū magistratus P.R. quempiam uerberari iussisset, cruta eius, & manus ligari, uincirìq; à uiatore solita sint, isque qui è collegio uiatorum officium ligādi hr̄et lictor sit appellatus. Sed idem dicit Tironem Tullium M.C. libertum scripsisse lictores à lino uel à licio dictos, nam qui magistratibus, inquit, pręministrabāt cincti erant. addit alia multa A. G. quę licet apud eum uidere. Nonius ēt à ligando lictorem dictum uoluit. Festus Pomp. ꝙ fasces uirgarum ligatos ferunt, & parentes magistratibus delinquentibus plagas inferunt. [Molestia) Grauis mihi, alii libri, & quidem uetusti habent, accedit huic molestiæ. [Quo appellor] quia ab omnibus dicor imperator. Eo honore, ut non nominarer imperator. [Quibus) Suis, q. d. etiam incommodis, & minus claris. [Latebris) Recessu, aliquo, & loco ubi possem latere. [Laurus nostra) Gloria triumphi, quem metui ob res præclare gestas in Cilicia. Lauro autem coronabātur triumphantes, & uictores. [Incurrit) Obiicitur, hoc est non solum clare uidetur à maleuolis meis, sed etiā de ea loquuntur ipsi maleuoli, ut uolunt. [Voculas,] Detractiones, oblocutiones. Quod nostram laurum incurrere in loculos, & uoculas maleuolorum. [Cū ita esset). i. quàmuis ita esse scirem. [De profectione] Discessu meo ex Italia [Nisi uobis approbantibus) Nisi uobis assentientibus, & laudantib⁹ me ita facere. [Prædiola) Meæ possessiunculæ. [In iis) Prædiolis. [Molestus amicis] Si sim in urbe. [Maritimis] uicinis mari. [Mouet) Facit, iniicit. [Enauigare) Naui discedere. [Quod) enauigare. [Non nollem) Vellem. [Ad ocium) Ad pacem, & ad tranquillitatem uitę. [Qui] Quomodo. [Conuenit) Consentaneum est, q. d. nullo modo, præsertim cum sim cupidior ocii, quam belli. [Præsertim) Probat quare non sit uerisimile eum discedere. [Contra eum) Cæs. [Satisfecisse) Significasse me ei esse amicum, cum feci pro eo, quod uolebat. [Ab eo) Pomp. idest enauigare à Pomp. idē à partibus Pompeianis contra ipsum Cæs. [Nullo modo] propter incredibilia eius in me merita, ut diximus in. 1. lib. super episto. longa. [Sententiam meam) quam tibi exposui [Iam ab illo tempore) Post illud tempus [In Cumanum] ubi habeo prædia mea. [Venisti) Obuiam mihi redeunt à Cil. [Celaui te). s. quid animi haberem. i. aperte omnia tibi exposui. dicimus autē celo te hanc rem. Ouid. in Hero d. Hoc te celauimus unum. & de hac re. Cicero. ad Metellum libr. 5 Scito te à fratre magnis de rebus fuisse celatum. [Prouidisti) prospexisti, & cognouisti. [Quam) quantū [Abhorrerem ab.) Alienus essem à discedendo ab urbe, ex quo nūc debuisti suspicari me esse nauigaturum aliquo. [Quod cum audissem] Te prouidisse me esse alienū ab urbe relinquenda [Affirmaui) Certo promisi. Quiduis) Quodcanque malum. [Quid ergo) Infert ex supradictis nullā hn̄dam fuisse suspicionē de discessu suo. [Quid ergo accidit?) cū interrogatione legēdum est. [Consiliū) deliberationem nō discedendi ex Italia ad bellū ciuile. [Omnia) Subaudi acciderunt. [Miseriis) malis. [Aliqn̄) Tandem. [Ea desperata]. i. pacis spe amissa. [Puto). s. spero futurum. [Nunq̄ pœniteat) ut semper læter me fuisse in hoc proposito, & in eo perseuerasse. [Etenim) Exēplo extollit factum suum, & cōsilium fugiendi bellum ciuile. Nā si Hortensius gloriabatur non interfuisse bello à quo ꝑꝑ ignauiā abstinuerat, quāto magis gloriari pōt Cic. qui uoluntate ipsa bello non interfuerit. [Hortensium) oratorem optimum, eum, cui Cato uxorem ad procreandam sobolē cōcessit familiarē Cic. ut ipse testatur [in hoc gn̄e) in hac cā in simili cōdōne. [Illustrior) clarior, maior. [Ignauiæ) Timiditati: est. n. ignauia cōtraria fortitudini. [Id) Quod simus ignaui, quia multa ostendi documenta fortitudinis. & consulatu meo, & in administratione prouinciæ. [Nec me ista) respōdet ad ea, quæ Cęlius dixerat esse respicienda propter suos, quibus Cic. dicit se non terreri. [Proponuntur) Commemorantur, & quasi ante oculos mihi ponuntur. [Fidelissime) quia scio te hoc & fideliter & amanter facere, quia nolles incōmoda mea. [Ad timorem mihi fidissime) ut terreas me. [Nulla est. n.) h. d. si qđ mali ex hoc bello accidet, omnibus accidet, & hoc malum si possem meis incommodis, & damnis à rep. remouere, libenter facerem. [Acerbitas) calamitas. [Perturbatione) tumultu ciuili. [Impēdere) imminere. [Priuatis) propriis. [Incommodis) damnis, iacturis. [Vel istis) idest etiam istis, & significat amissionem fortunarum, infelicitatē liberorum, & generi Dolabellæ. [Redemissem) remouissem, quasi dando mea priuata, ut resp. careret illis incōmodis. illud. n. proprie est redimere, ut captiuitatem tuam meis fortunis

Pompa. Littorus Deficio me Redimo

redimis.i. dedi fortunas meas pro captiuitate tua.[In memoria nominis mei) quia nullum pulchrius,& præstantius relinqui patrimonium à parentibus pôt suis filiis, quam rerũ preclare gestarum gloria,& memoria.unde & ipse Cic lib. 1.off.Licet.n.mihi M.filij apud te gloriari,ad quem,& hæreditatis huius gloriæ,& factorum imitatio pertinet.[Nulla erit].s.resp. hoc est si perdita & oppressa fuerit.[Separatim] seorsum.i.nihil ei accidet, quod nõ accidat ceteris.[Cum scias]hoc est cum duplici de causa scias eum mihi esse carissimum,& propter eũ,quẽ semp amaui,& ꝑp filiam meam, quę cum sit mihi carissima, necesse est eius maritũ mihi carum esse, nam generi maxime amãtur propter filias.[Respiciam] Tuear,& ipsis respectum habeam.[An dubitas] Ordo est: quod rogas, ut respiciam &c.an dubitas: quin ea cura me uehementissime solicitet.[Eo magis] Solicitet.[Specula, non pro loco edito & eminenti in hoc accipitur, unde aliqd uidere & speculari possumus, ut apud Virg. in Buc. Specula de montis in altum deferat, sed blandiméti gratia usus est diminutiuo à spe, ut sit. Hac specula, hac una parua spe, ut.n.à res recula, ita à spes specula. Speculam aũt intelligit filiã Tulliam, in cuius sermone,& suauitate, ut ipse ad Ser. Sulpitium, lib.4.ait, omnes curas, & molestias deponere consueuerat. nam, vt ita ordinetur textus, hac tñ oblectabar specula, Dolabellam meum ab his molestiis uacuum fore, non placet, neq; conuenit, cum de filia fecerit mentionẽ dicens: an dubitas, cum scias quanti cum illum, tum uero Tulliam meam faciã, quin ea cura me solicitet. deinde subdidit,& eo magis ꝙ in cõibus molestiis, hac tñ oblectabar specula, quã sine dubio intellexit de filia sua, sequentem aũt textum ita ordinari: Dolabellam meũ uelim esse vacuum ab his molestiis,& cetera.ostẽdit inferius.vbi dicit de Dolabella, ꝙ scripsi, suadeo uideas, tanq̃ si tua res agatur, nam significat uelle, ut opera Cœlii liberetur. [Dolabellã]Ordo est, uelim Dolabellã fore uacuum &c.[Velim] Cupio,& quasi te rogo.[Fore uacuum] cariturum ꝑ te,& opera tua.[Communibus]quæ, non ad me solum, sed ad alios quoque pertinent.[Liberalitate sua]ad excusationem Dolabellę dixit liberalitatem, cum melius prodigalitatẽ dixisset: pôt legi libertate, ut sit audacia quadam & quasi temeritate. nam liber dr̃, qui nullius habito respectu, quod sentit dicit,& facit.[Cõtraxerat, sibi fecerat. In urbe dum fuit. nam tunc, cum Cic scribebat, erat in castris cum Cæs.[Sustinuerit] Tolerauerit, nam sustinemus, q̃ sunt oneri & molestiæ.[Acerbos] Graues.[Non honestos. mihi) quia multa oportuit me facere pro eo, quæ non erant satis conuenientia dignitati meæ[Hispaniensem casum]Hoc bellum qđ in Hispania nunc geritur à Cæs. contra Petreium & Afranium, quos apud Illerdam obsederat.[Expecto]ut multi existimãt, qui credunt me expectare, ut pro euentu illius belli nouum capiam consilium,& deliberem, quid mihi sit agendum. Hispanum dicimus hominem ex Hispania, Hispaniensem uero, qui licet sit in Hispania, tñ non est ex Hispania, unde dicimus Romanum exercitum Hispaniensem i.qui in Hispania militat.[Exploratum) Certũ, manifestum.[Vt tu scribis) ꝙ Cæs. omnino sit futurus uictor.sic.n.coniicimus à Cœlio scriptum fuisse.[Astute) Callide, ut meatum rerum rationem habeam,& non dignitatis publicæ, [Locus) In ipsa ciuitate, sicut ceteris.[Non erit) Ciuitas.[Tu ipse) Quia perdita ciuitate & rep. non magis erit tibi locus, q̃ mihi.[Solitudines) Recessus, loca remota.[Consedisse]Constitisse, commoratos esse.[Sed ego) ꝙ fortasse omnia erunt meliora, quã dixit, quia uaticinatur,& non ex certa ratione dixit[Vaticinor) Diuino.[Et hæc omnia] Quæ tñ timoris nobis afferunt.[Exitus) Fines.[Meliores) q uaticinamur,& putamus [Recordor) argumentum ab ætate.se.n.senem nunc desperare dicit, sicut olim adolescens uidit alios senes desperasse, quę tñ meliora euenerũt. ex defectu.n.sanguinis senes sunt timidiores, & ideo ut plurimũ desperant, cũ adolescentes contra ex abundantia sanguinis multum audeant & sperent.[Me adolescente) cum ego essem adolescens [Imitor) Eos,& facio sicut illi faciebant.[Ætatis uitio] nã senes semper solent prædicere multa futura,& ut dicimus, prom priores sunt ad desperationem & timorem, q̃ ad spem.[Velim ita sit) utinam ita sit, ꝙ uaticiner more senum, ꝙ hæc omnia meliores habeant exitus.[Sed tñ hic locus est difficillimus propter deprauationẽ textus. nã alij legunt togã prætextam texi apio, alii Appio. placet tñ melius, apio, ut sit sensus coniunctus cum superiori, hæc oĩa fortasse meliores habebunt exitus, sed tñ texi togam prætextam apio, hoc est imperatoriam uestem meam texi amaritudine. Toga.n. uestis cõis omniũ Romanorum tam mulierum, quã uirorũ. Prætexta uero erat insigne magistratuum, ab Ethruscis a Tullo Hostilio rege Romanorum tertio ad R.trãslatum, quem habitum eo tẽpore puer. non usurpabant, sed postea à Tarquinio Prisco, cum de Sabinis triumphasset, data est prętexta cum bulla aurea filio annorum quatuordecim, ꝙ hostem manu percussisset,& inde usurpatum, ut pueri quoque ea uterentur. qm̃ igitur erat insigne magistratuum,& Cic. proconsul & imperator in Cil. fuerat, ideo dixit.[Texi) Ornaui.[Togam prætextã) Imperatoriam dignitatẽ.[Apio) Amaritudine, q.d. quam magis decebat tegi,& ornari lauro, nam ut supra diximus, licet meruisset triumphum Cic. nõ tñ existimauit triũphãdũ lugẽte patria. Apium.n. pro amaritudine & dolore posuit, est.n. herba amara. Virg. Floribus, atq; apio crines ornatus amaro. Licet Seruius in eo loco exponat amaro.i.uiridi.[Puto te audiuisse) me texisse togam prætextã apio.[Curtius noster) Is erat utriusq; amicus.[Dibaphum) Purpuram bis tinctam sigñat, nam δὶς bis βάπτω tingo significat, ponitur etiam ꝑ ueste duplicis coloris, ut puto hic intelligi, ut dicat C. Curtius cogitat uestẽ duplicis coloris, sed eũ tinctor expectat, qui faciet eam unius: metaphorice.n. loquitur Curtium utrisq; partibus,& Cęsarianis,& Pomp. studere, sed necesse fore, ut unius tm̃ sit.[Infector) βαφεὺς tinctor.[Moratur) Expectat.[Aspersi) Leuiter tetigi,& iocatus sum.[In stomacho) In molestia, in indignatione.[Quod scripsi) Vt sit liber à molestiis suis.[Extremum epis.].i. hæc erit conclusio. Turbulenter, iracunde, impetuose, temere, inconsiderate.[Liberos) Filios.

MAGNO dolore &c.]Quia rediens è prouincia intellexerat bella ciuilia inter Cæs.& Pomp. orta, noluit in urbem redire, sed in Cumanum agrum se recepit, questus per literas ad Cœlium missas de calamitatibus temporum suorum, quibus prohibebatur triumphare, imò locum se dignum in rep. recipere. Intellexerat aũt Cęlius eo consilio in Cumano mansisse, ut facilius posset ad Pomp. transire contra Cæs. quod ne faciat, dehortatus erit idem Cęlius per salutem filii & generi. Vnde nũc se purgat Cic. nihilominus adhæsurus Pomp. Ordo est: Literæ tuæ affecissent me magno dolore, nisi iam cum allatæ sunt,&.i.simul ratio ipsa depulisset omnes molestias. Et.i.simul animus.s. meus obduruisset.i. obduratus fuisset, diuturna desperatione rerum, ad.i. cõtra, dolorem nouum. Sed tamen nescio quare acciderit, ut suspicareris ex superioribus literis meis, id quod scribis.s. me in Cumano mansisse, ut ad Pomp. contra Cæs. transirem. Quid enim fuit in illis.s. superiorib. literis meis præterq̃ querelã tẽporũ.i.de tpibus nostris, quę.s.querela, non haberet animum magis solicitũ, q̃ tuũ. Nam ego cognoui aciẽ.i.acumen ingenii tui, eam.i.talẽ, aut tale, ut non putem te uidere, id quod ipse.i.ego uideam. Ego miror illud, uidelicet te potuisse addduci, qui deberes nosse penitus me, ut existimares, aut me tam improuidũ, qui.i ut desisterẽ.i.trãsirẽ, ab fortuna.s.Cęs. excitata.i.uigẽte,& exurgẽte, ad fortunã sup. Pôp inclinatã.i ad casum,& prope.i. quasi iacentẽ: aut tam constantem, ut effunderem.i. penitus perderem, gratiã hoĩs florentissimi, uidelicet Cæs. collectã.s. longa manu.& deficerem à me.i.à salute,& bono meo,& interessẽ bello ciuili, quod fugi in initio,& semper. Igitur quod triste consiliũ meum.s. qđ mihi obiicis, fortasse, ut discederẽ in aliquas solitudines.i. desertas terras. Tu.n nosti, non solũ fastidium.i. aspernationẽ superbam stomachi mei. Cuius.i. stomachi mei similem tu quoddam habebas, sed ẽt fastidium oculorũ in indignitate.i. indignis honorib. hominũ insolentium.i. superborũ,& petulãter agentium. Etiã hæc Pôpa molesta.s.mihi, lictorũ meorũ, quos ꝓcõsul, ac imperator nondũ remiseram, accidit.s.ad fastidiũ,& nomen imperii, quo appellor.si ego carerẽ eo onere.s. suscepti honoris,& noĩs contentus essem latebris Italiæ, q̃uis.i. quantumuis paruis. Sed hæc nr̃a laurus.i. hic triumphus noster incurrit.i. obiicit, non solũ in oculos, sed ẽt in uoculas.i. obtrectatiunculas maleuolorũ. Quod cũ esset ita, tñ nihil cogitaui unq̃ de ꝓfectione.i. de discessione ab Italia, aut urbe, nisi uobis approbantibus. Sed prædiola mea sunt nota tibi, oportet me esse in his.s. prędiolis, hoc ẽ paruis prædiis meis. ne sim molestus amicis sup. meis. quia si Romæ esset, alter utri fauere cogeretur. uterq; autẽ amicus erat,& dum alter fauerет, alterum sibi,& suis, inimicum hr̃et. Quod aũt sum in maritimis, sup. locis.i. uicinis mari, mouet facile nonnullis,.i. quibusdã suspicionẽ, me uelle enauigare.i. excedere Italia nauibus, quod non nollem, qđ minus est q̃ uellem, qa coactis quędã sunt, quę neq; uolunt, neq; nolunt, qa nolle non p̃nt,& uelle nõ debẽt, si possem.s. enauigare ad ociũ.s. alibi obtinendũ, nã quidem.i. certe. qui.i. q̃uo cõuenit.i. conueniens,& utile sit sup. enauigare ad bellum pręsertim contra eũ.s. Cæs cui spero me satisfecisse,& ita nullã illi esse occasionẽ, belli in me,& enauigare ad bellũ, ab eo .s. discedendo ab eo.s. Pomp, cui tñ nullo modo pôt satisfieri, qa salutẽ suam Cic. illi debebat. Deinde.i. secundo loco, tu potuisti perspicere facillime sñiam meam iam ab illo tpe, cum.i. quo uenisti obuiam mihi in Cumanum.s. agrũ. Non.n. celaui te sermonẽ.s. de ea re. Sed nonne.q.d. maxime, tu prouidisti.i. prouidentia tua cognou sti tum.i. tunc q̃.i. quantum ego abhorrerem.i. alienus essem & repugnarẽ ab urbe relinquenda? Qđ.s. te prouidisse me

Specula
Recula
Liber. sustineo
Hispanus, Hispaniensis
Solitudo
Toga. Prætexta
Apium
Dibaphum
ASC.

me abhortere ab urbe relinquenda, cũ audissem.s. ex te, aut tuis nõne affirmaui tibi me pperssurũ potius qduis.i. quodlibet incõmodum, q̃ exiturũ sup.esse ex Italia,ad bellũ ciuile? Quid ergo accidit cur mutarẽ cõsiliũ.s.meum?q.d.nihil.unde addit:Nonne oĩa sup.acciderunt potius,ut pmanerẽ in sñia?q.d.maxime. Ego uelim sup. ut credas mihi hoc, qđ puto te existimare.i. iudicare me,sup. me nihil q̃rere aliud ex his miserijs.s. quas patiebatur in agro,nisi,ut hoĩes intelligãt aliqñ me nihil maluisse.i.magis uo luisse,q̃ pacẽ. Et ea desperata.i.cum esset desperata à me nihil fu gisse,tã.i.tantopere,q̃.i.quãtopere,bella ciuilia. Ego puto me fo re.i. futurũ esse huius cõstãtiæ, vt nunq̃ peniteat sup.huius sñię. Etenim ego memini Hort. familiarẽ nostrũ solitum esse gloriari,in hoc gñe.s.uiuendi,ꝙ nunq̃ interfuisset bello ciui. Hęc laus nr̃a,ꝙ abstinebimus à bello ciuili,erit illustrior.i.clarior,& nobi lior, q̃ Hortensij, & non interfuisse bello ciuili, tribuebat illi.s. Hortẽsio ignauiæ.i.ad ignauiã,& imbecillitatem, & arbitror,id .s.ꝙ pp ignauiã abstinuerimus nos, non posse existimari.i. iudi cari de nobis,qa ꝓuinciã impacatã petierat,uñ uix reuersus erat cum merito triumphi. Nec.i. & non ista quæ ꝓponunt̃ mihi fi dissime,atq; amãtissime.i.ut ab amico fidissimo,vtpote à te ad ti morẽ.i.ut deterreat à susceptione belli ciuilis, ne uidelicet filio, & filiæ,ac genero graue inimicũ parem,terrent me. Nulla.n.acer bitas est,q̃ non uideatur impendere.i.imminere hac perturbatio ne terrarum,omnibus.s.uiuẽtibus,siue bello intersint,siue non, qua.s.perturbatione ego quidem redemissem libentissime à rep. meis incõmodis priuatis,& domesticis.uel.i.ẽt illis ipsis,quæ tu mones me,ut caueã. Hoc est libẽter passus essẽ,ut liberi mei pa terentur,quæ illis impẽdere mones incommoda,ut resp.his ma lis sit libera, Qui. n. aliquid redimit unũ pro alio dat. & ita Cic. uellet redemisse perturbationem reip. perturbatione domus suæ .i.effecisse per incõmoda domus suæ,ut resp. nullã acciperet un de addit:ego relinquã filio meo.s.M.Cic. satis amplum patrimo nium,uidelicet memoriam nominis mei,si ulla resp. erit.s.futu ra finito bello.sin autem.i.sed si nulla erit, nihil accidet ei separa tim à ceteris ciuib.i.qđ non idem acciderit ceteris ciuib.& ita di lemmate concludit frustra timerẽ ꝓ filio. Nam qđ rogas,ut respi ciam.s.miseranter generũ meum,uidelicet Dolabellam adolescẽ tem optimum, & mihi carissimum, an dubitas, quin ea cura soli citet me uehementer,cum scias quanti faciam.i.æstimem,cum.s. ita sit ꝙ plurimi faciã illum.s.gñum meum Dolabellam,tum ue ro multo apertius est ꝙ plurimi faciã Tulliam meam.s. filiam, & eo magis sup.solicitet me,ꝙ ego oblectabar ĩ cõibus malis tm̃ .i.duntaxat hac specula.i.parua spe de filia mihi reliqua. Notum est diminutiua in quinta declinatione fieri deponendo.s. & ad dendo cula,ut dies diecula,spes specula,res recula, ueruntñ ego hoc loco non damnem eos qui exponunt. hac specula.i.specula tione,aut loco ad spectãdum apto, sup. qua uidebam Dolabellã meum. s. gñum,uel potius nr̃m.s. amicum cõem fore uacuum.i. immunem , alij legunt liberũ ab ijs molestijs , quas cõtraxerat, liberalitate.i.largitate sua. alij tñ ꝓdigum dñt,& sunt qui hic li bertate legendum censeãt,ut sit,quas contraxerat liberius in lo quendo in Pomp. autem tunc uacuus fore uidebat̃ , ꝙ in castris Cę.s.militans ab eo tutandus esset. si liberalitate legẽdum est,sen sus est : cum suspectum fuisse Cę.s. pp liberalitatem forte in Põp. aut aliquẽ amicorũ eius, q̃ difficilis est in re huiusmodi,quã sa tis erat,& scribentem,& eum, ad quem scribebat, intelligere,pre sertim cũ ex industria sæpe mẽtem suam alios, si forte in eorum manus ĩciderint lr̃ę,celet. Velim q̃ras,i. disquiras,quos.i. quales Dies,ille.s. Dolabella sustinuerit.i. passus sit dum fuit in urbe,q̃ .i.q̃tum acerbos,q̃.i. quantum nõ honestos mihi socero.s. illius, q.d.acerbissimos,& minime honestos,forte indigna contumelia pp Cæs. à Põpeianis affectum dicit non tñ palã pp Cic. & libe ralitatem suam,lęsum.unde tacite laudat ꝙ ad Cæs.in castra pro fectus est,id tñ facit,quia ita Cœlio placere uidet,cũ tamẽ Dola bellam retrahere à Cæs.aliquando conatus sit. Itaque neque ego expecto hunc casum Hispaniẽ .i.qui cõtinget in Hispania, quo contra Petreium, & Afranium Pompeianos duces Cæs. exercitũ suum duxerat , hoc est non simulo me alterius amicum , donec de casu Hispaniensi certior fiam , casum autem dicit , aut dubiũ euentum belli, aut potius cladis reip. uteruter uicerit , de quo.s. casu exploratum.i. perspectum, & clarũ est mihi ita esse sicut tu scribis,hoc est quod meliores pro Cę.militent,nec cogito quid quam astute,i.calide,& dissimulanter,si ciuitas.i.cõcatio, & li bertas ciuium erit, quando.i. aliquãdo sup. Romæ, ꝓfecto locus erit nobis,sup.ĩ ea,sic autem.i. sed ciuitas nõ erit, sed sup. dñium alicuius in urbe, non.n.vr̃ ciuitas,nisi ubi ciuilia iura.i. ex sñia ci uium dominantur,tu ipse,ut arbitror,uenies.s.tãdem.in easdem solitudines.i.desolationes & uacuitates ciuium,in quibus audies nos.s.seniores consedisse,q.d.licet pro tpe forsan speres tibi ali quam remp.& ita aliq̃ ciuitatem fore, tñ tu uidebis solitudinem ciuium in urbe,et si plena sit hominum,ut ꝓpheticũ illud. Qũo sedet sola ciuitas plena populo, ad intelligentiam huius loci fa cit. Sed ego uaticinor.i.diuino fortassis.i. ut diuinantes,uana cõ iectura futura hęc dico , & hæc oĩa habebunt meliores exitus , Recordor.n.desperationes eorum, qui erant senes, me adolescẽ te.i.cum essem adolescẽs, tpe forte Syllano, & Mariano,ego imi tor fortasse nunc eos, & utor uitio ætatis.s. senilis,quæ ꝙ parum habet sãguinis,meticulosa est. Velim ita sit,ut.s. uisio ætatis hęc licet non euentura, metuant. Sed tñ &c. locus hic sane obscurus est,& per metaphoram intelligendus,intelligitur autem duplici ter,nam alij texi à tego deducunt, alij à texo, & priores apio le gunt ,posteriores Appio,priorum sensus est: Sed ego texi.i.operui togã prætextam.i.uestem triumphalem,apio.i. herba illa qua triumphantes olim utebantur,unde ille: Est apium dictũ,ꝙ apex hoc ferre solebat. Victores ueterum fieret dum more triũphans, q.d. Cic.ego paro iam mihi apparatum triumphalem , prius.n. dixerat se sperare triumphum. Hubert. quidẽ legit apio,& texi à tego præteritum, sed in alio sensu,ut sit apio.i. amaritudine , est enim herba amara,sed id non placet,quia se ridere,cũ hæc dice ret, fatetur,puto te audisse .s. ꝙ texerim prætextã apio. Posterio rum sensus est: Sed puto te audisse togam prætextam.i.uestẽ triũ phalem,texi idest opere textorio fieri. Appio.s.Pulchro.i.separã dum est,ꝙ ille triumphũ obtinebit in ea calamitate tpm,qđ per irrisionẽ dicit , cum sciat illum id frustra sperare . Nam Curtius noster cogitat.i prætendit obtinere dibaphum. i. uestẽ purpurę, bis tinctã.nã δὶς dr̃ bis, & βάπτω tingo. Hubert. tñ intelligit ꝙ Curtius utriusq; partis esse uelit, & ita ab utraq; purpuram expe ctet,ego mallem de utriusq; uana spe in obtinendo triumpho in telligere, sed infector.i. tinctor Græce, βάπτος, moratur.i. tenet in mora eũ.s.Curtium,quo minus hr̃et dibaphũ. Ego aspersi hęc scilicet de Ap. & Curtio, ut scires me tamen.i. tametsi in stoma cho.i.cum bili,& indignatione summa, solere ridere. Quod scri psi de Dolabella suadeo uideas.i. prospicias, tanquam si tua res agatur. Illud erit extremum.s.huius epistolæ,uidelicet ꝙ nos ni hil faciemus turbulenter,nihil temere, tamen nos oramus te, in quibuscunque terris erimus, ut tueare nos & liberos nostros, ita vt amicitia nostra,& fides tua postulabit. Vale.

Ridere in stomacho

NON enim te celaui sermonem . sed non ne tum prouidisti] Sic antea.postea alij aliter emendarunt.nos,cum in uetere libro scriptum uideremus, non enim te celaui , sed nomen tuum prouidisti:coniecturam secuti correximus : non enim te celaui. sed non ne tum prouidisti,&c. [Sed ego fortasse uaticinor]Non est hic uaticinor pro diuino,sed pro ariolor, & quasi delito, ut etiã in oratione pro Sext. Vaticinari eos,atque insanire dicebat. PAVL. MAN.

VTOR] ætatis uitio uelim ita sit, sed tamen togam prætextã texi apio , puto audisse[Quid uerba , signarent haud perspicue capere Interpres uisus fuit. Dicebat enim his uerbis id notari, quasi meam togam mœrore circundedi,cum apium amarum es se constet,ꝙ animo afflicto , & iacenti esset. Id tamen aliter in telligi cõuenire,qui sensum eruere uolet,haud dubie animaduer terit.Cum enim apium funeralis herba fuerit , exq; apij corona defunctorum tumulos ornari, atq; in ludis funebribus apio co ronari uictores proditum sit, merito , inquit cum tot calamitati bus resp. opprimatur , ob immodicas simultates , & ingruentia bella,cum in atrocissimos fluctus reipu.inciderim,ipsiq cadenti nihil opis afferre ualeam,meam, inquit , togã prætextam , quæ magistratum decet,texi apio, hoc est funere,quasi eo indignatio nis uenerit,ut cum ulterius labantem remp. ferre nequeat,deque illius interitu crucietur, & sollicitus sit, sibi iã in extremo uitæ curriculo mortem proposuerit,quam pro rep. libenter subiturus fuit,quod est dicere, si resp. morietur, se nolle uidere. Sicut Asinius Pollio ad Cic. Nam nec reip. deesse uolo,nec superesse, inquit. Ideo togam prætextam , quæ Prætoria & consularis est, apio , hoc est , funere texuit , quod etiam Græco est prouerbio usurpatum,ut in mala ualetudine,& rebus accisis,& deploratis, apio opus esse dicant. Quos intellectus, qui rem assequi uolet, ex uerborum contextu plane redundare, pespiciet. Alexander ab Alex. loco prius signato

ARGVMENTVM.

Respõdet clausulatim literis Caninianis, declarans quæ & quæ redditum paret. Monet etiã ne cõtra legem Iuliam rationem referre differat: docet cur Apamea præsidium deduxerit. deinde dicit se non posse quingẽtas drachmas commodare . Tum quod sentiat de legionibus in Syriam decretis aperit . Et deinde alteri epistolæ respondet , qua se Bibulo commendari petierat, conquerens de Bibuli iniquitate in se. ut legenti constabit.

GIBERTI LONGOLII LEMMA

Duo agit in hac epistola Cicero. Primo respõdet missæ epistolæ Cæ

nij, deinde purgat se adiectis causis uarijs quare Bibulo neminem commendari possit, aut debeat.

M. CIC. IMP. CANINIO SALVSTIO PRO QVAEST. S.P.D. 17

LITERAS à te mihi stator tuus reddidit Tarsi ad xvi. cal Sex. his ego ordine, ut uideris uelle, respondebo. De successore meo nihil audiui: nec quenquam fore arbitror. quin ad diem decedam, nulla causa est, præsertim sublato me tu Partico. commoraturum me nusquam sanè arbitror. Rhodum Ciceronũ causa puerorum accessurum puto. neque id tamen certum est. ad urbem uelim quamprimũ uenire: sed tamen iter meum reipu. & rerum urbanarũ ratio gubernabit. Successor tuus nõ potest ita maturare ullo modo, ut tu me in Asia possis conuenire. De rationibus referendis, non erat incõmodum te nullum referre; quã tibi scribis à Bibulo fieri potestatẽ. sed id uix mihi uideris per legem Iuliã facere posse: quã Bibulus certa quadam ratione non seruat, tibi magnopere seruandam censeo. Quod scribis, Apamea præsidium deduci non oportuisse: uidebam † idem ceteros existimare: molesteq; ferebam, de ea re minus commodos sermones maleuolorum fuisse. Parthi transierint, nec ne, præter te, uideo dubitare neminẽ. itaq; omnia præsidia, quæ magna, & firma parauerãt, cõmotus hominum non dubio sermone dimisi. Rationes mei quæstoris nec uerum fuit me tibi mittere: nec tum erãt confectæ. eas nos Apameæ deponere cogitabamus. De præda mea præter quæstores urb. id est populum R. teruncium nec attigit, nec tacturus est quisquam. Laodiceæ me prædes accepturum arbitror omnis pecuniæ publicæ; ut & mihi, & populo cautum sit sine uecturæ piculo. Qđ scribis ad me de drachmis CCCIↃↃↃ: nihil est, quod in isto genere cuiquam possim commodare. omnis enim pecunia ita tractatur, ut præda à præfectis. quæ autem mihi attributa est, à quæstore curetur. Quod quæris, quid existimem de legionibus, quæ decretæ sunt in Syriam: antea dubitabam, uenturæ ne essent; nunc mihi non dubium, quin, si antea auditum erit, ocium esse in Syria, uenturæ non sint. Marium quidem successorem tarde uideo esse uenturum; propterea ꝙ senatus ita decreuit, ut cum legionibus iret. Vni epistolæ respondi. uenio ad alteram. Petis à me, ut Bibulo te quam diligentissime commendem. in quo mihi uolũtas non deest: sed locus uidetur esse tecum expostulandi. solus. n. tu, ex omnibus, qui cum Bibulo sunt, certiorẽ me nũquam fecisti, quam ualde Bibuli uoluntas à me sine causa abhorreret. permulti enim ad me detulerunt; cum magnus Antiochiæ † metus esset, & magna spes in me, atque in exercitu meo, solitum dicere, quiduis se perpeti malle, quàm uideri eguisse auxilio meo. quod ego officio quæstorio te adductum reticere de prætore tuo nõ moleste ferebam: quanquam quemadmodum tractarere, audiebam. ille autem, cum ad Thermum de Parthico bello scriberet, ad me † literam nunquam misit, ad quẽ intelligebat eius belli periculum pertinere. tantum de auguratu filij sui scripsit ad me. in quo ego misericordia commotus, et ꝙ semper amicissimus Bibulo fui, dedi operam, ut ei quam humanissime scriberẽ. ille si omnibus est maleuolus. quod nunquam existimaui: minus offendor in me. sin à me est alienior; nihil tibi literæ meæ proderũt. nam ad senatum quas Bibulus literas misit, in ijs, quod mihi cum illo erat commune, sibi soli attribuit. se ait curasse, ut cum quæstu populi pecunia permutaretur. quod autem meum erat proprium, ut alarijs transpadanis uti negarem; id etiã populo se remisisse scribit. quod uero illius erat solius id mecum communicat. equitibus auxiliarijs, inquit, cum amplius frumenti postularemus. illud uero pusilli animi, & ipsa maleuolentia ieiuni, atque inanis, quòd Ariobarzanem, quem senatus per me regem appellauit, mihiq; commendauit, iste ĸ lteris n regem, sed regis Ariobarzanis filium appellat. hoc animo qui sunt, deteriores fiunt rogati. sed tibi morem gessi. literas ad eum scripsi. quas cum acceperis, facies quod uoles. Vale.

† alias, certos

† alias tumultus

† alias, literas

LITERAS à te] Caninius Salustius quæstor erat Bibuli, qui præerat Antiochiæ, is ad Cice. duas epistolas scripserat, unã plenã uariis petitionibus, & interrogationibus. quibus omnibus rñdet Cic. ut ex prima parte epistolæ colligitur, nã superfluũ est numerare partes. in altera epistola petiuerat Can. a Cice. ut eum Bib. prętori diligenter per literas suas cõmendaret, quod quãuis se facere dicat Cic. adducit tamen quasdam rationes, quib. ostendit commẽdationem suã parum ponderis apud Bib. habituram. H V B.

LITERAS] Epistolã [A te] Nomine tuo, uel literas ad te. i. literas tuas, ut si dicam, hęc sententia est ab Aristotele, prout est sentẽtia Aris. [Stator] Is dicitur, qui apud magistratũ assidue est, à crebra statione ponitur pro satellite, & apparitore, qui reos in ius, uel in carcerem ducit, quispiam igit stator Caninij reddiderat eius literas Cic. [Tarsi] Ciliciæ metropolis, quam Perseus Danaes proles nobilissima locauit. hãc Cydnus fluuius interfluit. fuitque Pauli Apostoli patria. [His] Literis tuis [Ordine] Particulatim, ut omnia soluam, quæ a me petiuisti. [De successore] Prima responsio, cupiebat. n. scire Caninius, utrum esset uẽturus, successor Cic. [Quin decedam] Vt non discedam. [Ad diem] Statutam. s. mihi ad hãc prouincialem administrationem ad finem anni. [Metu Parthico,] Quem de Parthis habebamus. [Sublato] Amoto, quia transierunt in prouinciã, postq̃ à nobis multas acceperunt clades. [Commoraturũ] Cessaturum, facturũ morã. [Nusquã] Nullo loco, sigñauit aũt in loco, & ad locũ, ut nusquam fui, & nusquam uado. Hor. in Ser. Quæ nusquam prorepit. [Rhodũ) Ibi. n. erat filius Cic. & nepos. & ideo dixit, causa Cic. puerorum. Est aũt Rhodos insula in mari Pãphilio una ex Cycladib. dicta, ut quidã uolunt, ꝙ augurio capuli rosæ illic inuentæ sit condita. nam ῥόδος græce rosa dicitur, Diod. tñ placet dictam a Rhodo filia Neptuni à Ioue dilecta. ut Hom. cecinit, dr autẽ & urbs & insula eodem noĩe, sicut & Chios. [Certum est mihi] . i. constitutũ, & deliberatum, ut accedam Rhodum. [Vrbem] Romam, p antonomasiam. [Ratio reipu. Gubernabit iter.] Hoc est licet dixerim me nusquam commoraturum, & uenturum quamprimum ad urbem, tamen regam iter meum, ut uidebitur interesse reip. [Mutare.] Accelerare aduẽtũ suũ. [Vt possis conuenire me] qa ante discessero ex Asia, q̃ tuus successor uenerit. cupiebat. n. Caninius loqui cũ Cic. sed nõ licebat ei discedere, nisi successor eius prius uenisset, quem indies expectabat. [De rationibus.] Ad aliam partem respondet, quia cõsulerat Caninius Cic. utrum cõsuleret reddẽdam rõnem pecuniæ, qa erat q̃stor, cum Bibulus p̃tor faceret ei potestatem, uellet ne referre an non, Itaq; consuli Cic. ne redderet rõnem ullã, si possit, licet dicat eum cogi ad referendum p legem Iuliam, quam & si Bib. non vult seruare, dicit tamen seruãdam esse Caninio. [Referendis,] Reddẽdis rationib. pecuniæ, & administrationis prouinciæ. [Incommodum tibi] Liptote. i. tibi erat ualde utile. [Quam potestatem,] Arbitrium. s. nõ reddendi. [A Bibulo prætore tuo.] Id. s. ut nullam referas rationem. [Legem Iuliam] Quam tulerat Iul. Cæsar. quæ q̃stores & ceteros magistratus rationem administratæ ꝓuinciæ reddere iubet. [Quam) Legem Iuliam. [Bibulus] Quasi per contemptum, eum sępius nominat. [Certa ratione] ꝓpter ueteres inimicitias q̃ sibi fuerant, olim cum Cæs. in consulatu, ut declarauimus lib. 4. in epist. longa. [Tibi] Qui es q̃stor, & qui fortasse non habebis eam executionem, quam habebit Bibulus. [Apamea] Vrbs est Asiæ, in quã Antiochus Soter hoĩes transtulit ex Celinis, & urbem appellauit de noĩe matris Apameæ, auct. est Str. lib. 12. & Solin. ex ea vrbe remouerat Cicer. præsidia, sublato iam, ut supra dixit, metu Parthico. qđ Caninius non probauit, & multi alii ea de re Cic. imprudentiæ arguebant, quod urbem immunitam reliquisset. quos sermones sibi molestos esse dicit. [Præsidium] milites, quos ad tutelam loci in ea urbe posueram. Nã subsidium dr, quod datur laborãtibus, & post periculum. [Deduci) Remoueri [Non oportuisse:) Non decuisse, neq; utile fuisse. [Idem) Quod tu. s. non oportuisse. [Minus commodos) . i. non honestos, nec mites. [Ea de re) De deductione p̃sidii. [Trãsierint) In prouinciam suam. [Præter te) Quia ceteris oĩbus est certissimum. [Oĩa præsidia,) Quæ non solum Apameæ, sed ubiq; erant. [Commotus) Adductus. [Non dubio) Certissimo [Firma) Valida, & robusta. [Dimisi.) Deduxi ex locis ubi erant, & à me dimisi. Dimittere. n. ad multitudinem, & maxime ad milites pertinet. Ter. Eun. Iam iube exercitũ dimitti. Rationes) Scripserat Canin. ꝙ intellexerat Cic. ad se mittere. rationes sui q̃storis, qđ Cic. negat esse uerum, quia nec misit, nec potuisset mittere, cum nondum essent confectæ. [Eas] Rationes [Deponere] Relinquere apud aliquem. [De p̃da] Quam de Parthis

A S C.

Pauli Apost. Patria.

nusquã

Rhodos

Apamẽ

Dimittere

this uictis sum adeptus, uolebat aūt Caninius scire quid de ea actum esset. Itaq; dicit Cic. nihil a quoquā esse de ea tactum, nisi a quæstorib. P.R. [Vrbanos] Quia erant & alii q̄stores prouinciales, sicut q̄stor Cic. & Canin. q̄stor Bibuli. Hi autem urbani quæstores remissi a populo acceperant partem prædę, ideo declarat, [Præter quæstores. i. P.R.] Nam qđ isti acceperant, noīe P.R. acceperant. [Triuncium] Triuncius dr̄ tribus unciis, ut uoluit Varro, eundem Fest. appellat triuncium, eandem ratione q̄ sit trium vnciaū, est. n. genes num. [Laodiceę] Vrbs est Antiochiæ. [Prædes] Fideiussores, dñr tñ ꝓpriȩ secūdum Asconium Pęd. ꝑdes satisdatores locupletes ꝓ re, de qua apud iudices lis est, ne interea qui tenet diffidens causæ possessionem deteriorem faciat, tecta dissipet, excidat arbores, & culta deserat. Festus autem dicit, quòd præs est is qui populo se obligat. & interrogatus a magistratu si præs sit, ille respondet præs. Cautum sit mihi, ut tutus sim per ipsos fideiussores de pecunia publica [Sine periculo uecturæ.] Vt possit tuto aduehi in Italiam sine periculo meo, & P.R. quia prædes tenentur ad omnia Pericula. [Quod]. s. conijcimus Caniniū petiuisse mutuo à Cic. quingentas drachmas, cui respondet, se non posse mutuare, quia illa præda non sit in potestate sua, sed eorum, quia P.R. essent præfecti illi pecuniæ. [Drachmis] δραχμὴ pro pondere ponitur, & constat ex decem & octo siliquis, uel tribus scrupulis. Idem etiam sentit Prisc. & dicit octo drachmis unciam confici, significat etiam genus monetæ eadem ratione, quam diximus de pondere, quia omnes monetę ponderabantur, a plerisque latinis scribitur per g. dragma. [In isto genere] Pecuniarum publicarum. [Commodare] Notandum uerbum improprie positum, nam commodantur, quæ redduntur eadem numero & specie, ut uestis, equus, liber. Mutuantur ea, quæ non reddūtur eadem numero, sed specie, ut uinum, frumentum, numi. Interdum tamen commodare ponitur simpliciter pro eo, quod est commodum, & utile facere & gratificari, sicut contra incommodare permolestum esse, & nocere. Terent. in And. Magis adeo, ut mihi incommodet, quàm, ut obsequatur Gnato. Itaque forsan non obsurde hoc in loco accipietur commodare pro commodū facere, gratificari, & inseruire. [Vt præda] Tanquam præda, quæ non mea est, sed publica. [A præfectis] ab iis, qui præsunt ipsi pecuniæ. Attributa est mihi pro portione mea mihi assignata & data. Curatur, administratur. [A quæstore] Qui est mihi datus a populo Rom. [Quod quæris] ad aliam partem. [Decretæ] In Syriam, quæ in Syriam mitti debebant. [Antea] Superioribus diebus, priusquam Parthi transirent. [Nunc] sensus est, nunc certus sum, quòd omnino non uenient, si modo antequam discedant ex Italia auditum fuerit Syriam esse pacatam, & sine periculo propter discessum Parthorum. [Quin non sint uenturæ] Quin omnino non ueniant. [Si ante] scilicet, quam discedant ex Italia. [Ocium] Pacem. [Successorem] Tuum. [Iret] Veniret. [Cum legionibus] Quas si duxerit, non ita properare poterit, sicut si solus ueniret, solutus cura exercitus regendi. [Petis] Incipit respondere secundæ epistolæ. [Bibulo) Prætori. Syriæ, siue Antiochię, nam utroque nomine eadem prouincia appellatur. [In quo] Vt commendem te. [Voluntas] Quia libenter facio. [Expostulandi] Querendi de te, & te accusandi. [Locus] Occasio, tempus Ex omnibus] Qui erant apud Bibulum, a quibus factus sum certior de eius erga me animo, à te solo nihil unquam mihi scriptum est. [Abhorreret à me] Alienata & disiuncta esset. [Sine causa) Quia nulla te eum offenderam. [Permulti] Probat apertissimo & certissimo multorum testimonio, quòd Bibulus se abhorreret: nam imminente magno periculo Antiochiæ, cum multi dicerent uirtute, & exercitu Cicer. posse ei prouinciæ facile subueniri, solebat dicere Bibulus se potius passurum quoduis malum & periculum, quàm uideri eguisse auxilio Cice. quod est argumentum magnæ alienationis animi & pessimę uoluntatis, nam in magnis periculis nisi simus omnino animo peruersissimo, solemus ab omnibus uel inimicissimis auxilia libenter accipere, & neminē prorsus aspernari. [Solitum] scilicet. Bibulum solitum autem, quia non semel, sed sæpius id dixisset. [Quiduis) Quodcunque malum, incommodum. [Quod]. s. dictum Bibuli. [Non moleste] Non grauiter, indulgebam. n. tibi. [Adductum] Motum. [Officio quæstorio] Quod sub eo prętore gerebas. propter quod non ausus es id ad me scribere, ne fortasse tibi illud officium eriperet. [Tractarere] Ab ipso Bib. à quo te male tractari audiebam, licet tu non auderes dicere, quę ille de me dixisset. [Ad Thermum] Is etiā in Asia proprætor erat, ut ex sequenti epistola cognoscetur. Prǣerat aūt parti Asiæ, quæ dicitur Bithynia. [Literam] Non epistolā dicit, sed literam pro elemēto ponit, ut est, a, b, c, d, q. d. Cū ad Thermū, qui erat remotior, scriberet de bello, quod Parthi inferrent Ciliciæ, ne unam quidem literam ad me misit. ad quem sciebat pertinere illud bellum, quia eram uicinior Parthis. [Tātum] Hoc dicit, solū scripsit ad me de auguratu filii sui, quia res sua erat. filius. n. Bibuli uoluerat fieri augur, in quo quærebat fauorem Ciceronis, qui auguratum cum summa gloria gesserat, & in eo magnam habebat auctoritatem. [In quo] In qua re. [Misericordia] Propter filium eius, qui fortasse erat uir bonus, & oppugnabatur iniuste a quibusdam, ne auguratum assequeretur. [Et] Non ad eum, ut plerique omnes male arbitrantur: sed pro eo, dicimus enim scripsi tibi literas pro prætura tua. hic enim tibi significat pro te. [Scriberem] Commēdaticias literas. [Offendor. [Lędor, idest non moleste fero [In me] Esse maleuolum, quia puto esse ferendum in me, quod facit in alios omnes. [A me] solum, & non ab aliis. [Proderunt] Quas accipiet ab eo, à quo sit alienus. [Nam ad senatum] Alias probationes eius, seu maleuolentiæ, seu alienationis animi adducit. quia cum scripsisset Bibulus ad senatum, quæ sibi communia essent cum Cic. sibi soli attribuebat, quia erant ad laudem, quę uero erāt sua solius communicabat cum Cic. quia ex eis aliquid reprehensionis merebatur, quæ autem ea sint, Cic. declarat. [Se ait curasse] .i. qđ sibi soli attribuit, cum id esset sibi commune cum Cic. [Pecunia] Quam ex præda cōtraxi. [Quæste] Lucro. [Permutaretur] Vel in aliam pecuniā, quę redderetur postea Romę, uel in aliquas merces quibus aliquod lucrum haberetur, ut interdum fieri solet, quod cum fuisset consilium tam Cic. quam Bibuli, Bibulus tñ sibi soli attribuerat. [Quod aūt] Ecce peruersi animi indicium, qui sibi soli attribuebat, quod erat ei commune cum Cicerone, & quod esset proprium ipsius Ciceronis, sibi quoque ascriberet. Id autem hoc erat, nam cum haberet Cicero in Cilicia milites Italos ad tuendam ꝓuinciam missos. ea pacata discessu Parthorum, Cicero milites dimittendos censuit, ut P.R. eius st̄ pēdii impensa leuaret, cuius rei cum Bibulus ne cōscius quidem fuisset, scripsit ad senatum se quoque milites illos censuisse dimittendos, ut usurparet Cic. de ea re commendationis partem. [Proprius] Non alius cuiusquam. s. ut. [Negarem uti) Vt dicerem me nolle uti. [Alariis) Equitibus, qui alarii dñt, q̄ uice alarum pedites tegāt, Militaria aūt uocabula, ut uoluit A. Gellius, tradita sunt ab ipsis rebus, quę ita nominātur proprie, quarum rerum in acie instruenda sui cuiusque uocabuli imagines ostenduntur. Sunt autem ferè hæc quibus instructa certo modo acies appellari solet. Frons, subsidia, cuneus, orbis, globus, forfices, serra, alæ, turres, cornu. Et item quędam alia inuenire est in libris eorum, qui de militari disciplina scripserunt [Transpadanis] Longobardis ultra Padum habitantibus. [Id etiam] Sicut ego, cum nihil omnino sciret [Populo] Vt eius gratiam quærat. [Quod uero erat solius] quod ipse solus fecerat, me insciente, mecū comunicat, & quid hoc sit declarat. s. sequentibus auxiliariis. hæc sunt uerba Bibuli, quæ scripserat ad Senatum, & P.R. cum enim peteret plus frumēti à populo R. ꝓ uictu equitum, qui erāt in Asia à sociis in auxilium missi, immiscuit Cic. qui nihil petebat, qm̄ satis prouiderat suis. Bibulus autem scribebat in plurali numero. Postularemus, q. d. ego, & Cicero, est aūt oratio imperfecta, cuius pars tantummodo posita est ad indicandam maleuolentiam Bibuli, qui Ciceronem admisceret ei rei, cuius omnino esse ignarus. debuerat enim dicere, cum postularem [Illud uero] Aliud euidentissimum argumētum maioris maleuolentiæ, quod Ariobarzanem literis suis dedignatus est appellare regem, quia senatus cum opera, & suffragio Cic. regem appellasset, & ipsum Ciceroni commendasset. [Ariobarzanem [Rex Cappadocum, quē senatus Romanus regem appellauit, commendauitq; Cice. ut eius regnum, salutemq. defenderet, ut optime apparet lib. xv. huius uoluminis in epistolis ad M. Catonem, & Senatum, nunc Bibulus ob maleuolentiam in Ciceronem in literis, quas ad senatum scripsit, ubi opus erat eū nominare, noluit regem appellare, ne uideretur Cic. honorare, cuius causa fuerat a Senatu Rex appellatus. [Pusilli animi] Parui, & minuti, & uilis animi, id eum faciebat, ut ulcisceretur odium, & maleuolentiam suam in Cic. uindicta autem delectari pusilli animi est. Iuuenal. Quippe minuti semper, & infirmi est animi exiguiq. uoluptas Vltio. [Ieiuni, & inanis] Insatiabilis, inexplicabilis, tractum à ieiuno, & a uacuo, & esurienti stomacho, qui nō facile saciatur cibo, ita, & animus iniquus non facile expletur maleuolentia, Iuuen. Sat. penult. Hic ieiunum odiosum. [Per me] Opera mea. [Commendauit] Vt eius quasi patronus essem, & salutem regnumque tuerer. [Iste Bib.] Ad contemptum autem dixit iste. quasi iniquus, & maleuolus, qui dedignatus est quod Senatus est dignatus. s. appellare eum regem. [Ariobarzanis] Nam & pater eodem nomine appellabatur. [Hoc animo] Tali, tam malo & peruerso [Fiunt deteriores] Fiunt peiores. [Rogati]. s. ab aliquo, cū quispiā rogauerit eos. Ordo est: Illi q̄ sunt hoc animo quo est Bibulus, rogati fiūt deteriores. [Sed]. q. d. licet sit tam malo animo, ut rogatus a me uideatur futurus deterior. [Sed tibi-

Triuncium

Præs.

Drachmas

Cōmodo

Mutuo

Incommodo

Litera

Alarii

bi morem gessi] Obsecutus sum tibi, quia te ei commendaui. [Literas] Commendaticias pro te. [Quas literas] Misit enim eas Cic. ad ipsum Caniniũ. [Quod uoles] Vel reddes ei, uel omittes, ut tibi faciendum uidebitur.

ASC. *LITERAS &c.*] Scribitur hæc epistola ad Caninium Salustium è Cilicia, unde in epistolarum collectione non habitus est respectus temporum, sed personarum, ad quos missæ sint, cũ eo loco, unde missæ. Quia ergo è Cilicia ferè missæ sunt huius secundi libri epistolæ, prius collegit Tyro, quæ ad Curionem datæ sunt, deinde quæ ad Cœlium, tum tres ad alios datas quæ tamen prius scriptæ erant, quàm superior. Nam superiorem a Cumano misit, Erat aũt Caninius iste quæstor Bibuli, qui præerat Antiochiæ, qui ad Cic. duas miserat epistolas, unam plenam uariarum petitionum, ad quas Cic. respondet, alteram qua petijt a Cic. Bibulo prætori suo commẽdari, quod Cic. se facturũ dicit, sed uereri, ut literæ suæ parum sint habituræ ponderis apud Bibulum. Ordo est: stator. i. minister, stare solitus, paratus ire, quo cum misisset, reddidit mihi Tarsi. i. cũ essem Tarsi ad 16 cal. Sextilis. i. Augusti, literas, sup. datas, uel scriptas à te. Ego respondebo his ordine. i. ad singulas particulas, quo ordine scriptæ sunt, ut. i. quemadmodum, tu uideris uelle. De successore meo. s. quod petisti de successore meo, an haberẽ, & quis esset, ego nihil audiui, neq; arbitror quenquam fore. i. futurum esse, & tamẽ nulla causa est, quin decedam ad diem. s. constitutam a senatu præsertim metu Parthico. i. bello cum Parthis gerendo, sublato. i. de medio lato, & amoto. Ego arbitror sanè. i. multũ. i. me commoraturũ. i. tracturum moram. nusquã. i. in nullo loco. Puto sup me accessurũ Rhodum ad urbem, aut insulam illam in mari Pamphilio, unam ex Cycladibus, causa Ciceronũ puerorũ. s. filij, & nepotis, q illic erãt. Neque tamẽ certũ. sup. est id, nolo uenire quamprimũ. i. ualde cito. ad urbem. i. Romam Sed tamen ratio. i. qualitas, & status reip. & rerũ urbanarũ gubernabit iter meum. Successor tuus, i. q tibi succedet, nõ potest ullo modo maturare. i. accelerare, sup. iter suum, ita ut tu possis conuenire me in Asia, De rationibus. i. computis [vt dicunt] referendis. i. reddendis de quæstura, coram deputatis, & ꝑtore, non erat incommodum. s. tibi, nullam. s. rationem referre. quam potestatem. s. non referendi rationem, tu scribis fieri tibi a Bibulo. s. ꝑtore tuo. Sed tu uix uideris posse id facere, per legem Iuliam, quæ iubet unumquemque rationem magistratus à se gesti, & præcipue quæsturæ referre debere, quam. s. legem, Bibulus non seruat quadam ratione certa. s. sibi, ego censeo seruandã tibi magnopere. Quod scribis non oportuisse præsidium. i. illud militum, quod erat impositum, ut urbem defendat ab hostibus, & in fide teneat, deduci Apamea, ab ea urbe Asiæ, ego uidebam ceteros existimare. i. censere, idem, & ferebam moleste sermones maleuolorum fuisse minus commodos de ea re. i. de abductione præsidii. Ne. i. an, Parthi transierint. s. in prouinciam nostram, nec ne. i. an non, uideo neminem dubitare præter te, quia omnes sciunt, q non. Itaque ego commonitus non dubio sermone hominum, dimisi omnia præsidia. s. urbium, quę paraueram, magna & firma. nec fuit uerum me mittere. i. quòd mitterem tibi rationes. i. computos, quæstoris mei, nec erant confectæ tum. i. tunc, cum eas deceret mittere. Cogitabamus deponere. i. relinquere qeasi deposito apud aliquem Apameæ. Quisquam præter quæstores urbanos. i. urbis Romę. i. populum Romanum nec attigit. nec tacturus est de prędamea triuncium. i. ualorem trium unciarum æris. Ego arbitror me accepturum Laodiceæ, quæ urbs Antiochiæ est, prædes, id est fideiussores omnis pecunię publicę, hoc est quæ ad ærarium Rom. pertinet, ut cautum, id est caute prospectum sit, & mihi, & populo. s. Romano sine periculo uecturæ. i. quod est in uehendo per regiones, unde inuenti sunt, quos bãcarios uocant. Quod tu scribis ad me de D. id est quingentis, alij tantũ CCCLIII. drachmis. i. ponderibus æris constantib. octodecim siliquis, uel trib. scrupulis. i. tibi mutuo dandis, nihil est, quod possim commodare, id est commodum facere, aut præstare cuiquam in isto genere. s. officii. Omnis enim pecunia tractatur ita à præfectis, ut præda: autem, id est ea pecunia, quæ est attributa mihi, curatur à quæstore, id est in manu est quæstoris. Quod quæris, quid existimem de legionibus, quæ decretæ sunt in Syriam, ego dubitabam ante, ne, pro an, uenturæ sint, nunc nõ est dubium mihi, quin, si auditum erit antea, ocium, idest cessationem à bello, eo quòd Parthi abierũt esse in Syria, legiones, supple uenturæ non sint. Ego uideo quidem Marium, hominem illius ætatis, successorem, id est qui debeat succedere, aut prætori, aut tibi, esse uenturum tarde propterea quòd senatus decreuit ita, ut iret, scilicet in prouinciam cum legionibus, id est certorũ numerorum copiis. Ego respondi uni epistolæ. s. tuę, uenio ad alteram. Petis à me, ut commendem quam diligentissime. Bibulo, scilicet prætori tuo, te. in quo, scilicet negocio, uoluntas nõ deest mihi, sed locus expostulandi. s. agendi de iniurijs, aut querelãdi tecum, uidetur esse, supple mihi. Tu enim solus ex omnibus, qui sunt cum Bibulo, nunquam fecisti me certiorẽ, quã, id est quantum ualde, uoluntas Bibu. abhorreret, id est aliena esset, & aduersa à me sine causa. Permulti enim detulerunt, id est occulte nunciauerunt mihi, & cum magnus metus esset Antiochiæ, de aduẽtu Parthorum, atque magna spes in me, & in exercitu meo Bibulum, supple solitum dicere, se malle perpeti, quiduis, id est quod libet incommodum, aut malum, quàm uideri eguisse auxilio meo. Quod, scilicet dictum Bibuli, ferebam nõ moleste te adductum. i. ad hoc inductum, officio quæstorio. i. eo q esset questor Bibuli, & ita illi deuinctus reticere de prætore tuo, quanquã audiebam quemadmodum: idest ad quem modum, & formã tu tractarere. i. tractareris à Bibulo, q. d. miseris modis. Autem, i. sed, ille. s. Bibulus, cum scriberet ad Thermum, proprætorem Asiæ, seu Bithynię, de bello Parthico, nunquam misit literas ad me, ad quem intelligebat periculum eius belli. s. Parthici, pertinere. eo quòd Cilicia Antiochiæ propinquior est, quàm Asia. Sup. Bibulus scripsit tantum ad me de auguratu filii sui. i. ut filius suus ad optaretur in Collegium augurum, quod sine Cic. assensu facere non poterat, cum Cic. augur esset, in quo. s. facto, aut filio eius, ego commotus misericordia, & quòd semper amicissimus Bibulo dedi operam, ut scriberem ei, quam humanissime. Si ille, scilicet Bibulus est maleuolus omnibus, quod nunquam existimaui, id est iudicaui de eo, ego minus offendor in me, i. si est maleuolus in me. Sin autem. i. sed sup. est alienior à me, quam a cæteris, literæ meæ. s. commendaticiæ, nihil proderunt. Nam in iis literis, quas Bibulus misit ad senatum, ipse sup. attribuit sibi soli, quod erat mihi commune cum illo. Nam ei se curasse, ut pecunia permutaretur. i. daretur negociatorib. in prouincia, populi. s. R. & reciperetur alia Romæ cum quæstu. i. cum lucro. Autem. i. sed ipse, scribit se remisisse. i. relaxasse, tãquam onus, populo. s. R. id, quod erat meum proprium. i. meo solius consilio, & adiutorio factum, ut. s. negarem uti alariis. s. militibus in alis. i. cornibus aciei locandis, transpadanis. i. sumendis ex populo trans Padum incolenti, ut sunt Patauini, Veneti, &c. Vero pro sed. ipse cõmunicat mecum. i. mihi etiã attribuit id, quod erat illius solius. s. consilio aut opera factum, inquit. n. in epistola ad senatum, cum postulauerimus equitibus. i. pro equitibus auxiliaribus, amplius. i. plusquã, frumenti, & c. id autem Cic. pro suis non postulauerat. Illud uero quod sequitur, sup. fuit animi pusilli, & ieiuni. i. sterilis, & insequendi, quantum ad liberale facinus, ipsa maleuolentia, id est propter maleuolentiam ipsam. quòd quia senatus appellauit Ariobarzanem, per me. i. suasu meo regem. s. Cappadocum. commendauit mihi eum. s. tutandum. iste. i. uilis, quia maleuolus, & turpiter agens. uidelicet Bibulus, appellat in literis suis non regem, sed filium regis, quia pater eius etiam Arobarzanes nomine rex fuerat. Ii, sup. qui sunt hoc. i. huiusmodi animo. s. tam maleuolo, fiunt deteriores. i. adhuc minus boni rogati. i. si rogẽtur, sed ego gessi morem. i. obsecutus sum tibi, scripsi literas ad eum, quas cũ acceperis, facias quod uoles. i. aut dabis, aut retinebis eas.

ARGVMENTVM.

Thermus proprætor, siue proconsul Bithyniæ, scripserat ad Cicer. sibi grata fuisse officia Ciceronis in se, & in Rhodonem, de qua re Cic se uehementer gaudere dicit. Deinde monet, ne legatos quæstori ꝑponat, cum id sine quæstoris nobilissimi, & generosissimi cõtumelia facere nõ possit, quantam potenti, totq; fratribus nobilibus prædito, graue sit inferre. Non nominat quæstorem, quia de noto loquitur.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Petit, ut curam quæstoris habeãt, nec huic præferat legatos, & quo id facilius consequatur, exquisitis argumentis ex suasorijs locis depromptis aggreditur.

M. CICERO IMPER. Q. THERMO PRO PRAET. S. P. D. 18

OFFICIVM *meum erga Rhodonem, ceteraq; mea studia, quæ tibi, ac tuis præstiti, tibi homini gratissimo grata esse, uehementer gaudeo, mihiq; scito in dies maiori curæ esse dignitatem tuam, quæ quidem à te ipso integritate, & clemẽtia sic amplificata est, ut nihil addi posse uideatur. sed mihi magis, magisq; quotidie de rationib. tuis cogitanti placet illud meum consilium, quod initio Aristoni nostro, ut ad me uenit, ostẽdi: graues te suscepturum inimicitias. si adolescẽs potẽs, & nobilis a te ignominia affectus esset, et hercle sine dubio*

erit ignominia, habes enim neminem honoris gradu superiorem. ille autem, ut omittam nobilitatem, hoc ipso uincit uiros optimos, hominesque innocentissimos legatos tuos, quòd & quæstor est, & quæstor tuus. nocere tibi iratum neminẽ posse perspicio: sed tamen tres fratres, summo loco natos, promptos, non indisertos, te nolo habere † iratos, præsertim iure: quos uideo deinceps trib. pl. per triennium fore. tempora autem reip. qualia futura sint, quis scit? mihi quidem turbulenta uidetur fore. cur ego te uelim incidere in terrores tribunicios? præsertim cũ sine cuiusquã repræhẽsione legatis quæstorẽ possis anteferre. qui si dignum se maiorib. suis præbuerit, ut spero, & opto: tua laus ex aliqua parte fuerit. sin quid offenderit; sibi totum, nihil tibi offenderit. Quæ mihi ueniebãt in mentẽ, quæ ad te pertinere arbitrabar; quod in Ciliciã proficiscebar, existimaui me ad te oportere scribere. tu, quod egeris, id uelim dij approbent. sed, si me audies, uitabis inimicitias, & posteritatis otio consules. Vale.

†alias inimicos

HVB. OFFICIVM] Scribit Cic. ad Thermum prætorem siue pro consulẽ Bithyniç, qui scripserat ad Cic. sibi grata fuisse officia, quæ in Rhodonẽ contulisset, & ea etiã, quæ in ipsum Thermum, & ceteros præstitisset. qua re dicit se uehementer gaudere. Deinde quia discessuro Thermo ex prouincia contendebat quæstor eius cum legatis, ut potius ipse præponeretur, quàm ipsi legati, & Thermus magis uidebatur inclinari ad legatos præficiẽdos, hortatur Cic. ne hoc faciat, ne irritet animum ipsius quæstoris nobilissimi, ꝓbatq. interesse, & utilitatis, & honoris Thermi præponere ipsum quæstorem legatis. quis autem fuerit hic quæstor, neque Cic. hic dicit, neque adhuc mihi est compertum. [Rhodonem] Hunc intelligimus fuisse amicum quempiam, aut forte ẽt necessarium Thermi. [Officium] Beneficium, & promptam humanitatem. [Studia] Fauores. [Indies] Dietim, sed hoc minus est in usu, non incongruum tñ. [Dignitatem] Auctoritatẽ [Integritate] Continentia, contra auaritiam. [Clementia] Mansuetudine, & est contraria iræ, remittit autem clementia de eo, quod posset quispiam de iure persequi & punire. [Sed mihi] Dat ei consilium, ut prçponat potius quçstorem prouinciæ, q̃ legatos, & reddit rationem sui consilij. [Rationibus] Negocijs, & utilitatibus tuis. [Aristoni] Is à Thermo ad Cic. misus fuerat de hac re, cui Cic. dedit hoc idem consiliũ, quod nunc dat Thermo ꝑ literas, quod graues eẽt suscepturus inimicitias, si legatis quæstorem prçponeret. [Quod ostendi] Quod declaraui. [Vt] postquam. [Ignominia] Iniuria dedecore. Ignominia [auct. Nonio] dicuntur nominis nota. [Potens] Rebus, & amicis. [Et hercle] affirmatio sententiæ suæ. [Hab. n] Ratio quare erit ignominia [Superiorem.] Maiorem. [Gradu honoris] Quia apud prætorem maior dignitas erat quæstura, æquum autem erat eum p̃poni, qui honore esset superior, ut uisum est supra in epist. quæ incipit: Non potuit, accuratius. [Ille autem] Ostendit quare præponendus sit legatis, quia præter nobilitatem familiæ suæ maximam, est etiam quæstor, neque quæstor alterius, sed ipsius Thermi, ex quo magis adduci debet Thermus, ut ei faueat & præponat prouinciç. [Viros optimos] Laudat legatos, ut magis laudet ipsum quæstorem, quem in omnibus eis anteponit. [Hoc ipso] Hac ipse re, præcipue. [Quod] Quia: [Et quæstor tuus] Nam si quæstor cuiusuis esset, deberes tñ eum prçponere, nunc multo magis, ꝙ quæstor tuus est [Nocere] αντιπτοφορα utit. dicit. n. quæ a Thermo possent obiici, quod paruifacit inimicitias ipsius q̃storis, quia nihil a quoquam ei nocere potest, ad quod sapienter rñdet Cice. & caute innuit. ꝙ si nunc non posset nocere, posset tñ in futurum. [Sed tñ] licear uideã neminem tibi posse nocere. [Tres fratres] Habebat. n. ille quæstor duos alios fratres uiros præstantissimos, quos nunc Cic. metuendos esse dicit. [Summo loco, illustri prosapia extollit. n. animum, & audaciorem facit originis nobilitas. [Promptos] Intrepidos, fortes. [Non indisertos] Liptote, eloquentissimos: [Prodest aũt multum eloquentia ad conciliãdum fauorem populi,] & hæc omnia posuit, ut deterreat Thermum ab eorũ inimicitiis. [Inimicos] Quia si unum ex ipsis læseris. [Iure] quia plerũq; aliqui fiũt nobis inimici nullo iure, nulla nostra culpa, quod non est magnopere curandum, sed nunc timendũ est, cũ iure facimus nobis inimicos. [Quos] fratres. [Deinceps] Per ordinem. [Per triennium] Per tres annos, quia alius succederet, alii. Nam simul & eodẽ tempore tres fratres tribuni esse nõ poterãt. [Forte] Futuros. [Tribuni] Vt habet digestis de origine iuris, à plebe creati sunt, q essent plebei magistratus, ijsdẽ tpibus cum plebs successisset, anno uero decimoseptimo post reges exactos dicti tribuni, qa tunc in tres partes populus diuisus erat, & ex singulis singuli creabantur, partes aũt in quas populus esset diuisus, erant Rhamnenses, Luceres, & Tatiẽses. Tribuni autẽ plebei ex tribunis militum, ut uoluit Varro primum facti sunt, qui plebem defenderẽt in successione crustumeina. acceperunt autem nomẽ tribuni militum, ꝙ terni trib. tribubus Rhamnium, Lucerũ, Tatiensium olim ad exercitum mittebantur. horum officium qñ tribunorum mentio incepta admonet, nõ uř esse absurdum referre, ut & alijs locis possit hæc cognitio succurere. Tribunorum igitur militarium officium, ut est di gestis de re militari, uel eorũ, qui exercitui præsunt erat milites in castris cõtinere, ad exercitationem ꝓducere, claues portarum suscipere, uigilias interdum circuire, frumentationibus cõmilitonum interesse. frumentũ præbere, mensuræ fraudem coercere, delicta secundũ suã auctoritatem his modis castigare, principijs frequenter interesse, querelas cõmilitonum audire, ualetudinarios inspicere, officium regentis exercitum non tm̃ in danda, sed etiam obseruanda disciplina consistere [Quis sit,] q. d. nemo, quia quotidie aliqua innouantur. [Mihi] Dicit iudicium suum. [Videntur] Putantur. [Turbulenta] Tristia, plena ꝑturbationis. [Incidere] Deuenire, incurrere. [Terrores] Vt timeas illos tres fratres futuros tribunos, qm̃ magna erat auctoritas, & potestas trib. pl. q plerunq; populũ, quo uellẽt, flecterẽt. [Cur. uelim] Quare debeo uelle, q. d. nulla est causa, cum, & te diligam, & tu facile prouidere possis. [Præsertim] Ostendit quomodo possit ꝓuidere Præsertim, q. d. hac præcipue existente causa [Cum possis] Ante, cum possis præponere quæstorẽ legatis sine reprehẽsione cuiusquam, puta quisq; scit id esse iustũ, & honestum. [Qui] Quçstor. [Dignum maioribus] Si imitatus fuerit maiores suos, & se pro fama illorum gesserit. [Ex aliqua parte] Quia ex una parte erit laus eius, qui se bene gesserit, ex altera tua, qui eum ad aliã ꝓuinciã erexeris [Sin offenderit] Peccauerit. [Quid] aliquid. [Sibi] Cõtra se, in dedecus suum. [Nihil tibi] In dedecus tuũ, & ita arguit, qđ vtcunque sit ille administraturus ꝓuinciam, ipsi Thermo nulla omnino futura est repræhensio. Quæ. n. ostẽdit Cic. se adductum iure amicitiæ hæc scripsisse. [Quæ ueniebant in mentẽ] Quæ cogitatione ipsa compræhendebam. Nam uenire in mentem interdum est recordari, interdũ cogitare. [Pertinere ad te] Spectare ad tuũ commodum. [Oportere.] Decere propter amicitiam nostrã. [Quod] Quia [Proficiscebar in Ciliciam] Fuerat enim in Cappadocia cum Ariobarzane rege [Tu quod] Sensus est: Dij bene uortant, quod egeris, & id tibi bene succedat. Audies me] Mihi credes, mihi auscultabis, & obtẽperabis. [Cõsules] Prospicies, ꝓuidebis. [Ocio posteritatis] Quieti ẽt tuorum, qui post te futuri sunt.

Dietim

Clemẽtia

Ignominia

Tribuni

venio ĩ mẽtem

PHIL. *OFFICIVM meum*] Valde iucundum est, cum quis officiũ in quempiã confert, ut illud accipienti gratum esse cognoscat. Hinc est illud Terẽt. Sosiæ dictum. gaudeo si quid feci aut faciã, qđ placeat Simo, & id gratum fuisse aduersum te habeo gratiã. Eodem modo tunc Cic. qui in Thermum, & Rhodonem eius beneficia cõtulit, illa Thermo grata fuisse uehemẽter gaudet. erat autem Thermus proprçtor in Hellesponto, & de ꝓuincia discessurus, & quennam in prouincia sua loco dimitteret, agitabat. Cõtentio erat inter quæstorẽ eius, & legatos maxima, cũ quisque ipsorum Thermi loco relinqui conaretur. Thermus aũt magis assentiri legatis, quàm quæstori uideba, unde has Cic. ad eũ literas perferendas curauit, quibus eũ uehementer hortať, & multis rationibus probat, ut uelit quæstorẽ suum legatis anteferre. Sed priusquam hãc epistolã explicemus, pauca de hoc magistratu dicamus. Prætorum tria esse genera diximus, cũ de honoribus publicis, tractaremus, urbanum, peregrinum, & ꝓuincialem. Prouinciales autem ad gubernandas, tutandasq. ꝓuincias cũ exercitu legebãtur, qui, & proprætores dicebãtur, quæstoresq secum ducebant, & legatos, & tot propiætores creabãtur, quot urbes in deditionem P. R. deuenerant. Vrbani uerbo prætores ibi præsidebãt, apud quos ius oẽ publicum, & priuatum erat. Et eorum quidem tanta erat auctoritas, ut ob honorum ius, quod ab ipsis ferebať, honorarium diceretur, ac nouũ ius cõdere, & uetera abrogare poterant, & cõsularem propemodũ dignitatem obtinebant. lictores tñ sex dũtaxat habebãt, Sed cũ Paulus Æmilius in Hispaniã prætor proficisceretur xij. lictores secum duxisse à P. R. cõcessos inuenio. Trabea item ipsius erat & curulis sella, & cũ ipsi abessent, præfectus urbis constituebatur eorũ loco, & post tribunorum militum dignitatem fuerunt bellica tempestate instituti propter grauissimũ onus quod cõsules sustinebant: [Peregrini] postremum additi urbanis prætorib fuerãt, cũ admodũ impediti essent, rebusq. gerũdis satisfacere nequiuissent, q peregrinos audirẽt. prætores uero ideo appellati, ꝙ populo præirent. Id Lucil. quem Varro testať, ait. Ergo pretorem est ante, & præire, & eodẽ

Pretores

Ius honorariũ

auspicio

auspicio creabatur, quo cōsules, hinc, & cōsulum collegas fuisse dicebant. [Officium) Nūc beneficium. [Rhodionem) Sororium Thermi. [Præstiti) Accōmodaui ad id faciendum quod petit. Sed huius uerbi significatio peculiaris est melius esse. Item excellere. unde dr̄ præstātia excellētia. Hi uero loci pleni sunt oēs beneuolētia, ut auditorem alliciāt [Indies) Hoc est quotidie. Verum indies, & indiem, & quotidie differunt, Indies n. ut plurimum cum cōparatiuo iungimus, & αὐξησιν habet, ut hoc loco, indies maiori curiæ. Etiam sine cōparatiuo, sed sua cum αὐξησει Indiem uero multi dūtaxat in p̄nti die rōnem accipiūt, & cū hoc uerbo uiuo, ut plurimum coniungi uolunt. Sic Fabius, non ut feræ, uolucres p̄ntis mō t̄pis memores indiē uiuunt. Verum ego in longi t̄pis rōnem Terētianam Pythiā accepisse intelligo, cū ait: Credo. sed in diē illud Parmeno fortasse, quod minitaris, tu iam pēdebis, Eodem modo in horas, & in horam dicimus. Quotidiæ uero, tā cū αὐξησις, q̃ sine αὐξισι dici pōt, unde elegātia sermonis quotidie lego dicimus, indies lego nō dicimus, & cum cōparatiuo, ut paulo post. Mihi magis, magisq. quotidie de rōnibus tuis cogitāti [Dignitatē) Præturam in Hellesponto. Quod autē ibi magistratum gessisset, aliæ nobis ad eū literæ significauerunt. Omnia (inquit) tibi cōmēdo negocia eius, quæ sunt in Helespōto & alibi. Siquid habebit cū aliquo Hellespōto cōtrouersiæ, ut in illam administrationē reiiciat [Integritate, & cl) De his ēt alia in epistola. Sed tñ cū nō fugiat quanta sit in prætore auctoritas, præsertim ista integritate, grauitate, & clemētia, qua te esse ī omnibus cōstat. Sed mihi cōsilium summa perit, vt quæstorem relinquat in prouincia suo loco nō legatos. [Rationibus) De Reb. ad rēp. pertinētibus, & honorem & salutem tuam. [Aristoni) Is n. ad Cicc. pro hoc negotio à Thermo missus fuit, & idē dedit illi cōsilium, quod nunc dat Thermo. Grauissimas. s. inimicias susceptutum, si legatos quæstori p̄ponetet [Inimicitias) Caue dicas inimicitiam numero singulari. Nusquam. n. inimicitiam leges, nisi apud Ennium, qui sic habet: Ego eo ingenio natus sum, ut amicitiam, atq; inimicitiam in frōte promptum geram. [Adolescēs) Quæstorem dicit. [Ignominia affectus) Si tu de ꝓuincia decessurus alterum reliqueris, q̃ quæstorē tuum. [Ignominia] Iniuria, est. n. hęc noīs nota, atq; macula. [Habes) Argm̄ ab auctoritate. Et est ratio, quare sit ignominia. [Honoris gradu sup.) Qm̄ quęstura pluris apud prætorē erat, q̃ legatio. Thermus. n quæstorē habebat, & legatos. Nā uice imperatoria quæstores in exercitu ex decreto P. R. fungebantur. [Nobilitatem) Raro sine adiuncto ponimus. Meson est. In laudem uergit, & in uituperationem, dicta q dē quasi noscibilitas, & nobilis quasi noscibilis. unde nobile scortum, nobilē latronem dicimus. Eiusdem sunt naturæ eximius, & insignis, uñ meretricē insignē, eximiā appellamus. [Hoc ipso) Hac re, q̄d est quęstor. [Nocere) Antipophora est. Rn̄dit. n. tacitæ obiectioni, quā Thermus facere potuisset, & dat ei, consilium, ut euitet inimicitias. [Perspicio) Antiqui spicio sine cōpositione dicebant, hoc t̄pe sine cōpositione non utimur, & pro qualitate cōiuncti s̄iationem amplectitur. [Tres fr.) Habebat. n. q̄stor eius fratres duos. Dictus frater, quasi ferè alter. vnde Cic. de Q. fratre dixit. ꝙ alterū me reliquissem. Siue à lingua Græcorū antiquissima ἀφρήτωρ, q̃ ἀδελφος hodie nuncupat̄ [Sūmo loco natos) Dat his auctoritatem, & locū ꝓ nobilitate ḡnis capimus, alias argm̄ signat extra notam eius nominis s̄iationē. [Promptos] Diligē tes, & strenuos. [Nō indisertos) Eloquētes. maximā. n. uim hēt ad cōcitādum populum eloquentia. Dicuntur. n. hæc oīa ad perterrendum Thermum, ne quæstori suo legatos anteferat. [Per trien. fore.) Qm̄ tres erāt fratres, & quisq; p se trib. pl. futurus erat. Triplex est. n. in his, quę tempus signant dicēdi modus. Aut in accusatiuo sine præpositione. Teren. Tandem non ego illa careā si sit opus, uel totum triduum. Aut in ablatiuo sine p̄positione. Cicero: Paucis enim diebus erā missurus domesticos tabellarios, aut in accusatiuo cum præpositione. Quint. Post impetratam studijs meis quietem, quam p uiginti annos erudiendis iuuenibus impenderam. [Turbulenta) Metaphora, uidebat enim Cæsarem, & Pomp. uelle remp. occupare. [Tribunitios terr.) Ex quo tres fratres dixit per triennium trib. pleb. futuros, & bene terrores dixit. maxima enim erat tribunorum auctoritas, omnia enim decreta Senatus irrita habebantur, nisi per eos approbata fuissent. Adde, ꝙ q, t, p, licet uocationem non haberent, ut inquit Varro, non modo priuatum, sed etiam consulem in rostra uocari iusserunt. Sed quare ius uocādi non haberent, cum summam coercendi potestatem habuissēt A. G. explicauit. Et alibi nos de tribunis locuti sumus [Præsertim) Hac potissimū ratione. [Siue re) Quoniā iustum, & honestum [Offenderit) In aliquo errauerit [Nihil tibi offenderit) In nullum detrimentum tuū, siue dedecus cadet. Sed si quid mali, & dedecoris erit, sibi erit. [Proficiscebar in Ciliciā] nam cum Ariobarzane rege ibi steterat. [Oportere] Cōuenire, iure amicitiæ nostræ, quia motus hæc omnia ad te scribēda putauī. [Dij approbent: ꝙ tibi succedat. Dij bene uertāt, apud antiquos dici solebat, quando aliquid præter spem ueniebat, cū aliter euenire timuissent, quibus rebus ita se in utranque partem uertentibus. Vertumnū deū præesse putabat antiquitas [Si me audies) Mihi auscultabis, & si meis uerbis audiēs fueris. Nec ausim dicere. [Si meis uerbis audies) licet ī captiuis duo Plau. dixerit: Haud audiebat facto, dicimus. n. audiens sum tibi, ꝓ obedio tibi, & audiēs sū te, pro audio te. [Posteritatis ocio cōsules) ut tu, & posteri tui omnes trāquille, & quiete uiuant, hoc cōsequi poteris, si q̃ storē istū beneficijs tuis afficies Est. n. tibi cōsulere, tibi ꝓuidere. Luc. Consulite extremis angusto in t̄pore rebus. Sed ad corporis, & rerū extremitatē magis q̃ ad animi bona ꝑtinere uidet̄.

Præsto *Præstantia* *Indies* *Indiem* *Quotidie* *Inhoras* *Inhorā* *Inimicitia legitur Apud Cice. in Tusc.* *Nobilitas* *Nobilis* *Eximi⁹* *Insignis* *Perspicio* *Frater* *Bene uertat*

OFFICIVM &c.] Thermus proprætor, seu proconsul Bithyniæ scripserat ad Cic. sibi eius officium in Rhodonē gratū fuisse, de quo se gaudere nunc dicit Cic. monetq. ne lagatos quæstori, de poteti p̄ferat. Ordo est: Ego gaudeo uepræsertim tā nobili, & poteti p̄ferat. Ordo est: Ego gaudeo uehementer officiū meum erga Rhodonem, & cetera studia mea, q̃ præstiti tibi, ac tuis, scilicet amicis esse grata tibi homini gratissimo. [Et scito dignitatem tuā esse mihi curæ in dies maiori, quæ quidē dignitas tua amplificata est à te ipso, integritate, & clemētia tua, sic ut nihil uideatur posse addi. s. ad eā. Sed illud meū consilium, quod ostēdi Aristoni nostro. s. cōi amico, initio, ut. i. Postquā, uenit ad me, placet mihi quotidie magis magisq. uidelicet te suscepturū esse graueis. i. molestas tibi inimicitias, si adolescens. s. quæstor tuus, quem nō nominat, potēs, & nobilis, affectus esset à te ignominia. s. in præferēdis illi legatis, & herele erit ignominia sine dubio. Enim, pro quia, tu neminem habes superiorem gradu honoris. Autē. i. sed, ille s. quæstor tuus, ut omittā. i. taceam nobilitatem eius, uincit hoc ipso, legatos tuos optimos, & homines innocentissimos, ꝙ est, & . i. simul quæstor, & . i. simul quæstor tuus. Quæstor autē à conquirendo, & colligēdo, dictus est, qui publica vectigalia recipiat, & stipendiū militibus ponit. Ego perspicio, ne forte id dicat, aut cogitet hoc addit, neminem iratū, idest licet sit iratus, posse nocere tibi, sed tamē nolo, te habere inimicos tres fratres natos summo loco, idest clarissimis natalibus, promptos, idest expeditos ad dicendū, & faciendum, non indisertos, idest, nō imperitos artis dicēdi, quos uideo . i. animaduerto, fore deinceps, idest, per ordinē tribun. pleb. per triennium. Autem, idest, sed, licet nemo tibi, his rebus stātibus, nocere possit, quis scit qualia, tempora sint reipub. futura? q. d. ne mo. Quidem. i. certe, ea uidētur mihi fore turbulenta, sicut maxime fuerunt, ut ex ultima epist. ad Cœlium ædilem patuit. igitur, cur. i. qua de causa, q. d. nulla iusta: Ego uelim te incidere in terrores tribunitios, q. d. licet nocere forte nō poterunt, terrere tamē poterunt. Præsertim cum possis anteferre legatis quæstorē si ne reprehensione cuiusquam, cui. s. quæstor, si præbuerit se dignū maioribus suis, ut spero, & opto, sup eum se præbiturum esse, fuerit, sup. id laus tua ex aliqua parte, quia tu primus cum ad dignitatem promoueris, sin. i. sed si, ipse offenderit. i. peccauerit, totū sibi, idest detrimentum, & dedecus suum, nihil tibi, quia tu cum quem debes, prætuleris. Ego existimaui me oportere scribere ad te ea, quæ ueniebāt mihi in mentē, q̃ arbitrabar ꝑtinere ad te, q̄d . s. hæc scribēs ꝓficiscebar in Ciliciā, ego uelim dij approbēt id, q̄d tu egeris. Si audies me. i. obedies mihi, tu uitabis inimicitias, & consules. i. prospicies, ocio . i. paci, posteritatis, idest, post te futurorū, quia ex simultate iacta longa surgere solet discordia.

ASG.

ARGVMENTVM.

Gratulatur Cœlio de quæstura per illum obtenta, dicitq. se gaudere, quod talem nactus quæstorē, cum non possit gratior, aut acceptior, aut etiā iucūdior cōtingere, ut uidelicet ex cōsuetudine crescat amicitia.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Gaudet ob quæstorem sibi datum, quem maxime cupiebat, & ut ad se ueniat, antequam è prouincia decedat, hortatur.

M. CICERO IMPER. C. COELIO, L. F. QAEST. DES. S. P. D. 19

CVm optatissimum nuncium accepissem, te mihi quæstorem obtigisse; eo iucundiorem mihi eam sortem sperabā fore, quo diutius in prouincia mecū fuisses. magni enim uidebatur interesse, ad eam necessitudinē, quam nobis sors tribuisset, consuetudinem quoque accedere. postea cum mihi nihil neque à te ipso, neque ab ullo alio de aduentu tuo scriberetur: uerebar, ne id ita caderet, quod etiam nūc uereor, ne ante, quam tu in prouinciam uenisses, ego de prouincia decederem

derem. accepi autem à te missas literas in Cilicia, cum essem in castris, ad x. cal. Quinct. scriptas humanissime; quibus facile, & officium, & ingenium tuum perspici posset: sed neque unde, neque quo die datæ essent, aut quo tẽpore te expectarem, significabant: nec is, qui attulerat, à te acceperat; ut ex eo scirem, quo ex loco, aut quo tempore essent datæ. quæ cum essent incerta, existimaui tamen esse faciẽdum, ut ad te Statores meos, & lictores cum literis mitterem: quas si satis opportuno tempore accepisti; gratissimum mihi feceris, si ad me in Ciliciam quamprimum ueneris. nam quod ad me Curius, cõsobrinus tuus, mihi, ut scis, maxime necessarius, quod item C. Virgilius, propinquus tuus, familiarissimus noster, de te accuratissime scripsit. ualet id quidem apud me multum, sicuti debet hominum amicissimorum diligens cõmendatio: sed tuæ literæ, de tua præsertim dignitate, & de nostra coniunctione, maximi sunt apud me ponderis. mihi quæstor optatior obtingere nemo potuit. quamobrem quæcunque à me ornamenta in te proficiscẽtur; elaborabo, ut oẽs intelligant, à me habitam esse rationẽ tuæ, maiorumq; tuorũ dignitatis. sed id iã facilius consequar, si ad me in Ciliciam ueneris. quod ego & mea, & reip. & maxime tua interesse arbitror. Vale.

HVB.

CVM &c.] C. Cœlius adolescens nobilissimus, & optimus, designatus fuerat quæstor Cic. in cilicia, quare primũ Cic. se ualde gaudere ostẽdit. Deinde quia iamdiu neq; à Cœlio, neque à quoquam alio literas acceperat de eius aduentu in Ciliciã, & appropinquabat finis magistratus, Cic. dicit se uereri, ne Cœlius tantum differat aduentum suum, ut ipse Cic. ante discesserit ex prouincia. Ex quibusdam autem literis eius dicit se nihil perspicere potuisse, quia in his, neque dies, neq; locus erat scriptus unde essent datæ. denique ostendit Cic. quòd licet Cęlius à quibusdam sibi amicissimis fuerit commendatus, nulla tamen cõmendatio maior apud se esse potest de eius dignitate, quàm literę ipsius. Quamobrem rogat ipsum, ut ueniat quamprimum. pollicetur enim se omnia in eum collaturum, quod facilius efficere poterit, si fuerit in Cilicia apud eum. [Optatissimum] Gratissimũ, iucũdissimum. [Te obtigisse[Te uenisse, electum esse. [Eam sortem] Eam fortunam, ꝙ obtigisses mihi quęstor, nam sorte eligebantur.] Eo] Tanto [Quo] Quanto [Diutius] Longiori tempore, quia multum temporis fuerat hic Cœlius cum Cic. in ꝓuincia, antequã factus esset quæstor. [Magni interesse] Plurimi referre, magni esse ponderis, & momenti. [Consuetudinem] Cõuersationem, quam habuissemus ante simul in prouincia. [Necessitudinem] Coniunctionem, scilicet quæsturę [Sors] Fortuna. [Accedere] Addi, adiungi, idest, uidebatur mihi esse maximum quiddam, quod ad conuersationem, quæ antea inter nos fuisset in prouincia, adiungeretur ẽt ista necessitudo quæsturæ, quam fortuna, quæ te quæstorem meum esse uoluit nobis dedisset. [Scriberetur] Pro scribebatur, eleganter apud Cicer. sæpe ita legitur. [De aduentu tuo] Quando esses futurus. [Verebar] Timebam, uel dubitabam. [Caderet] Accideret, simplex, pro composito. [Decederem] Abirem de prouinciaante tuum aduentum. [Accepi] Dixit ex eius literis cognouisse eius ingenium optimum, sed non quo tempore esset uenturus. [Humanissime] Benignissime. [Officium] Erga me. [Ingenium] Eruditissimum.]Perspici.] Cognosci. [Sed neque, significabant] Non indicabãt. [Vnde] Ex quo loco, an Roma, an aliunde. [Quo tempore] An sero, an cito. [Nec is] Nec ille. [Attulerat] Ad me literas tuas.] Acceperat, à te] Sed ab alio, cui fortasse tu ante dedisses ferendas. [Ex eo] Quia q accipit lr̃as ab eo, q scripsit, aut misit, scit quo loco, quo tp̃e sint datæ, quod scire non possunt, qui interdum per iter ab alijs accipiunt. [Quæ] De aduentu tuo. [Statores] ut diximus supra, satellites [Lictores. Ministros meos, ut dictũ est supra, existimaui faciẽdum, ut mitterem: elegãter utitur Cic. pro existimaui mittendũ, existimaui faciẽdum, ut te admonerem, pro existimaui te admonendũ. & sic de reliquis. [Opportuno] Idoneo, ut possis accelerare anteq̃ ego, finito magistratu, discẽdam.] Quamprimũ] Raptissime, celerrime. [Nam ꝙ] Dicit nullius literas cõmendatitias de Cœlio plus apud se ualere, q̃ literas ipsius Cęlij, licet istorũ. quos nominat, literas plurimum ualere dicat. [Necessarius] Amicus [Propinquus] Sanguine, nõ habitatione. [Valet] Potest, & habet magnum pondus. [Sicuti debet commendatio.] Quia commẽdatio amicissimorum nostrorum multũ apud nos ualere debet. [De tua] id. q. si multum ualerent pro dignitate alterius, quantomagis pro tua. [De nostra coniũctione] De nostra beneuolentia, & necessitudine huius tuæ quæsturæ. [Maximi ponderis] Maximę auctoritatis, maximi effectus. [Quęcunque ornamenta] Oẽs honores. ponitur. n. hic, quæcunque, simpliciter pro omnia, neq; habet aliquam uim relatiui in hoc loco. [Proficiscentur in te] Venient ad te, in te conferentur. [Habitam rationem] Habitum respectũ, habitam consideratione. Tuorum maiorum] Qui homines clarissimi fuerunt [Consequar] Efficiã. [Interesse] Vtile esse, hunc autem Cęlium eum sine dubio esse puto, quem Cic. de prouincia discedens, prouinciæ præposuit, ut uisum est in epistola, q̃ incipit. Non potuit accuratius. unde apparet non esse obseruatũ, ut epistolæ in hoc uolumine eo ordine ponerentur, quo essent scriptę, nam hanc scriptam ante memoratã ad Cęlium ædilem omnibus sanè intelligentibus, facilime cõstat. Itemq. est de multis alijs in alijs libris dispositis, & maxime, quę sunt in sequenti lib. ad Appiũ scriptæ, q fuit proconsul, & Imperator in Cilicia ante Cic. cũ in pręcedẽtibus appareat eũ iã fuisse in ꝓuicia, & successisse App. debuerat igit̃ hic tertius liber, q sequit̃, p̃poni secũdo.

Quęcũque

PHIL.

CVM optatissimum] Voluptatem ostẽdit, quam receperat, ꝙ Cœlius sibi quæstor obtigisset, & molestiã ꝙ nimis tardare uidebatur. timebat. n. ne antequam Cœlius in prouinciam ueniret, ipse de prouincia decessisset. Demum omnia ꝓ eo se facturum pollicetur, & maxime hortat̃, maturet accessum, & id reip. ac utriusque ipsorum plurimum interesse cõmemorat. Is est ille Cœlius, quem Cicero de ꝓuincia decedens prouincię pręposuit, ut in superiori dixi epistola, ex quo apparet has epistolas nõ esse ordine collocatas. inquit enim; ego de prouincia decedẽs, quæstorẽ Cęlium præposui prouinciæ [Nuncium] Tam ꝓ eo, qui nunciat, q̃ ꝓ re ipsa quæ nunciatur, masculino genere dicimus. [Eam [Sortem, fortunam, qđ. s. mihi quæstor obtigisset. Eo & quo, tãto, & quanto. Magni. n. facta propositione rationem adiũgit, pro qua maxime has dictiones locare solemus. nam. n. nãque. [Magni]. i. plurimæ utilitatis, & magni momenti. [Necessitudinem] Coniũctionẽ, & amicitiam. Est enim necessitudo, ut inquit Gellius, ius quoddam, & uinculum religiosæ cõiunctionis, & eiusdẽ significationis dicit esse necessitas, à qua necessarij aliquo iure affinitatis, atq; familiaritatis coniuncti appellãtur. Altera utriusq; uocabuli significantia nota est omnibus. Quod autem necessitas pro iure amicitiæ, ac affinitatis vinculo posita sit, Cęsar in Plancia rogatione ostendit his uerbis: Equidem mihi uideor pro nostra necessitate, non labore, non opera, non industria defuisse. Est autem sensus: Mihi quid præstantissimum esse uideatur, qđ ad nostram consuetudinem, quę diu inter nos fuit, etiam ista necessitudo, & coniũctio quæsturæ accederet, quã sors ipsa, & fortuna nobis dedit, & quæstor meus esses. [Consuetudinem] Cic. nunquam dixit conuersationem. [Accedere] Adiungi in Ciliciã. huius ꝓuinciæ initium dicunt Coracesium oppidum, sed Artemidorus Celederim ciuitatẽ [Ad X. cal. Quint.] Circiter xx. diem Iunij. Sed animaduerte, cum dicimus decimo calendas, & ad decimũ calẽdas. nam per decimo calẽdas dies certus ostenditur, q est decimus a calendis futuri mensis. Sed cum dicimus, ad decimum calendas, non ipsum decimum diem accipimus, qui est ante calẽdas futuri mensis, sed aliquem diem illis proximum. Itaq; ad ꝓ circiter accipiendũ est. Quinctilis uero mẽsis à numero appellatus est, qui erat quintus à Martio, à quo annus cepit initium. Inde quoniam Cęsar eo mense natus est, in eius honorem Iulius nominatus est, & qui sequitur sextilis dicebatur. nunc Augustus ab Octauio Augusto dictus est. September Germanici nomẽ accepit. Inde Octobrem Domitianus iussit suo nomine appellari. Sed ubi infaustũ, ut ait Macrobius, uocabulum uisum est, ex omni ęre, uel saxo placuit era di. Menses quoque usurpatione tyrannicæ appellationis exuti sunt. Cautio postea principum dici omnia infausta uiuentium mensibus à septem usque ad decem prisca nomina reseruauit. [Faciundum) Caue dicas, fiendum. [Statores) Hos, uernaculo sermone prouisionatos dicimus, à sistendo, uel stãdo appellatos, unde Iupiter stator, ꝙ stare fecerit fugiẽtes Romanos, qui apparitores magistratuũ nuncij, tabellarij ue fuerint statores appellati sunt [Lictores] A ligãdo appellatos uult Gel. ex opinione Valgij Rufi. Tiro tamẽ Ciceronis libertus à linio, uel à litio, quo cincti erant, & magistratibus ministrabant, lictores dictos refert. [Propinquus) Ad genus, & sanguinem, uicinus ad loca [Cõsobrinus) Quasi sororius dictus est. Sobrini enim sũt ex duabus sororibus ex fratre. Cõsobrini uero ex fratre, ac sorore, cum alter ex fratre, alter ex sorore natus sit. Ac ex duobus fratribus patrueles nominantur. [Neceassrius] Amicus. [Maxime) Pompeius, quod plurimum facio pro cuiuscunque commendatione, sep præsertim ꝓ dignitate, & honore tuo. [Proficiscentur) Conferẽtur. [Ornamẽta) Honores, & cõmoda. [Habitam esse rationem) Habere rationem, cum genitiuo positum significat respectũ habere, sed quãdo

Núcius.

Necessitudo

Necessitas

Necessarius

Notandum

Quinctilis

Stator

Lictor

Propinquus

Vicinus

Consobrinus

Sorori•

Patruelis

Habere ratione

do ablatiuum ponimus cum hac præpositione, cũ significamus habere commercium, atq; negociũ. Cic. in carmine maiori. Rationem habet cum terra, quæ nunquam recusat imperium.

ASC. CVM optatissimum &c.] Gratulatur Cœlio Lucij filio, non quidem superiori, sed alteri, quod sibi quæstor sit designatus. Ordo est: Cum ego accepissem nuncium optatissimum, utpote te obtigisse, idest, sorte quadam euenisse quæstorem mihi, idest, in prouincia mea mecum sperabam eam sortem. i. sortionem fore mihi iucundiorẽ eo, idest, tãto, quo. i. quanto, fuisses diutius mecum in prouincia, non enim solebant quæstores assidue, aut statim esse in prouincia, sed cum pecunia publica recipiẽda, & militibus persoluenda esse. tenim, quia uidebatur. s. mihi interesse, idest referre magni ad eam necessitudinem. i. uinculũ amoris, q̃ sors tribuisset nobis, quoque. i. etiam, consuetudinem. i. familiarem cõuersationem acedere. i. addi. Sed supp. Posteaquam nihil scriberetur mihi, neque à te ipso, neque ab ullo alio, de aduentu tuo, uerebar, qđ etiam nunc uereor, ne id caderet. i. eueniret ita ne, prout priusquam uenisses in prouincia, decederem de prouincia. Accepi autem, cum essem in castris, ad. i. circiter, decimum. s. diem, calẽdas. i. ante, aut inter calendas. Quinctiles. i. Iulias, literas missas à te scriptas humanissime. quibus & officium, & ingenium tuum posset perspici facile. Sed literę illæ neque significabant. i. neque exprimebant, unde. i. de quo loco, neq; quo die essent datæ, aut quo tempore ego expectarem te. Nec is, qui attulerat, eas, acceperat, sup. eas, à te, ut scirẽ ex eo, ex quo loco, & quo tempore essent datæ. Quo. s. loco, & quo tempore &c. cum essent incerta, tamen. i. nihilominus ego existimaui esse faciendum, ut mitterem ad testatores meos. i. satellites, & nuncios ad hoc paratos, quales sunt, quos postos dicunt Galli, & lictores. i. ministros publicos, cum insignibus suis, cum literis meis, quas si accepisti tpe satis opportuno, ut. s. ea, quę mãdarem, exequi posses, tu feceris mihi gratissimum, si ueneris, quamprimũ. i. ualde cito ad me in Ciliciam. Nam q̀ Curtius cõsobrinus tuus. i. sororis patris tui filius, necessarius mihi maxime. i. maxima necessitudine deuinctus mihi, ut scis itẽ q̀ Ci. Virginius ꝓpinquus. i. consanguineus, tuus familiaris noster scripsit accuratissime de te, id quidẽ ualet multum apud me. Tantum. n. ualuit, q̀ eum postea uicariũ reliquerit, sicut diligens cõmendatio hominum amicissimorum debet. s. multum ualere, sed literę tuę præsertim de tua dignitate, & de nostra cõiunctione. s. per uinculũ amicitiæ sunt apud me maximi põderis. Nemo potuit obtingere. i. sorte euenire mihi, quęstor opratior. s. q̃ tu, quamobrem. quęcunque ornamenta proficiscẽtur à me in te, hoc est, quibuscunq; te ornabo, ut omnes intelligant rationem. i. respectum, & curã dignitatis tuæ, & maiorũ tuorum esse habitam a me. s. in te ornando. Sed ego cõsequar iã facilius, id. s. ut te ornẽ ꝓ dignitate tuã, si ueneris ad me in prouinciã, quod. s. te uenire in prouinciã priusquã discessero. ego adhuc arbitror interesse. i. i rẽ, & utilitate esse, & mea, & reip. & maxime. i. pcipue tua. Quia decreuerat eũ derelinquete uicariũ, donec successor aduemiret, qđ ẽt ex superioribus fecisse cõstat.

M. TVLLII CIC.

EPISTOLARVM AD APPIVM.

LIBER TERTIVS.

ARGVMENTVM TERTII LIBRI.

Tertius ferè liber scribitur ad Appiũ Pulchrũ. Sed norit lector nõ seruatũ esse ordinem temporũ in epistolarum libris. Nã argumenta secundi libri erant ante argumenta tertij. Appius. n. erat ante Ciceronem in Cilicia prouincia, & tamen epistolæ secundi ex Cilicia à Cicerone ferè missæ sunt.

ARGVMENTVM.

Commendat primum Phaniæ prudentiam, tum amorẽ suum in Appium modeste commemorat, & Appium mirifice laudat. & Cilicem libertum eius satis extollit. Et ultimo Valerium, quem prius, quod se iurisconsultum diceret, risit, nunc quod bonus uir sit, laudat.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Principium epistolæ apodiosis est, De republica nihil scribo, quã uis tu petieris, nam Phania tibi rem omnem aperiet. Deinde animũ suum erga Appium declarat. Sunt & aliquot cõmendationes personarum, sed præcipue L. Valerij iurisconsulti.

M. CICERO APPIO PVLCHRO IMP. S. P. D. I



SI ipsa resp. tibi narrare posset, quo modo sese haberet, non facilius ex ea cognoscere posses, quàm ex liberto tuo Phania: ita est homo non modo prudens, uerum etiam quod uidi, curiosus, qua propter ille tibi omnia † explanabit, id enim mihi, & ad breuitatem est aptius, & ad reliquas res prouidentius. De mea autem beneuolentia erga te etsi potes ex eodem Phania cognoscere, tamen uidentur etiam aliquæ meæ partes. sic enim tibi persuade, carissimum te mihi esse cum propter multas suauitates ingenij, officij, humanitatis tuæ, tum quòd ex literis tuis, & ex multorum sermonibus intelligo, omnia, quæ à me profecta sunt in te, tibi accidisse gratissima. quod cum ita sit perficiam profectò, ut longi tẽporis usuram, qua caruimus intermissa nostra consuetudine, & gratia, crebritate, & magnitudine officiorum meorum sarciam. Idq́; me, quoniam tu ita uis, puto non inuita Minerua esse facturum, quam quidem ego si forte de tuis sumpsero, non solum Palladã, sed etiam Appiada nominabo. Cilix libertus tuus, antea mihi minus fuit notus, sed, ut mihi reddidit à te literas, plenas & amoris, & officij, mirifice ipse suo sermone subsecutus est humanitatem literarum tuarum. Iucunda mihi eius oratio fuit, cum de animo tuo cum de sermonibus, quos de me haberes, quotidie mihi narraret. quid quæris? biduo factus est mihi familiaris; ita tamẽ, ut Phania ualde sim desideraturus, quem cum Romam remittes, quod, ut putabamus, celeriter eras facturus; oĩbus ei de reb. quas agi, quas curari à me uoles, mandata des uelim. L. Valerium iurisconsultum ualde tibi commendo. sed ita etiam, si non est iuriscõsultus, melius enim ei cauere uolo, quam ipse alijs solet. ualde hominem diligo. est ex meis domesticis, atque intimis familiaribus. omnino tibi agit gratias, sed idem scribit, meas literas maximum apud te põdus habituras. id eum ne fallat, te etiam atque etiam rogo. Vale.

† Alias explicabit

HVBERTINVS



SI ipsa respubl.] Rogatus Cic. ab Appio Pulcho Imperatore in Cilicia, ut sæpe ad eũ scriberet, quid in republ. ageretur, dicit, se breuius scribere, quia Phania eius libertus uir curiosissimus omnia diligentissime explanabit, quem summopere laudat. Itaque hac causa de republ. parcius scribit, de amore autem suo erga eum, ita summatim scribit, ut dicat eum sibi carissimum, & propter humanitatem eius, & propter gratitudinẽ. Itaque pollicetur se esse resarturũ quid qđ intermissum est & officijs, & literis. Postea laudat ẽt Cilicẽ libertũ Appij, ita tñ, ut ei uideatur anteponere Phaniã, de quo in principio epistolæ dixit. Postremo cõmẽdat ei. [L. Val. quẽdã iuris professorẽ, quẽ & gratũ erga Lent. esse ostẽdit, & maximã habere fiduciã in literis. Cic. de se cõmendatitijs ad Lent. [Ipsa] Quę optime se nouit. [Narrare posset] Haberet linguã, ut posset ipsa statum suum exprimere] Quo modo] In quo statu. [Facilius] Clarius. [Liberto] Libertus is dicitur, qui cum esset seruus, manumissus est, & libertate donatus. [Ita est non modo prudens] Intelligẽs, memor eorum, quæ uidit, aut audiuit. Nam prudentiæ tres sunt partes, intelligentia præsentium, memoria præteritorum, prouidentia futurorum. [Curiosus] Solicitus, diligens in uestigandis rebus. [Quod uidi] idest, quantum uidi & cognoui. [Explanabit] Planè declarabit, Id enim dicit dupliciter sibi prodesse, quod Phania omnia Ap. explanabit. [Id] scilicet, quòd omnia tibi explanabit. [Ad breuitatem lit.] Vt breuius scribam: prima commoditas. [Et ad reliquas res] Id est ceteras in repub. tractandas, secunda cõmoditas. [Prouidentius] Aptius, & utilius. [De mea] Dicit sua interesse aliquid scribere de suo erga Appium amore, licet Phania possit etiam aliquid referre. [Aliquæ meæ partes] Aliquantulum mea interesse, & esse ex aliqua parte officium meum. [Persuade tibi] Certissimum habe, confide. [Suauitates] Delectationes ingenij, quo plurimum polles: ego autem ualde delector ingeniosis. [Humanitatis] Doctrinę, officij, quod assidue pręstas in

Libertus

Tres partes prudentiæ

seruanda

seruanda amicitia nostra. Tū: alia causa quare habet ipsum amicissimum, quia nouerit ipsum gratissimum acceptorum à se beneficiorum. [Accidisse] Euenisse. (Quę ꝑfecta,] scilicet, quę collata sunt à me in te. [Quod) Quæ res idest, quòd omnia, quæ in te contulit tibi acciderint gratissima. [Perfidiam) Cōsequar re ipsa, & effectu faciam. [Sarciam) Reficiam, emendem. Translatio sumpta a uestibus, quæ scissæ & ruptæ dicuntur resarciri. Terēt. in Adelph. Vestes scindit, resarcientur. ita per translationem dicūtur resarciri res, quæ sunt interruptæ, & intermissæ. [Vsurā] Vsumfructum. [Qua) Vsura. [Intermissa) Interrupta, cessante. [Et gratia] Beneuolentia, & hæc sunt quibus uult resarcire usuram temporis scilicet gratia ad amorem crebritate, & magnitudine, ut frequentiora, crebriora, & maiora fiant quam consueuerunt. [Id Vt resarciam, & gratia, & crebritate, & magnitudine officiorum. [Non inuita Minerua] Non repugnante natura, & ingenio meo, nam Minerua plerunque apud Cic. pro ingenio ponitur. Item Horat. Tu
Minerua nihil inuita facies dicesve Minerua. [Quoniam tu ita uis] Quoniam ita tibi placet, & sentis, quòd non inuita Minerua omnia faciam. [Quam quidem] Mineruam, idest promptitudinem ingenij. [De tuis] scriptis, & officiis sumpsero, idest si sumpsero idem ingenij officium, quod præsto, non solū appellabo illam Mineruam tuam [Pallada) Hoc est suo nomine, sed Appiada, ut à te accipiat nomen, q d. ingenium, & mansuetudinem quandā Appianam. Appias autem habet formam patronymici ab Appio, hæc Appias Appiadis. [Cilix) Laudat hūc libertum. serui enim plerūque à prouincijs accipiunt nomina, ut à Cilicia Cilix, à Syria Syrius, eadem nomina retinent facta liberti. [Minus notus:] Incognitus. [Sed ut] Sed postquam amoris tui erga me, illis literis demonstrati. [Mirifice) Valde. [Subsecutus] Imitatus nam sicut tu humanè scripseras, ita & ipse humanè mecum locutus est. [Suo sermone] Quem mecum habuit de te. [Iucunda) Grata. [Oratio) Sermo. [Cum de] Hoc est, cum maxime mecum loqueretur, & quòd me amas, & quòd de me quotidie honorifice loquaris. [Quos) Sermones [Haberes) Diceres. [De me) De mea commēdatione honorifice. [Biduo) Duob. diebus, quasi dicat, breui spatio temporis. [Ita tamen] Subaudi factus familiaris, & præponit Phaniam huic Cilici. [Sim desideraturus] Expectaturus. [Quem) Phaniam. [Cum remittes) Ex Cilicia. [Quod] Remittere ipsum Romam [Celeriter) Breui. [Vt putabamus) Quia sciebamus multa esse, quæ Romam esses missurus. [Des mandata) Ei mandes, & committas. [Agi] tractari. [L. Valerium) Commendat ei amicū, & familiarem suum. [Iuris consultum] Iurisperitum & sapientē. Ita enim se appellabat, ut dictum est, ut ultima epistola primi libri. [Sed ita etiam] Subaudi commendo. [Si] Quamuis, [Non est] Nam arrogabat sibi id nomen, dicit ergo Cic. eum tibi commendo, etiam si non est is, quem profitet. [Cauere] Consulere, prouidere. [Quam ipse alijs] Quia propter imperitiam iuris plerunque amittit causas, quas suscipit defendendas. [Hominem] Valerium. [Intimis] Propinquioribus, ab intra. n deducitur intimus.
Intimus. [Omnino) Ostendit eū esse gratum erga Appiū, quia gratias agit Appio de ijs q̃ erga eū fecit. [Idem) Lētulo. [Scribit] Ad me ex Cilicia. Literas) Cōmendaticias. [Id] Quòd meę literę habebāt magnū pondus apud te. [Ne eū fallat] Ne hac opinione decipiatur.

PHIL. *S I ipsa respublica*] Fuerant olim inter Cic. & App. singularis beneuolentia, & iucundissima consuetudo, quæ aliquantulū intermissa, hic nūc literis reuocat' in gratiam. Meminit ueteris inter se consuetudinis, & ita narrat omnia, ut simultatis oblitus esse uideatur. App. in Cili. proconſ. & Imperator erat exercitus, ad eum Phania se confert, cui dat Cic. ad Appiū literas breuiores, quàm instituerat, quoniam relaturum esse Phaniam omnia diligentius putabat, quæ in repub. gerebantur. Tangit adhuc quædam de amore suo in App. quem dicit esse sibi carissimum, & lōgi temporis usuram, qua caruerunt literarum crebritate resartурū. Laudatur & item Phania, & in calce literarum ei L. Valerium commendat. Respubl. Rom. apud Dion. inquit se audire multas esse apud Gręcos, & Barbaros rerum publicarum formas, tres uero ex omnibus esse ab eis, qui utantur, summe laudatas, nec ullam tamen earum esse sincerum, uerum pestes adesse quasdā unicuiq; ingenitas, ita difficilis fieret optima electio, uidebatque eos ꝑ ocium consultantes dicere vtrum se ab uno gubernari an a paucis uellent, a constitutis legibus populo promittere reipubl. patrocinium. [Narrare) Tanquā res animata. [Quo modo) Quo in statu & fortuna. [Prudens) Vt meminit omnia, quæ uidit, & audiuit in republ. Prudētiæ partes sunt memoria, intelligētia, & prudentia [Curiosus) Diligens, & accuratus ad indagandas, & ꝑscrutandas res. [Id enim) Quod Phania sit ita prudens, & quòd facilius omnia explicabit [Ad reliquas res] Prouidentius. eū ea, quæ sunt secreta rerum in republ. tractanda, quæ tuis literis cōmitti non possint, ipse tibi omnia explicabit. [De mea autem beneuolentia [Id nunc ipse non diceret, nisi simultas inter eos fuisset exorta, intermissa amicitia. [Meæ partes] Officia, & effectus. partes enim numero pluratiuo, idem significant, quod officium, ut meę partes sunt, hoc est meum officium, & ad me attinet, ad me pertinet, mei muneris est. [Persuade] Certissimum puta. [Suademus facilia] persuademus difficilia. Et suadere facientis, est persuadere ꝑficientis [Ingenij) Optimæ naturæ, & est δίαλυτον. Officij quo me ꝑsequeris [Humanitatis] Nunc mansuetudinem quam Gręci φιλανθρωπίαν dicunt, alias eruditionē significat, in qua signifi- Humanitas
catione nūc etiam capere possemus, unde humanitatis studia nūcupātur, idest eruditionis, quam παιδείαν Gręci uocant, quod in Suadeo Persuadeo
Cat. maiore uidet' accepisse, cum ait: Non solum Athenis cognomē deportasse se, sed prudentiam, & humanitātem intelligo. Qđ tamen aptius Varro demōstrauit. Praxiteles, inquit, qui propter artificium egregium nemini est paulum modo humaniori ignotus. [Vsuram] Commercium illius temporis, quo simul usi nō sumus. Et uti ponitur pro uiuere. Terent. dederit unde utatur. i. uiuat, sic usura dicitur etiā uita, ut est illud. Vnius usura more gladiatoris isti uim dedisset [Sarciam) Reficiā, à scissis uestib. ducta metaphora, quæ resarciri dicuntur, quando scissæ sunt. [Quoniā tu ita uis] Ita uideris petere à me [Non inuita Minerua] Nō repugnante natura. Sic Maro Quid faciam, crassa Minerua mea est, & Horat. Tu nihil inuita facies, dicesve Minerua. [Quā] Mineruā & promptam naturam. [Non solum Pallada) Sed Appia, allusit, utrique nomini Mineruę, quę ēt Pallas nominatur, & Appium, unde à Minerua dixit Pallada, ab Appio Appiada, ut, quasi dicat ingenium quoddam Appianum, & Minerua à uerbo πάλλω. qđ est quatio Pallas nominata, & ab Appio Appias. Quod aūt uim minuat, Minerua nuncupatur. [Cilix) Phania. Errant qui alium credunt seruorum nomina multis sumebantur modis. Aut à nationibus, ut Cilix Misiæ Sirus, aut a maioribus, ut Pseudulus Dauus, aut à negocio, ut Dromo, aut ab accidētibus, ut Lesbia, aut ex spe formæ, ut Pinatius, non mutabant nomina, & si liberti fiebāt [Literarum] Tuarum. Nota ꝙ sicut uerba bene in fine adurescunt, sic etiam ꝓnomina. [Iucunda) Quæ mihi lætitiam, & uoluptatem attulit. [Quotidie) Nō semel, sed assidue. [Quid quęris] Quid opus pluribus. [Sed ita]. s. tibi commendo [Si non est iurisconsultus] Quamuis nō sit iureconsultus. id. n. sibi nominis arrogabat. [Cauere) Prouidere, cōsulere, iocatur Tullius cōmendando Valerium App. Erat homo fortasse nō multum eruditus, ideo De Cic. facetijs
sic de ipso loquitur. Solet interdum cum amicis iocari, cum esset admodum facetus in Lēt. enim generum suum, inquit: Quis generum meum gladio alligauit. Et in Vatiniū consulē Magnum, inquit, ostentum anno Vatinij factum est, quod illo consule, nec bruma, nec uer, æstas, nec autumnus fuit. Item in eundem. Volui in consulatu tuo uenire, sed nox me comprehendit. item semel interrogatus post Cęsaris uictoriam cur in electione partis errasset, respondit iocatus in Cæs. Præcinctura me decepit. Et item ad Cassium de Cæs. morte. Vellem Idibus Martiis me ad cœnā inuitasses, profecto reliquiarū nihil fuisset: nunc me reliquiæ uestrę exercēt. Plurimum his iocis Cic. delectatus est. ex qbus Tiro libertus libros fecit. Dicitur autem iurecōsultus, & iuriscō. à consultando appellatus. unde etiam consultor. Sed consultus est q. Iureconsul.
doctus, & sapiens. dignus quidē à quo petatur consiliū, tā participio quā nomine. Consultor uero, qui consiliū dat alijs, & qui ab Consultor
alijs consiliū capit. [Hominē) Illū L. Valeriū. Etiam atque ēt, pro uehemēter, interdū ēt significat adhuc, Terent. Nō satis me per Consultus
nosti etiam qualis sim Simo. Et alibi: Nil suspicans etiā mali. Etiam

S I ipsa resp &c.] Hęc est prima iij. lib. epist. ad App. pulchtum, A S C.
ad quem reliquæ ferè scribentur. est autem amicitiæ recōciliatiua, & imitatione digna. Primum commendat Phaniæ prudētiā, deinde amorem suum in Appium modeste commemorat, & Appium mirifice laudat, tum Cilicē libertū eius extollit, & demū Val. laudat. Sanè, quia Cicero Appio in Ciliciā successit, unde 2. lib. epist missę sunt, constat argumēta tertij libri ante secūda argumenta euenisse. Vnde non texitur hęc historia in epistolarū serie. Ordo autē uerborū hic est: Si ipsa respub. posset narrare tibi ô Appi, quomodo ipsa haberet sese, tu non posses facilius cognoscere. s. id ex ea, quā ex Phania liberto tuo ita. i. usq; adeo, est ipse homo, non modo, idest non solum prudens, uerū ēt, quod, idest quātum uidi. uir æquus. i. iustus, & curiosus. i. solers scrutator rerū, quapropter ille explanabit tibi oīa. i. negocia reipub. id enim est mihi, &. i. simul aptius ad breuitatem, prouidentius. i. consultius ad reliquas res. Etsi. i, quanquam, tu potes cognoscere ex eodem Phania de beneuolentia mea erga te, tamen etiam aliquæ partes uidentur meæ. i. ad me spectare, ut insinuē tibi. Enim. i. quia persuade tibi, sic te esse carissimum mihi, cum. s. ita sit, ꝙ propter multas suauitates ingenij, officii, humanitatis tuę, tū. i. multo magis, qđ intelligo ex literis tuis, & ex sermonibus multorum

torũ omnia, quæ ꝓfecta sunt à me, in te, idest omnia beneficia, quæ in te cõtulerim, accidisse gratissima tibi. Qđ, idest, quę res, scilicet, omnia à me profecta tibi gratissima accidisse, cũ sit ita, ego perficiam profecto, ut sarciam i. reficiã, hoc est reficiã profecto usuram. i. usum fructum, commercium, & mutuũ nostri usum longi temporis. i. quo, & qua uti potuissemus, & nõ sumus usi per lõgum tempus, utpote quo caruimus consuetudine. i. familiari conuersatione intermissa. i. ad tempus omissa, sarciã inquit, & gratia, & crebritate. i. fauore meorum, & frequẽtia, & magnitudine officiorum. s. in te collocatorum, & ego puto me factu rum, id quoniam tu uis, ita. s. ut id putem, Minerua. i. naturali industria mea, ac ui ingenij mei nõ inuita. i. astipulante. Vnde Flaccus: Tu nihil inuita facies, dices ve Minerua, quã. s. Mineruam si ego forte sumpsero de tuis s. rebus ordinãdis, ego nominabo nõ solũ Pallada, ut uulgo dicitur, sed etiã Appiada, hoc est nomine à te ducto, ut sit Minerua Appias, aut quasi Appij filia, aut quòd ad Appium pertinens, nam forma patronymici fœminei sępe ꝓ possessiuo utimur. Cilix. i. homo è Cilicia, nõ Phania, sed alter, libertus tuus, fuit mihi minus notus antea. sed ut reddidit mihi literas a te. s. missas plenas, & amoris, & officij. i. honorifici obseqj ipse subsecutus est. i. cõprobauit sermone suo mirifice humanitatem literarum tuarum. Oratio eius fuit iucũda mihi, cum narraret mihi quotidie, de animo tuo. s. in me, de sermonibus, quos haberes de me. Quid quæris. s. exitum rei, ipse factus est mihi familiaris biduo, idest spatio duorum dierum, ita tamen ut sim ualde desideraturus Phaniam, ergo nõ idem est, quod Phileticus tamẽ asserit, quem scilicet Phaniam, cum tu remittes Romam, qđ facturus eras. s. cũ hęc scriberemus, celeriter, ut putabamus, uelim, sup. ut des ei mãdata, idest, ut dicunt, commissiones de omnibus rebus quas uelles curari à me. Ego commendo tibi L. Valeriũ iurisconsultum quo nomine eũ irrisit in ultima epist. i. lib. quæ ideo forte ad finem huius erat ponenda, quòd non sub Lentulo, sed sub Appio in Cilicia esset, unde nunc addit: Sed ita sup. commendo eum, etiam si non est iurisconsultus, ego enim uolo cauere. i. consulere, & prouidere melius ei, hoc addẽdo. posset enim dicere Appius se nullum Valerium iurisconsultum illic nosse. quam ipse solet. s. cauere alijs. s. quos defendit. Ego diligo hominem ualde, ipse est ex meis domesticis, atque intimis familiaribus. Ipse agit omnino tibi gratias. s. de impensis beneficijs, sed idem scribit meas literas habiturus maximum põdus apud te. rogo te etiam, atque etiam, ne id, quod scribit, fallat eum. Vale.

ARGVMENTVM.

In hac epistola utitur cõciliatione argutissima, eo, quod Appio successor designatus sit, quod quia Appio non satis placere nouit, dicit sibi euenisse præter opinionem, & contra spem, usui tamen illi fore, & optandũ fuisse, ut iam amicum habeat successorem. Nam successor si æmulus fuerit, possit abeunti negociũ facessere. Diligẽter legenda est hæc à doctis.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Veritus Cic. ne Appij animũ à se alienaret, quòd ei in prouincia succederet, callide lenimenta quædam excogitat, quibus animum illius, ut alibi scire licet, irritabilem placet, & sibi conciliet. Deinde petit, ut prouinciam ei ita tradat, ut quã facillima ratione eã administrare possit.

M. CICERO PROCOSS. APPIO PVLCHRO IMP. S. P. D. 2

CVm & contra uoluntatem meam, & præter opinionem accidisset, ut mihi cum imperio in prouinciã proficisci necesse esset: in multis, & uarijs molestijs, cogitationibusq; meis hæc una consolatio occurrebat, quòd neque tibi amicior, quàm ego sum quisquã posset succedere; neque ego ab ullo prouinciam accipere, qui mallet eam mihi quã maxime † aptam, explicatamque tradere. quòd si tu quoque eandem de mea uoluntate erga te spem habes: ea te profecto nunquam fallet. à te maximopere pro nostra summa coniunctione, tuaque singulari humanitate etiam atq; etiã peto, & quæso, ut, quibuscunque rebus potes, (potes autem plurimis) prospicias, & consulas rationibus meis. uides ex S. C. prouinciam esse habendam. si eam, quo ad eius facere potueris quam expeditissimam mihi tradideris: facilior erit mihi quasi decursus mei tẽporis. quid in eo genere efficere possis, tui cõsilij est. ego te, quod tibi ueniet in mentem mea interesse, ualde rogo. Pluribus uerbis ad te scriberem, si aut tua humanitas longiorem orationẽ † expectaret; aut id fieri nostra amicitia pateretur, aut res uerba desideraret, ac non † pro se ipsa loqueretur. hoc uelim tibi persuadeas. si rationibus meis à te prouisum esse intellexero, magnã te ex eo, & perpetuã uoluptatem esse capturũ. Vale.

† alias, apertã

† alias, expeteret

HVB. CVM &c.] Nec quæras ordinem epistolarum, non enim extat, nam supra Ciceroin prouincia proconsulem fuisse legimus, nunc uero nõdum profectum uidemus. Successit Appio, & illi priusquam in prouinciam se contulisset, hac epistola blãdiendum putauit. Sciebat enim Appiũ moleste laturum dari sibi in prouincia successorem, maxime Cicero. cuius administratione eius laudes, & bene gesta facile obseruari possent, optabat etiam Appius in prouincia diutius permanere. Quapropter nunc Cicero Contra uoluntatem suã sibi accidisse conatur ostendere, ut in prouinciam proficiscatur, sed ad cõsolationem suam hoc duntaxat unũ, inquit, accedere, ꝙ nemo unquam Appio succedere potuisset, qui esset ei amicior, quã Cicero, nec Ciceroni quispiã tradere prouinciam quam expeditissimam maluisset, quam Appius, & ad id faciendum, & ad mutuum inter se amorem conseruandum uehemẽter hortatur. Hanc ob causam Cicer. in Ciliciã mittebatur, quoniam maximus Parthici belli timor instabat. [Contra uoluntatem] Inuitus enim ab urbe discedebat. [Cum imperio] cum præsessem exercitui, contra Parthos. [Hæc una pręcipua, & quasi sola [Occurrebat] Eueniebat, mihi ueniebat in mentem. [Quòd neque] Hæc est illa consolatio. [Qui mallet] Magis uellet, quam tu [Explicatam] Liberam, omnibus controuersijs solutam. [Ab ullo] A quoquam alio. Quod dixit quid speret ab Appio, nũc dicit, quod si App. eãdem habuerit spem de eo, minime falletur. [Ea] Spes. [Nunquam) Pro non: ut, Nunquam hodie effugies. &, Nunquam hodie omnes moriemur inulti. possumus tamen intelligere nunquam, nullo tempore. [Et te) Adiutat nunc ipsum Appium, ut ei tradat prouinciam explicatam. [Quęso) Rogo. [Peto] Gratis exigo. [Coniunctione) Amicitia. Prospicias, ꝓ uideas, quod declarauit, cum dixit, cõsulas, nam cõsulere hoc in loco pro prouidere accipitur. [Rationibus) Vtilitatibus, & negocijs. [Potes autem plurimis) Parenthesis est. [Ex senatusconsul.) Non mea uoluntate, sed quia ita senatus decreuit. [Si eam) Ordo est. Si tradideris eam mihi quam expeditissimam, quod quidem facere poteris, quasi decursus mei temporis erit facilior, quasi dicat administratio. translatio est, ideo dixit quasi [Quod quidem) quam rem, scilicet tradere eam mihi expeditissimam. [Tui cõnsilij) Tuæ deliberationis, idest tuum est cõsulere, & deliberare. [In eo genere) In hoc negocio cõponendæ, & expediendæ ꝓuincię. quam mihi tradas [Ego) Sẽsus, & ordo est. Ego ualde rogo te id, quod ueniet tibi in mentem, interesse mea, hoc est mihi esse utile, & ad me pertinere. [Veniet in mentem) Cogitabis. [Pluribus) Dicit tribus de causis se non pluribus ad eum scribere. [Si aut) Prima causa, homini enim uiri non expectat longam orationẽ. [Aut nostra amicitia) Amico enim satis est significare, quid ab amico uelit. [Pateretur) Sineret, permitteret. [Id scribere) Ad te pluribus. [Aut res) Tertia causa, idest si res egeret uerbis, honesta enim res non eget multitudine uerborum, quia sponte sua ipsa se commendat. [Ac non) Subaudi si [Ipsa) Res. [Non loqueretur] Pro se, commẽdatione sua. uidetur autem honesta res loqui pro se, quia inuitat, & quodãmodo cogit hoĩes ad se suscipiendã, aut faciẽdam. [Hoc uelim) Pollicetur remunerationẽ huius petitionis, si eã impetrauerit, quia Appius capiet magnã, & ꝑpetuã uoluptatẽ eo ꝙ fecerit, qa cognoscet se pstitisse officiũ grato uiro.

PHIL. CVM &c.] Designatus Cic. Imperator in Cilicia, & successor App. cum eius ingenium nosset, quòd ægre laturus esset dari sibi successorẽ qa uoluisset diutius esse in prouincia, & maxime Ci. qui singulari prouidentia potuisset laudes Apij, si quas esset adeptus in administratione prouincię, obscurare, existimauit Cicer. hac ep. Appium esse leniẽdũ, & sibi cõciliãdum. Itaq; ad excusationem suã ostendit, ꝙ cõtra uoluntatem suam, & opinionem accidisset ei, ut imperator in Ciliciã ꝓficisceret, sed cederetq. Appio, in multis, & uarijs molestijs suis hãc cõsolationem accipit, ꝙ neque quispiã posset succedere Appio, qui esset ei amicior, q̃ ipse Cic. nec Cic. posset succedere alij, q mallet ei tradere ꝓuinciam liberam, & expeditam, q̃ Appius, qđ quidem ita de se affirmat esse, hortatq. Appium, ut eodem modo, erga eũ sit effectus, ut ei prouinciam tradat liberam, & expeditã, ut facilior sit ei administratio, quod si fecerit, pollicet, & affirmat fore, ut Appius magnam ex hac re capiat uoluptatem [Contra uoluntatẽ] Quia nolebam, hoc negociũ prouinciæ administrãdæ, cum multo libẽtius essem Romæ. [Opinionem) Quia nunquam opinatus essem, ut qui solitus sum gerere consulatum ad proconsulatum, & in minorẽ magistratũ ei geret [Acc.] Eueniset. [Cum inperio] Cum dignitate imperiali, & exercitu. [In prouincia] Cilicia, cui tu præes. [Necesse esset] Cogere ex S. C. [In multis] Ad numerũ

quia

Solatio Solamē Conſolatio Occurrit Quæſo

quia multas habebat moleſtias. [Varijs]Diuerſis ad qualitatem. [Neceſſe eſt]Quaſi cogeretur à ſenatu.[Conſolatio) Solatium et ſolamen in re eſt,cōſolatio in uerbis.[Occurrebat)In mentē ueniebat,alias obuiare ſignificat,Iuuen.Occurrit matrona potens. [Amicior) Ab eo,quod eſt amicus amici amicior,errant qui amicitior dicunt. [Quæſo) Nūc rogātis eſt,alias obiurgātis.[Quoad eius)Hoc eſt inquātū Sic in Rhetoricis,Cū aſſēſione auditorū, quo ad eius fieri potuerit [Coniunctione)Familiaritate [Rationibus) Vtilitatibus,& negocijs.[Decurſus) Adminiſtratio prouinciæ μεταφορικῶς.[Tui conſilij) Ad te pertineret conſilio tuo decernere.[Genere]Expediendæ prouinciæ [Pluribus) Tres.n.cauſas adducit nō plura ſcribere oportere.[Rationibus) Negocijs,& eſt remuneratio beneficij,ſi hoc quod petit Ci.faciet Appius,magnæ enim uoluptati eſt ſe cognoſcere grato,& bono uiro beneficium præſtitiſſe & ſic à ſenſu contrario magno dolori eſt ingrato & malo uiro beneficium præſtitiſſe. [Magnam uoluptatem]

ASC. Remuneratio,quæ ſecuta eſt,ſi quod petitum eſt, conferetur.

CVM & contra &c.]Argutiſſime ſignificat Appium gaudere debere ſe illi ſucceſſorem eſſe deſignatū,cum ſciat Appiū id minime uelle,uel quod prouinciam ſibi prorogari mallet,uel minorem ſucceſſorē dari,ne Ci.ſui nominis ſplendore,& uitæ integritate famā ac gloriam Appij deprimat.dicit ergo contra uoluntatem ſuam accidiſſe,ſed quia accidit, ſe curaturum,ut Appio gratū ſit. Ordo eſt:Cum accidiſſet,&.i. pariter cōtra uoluntatem meā, &.i.pariter præter opinionem,ut neceſſe eſſet mihi proficiſci in prouinciam ſup.tuam,quod tamen nō dicit,cum imperio.i.tanquam imperatori,hæc una cōſolatio,quam dicturus eſt,occurrebat mihi in multis,& uarijs moleſtiis,& cogitationib.meis,uidelicet quod neq; quiſquā amicior. Errant ergo qui amicitior dicant, tibi quā ego ſum,poſſet ſuccedere tibi,neq; ego,ſup.poſſem accipere prouinciam ab ullo,qui mallet.i.uellet magis.ſ.q̃ tu, tradere mihi eam,q̃ maxime.i. ſumme aptam, & explicatam.i. uacuam,& expeditam omnibus curis & impedimentis. Quod ſi tu quoque habes eandem ſpem de uoluntate mea erga te,profecto ea.ſ.ſpes,nunquam fallet te, Ego pero à te,& quæſo.i.quæro.maximopere.i.maxima diligentia,& opera,etiam atque etiam.i.iterum atq; iterū,pro ſumma noſtra coniunctione, & tua ſingulari humanitate.i. propter uel per ſummam cōiunctionē noſtrā, & ſingularem humanitatem tuā,ut proſpicias,& cōſulas rationib. .i.rebus meis in prouincia obeundis quibuſcunq; rebus tu poteris,poteris autem plurimis. Tu uides,quia ſcit ei ſcriptū eſſe prouinciā eſſe habendā.i.oportere haberi à me.ex S. C. ſi tradideris mihi eam expeditiſſimā.i.minime implicatā,quod quidem poteris facere,facilior erit mihi quaſi decurſus.i.leuis tranſitus, mei temporis Eſt tui conſilii.i.pertinet ad conſilium tuū proſpicere, quod poſſis efficere in eo genere. Ego rogo ualde te.ſ.ut facias id quod ueniet tibi in mentē.i.quod conſiderabis intereſſe.i.in utilitate eſſe mea.Ego ſcriberē ad te pluribus uerbis,ſi aut humanitas tua expectaret orationem longiorem, aut noſtra amicitia pateretur id fieri,aut res deſideraret uerba,ac ipſa.ſ.res non loqueretur pro ſe.ego uelim ſup.ut perſuadeas tibi hoc,ſi intellexero eſſe prouiſum.i.cōſultum,rationibus.i.rebus meis à te,te capturū ex eo.i.ex ea re uoluptatem,& magnam, & perpetuam.

ARGVMENTVM.

Significat ſe ſolicitaſſe, ſicut Appij legatus monuerat,ut ſupplemētum præſidij firmioris pro tuenda prouincia ſcriberetur.deinde Appiū rogat,ut ea omnia faciat,quæ nouerit conducibilia homini amico in prouinciam illam ſucceſſuro,ad quam ſe deſtinatum norat Demum tacite ſignificat, cur opus ſit ſupplemento utpote quia intellexerat Appium multos dimiſiſſe.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Petit ut ſi quos milites Appius nondum dimiſerat eos uero ne nunc dimittat,nec uacuam prouinciam obtineat Senatum enim negare ullam conſcriptionem militum

M. CICERO PROCOSS. APPIO PVLCHRO IMP. S.P.D. 3

AD xi. Kal.Iun.Brunduſium cum ueniſſem,Q.Fabius, legatus tuus, mihi præſto fuit, eaque me ex tuis mādatis monuit, quæ non modo mihi, ad quem pertinebant,ſed uniuerſo ſenatui uenerant in mentem præſidio firmiori opus eſſe ad ipſam prouinciam.cenſebāt enim omnes ferè,ut in Italia ſupplementum meis,& Bibuli legionibus ſcriberetur.id cū Sulpicius conſul paſſurum ſe negaret,multa nos quidem queſti ſumus: ſed tantus conſenſus ſenatus fuit, ut mature proficiſceremur,parendū ut fuerit: itaque fecimus.Nunc,quod à te petij literis ijs,quas Romæ tabellarijs tuis dedi, uelim tibi curæ ſit,ut,quæ ſucceſſori coniunctiſſimo,& amiciſſimo commodare poteſtis, qui prouinciam tradit,ea, pro noſtra † conſtantiſſima uoluntate erga te cura,ac diligentia tua complectare:ut omnes intelligant, nec me beneuolentiori cuiquam ſuccedere,nec te amiciori potuiſſe prouinciam tradere. Ex ijs literis,quarum exemplum ad me miſiſti,quas in ſenatu recitari uoluiſti,ſic intellexerā,permultos à te milites eſſe dimiſſos. ſed mihi Fabius idem demonſtrauit,id te cogitaſſe facere. ſed,cum ipſe à te diſcederet,integrum militū numerum fuiſſe id ſi ita eſt; pergratum mihi feceris ſi iſtas exiguas copias, quas habuiſti,quā minimum imminueris.qua de re S.C.quæ facta ſunt,ad te miſſas eſſe arbitror equidem pro eo,quanti te facio,quidquid feceris,approbabo:ſed te quoq; confido ea eſſe facturum,quæ mihi intelliges maxime eſſe accōmodata. Ego C.Pontinium,legatum meū Brunduſii expectabam: eumque ante Kal.Iu. Brūduſium uenturū arbitror.qui cū uenerit;† q̃ primū nauigādi nobis facultas data erit,ea utemur. Vale.

† alias, cōtocia ſſima

† alias, cum

HVB. *AD xi kal.*]Electus imperator, ut diximus Cic. proficiſcens in Ciliciam,cum eſſet Brunduſij,dicit ſe edoctum à Q.Fabio legato Appij ex eius mandatis,opus eſſe pluribus militibus ad tuendam prouinciam. rogabatur, ut daret operam,ut hi milites mitterentur.Itaque ſcribit hoc ueniſſe in mentem,non ſibi ad quem pertineret,ſed uniuerſo ſenatui,ſeque id diligenter agitaſſe,antequam diſcederet Roma,ſed nihil potuiſſe confici ante diſceſſum,quia oēs inſtabant, ut celeriter diſcederet Poſtea uero rogat App. ſicut in præced.epiſt.ut ſtudeat ei tradere prouinciam quam expeditiſſimam.Deinde quia ſcripſerat App.ad ſenatum ſe dimiſiſſe multos milites, Fab. autem dixerat ei nondum dimiſiſſe, ſed tantummodo cogitaſſe dimittere, rogat eum,ut ſi nōdum dimiſit, nolit ullo pacto dimittere,nec uelit imminuere illas copias paruas,quas habet.ne Cic.inueniat poſtea prouinciā uacuā,& ſpoliatam militibus,quod à ſenatu ita decretum eſſe dicit.Poſtremo dicit ſe nauigaturum Ciliciam uerſus cum primū C. Pontius legatus ſuus uenerit Brundiſium [Brund.]oppidum eſt(auctor Pomp.Mela)in Calabria[Mihi præſto fuit) Mihi prę ſto ſe obtulit.[Ex mandatis) ſecundum mandata tua,ita enim ei mandaueras.[Ad quem pertinebant) Qui debuerant hæc multo magis. q̃ alij cogitare[Firmiori) Validiori. [Pręſidio) Militum munitione, nā ut ſupra diximus, quæ ad tutelā locorum ponētur,præſidia appellamus a pręſidendo,quod ante ponātur,q̃ periculum adueniat. Nā ſubſidia dicuntur,quæ laborātibus periculo mittuntur, ergo firmiori præſidio,maiori copia militū.[Iſtā] Vbi tu es,& ſubaudi,tuendam[Cenſebant]Dicit quo pacto uenerat in mentem ſenatui,quia ferè omnes iudicabant,ut milites cōſcriberentur in Italia,qui ſupplerent legiones, & Bibuli, & Cicero.[Cenſebant) Iudicabant.[Scriberentur) Verbū militare, ſcribi .n.& conſcribi dicuntur milites,quod ad militię ſtipendiam capiuntur.[Supplementum) Quia cum legiones continerent ſex millia ſexcentos ſexaginta ſex milites,interdū deerat legitimus numerus,& qui conſcribebātur ad ſupplēdas illas legiones, dicebātur ſupplementum. [Meis]Quas habeo in Cilicia. [Bibuli) Qui præeſt Syriæ,q̃ eſt meę prouinciæ finitima.[Se paſſurum) Se permiſſurum ut ſcriberetur ſupplementū.[Nos) ego Cic.[Multa) Multū.[Sed conſenſus) Cōis uoluntas, & concors ſentētia [Vt proficiſceremur) Vt diſcederemus, Rom.& ueniremus in Ciliciā[Parendū ut).i.ut obediendū,& obſequēdū fuerit.[Itaq.) Duę ſunt dictiones.i.& ita fecimus,quia celeriter diſceſſimus facta nulla cōcluſione de hoc ſupplemento cōſcribendo.[Literis) Superiorem epiſtolam ſignificat.in qua idem petiuit.[Commodare]Commodū facere, ut notauimus ſupra in epiſtola, q̃ incipit,literas a teſtatore.[Tradit) Finito magiſtratu, quod poteſt ſi uult facere multa commoda ſucceſſori.[Ea) Quæ poteſt accommodare.) Complectare) Conficias.[Pro noſtra) Adiurat eum.[Exēplum) Copiam, ut uulgo dicitur, literarum.n. quas ad ſenatum App. ſcripſerat, miſerat etiam exēplum ad Cic.[Recitari) Pronūciari[Dimiſſos) licentiatos, gratia.n. declarationis utor uerbis minus uſitatis. [Domonſtrauit) Significauit,narrauit.[Cogitaſſe) Deliberaſſe,in aīo dimittere.[Integrum) Nulla ex parte diminutum,nullis adhuc militibus dimiſſis. [Cum diſcederet à te) Nā quid poſt eius diſceſſum feceris,non ſatis ſciri poteſt.[Id ſi ita eſt) Vt adhuc ſit integer numerus militum.[Iſtas copias exiguas]Iſtum tuū paruum exercitū.[Quam minimum].i.nulla omnino ex parte.[Imminue-

Pręſidia

Subſidia

Scribo, Cōſcribo. Lego Supplementū.

minueris] Pro imminues, dimittendo aliquos. [Qua de re] ſ. ut non diminuas iſtas copias. [Quæ facta ſ. quæ ſenatus decreuit. [Pro eo, quanti te facio] Pro tanto, quanti te facio.i. pro meo erga te amore, pro tãto, quanti te exiſtimo. [Approbabo] Laudabo, affirmabo, rarum habebo. [Quidquid] Siue bene, ſiue male factũ. [Accommodata] Vtilia. [Facultas] Poteſtas. [Ea] Facultate.

ASC. *A Dxi &c.*] Significat ſe ſolicitaſſe, ſicut Apij legatus monuerat, ut ſupplementum præſidij firmioris pro tuenda prouincia ſcriberetur. Deinde rogat Appium ea curet, quæ ſibi conducibilia norit. Demum tacite innuit ideo ſupplemento opus eſſe, ꝗ intellexerat Appium multos dimiſiſſe. Ordo eſt: Cum ego ueniſſem Brunduſium. ſ. in eã urbem maritimam Italiæ, ad xi. calen. Iunias, Q. Fab. legatus fuit mihi præſto. i. præſens, & monuit me ex tuis mandatis, ea quæ uenerant in mentẽ, nõ mihi, ad quẽ ptinebant, ſed uniuerſo ſenatui, uidelicet opus eſſe ad iſtam prouinciã. ſ. quam regis, vtpote Ciliciã curandam, præſidio, i. profectione, & cuſtodia militũ fideliũ, firmiori. ſ. quã habeas. enim. i. qa, oẽs ferè. ſ. patres conſcripti, cenſebant. i. iudicabant, ut ſupplemẽtũ ſcriberetur in Italia, legionibus meis. i. mihi decretis, & legionib. Bibuli. i. Bibulo, ut Antiochiam ducat, aſſignatis. Idq; i. & id, cũ Sulpitius cõſul. ſ. anni illius, negaret ſe paſſurũ id. i. talẽ deſcriptionẽ militũ, nos quidem. i. certè, qſti. i. cõqueſti ſumus multa, ſed tantũ cõſenſus ſenatus fuit, ut proficiſceretur. ſ. in prouincia mature. i. celeriter, ut fuerit parendũ. i. ut neceſſe fuerit parere ſenatui, & nos fecimus ita. i. ſtatim profecti ſumus. Nunc uelim id ſit tibi curæ, quod petij à te ijs literis, quas dedi Romæ tuis tabellarijs, ut cõplectare. i. ſuſcipias pro noſtra cõſtantiſſima uolũtate erga te, cura & diligẽtia tua, ea quæ is, qui prouinciã tradit, põt cõmodare. i. cõmode faceret ſucceſſori ſup. ſiue cõiũctiſſimo. ſ. neceſſitudine amicitię, ut oẽs intelligãt, nec me potuiſſe ſuccedere cuiquam beneuolentiori, nec te potuiſſe tradere ꝓuinciã amiciori. i. magis amico homini. Ego intellexerã ex ijs literis, quarũ exemplum. i. qđ dicunt duplũ, & imperiti copiã, miſiſti ad me, & ſup. quas uoluiſti recitari in ſenatu ſic, uidelicet per multos milites eſſe dimiſſos à te. Sed idẽ Fab. ſ. legatus tuus demonſtrauit mihi, te cogitaſſe facere id, ſed integrũ numerũ militũ fuiſſe, cũ ipſe diſcederet à te. Sed. i. ita, ſi dimiſeris multos, tu feceris mihi pergratũ, ſi imminueris quã minimũ. i. ualde parum, & quã minime potes iſtas ſ. tuas copias. ſ. militũ exiguas, de qua re ego arbitror miſſa eſſe ad te ea, ꝗ facta ſunt. S. C. per decretũ ſenatus, ſup ea re cõſulti. Equidem, ego quidẽ, approbo qdquid feceris ꝓ eo. i. tãto, quãti te facio, ſed ego cõfido te quoq; facturũ ſup. eſſe ea, ꝗ tu intelliges eſſe accõmodata mihi maxime. Ego expectabam Brũduſij C. Pontiniũ legatũ meũ. i. ad Ciliciã regendã mihi datũ, & arbitror eum uenturũ Brunduſiũ ante cal. Iun. q. d. intra decem dies, qui cum ueneris, cum. i. ubi primum, facultas nauigandi erit data. ſ. à Deo, & natura nobis, nos utemur ea.

PAV. MAN. *PRO noſtra conſtantiſſima uoluntate erga te*]. Nihil muto. Ci. n. id agit, ut oſtendat, etſi Appij cõſuetudine pp inimicitias. P. Clodij nõ ſit uſus, nunquã tamẽ ei ſe fuiſſe inimicum, neq; ſuam in illum priſtinam uoluntatem unquã fuiſſe immutatã. epiſtola ẽt huius libri. 9. ita ſcribit: Cõſcientiam meæ caſtigantis erga te uoluntatis. itaq; de hac lectione non arbitror eſſe dubitandũ. Præterea meam ſniam confirmat liber ſcriptus. [C. Pontinium, legatum] Ciceronis Ciliciæ procõſulis quæſtores fuere L. Meſſinius, C. Cœlius: legati Q. Cicero eius frater, C. Pontinius, M. Anneius. L. Tullius: trib. mil. Q. Fufidius: præfectus euocatorum Antonius: præfectus fabrum Q. Lepta: ſcriba M. Tul. accenſus Pauſanias: apparitor M. Marcilius. de quęſtorib. legitur in his epiſto. lib. 2. 13 de legatis lib. 15. de trib. mil. lib. 13. epiſ. 12. de præfecto euocatorum lib 3. de præfecto fabrum lib. 13. de ſcriba lib. 5. & ad Atticum. de accenſo lib 3. de apparitore lib. 13.

ARGVMENTVM.

Rurſus indicat beneuolentiam ſuam in Appium Pulchrum & grauium uirorum auctoritate comprobatã: eiuſdem Appij in ſe, hoc eſt in Ciceronem animi beneuolentiam, & ſtudium commemorat. Quo circa multas cauſas affert, cur Appium non uulgariter obſeruet: & quod Cn. Pompeius ſit filiæ Appij ſocer, & M. Brutus gener. Deinde Clodium cõſulturum indicat ſe eius conſilium ad Appium ſcripturum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

De mutuo Ciceronis, & Appij amore, extãt in hac epiſtola teſtimonia.

M. CICERO PROCOSS. APPIO PVLCHRO. IMP. S. P. D. 4

PRidie non. Iun. cum eſſem Brunduſii, literas tuas accepi: quibus erat ſcriptum, te L. Clodio mandaſſe, quæ illum mecum loqui uelles. eum ſane expectabam, ut ea, quæ à te affert, quamprimum cognoſcerem. Meum ſtudium erga te, & officium, tametſi multis iam rebus ſpero tibi eſſe cognitum, tamen in ijs maxime declarabo, quibus plurimum ſignificare potuero, tuam mihi exiſtimationem, & dignitatem cariſſimam eſſe. mihi & Q. Fab. Virgilianus, & C. Flaccus L. F. & diligentiſſime M. Octauius Cn. F. demonſtrauit me à te plurimi fieri: quod egomet multis argumentis iam antea iudicaram. maximeque illo libro augurali, quem ad me, amantiſſime ſcriptum, ſuauiſſimum miſiſti. mea in te omnia ſumme neceſſitudinis officia conſtabunt. nam cum te ipſum, ex quo tempore tu me diligere cœpiſti, quotidie pluris feci: cum acceſſerunt etiam coniunctiones neceſſariorum tuorum: duos enim duarum ætatum plurimi facio, Cn. Pompeium, filiæ tuæ ſocerum, & M. Brutum, generum tuum. collegij quoque coniunctio, præſertim tam honorifice à te approbata, non mediocre uinculum mihi quidem attuliſſe uidetur ad uoluntates noſtras copulandas. ſed, ſi Clodium conuenero, ex illius ſermone, ad te ſcribam plura, & ipſe operam dabo, ut te quamprimum uideam. Quòd ſcribis, manendi tibi cauſam eam fuiſſe, ut me conuenires: id mihi, † ne mentiar, gratum eſt. Vale. † v < alias, vehementer

H VB. PRIDIE] Cum Cic. adhuc eſſet Brunduſij, dicit ſe expectare Lent. Clod. quẽ App. ſcripſerat ſe ad eum mittere cum multis mandatis ſuis, ut intelligat, quid afferat ab ipſo App. & quã uis exiſtimet animum, amoremque ſuum in App. eſſe ei ſatis cognitum, tamen dicit ſe declaraturum in ijs, in quibus poterit maxime ſibi eſſe curę, eius auctoritatem, & dignitatem. Addit etiam intellexiſſe à quibuſdam, quos nominat in epiſto. ſe plurimi fieri ab App. quod etiam multis ſignis dicit ſe intellexiſſe, ſed præcipue quia App. ad eum Auguralem lib. ſcripſiſſet. Itaque pollicetur ſe oĩa pro eo facturum, quẽ ut amet, dicit multas eſſe cauſas, quas commemorat. [Pridie non.] Quarto die Iunij. [Mandaſſet] Mãdata dediſſet, cõmiſiſſet. [Quę] Subaudi ea. [Illũ] Clod. [A te affert] [Quæ nomine tuo eſſet mihi narraturus. [Studiũ.] Promptã uoluntatem, animũ. [Maxime] Præcipue. [Significare] Oſtendere. [Exiſtimationem] Auctoritatem.] Egomet] Etiã ſine demonſtratione eorum. [Argumentis] Signis [Augurali] In quo de iure augurali tractaſti, nã in eo erat App. peritiſſimus, [Amantiſſime] cum ſummo amore. Neceſſitudinis] Amicitiæ. [Conſtabũt] Apparebũt. Nã dicit quare oĩa neceſſitudinis officia debeãt in eum conſtare, quia ex quo incepta eſt inter eos, beneuolentia Cic. non ſolum eum pp ipſum ſemp pluris fecit, ſed ẽt pp Põp. & Brutũ, ꝗ eſſent ipſi Appio affinitate cõiũcti. [Acceſſerunt] additę ſunt. [Duos. n.] Declarat ꝗ ſint hi neceſſarij. [Duarũ ętatũ] Nam filio Põp. n. iã ſenex, Brutus autem iuuenis erat. [Socerum] Nam filio Pomp. nupſerat filia Appij, altera Bruto. [Collegij coniunctio] Quia Cic. & App. fuerant collegæ in collegio augurum. [Honorifice] Quia ſemper me honoraſti, ut ſupra in epi. quę incipit: Raras tuas, ubi dicit de App. præſertim in ipſa collegij laude, & ſcientia ſtudioſum mei. [Nõ mediocre] Maximũ. [Copulandas] Coniungẽdas. [Ex ſermone] ſecundum ſermonem illius. i. ſcdm ea, quæ mihi retulerit nomine tuo. [Manendi] In Cil. diutius, ꝗ fueras facturus. [Eam cauſam] Eum reſpectum, ut conuenires, alloquereris me priuſquam iſtinc diſcederes [Ne mentiar] Vt uere dicam. Scripſerat App. ſe fuiſſe diſceſſurum citius ex ꝓuincia, niſi expectaſſet Cic. cum quo loqui uolebat, eaq; cauſa ſe mãſiſſe diutius, quod Cic. ſcribit ſibi gratum fuiſſe.

ASC. *PRIDIE no. &c.*] Rurſus indicat beneuolentiam ſuam in App. Pulchrũ, cõmemoratq; ſe grauiũ uirorũ teſtimonio cõprobatũ habere App. ĩ ſe amorẽ. Qua app multas cãs affert cur App. nõ vulgariter colat, Ordo ẽt: Ego accepi lr̃as tuas pridie. i. die immediate ꝑcedente no. Iunij, ꝗ ſunt V. eiuſdẽ mẽſis, cũ eſſem Brunduſij, ergo nõdũ diſceſſerat illinc, qb. erat ſcriptum te mandaſſe L. Clodio ſup ea ꝗ uellet illũ loq mecũ. Ego expectabã ſanè, i. multũ eũ. ſ. Clodium, ut cognoſcerem ꝗ primũ i. ualde celeriter, ea ꝗ afferret. ſ. in mãdatis à te. Tametſi ego ſpero, meum ſtudiũ erga te & officium, eſſe iam cognitum tibi multis reb. tñ ego declarabo. ſ. ſtudium, & officium meum erga te. Maxime in rebus, quibus potero ſignificare, plurimum. i. abundantiſſime, exiſtimationem. i. iudiciũ, & auctoritatẽ tuã, & dignitatẽ tuã, eſſe cariſſimã mihi, Q. Fab. Virgilianus, & C. Flaccus filij Lucij, ſup. demõſtrauerunt, & M. Octauius filius Cnęi, ſ. Octauij monſtrauit diligẽtiſſime,

tiſſime,me,fieri.i.æſtimari,plurimi.i.maximo precio,aut uirum maximi precij à te.Quod.i.quā rē egomet,hoc eſt ego per me ip ſum iudicarā,pro iudicaueram ante,multis argumentis.i.approbationibus,aut medijs approbādi,te maximè illo libro augurali,.i.de arte augurandi,quē ſcriptū amantiſſime ad me.i.ad illuſtrationē noīs mei,tu miſiſti mihi ſuauiſſimū.i.iucūdiſſimum. Oīa mea officia neceſſitudinis.i.coniunctionis neceſſariæ tecū cōſtabunt.i.euidentia erūt in te,ſumma.i. maxima . Vnde licet nō apte dixeris oīa ſumma officia, qđ cum nō penitus abſurdum ſit,tn̄ aptiſſime dicere licet oīa officia mea cōſtāt,aut ſunt in te ſumma.Nā cum.ſ.ita ſit, ꝙ ego feci quotidie pluris te ipſum ex ſupeo tpe.i.poſt id tps, quo tpe tu cœpiſti diligere, me tum.i.multo manifeſtius,acceſſerūt etiā cōiunctiones,i.deuinctiones neceſſariorum tuorum. Ego.n.facio plurimi,duos.ſ.uiros,aut ꝓceres duarū ætatum. ſ. Cn.Pōpeium ſocerum filiæ tuæ,q̄a filia tua nupſit filio eius,& ita Pōp.iā ſeniorē,& M.Brutum generum tuū.i. cui filia tua nupſit,& ita iunior eſt. Vnde eos duarum ætatum dixit.cōiūctio.i.commercium aut ſocietas,collegij.ſ.auguralis, ꝑſertim approbata à te.ſ.in lib.tuo aut ſcientia,& uita tua, tā honorifice,vr̄ mihi quidem attuliſſe nō mediocre,imò ingens uinculum,ad copulandas uoluntates noſtras.Sed ſi ego cōuenero.i. adiero Clodium.ſ. Lent.non Publium q̄ ſummus inimicus Cic. erat.ego ſcribam plura ad te ex ſermone illius & ipſe.i.ego dabo operā,ut uideam te quamprimum.i.ualde cito : Quod ſcribis eā fuiſſe tibi cauſam manendi.ſ. in prouincia,ut conuenires me.i. loqueteris mecum,id mihi gratū eſt,ne mentias,ſi aliter dixero.

ARGVMENTVM.

Primum dicit ſe Trallibus conuentum ab Lucilio cū literis,et mā datis Appij. Deinde eundē aptiſſimū fuiſſe ad indicanda ea,quæ maximo pere ſcire uolebat.Tū gratias agit Appio de beneficijs in ſe colatis,et de beneuolo animo i ꝓuincia reſignā da:ec,ut ne eū offendat iter ſuū qſa cturus ſit,docet. Demū qđ đ Scæuola ſcripſerat Appius,argute refellit.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Collaudat Apij uoluntatē, quod eius rationem in prouincia accipiē da habuiſſet.nā id ſuperioribus literis petierat. Deiude ſe iter ad Appiū directurum,quocunque ille uellet,ſcribit.

M. CICERO PROCOS. APPIO PVLCHRO. IMP. S.P.D. 5

TRALLES ueni ad vi.Kal.Sext.ibi mihi præſto fuit L. Lucilius cum literis, mandatiſque tuis : quo quidem homine neminē potuiſti nec mihi amiciorem,nec,ut arbitror, ad ea cognoſcenda,quæ ſcire uolebā,aptiorem, prudentiorēve mittere . ego autem & tuas literas legi libenter,et audiui Lucilium diligenter.nunc.quoniā , & tu ita ſentis; (ſcribis.n. q̄ de noſtris officijs ego ad te ſcripſerim,etſi ea iucūda fuerūt,tamen,quoniā ex alto reperita ſint , nō neceſſaria te putaſſe) & re uera cōfirmata amicia,& ꝑfecta fide,cōmemoratio officiorū ſuperuacanea eſt:eā partē orationis prætermittā.tibi tamē agam,ut debeo,gratias:animaduerti.n.& didici ex tuis literis,te omnibus in rebushabuiſſe rationē,ut mihi cōſuleres,reſtitueresq́; & præparares quodā modo oīa,quo mea ratio facilior,& ſolutior eſſe poſſet. Hoc tuum officium cū mihi gratiſſimum eſſe dicam,ſequitur illud,ut te exiſtimare uelim , mihi magnæ curæ fore, atq; eſſe iam, primū ut ipſe,tu,tuiq. oēs,deinde ēt ut reliqui ſcire poſſint,me tibi eſſe amiciſſimum, quod quibus adhuc non ſatis eſt† perſpectum , ij mihi nolle magis hoc animo nos eſſe quam non intelligere uidentur.ſed profecto intelligent neque.n.obſcuris perſonis,nec paruis in cauſis res agetur.ſed hoc fieri melius,quàm dici,aut ſcribi , uolo . Quod itinerum meorum ratio te non nullam in dubitationē uidetur adducere,uiſurus ne me ſis in ꝓuincia:ea res ſic habet.Brunduſii cum loquerer cum Phania liberto tuo, ueni in eum ſermonem,ut dicerem , me libenter ad eam partem prouinciæ primum eſſe uenturum, quò te maxime uelle arbitrarer. tūc mihi ille dixit,claſſe te uelle decedere; perſore accommodatū tibi ſi ad Sidam maritimam partem prouinciæ, nauibus acceſſiſſem.dixi me eſſe facturum: itaque feciſſem, niſi mihi L. Clodius noſter Corcyræ dixiſſet,minime id eſſe faciendum;te Laodiceæ fore ad meum aduentum . erat id mihi multo

† alias, ꝑſpicuū

breuius.multoque cōmodius,cum præſertim te ita malle arbitrarer.tua ratio poſtea eſt cōmutata.nūc,quid fieri poſſit, tu facillime ſtatues.ego tibi meum conſilium exponam. † prid. Kal.Sext.puto me Laodiceæ fore:ubi perpaucos dies , dum pecunia accipitur,q̄ mihi ex publica permutatione debetur, cōmorabor.deinde iter faciam ad exercitū: ut circiter id. Sext. putem me ad Iconiū fore.ſed, ſi quid nunc me fallit in ſcribendo(Procul.n.aberam ab re ipſa,& locis) ſimul ac progredi cœpero,quàm celerrimis potero,& quàm creberrimis literis faciam,ut tibi nota ſit omnis ratio dierum, atque itinerū meorū.oneris tibi imponere nec audeo quidquā,nec debeo:ſed, qđ tuo cōmodo fieri poſſit,utriuſq; noſtrū magni intereſt , prius ut te conueniam,q̄ decedas.quā facultatem ſi quis caſus eripuerit;mea tamē in te oīa officia cōſtabūt,nō ſecus,ac ſi te uidiſſē tibi de noſtris rebus nihil ſum ante mādaturus per literas, q̄ deſperaro,corā me tecū agere poſſe . Qđ te à Scæuola petiſſe dicis,ut,dū tu abeſſes ante aduentū meū:prouinciæ ꝑeſſet: eū ego Epheſi uidi, fuitq; mecū familiariter triduū illud , ꝙ ego Ephreſi commoratus ſum:nec ex eo quidquam audiui , quod ſibi à te mandatum diceret . ſanè uellem potuiſſe obſequi uoluntati tuæ : non enim arbitror noluiſſe . Vale.

† alias, propter

HVB.

TRALLES]Significat Cic.ſe accepiſſe Ap.literas,quas libēter legerit,et audiuiſſe diligēter L.Luciliū,quē App.ad ſe miſiſſet,cū multis mādatis:quē hoīem plurimum laudat,agitq. gratias Ap. de officijs inter ſe collatis.Deinde oſtendit quāti faciat ꝙ cognouerit Ap. ſo uiſſe eius rōnib. adminiſtrandę ꝓuinciæ, ſicut ab eo petiuiſſe duab.epiſtolis ſuperius declaratis.Et qm̄ ſcripſerat in pcedēti ep.ſe ea cā remāſiſſe in prouincia,ut cōueniret Cic.& literis, quibus nūc rn̄der, dicebat nunc dubitare, ꝙ iter eſſet facturus, Cic. ꝓfecturus in ꝓuinciā dicit ſe accōmodaturū iter ſuū ad uoluntate Apij, paucis tn̄ oſtēdit,quod iter facere inſtituerit, ſeq. ſecūdū proceſſū facturū certiorē ipſum App. de oī rōne ſuorū itinerū,magniq.intereſſe dicit,ut prius colloquātur, q̄ ipſe diſcedat. Poſtremo qm̄ ſcripſerat App.& rogauerat Scæuolā quēdā,ut uellet ꝑeſſe ꝓuinciæ ſe abſente,donec Cic.ueniſſet: caute,& honeſte oſtēdit Cic.id nō eſſe uerū , q̄a inuenit hūc Scæuolā Epheſi,neq; ei aliquid de ea re dixit,qđ feciſſet.ſi fuiſſet uerū,ꝙ App.ab eo id petiuiſſet.[Tralles) Vrbs Aſiæ ſita eſt in uertice quodā plano,qui promōtoriū natura munitū habet,cuius circuitus ſatis bene ſeptus eſt,ea optime habitatur,& ab oīb.opulētis,ſi qua alia Aſiaticarū urbiū:hanc aūt ab Argiuis conditā dn̄t, & à Tracib.q̄buſdā.Hæc Str.lib.4. quo ēt auctore ſunt aliæ Trallis in Phrygia Meādrū fluuiū trāſeunt,in medio ferè itinere,ubi ſunt Cariæ fines.Declinatur aūt tm̄ pluratiuo numero, & mittit tam ntō.q̄ actō in is tm̄,ſicut Alphis,Syrtis,Sardis,auctor Priſc.[Quo homine.Laudat hūc)L.Luciliū [Aptiorē) Magis idoneū. [Cognoſcēda).ſ.mihi.[Scire) Intelligere ex mādatis tuis.[Prudētiorē]Quē uulgo dicimus magis diſcretū. [Nūc aūt] Scripſerat Cic.de officijs inter ſe & Ap.mutuo collatis antea quæ App ſuperuacanea eſſe dicebat,quia cōfirmata amicitia nō eſt opus hac cōmemoratione officiorū.Itaq; nūc Cic cōfirmat ita eſſe,& ideo nullā facit amplius de eis mentionē,tm̄ agit ei gratias . [Nunc) Ordo eſt: Nūc eā partē oronis ꝓtermittā,qm̄ tu ita ſentis,ſcribis enim &c.[Sētis) Iudicas ita tibi uidetur[Scribis.n.] Per parētheſim oīa dicta ſunt uſq; ad eū locū,eā partē oronis.[Ex alto) Ex remoto,lōge.[Repetita]Inchoata.[Et re uera]Ex pſona ſua cōfirmat ſnīam App.dicit.n.re uera ita eſt,inter eos,q̄ hn̄t inter ſe firmā amicitiā & q̄ fidē mutuā pſpexerunt.ſuperuacaneum eſt cōmemorare ꝓterita officia. (Eā partē oronis) De cōmemoratione officiorū.[Aīmaduerti) Perſpexi,didici,intellexi.[Rōnē) Cōſiderōnē.[Cōſuleres]Proſpiceres,prodeſſes.[Reſtitueres.]Ordinares [Rō]Via,modus adminiſtrādæ ꝓuinciæ.Solutior,liberior, expeditior.[Officium]Præparationis,& ordinationis rōnū ꝓuincię [Sequitur]Cōſequēs eſt,nā ſi eſt mihi gratiſſimū, qđ feciſti pro me,cōſequenter debes exiſtimare te eſſe mihi magnæ curæ.[Primum[Duplici rōne dicit eum ſibi magnæ curæ eſſe primū ut ipſe App.& eius ꝓpinqui,ſecūdo ut & ceteri oēs ītelligāt, ꝙ ſit ei amiciſſimus .[Qđ]Me eſſe amiciſſimū tibi. [Quibus Añs eſt,ii, ut ſit ii,qb.nō eſt.[Satis pſpectum]Bene cognitū. [Magis nolle] Magis dolere,& nō eſſe cōtēti.[Hoc aīo]Ita amico, & cō ūcto [Quā nō intelligere]Quia re uera intelligunt,quo aīo ſimus, ſed q̄a dolēt,nolunt clare intelligere,[intelligēt]Etiā inuiti . [Res aget) Oſtēdet beneuolētia.[Obſcuris]Ignobilib in quib.minus ad parēt bn̄ficia collata.[Paruis]Parui pōderis,ſed in maximis.[ſed hoc]

hoc].i.malo hæc rebus,& effectu ostēdere,q̃ verbis.[Fieri]a me, qđ r̄ndet alij parti epistolæ Apij.[Rō]Dispositio,institutio.[Ad ducere ī dubitationē.[Facere te dubitare.[Sis visurus me]Antēq̃ discedas.[Ea res].s.rō meorū itinerū.[Brundusij] Dicit nunc nō satis eē certū,q̄ iter faciet,vt cōueniat Appiū,qm̄ Phania eius liberť dixerat eū discessurū naui. Itaq; fore ei accōmodatū,si Ci. ad illā maritimā partē accessisset,& nauigasset ex qua esset discessurus App. qđ cū ita instituisset Ci.facere,oñdit se postea aliter se intellexisse à Lent.Clod.q fuerat,ab App.ad Cic. cū multis

Corcyrę mādatis missus.ab eo.n.intellexit Cic.Appium fore Corcyræ ad aduētū suū,qđ quidē erat commodum Cic. qa iter erat breuius, Postea uero dicit Appiū mutasse propositum itineris prius instituti,pmittit tñ ei,vt statuat,quid fieri possit [Quò] Ad quā partē.[Te uelle].s.me uenire.[Classe]Nauib.[Perfore]futurum,subaudi dixit.[Accōmodatum] Vtile,& cōmodū.s.tibi.[Maritimā] vicinam mari.[Partē]Vnde erat discessurus.[Itaq;]Duæ partes, hoc est,& ita fecissem [Corcyræ]Aduerbialiter ponitur.i.cū esset Corcyræ, q̃ insula est in mari Ionio olim cum Phęa patria Alcinoi regis.[Minime]Nullo pacto.[Id esse facīēdum[Vt accederē ad illā partē maritimā.[Te Laodiceæ fore].i.te futurum Laodiceæ,subaudi nisi dixisset.est autē Laodicea vrbs Syriæ,teste Pōp. Mela,in ea parte,cui Antiochiæ cognomē est.[Id]Venire Laodicēā.[Cōmodius]Aptius.[Te ita malle].i.potius velle,q̃ id,qđ dixisset Phania.[Arbitrarer) Quia mihi ita dixerat Lē.vir prudētissimus,cui mādata dederas.[Tua rō] Tuum propositum [Statues] Iudicabis.[Possit fieri]An possis me uidere,an nō,qa id erit secūdum rōnē tui discessus.[Cōsilium]Deliberationē [Accipitur]A me.[Ex publica pmutatione.) Quia illic erat accepturus pecunia;q̃ postea Romę erat reddēda ei,q mutasset.ita.n.iusserat senatus,iō dixit,ex publica pmutatione; qđ vulgo dicimus p literas

Iconiū. cābitionis.[Deinde]Postq̃ accepero dictā pecuniā [Iconiū] Oppidū Cappadociæ, optime olim habitatū fortunatiorē regionē hn̄s,alterū est in Asia in Pontica regione apud Trogetē lacū, auctor Stra [Si qđ fallit me] i quid erro [In scribēdo].s.itinere, qđ sum facturus.[Procul]Parenthesis.[Simul ac]Postq̃, vt primum [Progredi]Procedere ulterius prouinciā uersus.[Quàm creberrimis)Pluribus.[Oneris) Significat. Cic. latenter App. fugere, ne cōueniat,ideo dicit magni interesse,ut cōueniāt,& colloquanť, sed nō audere tñ ei instare,nisi quātum cōmodo eius fieri possit. [Nec debeo)Quia non sum,ita de te meritus,ut liceat tibi aliqd oneris imponere.[Qđ]Quæ res.s.vt cōueniamus [Tuo commodo)tua cōmoditate.[Quā facultatē)quā possibilitatē.[Cōstabūt) Apparebunt.i.faciā tñ oīa,q̃ p te debuero.[Secus) aliter minus. [Ac)Quā vt nō secus,ac iusti faciunt.[Mādaturus) Cōmissurus. [Desperaro)Spē amisero.[Agere) Loqui.[Corā) In psentia.[Qđ te) Latēter innuit falsum esse qđ scripserat de successore prouin

Ephesis. ciæ.[Eum) Scæuolam.[Ephesi) Quæ vrbs est Ioniæ celeberrimo Dianę tēplo clara.[Mecum]apud me.[Triduū) Totos tres dies. [Illud).s.triduum.[Quòd) Quia tantum triduum commoratus sum Ephesi [Nec ex eo)Scæuola.[Quidquam) quod ab eo petiuisses,ut tibi succederet,quod declarat dicens.[Quod mādatum) scilicet,vt tibi succederet,quod quidem dixisset mihi,si esset verum,& ita latenter,& callide conuincit eum mendacij.[Potuisse)Subaudi Scæuolam.[Voluntati tuæ) In succedendo tibi.

ASC. *TRALLES veni, &c.*] Primū dicit se Trallib. conuentum ab Lucilio cum literis,& mandatis App.Deinde eundem aptissimum fuisse ad iudicāda ea,q̃ maximopere scire uolebat.Tu.gratias agit Appio de beneficiis eius,ac demum qđ Appio de Scęuola scripserat,refellit.Ordo autē est:Ego ueni Tralles.i.in eā urbē Asiæ ad xiii.Kal.Sex.i.Aug.ibi L.Lucilius fuit p̄sto.i.p̄sens,& paratus mihi ad expediēda ea,q̃ vellet mecum agere,cum literis,& mādatis tuis.Quo qdē hoīe,neminem.i.nō aliquem hoīem,nō potuisti mittere aliquē nec amiciorē mihi,nec(ut arbitror)aptiorem ad cognoscenda.s.ex eo,ea q volebā scire, ve, pro vel, prudentiorē.Ego aūt & legi lr̄as tuas libenter,& audiui Lucilium diligenter.Nūc qm̄ tu sentis ita,scribis.n.ea,q̃ ego scripseram ad te de officiis nostris,etsi ea fuerunt iucūda tibi,tñ qm̄ repetita sunt ex alto.i.ex primordiis causarum,amicitia cōfirmata.i. postquā amicitia est cōfirmata,& fide facta,aut potius perfecta.i. pfecte cognita,cōmemoratio officiorum est superuacanea.i. superflua, ego p̄termittā eā partem orationis.s.quæ esset de cōmemoratione beneficiorū.Tñ.i.nihilominus ego agā tibi gratias,vt debeo. Aīaduerti.n.& didici ex literis tuis,te habuisse in oībus reb. rōnem.i.considerationē,& propositum,vt cōsuleres.i. quasi cōsulēdo pdesses,mihi,& ut restitueres.i.ablata,& p̄parates quodāmodo oīa tam vetera,q̃ restituta,quo i.ideo,ut mea rō.i. meum negocium in prouincia possit esse facilior,& solutior.i.liberior, & expeditior. Cum ego dicā hoc officium tuum esse gratissimum mihi,illud sequiť,vt velim te existimare,fore.i.futurū esse, atq; esse.s.nunc, mihi magnæ curæ,iā primum.i.illud primum,ut tu ipse,& omnes tui deinde ēt ut reliq possint scire,me esse amicissimum tibi,nō.s.me esse amicissimum tibi,ij, quib. nō est adhuc perspectum satis uidētur mihi,nolle magis nō esse hoc.s.tā bene uolo animo q̃ non intelligere,quia licet intelligant,tñ quia inuidēt nobis,& nolint nos esse cōcordes,& dissimulāt se perspicere amicitiam nostrā Sed profecto ipsi intelligent,neq; .n. res agetur psonis obscuris,nec causis paruis.Sed ego uolo hoc fieri melius,q̃ dici,aut scribi .Quòd ratio itinerum meorū uidetur te adducere in nōnullā dubitationē,ne.i.an sis uisurus me in prouincia,ea res habet sic:Cum ego loquerer Brundusij,cum Phania liberto tuo,ueni in eum sermonem,ut dicerem me libenter uenturum esse primum ad eam partem prouincię quo.i.quā,ego arbitrarer te uelle.maxime.s.me uenire,tūc ille.s.Phania dixit mihi perfore.i. multum fore accōmodatum tibi si accessissem nauib. ad illā partem maritimā prouinciæ,quo.i.ad quā,uelles decedere classe,ego dixi me esse facturū sup.id.Et ita fecissem, nisi Lē. Clodius noster.s.cōis amicus dixisset Corcyræ. i. in Corcyra insula,id minime.i.nequaquam faciendū,& nisi dixisset,supple te fore ad.i. usq;,ad meum aduentū Laodicęę, q̃ est urb.Syriæ,teste Pomp.Mela in parte,cui Antiochię cognomen est.Id.s.iter erat mihi breuius multo,& multo cōmodius,p̄sertim cū arbitrarer te malle.i.magis uelle ita.s.me facere.Sequētia statim explanabo.Sanè Corcyra est in insula in mari Ionio,vñ mirandū est, q̄ nomē insulæ in genitiuo posuit, quasi aduerbialiter nisi dixerimus in ea insula urbem esse eiusdē noīs,qđ sæpe cōtingit,ut de Rhodo supra diximus. Tua rō.i.ppositū tuū cū rōne,est mutata.i.mutatum postea,nūc tu statues.i. constitues,& ordinabis facillimè qđ posset fieri,ego exponā.i.declarabo tibi meū cōsiliū. Ego puto me forte Laodicęę prid.Kal.Sex.i.ad primū diem Augusti p dies paucos dū.i.donec pecunia q̃ debeť mihi ex pmutatione publica, uulgo cābium dicunt,alij bancā,accipiť.s.à trapezitis, aut negociatorib.q̃ restituendā acceperant,deinde iter faciā.i.iterabo ad exercitum,ut putē me fore ad Iconiū oppidū Cappadociæ optime habitatū olim,circiter idus Sextiles.i. decimūtertiū diē Augusti.Sed si quid fallit.i. decipit me nunc in scribēdo. i. dum hæc scribo.ego.n.absum pcul à re ipsa,& locis,faciā,q̃ i.q̃tum potero celerrime,& quā crebērrimus.i. plurimum crebris literis, vt omnis ratio dierum atque itinerum meorum sit nota tibi simul ac.i.statim,postquam.i.aut potius eodem tempore, quo cæpero progredi.Ego nec audeo,nec debeo imponere tibi qđq̃ oneris, sed quod possi fieri supp.commodo tuo, interest.i.refert magni utriusque nostrum.s.& tua,& mea,ut conueniam prius te,q̃ decedas.s.de puincia.Quā facultatem.s.cōueniendi,si quis casus eripuerit,tum.i.nihilominus,omnia officia mea constanter fient in te,non secus.i.non aliter,ac.i.quā, si uidissem te.Ego nihil sum mandaturus tibi de negocijs nr̄is per literas anteq̄ desperaro p desperauero me posse agere tecum coram.i.in præsentia.Quod dicis te petisse à Sceuola,ut præesset prouinciæ.dum.i.donec,tu abesses ante aduētum meum supp.nō est sperandū,quia.Ego uidi eū Ephesi,q̃ urbs est Ioniæ,olim propter templum Dianę clarissima,& fuit mecum familiariter triduum illud, quod ego cōmoratus sum Ephesi,nec audiui ab eo quidquā,quod liceret mādatū sup esse sibi à te,Aūt.i.sed ego uellē sane. i. multū aut sano consilio, sup.cum potuisse obsequi uoluntati tuæ,nō.n. arbitror sup.cum uoluisse obsequi.i.obtemperari uoluntati tuæ. Vale.

ARGVMENTVM.

Sicut uisum est in superiori epistola Appius uisus erat dubitasse.utrū Cic.uideret in sua prouincia ante q̃ discederet,& iō Cic.exposuit ei rōnē,& ppositū itineris sui,& q̃ pararet Appiū cōuenire Laodiceæ in finibus puinciæ,sed Appius lōge aliter fecit,qđ hic cōqueriť Cic. Nā in interiorē partē puinciæ se recepit,et illic,licet magistratu abijsse debuisset,cum Cic.haberet successorē,officio tñ adhuc fungebatur, iura reddēs,& puinciā tractās perinde ac si ad se adhuc ptineret,qđ tamē sēctū Cic ut se Appio amicū significet,nō solū nō moleste ferre,sed ēt cōprobare se scribit,ut q ab onere puinciæ regē da interea p amicū leuaretur.Accusat aūt Appiū,qđ tres cohortes dimiserit,cū tamen Cic.eū rogauerat,ne id faceret.Queritur ēt grauiter,q nullo pacto scire pōt,quo Appiū cōueniat.dicit tamē se facturū,ut omnes intelligant se Appio uerū amicū fuisse,rogatq; ut Appius erratū suum corrigat, & ut Appiū sui conueniendi modū doceat,ubi sit,& quid facturus, scribit.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Expostulat cum Appio quod promissis fidem non seruet.

M. CICERO PROCOSS. APPIO PVLCHRO. IMP. S. P. D. 6

CVM *meum factum cum tuo comparo, etsi non magis mihi faueo in nostra amicitia tuenda, quam tibi, tamen*

mulib magis meo facto delector, quam tuo: ego enim Brũdusii quæsiui ex Phania, cuius mihi uidebar, & fidelitatem erga te perspexisse, & nosse locum, quem apud te is teneret, quam in partem prouinciæ maxime putaret te uelle, ut in succedendo primum uenirem. cum ille mihi respondisset, nihil me tibi gratius facere posse, quam si ad Sidam nauigassem: etsi minus dignitatis habebat ille aduentus, et ad multas res mihi minus erat aptus, tamen me ita dixi esse facturum. idem ego cum L. Clodium Corcyræ conuenissem, hominem ita tibi coniunctum, ut mihi, cum illo cum loquerer, tecum loqui uiderer: dixi ei, me ita facturum esse, ut in eam partem, quã Phania rogasset, primum uenirem. tunc mihi ille cum gratias egisset, magnopere à me petiuit, ut Laodiceam protinus irem: te in prima prouincia uelle esse, ut quã primũ decederes: quin, nisi ego successor essem, quem tu cuperes uidere, te antea, quam tibi successum esset, decessurum fuisse. quod quidẽ erat consentaneũ, cum iis literis, quas ego Romæ acceperam: ex quibus perspexisse mihi uidebar, quam festinares decedere. respondi Clodio, me ita esse facturum: ac multo quidem libentius, quã si illud esset faciendũ, quod promiseram Phaniæ, itaque & consilium mutaui, & ad te statim mea manu scriptas literas misi: quas quidẽ ex tuis literis intellexi satis mature ad te esse perlatas. Hoc ego meo facto ualde delector: nihil. n. potuit fieri amãtius. considera nunc uicissim tuum: Non modo ibi non fuisti, ubi me quamprimum uidere posses: sed eo discessisti, quò ego te ne persequi quidem possem triginta diebus, qui tibi ad decedendum lege, ut opinor, Cornelia constituti essẽt: ut tuum factum illis, qui, quo animo inter nos simus, ignorãt, alieni hominis ut leuissime, dicã, & fugientis cõgressum, meũ uero coniunctissimi, & amicissimi esse uideatur. ac mihi tamen ante, quàm in prouinciam uenirem, redditæ sunt a te literæ: quibus etsi te Tarsum proficisci demonstrabas, tamen mihi non dubiam spẽ mei conueniendi afferebas: cum interea, credo equidem, maleuoli homines, (late enim patet hoc uitium, & est in multis) sed tamen probabilem materiẽ nacti sermonis, ignari meæ constantiæ, conabantur alienare à te uoluntatem meam, qui te forum Tarsi agere, statuere multa, decernere, iudicare dicerẽt; cum posses iam suspicari, tibi esse successum: quæ nẽ ab iis quidẽ fieri solerẽt, qui breui tẽpore sibi successum iri putarẽt. horum ego sermone non mouebar; quin etiam (credas mihi uelim, si quid tu ageres, leuari me putabam molestia: et ex annua prouincia, quæ mihi longa uideretur, prope iam undecim mensium prouinciam factam esse gaudebam, si absenti mihi unius mẽsis labor detractus esset illud, uere dicam, me mouet, in tanta militum paucitate abesse tres cohortes, quæ sint plenissimæ, nec me scire ubi sint. molestissime autem fero, quòd te ubi uisurus sim, nescio: eoq; ad te tardius scripsi, quòd quotidie te ipsum expectabam: cum interea ne literas quidem ullas accepi, quæ me docerent, quid ageres, aut ubi te uisurus essẽ. itaque uirum fortẽ, mihiq; in primis probatũ, Antonium, præfectum euocatorum, misi ad te, cui, si tibi uideretur, cohortes traderes: ut dum tempus anni esset idoneum, aliquid negocii gerere possem. in quo tuo consilio ut me sperarem esse usurum, et amicitia nostra, & literæ tuæ fecerãt, quod ego ne nũc quidem despero, sed plane quando, aut ubi te uisurus sim, nisi ad me scripseris, ne suspicari quidẽ possum. ego, ut me tibi amicissimum esse & æqui, & iniqui intelligant, curabo. de tuo in me animo iniquis secus existimandi uideris non nihil loci dedisse. id si correxeris, mihi ualde gratũ erit. & ut habere rationẽ possis, quo loco me salua lege Cornelia, conuenias: ego in ꝓuinciã ueni pridie Kal. Sex. iter in Ciliciã facio per Cappadociã. castra moui ab Iconio pridie Ka. sep. nũc tu & ex diebus, & ex ratiõne itineris, si putabis me esse cõueniendum, cõstitues, quo loco id commodissime fieri possit, & quo die. Vale.

CVM meum] Maxima pars huius epistolæ ex præcedenti epistola aperitur, in qua cum uideretur dubitare Appius uisurus ne esset Cice. ante discessum suum ex prouincia, exposuit Cic. rationem, & propositum itineris sui, & commemorat omnẽ institutionem, & disputationẽ factam inter se, & Appiũ, & literis, & nũciis de ratione itineris. in quo, & officium suum laudat, ꝙ quantum potuit intelligere uoluntatem Appii studuit ei satisfacere, ut eum conueniret, cum eum longe aliter fecisse quærat, qui ne conueniretur à Cic. non expectabit eum Laodiceæ ueluti constituerat, quæ erat in finibus prouinciæ, sed in interiorẽ prouinciam se recepit itinere multorum dierũ. ubi quamuis esset iã functus magistratu, reddebat iura, & ꝓuinciã tractabat quasi ad se pertineret, cũ id nõ liceret facere, iã dato sibi successore, quod tamen Cic. ostendit se nõ modo non moleste tulisse, uerum etiã gauisum esse, q̃a uideret se leuatũ molestia administrationis ꝓuinciæ unius mensis, quo ille administrasset, quasi adhuc esset ꝓcõsul. Deinde accusat eum, ꝙ dimiserit tres cohortes, cum esset rogatus à Cic. ꝑ literas, ut uisum est superius, ne id faceret, & grauissime conqueritur, ꝙ nullo pacto scire possit, ubi eũ cõueniat, dicit tamẽ se facturũ, ut omnes intelligãt se bonũ amicũ fuisse, cũ Appius aliter fecerit, quod erratũ rogat eũ, ut uelit corrigere. Postremo ostendit ubi sit. & quod iter faciat [Cum meũ factum) Id, quod ego feci. [Comparo;) Ad cõparationem adduco utrũ sit magis ex officio. [Nõ faueo mihi) Nõ magis tueor partẽ meã, q̃ tuã, quod vulgo dicimus non magis do ius mihi, q̃ tibi, & est ornate dictũ. [Delector meo facto] Laudo quod ego feci, q̃ id q̃d tu fecisti. [Ego. n.] Repetit nunc omnẽ disputationẽ itineris factã per nũcios, & literas, & primũ quæ dixerat Phanias libertus eius, & Lent. Clodius, quem ille miserat cum mãdatis, ut uisum est plene in præcedentib. epistolis, deinde q̃d scripserat ipse Appius ad Cic. cũ adhuc esset Romæ in quibus omnibus dicit se studuisse, quantum potuisset satisfacere eius uoluntati [Et nosse locũ) Scire, quem locũ ille haberet apud te, quia erat ex intimis Appii, cuius consilio maxime utebatur. laudat autẽ eũ Cic. ut probet fuisse credendum quod ille dixisset. [Quã in partẽ) Textus hic est facilis in superiore epistola declaratus: [Sydã) Syda urbs Lyciæ portũ habens, auctor Põp. Mela lib. i. [Minus dignitatis) Minus honoris. i. etsi nõ erat mihi satis honestus aduẽtus meus Sydã. [Minime aptus). i. etiã incõmodus ad multa facienda [Tñ) quia intellexerã te ita uelle. [Ita facturũ). i. uenturũ Sydã. [Idẽ ego) q. d. in eo q̃d Phania dixisset officiũ amicitiæ & beneuolẽtiæ erga te declarare constituerã. [Corcyræ) Vt in superiore epistola. [Tecũ] i. ut uiderer audire alterũ te, uel potius te ipsũ, ita uidebar nosse mẽtẽ tuã, & q̃dquid in pectore habes. [Te uelle esse] Subaudi dixit. [In prima prouincia) In prima parte prouinciæ Italiã uersus [Quin) Pro quinetiã i. insuper, ꝑter id. [Te fuisse decessurũ] subaudi dixit, nisi ego essem tibi successor, quẽ præcipue cuperes. [Quod q̃ dẽ) Te cupere me uidere, neque uelle aliter discedere, nisi me conuenisses. [Erat cõsentaneũ) Conueniebat, cõcordabat. (Festinares) Properares. [Ita) s. ut Laodiceã irẽ. [Quod promiserã Phaniæ) s. ut irem Sydam, sicut ille dixerat te uelle. [Cõsiliũ] Sententiam, ne irẽ Sydã. [Mea.) q. d. propria, ut ostenderem tibi promptum animũ meum in obsequendo tibi quocunq; iuberes me uenire. [Satis mature) Satis temperate. Nam mature dr̃ fieri, teste A. G. auctore Nigidio, q̃d neque citius, neque serius fit, sed medium est quiddam temperatum, unde scite Virg. i. Aen. dixit maturate fugã. i. non celeriter, sed tẽperate facite, ne ex celeritate euersæ forẽt naues Troianorũ. [Ex tuis] Quas ad me scripsisti ex argumento mearũ. [Hoc ego) Repetit cõmendationem, & officiũ sui facti. [Amãtius) Cũ maiori amore, amorosius. [Cõsidera] Inspice. [Vicissim) Contra, sicut meũ aperui. [Tuũ) Factum. [Nõ modo) Ostendit ꝙ nõ solũ fefellit fidem in eo quod promiserat, quia non uenit ad loca cõstituta, sed etiam ita abiit lõge, ut Cic. non possit eum persequi. xxx. dieb. nã, ut diximus, in interiorẽ ꝓuinciam se receperat, quæ quidẽ erat maxima, [Lege Cornelia) Qua permittebatur, ut finito annuo magistratu, liceret tãtũ esse in prouincia 30. dies [Constituti) Decreti. [Ad). s. ut tibi succederetur, nam aliter non essent tibi cõstituti. [Vt) Subauditur, ita discessisti, ut diximus longe, ut illis, qui nesciunt animũ nostrũ inter nos cõiunctissimum, dicãt factum tuum fuisse hominis alieni à beneuolentia. [Leuissimi) Nullius existimationis, uel etiã inconstantissimi. [Et fugientis cõgressum) Collocutionem amici, & conuentionem [Meum) Factum, subaudi, ut [Videatur.) Putetur. [Coniunctissimi) Contra id. quod dixit alieni. [Ac mihi) Adhuc conuincit eum inconstantiæ ex promissione literarũ suarũ, quibus ille promittebat fore, ut cõueniret Cic. licet irẽ. [Tarsũ) Quam orbẽ diximus esse Ciliciæ, erat autem in interiore parte. [Nõ dubiã,) q. d. certã [Cũ interea) Laudat Cic. cõstãtiam suam aduersus inconstnatiã Apii, ꝙ cum multi tentarent alienare eũ

HVB.

Syda

Quin

Maturo

ab Appio dicẽtes Appium Tarſi ita ſtatuere, iudicare, decernere
queadmodum antea, cum eſſet proconſul, quod uideretur p̄iudi-
care dignitati. Cic. dicit tñ ſe nunquã moleſte tuliſſe, ſed potius
gauiſum eſſe. [Late. n.] Parẽtheſis. [Hoc uitiũ] Maleuolentię, &
detractionis. [Late patet] In multis locis regnat. [Nacti] Adepti.
[Probabilẽ) Veriſimilẽ, & latẽter mordet App. quẽ licet maleuo
li, tñ ob aliquam iuſtam cãm accuſarent. [Ignari meæ cõſtãtię]
qui neſciebãt me ita eſſe cõſtantẽ, ut nõ facile eorum detractio
nib. moueret, necuerbis ab amicis alienaret. [Conabant] Fruſtra
Forum tentabant, & uolebant. [Qui] Maleuoli. [Agere forũ] Forũ multa
ſignificat, ut ſcribit Feſtus Pomp. at agere forum dr̃ præfectus ꝓ
uinciæ, cum ciuitatib. conuocatis de earum negociis, & contro
uerſiis cognoſcit, ergo forũ agere iure reddere, et cãs audire. [Sta
Decernere tuere] Facere ſtatuta. [Decernere] Firmiter deliberare, ſancire, un
de & decreta dicuntur ſanctiones quædã eorũ, qui habẽt auctori
Decretum tatẽ, ut principũ, cõſulũ, ſenatus [Iudicare] De cauſis controuer
ſiis ferre iudicia, quæ non debuiſſes facere cũ poſſes. [Suſpicari.
Opinari [Eſſe ſucceſſum;] Datũ tibi ſucceſſorem, ad quẽ ptinet
ſupradicta facere. [Quæ ſucceſſ.] .ſ. forum agere, ſtatuere &c. [Ne
ab iis quidẽ] q. d. ſi hæc nõ facerent, qui breui expectarẽt ſucceſ-
ſorẽ, quãto minus tu facere debuiſti, qui poteras exiſtimare iã ti
bi eſſe ſucceſſum. [Nõ mouebar] Non iraſcebat tibi. [Credas ue-
lim,] h. d. quia uix eſt credibile, ut magiſtratui ſucceſſuro placeat
p̄deceſſorẽ ſuũ agere, q̃ ad ſe pertineant [Si quid ageres) Si quid
ſtatueres, & iudicares, ut audiebam à te fieri. [Leuari) Exonerati.
[Moleſtia) Labore [Et ex annua) Senſus eſt, & ex adminiſtratio
ne unius anni, quod tp̄s vr̃ mihi longum, gaudebã iam unũ men
ſem eſſe confectũ te adminiſtrante, remanereq. mihi tp̄s breuius
& moleſtiam, q̃ erat annua, redactam eſſe in 11. menſes [Prouin
ciam undecim menſium). i. adminiſtrationem 11. mẽſium. [Eſſe
factam me) Quia iã unum mẽſem adminiſtraſſes. [Longa) quia
contra uolũtatem meã mittor in ꝓuinciam. [Labor) Adminiſtra
tionis. [Detractus) Diminutus tua adminiſtratione. [Illud) Eum
accuſat de tribus cohortib. dimiſſis. [Mouet) Turbat, moleſtum
eſt. [Paucitate militum) In tam exiguis copijs militũ, ut in ſupe
riorib. epiſtolis dixit. [Abeſſe) A prouincia. [Nec me ſcire] Subau
di mouet me [Nec ſcire]. i. quod neſciã vbi ſint. [Pleniſſime) Inte
gerrime, conſcripto ab ipſis cohortib. ſupplemento. [Moleſtiſſi-
me) q. d. licet quod dixi moleſte ferã, tñ hoc moleſtiſſime fero, ꝙ
&c. [Eo) propter. [Teipſum) p̄ſentem, non amplius literas tuas,
aut nũcios [Interea) Dũ te expecto. [Ne literas quidẽ) Quod mi-
nus eſt q̃ teipſum. [Decerent) Inſtruerent, informarent. [Forte.)
Tria militię genera Magni animi hoĩem. [Probatum) Spectatum, & mihi gratũ. [Pię
fectum euocatorũ) Qui præeſt euocatis militib. Tria aũt erãt mi
litiæ genera, ut Ser. in 1. & 7. Aen. declarauit, legitima eorũ qui
ſinguli iurabant pro rep. eſſe facturos, nec diſcedebãt, niſi cõple
tis militiæ tẽporib. tumultus uero eorum, qui ad unũ bellũ mili
tabant, ut puta ſi fuiſſet bellum Gallicum, uel Italicũ, in quib. ex
periculi uicinitate erat timor multus. Euocatio uero ...ebat cũ ad
diuerſa loca diuerſi propter cogẽdos mittebant exercitus. [Cui)
Antonio [Traderes) Cõmitteres meo nomine. [Si tibi uideret)
Si putares tradendas, manſuete. n. cũ eo loquit tanq̃ cũ hoĩe ſu
perbo, ne irritet eũ ad irã, aut indignationẽ, qđ fortaſſe feciſſet, ſi
dixiſſet cui traderes cohortes, ſicut debes. [Tp̄s anni) Quia erat
æſtiuũ tp̄s aptum bellis gerendis. Erat. n Auguſtus menſis, ut in
ſuperiori epiſtola uiſum eſt, & in fine huius. [Aliquid negocij)
Aliquid belli. [In quo) in qua re. ſ ut poſſem gerere aliquid nego
cij [Amicitia) Quæ mihi dabat ſpem de te optimam. [Et literę)
Quibus multa mihi pollicebaris. [Fecerant) Perſuaſerant mihi.
[Tuo conſilio) Vt ẽt mihi conſuleres, quomodo mihi eſſet agẽ-
dũ [Quod) ſ. me uſurũ tuo conſilio. [Nec deſpero) Nõ ſum ſine
ſpe. [Qñ) Quo tempore. [Aut ubi) Quo in loco [Suſpicari) Opi-
nari, exiſtimare, multo minus ſcire. [Aequi) Boni, & amici. [Ini
qui) Maleuoli, & inimici. [De tuo) Accuſat eum, ꝙ dederit mate
riã maleuolis ſuſpicandi de aĩo ſuo erga Cic. aliter q̃ ſit, quia exi
ſtimauerunt eam eſſe alienatum. Ordo eſt: Videris dediſſe nõ ni-
hil loci iniquis exiſtimandi ſecus de tuo animo in me [Non ni
hil loci). i. aliquid occaſionis. [Secus] Aliter, uel quam ego dede-
rim, uel q̃ ſit, quia exiſtimant te eſſe alienatum à me cum nõ ſit.
[Id). ſ. ꝙ dediſti occaſionem &c [Si correxeris) Si emendaueris,
ut nunc des occaſionem exiſtimandi bene. [Et). ſ. ſubaudi gratũ
erit. [Habere rationem) Conſtituere. [Salua lege Cor.) Quæ non
plures, q̃ triginta dies conſtituebat ei, poſtquam ueniſſet ſucceſ-
ſor. [In prouinciam) In Aſiam. [Per Cappadociam) Quæ eſt
Castra Aſiæ regio, regnum Ariobarzanis. [Caſtra) Exercitum, mili-
tes, interdum enim pro loco, ubi ſtant milites, interdum pro mi
Iconiũ litibus ipſis ponũtur caſtra, ut nos caſtra mouemus. [Iconio] Op
pido, ut diximus Cappadocię [Ex diebus) Quibus dixi me mouiſ
ſe caſtra, & eſt ſenſus, computatis diebus mei itineris, & diebus
quibus per legem Corneliam licet tibi eſſe in prouincia, ſi exiſti
mabis, quòd poſſis me conuenire, conſtitues, quo loco, & quo
die id commodiſſime fieri poſſit. ſ. ut me conuenias.

CVM meum, &c.] Conqueritur Cic. ꝙ Appius uiſus ſit occa- ASC.
ſionẽ quæſiſſe, ne conueniatur à ſe, & nolle magiſtratu abire, cũ
illo adhuc fungatur in prouincia, quod tñ Cic. in æquiorẽ partẽ
accipit. Accuſat tñ Appium, ꝙ tres cohortes, dimiſerit, & rurſus
ꝙ Appium conuenire non poteſt, pollicetur tñ ſe amicitiæ in il
lum partibus functurũ. Ordo eſt: Cum. i. qñ, ego comparo factum
meum cum tuo, etſi. i. quanquam, ego non faueo magis in amici
tia noſtra tuẽda. i. protegẽda, mihi, q̃ tibi, tñ ego delector multo
magis meo facto, quàm tuo. Ego. i. quæſiui ex Phania. ſ. liberto.
tuo. Cuius. ſ. Phaniæ ego uidebar mihi, &. i. ſimul perſpexiſſe fide
litatẽ erga te, &. i. ſimul noſſe. i. cognoſcere, locum. i. gradum ęſti
mationis, quem is teneret erga te, in quam partem prouincię ip-
ſe putaret te uelle maxime ut ego uenirem primum in ſucceden
do. ſ. tibi, cum ille. ſ. Phania rñdiſſet mihi, me nihil gratius poſſe
facere tibi, quàm ſi nauigaſſem ad Syriam. i. vrbem illam Lyciæ,
aut portum eius, habet. n. portum urbs ea, etſi. i. q̃q̃ ille aduentus
.ſ. in Sydam, habebat minus dignitatis, & erat minus aptus. ſ. q̃
ceteri, mihi ad multas res. ſ. honeſte gerẽdas, tñ ego dixi me eſſe
facturũ ita. ſ. ut ille conſueuerat. Ego cum conueniſſem Corcyræ
.i. in ea inſula, aut urbe eius Lentulum Clod. hominem ita con-
iunctum tibi, ut cum loquerer cũ illo, uideret mihi loqui tecum,
dixi me facturũ eſſe idẽ. i. eãdem rem, aut idem dixi ita, ut ueni-
rem primum in eam partem, quam Phania rogaſſet, tũ ille cum
egiſſet gratias mihi, petiuit a me magnopere, vt irẽ primus Lao-
diceã, & ſup. dixit, te uelle eſſe in prima ꝓuincia. i. in prima par-
te Romam verſus, ut decederes quãprimum. i. ualde cito, quin. i.
inſuper dixit, te fuiſſe deceſſurum, niſi ego eſſem ſucceſſor, quẽ
tu cuperes uidere antea quam ſucceſſum eſſet tibi. Quod. ſ. di-
ctum Lẽtuli, erat quidẽ. i. certe cõſentaneum. i. conſonũ, & eiuſ-
dem ſnĩæ cum ijs literis. ſ. tuis, quas ego acceperã. Romæ. Ex qui
bus. ſ. literis ego uidebar mihi p̄ſpexiſſe. i. clare uidiſſe, & intelle-
xiſſe, q̃. i. quantum, feſtinares decedere. ſ. è ꝓuincia, unde decede
re non eſt per ſe mori, ſed de loco, aut offõ, aut ꝓuincia cedere, ſi
cut nec defungi eſt mori. ſed à rerũ functione abire, quod morien
tes faciunt Ego rñdi Clodio. ſ. Lentulo me facturũ eſſe ita, ac qui
dẽ multo libentius, q̃ ſi illud, qđ ꝓmiſeram Phaniæ, eſſet facien
dũ. Itaq;. i & ita ego, &. i. ſimul, mutaui cõſiliũ, & miſi ſtatim ad
te lr̃as ſcriptas manu mea, quas q dẽ ego intellexi ex literis tuis
eſſe platas ad te ſatis mature. i. tẽpeſtiue, aut cito. Hoc &c. Ego de
lector ualde hoc facto meo, quod prænarratũ eſt. Enim pro qa,
nihil potuit fieri amantius. i. magis amãter, aut cũ maiore amo-
re meo in te. Conſidera nunc uiciſſim tuum. ſ. factum. Tu non
modo. i. non ſolum non fuiſti. ſ. Laodiceæ, ubi poſſes uidere me
quam primum. i. ualde cito, ſed diſceſſiſti eo, quò ego ne quidẽ
.i. nõ ẽt. triginta diebus. i. ſpatio triginta dierũ poſſem perſeq. i.
ad conſumationem ſequi, hoc eſt ſequendo attingere te. Qui. ſ.
triginta dies eſſent conſtituti tibi, ut opinor, ad ſuccedendum ti-
bi. i. quibus lege Corn. decedẽdũ tibi erat prouincia. Hoc, aut ut
factum tuũ uideatur illis, qui ignorant, quo animo ſumus inter
nos. i. qui ignorant beneuolentiam noſtram mutuam, eſſe hoĩs
alieni, ut dicam leuiſſime. i. cũ leuiſſima nota ſimultatis, aut ho-
minis fugientis congreſſum meum nõ coniunctiſſimi, & amãtiſ
ſimi mei. Attamen literæ ſunt redditæ mihi à te. ſ. ſcriptæ antẽq̃
uenirem in prouinciam, quibus. ſ. literis, etſi. i. quanq̃ demõſtra-
bas te ꝓficiſci Tarſum. i. ad urbem Ciliciæ. tñ aſſerebas mihi nõ
dubiam. i. certam ſpẽ, conueniendi mei. i ꝙ conuenires me, cum
interea, credo equidem hoĩes maleuoli. Nam hoc uitiũ ſ. male-
uolentię, & inuidię patet i. extendit late, & eſt in multis, ſed tñ
.i. nihilominus, quãuis maleuoli ſuſpicari poſſent, nacti materiã
probabilem ſermonis. ſ. de nobis faciendi, aut quem de nobis ha
buerunt, ignari conſtantiæ meæ, conabantur alienare uoluntatẽ
meã à te, qui dicerent te agere Tarſi Forũ ſ. iudiciale, ſtatuere. i.
ſtatuta condere, decernere, & iudicare multa, cum poſſes ſuſpica
ri ſucceſſum eſſe iam tibi. Quæ. ſ. iam dicta officia, forum agere,
ſtatuere, &c ſolerent quidem. i. certe, fieri ab iis, qui putarent ſuc
cedi. i. ſucceſſionẽ fieri ſibi breui tpe. i. ut Hubertinus intelligit.
poſt breue tempus. nã qñ decedendũ eſt, ſolẽt diligentiſſime re-
liqua munera prouinciæ explere, ſed Appius ſero id tũc feciſſet,
cum ſibi ſucceſſum eſſe ſuſpicari debebat. Aliis vr̃ hoc dicere, Ap
pium eo animo id facere, quo q putaret ſucceſſionem Cic. breui
tpe fore. i. parum duraturã, & ita noluiſſe intermittere munera
prouinciæ. Ego non mouebar. ſ. à conſtanti amore, ſermone bo
rum. i. huiuſmodi hominum, quin ẽt (velim credas mihi) ego pu
tabã me leuari. i. deonerari moleſtia. i. moleſto negocio, ſi tu age
res qd. i. aliquid in prouincia. ſ. Et gaudebam prouinciam eſſe ta-
ctam mihi propè. i. quaſi 11. menſium ex prouincia annua. i. 12.

mensium, quæ uideretur mihi lõga, gaudebam, inquam, si labor unius mensis esset detractus mihi absenti. Illud dicam uere, mouet.i.afficit dolore me tres cohortes quę sint plenissimę.i.pfectissimæ abesse.i.dimissas à te in tãta paucitate militum, nec me scire ubi sint, ut uidelicet eas reuocem. At.i.sed, ego fero molestissime, ꝙ nescio ubi uisurus sum te, & eo.i.icciréo, scripsi ad te tardius, ꝙ expectabã quotidie teipsum, cum interea ne quidẽ.i. non saltẽ, accepi ullas literas.s.à te, quæ.s.literæ docerẽt me, qd ageres, aut ubi uisurus essem te. Itaque.i.& ita, ego misi ad te uirum fortem, & probatum mihi in primis, uidelicet Antoniũ præfectũ s.militum euocatorũ.i qui p euocationẽ militãt. Tria.n.ut Seruius docet, erãt militum genera. legitimũ unum, eorũ q singuli iurabant ꝓ Rep.se esse facturos, & ij non discedebant nisi cõpleto militię tempore, alterum tumultus, eorum uidelicet, qui orto tumultu ad unũ bellum militabant, ut in Bel Gal.& Italico.tertium euocationis, cum ad diuersa loca diuersi propter cogẽdos mittebãtur exercitus. Cui.s.præfecto euocatorum tu traderes cohortes, si uideretur tibi. i. ita faciendum, ut possem gerere aliquid negocij, dum.i.donec tempus anni esset idoneum.s. ad bellum gerendum. In quo.s. negocio gerẽdo, & amicitia nostra, & literæ tuę fecerant, ut sperarem me esse usurum consilio tuo. Sed planè.i.oĩno, ne quidem.i.non saltem suspicari possum, ubi aut qñ sum uisurus te. Ego curabo, ut æqui & iniqui intelligant me esse amicissimum tibi. tu uideris dedisse iniquis nonnihil loci.i. occasionis, & quasi ansam, existimandi.i.iudicandi, secus.i.aliter de animo tuo in me si tu correxeris id, erit ualde gratũ mihi. Et ut possis habere rationem.i.modũ, quo cõuenias me, lege Cor. salua.i. intra trigesimum diem, ego ueni in prouinciã prid.Kal. Sex. i. ultimo die Iulij, & facio iter in Ciliciam per Cappadociam. Ego moui castra ab Iconio oppido illo Cappadociæ, prid. Kal.Sept.i. ult. di Augusti nunc tu constitues, & ex diebus, & ex ratione itineris. si putabis me esse cõueniendũ, quo loco & quo die, is.s.conuentus noster possit fieri commodissime. Vale.

ARGVMENTVM.

Decesserat Appius ex prouincia, & iam Romã se receperat, unde ad Ciceronẽ legatos cũ literis plenis quærimoniæ miserat, quod Cic.edicto impediuisset ædificationem, quã prouinciales facere cœperant in memoriam, & gloriam Appij, exactis tributi, ex prouincia At quod respõdet Cic.plene, et se excusat callide, accusans Appium, quod prouinciã ita oppresserit, ut plures sint qui recusent, quã qui uelint pro ædificatione illa tributa soluere. Deinde purget quod Appio honorificentiæ gratia non exierit obuiã, affertq; multas rationes, quare id fecisset, & facere noluisset, si Appius iter iudicasset. Verũ qa Appius Lentuli nobilitatem Ciceronis nouitati superbe prætulisset, id animose refellit Cic.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Appius tumens nobilitate sua erat enim hoc gentilitium illi, et ob id Cic.propemodũ contemnens, multa indignitatis aduersum se exẽpla à Cicerone perpetrata callide confingit, cum nõ haberet aliud, qđ ad Ciceronis expostulationẽ responderet Hæc Cicero ita elegãter confutat, ut superbiam omnem, quam illi adscribebat, in eundem retorqueat.

M. CICERO PROCOS. S. D. APPIO PVLCHRO

PLVRIBVS uerbis ad te scribam, cum plus ocij nactus ero. hæc scripsi subito, cum Bruti pueri Laodiceæ me conuenissent, & se Romam properare dixissent. itaque nullas ijs, præterquam ad te, & ad Brutum, dedi literas. Legati Appiani mihi uolumen à te plenum querelæ iniquissime reddiderunt, quòd eorum ædificationem literis meis impedissem. eadem epistola petebas, ut eos quam primũ, ne in hiemẽ inciderent, ad facultatem ædificandi liberarem: et simul peracuta querebare, quòd eos tributa exigere uetarẽ prius, quã ego re cognita permansissem: genus.n.quoddam fuisse impediẽdi; cũ ego cognoscere non possem, nisi cũ ad hiemem me ex Cilicia recepissem. ad omnia accipe, & cognosce æquitatem expostulationis tuæ. Primum, cum ad me aditum esset ab ijs, qui dicerent à se intolerabilia tributa exigi, quid habuit iniquitatis me scribere, ne facerent ante, quam ego rem, causamq. cognoscerem? non poterã, credo, ante hiemem, sic.n. scribis quasi uero ad cognoscendum ego ad illos, nõ illi ad me uenire debuerit, tã longe, inquis; quid? cum dabas† ijs literas per quas mecum agebas, ne eos impedirem: quo minus ante hiemẽ ædificarẽt; nõ eos ad me uenturos arbitrabare? tametsi id quidẽ fecerũt ridicule, quas.n.literas afferebãt, ut opus æstate facere possent, eas mihi post brumam reddiderunt. sed scito, & multo plures esse, qui de tributis recusent, quam qui exigi uelint; & me tamen, quod te uelle existimẽ esse facturum. De Appianis hactenus. A Pausania, Lentuli liberto, †accenso meo, audiui, cum diceret te secum esse questum, quod tibi obuiam nõ prodissem.s.contempsi te; nec potest fieri me quid q̃ superbius, cum puer tuus ad me secunda ferè uigilia uenisset, isq. te ante lucem Iconium mihi uenturum nunciasset; incertumq., utra uia, cum essent duæ, altera Varronem, tuum familiarissimum, altera Q. Leptam, pfectum fabrum meũ tibi obuiã misi, mãdaui utrique eorũ, ut ante ad me excurrerẽt, ut tibi obuiam prodire possem. currens Lepta uenit, mihique nunciauit, te iã castra prætergressum esse. confestim Iconium ueni. cetera iam tibi nota sunt. an ego tibi obuiam nõ prodirẽ? primum Ap. Claudio? deinde, imperatori? deinde, more maiorum? deinde, quod caput est, amico? præsertim cũ in isto genere multo ẽt ambitiosius facere soleam, quam honos meus, & dignitas postulet. Sed hæc hactenus. Illud idẽ Pausania dicebat te dixisse: Quid? Appius Lentulo, Lentulus Appio processit obuiam, Cicero Appio noluit? Quæso, ẽt tu has ineptias, homo, mea sñia, summa prudentia, multa ẽt doctrina, plurimo rerũ usu, addo urbanitatem, quæ est uirtus, ut Stoici rectissime putant, ullam Appietatem, aut Lentulitatem ualere apud me plus, q̃ ornamenta uirtutis, existimas? cum ea consecutus non dum eram, quæ sunt hominum opinionibus amplissima, tamẽ ista uestra nomina nunquam sum admiratus, uiros eos, qui ea nobis reliquissent, magnos arbitrabar. postea uero quam ita & accepi, & gessi maxima imperia, ut mihi nihil neque ad † ho norem, neque ad gloriã acquirendum putarem, superiorẽ quidẽ nunquam, sed parem uobis me speraui esse factum. nec mehercule aliter uidi existimare uel Cn. Pompeium, quẽ omnib. qui unquã fuerunt uel P. Lentulum, quem mihi ipsi ante pono. tu si aliter existimas, nihil errabis si paulo diligentius (ut quid sit† ἐξοχὴ, quid sit† εὐγένεια, intelligas) Athenodorus Sãdonis filius quid de his rebus dicat attenderis. sed, ut ad rem redeã, me tibi nõ amicum modo, uerum etiã amicissimũ existimes uelim. profecto omnibus meis officijs efficiã, ut, ita esse, uere possis iudicare. tu autẽ si id agis, ut minus mea cã, dũ ego absũ, debere uidearis, q̃ ego tua laborarim libero te ista cura παρ' ἔμοιγε καὶ ἄλλοι, οἵ κέ με τιμήσουσι μάλιστα δὲ μητίετα Ζεύς sin autem natura es† φιλαίτιος. illud non perficies, quo minus tua causa uelim, hoc assequere, ut, quam in partẽ accipias minus laborẽ. Hæc ad te scripsi liberius, fretus cõscientia officij mei, beneuolentiæq́, quam à me certo iudicio susceptam, quoad tu uoles, conseruabo. Vale.

† alias, eas

† alias, & à Cæsonio audiui. uel, in accessu meo audiui

† alias, honorẽ eũ ad gratiã

† .i. excellẽtia

† .i. nobilitas

† idest apud me quidem, & alij, qui me colent, maxime uero consiliarius Iupiter

† .i. querulus.

PLVRIBVS] Discesserat Appius ex prouincia, & iam Romam se receperat, unde ad Cic.legatos cũ literis plenis querimoniæ miserat, ꝙ Cic.edicto impedisset earum ędificationem, quã facerent in memoriam, & gloriam Appij, exactis tributis ex prouincia, ad qđ rñdet Cic.plene, & se excusat, callide accusans Appium, ꝙ prouinciam ita oppresserit, ut plures sint, qui recusent soluere tributa pro hac ædificatione, q̃ qui uelint. Deinde qa q̃stus erat Appius, ꝙ Cic.ei uenienti, & prouincia obuiã nõ exisset, diceretq; id fecisse, ꝙ se contẽneret. Primũ Cic. se excusat diligenter. ostẽditq; se usum oĩ diligentia, ut in hoc satisfaceret officio suo, sed culpa fuisse Appij, q nõ reddiderit eũ certiorem, qua uia esset uẽturus, ostẽditq; multas fuisse causas, qu b.ei obuiã pdire debuerit, quas cõmemorat, ipsum tñ Appiũ quodãmodo irridens, & qm cõmemorauerat Appius Lent. exisse sibi obuiã Ci. aũt noluisse, quasi cõparatione Lẽt. nobilissimi deprimeret Cic. irritatus Cic.cõparatione eius superbiã aperta reprehensione retundit, ostẽdens se nulla re esse inferiorẽ, vel Appio, vel Lẽtulo, quia uera nobilitas nõ cõsistit in uetustate, & splẽdore generis, sed in uirtutib. & recte factis. quibus dicit se ei parẽ esse, idq; opinione clarissimorũ uirorũ, ita esse affirmat. Postremo dicit, ꝙ si cõtẽnet ab ipso Appio, habebit tñ alios, nõ eo inferiores, a qb. honorabitur, se tñ seruaturũ beneuolentiã suã in eũ quã diu ille

HVB.

uolet.[Plus ocij)Plus cōmoditatis,tpis.[Nactus ero) Habuero. [Cito) Raptim,ꝓperanter.[Pueri) Serui.[Preter).i. ad aliū nemi nē pterq̄ ad te. Postponenda est.n. dictio q̄,nā nisi postponat,di ceretur præter te,&nō pter ad te.[Legati) Hi.n.ab Apamea ad Cic. missi fuerāt pp ędificationē,quā essent facturi in honorē Appij [Volumen) Inuidiose dixit φ non literas sed uolumē uerbosissi mā epistolā [Plenū querelæ) Tuæ querimonię.[Eorum) Legato rum.[Literis meis) Quibus scripseram,ne quid facerēt , priusq̄ ego rem cognouissem [Eadem epistola]Quam supra appellauit uolumē]Liberare) Liberos facerē,darem eis licentiam ,·qa im- pediebant mandato Cic.[Ne hiemem) Cum incōmodissimę fiūt ędificationes pp frigora [Inciderent) Deuenirēt.s.tempore ędifi cationis.[Et simul).i.etiā.[Peracute) Callide,astute,quasi innue- res tibi iniuriam fieri. [Tributa)Quæ imposita erāt pp illā ædi- ficationem.[Exigere) Reposcere [Vetarem) Prohiberem.[Permi sissem) Cōcessissem. s.exigere tributa.[Recognita) Honestate rei intellecta.[Genus).i. quod acute dixit eū esse questū,cum enim Cic.uetaret ædificationem priusquam rem cognouisset,dicebat Appius hunc esse quendam prohibendi modū,quia cum nō pos set Cic.cognoscere rem propter remotionem locorū,uetabat ta men ædificationem fieri,donec cognosceret, quod quidem quid aliud est, q̄ quodammodo aperte dicere se nolle fieri .[Quoddā genus)Quandam rōnem,quendam modū.[Me recepissem) Re- dijssem. [Ad hiemem) Ad hyberna,tempore.n.hiemis recipiunt se milites in hyberna. [Accipe) Audi,ut: Accipe nunc Danaū insi dias.[Ad oīa) Quæ ut scribis.[Aequitatem) Ironice.q.d.quæ nul la est,sed potius iniquitas [Expostulationis) Quærimonię.[Adi- tū ad me) Ventū ad me.Dicimus.n.adeo te,& ad te.[Intollerabi- lia) Nimis grauia.[Exigit) pp istam ędificationē.[Quid iniquita tis (Quid iniustitiæ, q.d.nihil.[Habuit) .s.hoc. [Me scribere]Ad eos,qui exigebāt tributa.[Ne facerēt) Ne exigerent ei.[Rē.cām que).i.causam rei.[Non poteram) Obiectio.[Quasi uero) Verba ironica cōfutationi apta [Ad me.) Qui essem ꝓconsul,cuius opera agebāt.[Tā lōge) Obiectio,quæ posset ab Appio fieri.[Quid) Cōfutatio obiectionis [Quid) Subaudi dices.[Num an.) Arbitra bare,existimabas,q.d.imò existimabas Hoc ergo infert Ci quare nō ita poterāt uenire a me lōge,ut hac cā cognosceret sicut erāt ve̅turi, allaturi ad me literas tuas.[Tametsi)Quamq̄ [Ridicule] .i.irrisorie.[Post br.) Cū iā esset pteritū tps æstatis,quo tpe pete- bat in literis,ut possent ædificare.[Bruma) Breuior pars hiemis, à breuitate dierū dicta,quasi βραχὺ ἦμαρ.[Recusent) Renuāt,ut exigat.[Hactenus) s.dictum sit[A Pausania) Accusat nūc arrogā tiæ Appium, & se excusat [Lentuli) Is.n.præfuerat Ciliciæ ante Appium , nam ei Appius successerat. (Secum) cum ipso Pausa- nia.[Prodissem) Exissem. [Obuiam) Cum discederet ex ꝓuincia & ego uenirē.[Scilicet]Dictio apta ad Ironiam.ut , scilicet in su peris labor est [Cōtempsi te) Ita.n.dicis. [Nec potest fieri) Dicis nihil omnino me esse superbius , qui dedignatus sim tibi obuiā prodire [Cum puer] Incipit Cic.se excusare,φ usus sit omni dili gentia,ut exiret obuiam,sed nesciuisse uiam,qua ille esset uentu rus.[Puer) Seruus.[Secunda uigilia) Nox.n.apud milites in uigi- lias diuidebat,qm̄ seruant castra uicissim p uigilias, & dicebatur prima,secūda, & tertia uigilia,& ipsi custodes dicebātur uigiles . [Incertumq;) Vel nunciasset,uel ēt mihi incertum. [Vtra) Quā. [Ambæ) Tantum duæ . nam ambo non dr̄ nisi cum pręcesserint duæ dictiones,ut Cic.& Virg ambo docti.uel hæc dictio duo , ut uidi duos homines,ambo mihi amicissimos , uel postremo cum de his loquitur,quę tātummodo sunt duo,ut ambos perdidit il- le oculos,& ambas aures, & ambas manus [Præfectum fabrum) Qui pessent fabris, hoc est architectis meis,uel fabris lignarijs , qui in castris hr̄i solent ad faciendas machinas.[Fabrum)Pro fa brorum per syncopam.[Vtrique) Vt Lepæ, & Varroni.[Excurre rent) Approperarent.[Prodirē) Prodire possem.[Pręteregressum) Transiuissem. [Cetera) Quæ a me facta sunt pro officio amici- tiæ [An obuiam) Nunc ostendit multas sibi fuisse causas , quare ei obuiam prodiret.irridet tamē eum [An non prodirē ?).i.non ne debueram prodire obuiam.[Primum Ap.Claudio:]q.d.nobi- lissimo ciui. [Deinde,imperatori) Gerenti dignitatem,& magi stratum amplissimum [More maiorū]Instituto maiorum n̄ro- rū,qui uoluerūt,ut successores,discedentibus magistratibus, ob- uiam ꝓdirent.[Quod caput est) Quod est summū omnium , nā uis amicitiæ omnibus ante dictis pstat . [In isto gn̄e] Præstandū officium meū honorandi magistratus.[Ambitiosius]Quia inter- dum plus facio,quam debeo, quod solēt facere ambitiosi,ut sibi postea reddātur uicissim pares honores. [Hactenus dicta.sint].i. satis.[Quidni?].s. certe.exprimit aūt affectum animi indignan- tis [Appius Lentulo,]q.d. nobilissimi nō indignati sunt se uicis- sim honorare prodeundo obuiam alter alteri.[Et Cicc.noluit ?] q.d.ignobilis,& nouus ciuis.[Quæso) Interrogantis est cum re-

Scilicet

Noctē i uigilias diuidi, prima secunda & tertia uigilia.

Ambi- tiosius

prehensione[.Has].i.subaudi dixisti [Vsu]experientia,qua debe res esse sapientior.[Vrbanitatem.]Quæ græce dicit ἀστεισμὸς mo rū facilitas,& honestas, media inter scurrilitatem,& austeritatē. [Stoici]Vt ostenditur in æthicis. [Putant]Opinantur.[Appieta- tem] Cum contemptu dicit gentē uel nobilitatem Appiorū, & Lentulorum,quin dixerat Appius Lent.Lentulus Appio ꝓcessit obuiam.[Valere apud me]Pluris à me fieri [Ornamenta uirtu- tis) Virtutem ipsam,quæ uere ornat hominem.[Amplissima]Ma xima.s.honores,& dignitates.[Opinione]Quia secundū Stoicos nō sunt bona [Ista uestra noīa] Appiorum, & Lētulorū,q̄ ita ia- ctatis.[Viros magnos]Excellentes,qui uirtute sua nobilitassent familiam suam.[Ea]Nomina. [Posteaquam] Ante non admira- bar,sed Postq̄ administraui magna imperia , & magistratus am- plissimos,ita ut nihil deesset ad honorē,& ad gratiā populi acq- rendam,nō putaui me superiorem uobis.i.uobis anteponendum qui habuistis uestros maiores claros.[Sed parem]Æqualem, nec omnino inferiorem. [Ne mehercule h.]Locus ab auctoritate,ne uideatur ipse temere de se præsumpsisse,& iudicasse. [Lentulū] eum,qui præfuerat Ciliciæ,antequam Appius , ad quem scriptæ sunt epist. 1. lib.[Aliter]Quam Pomp.& Lent. qui iudicāt me es- se vobis parē.[Paulo diligētius]Acutiore iudicio ἐξοχὴ.i. excel- lētia εὐγένεια i.nobilitas,q̄ differt ab excellētia, q̄ est gn̄is & ma iorum. Nobilitas uero est gn̄is,& suipsius,ut ostendit Iuuen.To ta licet ueteres exornent undiq; ceræ Atria, nobilitas sola est,at- que unica uirtus.[Athenodorus]Athenodori (vt scribit Strab.li. 14.)duo fuerunt,quorum unus Cordilion dictus est, alter Sando nis filius à vico quodam Cananita dictus,Cæsaris præceptor fuit,& in summo honore apud illum habitus,is nobilitatem sola uirtu- te metiebatur.[Vt ad rē] Quia inter multas causas , quas dixerat sibi fuisse,ut ei obuiam prodiret,dixerat deinde, φ caput est,ami co,postea diuerterat ad eum reprehēdendum.[Ita].s.me tibi esse amicissimū.[Tu autem] Ego, inquit, omnibus officiis faciam, vt intelligas me tibi esse amicissimum.[Tu autem] Si agis id,ut in absentia mea uidearis minus debere , & esse obligatus mea cau- sa, q̄ ego laboraui tua causa, non curo . nolebat enim Appius vi- deri debere Cic.q multum antea eius causa laborauerat, & dedi- gnabatur eum laudare, à quo fuerat,& multū, & sæpe laudatus. [Laborauerim]curauerim,effecerim.[Tua].s.causa. [Libero]Ab- soluo.[Ista cura) Ne uidearis debere mihi, hoc est non curo, qui si nō honorabor ab Appio, honorabor ab aliis,qđ declarat verbis Agamēnonis apud Hom.in 1.Iliad. sic loquētis aduersus Achil- lē : παρ᾽ ἔμοιγε καὶ ἄλλοι, οἵ κέ με τιμήσουσι μάλιστα δὲ μητίετα Ζεύς.i.apud me qdē,& alij,qui me honorabunt, maxime autem consiliarius Iupiter.φιλαίτιος. Querulus, uel litium cupidus, & amator φίλος amicus αἰτία causa,& accusatio [Illud nō pficies] Hoc est nō assequeris,non obtinebis.[Quo minus]Duæ sunt par tes,[Quo].i.ut uelim.tua causa.i. minore pro te, & utilitate tua habeam uoluntatem. [Assequere] Perficies. [Vt minus) Laborē, ut minus curē. [In quā partem]An in bonam, an in malam.[Ac cipias.s.id,qđ tua causa uelim.[Liberius) Apertioribus,& pluri- bus uerbis [Fretus) Tutus,confisus. [Officij mei erga te) Quod in nulla re tibi defuit.[Et beneuolentiæ]Meæ erga te. [Certo iu dicio) Nō temere [Suscepta.)Incepta. Quoad) Quousq;,quādiu.

PLVRIBVS uerbis &c.] Discedendo Appius ex prouincia,cū Apameæ esset, inde ad Cic.legatos miserat,cū literis plenis que- relarum, φ Cic.edicto impediisset ædificationē, quā Apameani cœperant,in gloriosam memoriam Appij,exactis tributis ex ꝓ- uincia.Ad qđ r̄ndet Cic.se purgans, & Appiū callide accusans, φ prouinciā oppresserit Deinde purgat, φ Appio non ierit obuiā, refellitq; ,φ Lentuli nobilitatē suæ nouitati tantopere ptulerit Appius. Ordo est:Ego scribam ad te pluribus uerbis.s.q̄ nunc,cū nactus ero plus ocij.Ego scripsi hæc subito,cū pueri.i.serui Bru- ti cōuenissēt.i.venissēt ad me Laodiceę.i.in ea urbe Antiochię, & dixissent se properare.i. propetanter iter parare Romā . Itaq; .i.& ita,ego nullas.i.non ullas,non dedi iis.i.eis ullas literas pter quā ad te, & ad Brutum. Legati Apameani.i. ab Apamea urbe An tiochiæ. Sunt tn̄,qui Appiani legunt, sed errant,ut patebit in epi stola, q̄ incipit: Vix tandem i.reddiderunt mihi a te.i missū, uo lumen.i.libellum plenū querelę iniquissimę.i.iniustissimæ, φ.i. qa ego impediuissem lr̄is meis ędificationē eorum. s legatorū. vr̄ potuisse dicere suā. Tu petebas eadē epist. ut liberarē.i. libe- ros facerē, & ptātem eis facerē, ac facultatē ædificandi.i.ut pos- sint ædificare, quāprimum.i. valde cito, statim uisis literis tuis , ne inciderent in hiemem , q̄a magna ædificia fieri nō solent, & q̄rebare.i.q̄rebaris simul peracute.i.multum subtiliter, φ ego ue- tarem eos exigere tributa.s.ad ædificationem pficienda(erat aūt in honorem Appij cœpta) prius.i. anteq̄ ego pmisissē re cogni- ta, hoc est, φ non prius exigerem, q̄ pmisissem, & nollem pmitte re, nisi recognita. Aūt.i.sed querebare.i. querendo dicebas, fuisse quodda m

Excel- lentia Nobili- tas Atheno dorus

Versus Homeri

ASC.

quoddam genus.i.formam, aut rõnem impediẽdi.i.me nõ aliud quæsiuisse,q̃ ut impedirem ædificationem,cum ego non possem cognoscere.f.rẽ nisi cum ad hiemẽ recepissem me ex Cilicia, in hieme aũt,ut dixi,ędificatio minus apte fieret. Accipe,sup.respõsum ad oĩa,& cognosce ęquitatẽ,quã nullam putas , expostulationis tuę.i.manifestę postulationis iniuriatũ de me primũ cum aditum.i.accessum esset ad me,ab ijs.f. Cilicibus , q dicerẽt tributa intolerabilia i.grauissima exigi à se,q.d.iniquitatis habuit me scribere.i.q̃ scriberem,ne.i.ut nõ facerẽt anteq̃ cognoscerẽ rem,& causam?Credo,sic n.scribis,nõ poteram sup. cognoscere rem,& causam ante hiemẽ, & est per ironiam dictum , unde addit:Quasi uero ego debuerim ire ad illos.f.legatos,qui pecuniã exigebant,& illi non debuerint uenire ad me: Inquis.i.scio,q̃ iã dicis,uenirent illi ad te,tã longe?Quid? modus interogandi,cũ dabas ijs literas.per quas mecum agebas,ne impedirem eos,quo minus.i.ut non,aut,quia ædificarent ante hiemem,non arbitrabare eos uẽturos ad me?Tametsi.i.nihilominus,tñ, & si non arbitratus esses, ipsi fecerunt quidem.i.uenerunt ad me, ridicule.i. stulte,ita ut rideri possent. Enim.i. quia, ipsi reddiderunt mihi post brumam.i.breuissimum tempus lucis, hoc est post medium hiemis,eas literas,quas afferebãt,ut possent facere opus ęstate.f. durãte.Sed scito,&.i.simul,plures multo esse,qui recusent.f.exactionem de tributis,q̃ qui uelint sup.ea exigi, & tñ.i. nihilominus,me esse facturum qđ existimẽ te uelle. Hactenus sup.rñdi, aut scripsi de Apameanis.f.legatis. Ego audiui à Pausania liberto Lentuli,ac à Cæsonio,cum dicerent.i.adiui eos dicentes,te q̃ stnm.i.cõquestum esse secum,quod non ꝓdissem obuiam tibi. f. redeunti è prouincia. Scilicet.i. scire licet, quamobrem,quia contempsi te, nec quidq̃ põt fieri superbius me. Cum puer. i. seruus tuus,uenisset ad me secunda uigilia noctis,& is nũciasset uenturum Iconium.i.in eam urbem Cappadociæ,ante lucẽ,& incertũ supp. esset utra uia.i.qua duarum uiarum. f. uenturus esses , cum duæ.f.uiæ essent,ego misi altera obuiã tibi , Varronem familiarissimum tuũ,& altera.f.uia Leptã ꝑfectum meum.fabrum ꝓ fabrorum.mandaui utriq; eorũ,ut excurrerent.i.extra ordinem,ac pompam præcurrerẽt ad me,ut possem prodire obuiam tibi.Lepta,currens uenit,& nunciauit mihi,te iã prætergressum esse castra.f.Romana. Ego ueni confestim. i. cũ festinatione Iconium .i.in eam urbẽ Cappadociæ.Cetera sunt iam nota tibi,q.d.scis q̃ per te steterit,quo minus te conuenirẽ . An.i. utrũ uerisimile est q̃ non prodirem obuiam, primum Ap. Claudio.f. Pulchro? q.d. homini nobilissimo,deinde,imperatori,deinde more maiorũ.i. ex uetere instituto,deinde,quod est caput.i.ꝑcipuum momentũ rei,amico,præsertim cũ soleam facere in isto gñe.f.officiorũ, & multo ambitiosius.i.copiosius,& curiosius, quã honor meus, & dignitas sup.mea postulat.Sed hæc hactenus supp. sint dicta . Illud,&c. Idem Pausania.f.libertus Lẽtuli dicebat te dixisse illud Quidnã id est cur non ita fieret. est ironia. Appius,sup. processit obuiam Lentulo redeunti è prouincia, cum ille succederet, Len. processit obuiam Appio.f.ex eadem redeunte, hoc est nobilissimus nobilissimo, Cic. homo nouus uoluit.f. procedere obuiam Appio.Quæso.i.quæro ex te tunc,sup.effutiuisti,has.i.huiusmodi ineptias,homo,cum sis homo,mea sententia.i. quantum ego de te sentio,summa prudentia.i. habens summam prudentiam , etiam multa doctrina. i. habens multam doctrinam,& plurimã, usu rerum addo urbanitatem.i.asteismon, hoc est morum honestatem,quæ in urbibus potius,q̃ in agro est,quæ.urbanitas est uirtus,ut Stoici putant.i.cẽsent rectissime,existimas.i.iudicas tu ullam Appietatem.i. nobilitatem,& gentilitatem Appiorum, aut Lentulitatem.i.nobilitatem Lentulorum,ualere plus. i. esse maioris æstimationis apud me,q̃ ornamenta uirtutis?q.d. longe erras,nam cum non dum cõsecutus eram ea,quæ sunt amplissima opinionibus.i.secundum opiniones hominum,uidelicet cõsulatum,& triumphos,tñ.i.nihilominus , ego nunq̃ sum admiratus f.tanquam rem admiratione dignam, ista.f.quæ iactatis nomina uestra.sed supp.arbitrabar uiros,qui reliquissent uobis ea.f noĩa præclara,magnos,nam nisi illi magni fuissent,non reliquissent posteris suis nomina præclara. Vero.i.sed,posteaquam ego accepi.i. audiui, & gessi imperia maxima.ita ut putarem nihil deesse mihi,neq, ad honorem sup acquirendũ,neque ad gloriam aeq rendam,speraui me esse facturum nunquam superiorẽ, sed parem uobis. Nec mehercule ego uidi uel Cn. Pompeiũ quẽ antepono omnibus,qui unquam fuerunt, uel Lentulum , quem antepono mihi ipsi,existimare.i. censere,& iudicare aliter.f.quã q̃ par uobis factus essem. Tu ò Appi si existimas.i.iudicas aliter, nihil errabis, si ut intelligas,quod sit ἐξοχή exoche.i.excellentia, quid sup.sit εὐγένεια.i. nobilitas , & bona natiuitas. attenderis.i. animaduerteris.quid Athenodorus filius Sandonis , additur autem id, quia ut Strab.refert, fuit etiam alter Cordylion dictus, hic autem Sandonij filius fuit præceptor Cęsaris:dicat de his rebus, quia nobilitatem uirtute metiebatur, dicebatq; quod Iuueu. Tota licet ueteres exornẽt undiq; ceræ Atria, nobilitas sola est,atq; unica uirtus.sed ut redeam ad rem.i.quod ad utilitatem faciat: Ego uelim sup.ut existimes,me non modo.i.non tantum , amicum tibi,uerum etiam amicissimum.Profecto ego efficiam omnibus officijs meis,ut tu possis iudicare ita esse uere. Tu autem si agis.i.prętendis id,ut tu uideatis debere minus sup.laborare mea causa,dum.i. donec ego absum, quam ego laborarim pro laborauerim tua sup. causa, ego libero te ista cura. i. sum contentus.ut mea causa non labore.snam,ut inquit Agamemnon Homericus ad Achillem iratum in 1.Iliad.παρ' ἐμοίγε,i.apud me καὶ ἄλλοι.i. & alij sup.sunt οἵ με τιμήσουσι,qui me honorabũt μάλιστα δὲ, maxime autem μητίετα consiliarius ζεὺς Iupiter,q.d. Cic.si tu minus honorabis me,honorabunt alij,si autem es natura.i.per naturam φιλαίτιος.i.querulus tu non perficies,quo minus.i.ut non uelim.i laborare, aut prodesse in causa tua , aut sic, quo.i.ut,uelim minus sup.propterea in causa tua,sed sup.tu assequere.i.obtinebis hoc , ut laborem. i curem minus,in quam partem accipias.f.hęc a me scripta,siue in bonã,siue in malã. Ego scripsi has ad te liberius.i.multũ libere, aut liberius, quàm par est, fretus cõscientia officij mei,& beneuolentiæ sup.meæ.quã susceptam certo iudicio à me,conseruabo quoad,idest,quandiu tu uoles.

ARGVMENTVM.

Hac epistola ferè tota est responsiua epistolæ Appij:preterquã in fine.Conquestus enim fuerat primũ,quod Cicero uultus iudicio significasset se non esse amicum Appij:quod Cicero dicit se non intelligere, cũ nihil eiusmodi fecerit, Deinde conquestus fuerat,qđ Cicero legatos impediuisset,qui Appium uenturi erãt laudatũ in senatu,de qua re se diligẽter excusat Addiderat Appius,quod famæ suæ prouincia detraxisset: id Cic.pernegat,innuens ab Appio excogitatũ,aut si ab aliquo maleuolo audierit,leuẽ esse,quod crediderit. Postremo gratum sibi dicit,qđ de rebus urbanis sit admonitus : rogat q; ut cũ Hortensio agat,ne ꝓuincia prorogetur in annũ. Docet q; Appiũ ubi sit,& quid noui fiat in Cilicia.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Et hac epistola in refutandis Appij falsis insimulationibus,utpote de suspicione taciturnitatis,de legatis ꝓhibitis de fama imminuta cõsistit. Sed ita tamẽ refutat,ut non tam Appio mendacium impingat , quam falsis delatoribus,quibus citius,quam decebat uirũ probũ,aures cõcessisset, Monet tamen sub finem,ut amicitiam tueatur & defendat.

M. CICERO PROCOS. S. D. APPIO PVLCHRO. 8

ETsi, quantum ex literis tuis intelligere potui, uidebam te hanc epistolam , cum ad urbem esses , esse lecturum , refrigerato iam leuissimo sermone hominum prouincialium , tamen,cum tu tam multis uerbis ad me de improborum oratione scripsisses,faciendum mihi putaui,ut tuis literis breui respondere .Sed prima duo capita epistolæ tuæ tacita mihi quodam modo relinquenda sunt:nihil.n.habẽt , q̃ aut definitum sit,aut certũ,nisi,me uultu,& taciturnitate significasse , tibi nõ esse amicum,idq; ꝓ tribunali, cũ aliquid ageretur & nõnullis in cõuiuijs intelligi potuisset.hoc totum nihil esse, possũt intelligere;sed cũ sit nihil,nec quid dicatur quidẽ intelligo,illud quidem scio,meos multos,& illustres,& ex superiore, & ex æquo loco sermones habitos cum tua summa laude , & cũ magna significatione nostræ familiaritatis,ad te uere potuisse deferri. Nã quod ad legatos attinet,quid à me fieri potuit aut elegantius, aut iustius, q̃ ut sumptus egentissimorũ ciuitatũ minuerem sine ulla imminutione dignitatis tuæ,præsertim ipsis ciuitatibus postulantibus?nam mihi totũ genus legationum tuo noĩe proficiscentium notũ nõ erat. Apameæ cũ essem,multarum ciuitatũ principes ad me detulerũt sumptus decerni legatis nimis magnos, cũm soluendo ciuitatis non essens. hic ego multa simul cogitaui.primum te, hominem nõ solũ sapientem,uerumentiam,ut nunc loquimur, urbanũ , nõ arbitrabar genero isto legatorũ delectari. idq; me arbitror Synnadis pro tribunali multis uerbis disputauisse,primũ, Ap.S.P.Q.R. non Myndensium testimonio (de ea enim ciuitate mentio facta est) sed sua sponte esse laudatum deinde me ista uidisse multis accidere . ut eorum causa legationes Romæ m

uenirent, sed his legationibus nō meminisse ullum tempus laudandi, aut locum dari. studia mihi eorum placere, quòd in te bene merito grati essent, cōsilium totum uideri minime necessarium. si autem uellent declarare in eo officium suū, laudaturum me. si quis suo sumptu functus esset officio; concessurum, si legitimo; non permissurum. si infinito. quid.n. reprehendi potest? nisi quod addis, uisum esse quibusdā, edictum meum quasi consulto ad istas legationes impediendas esse accommodatū. iam non tam mihi uidentur iniuriam facere ij, qui hæc disputant, † quàm. si cuius aures ad hanc disputationem patent. Romæ composui edictum, nihil addidi, nisi quod publicani me rogarunt, cum Samum ad me uenissent, ut de tuo edicto totidē uerbis transferrem in meum. diligētissime scriptum caput est, quod pertinet ad minuendos sumptus ciuitatum, quo in capite sunt quædam noua, salutaria ciuitatibus, quib. ego magnopere delector. hoc uero, ex quo suspicio nata est, me exquisiuisse aliquid, in quo te offenderem, translatitium est. neque enim eram tam desipiens, ut priuatæ rei causa legari putarē, qui & tibi non priuato, & pro re non priuata sua, sed publica, non in priuato sed in publico orbis terræ † consilio. i. in senatu, ut gratias agerent, mittebātur. † neque, cū edixi, nequis iniussu meo proficisceretur; exclusi eos qui me in castra, & qui trans Taurum persequi nō possent. nam. i. maxime in tuis literis ridendum. quid enim erat, quod me persequerentur in castra, Taurum uetransirent, cum ego Laodicæa usque ad Iconium iter ita fecerim, ut me omnium illarum diœcesium, quæ cis Taurum sunt, omniumque earum ciuitatum magistratus, legationesque conuenirent? nisi forte postea cœperunt legare, quàm ego Taurum transgressus sum; quod certe non ita est. cum enim Laodiceæ, cum Apameæ, cum Synnadis, cum Philomeli, cum Iconij essem, quibus in oppidis omnibus commoratus sum, omnes iam istius generis legationes erant constitutæ. atque hoc tamen te scire uolo, me de isto sumptu legationum aut minuendo, aut remittendo decreuisse nihil, nisi quod principes ciuitatum à me postulassent, ne † in uenditionem tributorum, & illam acerbissimam exactionem, quam tu non ignoras, capitum, atque ostiorum inducerentur sumptus minime necessarij. ego autem, cum hoc suscepissem, non solum iustitia, sed etiam misericordia adductus, ut leuarem miserijs perditas ciuitates, & perditas maxime per magistratus suos, nō potui in illo sumptu nō necessario negligēs esse. tu, cū istiusmodi sermones ad te delati de me sunt, non debuisti credere. sin autem eo genere delectaris, ut, quæ tibi in mentem ueniāt alijs attribuas, genus sermonis inducis in amicitiam minime liberale. ego, si in prouincia de tua fama detrahere unquam cogitassem, non ad generum tuum Lentulum, neque ad libertum tuum Brundusii, neque ad præfectum fabrum Corcyræ, quem in locum me uenire uelles, retulissem. quare potes, Doctissimis hominibus auctoribus, quorum sunt de amicitia gerenda præclarissime scripti libri, genus hoc totum orationis tollere: Disputabant, ego contra disserebam: Dicebant, ego negabam, an mihi de te nihil esse dictum unquam putas? ne hoc quidem, quòd, cum me Laodiceam uenire uoluisses, Taurum ipse transisti? quòd ijsdem diebus meus conuentus erat Apameæ, Synnadis, Philomeli, tum Tarsi? non dicam plura ne, in quo te obiurgem, id ipsum uidear imitari. illud dicam, ut sentio, si ista, quæ alios loqui dicis, ipse sentis, tua summa culpa est, sin alij tecum hæc loquuntur, tua tamen, quòd audis, culpa nonnulla est. mea non in tota amicitia nostra constans & grauis reperietur. quòd si quis me astutiorem fingit, quid potest esse callidius, quam cum te absentem semper defenderim, cum præsertim mihi usu uenturum non arbitrarer, ut ego quoque absens à te defendendus essem, nunc committere, ut tu iure optimo me absentem deserere posses unum genus excipio sermonis, in quo persæpe aliquid dicitur, quod te putem nolle dici, si aut legatorum tuorum cuipiam, aut præfectorum, aut tribunorum mil. male dicitur, quod tamen ipsum non mehercule adhuc accidit me audiente, ut aut grauius diceretur, † aut in plures, quàm mecum Corcyræ Clodius est locutus, cū in eo genere maxime quereretur te aliorum improbitate minus felicem fuisse. hos ego sermones, quòd & multi sunt, & tuam existimationem, ut ego sentio, non offendunt, lacessiui nunquam, sed non ualde repressi. si quis est, qui neminem bona fide in gratiam putet redire posse, non nostram is perfidiam coarguit, sed indicat suam, simulque non de me is peius, quam de te, existimat. sin autem quem mea instituta in prouincia non delectant, & quadam dissimilitudine institutorum meorum, ac tuorum lædi se putat, cum uterque nostrum recte fecerit, sed non idem uterque secutus sit, hūc ego amicum habere non curo. liberalitas tua, ut hominis nobilissimi, latius in prouincia patuit, nostra si angustior, etsi de tua prolixa, beneficaque natura † limauit aliquid posterior annus, propter quamdam tristitiam temporum, non debent mirari homines, cum & natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior, & temporibus, quibus alij mouentur, ijsdem ego mouear, me esse acerbum sibi, ut sim dulcis mihi. De rebus urbanis quòd me certiorem fecisti, cum per se mihi gratum fuit tum quòd significasti tibi omnia mea mandata curæ fore, in quibus unum illud te præcipue rogo, ut cures, ne quid mihi adhuc negocij, aut oneris accedat, aut temporis: Hortensiumque nostrum collegam, & familiarem roges, ut, si unquam mea causa quidquam, aut sensit, aut fecit, de hac quoque sententia bima decedat, qua mihi nihil potest esse inimicius. De nostris rebus quod scire uis, Tarso nonis Octob. Amanum uersus profecti sumus. hæc scripsi postridie eius diei, cum castra haberem in agro Mopsuhestiæ. si quid egero, scribam ad te, neque domum unquam ad meos literam mittam, quin adiungam eas, quas tibi reddi uelim. De Partis quod quæris, fuisse nullos puto: Arabes, qui fuerunt, admixto Parthico ornatu, dicuntur omnes reuertisse. hostem esse in Syria negant ullum. Tu uelim ad me q̄ sæpissime & de tuis rebus scribas & de meis, et de oīu reip. statu, de quo sum solicitus, eo magis, q̄ ex tuis literis cognoui, Pōpeium nostrum in Hispaniam iturum. Vale.

† alias, quā is

† alias, consilio

† alias, neque & cum

† alias, i dictionem

† alias, aut imparius.

† alias, climabit

HVB.

ET SI] Hæc epistola ferè tota est responsiua epistolæ Appij, nisi in fine. Conquestus enim fuerat primum, quod Cic. uultu, & taciturnitate significasset se non esse amicum Appij, q̄d Cic. di cit se non intelligere, quia nihil fuit. Deinde conquestus erat, q̄ cū ciuitates, prouinciæq; decreuissēt mittere publico sumptu legationes Romā ad laudandum Appium in senatu, Cic. edicto suo, & decreto prohibuisse ipsas legationes, de qua re se excusat diligenter. Addiderat Appius, q̄ Cic. de eius fama in prouincia detraxisset, quod oīno negat Cic. & dicit Appium aut hoc improbe finxisse, aut si audiuit ab aliquo, cum errasse tn̄, q̄ nimis temere, & leuiter crediderit. Postremo ostendit sibi gratum esse, q̄ admonitus fuerit de rebus urbanis ab Appio, quē rogat, ut agat cū Hortensio familiari suo, ut omnino non approbet, q̄ Cic. remaneat in prouincia per duos annos. breuius demum admonet Appium ubi nunc sit. & q̄d noui sit in Cilicia [Videbam) intelligebam. [Hanc) Meam. [Ad urbem) In urbe. Significat. n. nunc in loco, ut prima q̄d ad Troiā ꝑ charis gesserat Argis. [Refrigerato] Remisso, diminuto, cessante, sicut contra feruere ponitur ꝑ crescere, & freque̅tari. [Leuissimo sermone). i. leuissimorum hoīem sermone. [Prouincialium] Illius ꝓuinciæ. i. Cilicum, q gaudent inter nos dissidium ponere. [Multis uerbis) Lōgiore epistola. [Faciendū puta). i. uisum est mihi, [Breui). i. paucis uerbis. [Capita) Capitula, primæ partes, uel clausulæ primæ. [Tacita) Sine ulla mētione, & responsione. [Diffinitum) Determinatū. [Certum] expressum, uñr. n. esse somnia q̄ in principio epistolæ scribis. [Vultu) Faciei qualitate, qua possumus significare animū nostrū, ut puta si rideamus, cum q̄spiam detrahit de honore alterius. significamus non esse ei amicos, q̄a non rideremus. Cum uero pp illas detractiones obducimus, aut rugamus frontem, ostendimus nos amicos,

Ad urbē sigñare nunc in loco

amicos, qui uolumus audire eius detractiones, deprehendi autē uultu animi qualitatē ostendit Iuuen. Deprehēdas animi tormēta latentis & ægro Corpore, deprehendas & gaudia sumit utrunque, Inde habitū facies. [Taciturnitate) Quia si detrahētib. nihil cōtra despondemus, uidemur confirmare. ergo. [Vultu) Ostendēdo lætitiam, cum tibi detrahebatur. [Taciturnitate) Tacendo, & quodāmodo affirmando q̃ de te dicebantur. [Id) Me non esse tibi amicum. [Pro tribunali) .i. in tribunali. Nam, Pro, hic pro, in, ponitur. In tribunali aūt .i. cum ius redderē. [In conuiuiis) Quibus interfuerā. [Hoc totum) Quod dicis me significasse uultu, & taciturnitate in tribunali, & in cōuiuiis me nō esse amicū tibi. [Nihil esse à me) Nunquam à me esse factum. [Neq̃ dicatur) Quia ex nihilo nihil potest elici. [Illud) Dixit se nulla re ostēdisse se esse inimicū Appio, nec unquam ei detraxisse, nunc dicit se etiā sæpe laudasse. [Illud) Quod sequit̃ .i. meos sermones. [Habitos) Dictos à me. [Illustres) Claros, honorificos. [Ex superiore loco) In tribunali. [Ex æquo) Inferiore, ut in cōuiuiis, & ceteris locis; [Laude tua) Cū magna tua cōmēdatione. [Ex sign.) Demōstratione. testificatione. [Quod ad le.) Rn̄det alii parti epistolę de impeditione legationū. [Elegantius) Dignius. [Aut iu.) Cū maiori iustitia. [Egentissimarū) Pauperrimarū. [Sumptus) q̃ imponebātur ꝑ mittendis legationib. [Postulātib.) A me, ut imminuerē sumptus earū, neq; .n. mea spōte motus sum, ut id facerē. [Genus l.) .i. quales essent oēs legati, qui proficiscuntur Romam. [Tuo no.) Tua causa, ut te laudarent. [Principes) Primates. [Detulerunt ad

Soluendo non essent — me) Renunciauerūt mihi. [Decerni) Statui in prouincia. [Soluēdo non essent) Soluere non possent, soluēdi facultatem non haberent. [Hic) Tunc, est .n. aduerb. tpis, ut, hic Regina grauem gēmis, auroq; poposcit, impleuitq; mero paterā. alias loci, ut, Hic

Hoc Vrban. — illius arma, hic currus fuit. [Vrbanum) Ciuilē, cultis morib. Vt nunc loquimur, quia uerbum erat tpibus Cic. nouum, ut ostendit Quint. lib. 8. ubi tractat de ornatu orationis, & adducit hunc locum Cic. [Isto gn̄e legationum) .i. talibus legationibus, quæ nul

Synnadis Synnadica Marmora — la necessitate ꝓficiscerēt̃, sed tm̄ ut te laudarēt [Synnadis) Quod est oppidum Phrygię ad Carię fines, unde marmora effodiunt̃, q̃ Synnadica dn̄r. [Id) .s. te non delectari hoc gn̄e legationum. [Primum) .s. dicebā. [Ap. Claudium) .s. te. [Myndesium) Myndum oppidū Cariæ [Spōte) Per se ipsum .i. sua causa & nō testimonio legationum. In ea .n. dicit, quare potius dixerit Myndesium, q̃ alio rū populorum, qa in ciuitate mētio facta est de hac re. [Senatui)

Datiuus pro ablatiuo — A senatu, datiuus ꝓ ablatiuo. [Deinde) .s. dicebam. Accidisse) Cōtra eorum uoluntatē euenisse. [Forum cā) Vt eos laudarent. [Tēpus) Occasionē dari. [Laudādi) Eos, quorum causa uenissēt. [Studia.) Dicebā mihi placere uolūtatē eorū, ꝙ essent grati erga te, ꝑ merita tua bene administratę prouinciæ, sed. [Cōsilium) Deliberationem ꝓficiscendi Romā tua causa. [Minime) Nec quia, ut dixi, tua spōte satis est laudatus S. & P. R [Officium suum) .i. si uellent demōstrare se esse gratos, sicut eos esse decet. [Laudaturum) Subaudi dixi. [Esset functus off.) Venisset Romā ad laudandum te. [Sumptu suo pr.) Non aūt sumptu publico, q̃ exigitur cōtra uoluntatem multorum. [Cōcessurū) Permissurum, ut fungeretur officio. [Legitimo) .s. sumptu. i. honesto, moderato. [Infinito) Nimio, & īmoderato. [Esse uis. q.) Quosdā existimasse. [Quasi cōsulto) q. d. dedita opera, & tantūmodo ad hoc, ut impedirē legationem & nō ꝓdessem ꝓuincię. [Accōmodatum) Adaptatū factum. [Iā) Inceptiua particula in hoc loco. [Disputāt) Proferūt. [Hæc tal.) .s. me fecisse edictum de industria, ut impedire legationes tua cā ꝓfecturas. [Cuius) Alicuius. [Patent) Sūt expositæ, q̃d est signum incōstantiæ amoris non ueri. Nam inquit Cic. in Lęl. de Amic. Addendum eod. ut nec criminibus inferendis delectet amicus, nec credat oblatis, quę pertinent omnia ad incōstātiam. Idē in eod. lib. paulo inferius. Iam deinde nō solum ab alio oblatas criminationes repellere, sed neq; ipsum quidem esse suspiciosum semp aliq̃d existimantē ab amico esse uiolatum. [Edictum) Decretum. [Publicani) Qui publica tractant, & cōducūt. [Samū) Samos tantummodo dr̄ pro insula. Same uero, & Samus ꝓ urbe dr̄: auctor Strab. lib. 10. [Romæ) Cū essem Romæ, ubi nihil suspicabar de hmōi legationib. [Addidi) Occurrit obiectioni, ne diceret eum forte postea cōsulto id addidisse. [Caput) Capitulum, ꝙ ego trāstuli de tuo edicto in meum. [In caput) De minuēdis sumptibus. [Noua) A te nō cogitata. [Salutaria) Vtilia. [Quibus) Salutaribus. [Delector) Quia cum ꝑsim prouincię, omnia refero ad eius utilitatem [Offenderem te) Facerem cōtra te. [Translatitiū) fictitium, in me falso translatū. [Neque .n.) Reddit rōnem, quare hoc sit translatitiū. [Priuatæ rei) Sed potius causa publica. [Legari) Mitti subaudi eos. [Qui mit.) Romam. [Tibi non priuato) qui gesseras magistratum. [Nō priuata sua) Non ipsorum tm̄ prouincialium. [Edixi) Decreui, statui. [Iniussu meo) Sine meo mādato. [Exclusi.) Excepi. [Persequi me) Venire ad me, qui erā admodū

lōge. [Taurum) Montem, quē Cic. trāsierat. [Ridiculum) Dignū risu, qa sine rōne dictum. [Quid .n. erat, h. d. nullā fuisse causam, quare eum ꝑsequerent̃ trans Taurum, q ante q̃ trāsiret Taurū, ita egerat iter suum, ut non modo illæ legationes, uerum ēt legationes oīum ciuitatum potuerint eum conuenire. [Ad Iconiū) Vnde paulo ante mouerat castra, ut in superiorib. epistolis ostendit. [Diœcesium) Dięcesis scribit̃ ꝑ œ, diphtongum, & significat gubernationē, administrationē. nā διοικέω sign̄at guberno, ergo Diœcesium, iurisdictionum gubernationū ꝓuinciæ. [Cis) Citra, — Diœces.

[Magistratus) Officiales. [Philomeli) Quod est oppidū Phrygiæ in magna planitie à septētrione, auctor Strabo. [Istius gn̄is) Huiusmodi, q̃ mitteret̃ causa laudādi te. [Atq;) Dicit se nihil decreuisse sua spōte de hmōi legationib. nisi q̃d postulationib. principum ciuitatis coactu est facere. [Remittendo) Pro dimittendo. — Philomelum

[Postulassent) Rogassent. [In uēditionē tributorū) Quia plerunq̃ uenduntur tributa iis, q postea ea exigunt sine ulla clementia. [Acerbissimā) Crudelissimam, accipiendo pignora, subhastādo bona eorū, q debēt tributa. [Capitum, atq; ostiorū) q̃ ꝑ capita & ꝑ ostia fit & imponitur. [Inducerentur) Imponerētur, & quasi in malam cōsuetudinē reducerent̃. [Minime necessarii) Et iō nō tolerabiles, nā sumptus necessarii ēt si sint graues, æquius tolerant̃. [Ego autē cum hoc suscepissem) Aggressus essem, ut defenderē. [Adductus) Motus. [Miserijs) Calamitatib. [Perditas) Afflictas, cōsumptas. [Per suos magr̄atus) Latēter pulsat Appiū. [Non negligens) Liptote .i. diligentissimus. [Nō debuisti) ut ostendimus supra esse officium boni amici & cōstātis. [Alijs) Multi .n. sunt qui multa fingunt. & ea falsa tribuunt amicis, quos pessimos esse ostendit. Hor. in Serm. his uerbis: Fingere qui nō uisa pōt, secreta tacere Qui nequit, hic niger est, hunc tu Romane caueto, [Minime liberale) Minime honestum. [Ego] probat, ꝙ nunq̃ detraxerat de fama Ap. neq; .n. cōsequēs est, vt q studeat aliū honorare, detrahat de eius fama. se aūt dicit studuisse honorare Appiū, cū retulerit ad generū eius, ad Phaniā libertum. & Leptam ꝑfectum fabrum suorū, in quē locū Appius uellet eum uenire, se .n. uenturum quocunq; uenisset. Ergo non est uerisimile, ꝙ cogitauerit ei detrahere. [Ad libertum) Ad Phaniam, ut suprā in alijs epistolis. [Præfectum fabrum) Leptā, ut supra [Venire) Vt mecū loqui posses. [Quare) Cōcludit hmōi sermones delatos, ꝙ Cic. ei detraxisset, oīno nō fuisse credēdos, auctoritate eorū, q de amicitia scripserunt: ut, ꝓbauimus suprà ex Lælio Ciceronis. [Auctorib.) Doctoribus, suasoribus .i. doctissimorum uirorum sn̄ia. [Gerēda) Colenda, seruāda. [Orationis) Detractoriæ, & transferendi criminationes falsas in amicum. [Tollere) Remouere, non credere. [Disputabāt) Ostēdit quid debuerit facere Appius, quia debuerat refellere criminationes, q̃ ad se deferebātur de Ci. sicut ipse refellebat ad se delatas. [Disserebā) Disputabā, credo esse uerba sumpta ab aliquo, qui dicat in amicitia ita esse faciendū. [Cōtra) ea, q̃ mihi diferebant̃, ita tu facere debueras. [De te) Quod faceres cōtra honorē meū. [Nec hoc quidē) .s. putas esse dictū [Venire me) Sicut indicauerat mihi Lent. Clod. ut in ꝓcedētib. epistolis est uisū. [Cōuētus] .i. iurisdictio, quia illuc cōueniebāt populi. ubi erat ꝓconsul. [Apamea, & Laodicea) Phrygiarū urbiū maximæ sunt. — Apamea Laodicea

[Tuus Tharsis) Quia illic quotidie decernebas, statuebas, iudicabas, forum habebas, ut sup. in epistola, q̃ incipit. Cum meū factū. Tunc .n. maleuoli hoīes detulerāt Cic. Appiū ꝓiudicare eius honori, qa adhuc ita ꝓuinciam administraret, quasi Cic. ꝓ nullo esset. [id ipsum) q̃d attribuā tibi, q̃d in mentē uenerit. [Obiurgē) Accusem te, quia te accuso, ꝙ id feceris. [Si ista) Dilēma, argumētū, q̃d ex utraq; parte cōcludit. [Ipse sētis) ipse iudicas, & credis. — Dilēma

[Culpa) Quia temere credis. [Sin autem) altera pars argumenti. [Q̃d audis) ꝙ his patefacias aures, quia nō deberēt aures tuæ patere delationibus istorū [Nōnulla] Aliqua, sed maior, q̃ superior. [Quod si quis) Argumentat̃ alijs rōnibus, ꝙ nulla fuerit causa, quare debuerit ei detrahere, & occurri obiectioni, si quispiā fortasse diceret eū esse calidū, & uersutum, ꝙ q̃dem esse nō posset, si ei detraheret, quē ante laudasset eo tpe, nō sperabat euenturū, ut in aliqua re posset postea laudari ab Appio, nunc aūt cū egeat huius fauore, qūo uerisimile est, quod egisset, ut mereretur ab eo deseri? [Fingit) Putat. [Astutiorē) Cōparatiuū ꝓ positiuo. [Quid pōt) ostendit q̃d hæc essent contra astutiā, q̃ dr̄ fecisse. [Incallidius) Stolidius, simplicius. [Vt] Ordo est: quid pōt eē incallidius quam committere, ut tu optimo iure me deserere posses, cum te absentē defenderim, cū ꝑsertim nō arbitrarer &c. [Defenderim) Olim Romæ. [Te absentem] Ab urbe, cum esses in ꝓuincia. [Præsertim] Non fortasse dicat̃ fecisse, ut idē ab eo postea acciperet. [Vsu uenturum] Euenturū. Nā usu uenire, euenire, & cōtingere sign̄at [Absens] Nunc cum sum in prouincia. [Quoque] Sicut te defenderam. [Committerem] Facerem. [Iure op. Merito ipso, iustissima causa, qui si tibi detraherem, nunc merito me deserere posses. — Vsu uenire

posses. [Vnũ g.) In uno tñ dicit Cic. se fortasse offendisse Ap. si fortasse audiuit aliquos ex tribunis uel p̃fectis Appij minus honorifice de eo loquẽtes, qđ tñ ẽt dicit ratũ fuisse. [Excipio] quia dixi me nunq̃ cogitasse detrahere tibi, excipio. [Vnũ gen. ser.) quendã loquendi modum. [Nolle dici) qa nõ uideať esse tibi honorificum, & declarat qđ sit illud. [Si aut qui) .i. aliquis.) Maledicit) Male loquiť de te. [Quod ipsum) Vt male diceret de te. [Me audiẽte) Corã me. [Grauius) Asperius [Impurius) Inhonestius. [In eo g.) In eiusmodi sermone. Minus fel.) Moderate eũ rep̃hẽdit, noluit dicere, te male tractasse ꝓuinciam, sed fuisse infelicẽ, nõ tua culpa, sed aliorũ ĩprobitate, iniq̃tate aliorũ, q̃ essent sub te in administratione ꝓuinciæ, quorũ improbitate dedecus ad te redũdauit. [Hos] Tales, dicit quare hos sermones audierit, & eos nõ repressẽrit, ne audiret. [Tuam existimationẽ) Tuã auctoritatẽ & dignitatẽ, quia nõ tua, sed aliorũ culpa diceris minus felix fuisse. [Non lacessiui) .i. non captaui, nõ prouocaui, non quæsiui, aut inuitaui. [Repressi) .i. uetui dici. [Si quis est) Dilẽmate quodã ostendit omnino contẽnendos, quia esse eos, qui ista deferunt Appio de Cic. Dicit. n. se reconciliatũ esse Appio bona fide. qđ si quis fortasse nõ credidit dicit pp hoc se non probari perfidum, sed potius eum, qui nõ credat, & est prima pars argumẽti. [Coarguit) Comprobat. redierat. n. gratiã ut uisum est superius, redditus in gratiam illustris, &c. [Indicat suam) qui p̃fidus est, credit & existimat alios esse p̃fidos. [De te) quem eodem modo existimat non bona fide esse recõciliatum, sicut nec me. [Sic aũt) Altera pars argumẽti dissimilitudine, qa alia sunt mea, alia fuerunt tua instituta. [Recte fecerit) quia uterq; nostrum habuit rationẽ iustitiæ, & honestatis in ijs, quæ a nobis statuta sunt. [Non idẽ) quia ego aliter & tu aliter statuisti. [Hunc talem uirum) Cui non placẽt mea instituta, cum sint recta, quia dissentiunt a tuis, quia mea magis restrinxerũt ĩpẽsas, q̃ tua. [Liberaliter) Latẽter & caute mordet App. ꝙ prouinciam nimis magnis sumptibus onerasset, qm̃ cum large ẽt pecunia exigebat quod se facere nolle dicit, & pp asperitatem temporum, & quia natura est restrictior, ad largiendum de alieno, quod latẽter sign̄at fecisse Appiũ. [Liberalitas) Noluit dicere, largitas, aut prodigentia, quã tñ intelligit. [Patuit) Apparuit. [Vt) Tãquam. [Nobilissimi) Cui à natura sit ingenita liberalitas, qa nobiles solẽt esse liberaliores. [Nostra) Liberalitas. [Angustior] Tenuior. [Prolixa) Larga, ut Terẽ. Accipit nemo melius neq; prolixius .i. largius [Limitabit) Moderabitur, minuet, præscribet. [Posterior) Sequens post tuum magistratũ. Tristitiã infelicitatem, quia sunt aliqui anni asperiores, qui nõ possũt ferre sumptus solitos. [Natura) Ingenio meo naturaliter, qđ officium est iustitiæ, neque. n. ut in .I. offic. inquit eripiẽdum est alij, quod alijs largiamur. [Temporibus) .s. tristibus. [Mouẽtur) Efficiunť, & est alia ratio, quare sit restrictior, est autem sensus, & ordo, & cũ ijsdem temporibus tristibus, & malis, quibus alij mouentur [Ijsdem ego mouear) me non esse acerbũ eis. [Vt sim dulcis mihi) .i. ut mouear non uelle quærere commodum meum cũ incõmodo aliorum, qđ qui facit est acerbus alijs, ut sit dulcis sibi. [Acerbum) Iniquum [Sibi) .i. ipsis .i. alijs non esse legendum, est, & nõ me esse, qm̃ ita in emendatis codicibus legitur, & aliter sensus stare non potest. [De rebus) Ostendit duplici de causa sibi gratũ fuisse, ꝙ ab eo redditus sit certior de rebus, quæ Romæ fierent, & quia intellexit ea, quæ cupiebat de rebus urbanis, & quia cognouit mãdata sua fuisse curæ Annio, cui mãdauerat, ut sæpe ad se scriberet. [Per se) Spõte sua. [Tũ) alia causa. In quibus) Mãdatis. [Negocij) Administrãdæ prouinciæ. [Oneris) Onerosi officij .i. ne aliud onus addatur mihi, ut faciam plura, quã facio, aut feci. [Accidat) Addatur. [Aut temporis) .i. plus temporis manẽã in prouincia, quam erat mihi statutum .i. ultra annum. [Aut sensit) Iudicauit sententiam, & opinionem habuit pp me. [Decedat de hac sententia bima) Omittat omnino etiam hanc sententiã duorum annorum cõmemoratione mea in prouincia. [Bima) Duorum annorum, senserat. n. Hortẽsius cum multis alijs, ut Cice. per duos annos remaneret in prouincia, de qua sentẽtia, ut recedat, vult eum rogari ab Appio. [Quo) Qua sentẽtia bima. [Inimicius] Magis aduersum, quia nihil est, qđ minus uellem. [Amanum uersus) Hæc præpositio uersus, elegãter nominibus locorũ postponiť, ut Italiam uersus: Romam uersus, Amanus aũt mons est, ut supra docuimus, inter Ciliciam & Antiochiã. Põp. Mela, prima est reliqua pars Syriæ, cui Antiochiæ cognomen addiť, & in ore eius urbs Seleucia, hipparos &c [Tum mons Amanus) Et ab eo statim Miriãdros, & Cilices. [Postridie eius diei) .i. qui est post nonas Octob [Mophsuhestiæ) nomẽ est loci in Asia. [Adiũgam (Illis quas mitto ad meos. [De Par) quæsierat App. à Cic. an Parthi ingressi essent ꝓuinciam, quia audiuerat tumultum in ea fuisse, itaq; rescribit Cic. se arbitrari nullos fuisse. [Qui fuerunt) In ꝓuincia. [Admisto ornatu) Parthico, quia Arabes acceperũt) habitum armaturæ Parthorum, qui omnes dicebantur reuertisse in prouinciam suam. [Hostem) Pro hostes. [De quo) Statu reip. [Solicitus) Anxius. [Nostrum) Mihi amicũ, tibi ẽt affinitate cõiunctum, quia filius Põpeij erat gener Appij, ut supra uisum est.

Prolixũ

Limitate

Versus Amanus.

ETSI] Respondet epistolæ Appij, qua multa obiecerat, quæ purgat, uti legenti facile patebit. Ordo autẽ est: Etsi .i. quanquam ego uidebã quantum potui intelligere ex literis tuis, te lecturũ sup. esse hãc epistolam, cum uenisses ad urbem .s. Romã, sermone leuissimo .i. inconstantissimo, hominum prouincialium, qui inique conquesti fuerunt de Cic. refrigerato .i. temperato & sedato iã, & tñ cum tu scripsisses ad me tam multis uerbis, de orõne .i. locutione hominum improborum, ego putaui faciendum mihi .i. me debere facere, ut responderem breui .i. breuiter, uel breui sup. epistola, uel responsione, literis tuis. Sed duo prima capita .i. principales sententiæ epistolæ tuæ relinquẽda sunt mihi quodãmodo tacita, enim .i. quia nihil habent, quod sit, aut diffinitum .i. determinatum, aut certũ, nisi me significasse uultu & taciturnitate .i. eo ꝙ vultum iratum haberem, & nihil dicerem, me supp. nõ esse amicũ tibi, idque .i. & id potuisse intelligi ꝓ tribunali .i. ante tribunal, cum aliquid ageretur, & nõnullis .i. q̃busdam cõuiuijs. Ego, inquit, Cic. possum intelligere hoc totũ nihil esse .i. ex una suspicione esse ortum. sed cum sit nihil .s. in te, nec quidem .i. nõ etiam, aut nõ saltem, intelligo quid dicatur. Quidem .i. certe. ego scio illud multos sermones meos habitos, & illustres .i. claros, & ex superiore loco .i. cũ in sede magistrali sederẽ, & in loco æquo .i. plano, cũ ut priuatus loquerer cũ summa laude tua, & cũ magna solicitudine .i. anxietate, & significatione familiaritatis nostræ potuisse deferri .i. delatorie afferri ad te, uere .i. ueraciter. Nã quod attinet ad legatos, qui cõibus sumptibus uolebant Romã proficisci, ut Appiũ publice laudarẽt, quid potuit fieri à me, aut elegantius .i. decentius, aut iustius, q̃ ut minuerem sumptus .i. expensas ciuitatum egẽtissimarum, sine ulla imminutione dignitatis tuæ, præsertim ipsis ciuitatibus postulantibus sup. illud. q. d. nihil. Nam totum genus legationum .i. legatorum ꝓficiscentiũ .i. abeuntium tuo nomine, non erat notum mihi .i. non erat approbatum à me, cum nescirem iustam rationem earum, cum ego essem Apameæ .i. in ea urbe Antiochiæ, aut (ut alij dicũt) Phrygiæ. Sed Strab. dicit sic: Antiochensibus ad Austrũ Apamea est in mediterraneo sita. Et paulo ante de Antiochensi prouincia, quæ est pars Syriæ loquens dicit. Vocatur etiã tetrapolis ex insignibus uiribus, quæ ibi sunt, & si plures sint, maxime tamẽ iiij. Sunt Antiochia apud Daphnẽ, & Seleucia in Pieria, & Apamea, & Laodicea, quæ propter concordiam sorores dicebãtur. Eas Seleucus cõdidit. Maxima ab eius patre Antiocho Antiochia dicta est, munitissima ab eo, Apamea uerò ab eius uxore. Laodicea autem à matre nominata est. Alibi tñ dicit Apameam, & Laodicẽã Phrygiæ rum urbium maximas. Sed Phrygia gñaliter ea quoque pars dicitur. Principes multarum ciuitatum detulerũt ad me .i. clam insinuauerunt mihi, sumptus nimis magnos decerni .i. decreto adiudicari, legatis .s. Romã ituris, cum ciuitates nõ essent soluẽdo .i. ut soluant. Ego cogitaui multa simul, hic .i. in hac re aut hoc tpe primum arbitrabar te hominem, nõ solum sapientẽ, uerum etiã, ut nunc loquimur, urbanum .i. politum sermone, & moribus, non delectari isto gñe legationum .s. quæ in uanum exhaurirent egẽtissimas ciuitates. Et ego arbitror me disputasse id multis uerbis pro tribunali .i. tribunali Synnadis .i. in eo oppido Cariæ, ubi uis est marmorũ, quæ Synnadica inde dicũtur. Alij Phrygiæ, quoque eã addicũt, quia uicina sunt loca. Phrygiaq; maior ea cõplectitur. Est aũt forma ablatiui pluralis. Primũ sup. dixi disputãdo. Ap. Claud. esse laudatum senatui & P. R. .i. à senatu, & P. R. aut coram sen. & P. R. nõ testimonio Myndesiũ .i. legatorum è Myndo oppido Cariæ mentio. n. legationis mittendæ facta est in eo oppido, sed sua sponte .i. sine alicuius intercessione. Nam Senatus de rep. benemeritos spõte laudare solebat, deinde sup. dixi, me uidisse ista accidere multis, ut legationes uenirẽt Romam, causa eorũ .s. laudandorum, sed dixi me nõ meminisse, ullum tempus aut locum laudãdi dari his .i. hmõi legationibus. Sicut Agrecius dicit, memini, exigit præsens tempus, ut memini uidere, nõ uidisse, & hic dari, non datum esse. Idq. Cic. ferè obseruat. Valla tñ in Raudensem improbat. Certum autẽ est Virg. in Geor. dixisse: Memini Corycum uidisse senem. & Persius, memini somniasse, sed frequentior est per præsens locutio. Dixi supp. studia eorũ, qui ire, aut mittere uolebãt, placere, ꝙ essent grati in te benemerito, sed sup dixi consilium totum .s. de mittendis legatis uideri minime necessarium. Si aũt uellent declarare officium suum in eo .s. cõsilio, aut incepto dixi sup. me laudaturũ, si qs functus esset officio .s. legationis Romã tui laudandi gratia, suo .i. ꝓprio sumptu, nõ ciuitatum egentium, & dixi cõcessurum, & sup. functus esset suo sumptu legitimo .i. rationabili, qualẽ leges permittunt, & sup. di-

A.S.G.

Soluendo

Meminí

x. me

xi me nō permiſſurū,ſi infinito.ſ.ſumptu, quia cederet in detri-
mentum reip.cui expedit,ut unuſquiſq; re ſua bene utat̃.Diſpu-
taui autem publice,aut fateor me diſputaſſe publ. quid enim po
teſt reprehendi.ſ.in meo facto,niſi quòd addas uiſum eſſe quibuſ
dā edictum meum,eſſe accommodatum.i.applicatum,quaſi cō-
ſulto.i.cōſilio præuio ad iſtas legationes impediendas. Iam uero
ij,qui hæc diſputant.i.uarijs ſermonibus agitant, non uidentur
mihi facere iniuriam,tātum.i.in tantum,quàm,ideſt, in quantū
ſupple is,ſi cuius,ideſt ſi quis talis ſit, quòd eius aures patent ad
hanc diſputationem,tacite notat Appium, qui detractores liben
ter audit,modeſtius tamen dicit,ſi cuius,quàm ſi diceret,ut mul
ti legunt.quàm ij,quorum &c.aut, Is cuius &c.Ego cōpoſui edi
ctum Romæ.i.cum adhuc Romę eſſem,nec quidquā de legatio-
nibus iſtis ſuſpicarer, & nihil addidi , niſi id quod publicaui.i.q
publica uectigalia cōducunt & tractāt,& rogarunt me,cū uenif
ſent ad me Samum.i.in eam urbem inſulæ eiuſdem nominis,ſed
vrbs etiam Same dicitur inſula tantum Samos, ut transferrem.i.
tranſmutarem,de edicto in meum.ſ.edictum, ſcriptum diligētiſ
ſime,totidem uerbis,quot eſſet ſcriptum in tuo edicto,hoc eſt,vt
qđ erat in tuo edicto,ponerem aliter,in quo capite ſunt quędam
noua ſalutaria ciuitatibus,quib. ego delector magnopere . Vero
ꝓ ſed,hoc,ex quo ſuſpicio nata eſt,me exquiſiuiſſe.i.excogitaſſe
aliquid,in quo offenderem te,eſt translatiuum.i.ceu trāslatitiū,
ideſt fictitium,& falſo in me trāslatum,ex malitia eorum, qui ta
lia cogitant , & faciunt. Neque.n.eram tam deſipiens,ut putarē
ſup.eos legari cauſa rei priuatæ,qui mittebantur,ut gratias age-
rent,& ibi non priuato,ſed publico magiſtratu functo,& non ꝓ
re priuata ſua.i.ſibi propria, ſed ſup. & non.ſ.gratias agerent, in
priuato.ſ.loco,ſed in publico conſilio orbis terræ.i.in ſenatu.ſ.R.
Neque enim cum edixi.i.in publ.mādato iuſſi,ne quis proficiſce
retur.ſ.Romam iniuſſū.i.ſine iuſſu meo, excluſi eos, qui nō poſ-
Perſe- qui
ſent perſequi.i.ad finem uſque ſequi . Non enim ſemper in ma-
lum accipitur:me,in caſtra, & qui non poſſent perſequi me trās
Taurum.ſ.montem.quia qui ne quis dicit omnes includit ſub ue
tatione ſua. Nam.i.maxime ridendum in literis tuis . Scripſerat
enim Appius mordendo Cic.quòd cum prohibuiſſet quenquam
iniuſſu ſuo proficiſci Romam,non prohibuerit proficiſci ſecum
in caſtra,& trans Taurum, imò dicit Cic.generalem ſe feciſse ꝓ
hibitionem, neq; opus fuiſſe, ut legationes mitterentur ſecum
aut in caſtra,aut trans Taurum.Quid enim erat,quod.i.propter
quod perſequerentur in caſtra,ue,pro uel,tranſirent Taurū,no-
men eſt maximi montis Armeniam à Cilicia dirimētis . cū ego
fecerim iter à Laodicæa.i. ab ea urbe Antiochiæ , aut Syriæ , ſeu
Phrygiæ maioris,uſq; ad Iconiū oppidū Cappadociæ,ita ut ma-
giſtratus,& legationes omnium dięceſium.i.iuriſdictionē,ac gu
bernationum,à uerbo διοικέω,qđ eſt guberno,vnde ſecunda per
œ,ſcribitur,& tertia à Græcis per η, & ita ambæ ſunt longæ , eſt
διοίκησις,diœceſis, diſpoſitio, gubernatio,iuriſdictio q̃ ſunt eis,
ideſt citra Taurum,& omnium illarum ciuitatum , conuenirent
me.ſ.agendi mecum de rebus ſuis gratia,niſi forte legati ſup.cœ-
perunt legari.i.mitti poſtea quàm ego trāſgreſſus ſum Taurum.
Quod certe non eſt ita.Cum enim eſſem Laodiceæ , cum eſſem
Apameæ,cū, repete, eſſem Synnadis.cum.ſ.eſſem Philomeli,cū
eſſem Iconij,quæ ſunt oppida iam nota in ꝓuincia ſita : Iconiū
quidem in Cappadocia,Philomelum in Phrygia.ſ.maiore,quod
ſitū eſt in magna planicie à Septētrione,cetera prius dicta ſunt.
Synnada quidem urbs eſt Aſiatica ad Carię fines, & ut Strabo di-
cit,nō magna eſt,ad quam planicies iacet oleis cōſita lx.ferè ſta
diorū. Vlterius eſt Dorci uicus,& Synnas dicti lapidis fodina.De
declinatione autem nequid hęſites,quia Cic.Synnadis aduerbia
liter dicit,credam uti ablatiuo plurali,ut ſit nominatiuus Synna-
da ſynnadorum.Calepinus tamen dicit apud Sydonium declina
ri Synnas Synnadis,quod hoc dici nō poſſet, nam ab eo nomina-
tiuo diceretur hoc Synnade , aut Synnadi , nō Synnadis,in quib.
omnibus oppidis ego commoratus ſum.i. moram traxi , omnes
legationes iſtius generis.ſ.quæ mitterent̃ tui laudādi gratia,erāt
conſtitutæ.i.translatæ. Atque ego uolo te tamen ſcire,hoc me ni
hil decreuiſſe.i.decreto conſtituiſſe,de iſto ſumptu legationum,
aut minuendo,aut remittēdo.ſ.illis,qui eo onerabantur, niſi qđ
principes ciuitatum poſtulaſſent mane.i.matutino tempore ei⁹
diei quod decreueram,ne ſumptus minime.i.omnino nō neceſſa
rij ducerentur in uēditionem tributorum,interdum enim tribu-
ta uēduntur,& qui ea emūt,acerbiſſime exigunt,& illa acerbiſſi
mam exactionem capitum,atque oſtiorum.i.de ſingulis capitib.
atq; oſtiis domus,quam tu nō ignoras, quia eius tempore uige-
bat,aut ab eo,aut eius gratia inſtituta erat.Ego cum ſuſcepiſſem,
ideſt faciendum recepiſſem hoc.ſ.ne fierent ſumptus nō neceſſa-
rij,adductus.ſ.ad hoc nō ſolum iuſtitia , quæ nimiam exactionē
prohibet,ſed etiam miſericordia,ut leuarem.i.deonerarem miſe

riis ciuitates perditas.i.pereuntes,& perditas maxime per magi-
ſtratus ſuos,non potui negligens eſſe in illo ſumptu non neceſſa
rio.ſ.uetādo. Tu cum ſermones iſtiuſmodi.ſ.detractatorii,& ini
micitiarum generatiui,eſſent delati ad te de me non debuiſti cre
dere.Si autem delectaris hoc genere.i. fictionum , aut ſermonū,
ut attribuas aliis.i.dicas tibi dicta eſſe ab aliis,quæ ueniāt tibi in
mentem.i.quæ putaris dicta,aut facta eſſe potuiſſe,tu inducis in
amicitiam genus ſermonis minime.i.nequaquam liberale.i.libe
ro homine dignum.Si ego cogitaſſem nūquam detrahere de tua
fama in prouincia , non tuliſſem ad Lētulum generum tuū.i.ad
iudicium,& uoluntatem generi tui Cn. Lētuli, neq; ad Libertū
tuum.ſ.Phaniam Brunduſij,cum adhuc eſſem Brunduſij , quæ eſt
vrbs Italiæ,neq; ad pręfectum fabrum ꝓ fabrorū,Corcyræ.i.cū
eſſem Corcyrę, aut in Corcyra inſula , in quem locum uelles me
uenire.ſ.ad cōueniendum te,aut,ut cōueniar à te, quare tu potes
doctiſſimis hominibus auctoribus.i.id approbātibus, quorum.ſ.
auctorum libri ſunt.i.extāt ſcripti præclariſſime de amicitia ge-
renda tollere hoc totum genus orationis..ſ.quale eſt dicentium.
Supple homines,aut inimici diſputabant.ſ. de alicuius perfidia.
Ego diſſerebam.i.diuerſa ab eis aſſerebam contra. ipſi dicebāt.ſ.
aliquid mali de te,aut de alio,ego negabam. Talia enim ſolēt di
cere,qui uolunt uideri amici, cum non ſint,quia fingunt ſe refel
liſſe ea,quæ nūquam dicta ſunt,ut non ipſi,ſed alij ea dixiſſe pu
tentur,ſic tamen ut licet dicant ſe contradixiſſe,putent inimicos
illorum,de quibus talia dicta narrant,uere cenſere.nō omnes in
telligūt hunc locum. An ò Appi putas nihil unquam eſſe dictū
mihi de te?ne quidem.i.nō ſaltem hoc ? quòd cum uoluiſſes me
venire Laodicęam ipſe tranſiſſes Taurum,& quod meus conuē-
tus.i.iuriſdictio erat Apameæ,Synnadis,Philomeli,& tuus cōuē
tus erat Tarſi iiſdem diebus,quod argumentum erat te nolle pro
uincia decedere.Non dicam plura,ne uidear imitari id ipſum in
quo ego obiurgem te.Ego dicā illud ut ſentio,ſi ipſe.i.tu,ſentis,
ideſt ex ſentētia tua aſſeris iſta,quæ dicis alios loqui,eſt tua ſum
ma culpa,ſin autem.i.ſed ſi, alii loquuntur hæc tecum,tamē tua
culpa eſt nonnulla.i. ex aliqua parte,qđ audis.ſ.tales.Mea ratio,
ideſt forma faciendi,& dicendi reperietur cōſtans,& grauis in to
ta amicitia noſtra.Quòd ſi quis fingit me aſtutiorem.i. callidio-
rem,qđ poteſt eſſe incallidius,ideſt magis nō callidum.hoc eſt
ſtultius & ſimplicius,quàm cū ego defenderim ſemper te abſen
tem,præſertim cum ego non arbitrabar uſu uenturum.i.euentu-
rum mihi.ut ego eſſem defendēdus à te abſens, ego cōmitterem
tunc,ut tu poſſes optimo iure.i.æquiſſimis rationib.deſerere me
abſentem.i.exiſtentem in prouincia.Ego excipio unū genus ſer-
monis.i.nihil dico de eo,in quo aliquid dicitur pſæpe, quod pu-
tem te nolle dici.i.ut dicatur.ſi aut quiſpiam legatorum tuorum,
ideſt qui tui in prouincia legati fuerant, aut tribunorum militū
male dicit.ſ.de te. Qđ ipſum.i.male dicerę de te,mehercule non
accidit adhuc,me audiēte,ut ſup. quidquam diceret,aut grauius
.i.moleſtius,aut impurius.i.obſcœnius.ſ.de te,q̃ Clodius.i.Lētu
lus eſt locutus mecum Corcyræ,cum quereretur.i.cōquereretur,
maxime in eo genere.ſ.ſermonis te fuiſſe minus felicem.ſ.in gu
bernanda ꝓuincia improbitate.i.propter improbitatem aliorū,
hoc autem dicendo ſignificauit non bene ueniſſe ꝓuinciam. nō
infelix eſt,qui bene regit. Ego nunquam laceſſiui.i.ꝓuocaui hos
.i.huiuſmodi ſermones de te,ꝙ ipſi ſunt & ſimul multi,& ita nō
erant laceſſendi.i.captandi,aut prouocandi,cū gratis fierent, &
quòd non offendūt exiſtimationem .i. auctoritatem tuā. neſcio
an rectius legatur æſtimationem tui,ut ego ſentio,ſed ego nō re
preſſi ualde.i.pmiſi eos fieri. Si quis eſt,qui putet neminem poſ
ſe redire in gratiam bona fide.i.ſine deceptione, is non coarguit
perfidiam noſtram, quia non ſumus tales , aut non ſcit nos tales
etiam,ſi ſumus,ſed indicat ſuam.i.perfidiam.ſimulque i & ſimi-
lis.i.talis non exiſtimat.i.iudicat peius de me,quàm de te.Sin au
tem.i.ſed ſi mea inſtituta.i.mores mei in ꝓuincia , nō delectāt.i.
aliquem,ac putat,ſe lędi quadā diſſimilitudine inſtitutorū meo
rum.i.morum meorum,aut rerum inſtitutarū à me.Cum uterq;
noſtrum fecerit recte,ſed uterq; noſtrum non ſit ſecutus idē,ego
non curo habere hunc i.hmōi amicum. Liberalitas tua patuit la
eius in ꝓuincia,ut hominis nobiliſſimi, ſi noſtra ſup. liberalitas
erit aut patebit anguſtior.i.ſtrictior,& minus lata,& ſi annus po-
ſterior.i.qui tum annum ſecutus eſt . Tacite autem taxat ꝓfuſio-
nem Appij.quia ſicut agricolis raro ſunt duæ meſſes fertiles cō-
tinuæ,eo ꝙ prioris abundantia fœcunditatem terrę exhaurit. ita
cum App.anno ſuo,quem fertilem cenſet,tātum pecuniæ exhau
ſerit,non eſt mirādum,ſi poſterior ſit ſterilis,limitabit.i.arctabit
& reſtringet aliquid de tua natura.i.tuo ingenio,prolixa.i.larga.
Vnde Comicus:Accipit nemo prolixius, quod tamen ad tempus
referri poteſt,& benefica.i. inclinata,ad benefaciēdū , limitabit
dicit propter quandam triſtitiam.i.infelicitatem, & infęcūdita-

tem

tem temporum, quia sicut læta dicimus, quæ fœcũda sunt, ita tristia q̃ sterilia sanè argute uitia Appiana in tpa transfert: hoĩes non debent mirari, cũ ego fuerim semper restrictior.i.parcior, & .i.simul natura.i.p naturam, & indolẽ meam ad largiẽdũ ex alieno, qđ App.fecit. Et.s.simul moueat.i.cõmoueat ijsdem tpibus.s. tristibus, quibus alij mouentur, me esse acerbũ sibi, ut sim dulcis mihi.i.ut non lædam conscientiã meã largiendo de alieno. Vnde quia nõ largior, quibus Ap.largitus est, sum illis acerbus, aut mihi quia recte sententiæ conscius sum, dulcis sum. Sunt qui in emendatis codicib.scriptum asserant, nõ esse acerbum, ubi nos legimus me esse acerbum, dicantque sensum aliter stare nõ posse, sed ego cõtra sentio: ꝙ fecisti me certiorem de rebus urbanis. Cũ .s.ita sit ꝙ fuit gratum mihi per se, tum supp. magis fuit gratum, ꝙ.i.ꝙ significasti omnia mãdata mea fore tibi curæ. In quibus.s. mãdatis, ego rogo te illud unum præcipue ut cures, ne quid aut oneris aut temporis.i.prorogationis. Accedat.i.addatur mihi, ad hoc negocij.s.prouincialis, & sup ut roges Hortensium collegã nostrum in augurratu, & familiarẽ, ut si unquam aut sensit aut fecit quidquam mea causa, decedat quoque.i.ẽt de hac snĩa bina.i. biennij mihi, progandi, qua s.sentẽtia nihil potest esse mihi inimicius.i.magis cõtrarium. Quod uis scire de rebus nostris: Nos sumus profecti Amanum uersus, semper postponit uersus, & est Amanus mõs inter Ciliciã, & Antiochiam Tarso, ex ea urbe Ciliciæ, nonis Octobris. Ego scripsi hæc postridie eius diei.i. die sequente nonas Octobris, cum haberem castra in agro Mopsuhestiæ, quæ in Asia est. Scribam ad te, si egero quid.i.aliquid: neque mittam unquam literas domum ad meos, quin adiungã, sup. literas, quas uelim reddi tibi. Id quod quæris de Parthis, an.s.uenerint cõtra Romanos, ego puto nullos s.Parthos fuisse, & Arabes, qui fuerunt Parthico ornatu admixto, quia partim uestiti erant more Parthico, dicuntur omnes reuertisse, sup.in patriã. Negant .s.homines aut exploratores, ullum hostem esse in Syria. Ego uelim, sup. ut tu scribas ad me quàm sæpissime .i. ualde sæpe, & de tuis rebus.s.priuatis, & de meis, & de omni statu reip. de quo sum solicitus, eo magis quòd cognoui ex literis tuis Pompeium nostrum, scilicet communem amicum, iturum in Hispaniam.

PAVL. MAN. *CVM ad urbem esses*] Antea, isses nos, esse, ex libris manuscriptis, & ex alijs ipsius Cic. locis. inquit.n. ad eundem App. scribẽs: Ad urbem te ociosissimum esse arbitrabar. & ad Att. lib 8. Trebatius quidem scripsit, se ab illo 9. Kal. Febr. rogatum esse, ut scriberet ad me, ut essem ad urbem. & alibi: dicebatur autem de ijs, qui cũ potestate prouinciali reuersi, aut in prouinciã profecti nõdũ essẽt auctor. Pedianus: [Lædi se putat] ꝙ ex meis institutis nõ eos fructus capiat, quos càpere solitus erat ex tuis. Huc spectat id, quod sequitur, Liberalitas tua. & illud paulo post: Non debent mirari homines, me esse acerbum sibi, ut sim dulcis mihi.

ARGVMENTVM.

Multa cõquestus fuerat de Cic. Appius, ut in superiorib. epistolis uidimus, sed pֿstquã in urbẽ redierat, et fauorem Cic. in se intellexerat, amicas scripserat literas ad eũ, unde nunc iocatur, et amice cũ eo agit.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Redit quasi in gratiam Cic. cum Appio: posteaquam intellexit quo animo erga se ille esset.

M. CICERO IMPER. APPIO PVLCHRO S. D. 9

VIX tandem legi literas dignas App. Clodio, plenas humanitatis, officij, diligentiæ, aspectus uidelicet urbis tibi tuam pristinam urbanitatem reddidit. nam quas ex itinere ante, q̃ ex Asia egressus es, ad me literas misisti, unas de legatis à me prohibitis proficisci, alteras de Appianorũ ædificatione impedita, legi perinuitus. itaq; † conscientia meæ constantis erga te uoluntatis: rescripsi tibi subiratus. ijs uero literis lectis, quas Philotimo liberto meo dedisti, cognoui, intellexiq́ in ꝓuincia multos fuisse, qui nos, quo animo inter nos sumus esse nollent; ad urbem uero ut accesseris, uel potius ut primũ tuos uideris, cognosce te ex ijs, quæ in te absentem fide, quæ in omnib. officijs tuendis erga te obseruantia, & constantia fuissem. itaq; quanti illud me æstimare putas, quod est in tuis literis scriptum? si quid † acciderit, quod ad meã dignitatem pertineat, etsi fieri possit, tamen te parem mihi gratia relaturum. tu uero facile facies. NIHIL *est.n. quod studio, & beneuolentia, uel amore potius effici non possit. Ego, etsi et ipse ita iudicabã, & fiebã crebro a meis per literas certior: tamẽ maximam lætitiã cepi ex tuis literis de spe minime dubia, & plane explorata triumphi tui; neq; uero ob eam causam, quo ipse facilius cõsequerer, nã id quidẽ † ἐπικούρειον est, sed mehercule, ꝙ tua dignitas, atq; amplitudo mihi est ipsa cara per se. quare, quoniam plures tu habes q̃ ceteri, quos scias in hanc prouinciam proficisci; ꝙ te adeunt fere oẽs, si quid uelis; gratissimũ mihi feceris, si ad me simulatq; adeptus eris, quod & tu confidis, & ego opto, literas miseris. longi subsellij, ut noster Põp. appellat, iudicatio, & mora si quem tibi item unũ, alterum ue diẽ abstulerit; (quid.n. potest amplius?) tua tamẽ dignitas suũ locũ obtinebit, sed, si me diligis, si à me diligi uis, ad me literas, ut quãprimũ lætitia afficiar, mittito. Et uelim, reliquũ quod est promissi, ac muneris tui, mihi persoluas. cum ipsam cognitionẽ iuris auguralis consequi cupio: tum mehercule tuis incredibiliter studijs erga me, muneribusq; delector. ꝙ autem à me tale quiddam desideras; sanè mihi considerandum est, quonã te remunerer potissimum genere. nam profecto non est meum, q̃ in scribendo, ut tu, soles admirari. tantũ industriæ ponam, cõmittere, ut in scribendo negligens fuisse uidear præsertim cum id non modo negligentis, sed ẽt ingrati animi crimen futurum sit, uerũ hæc uidebimus. Illud, quod polliceris, uelim pro tua fide, diligentiaq;, & pro nostra non instituta, sed iam inueterata amicitia cures, enitare, ut supplicatio nobis quam honorificentissime quamprimũ decernatur. omnino serius misi literas, quàm uellem. in quo cum difficultas nauigandi fuit odiosa; tũ ipsum discessum senatus incidisse credo meas literas. sed id feci adductus auctoritate, & cõsilio tuo: idq; à me recte factum puto, quòd non statim, ut Imperator appellatus sim, sed alijs rebus additis, æstiuisq; confectis, literas miserim. Hæc igitur tibi erunt curæ, quemadmodum ostendis, meq; totum, & mea, & meos commendatos habebis. Vale.*

† alias, consciẽtiæ meę

† alias, inciderit

† ri. Epicureum

HVB. *VIX tandem*] Vt ex superioribus epistolis cognitum est, conquestus fuerat Appius, ꝙ Cic ædificationem quãdam, quæ in honorem Appij fieret, impedisset, & quod legationes, quę Romam ad eum laudandum erãt ꝓfecturæ, prohibuisset. Ita n. maleuoli quidam retulerant Appio, antequã ex Asia discederet. sed posteaquam Romã aduenit, itellexit a suis, qua obseruantia, & constantia in tuendis omnibus officijs erga Appium fuisset Cic. itaq; scripserat ad eum humanissime, ostẽderatq; se falsum intellexisse. Quamobrem Cic. nunc cum eo iocatur dicens, se nunc tãdem accepisse ab eo humanitatis plenas literas, quia postquã venit ad urbẽ, urbanitatem pristinã recuperauit, cum ante ex itinere scripsisset aliquando rusticius, & asperius. Deinde ei gratulatur, ꝙ scripserat se sperare triumphum, quem cum primum cõsecutus fuerit, rogat, ut eum longa epistola certiorẽ reddat. Postea uero rogat eum, ut absoluat libros Augurales, quos ei ꝓmiserat, pro quorum remuneratione dicit sibi diligenter considerandũ, quid dignum afferre possit. Eum postremo rogat, ut det operam, ut supplicationes ei decernantur pro re bene gesta in prouincia; de qua dicit quare serius ad senatum scripserat. [Vix tandẽ] Post multum tẽporis, ut. uix tãdem magnis Ithaci clamoribus actus, compositio rumpit uocem, neque tamen tam refert ad diuturnitatem temporis, quam ad effectum expectantis. [Dignas App.] q.d. homine nobilissimo, quem quidẽ humaniorem esse decet. [Aspectus] Videlicet ostẽdit magni interesse quibus in locis uersemur, quia ex alijs rusticitatem, ex alijs urbanitatem trahimus. [Vrbis] Romæ. [Pristinam] Consuetam, solitam. non autem recte diceremus priscam, quia priscus alienę, & remotæ ætatis est. pristinus ãt ante actę, sed tñ nostrę ætatis, neq; ualde remotæ. [Reddidit] Restituit, quia eã amiseras, cum esses inter barbaras gẽtes, in prouinciam. [Nã quas] dicit quare nunc tandem acceperit ab eo literas plenas humanitatis, quia superiores fuerãt plenę querelæ. [Ex itinere] Ex uia, cum Romã uersus proficisceretis. [Egressus] Exiuisti. [Vnus] Distinguit quæ sunt illæ literæ, unas qbꝰ rñdit in præcedenti epist. [Altera ædificatione] Quib. Cice rñdit in epis. quæ incipit: Plurib. uerbis [Perinuitus] Valde, non libenter, [Conscientia] Quia sciebam me nihil egisse contra dignitatẽ, & honorem tuum. [Subiratus] aliquãtulum iratus, ut in præcedentibus epistolis rñsiuis uidere licet. [Multos] maleuolos. [Nollent] dolerẽt. [Quo q.] s.fido, & cõcordi. [Vt] Postq̃ [Vel potius] correctio est. [Cognosce] Subaudi intellexi [Ex his] s.tuis. [Obseruantia]

tia]reuerētia. [Omnibus officijs) Omnibus, quę à me effici debe rent. [Quanti æstimare) Quanti facere, q.d. maximi. [Et si qd] Sē tentia est sumpta ex epis. Appij, quia ita scripserat ad Cic. in hāc sententiam, quam ponit hic Cic. sed ubi ille dixerat quā dignitatem tuam. Cic. quia de se loquitur, dicit dignitatem meam. [Etsi] q̄q̄. [Vix fieri possit) uix sit possibile, ut mihi parē referas gratiā. [Relaturū) Reddituru͂, ut ita pro me faceres, sicut ego pro te feceram. [Tu uero) quia App. dixerat uix fieri posse, ut parē ei gratiam referre posset. Cic. refutat, & dicit id facile fieri posse, ꝗa nihil est tam difficile, quod non facile sit uolenti. [Facies). i. referes mihi parem gratiā. [Facile] quia ille dixerat uix. [Nihil) Ratio facilitatis [Studio) Ꝓ̄pta uolūtate. [Vel amore potius) Correctio est, quia plus amor, q̄ beneuolētia, quia ex eo beneuolentia nascitur, ut ostēdit Ci. in Lelio de amicitia his uerbis: Amor. n. ex quo nominata est, princeps est ad beneuolētiam cōiungendā. [Ego) Nunc ei gratulatur, ꝙ scripserat se sperare triumphum, quod etsi à suis se ante intellexisse dicit, tn̄ ostēdit sibi gratissimū fuisse se eius literis cognouisse. [Ita. s. te nō dubiā habere spem triumphi tui. [De spe) tua. [Triumphi) Tibi decernendi, pp res in ꝓuincia gestas. [Explorata) certa. [Neq; uero) Occurrit obiectioni ne dicat̄ cœpisse lætitiā de hac spe triūphi causa sua, ut si triūphus decerneret̄ Appio ēt ipse qui multo plura egisset, honestius posset petere. [Ipse) Ego. [Cōsequerer) obtinerē. i. triumphum, si tu obtinuisses. [Id). s. operarē triumphū tibi mea causa. [Est ἐπικόρειον] .i. Epicureū. Epicurei. n. ut Cic. multis in locis, oia ad suam uoluptatem, & ad suum cōmodū referunt. [Sed mehercule) aduerbiū est iurantis, & subaudi cœpi maximam lætitiam. s. ideo [Quod) quia. [Per se) Sua sponte, ꝓpria causa sua. [Quare) Infert ex supra dictis sibi gratissimū fore, si ut primum adeptus fuerit triumphū cum literis suis admonuerit. [Plures) accusatiuus est casus pluralis numeri, plures autem intellige ipsos nūcios, uel tabellarios [Quā ceteri) Qui sunt Romę, nec fortasse diceret App. eū posse admoneri aliorū literis.) Quos) nuncios, [Qd ratio quare sciat plures proficisci in prouinciā, q̄ alij, quia nemo ferè ibat in ꝓuinciā, qui non adiret ipsum Appium, & peteret si quid uellet scribere, quia cū fuisset ante imperator in ꝓuincia, existimabāt oēs eū aliq.d ēt habere, de quo uellet scribere. [Velis) aut scribere, aut agi ꝑ eos pro te in prouincia. [Simulatq.) dictio cōposita, & significat cū primum, uel postq̄. [Qd tu cōfidis) Quod certo credis te adepturum, & intelligit triumphum. [Lōgis subsellijs] Subsellia dicunt̄ sedes, & pulpita, in qb. spectabātur ludi à subsidendo, Per. Trossulus exultat tibi per subsellia leuis, hic autem ꝑ contēptum rostra senatorum appellauit subsellia, dixit ergo literas longi subsellij. i. longę consultationis, & iudicationis, quia in subsellijs longo tpe morantur, qui delectātur, spectaculis. hōmi autem loquendi modum usurpauit Pom. in cōtemptum senatorum, qui tandiu in nostris morarent̄, deliberaturi, q̄ diu morarentur in subsellijs. hoc est pulpitis, q̄ spectarent ludos, est aūt sensus, mihi rem gratissimam feceris, si cū primum adeptus fueris triūphum, quē cōfidis te adepturū, miseris ad me literas illius lōgæ deliberationis senatus, quia quotidie differebat Senatus hāc deliberationē decernēdi tiriumphum ipsi Ap. [Iudicatio, & mora) Endiadis est. i. Iudicationis mora, iudicatio autem hoc loco significat deliberationē. [Quē unum) aliquem unum. [Alterū) Secūdū. i. unum, duos, aut tres dies, prouerbialiter locutus est, intelligēs aliquot dies, sic Ter. in And. Postq̄ amator accessit, unus, atque item alter &c. i. aliquot amatores. [Abstulerit) Eripuerit, ne tam cito decernat̄ tibi triumphus. [Quid. n.) parēthesis. [Amplius q̄). s. auferre aliquot dies, [Locū statutū suū). i. tn̄ obtinebit triumphum. [Sed) ostendit q̄ sit cupidus audiendi, & intelligēdi, ab eo triumphum esse impetratū. [Vt afficiar, lætitia) ut læter tua causa non mea, ut supra dixi [Et uelim) nunc rogat ipsum, ut pficiat libros augurales, quos Ci. promiserat. [Reliquum muneris) Quod restat de munere promisso, nā partem iam ad Cic. miserat [Persoluas) pficias, cōpleas. Cū dicit duab. de causis se spectare hos libros. Primum, quia cupidus sit auguralis disciplinę, quę in illis libris optime explicabat̄ ab Appio, sed multo magis, ꝗa incredibiliter delectetur oībus munerib. & studijs, q̄ ab Appio ꝓficiscuntur. & ita ut magnificare ingenium eius. Sed qm̄ posuit cum, & tum, plus pōderis ostendit esse in secunda causa, nā tum [ut sępe diximus) magis signāt q̄ cū. [Cognitione) scientia. [Iuris) erat ius augurum sicut hodie ius pōtificium. [Quod aūt) Excusat se apud Appi, ꝗ aliquid tale ab ipso Cic. petiuerat. i. ut Cic. ēt aliquid componeret, quod ad se inscriberet, ad qd ūidet Cic. diligenter sibi cōsiderādum esse, quo munere eum remuneret, ut aliquid tale faciat ne uideat̄ fuisse negligens erga eum, in quem ēt possit uideri ingratus, nisi aliqd magnum redderet. [Tale qddā) aliqd tale, qd ex studijs meis ꝓficiscat̄ [Nō est meum) Nō decet me, nō est officij mei. [Qui) Ego [Industrię) Diligētiæ, cōmittere, facere, & ut plurimum in malā partem accipitur, signāt. peccare, unde & cōmissum peccarū dr̄. est aūt ordo: nō est meū, qui pouā tm̄ industriæ in scribēdo, ut tu soles admirari, cōmittere, ut negligens in scribendo fuisse uidear, præsertim &c. [Admirari) Admirabat̄. n. Appius scripta Cic. ita esse tersa & emendata, ut nihil addi, aut reprehendi posse uideretur, de quo nunc se Ci. latēter laudat. [Videar negligēs] qd q̄dem mihi accideret, nisi pro tali & ꝓ tanto tuo munere aliquid egregium excogitarem, quo te remunerem. [Præsertim) Addit unā uehementissimā causam huius diligētiæ adhibēdā, ꝗa nō solū uiderer negligēs, sed ēt ingratus erga talem uirū. [Crimen) Culpa, imputatio. [Videbimus) Cōsiderabimus. [Illud) Rogat Cic. Appiū, ut det operā supplicationes ei decerni, sicut spōte ꝓmiserat [Polliceris) Spōte ꝓmittis, pollicemur. n. spōte, ꝓmittimus rogati, licet interdū hæc cōfundat̄ [Fide) quia dicis esse facturū, ut fiat, qd pollicer. [Pro fide) Ergo tua mihi. s. ꝓmissa. [Nō instituta) Nō noua, & nūc incepta [Inueterata) iandiu inter nos apta, & quodāmodo facta uetera. [Enitare) Re ipsa pficias. [Supplicatio) quæ præcedebat triumphum. Iam. n. multa in prouincia feliciter gesserat Cic. ꝓ quibus petebat supplicationem sibi decerni. [Quā honorificentissime) ꝗa supplicationes poterāt fieri interdū cū maiore honore, interdū cū minore. [Quāprimum) Petit. n. ut cito decernatur. [Oīno) Excusat tarditatem suarū literarū ad senatum de reb. à se gestis. [Serius] tardius. [In quo) In qua re, ut serius mitterem literas. [Difficultas, nauigandi) ostendit duo incommoda sibi fuisse in his literis, & ꝙ nō facile possent nauigare, ꝗ uenirent ex Cilicia, ꝙ credit literas suas in discessum senatus incidisse, sed hāc ultimā cām, ꝙ literę suæ in discessū senatus inciderint; dicit nō fuisse sine rōne, quia App. eū hortatus fuerat, ut ita faceret. [Odiosa) Molesta, & ingrata mihi [Incidisse) Deuenisse, allatas, & redditas esse [In ipsum discessum). s. quidā uolunt intelligi, cū senatus faceret sentētiarum dissensionem, de qua satis multa in 1. lib. diximus, cū exponeremus illum locū in 2. ep. ante oportere se facere discessionē, q̄ cōsules. Alij discessum legēdum putant, à discedendo, ut intelligamus in ipsum discessum, i. in contentionē, & discordiā senatus. Harum duarum sn̄iarum prima esset fortasse ꝓbabilior, sed utraq; nequaq̄ uera, quia neq; discessus usquā legit̄ ꝓ discessione, de qua diximus ex auctoritate A. G. neq; Ci. absens poterat scire qn̄ senatores facerent, sn̄iarum discessionē. i. expeditionē, ergo melius est intelligere discessum, cū senatus ab urbe discederet, quia ī maximis calorib. solebāt senatores rus secedere ualetudinis causa, qd quidem qn̄ esset, Ci. satis scire poterat ex cōsuetudine, nā hoc maxime Augusto mēse fiebat. Hor. in epist. Quinq; dies tibi pollicitus me rure futurum, Sextilem totum mendax desideror, atqui. Si me uiuere uis sanum, recteq. ualentem. Quā mihi das ægro dabis ægrotare timenti Mecœnas ueniā &c. [Feci id) ut meæ literæ inciderēt in discessum senatus. [Adductus) Motus. [Auctoritate) Grauitate, ꝗ talis es, qui facile potueris mihi psuadere. [Et cōsilio) Ita. n. contulisti, ut facerem. [Statim) Repēte, subito. [Vt) Postq̄. [Appellatus imp.). i. quia nō statim, cum datum est mihi nomen Imperatoris, uoluit scribere ad senatum [Alijs de rebus) vtputa prouincia bene constituta, multis etiā uictorijs partis. [Additis). s. ad nomen Imperatoris. [Confectis, æstiuis q;) Finitis æstiuis. i. educto exercitu ab ęstiuis ad hyberna, nam, ut supra diximus, æstiua dicuntur loca militū in æstate, hyberna uero in hieme. [Hæc de libris auguralibus absoluendis, & de supplicatione mihi decernenda. [Ostēdis). i. literis, & ꝓ missionibus tuis significas te esse facturum, [Me totum) Hoc satis poterat esse ad declaranda, quæ infra dicet, nam me totum significabat personam meam, dignitatem, & rem, & meos omnes, sed à genere, ut plerunque facit, descendit ad speciem, & declarauit quid sit me totum, scilicet & mea, & meos.

VIX tandem] Multa questus fuerat de Cic. Appius, ut supra uidimus, sed postq̄ in urbem redierat, & fauorem Cic. in se intellexerat, amicas scripsit literas. unde nunc familiarius omissa simultate ad eū scribit dicens: Ego uix. i. cum difficultate, legi tandē literas dignas Ap. Clodio. i. quæ scriberentur ab Ap. Clodio, vtpote plenas humanitatis, officij, diligētiæ. Videlicet. i. uidere licet, vn̄ id euenerit, ꝗa aspectus urbis. s. Romæ reddiderit tibi urbanitatē. i. comitatē & ciuilitatē pristinam. i. quam habueras priusq̄ urbe exiueras. Nā ego legi pertinuitus. i. ualde inuitus literas. s. binas, quas misisti ad me, ex itinere priusq̄ egressus es ex Asia, unas de legatis prohibitis à me, proficisci. s. Romā, alteras de ædificatione Apameorū impedita. s. ut querebaris, à me. Ex hoc loco patet supra legendū esse Apameam legati, non Appiani. Itaq; . i. & ita, ego subiratus. i. aliquantulū iratus tibi, conscientia mea. i. pp conscientiā meæ uoluntatis constantis erga te. i. ꝗa mihi cōscius erā nihil in te peccasse, uero. i. sed his literis, quas dedisti Philotimo liberto meo, lectis, cognoui, intellexiq; multos fuisse in ꝓ-

uiu

Margin notes (left): Amor & bene uolētia differūt — Æpicurei — Simulatq; Subsellia — Endiadis — Cum & tum — Cōmittere

Margin notes (right): Cōmissum — Polliceor Promitto — Æstiua Hyberna. — ASC.

uincla, qui nollēt nos esse.i.uellēt nos nō esse eo aīo.i.ea beneuolētia inter nos, quo & qua sumus, Vero, pro, sed, ubi accesseris ad urbem, vel potius, ut primū uideris tuos.s.amicos, et necessarios intellexi sup.te cognosse pro cognouisse. alii legunt cognoscere ex iis.s.tuis, qua fide.i.fidelitate fuisse, in te absentem, qua obseruantia & constantia fuissem erga te in tuendis.i.protegendis, & conseruandis oībus officijs, quæ.s.amicus amico debet Itaq;.i.& ita. quanti putas me æstimare.i.appreciare illud, qđ est scriptum in lr̃is tuis. Si qđ inciderit, qđ pertineat ad meā dignitatē.i.quod noris ad meam dignitatē ptinēs te posse facere, etsi.i.q̃q̃ uix posset fieri.s.ut referas mihi parē gr̃am, tñ.i.nihilominus, te relaturū sup.esse mihi parē gr̃am, q.d. nimirum maximi. Verū.i.sed, tu facies facile, s.qđ uix fieri posse dixeras. Enim.i.qa, nihil est, qđ nō possit effici studio, & beneuolētia, uel potius amore. Etsi ipse ,i.ego p me iudicabā ita, & fiebā crebro.i.frequēter certior p lr̃as à meis.s.datas ad me, tñ ego cepi maximā lętitiam ex literis tuis de spe triūphi tui minime dubia, & explorata.i. tanq̃ explorata, & pfecta. Neq; uero sup.cepi maximā lætitiā de spe triūphi tui, ob eā causam, quo.i.ut, ipse.i.ego cōsequerer.i. obtinerē facilius .s.triūphū in consimili negotio. Nā quidē.i.certe, id.s.lætari de bonis amicis, quatenus ad suū cōmodū faciant est ἐπικούρειον i. Epicureū, & ad Epicureos ptinens. q omnia ad suā uoluptatē, & cōmodā propria metiūtur bona: sed mehercule, ob eā, supp.cām

Ipsa per se

lætabar, φ dignitas tua atq; amplitudo ipsa est cara mihi p se.i. ēt sine respectu cōmodi mei. Dixi prius raro Cic.cōponere, pno mē ipse, & se, unde non dixit p seipsam, sed ipsa per se. Quare qm̃ tu habes plures q̃ ceteri, quos scias pficisci in hāc, ubi ego sum, puinciā, uidelicet in Cilicia, φ.i.qa ferè oēs uenientes.s. in Ciliciā adeunt te.s.sciscitātes siquid uelis, tu feceris mihi gratissimū, si miseris ad me literas simulatq;.i. statim postq̃ aut eodem tpe, qđ adeptus eris id φ & tu cōfidis.s.te adepturū esse, & ego opto, uidelicet triumphū. Iudicatio, & mora lōgi subsellii.i. plurimorū, qui in subsellijs sunt, qui & multi sunt, & diu cōsultāt, cum si perperā iudicent, facile reprehēdant. ut Pōp.nr̃.s.cōis amicus appellat, si abstulerit tibi quē.i.aliquē diē.s.priusq̃ triūphus, item.i. similiter, adhuc unū diē, ue, pro uel, alterū.i.tertiū, q.d.n. pōt amplius.s.auferre, q.d.nihil, tñ dignitas tua tenebit suum.i.sibi debitum locum.i.statutū triumphū. Sed si tu diligis me, & uis diligi à me, mittito ad me literas, ut afficiar lætitia.i.læter q̃primum.i. valde cito. Etiā uelim persoluas mihi reliquū, quod est pmissi, ac muneris tui.i.φ de augurali scientia te perfecturū promisisti, quod tñ qa priusquā pmitteret, nō debat, addit, ac muneris. In superiorib.aūt constat librum de augurali scientia Appiū Cic. dicatū misisse. Nā sup.cū ita sit, φ cupio consequi ipsam cognitionē iuris augurij, tū mehercule, sup.multo magis est, φ delector incredibiliter studiis tuis erga me, & munerib.tuis. φ aūt desideras à me quiddā tale.i.literariū munus tibi nūcupatū sanè.i. ualde considerandū est mihi quonā genere potissimū.i.E plurimis. ego remunerer.i. referendum munus donē te. Nā profecto non est meū.i.officij mei, qui ponā (ut soles admirari) tm̃ industrię.i. studiosæ operę, & scribēdo, cōmittere.i.pati, ut uidear fuisse negligens in scribēdo, psertim cū id futurū sit crimē, non modo.i. non solū, animi negligentis, sed ēt ingrati, uerū.i. sed nos uidebimus hoc.i.qui de hoc agemus. Illud qđ polliceris. &c. Sunt q putent de augurali adhuc libro perficiēdo loqui, & ita legūt. Enitare aūt &c. quasi duo petetur, alij utrūq; ad supplicationē referunt

Supplicatio

sic: Ego uelim cures, & sup.enitare, illud quod polliceris.s.te curaturū, pro fide & diligentia tua, & pro nostra amicitia non institutą.i.incepta supp. nuper, sed iam inueterata.i.longa consuetudine firmata. Vt supplicatio.i.ut dicunt totius populi, ut nūc fit in processione gn̄ali gratiarū actio p re bene gesta, decernat.s. per S.C. nobis quā honorificentissime q̃primū ego misi.s.per senatū de uictoria oīno serius.i.tardius q̃ uellē lr̃as. In quo.s.mittendis literis, cum.s.ita fuerit, φ difficultas nauigandi fuit odiosa.i.molesta nobis, tum sup, magis odiosum fuit, φ credo literas meas incidisse in ipsum discessum senatus.i.cum uacationes fierēt in senatu, non.n.semper senatus cogebatur, alij aliter intelligunt. Sed feci id.i.serius misi literas meas, adductus.i.persuasus, & ad hoc inductus auctoritate, & cōsilio tuo, & puto id factum à me rectū, φ non miserim statim, ut sum appellatus.s.ab exercitu pro iusta uictoria imperator. Obtēta.n.legitima uictoria solebat exercitus ducē suū salutare imperatorē, & non aliter. literas.s. ad senatum alijs rebus additis, & ęstiuis confectis.i.eo φ alię res ēt honore dignæ sint additæ, & æstiua iā sint confecta, ut non sit timor de nouo bello. Igitur hic erunt tibi curæ.i.ad curam, quēadmodum ostendis, & habebis me totum, & mea.s.negocia aut bona, & meos.s.amicos, & necessarios commendatos.s.tibi.

ARGVMENTVM.

Cum intellexisset Cicero Appium esse ambitus accusatū, eum hac epistola consolatus est, dicens se ita confidere, & in eius innocentia, & in præsidio amicorum eius, ut non dubitet istum laborem, & uexationem accusationis fore ei honori. Et quia inuidorum quoq; magna obtrectatione triumphū obtinere Appius nequibat, quem scripserat se confidere adepturum esse, hortatur eum Cic. ut æquo animo id ferat. se aūt pollicetur omni studio defensurum eius nomē, & dignitatem in prouincia. Neque propterea se dicit posse rogare citra iniuriam. Rogat deinde Appium, ut det operam, ne quid temporis sibi prorogetur in prouincia, ut possit Romæ suum fauorem, & studium ei præstare. Et quoniam scripserat Appius, se cognouisse incredibilem beneuolentiam omnium ordinū erga se: respondet Cicero se minime de hoc mirari, cū talis sit, qui mereatur fauorem omnium bonorum. Multis postremo uerbis se excusat Cicero, asserens non se impediuisse legationem, quæ Romā mitteretur ad laudandum Appium in senatu. afferens rationes, cur id neq; facere uoluerit, neq; debuerit. Negocium pro labore solicito sui purgandi accipit.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Et hac epistola plenum testimonium de sua erga Appium uoluntate dēdit, cum significat sibi illius dignitatem nō aliter curæ fore ac sui ipsius. Hortatur idem Appium, ut improborum conatus fortiter ferat. Postremo excusat se de falsa illa suspicione legationis prohibitæ.

M. CIC. IMP. APP. PVLCHRO. S.P.D. 10

CVM est ad nos allatum de temeritatē eorum, qui tibi negocium facesserent; etsi grauiter primo nuncio commotus sum, φ nihil tam præter opinionem meam accidere potuit; tamē, ut me collegi: cætera mihi facillima uidebātur: quod & in te ipso maximam spem, & in tuis magnam habebam; multaq; mihi ueniebant in mentē, quamobrem istum laborē tibi etiam honori putarem fore. illud plane moleste tuli, quod certissimum, & iustissimum triumphum hoc inuidorum consilio esse tibi ereptum uidebam. quod tu si tanti facies, quanti ego semper iudicaui faciendum esse, facies sapienter, & ages uictor ex inimicorum dolore triumphum iustissimum. ego.n. planè uideo fore † neruis, opibus, sapientiaq; tua, uehementer ut inimicos tuos pœniteat intemperantiæ suæ De me tibi sic, cōtestans omnes deos, promitto, atq; confirmo: me pro tua dignitate (malo.n.dicere, quam pro salute) in hac prouincia, cui tu præfuisti, rogando, deprecatoris: laborando, propinqui: auctoritate, cari hominis, ut spero, apud ciuitates; grauitate, imperatoris susceptiurum officia, atq; partes. omnia uolo à me, & postules, & expectes, uincam meis officijs cogitationes tuas. Q. Seruilius perbreues à te mihi literas reddit, quæ mihi tamen nimis lōgæ uisæ sunt. iniuriam enim mihi fieri putabam, cum rogabar. nollē accidisset tempus, in quo perspicere posses, quāti ego te, quāti Pompeium, quem unum ex omnib. facio, ut debeo plurimi, quanti Brutū facerem: quanquā in cōsuetudine quotidiana perspexisses, sicuti perspicies. sed quoniā accidit, si quid à me prætermissum fuerit, cōmissum facinus, & admissū dedecus cōfitebor. Pontinius, qui à te tractatus est præstāti ac singulari fide, cuius tui beneficij sū ego testis pstāti tibi memoriā, beneuolentiāq; quā debet. q cū maximis reb. suis coactus à me inuitissimo decessisset; tamen, ut uidit tua interesse, conscendens iā nauem Epheso Laodiceā reuertit. talia cū te studia uideam habiturū esse innumerabilia; planè dubitare non possum, quin tibi amplitudini ista solicitudo futura sit. si uero effeceris, ut † censor creeris, et si ita gesseris cēsurā, ut debes, & potes: nō tibi solū, sed tuis omnibus uideo in perpetuum summo te præsidio futurū. Illud pugna, & enitere, ne quid nobis temporis prorogetur: ut, cū hic tibi satisfecerimus, istic quoq; nostram in te beneuolentiā nauare possimus. Quæ de hominum atq; ordinū oīum erga te studijs scribis ad me, minime mihi miranda, & maxime iucūda acciderūt: eadēq; ad me perscripta sunt à familiarib. meis. itaq; capio magnā uoluptatē, cum tibi cuius mihi amicitia nō solum ampla, sed ēt iucūda est, ea † tribui, q̃ debeātur: tum uero ēt remanere in ciuitate nostra studia, ppe omnium consensu erga fortes, & industrios uiros: q̃ mihi ipsi una semper tributa merces est laborū. illud uero mihi permirum accidit, tantā temeritatem fuisse in eo adolescente, cuius

† ali… ne… opu…

† alias Censorem crearent

† alias tribui… deo q…

te, cuius

te, cuius ego salutem duobus capitis iudicijs summa contentione defendi, ut, tuis inimicitijs suscipiendis, obliuisceretur patroni omnium fortunarum, ac rationum suarum præsertim cum tu omnibus, uel ornamentis, uel præsidijs redundares: illi, ut leuissime dicam multa deessent: cuius sermo stultus, & puerilis erat iam antea ad me a M. Cæl. familiari nostro perscriptus: de quo item sermone multa scripta sunt abs te. ego autẽ citius † cum eo, qui tuas inimicitias suscepisset, ueterem coniunctionem diremissem, quàm nouam conciliassem. neque .n. de meo erga te studio dubitare debes. neq; id est obscurum cuiquam in prouincia, nec Romæ fuit. sed tamen significatur in tuis literis suspicio quædam, et dubitatio tua: de qua alienum tempus est mihi tecum expostulandi, purgandi autem mei necessarium. ubi .n. ego cuiquam legationi fui impedimento, quo minus Romam ad laudem tuã mitteretur? aut in quo potui, si te palã odissem minus quod tibi obesset faceres si clam, magis aperte inimicus esse? quòd si essem ea perfidia, qua sunt ij, qui in nos hæc conferunt. tamen ea stultitia certe nõ fuissem, ut aut inobscuro odio apertas inimicitias, aut in quo tibi nihil nocerem, summam ostenderem uoluntatem nocendi. ad me adire quosdam memini. qui dicerent, nimis magnos sumptus legatis decerni. quibus ego non tã imperaui quàm censui, sumptus legatis quam maxime ad legem Corneliam decernẽdos. atq; in eo ipso me non perseuerasse, testes sunt rationes ciuitatum; in quibus quantum quæq; uoluit legatis tuis datum, induxit. Te autem quib. mendacijs homines leuissimi onerarũt? non modo sublatos sumptus sed etiam à procuratoribus eorũ, qui iam profecti essent, repetitos, & ablatos, eãq; causam multis omnino non eundi fuisse. quererer tecum, atq; expostularem, nisi, ut supra scripsi, purgare me tibi hoc † tuo tempore, q̃ accusare te, mallem, idq; putaram esse rectius. itaq; nihil de te, quòd credideris, de me quamobrem non debueris credere, pauca dicam. nam si me uirum bonum, si dignum ijs studijs, eaq; doctrina, cui me à pueritia dedi, si satis magni animi, non minimi consilij maximis rebus perspectum habes; nihil in me non modo perfidiosum, & insidiosum, & fallax in amicitia, sed ne humile quidem, aut ieiunum debes agnoscere. sin autem me astutum, & occultum libet fingere, quod est quod minus cadere in eiusmodi naturam possit, quàm aut florentissimi hominis aspernari beneuolentiam, aut eius existimationem oppugnare in prouincia, cuius laudẽ domi defenderis; aut in ea re animum ostendere inimicum, in qua nihil obsis, aut id eligere ad perfidiam, quod ad indicandum odium apertissimum sit, ad nocendum leuissimum? Quid erat autẽ, cur ego in te tam implacabilis essem, cum te ex fratre meo ne tum quidem cum tibi propè necesse esset eas agere partes, inimicum mihi fuisse cognouissem? cum uero reditum nostrum in gratiam uterque expetisset, quid in cosulatu tuo frustra mecum egisti, quod me aut facere, aut sentire uoluisses? quid mihi mandasti, cum te Puteolis prosequerer, in quo non expectationem tuam diligentia mea uicerim? quòd si id est maxime astuti, omnia ad suam utilitatem referre; quid mihi tandem erat utilius, quod commodis meis aptius, quàm hominis nobilissimi, atque honoratissimi coniunctio, cuius opes, ingenium, liberi, affines, propinqui mihi magno, uel ornamento, uel præsidio esse possent? quæ tamen ego omnia in expetenda amicitia tua non astutia quadam, sed aliqua potius sapientia secutus sum. quid illa uincula quibus quidem libentissime astringor, quanta sunt: studiorum similitudo, suauitas consuetudinis, delectatio uitæ, atque uictus, sermonis societas, literæ interiores. Atq; hæc domestica. quid illa tandem popularia? reditus illustris in gratiam: in quo ne per imprudentiam quidem errari potest sine suspicione perfidiæ: amplissimi sacerdotij collegium, in quo non modo amicitiam uiolari apud maiores nostros fas non erat, sed ne cooptare quidem sacerdotem licebat, qui cuiquam ex collegio esset inimicus. quæ, ut omittam multa, atq; tanta: quis unquam tanti quenquam fecit, aut facere potuit, aut debuit, quanti ego Cn. Pompeium socerum filiæ tuæ? etenim si merita ualent: patriam, liberos, salutem, dignitatem, memetipsum mihi per illũ restitutum puto. si consuetudinis iucunditas: quæ fuit unquẽ amicitia consularium in nostra ciuitate coniunctior? si ulla amoris atque officij signa: quid mihi ille non commisit? quid non mecum communicauit? quid de se in senatu, cum ipse abesset, per quenquã agi maluit? quibus ille me reb. non ornatissimum uoluit amplissime? qua deniq; ille facilitate, qua humanitate tulit contentionem meam pro Milone aduersantẽ interdum actionib. suis? quo studio prouidit, ne qua me illius temporis inuidia attingeret, cum me consilio, cum auctoritate, cum armis denique texit suis? quibus quidem temporibus hæc in eo grauitas, hæc animi altitudo fuit, non modo ut Phrygi alicui, aut Lycaoni, quod tu in legatis fecisti, sed ne summorum quidẽ hominum maleuolis de me sermonibus crederet. Huius igitur filius cum sit gener tuus, cumque præter hãc coniunctionẽ affinitatis, quàm sis Cn. Pompeio carus, quanq; iucundus, intelligam, quo tandem animo in te esse debeo? cum præsertim eas ad me is literas miserit, qbus, et si tibi, cui sum amicissimus, hostis essem, placarer tamen, totumq; me ad eius uiri ita de me meriti uoluntatem nutumq; conuerterem. sed hæc hactenus: pluribus .n. etiam fortasse uerbis, quàm necesse fuit, scripta sunt. Nunc ea, quæ à me † perfecta, quæq; instituta sunt, cognosce. atq; hæc agimus, & agemus magis pro dignitate q̃ pro periculo tuo: te enim, ut spero, propediem censorem audiemus: cuius magistratus officia, quæ sunt maximi animi, summiq; consilij, tibi diligentius, et accuratius, quàm hæc, quæ nos de te agimus, cogitanda esse censeo. Vale.

† alias, ab eo.

† alias, toto

† alias, pfecta, quæque constituta

HVB.

CVM est] Cum intellexisset Cic. Appium ambitus accusatũ esse, cum hac ep. consolatus est, dicens se ita cõsidere, & in eius innocentia, & in præsidio amicorum eius, ut non dubitet istum laborem, & uexationem accusationis fore honori, & quia inuidorum quoq; maleuolentia triumphum obtinere App. non poterat, quem id ferat se confidere adepturum esse hortatur etiã Cicer. ut æquo animo id ferat, se autem pollicetur omnino defensurum eius nomẽ, & dignitatem in prouincia, neque de h.d. posse rogari sine iniuria. Rogat deinde App. ut det operam, ne quid temporis sibi prorogetur in prouincia, ut possit Romæ suum fauorem ei præstare, & quoniam scripserat App. se cognouisse incredibilem beneuolentiam omnium ordinum erga se respondet Cice. se minime mirari, cum talis sit, qui mereatur fauorem omnium bonorum uirorum. Multis postremo uerbis se excusat Cic. ꝙ non impediuisset legationem, quæ Romæ mittebatur ad laudes ipsius Appij, & adducit rationes, quare id facere nec uoluerit, nec debuerit, usq; ad finem ep. [Allatum) Nunciatum. [De temeritate) De audacia, imprudẽtia. [Facesserẽt negocium) darent tibi laborem, & impedimentum. nã negocium pro labore plerũque ponitur. [Grauiter cõmotus] uehementer perturbatus. [Primo nuncio] statim, ut primum audiui. [Quod) qa, & est rõ quare primo nuncio sit grauiter cõmotus. [Præter meam opinionẽ] i. tã præter meã spem, oĩa .n. existimassem potius tibi euẽtura, quã hoc, ut accusareris. [Vt] Postq̃ [Collegi me] diligentius considerarui. [Cetera] reliqua, quæ pertinẽt ad defensionẽ tuam. Cetera aũt dixit, q accusationem non poterat uitare, q̃ iam facta erat. [In te ipso]. i. quem scribam, & sapientissimum, & innocentẽ. [In tuis am. & p.] qui defensionẽ tuam fortissime susciperent. [Multaq;] Subaudi, & qđ multa. [Veniebant in mentẽ) Cogitabantur a me. [Quamobrẽ]. i. pp quæ multa. nã, quamobrẽ, cum ponitur causatiuè tã plurali rñdet, q̃ singulari. [Singulari sic] unum est q̃obrẽ oẽs te amãdum putẽt. i. pp quod unum. [Plurali sic] Quatuor sũt quamobrẽ imperator maxime laudet. i. pp quæ quatuor. [Istum laborem] Istã uexationem. [Honori] Ad honorẽ. [Fore] futurum. [Illud] Dicit se multum doluisse, cum uideret Ap. inuidorum maleuolẽtia triumphum, ut sperauerat, obtinere nõ posse [Illud,] q. d. p̃ ceteris oĩbus incõmodis tuis. [Inuidorum cõsilio] nõ autem tua culpa, qa cum optime merueras. [Qđ] hoc relatiuũ refert sẽsum totius clausulæ, ut sit qđ. i. triumphum tibi ereptum esse in

Negocium facessere

Quamobrem

uidorum

uidorum cōſilio. Quāti ego iudicaui faciendum, q nunq̄ in talibus facilitatē eſſe exiſtimaui, neq; in maxime expetēdis eſſe duxi. [Facies ſap.) q̄a ſi nō magnificeris. nō multum ēt cruciaberis. ꝙ eas priueris, nā ijs quæ expetēda exiſtimanť moleſte caremus. Hor. in ep. Si qd mirabere ponas inuitus. [Ages triumphum]ex dolore inimicorū .i. triumphabis de dolore inimicorū q nollent te triumphare, neq; intelligit eum eſſe re uera triumphū quē me fuerat acturū, ſed tm̄ modo habiturū triumphū de dolore inimicorum, ſi ipſe æquo aīo tulerit hanc iniuriā, & de ereptione triūphali. [Neruis) Robore, uiribus Ter. ubi tu neruos intendas tuos, q locus non eſt, ut quidam exiſtimant, obſcæne intelligēdus, ſed neruos robur, & uires. [Sapientiaq; tua) ut ſapiēter te geras, ut facias, inimicos pœnitere temeritatis ſuę. [Intemperātiæ) Temeritatis, qua uſi ſunt in te. [Conſtans) Adiurans, & in teſtimonium adducens. [Confirmo) certifico [Malo.n.) Parēthesis. [Malo) Eſt ſenſus, ſum magis cōtentus ꝓmittere tibi pro dignitate, q̄ ꝓ ſalute, q̄ pluris ſolet fieri, q̄ dignitas, quia illa ſemel amiſſa nunq̄ recuperať, dignitas uero pōt recuperari. [In hac ꝓuincia) Cilicia. [Præfuiſti) quam adminiſtraſti ante. [Depræcatoris,) .ſ. me ſuſcepturum officia, atque partes deprecatoris, quia pro te pręcabor quæcunq; uidebo eſſe neceſſe. [Laborando) quia propinqui maxime ſolent ſuſcipere laborē pro nobis [Auctoritate, cari) qa qui carus eſt plurimum ualet auctoritate, q̄ plurima & maxima plerunque efficiuntur. [Grauitate) Veneratione, quæ mihi hr̄ pp numen imperatoris, quo appellor, & eſt ordo, conteſtans omnes deos, ſic promitto atq; confirmo de me, in hac prouincia cui pręfuiſti, ſuſcepturum officia atq; partes deprecatoris rogando propinqui, laborando hoīs, ut ſpero cari apud ciuitates auctoritate, imperatoris grauitate, horum cuiuslibet ſubaudiendū eſt officia atque partes, & eſt diſtributio exornatio rhetorica, quia negocia quædā certa in plures perſonas diſtribuunť, & articulos, qm ſingula uerba interuallis indiſtigūť, cæſa orōne [Cari) Dilecti. [ut ſpero) uitat arrogantiam ne affirmet ſe eſſe carum ciuitatib. dicit autem Ci. ſe nihil p̄termiſſurum eſſe, qđ pro Ap. efficere poſſit, ut poſtules, poſſis familiariter, & iure quodā amicitiæ petere. [Expectes) Speres, credas oīno te impetraturum.] Vnicā) Sēſus, plura in te beneficia cōferā, q̄ tu cogitare poſſis. [A te) Noīe tuo. [Nimis magnæ) propter cām ſequentē, quia exiſtimabā mihi iniuriā fieri, cū à te rogabar. qui potius uel petere familariter, uel iubere debuiſſes. [Pompeium) Filiæ tuæ ſocerum. Brutum generum tuum. Hos n. duos cum magnificaret Cic. ꝓpter eos oñdit neceſſe eſſe, ut & Ap. qui eis affinitate coniunctus erat in oī te tuereť. [Quanq̄ cōſuetudine quotidiana) q.d. ēt ſi non accidiſſet, ut nūc in ꝓuincia oñderem tibi meum erga Pōp. & Brut. amorem, & obſeruātiā, tū ēt rōne in cōſuetudine, hoc eſt cōuerſatione quotidiana tibi declaraſſē. [Sicuti pſpicies) qa cū ero Romæ faciā, ꝙ cognoſces, quāti faciā & Pōp. & Bru. quia eorum cā nihil erit, qđ ꝓ te non ſuſcipiā. [Sed qñ) .i. qm̄, nam, qñ, hoc loco cauſatiuū eſt nō tēporale. [Ita ac.) Ita euenit, ut ꝓpter negocia tua, & hic, in ꝓuincia, & Romæ ꝓpter accuſationē uel ereptionē triūphi pſpiceres, q̄ti facerē Pōp. & Brut. & te [Facinus & ad)

Quādo

.i. confiteor me & male feciſſe contra decus, & honorē meum, ſi quid p̄termiſero, qđ ꝓ te à me fieri debeat. [Pontinius) Hic fuerat cum Appio in Ci. & poſtea remanſerat cum Cic. hanc aūt ab Ap. optime tractatum dicit Cic. eſſe in eum & gratum, & beneuolum. [Tui bñficij) Erga ipſum Pontiniū. [Præſtat) Exhibet, oñditur [Quā debet) pp ſingulare bñficium à te acceptum. [Coactus maximis) Suis re. i. non libenter, ſed cōpulſus negocijs ſuis magni pōderis, & momenti. [A me inui.) .i. qui oīno noluiſſem ipſum deſcendere. [Vt uidit) .i. poſtq̄ cognouit. [Intereſſe tua) Tuū eſſe cōmodum, ad rem tuam ptinere. [Reuertit) Redit, dicimus autē reuerti, & reuerſus ſum. reuerto aūt raro legimus. Reuertor .n. utimur frequētius. [Talia) Senſus eſt ſatis clarus. talis, cum uideā te habiturum talia ſtudia, hoc eſt tales uolūtates, & aīos prōptos talium uirorum, qualis eſt Pōtinius, q oīa diligēter facit, q̄ ad tuā utilitatē ptinere exiſtimat [Nō poſſum dubitare) .i. oīno cōfido, qđ hæc [Solicitudo] .i. anxietas, q̄ nunc tibi p̄bent inuidi tui, erit tibi [Amplitudo) .i. incrementum dignitatis, & conuertetur in honorē tuum. [Sin uero) Procurabāt .i. Appius ut cenſores crearenť, inter quos, & ipſe creari uolebat. [Geſſeris) Adminiſtraueris. [Vt debes] ꝓpter imitationē illius proaui tui clariſſimi cenſoris Appij cæci. [Et potes) quia es ſapientiſſimus & doctiſſimus [Præſidio) Adiumento, plurimū. n. ꝓdeſt poſteris uirtus, & gloria maiorum ſuorum, quorum cā, & memoria multa aſſequūtur, q̄ aliter aſſequi non poſſent [Pugna) Cōtende contra eorum ſnīam, q in alterum annum adminiſtrationem ꝓuincię mihi ꝓrogari uolunt.] Hic) In ꝓuincia [Iſtic quoq;) ēt Romæ ubi tu es, nam ut ſupra diximus hic ad pſonam loquētis referť, iſtic ad perſonā ſecundā, illic ad pſonā abſentem [Satis fecerimus pro te.) q̄

Reuertor, & reuertor

Hic
Iſtic
Illic

debuerimus, & potuerimus. [Nauare) Diligenter p̄ſtare [Voluntate) bona & prompta. [Minime mi.) Minime digna admiratione. [Et) Pro, ſed ponitur. [Eadem) quæ ſcripſi [Cum tibi) i. & tribui, [Tum) .i. & ſed magis ſignat, quā cum, ut ſæpius diximus. [Studia) uoluntates prōptas. [Quæ merces) Qđ præmium .ſ. ſtudiorum. [Oīum prope cōſēſu) Quia ſemp habuiſti ſtudia prope oīum bonorū. Dicit autem ſe duplici de cā gaudere, & qa ea tribuunť Ap. q̄ debenť, & quia uideat adhuc prōptas uolūtates erga uiros bonos remanere, ferè oīum cōſenſu. [Laborum) Quos pro tuenda rep. ſuſcepi. [Vigiliarum) propter ſtudia lr̄arum, q̄ maxime uigilijs cōſecutus ſum, uel uigiliarū, cū diligentia mea & uigilātia oppreſſi cōiurationē Catil. Iuue. Sed uigilat cōſul, uexilla q; ueſtra coercet. [In eo adol qdā intelligūt Dolabellā, a quo App. fuiſſet accuſatus. Alij malunt Vatinium, qđ magis probo, licet & Dolabella fuerit acerrimus inimicus, & oppugnator Ap. [Salutē) uitā [Duobus patroni capitis) quia bis accuſatus eſt capitis Vatinius, & bis à Ci. defenſus. [Obliuiſceretur) qui cū ſciret te à me amari, debuerat rōne mei, qui fuerā eius patronus, & defenſor deſiſtere à te accuſādo, & oppugnando, & a ſuſcipiēdis inimicis tuis. [Ornamentis) propter honores à te adminiſtratos optime. [Vel p̄ſidijs) ꝓpter nobilitatem familię, & multitudinē ꝓpinquorū & amicorum, q̄ oīa ſolent eſſe p̄ſidio. maior. n. reſpectus ſolet hr̄i horum, q oībus prędictis abundāt [Redundares) Abundares, plenus eſſes. [Illi) Vatinio accuſatori tuo. [Vt leuiſſime dicā) .i. ne iniurioſe dicā, & acerbe. [Multa deeſſent) Ecce qūo leuiſſime dixit, noluit. n. dicere, cū ille nihil eorū hr̄et, quod fuiſſet acerbius, & iniurioſius. [Stultus) Inſipiēs, ſine cōſideratione. [Puerilis) Sine rōne, quia puerorum loquacitas eſt ſine rōne. [De quo) .ſ. ſermone [Item) Etiā. [Ego autē) Senſus eſt, Si ille, q tuas inimicitias ſuſcepiſſet, fuiſſet mihi coniunctiſſimus, potius diremiſſem, & dimiſiſſem ueterē coniunctionem cū eo cā tui, q̄ conciliaſſem nouā, ut intelligeret q̄ti te facerem. [Diremiſſem) Diuiſiſſem, abſtuliſſem [Conciliaſſem.) Cōiunxiſſem. [Studio) uolūtate [Id) Studium meum [Obſcurum) incognitum. [In prouincia, & Rom.] Vbi oñdi oībus quo animo in te eſſem. [Dubitatio) De meo ſtudio erga te. [Alienum) Nō aptum, nec cōgruum, quia alia ſunt mihi facienda. [Expoſtulandi) Conquerēdi. [Purgandi) Excuſandi. [Neceſſarium) ne tacendo uidear eſſe in culpa [Vbi n.) incipit excuſare, ꝙ ei obiecerat Ap. ꝙ impediſſet legationes, q pro laudib. eius Romā mittebanť, quod probat optimis rōnibus, & argumentis oīno eſſe falſum. [Quo minus) ut non. [Ad tuā laudē) ut te laudaret in ſenatu R. [Aut) iō aprobabili. ſi, inquit, palam te odiſſem, in quo potui tibi minus nocere, quā impediendo hmōi legationes. [Palā) aperte. [Sic) impediēdo ea, q̄ pertinerēt ad laudē tuā [Magis aperte) magis clare, cū deberē quærere potius eſſe occulte inimicus. quia te palam nō oderam. [Quod ſi) confutat rōnē aduerſariorum, q cū eſſent pfidi nō erubeſcebāt hæc dicere de Cic. & h d. ſi ēt, eſſē ita perfidus, ſicut ſūt illi, qui in me hæc cōferunt, tn̄ nō eſſem ita ſtultus, & demēs, ut cum odiū meū ſit in te occultū, uellē in occulto odio ſumere inimicitias apertas. illud. n. eſſet ſtulti, nec ēt eſſem ita ſtultus, ut uellē oñdere me hr̄e ſummam uolūtatem nocendi in eo, quo nihil tibi nocerē [Sapiēs. n.) ſi uidet ſe nō poſſe nocere, diſſimulat ēt uoluntatē nocendi, qđ ego ēt feciſſem, quem ſcis nō eſſe ſtultū. [Nocerem nihil] quia ſi ēt impediuiſſem legationem, tu tn̄ nihil amiſiſſes de dignitate tua, & ita, nihil tibi nocuiſſet [Ad me) has ferè ſnīas ēt dicit ſupra in ep. quæ incipit: Etſi quantum. [Adire memini) notandū eſt elegātiſſime iūgi huic uerbo memini pn̄s tp̄s infinitiui, ut hic, & memini audire, memini legere. Rariſſime aūt memini audiuiſſe, memini legiſſe, niſi neceſſitate carminis, ut apud Virg. 1. Ge. Nāque ſub œbaliæ memini me turrib. altis Corcyrum uidiſſe ſenē. [Imperaui) Iuſſi, quo ſi feciſſem fortaſſe poſſes me accuſare. [Cenſui) probaui, iudicaui [Ad l. Cor.) .i. ſecundū legē Corn. q̄ ſumptū legatis diffiniebat. [In eo ipſo) .i. in ea ſnīa. i. ſumptus ad l. Cor. decerneretur. [Nō perſeueraſſe) non permanſiſſe. [Rōnes) cōputationes. [In quib.) ciuitatibus [Quantū uol.) non aūt quantū decernebat lex Cor. ſicut ergo cōſueuerāt prius, & ita apparet, ꝙ non perſeueraui in ea ſnīa. [Quib.) Quālib. q.d. perinde confectis, & cōpoſitis, & cū admiratione legēdū eſt [Onerarunt) impleuerūt [Leuiſſimi) utiliſſimi, nullo honore digni. [Sublatos) remotis ipſis legatis. [Repetitos) Exactos, reuocatos. [Procuratorib.] Geſtorib. negociorū, quos vulgus factores appellat. [Profecti eſſent (ueniſſent Romā [Ablatos) Ereptos. [Eāque cām) quia uiderem me uel tollere ſumptus legatis ꝓfectuis uel repetere á prouocatoribus eorū. quia iā eſſent profecti multos uoluiſſe proficiſci Romā ad te laudandū [Atque) Pro, & ponitur, nā expoſtulare quanti ſignificat. [Id) .ſ. pugnare me potius q̄ queri tecū. [Rectius) honeſtius. [Nā ſi] Vtitur argumento qd Græce dilemma dr̄, Latine uero diuiſio, cum rē ſemouentes à te utran-

Et
Cum
Tum

Expoſtulo
Quid ſit dilēma

ſanciuit,& ne.i.ut nō liceret declamari.i.declamationem fieri de crimine maieſtatis,in quemuis.i.quemlibet,impune.i. paſſim ſine punitione.[Declamatio aũt eſt ad utranq; partem de crimine & abſolutione alicuius, & de faciendo, aut non faciendo aliquo negocio diſputatio,quam exercitationis grā rhetorũ diſcipuli facere ſolebant,non ſine clamore, ut inducerent animos, & formā in ueris cauſis agēdis,uero.i.ſed, ambitus habet uim ita apertā.i. manifeſtam, ut aut cenſeatur improbe, vtpote qñ accuſatur innocens,aut defendatur improbe.ſ.à patrono manifeſti criminis. Enim.i. qa, qd i. qũo pteſt largitio facta,& nō facta. i. an facta, an non facta ſit ignorari?q.d nullo modo, cum fiat publice , nec paucis.imperiũ.n. aut dñatio non poteſt à paucis dari . Sed dubium eſt,dũ largitiones fiunt,quo aĩo fiant, quod cōiectura quadam ex uerbis,& ceteris facti largientis perſpicit. Autem, p ſed curſus.i.cōtinuatio,honorum.i. magiſtratuum tuorum, cui fuit vnq̃ ſuſpectus?q.d.nulli.Me miſerum.Modeſte ne excandeſcere uideat ſubticet particulā ò, q nō affuerim .ſ. in abſolutione tui. Quos riſus ego excitaſſē.ſ.in accuſatores tā temerarios?q.d.maximos. Sed de iudicio maieſtatis , quo.ſ. abſolutus erat, illa duo fuerunt mihi iucũdiſſima ex lr̄is tuis. Vnũ qd ſcribis te defenſum ab ipſa rep. q̄.ſ. reſp. hoc eſt oēs eius gubernatores, deberet tueri.i ptegeres tales uiros.ſ.qualis tu es,quidē.i. certe,ēt ĩ ſumma copia ciuium bonorũ,& fortiũ,nũc uero ſup.debet eo magis ꝙ tāta penuria.i.paucitas, & difficultas inueniēdi tales uiros,eſt in oĩ gradu, uel honoris.i. tā magiſtratuũ,q̃ priuatorũ,uel ætatis .i.tā ſenũ,q̃ iuuenũ,ut ciuitas tā orba.i.priuata patronis , debeat cōplecti.fouere tales tutores. Alterum.ſ. mihi iucundum fuit,ꝙ laudas mirifice fidē,& beneuolentiā Pōpeij & Bruti.lætor uirtute,& officio.i.pp uirtutē,& offm̃,cum.ſ.ita ſit ꝙ tuorum neceſſariorum.ſ Pompeij,& Bruti,q ſunt tibi affines,& ita neceſſarij, & amiciſſimorum meorum,tum maxime.ſ.lætor & uirtute,& officio,alterius.ſ. Pōpeij principis oĩum ſeculorum,& gentiũ.i.omnium hoĩum,qui ſunt, aut fuerunt in quauis natione & ſup.uirtute,& officio alterius.ſ. Bruti,iampridē.i.iā à pluſculo tp̄e,principis ſup.iuuentutis.ſ.Romanæ,& ſup. futuri celeriter,ut ſpero, principis ciuitatis.ſ.totius,excepto tñ Pompeio,hoc eſt lętor primum tm̃ uirtutis, & officij eſſe in uiris tibi maxime neceſſarijs, & mihi amiciſſimis, deinde & multo magis in uiris ſummis , & principibus,altero totius mũdi,& oĩum tp̄m,altero nũc iuuētutis, & mox totius ciuitatis futuro. De teſtibus.i. quod ſcribis de teſtibus mercenarijs.i. mercede conductis ad dandum contra te falſum teſtimonium notandis.ſ. nota infamiæ à ciuitatibus ſuis, niſi aliquid factum eſt iā per Flaccum.ſ. præſidem illis à me conſtitutum, fiet à me,cum decedam.ſ. de prouincia per Aſiam. Venio nunc alteram epiſtolam . Quòd miſiſti.ſ. in altera illa epiſtola, ad me quaſi formā.i. deſignationē, & ſpeciē tp̄ũ cōmuniũ & totius reip. expreſſam.i. expreſſe deſcriptā,prudētia literarum tuarum eſt mihi ualde grata.Video enim , & pericula leuiora, q̃ timebam, maiora præſidia.ſ. reip. ſup. q̃ ſperabam, ſi quidem .i. qm̃,aut ſi duæ ſunt particulæ,quidem.ſ.certe,ſi ut ſcribis,oēs uires ciuitatis applicauerunt,ſe ad ductum.i.auſpicium,felicitatē, & prudentiam ducendi Pōpeij , & pſpexi ſimul tuum animum promptum,& alterum.i.acrem, & ſtrenuum, ut ſumus in rebus, quas alacres facimus , ad defendendam rempub. & cepi mirificam uoluptatem ex hac diligentia tua . Si dicas , ergo hic ad ſecundam quoque perſonam reſpicit. Dicam unam rem à duobus poſſideri poſſe,& ita ad diuerſos fieri reſpectum. Vnde Cic.ad diligentiam Appij , quia ab eo profecta eſt , dicit, hac, q.d.quæ in his literis, quas teneo,ſcripta eſt, ꝙ in ſummis occupationibus tuis,uoluiſti tamen.i. nihilominus , ſtatum reip. eſſe notũ mihi per te.Nam ſerua.i.concedo, ut ſerues,libros augurales,quos ſupra perfici petijt, ad ocium commune utriuſque.i. donec & tibi ſcribendi, & mihi legendi eos dabitur ocium.Ego enim flagitabam.i. exigebam per literas à te tua promiſſa .ſ. de perficiendis libris auguralibus, arbitrabar te eſſe ocioſiſſimum ad urbem.i.in vrbe.Raro tamē,ad,pro,in ponitur, ſæpius pro apud . quo circa poſſet dici ad urbem.i. circa res urbanas . Nunc tamen expectabo,ut ipſe.i.tu polliceris,orationes tuas omnes confectas i. abſolutas libris auguralibus , id eſt loco auguralium . Tullius,cui dediſti mandata ad me.i. quæ mihi diceret , non conuenerat me .i. non uenerat allocuturus mecum , nec quiſquam tuorũm.ſ. familiarium erat iam mecum præter omnes meos,qui ſunt omnes tui . Ego non intelligo quas literas meas dicas eſſe ſtomachoſiores.i. ex nimis magno ſtomacho.i. indignatione ſcriptas. Ego ſcripſi ad te bis, purgās diligenter.ſ.de crimine perfidiæ,ac læſę amicitiæ, accuſas leuiter te in eo , ꝙ credidiſſes cito de me. Quod genus querelę uidebatur quidem.i. certe mihi eſſe amici .i. pertinere ad amicum hoĩem , quia recōciliatoria eſt amicitiæ potius, quàm offenſiua talis querela. Sin.i.ſed ſi, id genus querelæ diſplicet tibi, nō utar eo amplius poſthac.i.poſt hoc tempus . Sed ſi,ut ſcribis, hæ literæ.ſ.ſtomachoſiores non fuerunt deſertę, ſcito,nō fuiſſe meas.hoc iocoſe, & cōfidenter dicit. Vt.n. Ariſtarchus negar uerſum ſup.eſſe Homeri, quem non probat.i.non approbat,ſic tu, (libet.n. mihi iocari,) quod non erit diſertum,ne putaris.i.nolo,ut putes meũ ſup.eſſe, Vale.& cogitato multũ de proauo tuo.ſ.Appio Cæco,qui clariſſimam geſſit cenſurā in cenſura.i.in gerenda cenſura ſi es iam cenſor,ut ſpero.ſ.te eſſe.

ARGVMENTVM.

In priore parte huius epiſtolæ gratulatur Cice. Appio de abſolutione ambitus. Deinde purgat ſe diligēter, qd Tullia filia ſua data ſit nuptũ Dolabellæ homini inimiciſſimo ipſi Appio, excuſatq; præcipue abſentiā ſuam: qua matrimonium illud erat contractum . Et poſtremo affirmat ſe propter affinitatem illam nihil alienatum ab Appio, imo maiora facturum ad euitandam ſuſpicionem, quàm feciſſet.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Grauiter ferens Appius Tulliolam Cic. Dolabellæ, infeſtiſſimo Appij inimico deſponſam, expoſtulauerat cum Cicerone. ob id excuſationem parans, totam culpam in abſentiam ſuam reijcit, & deinde Appij animum in amicitia confirmat.

M. CICERO IMPER. APPIO PVLCHRO S. D. 9

GRatulabor tibi prius,(ita enim rerũ ordo poſtulat) deinde, ad me conuertar. Ego uero uehementer gratulor de iudicio ambitus; neque id, quod nemini dubium fuit abſolutum te eſſe, ſed illud, quod, quo melior ciuis, quo uir clarior, quo fortior amicus es, quoq; plura uirtutis, & induſtriæ ornamenta in te ſunt, eo mirandum eſt magis , nullam ne in tabellæ quidem latebra fuiſſe abſconditam maleuolentiam , quæ te impugnare auderet . non horum têmporum , non horum hominum , atque morum negocium. nihil iam ſum pridem admiratus magis. De me autem, ſuſcipe pauliſper meas partes, & eum te eſſe finge qui ego ſum. ſi facile inueneris, qd dicas: noli ignoſcere hæſitationi meæ. ego uero uelim mihi. Tulliaq; meæ, ſicut tu amiciſſime, & ſuauiſſime optas , proſpere euenire ea , quæ me inſciente facta ſunt à meis: ſed, ita cecidiſſe, ut ageretur eo tempore , ſpero omnino cum aliqua felicitate, & opto; uerumtamen plus me in hac ſpe, tua ſapientia, & humanitas conſolatur, quam oportunitas temporis. itaq; quēadmodum expediam exitum huius inſtitutæ orationis, non reperio: neque.n. triſtius dicere quidquam debeo† ea de re, quā † alias, cā in té *tu ipſe ominibus optimis proſequeris. neque non me tamē mordet aliquid : in quo unum non uereor , ne tu parũ perſpicias, ea, quæ geſta ſunt, †ab illis eſſe geſta quibus ego ita mandaram, ut, cum tam longe abfuturus eſſem, ad me ne referrent,* † alias, ab alijs *agerēt quod probaſſent. In hoc autem mihi illud occurrit: qd tu igitur. ſi affuiſſes; rem probaſſem: de tempore nihil te inuito, nihil ſine conſilio egiſſem tuo. uides me ſudare iam dudum laborantem, quomodo ea tuear, quæ mihi tuenda ſunt, †& te* † alias, l. vt te. *non offendam. leua me igitur hoc onere : nuquam.n. mihi uideor tractaſſe cauſam difficiliorem. ſed tamen ſic habeto : niſi iam tunc omnia negocia cum ſumma tua dignitate diligentiſſime confeciſſem, tametſi nihil uidebatur ad meum erga te priſtinũ ſtudium addi poſſe ; tamen , hac mihi affinitate renunciata, non maiore equidem ſtudio, ſed acrius, apertius, ſignificantius dignitatem defendiſſem. decedenti mihi † & iam* † alias, l.campo *imperio annuo terminato, ante diem iij. non. Sex. cum ad Sidā naui accederē & mecum. Q. Seruilius eſſet, literæ, à meis ſunt redditæ. dixi ſtatim Seruilio, (etenim uidebatur eſſe cōmotus) ut omnia a me maiora expectaret. quid multa? beneuolentior tibi quàm fui, nihilo ſum factus, diligentior quidem ad declarandam beneuolentiam multo. nam ut uetus noſtra ſimultas antea ſtimulabat me, ut cauerem , ne cui ſuſpicionem fictæ reconciliatæ gratiæ darem: ſic affinitas noua curam mihi affert cauendi, ne quid de ſummo meo erga te amore detractum eſſe uideatur. Vale.*

HVB. GAtulabor) Huius epiſtolę argumentum in duas partes diuiditur:nam primo Cicer. gratulatur Appio de abſolutione ambitus, cuius ut ſupra uidimus, fuerat accuſatus. deinde quia Cice.filia Tullia,eo abſente, in prouincia locata fuerat Dolabellæ inimiciſſimo Appij, Appius uehementer queſtus erat de Cicer.quod cõtraxiſſet affinitatem cum eo, quem ſciret ſibi inimiciſſimum. Itaq; Cic.ſe excuſat,quòd,ſe abſente,id factum ſit,ꝙ ſi fuiſſet domi,nihil feciſſet ſine cõſilio ipſius Appij.Et poſtremo affirmat,quòd propter hanc affinitatem nihil omnino eſt alienatuſ ab Appio. Sed promittit ſe pro eo multo maiora eſſe facturũ,quã antea feciſſet.[Tibi) Cauſa tui.Ita, ut tibi gratuler pri⁹. Ordo rerum prius de rebus amicorum, deinde de nòſtris dicere debemus. Ad rem meam. Ad excuſationem meam.[Ambitus) Quo es abſolutus.[Neque id) Subaudi mirandum fuit,quod paulo inferius ponit.ſ.eſſe abſolutũ. [Nemini dubium)Nemo enim dubitaſſet te abſolutum iri, quia ambitum nunquam attigiſti. [Quo)Quanto.[Melior uir.)h.d.non eſt mirandum te fuiſſe abſolutum,quia nemini hoc dubium erat.Sed quãto es melior uir, & clarior,eo magis eſt mirandum ꝙ in accuſatione tua ubiq; apparuerit maleuolentia hominum in te [Ne in tabellæ latebra) hoc eſt ne occultiſſima quidem parte tabellæ in qua eſt ſcripta

Impugnare

accuſatio tua.[Abſconditam) Occultam]quia erat apertiſſima. [Auderet) Quaſi contrarius.[Impugnare te)Te criminari,tibi eſſe aduerſarius.[Horum)Talium,tam corruptorum.[Non negocium].ſ. fuiſſe abſcõditum in latebra tabellæ.[Negocium)Quod tibi facerent.[Nihil magis)Quam hoc.ſ.ꝙ ita aperte fueris impugnatus,cum ſis uir clarus,fortis, cum habeas multa ornamenta induſtriæ,& uirtutis.[De me)Nunc incipit de ſe dicere.[Suſcipe meas partes].i.finge te eſſe me.Pone te loco mei.[Et eum]Declaratio eſt ſuperioris orationis,ſuſcipe perſonam meam.[Quid dicas)Contra id,quod factum eſt quereris.[Noli ignoſcere)q.d.

Hæſitatio

nunc petã ueniam.[Hæſitationi).i.dubitationi,uel melius ignorationi meæ.[Velim)Pro uolo.i.cupio.[Me inſciẽte) Quia erã, ut ſcis,in ꝓuincia.[A meis)Ab uxore,& amicis [Sed, ita cecidiſſe)Senſus eſt, ſpero ꝙ feliciter euenerit,ut fieret hic contractus affinitatis eo tẽpore, quo erã abſens.[Cecidiſſe) Pro accidiſſe. [Cum aliqua felicitate,)q.d.non ſine numine diuum.[Veruntamen)Oſtẽdit ꝙ plus conſolationis poteſt ei afferre de hac affinitate contracta Appij ſapientia,ſi non ægre tulerit,ſi conſiderauerit caſum,[Quam oportunitas temporis).i.commoditas.ſ quod hoc factum ſit me inſciente,propter quod nõ eſt,ꝙ de me queraris.Itaque demonſtrat Cice.ſolicitudinem, & anxietatem animi ſui,qa ꝓpter perturbationẽ animi dicit ſe neſcire inuenire concluſionem huius orationis.[Expediam) explicem, abſoluã. Exi-

Expedire

tum)Finem,concluſionem.[Inſtitutæ.Inceptæ. Triſtius)Infelicius,quod protendat malum futurum. nam qñ eſt factum, non debeo dicere mihi diſplicere hoc eſſe factum,quod fortaſſe eſſet ſignum infelicitatis futurę,& ꝑcipue parat́ in matrimonijs,quoties altera pars dicit ſe pęnitere facti, habetur pro malo omine. [Eã rem)Id matrimonium,eam affinitatem.[Quam) Rem.[Proſequeris optimis omnib.) .i. quam tu in literis tuis dicis optare felici auſpicio eſſe confectam,cui optas optima omnia.nulla.n. matrimonia fiebant, niſi prius captis auſpicijs. Lucan. Contentique auſpice Bruto. Iuuen. Veniat cum ſignatoribus auſpex. Idem. Signatæ tabulæ dictum feliciter. Virg. I. Æn. Cui pater

Mordet

intactam dederat,primiſq; locarat ominibus. [Mordet) Angit, cruciat [In quo) In qua re.[Non uereor).i.in quo non dubito te non parum perſpicere ea eſſe geſta non à me, ſed ab illis,quibus ita mandaram, ut me abſente facerent, quod eis uideretur utile. [Non uereor)Non dubito, ſcio. [Ne].i.ut. Parum perſpicias. Non conſideres diligenter.[Tam longe) In Cilicia, quæ eſt remotiſſima ab urbe.[Ne referrent ad me) Non nunciarent mihi, non redderẽt me certiorem,niſi inueniſſent ubi commode locarent filiam meam.[Agerent) Subauditur,ſed mandatum,ut agerent.Quod probaſſent) Quod eis placuiſſet, qđ utile putaſſent. [In hoc)Rñdet obiectioni,quę poſſet ſibi fieri Appio.In hoc,qđ dixi eſſe factũ me inſciente, qa mandauerã ut nihil referrẽt ad me propter longinquitatem locorum.[Occurrit) Obijcitur, uenit in mentem a te poſſe dici ſic:[Quid igitur) Obiectio Appij. [Quid).ſ.feciſſes ò Ci.[Si affuiſſes?)Si fuiſſes Romæ, dediſſes necam Dolabellæ?[Rem] Factum, conditionem,& eſt rñſio obiectionis.[Probaſſem) Laudaſſem.i.placuiſſet mihi cõditio.Eſt notãda prudentia Cic.cui q̃uis non multum placeret Dolabella,tñ poſt factum nõ de eo maledicit [De tpe).ſ.cõficiẽdi illius negocij.[Te inuito) Te nolente,qa diſtuliſſem quantũ uoluiſſes.[Sudare,(h.d.Vt oſtendat hanc rẽ ſibi magnæ eſſe ſolicitudini,ſudamus.n.aut corporis defatigatione,aut calore,aut denique animi angore,& ſolicitudine.Alij legũt ſua de re, alij ſuadere,ſed neutrũ conuenit menti Cice.[Laborantẽ) Curantem,qũo defendam id,quod tuendum eſt mihi,hoc eſt id,quod iam eſt factum, & tñ nõ faciam cõtra uoluntatẽ tuam,quod quia eſt difficile,ideo dicit ſudare. [Leua me hoc onere] aufer mihi hoc onus, poteris.n. ſi acceperis excuſationem meam,& exiſtimaueris hoc a me dedita opera factũ nõ eſſe.[Tractaſſe) Egiſſe difficiliorem q̃ hanc.ſ. tuear quæ tuenda ſunt mihi,& te non offendam [Sic habeto]Significat ꝓpter hanc affinitatem ſe nihil eſſe alienatũ ab Appio, dicit.n. ꝙ ſi iã egiſſet oĩa eius negocia,ſicut debuit,nũc nũciata ſibi hac affinitate,ageret ea nõ maiore ſtudio,qa non poſſet, ſed ſaltẽ clarius,& apertius, ut intelligeret App.ipſum Ci. nihil eſſe erga ſe immutatũ,[Cõfeciſſem]Cõpoſuiſſem.[Negocia tua]quę hic in prouincia habes,& de ædificatione tua, & de legatione ad

Confeciſſem

laudes tuas Romam mittẽda [Priſtinum ſtudium] Priſtinam uoluntatem,& amorem [Nihil addi]Quia erat ſummum.[Maiore ſtudio] Quia non potuiſſem, quia ut dixi,nihil uidebatur poſſe addi.[Acrius) Vehementius,inſtantius.[Significantius]Cum maiori ſignificatione,& teſtificatione mei erga te animi.[Decedenti]Dicit Cic.ſe non ſolum nunc polliceri hoc Appio,uerum etiã multo ante dixiſſe Seruilio,qui in prouincia agebat negocia Appii.[Terminato] Finito, iam enim fere finierat annũ Cic.in prouincia,cum redditæ ſunt ei literæ de hac affinitate, quo quidem tpe dixit Seruilio,vt multo maiora beneficia à ſe expectaret,quã ante.uidebatur.n.eſſe perturbatus, & ęgre ferre illam affinitatẽ, qa ſciebat Dolabellam eſſe inimiciſſimũ Appio.[Sydam]Vrbem Lyciæ,quę portum habet.[Commotus]Perturbatus hoc nuncio. [Maiora)q̃ ante præſtitiſſem. [Expectaret) Speraret me pro te facturum.[Nihilo beneuolentior] Nihil auctus in amore, quia nihil poterat ad meã erga te beneuolentiam addi.[Diligentior) Prõptior,[Vetus ſimultas]Quæ aliqñ inter nos fuerat.[Stimulabat]Hortabatur. eſt autem ſenſus, ſicut pp ueterem ſimultatem, quæ inter nos fuerat, cogebat ita facere, ne darem ſuſpicionem hominibus me eſſe tibi ficte,& non uere reconciliatum,ita nunc noua affinitas facit, ut caueam, ne pp eam uideatur aliquid de meo erga te amore eſſe diminutum.[Detractum) Diminutum.

ASC. *GRATVLOR &c*]Gratulatur Appio de abſolutione ambitus,purgatq́, quod Tullia ſe abſente data ſit nuptum Dolabellæ homini Ap.inimiciſſimo,& pollicet́ ꝓpter illã ſe nihil de amicitia Appiana detracturum. Ordo eſt : Ego, aut gratulabor tibi prius.i.priore parte epiſtolę,deinde conuertar ad me.i.ad rẽ meã purgandam. Ordo.n.rerum poſtulat ita fieri, ut prius de amicis, deinde de nobis agamus.Ego uero gratulor ſupp. tibi uehementer, te abſolutum eſſe de iudicio ambitus.i. in quo cauſam dicebas de ambitu i.maieſtate malis artibus attentata, neq; id,qđ nemini dubium fuit.ſ.futurum, uidelicet te abſolutum eſſe,mirandum eſt.ſed illud,quo.i.quanto melior ciuis es,quo.i.quanto uir clarior,quo.i.quanto,amicus fortior.i.conſtantior es, eo eſt mirandum magis,nullam.i. non ullam beneuolentiam, quæ auderet.ſ.tam impudenter oppugnare te,non fuiſſe abſconditam, ne quidem.i.non ſaltem latebra .i. augulo aliquo. Tabellæ.i.libelli accuſatorij,hoc eſt ꝙ ipſa præ uerecundia, ſi quam habuiſſet, ſe non abſconderit in aliquo loco abdito tabellæ accuſatorię,& diffamatoriæ,ſed palam te accuſare auſa ſit. Nõ.n.negocium quod factũ eſt tibi,fuit horũ temporũ,in quib. uirtuti adhuc locus, & honor eſt,& boni florent,non horũ hoĩum,qui boni ferè ſunt & tibi ferè neceſſarij,atq; morum ſup.horũ hominũ, & tpm,& ita ego nihil ſum admiratus magis iã pridẽ.i.iã à pluſculo tẽpore.ſ. q̃ ꝙ inuenti ſint tam imprudentes, ut auderent nõ modo per occultam delationem,ſed ẽt per manifeſtam accuſationem in publico iudicio te ambitus poſtulare,quo Cic. ſatis aſſentanter dicit pręcipue,cum antea ei de eadem re gratulatus ſit,ſed ur̃ App. aſſentationis appetens,& potuerũt ſuperiores literę non eſſe perlatæ,idq.Ciceronẽ uereri.De me aũt,aggreditur ſecundam partem epiſtolę dicens. Aũt.i. ſed,de me.i.q̃rũ ad nuptias filiæ meæ attinet,ſuſcipe pauliſper.i.per paulum tpis,partes meas.ſ.purgatiuas,finge te eſſe eũ,q ego ſum,ſi tu inueneris facile,qđ dicas.i. rñdeas ad purgandũ factum ipſum,aut dãnandũ,noli ignoſcere .i.parcere,aut ueniã dare hæſitationi.i. perplexitati, & tarditati meæ in loquẽdo.Ego uere.i.certe,uelim ea quę facta ſunt a meis me inſciente,euenire ꝓſpere mihi,& Tulliæ meę.i.filiæ,hoc eſt nuptias eius cum Dolabella,ſicut tu optas amiciſſime,& ſuauiſſime, moris.n. eſt dum de nouis nuptijs, aut loquimur, aut ſcribimus,dicere feliciter,unde Iuuen.dictũ eſt, feliciter, aut dij bene uertãt, aut quas dii ſecũdẽt,qđ & App. ur̃ ſcripſiſſe magis ex more aut p ironiã, q̃ ex animo,Cicer.tñ callide interpretatur ex aĩo ſcriptũ,ſed cecidiſſe.i.caſu eueniſſe ita, ut ageretur eo tpe.ſ.quo abeſſem, aut quo diſſenſiones orirentur inter principes.Dolabella.n.Cæſ.adhæſurus uidebatur, App. & Brutus Pompeio, ſpero omnino,& opto ſupp.cecidiſſe cum aliqua,ſed incerta mihi felicitate,ueruntñ ſapientia, & humanitas tua conſolatur me plus

hac in spe.s.de felicitate nuptiarũ, q̃ opportunitas tpis, quia difficile est in dissensione principum ciuitatis feliciter uiuere. Itaq; non reperio quemadmodum expediam.i. expedire faciam exitũ .i.finẽ huius orationis institutæ.i. inceptæ, de nuptijs filiæ. Neq; enim debeo dicere quidquam tristius in eã rem.i.nuptiis filiæ, quã tu ipse ꝓsequeris hominibus.i. precationib⁹, auspiciis, optationibus, uotis optimis, nam dum boni, & prudentes uiri bona precantur, & optant aliquibus cœpt s omen est.i.indicium boni euentus, neq; non.i.attñ aliquid mordet.i. tristitia afficit me, in quo non uereor.i.nõ dubito, unũ, uidelicet ne.i.aut quin. Notũ est cum uerbis uetandi, timendique idem facere negationem, & affirmationem, ut uereor ne facias, & ut facias, ꝑspicias.i.cognoscas parũ, ea q̃ gesta sunt de cõtractu matrimoniali. esse gesta ab illis.s.amicis, & necessariis meis, quib. ego.s. discedens mandarã ita, cũ essem absfuturus tam longe.s ab eis, ne referrent ad me.i.ne consulerent me sup. illi agerent, quod probassent. In hoc autẽ.s. dicto, ad oñdendum meo cõsilio nõ esse factum, occurrit.i.obijcitur, hoc obiici põt mihi illud. Igitur ó Cic. quid tu sup. fecisses si fuisses? rñdet. Ego probassem.i.approbassem rem.i.contractum matrimonialem. Sed sup. quia dicis hoc tpe tam periculoso non debuisse fieri, ego nihil egissem te inuito, & nihil egissem sine consilio tuo de tpe.s.nuptiarum celebrandarũ. Vides me sudare .i.angore quodam opprimi iã dudum.i.ab eo tpe quo incepta est mentio de nuptiis filiæ, laborantẽ q̃uo tuear.i.defendam, ea quæ mihi sunt tuenda.i.defendenda, & non offendam.i.lædam te. igitur leua.i. libera me hoc onere, q.d. qđ portare uix possum. Ego .n.nunq̃.i.non unq̃, non uideor mihi tractasse unq̃ causam difficiliorem. Tñ habeto sic.i.pro certo teneto, nisi ego confecissem iam.i.perfecissem iam tunc.s cum talia mihi nunciata sunt diligentissime oĩa negocia cũ summa dignitate tua, tametsi nihil uidebatur posse addi ad pristinum studium meũ erga te, tñ hac affinitate.s.cũ Dolabella inimico tuo nunciata mihi.i.si fuisset pri⁹ nunciata, equidem.i.ego quidem defendissem dignitatem tuã.s. in prouincia, non maiore studio, quia id fieri non potuisset: sed acrius, apertius, significantius.i.cum maiore euidẽtia, eo q̃ suspectus fuissem. Sed sup. literæ redditæ à meis, mihi decedenti.s.de prouincia, & annuo imperio iã terminato ante nonas Sex.i. Augusti mẽsis. quia uenerat in prouinciã prid. Kal. Sextiles, ut supra dixit, cũ accederem naui.i.in naui, ad Sydam urbẽ Lyciæ, aut portum eius, unde hic, & prius præpositionem posuit, & Q. Seruilius esset mecum. Dixi statim Seruilio, ideo statim, etenim.i.quia ipse uidebatur esse commotus, q̃ talem nuncium accepissem, ut expectaret à me omnia.s.officia maiora.s.q̃ prius. Quid multa, sup. dicam? ego nihilo.i.in illo sum factus beneuolentior tibi, q̃ fui, quia putãt fieri nõ potuisse, sed sup. factus sum multo diligẽtior ad beneuolentiam declarandã. Nã ut.i.quemadmodum, uetus, si multas nrã.i.latẽs odiũ, & æmulatio, stimulabat.i.vrgebat me antea, ut cauerem ne darẽ cui.i.alicui, suspicionẽ gratiæ recõciliatæ.i.iterum initæ, & renouatæ, fictæ.i.simulãtẽ & nõ uere, sic affinitas.s.cum Dolabella, affert mihi nouã curam cauendi, ne quid uideatur esse detractum de summo amore meo erga te. Vale.

PAV. MAN. ANTE diem 3. non. Sex.) Perinde est, ac si dixisset.3.non. Sex.id ex libri 16.epist.5.ad Tironem intelligi facile potest.ante diẽ 3.non.ueteres dicebãt.i.die tertio ante nonas.nã cum dr̃ III. nõ.cõcisa locutio est, q̃ integra esset, si diceres 3.die ante nonas, qua nõ admodũ utebãtur antiqui, sed ei⁹ loco, ante diẽ 3.nonas.

ARGVMENTVM.

Gratias quodammodo agit Appio, quòd interea dum in Cilicia ageret, in familiam suam plurima contulerat beneficia, unde hæc epistola tota plena est beneuolentiæ. Nam profitetur se idem uelle, & nolle constituisse cum App. Taciteque innuit se inducturum Dolabellam ad consensionem. Et demum dicit se sperare Appium censorem esse.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Officium suum Appio commendat, & rursus, ut faciat Appius, propter Dolabellæ inimicitias monet.

M. CIC. IMP. APP. PVLCHRO S.D. 13

QVasi diuinarem, tali in officio fore mihi aliquando expectandum studium tuũ, sic, cum de tuis rebus gestis agebatur, inseruiebam honori tuo. dicam tamen uere: plus q̃ acceperas, reddidisti. quis enim ad me non perscripsit, te non solum auctoritate orationis, sententia tua, quibus ego à tali uiro contentus eram, sed etiam opera, consilio, domum ueniendo meis, conueniendis, nullum onus officij cuiquam reliquum fecisse? hæc mihi ampliora multo sunt, quam illa ipsa, propter quæ hæc elaborantur. INSIGNIA *enim uirtutis multi etiam sine uirtute assecuti sunt: talium uirorum tanta studia assequi sola uirtus potest. itaque mihi propono fructum amicitiæ nostræ ipsam amicitiam, qua nihil est uberius, præsertim in ijs studijs, quibus uterq; nostrum deuinctus est. nam tibi me profiteor, & in rep. socium, de qua idem sentimus; & in quotidiana uita coniunctum cum ijs artibus, studijsq;, quæ colimus. uelim ita fortuna tulisset, ut, quanti ego omnes tuos facio, tanti tu meos facere posses: quod tamen ipsum, nescio qua permotus animi diuinatione, non despero. sed hoc nihil ad te; nostrum est onus. illud uelim sic habeas, quod intelliges; hac re nouata, additum potius aliquid ad meum erga te studium. cui nihil uidebatur addi posse, q̃ quidquam esse detractum. Cum hæc scribebam, censorem iam te esse sperabam. eo breuior est hæc epistola, &, ut aduersus magistrum morum, modestior. Vale.*

HVB. QVASI) Hac epist ostendit Cic. quam grata habuerit, quæ in absentia sua intellexit ab Appio sibi præstita fuisse, quẽ in nullo genere officij sibi defuisse fatet᷑. Deinde pollicet᷑ se fore socium, & coniunctum ipsi Appio in administratione reip. de qua dicit utrunq; idem sentire, nec minus ẽt se fore coniunctum in uita quotidiana. postea vr̃ eũ latenter rogare, vt tãdem deponat inimicitias suas in Dolabellã, qđ eum facturum se sperare dicit. Postremo pollicetur Cic. se facturũ, vt intelligat Appius nihil esse detractum de amore suo erga eum. [Quasi) Tãquam. [Diuinarem) Præscirem, animo præuiderem. Et notandũ hoc artificiose esse dictum à Cic. ut ostendebat beneficia Appij erga se nõ ita sibi ꝑstita, q̃ reddita fuisse, & est sensus. Ego antea, cum agebatur de rebus tuis, sic inseruiebã honori tuo quasi ꝑsagirem, & ꝓuiderem fore aliquando opus, ut tu idem pro me facturus esses in tali officio.s.tuendi honoris. [Expectandum) Rogãdum, exigendum. [Studium) Fauor tuus, Prompta uoluntas. [Sic) Adaptatio similitudinis, refertur autem ad quasi [Inseruiebam) Præstabã operam meã. Inseruire autem est uoluntatis, & amoris. Seruire uero necessitatis, & cõditionis. [Honori tuo) ut eum tuerer. [Dicã tñ) Hoc subdit Cic ne videat᷑ obiecisse beneficium Appio. [Dicam uere) Ingenue fatebor, dicam ueritatem. [Plus) In quo laudat eum iustitia, in qua ut iubet Hesiod. debemus imitari agros fertiles, q plus reddunt, q acceperint. [Quis) q.d.qlibet. [Auctoritate orõnis) Grauissima orõne tua ꝓ me in senatu dicta. [Sñia).i.sentiẽdo de me optime. [Quibus).i. auctoritate orõnis, & sñia. A tali viro qualis tu es, qa loco maximi muneris nobis esse debet cum uiri clarissimi, et grauissimi nobis, uel orationis suę auctoritatem, uel sñiam præstant. [Contẽtus eram] Nihil ultra requirebam. [Sed ẽt].i.sed quod plus est & signũ maioris humanitatis, & beneuolentiæ. [Opera] Pro me laborando. [Cõsilio] Sapiẽtibus suasionibus tuis domum ueniẽdo, ꝓpter, id, quod dixi opera. [Conueniendis meis] Alloquendis meis, & dando eis cõsilium. quid nam pro me agere deberent. [Nullum onus officij cuiquam reliquum fecisse;] Hoc est nulli oĩno reliquisse aliquid de me, quia totum suscepisti, & oĩa pro me ita fecisti, ut nihil reliqueris aliis quod facerent. [Reliquum fecisse, Pro reliquisse, eleganter dictũ, sicut missũ facere pro dimittere. [Hæc] q̃ à te ꝑstita sunt mihi.s.opera, et consiliũ tuũ. [Multo nu.] Multo maiora, et pluris ęstimãda. [Illa ipsa] honores et dignitates meę [Propter q̃] s.illa ipsa .i.ꝑp quos honores, & dignitates. [Hæc] Quæ à te fiunt. [Elaborantur] Cũ labore fiunt. [Insignia] Rõ est superioris propositionis (Insignia uir.].i.honores, & dignitates, hæc.n. sunt insignia uirtutis, qa honor præmiũ est uirtutis. [Assecuti] Adepti. [Sine uirtute] Quia fortunæ fauore multi sine uirtute magnas dignitates adepti sunt. [Talium].i.clarissimorum, & optimorũ, qualis tu es. [Sola uirtus] Quia boni nõ possunt cõciliari malis, qa sunt omnino diuersi. [Fructum] Vtilitatẽ, & uoluptatem. [Ipsam amicitiam] Non aũt ea, quæ per te consecutus sum, quia nostra amicitia uulgaris esset. Nã, ut inquit Naso. Vulgus amicitias utilitate probat. [Qua] Amicitia. [Nihil vberius] Quia parit inumerabiles fructus, quia uera est. [Iis studiis] Philosophię, et artis dicẽdi. [Deuinctus] Astrictus, omnino deditus. [Profiteor] Aperte denuncio, & polliceor. [Socium) Auditorem, quia socius in periculis, aut rebus magnis, dr̃. [Idem sentimus] Quia ambo uolumus eum optime defendi, & conseruari. Quotidiana] Familiari in rebus priuatis. [Colimus] Sequimur, seruamus. [Velim] Latẽter ab eo petit, ut tandem reconcilietur Dolabellę gño suo, cui Appius erat inimicissimus. [Tulisset] Voluisset, permisisset. [Oẽs tuos quos uehementer amo, & plurimi facio

Seruio Inseruio

reliquũ facere. & Missum facere.

cio.[Posses]Omnib.odiis, et inimicitiis depositis.[Meos]ꝑpter Dolabellam ut supra diximus. [Quod ipsum] s.posse te tanti facere meos, quanti ego facio tuos.[Non despero] Imo pene confido.[Nescio qua,]q.d.latenti quadam,& nõ sine causa excitata. [Diuinatione]Præsagio,animus.n.meus uĩ mihi dicere ita fore. [Nihil ad te] Nostrũ est opus.s.pertinet, quia parum tibi obesse possunt inimicitiæ Dolabellæ,& parũ ꝓdesse eius amicitia,[Onus nostrum].i.ad me pertinet,hoc mihi faciendũ est, ut tu eis reconcilieris.[Habeas] i.credas. [Quod inteliges; Quod re ipsa cognosces.[Nouata hac re]facta hac noua affinitate.[Additũ] .i.adiũctum.[Ad studium]Ad amorem erga te. [Cui]Studio.[Addi]Quia erat summum,ut in præcedenti epistola dixit. [Detractum]Diminutum.[Hæc]Hanc epistolam.[Eo]pp hãc causam, quia sperabam te esse censorem.[Magistrũ morum] Censorem, nam censores apud Romanos præerant moribus corrigendis. [Modestior]Ne me aut loquacitatis aut imprudentiæ notes.

PHIL. *QVASI diuinarem*] Cum adhuc Cice. in Cilicia cum imperio moraretur, multorum literis intellexerat Appiũ plura in Ci. familiam beneficia contulisse,quod quam sibi gratũ fuerit,hac epistola significauit, q̃ tota plena est beneuolentiæ, & amoris. Inde profitetur, quod est amicorũ proprium idem uelle,& idẽ nolle cum Appio tam in re pub.quàm in re priuata,in quib.omnibus se illi socium fore pollicetur. Tangit adhuc quædam obscurius de Dolabella gño suo,cũ quo simultates Appius hr̃e uĩ, ad quas deponẽdas,tacito quodam sensu ab eo Cic.uĩ exposcere,& Appiũ cõfidere depositurũ. Demũ ostendit,cum hæc scriberet,eũ creatum esse censorem. Qua re censoriã dignitatem hic aliquantulũ uideamus.

Cẽsores Censores eodẽ rogabantur auspicio,quo ẽt consules,atq; prætores,& magistri morũ dicebantur, cẽsui & moribus regendis castigãdisq; lustrisq; cõdẽdis præerãt, qbus sub qnquennio tota ciuitas cum supplicijs publicis lustrabatur, ꝓcedebatq.censoris scriba, & seculare carmẽ decantabat, ut dij remp.in annos redderent meliores.quotq. Romani ciues in illo lustro fuissent censebãtur,quod primo Seruius Tullius instituit,

Lustrũ cum oẽm exercitum perfecto censu, sue, tauris tribus lustrauit. quo quidẽ lustr.M.LXXX ciuium cẽsa dñr,qui arma ferre possent,hinc quinque annorum spatium lustrum appellatum,quod

Olympias Olympias græce dr̃. Duo tñ censores erant, ad quorum censionem.i. iudicium tota ciuitas censeretur. Est.n. censere iudicare

Censere dicũtur arbitrari,& interdum suadere,& decernere, unde censores nominati. Verum quid proprie fuerit censoris officium. Liu.xxiiii.li. docet his uerbis: Censores uacui ab operum locandorum cura ꝑpter inopiã ærarij,ad mores hoĩum regendos animaduertũt, castigandaque uitia,quæ uelut diutius morbis ægra corpora ex se gignunt.Nata bello erant,& queunq, à magistratu, senatuq.ab dicare poterãt, si eo indignus uideretur. Quod ex Catone maiore censorio,T.Flaminij frater expertus est,ex senatu eiectus,qui exhortatione meretricis quempiam reum securi feriri iussit, & inde mortui censoris loco alius subrogari non poterat. Is autem primum in urbe magistratus institutus est à senatu. cum nulla per multos annos ciuium censurã, nullum in urbe lustrum factum fuisset,ut inueniretur,qui huic rei gerundæ præessent.duo tamen censores creati sunt, Papyrius,& Sempronius. Geganio Macrino, & T. Quintio Capitolino Coss. per quinquennium id munus duraret,institutum est. quod tandem Mamertius Æmilius dictator ad annum redegit. Iulio Virg.& M. Appio Coss. [Quasi diuinarem) Tanquam præنoscerem, & præuiderem. est autem id artificiosæ dictum à Cic.quo uult latenter intelligi Appium non tam beneficia in Cice.& eius familiam præstitisse,quã reddidisse. Et est sensus. Cum in te aliquando beneficia conferebam,quasi diuinabam, quod necesse esset aliquãdo mihi itidem in me faceres,quod ego in te feci,& ipsa abs te beneficia acciperem. Sed dicit Appium longe maiora ac plura,quàm acceperat.

Diuinare reddidisse. Diuinare proprie est uera dicere de futuro, unde pro-

Prouer. uerbium esse ueteres uoluerunt diuinare sapientem.[Tali in offi-

Vetus cio) Defendendi honoris.[Fore expectandum)Flagitandum,om-

Seruio. nes Cic.epistolæ, quas ipse legerim sic habent,sed fore cum par-

Inseruio ticipio futuri temporis iungi non satis dicam, licet quidam posuerint, ut ante diximus. [Inseruiebam Studium meum præbebam. Seruimus dominis,inseruimus amicis. illud n. coacti facimus,hoc uero uolũtate,& beneuolẽtia.[Dicam tamen) Hoc ad-

Notandum duxit,ne Appio exprobrasse beneficia uideretur.[Plus) Laus à gratitudine. [Orationis) Quam in senatu egit Appius in curando honore Cic.[Sententia) Bene de me sentiendo.[Contentus)Nil ultra requirendo. [Domum) Nunc ipsum domicilium, & tam quartæ quam secundæ inflexionis est,sed quartæ parietes,secundæ locum,quem quis tenet in domo,significat.[Conueniendis) Dando consilium pro me ipso [Nullum onus officij cuiquam reliquum fecisse?]Quod nihil omnino reliquerit alijs faciendum quod ad honorem,& commodum Cic.pertineret,quid.n.faciẽdum erat?ipse solus Appius diligenter obiuit, & sic dictum est reliquum fecisse pro reliquisse, ut sæpissime apud Teren. missum facere ꝑ dimittere.[Hæc) s quæ tu mihi pr̃stitisti,& meis [Ampliora) Pluria facienda.[Quã illa ipsa).s honoris mei. [Hæc).s. quæ tu mihi & meis pr̃stitisti.[Ingenia) Honores, & dignitates, & est exornatio sententiæ, & ratio superioris propositionis.[Sine uirtute) Vt M.Terentius Varro, qui sine uirtute uirtutis insignia, hoc est consulatum,quẽ eam Paulo Æmilio gessit consecutus est. [Talium uirorum) Qualẽ te ipsum esse cognosco.[Sola uirtus) Qm̃ uirtute præditi non nisi cum præditis uirtute conueniunt.[Itaq; mihi propono fructũ amicitiæ nostræ ipsam amicitiam) Hoc est,ꝙ pluris facio ipsam amicitiã, quã illud, quod à te cõsecutus sum,& fructũ,qui ex ipsa amicitia nascit̃, & ipsam amicitiã omnib.fructib.anteferendam puto. Non.n.pp utilitatẽ amici esse debemus,sed pp ipsam amicitiã per se.n.ipsam colenda est amicitia,non propter aliud.[Vberius) Qm̃ etsi innumerabiles fructus ex ea nascuntur,tñ non propter illud colitur amicitia.[Nam tibi) Aperit uim amicitiæ.[Rep.) Duobus constat publico,& priuato.[Profiteor)Quasi polliceor,atq; demõstro. Idẽ Crispus:idẽ uelle,atq; idẽ nolle,ea demũ firma amicitia est.[In quotidiana) Vita coniunctũ in re priuata. Vterq; similib.studijs, & morib.tenebatur.Amicus.n.mihi aliquis esse non põt,nisi mei similis existat. Est.n.amicus, ut ante diximus, qui mihi usu uitæ similis,pro ac fideli amore coniungitur.[Quæ colimus) Oratoria dicit,& philosophica studia. Est.n.studiũ ad aliquam rem assi- Studiũ dua,& uehemens animi cum magna uoluptate occupatio. [Velim) Propter Dolabellam id dicere uidetur,quẽ sciebat ab Appio non amari.[Tanti facere) Existimare. [Quod tamen ipsum).s. quod tu tanti meos facere possis, quanti ego tuos facio. [Nihil ad te quasi dicat parum refert, an Dolabella te amet, aut non amet,cum tibi parum eius amicitia prodesse, & parum inimicitiæ obesse possit [Onus nostrum) Ad me ipsum attinet, qui te rogo illum abs te ob amorem nostrum non expellas. [Habeas) Tibi persuadeas.[Re nouata) Facta affinitate cũ Dolabella, qui gener meus est factus.[Quàm quidquam esse detractum) de amore meo erga te.[Eo breuior]ꝙ.s.te censorem esse sperabã, ne caderem in censoriam notam,cum censorum sit mores hominum iudicare,ne si longior extitisset epistola,accusatione digna uideretur.nam uel leuissima ex causa censores nota afficere solebant homines.vñ equitem Rom.nimis comptũ,& nitidum,& equum macilentum habentem à censorib.interrogatũ, cur ipse tã splendidus,& equus tam macilentus esset,respondentẽ: quoniam ego me ipsum curo.equum uero Statius meus,ignominia affecerũt. [Aduersus)Pro apud Teren.Et id gratũ fuisse aduersum te habeo gratiam,dicitur.n.& aduersus,& aduersum.[Magistrum morũ) Censorem. Est.n.mos tam bene,quàm mea uiuẽdi consuetudo, significat interdum similitudinem,ut in morem apri genuinum fregit. Magistri ideo appellati, quòd magis,quàm cæteri oẽs possint,vnde magistratus,qui per imperia potẽtiores sunt. Antiqui magistrare pro regere,& moderari dicebant.

QVASI diuinarem]Gratias quodammodo agit Appio,quod se absente plurima in familia suam beneficia contulerat,quo circa profitetur se cum Appio in omnib conaturum,annixurumq; ut Dolabellam in cõmunes partes trahat. Et demũ dicit se sperare Appium Censorem esse,unde epist.tota beneuolentiæ significatiua est. Ordo autem est: Ego inseruiebam honori tuo, cũ agebatur.i.disceptabatur de rebus tuis gestis.s.in prouincia,sic quasi diuinarem studium tum fore aliquando expetendũ mihi in tali .i.consimili officio,ubi fore cum futuro uidetur adhærere. Sed,tu reddidisti plus quã acceperas.s.beneficij Quis n.nõ perscripsit? q.d.nemo, hoc est unusquisq; perscripsit ad me,te nullum onus officij fecisse cuiquam reliquum.i.reliquisse cuiquam faciẽdũ, cũ tu uniuersum solus obires, nam solũ auctoritate orationis & sententia,quib.eram.i.fuissem, ut in Seru. dieces centena dedisses.Nil erat.i.fuisset in loculis.Virg.in Georg.Lautus erat,ꝑ esset.cõtentus à tali.i.tã excellenti uiro,sed ẽt opera, consilio, ueniẽdo domum.s meam,& sup.& cõueniendis.i.uisitandis colloquendi gratia,meis.i.familiarib.Hæc.s.officia tua sunt.i.reputantur,aut æstimantur,mihi ampliora multo, quã illa ipsa.s.supplicationes,aut triumphos,propter quę hęc laborantur.i.cum labore fiũt.Enim,pro quia,multi assecuti sunt insignia uirtutis,ut honores,seu magistratus,& triũphos. Sine uirtute, quia alij vi,alij malis artibus,alij fortuna,sed sup.sola uirtus potest assequi tanta studia talium uirorum,accurate loquitur,quia magni uiri interdum indignis leuia studia impendunt, & tanta studia interdum conferuntur,sed non à talibus uiris.Itaq, ego propono.i.constituo mihi fructum.i.ultimum finem expetendæ amicitiæ, ipsam amicitiam.i.nihil amplius peti in amicitia, quàm ipsam amicitiam,

ASC. Fore

tiam, qua.s.amicitia nihil est uberius.i.abundantius, pſertim in ijs studijs.s.auguralis,& legalis ſciētiæ,quib.uterq; nr̄um deuinctus.i.obligatus est.Nā ego profiteor me tibi,q.i.ſimul ſocium in rep.de qua ſentimus,& cōiunctum ſup.fore in uita quotidiana,cū iis artibus,& ſtudiis, q̄ colimus. Ego uelim, fortuna tuliſſet ita,ut tu poſſis facere oēs meos tanti, quāti ego facio omnes tuos,h.d.ſpp Dolabellā generum ſuū Appio inimicū, qđ ipſum .s.te poſſe oēs meos tanti facere, tn̄.i. nihilominus nō deſpero. .s.aliquādo fore neſcio qua diuinatione.i.quo pſagio animi. Sed hoc nihil ad te ſupp.pertinet,onus hoc eſt noſtrū.i.nobis id curādū eſt,ut ita fiat.Velim ſup.vt habeas.i.certū teneas,illud.s.q̄ iā dicā,uidelicet quod intelliges hac re nouata.i.p hanc rem nouatā,potius aliquid additū,q̄ detractum eſſe ad meum ſtudium erga te,cui.s.ſtudio nihil uidebatur poſſe addi.Ego ſperabam cum ſcribebam hæc,te iam eſſe cenſorem,eo.i.&, propterea hæc epiſtola eſt breuior,& modeſtior.i.temperantior in uerbis,ut.s.eſſe debet,aduerſus.i.erga magiſtrum morum,hoc eſt,cenſorem.

M· TVLLII CIC· EPISTOLARVM AD APPIVM.

LIBER QVARTVS.

ARGVMENTVM.

Reuerſus Cic. è preuincia,offendit motus ciuilis belli inter Cæſarem,& Pompeium: qui utriuſque amicos concilians ſibi, Pompeium mitigare ſatagebat , ut compoſitis rebus triumpharet : qua ſpe depoſita,in Campanum agrum ſeceſſit, raroq́; in urbem redijt cum incertus eſſet, utrius partes ſequeretur. Nam Pompeij opes in iuſtiore cauſa fractas uidebat, Cæſaris in minus iuſta florentes . Quo circa tandem à republ.& Pompeio contra Cæſarē ſtetit,ei manifeſte ſignificans nihil ſibi rep. carius. Itaq; cū abeſſet ab urbe,ſcripſit ad eum Trebatius, Seruium deſiderare eum,ut de reipu. cōmodis inter ſe agerent:cui reſpondens nunc Cicero,innuit id ſero futurum,ſe facturum tamen,ubi Seruio conueniens uidebitur.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Suaſoria eſt epiſtola,vt Seruius omnē curam iuuandæ reip. deponat.

M. CICERO SER. SVLPICIO S.D. I



Aivs Trebatius, familiaris meus, ad me ſcripſit, te ex ſe quæſiſſe, quibus in locis eſſem, moleſteq́; ferre, quod me propter ualetudinem tuam, cum ad urbem acceſſiſſem non uidiſſes ; & hoc tempore uelle te mecum, ſi propius acceſſiſſem, de officio utriuſq; noſtrum communicare . Vtinam,Serui,ſaluis rebus (ſic.n.eſt dicendum) colloqui potuiſſemus inter nos.profecto aliquid opis occidēti reip. tuliſſemus . cognoram.n.iam abſens,te hæc mala multo ante †prouidentem : defenſorem pacis,& in conſulatu tuo,& poſt conſulatum fuiſſe . ego autem cum conſilium tuum probarem , & idem ipſe ſentirem,nihil proficiebam.ſero.n.ueneram: ſolus eram;rudis eſſe uidebar in cauſa:incideram in hominum pugnandi cupidorum inſanias . nunc , quoniam nihil iam uidemur poſſe opitulari reip.ſi quid eſt,in quo nobiſmetipſis conſulere poſſimus,non ut aliquid ex priſtino ſtatu noſtro retineamus,ſed ut quam honeſtiſſime lugeamus: nemo eſt omnium , qui cum potius mihi,quam tecum,communicandum putem. nec.n. clariſſimorum uirorum , quorum ſimiles eſſe debemus exempla neque doctiſſimorum,quos ſemper coluiſti, præcepta te fugiunt. Atque ipſe antea ad te ſcripſiſſem, te fruſtra in ſenatum, ſiue potius in conuentum ſenatorum eſſe uenturum, ni ueritus eſſem,ne eius animum offenderem,qui à me , ut te imitarer,petebat.cui quidem ego, cum me rogaret , ut adeſſē in ſenatu,eadem omnia,quæ à te de pace,& de Hiſpanijs dicta ſunt,oſtendi me eſſe dicturū.rem uides , quo modo ſe habeat ; orbem terrarum, imperijs diſtributis,ardere bello; urbem ſine legibus,ſine iudicijs.ſine iure.ſine fide,relictam direptioni, & incendijs . itaq; mihi uenire in mentem nihil poteſt, non modo,quod ſperem,ſed uix iam,quod audeam optare. ſin autem tibi , homini prudentiſſimo,uidetur utile eſſe , nos colloqui,quanquam longius etiam cogitabam ab urbe diſcedere, cuius iam etiam nomen inuitus audio ; tamen propius accedam . Trebatio mandaui, ut , † ſi quid tu eum uelles ad me mittere, ne recuſaret : idq́; ut facias,uelim:aut.ſi quem tuorum fidelium uoles , ad me mittas : ne aut tibi exire ex urbe neceſſe ſit,aut mihi accedere . ego tibi tantū tribuo,†quātum mihi fortaſſe arrogo : ut exploratum habeam, quidquid nos cōi ſentētia ſtatuerimus,id oēs homines probaturos. Vale.

†alias, preuidētem

†alias, quidem

†alias, tantum

HVB.

Caivs Trebatius,] Reuerſus Cic. Romam ex Cilicia,ubi cum maxima laude prouinciā geſſerat , cum offendiſſet ciuilium diſcordiarum motus, & Cæſaris, atque Pompeij diſſenſionem utroſque amicos concilians, Pompeium mitigare non deſiſtebat. ſed cum nihil proficere uideret , obiecta ſpe triumphi in prædiola ſua circa campaniam, & oram maritimam cum faſcibus,& lictoribus,quos populus Ro.ei conceſſerat,ut eſſet remotus ab oculis uulgi,& à populari tumultu,ſe contulerat. Inde autem raro ad urbem ueniebat, quoniam incertum erat quid ſibi eſſet agendum , quod in Pompeio fractas opes, & non probanda conſilia,in Cæſare uero flagitioſam belli cauſam eſſe uidebat. Itaque cum ad alterum ratione ſalutis inclinandum eſſe uideret,cupiditate pacis ab utroque reuocabatur. Tandem tamē honeſtatem utilitati antepoſuit, & ita cum Cæſ.poſt fugam Pompeij locutus eſt, ut aperte oſtēderet nihil eſſe ſibi ipſa rep. carius. Itaque cum iam orbis terrarum arderet bellis ciuilibus , & ad eum ſcripſiſſet C. Trebatius Seruium Sulpicium moleſte tuliſſe, quòd eum, cum ad urbem acceſſiſſet,uidere non potuiſſet,quod mala ualetudine laboraſſet,cupere autem eum, & uidere,& alloqui de eo,quod utrique eſſet agendū. Reſpondet Cic. quod ſi potuiſſent colloqui re integra, & ſalua , profuiſſent aliquid reip. quoniam eum ſemper cupidum pacis eſſe cognouit , ſicut & ipſe fuit.Sero autem nunc eſſe conuenturos pro rep.hortatur tamen conueniant, ut ſi reip. iam conſulere non poſſunt, ſaltem rebus ſuis conſulant,polliceturque ſe eſſe uenturum ad urbem,ſi opus fuerit,etſi Seruius cum eo colloquendum exiſtimauerit [Trebatius]Is iuriſconſultus fuit amiciſſimus Cic.à quo Cæſ.cum eſſet in Gallia , diligentiſſime commendatus eſt, ut uidebimus infra lib.7.[Quæſiſſe]Interrogaſſe unde,& quæſtio pro interrogatione ponitur. [Valetudinem].ſ. malam,nā ualetudo bona dicitur. Horat.lib.1.epiſt. Quid faueat dulci nutricula manus Alumno, Quam ſapere,& fari poſſit,quæ ſentiat, & cui Gratia, fama, ualetudo contingat abunde. Diſtinguitur autem,uel epiteto , ut bona ualetudo,uel mala,uel diſtinguitur locis,ut his duobus exemplis præcedentibus,nam in hac epiſtola neceſſario intelligimus malam ualetudinem apud Horat.uero bonam . [Ad urbem]Ex Prædiis meis: Velle te,ſubaudi ſcripſit.Hoc tempore tam turbulēto.[De officio]De eo, quod utrunque noſtrū facere oporteat. [Vtinam] dolet Cicero perniciem publicam nimis progreſſam eſſe antequam colloqui potuerit.[Saluis) Integris, nondum ita afflictis.[Occidēti)Pereunti ad exitum labenti.occaſus.n.de rebus maioribus dicitur. Virg.1.Æn. Teſtor in occaſu Troiæ nec tela , nec ullas Vitauiſſe uices Danaū. [Abſens)Cum adhuc eſsē in Cilicia.[Hæc mala) Bellorum ciuiliū. [Prouidentem) A lōge cognoſcentem.[In cōſulatu)Fuerat.n.conſul cum M. Marcello eo anno,quo Cice.fuerat in prouincia . [Probarem) Laudarem. [Conſilium tuum) De pace quęrenda.[Idem ſentirem) Idem uellem,quod tu.ſ.pacem.(Proficiebam) Aſſequebar,nihil poteram facere. [Sero) Quia iam erant inflāmati animi ita ut non facile reſtingui poſſent.Solus,alij.n.erant cupidiores belli quam pacis. [Rudis)Nouus,non inſtructus rerum,quæ Romæ geruntur,quia abfueram diu.[Incideram) incurreram,caſu deueneram. [Inſanias) Inſani.n.ſunt,qui bellum malunt,quàm pacem . [Opitulari) Opem ferre,ſubuenire.[Conſulere) prouidere.[Ex priſtino ſtatu) Ex ſolita dignitate,quia uideo fere impoſſibile eſſe.[Quam honeſtiſſime)Quanto maiore honore fieri poterit.[Lugeamus] Simus in mærore propter calamitates reip [Nemo omnium]Ad maiorē ſignificationem addidit omniū , q.d.ne ex amiciſſimis quidem.(Qui cum).i.cum quo,eſt autem anaſtrophe.[Communicandum) Conferendum,colloquendum.Ordo autem eſt:Nūc quoniam uidemur nihil opitulari poſſe reip.nemo omnium, qui

Trebatius

Quæſtio

Valetudo

cum

cum potius cōicandum putem, quam tecum, si quid est in quo & cetera. [Exempla) Propositiones clarorũ dictorum, aut factorũ, quibus maxime excitatur animi hoīum. (Quorum) Clarorum uirorum. [Similes) Imitatores, similis aũt cũ ad morum imitationem refertur genitiuo iungitur, ut Pyrrhus nō fuit similis Achillis, & uersus Lucani nō sunt similes uersuũ Virgilij. Hor. in Ser. Similesq. meorum Mille die uersus describi posse Trebati. Cum uero ad formam refertur, datiuo iungitur. Virg. 1. Æn. Os, humerosq. deo similis. [Fugiunt) Ignorantur à te. elegāter. n. dicimus non fugiunt me præcepta Cic. pro eo, quód est scio præcepta Ci. [Imò p.) Correctio. [In conuentum) Quia conueniebant quidē senatores, sed nequaquam erat senatus, quia ibi nō ualebant sententiæ, quæ pro rep. dicerentur [Frustra) Quia non admitteretur quod sentires, & agendum esse diceres. [Ni ueritus essem) Nisi timuissem.]Eius). s. Cęsaris. [De Hispanijs) Quæ fuerant decretæ Pomp. & vniuersa Africa simul, quam per legatos administrabāt. auctor est Plut in uita Cæs. & idem in uita Cic. sic inquit: Cic. in præsidijs commorantem Cæs. uidit, & nonnulla aduersus eũ questus tandē rogauit, ut ad urbem adesset, cui Cic. nihil summisse, nihil nisi cum dignitate & magno aīo rñdit, ostendens quas sententias dicturus foret, si adesset, quas reip. calamitates ploraturus. non. n. placeret senatui exercitum P. R. contra alium mitti. Item P. R. exercitũ in Hispanias duci nō in Græciā transportari, &c. [De Hispanijs) Quas nolebat Cęs. administrari à Pōp. ꝑ legatos, sed uolebat, ut ipse proficisceretur, de qua re, qđ dixerat Seruius, idem dicit Cic. se fuisse dicturum, qđ aũt dixisset non exprimit, sed possumus conijcere idē dictũ fuisse à Seruio de Hispanijs, ꝗ scribit Hirc. in com. belli ciuil. responsum à Pomp. si Cęs. in Galliam reuertatur, si Arimino excedat, se in Hispanias ꝑfecturum. [Quo modo) q. d. pessime. [Ardere) Comparatur. n. frequenter bellum incendio. [Imperijs distributis] In diuersas partes missis. nam, ut App. lib. 2. inquit, Cęs. Lep. Æmilium urbi prefecerat, tribunum autem M. Ant. Italiæ, exercitibusque, cui circũ eā essent presidere uoluit. Curionē Catonis loco Sicilię imperare. Quintũ Sardinię, ad Illiricos. Cęs. misit Antoniũ, Licinio Crasso Galliā, quæ intra alpes est, regendā tradidit, &c. Pōp. autem ex Capua, Nuceriam, ex Nuceria deinde Brundusium se cōtulerat, ut Ionio mari superato in Epirum traijceret. in eum itaq; locum delatus belli apparatum aggrediebatur, gentibus omnibus, pretoribus, dynastis, regibus, ac ciuitatibus per literas imperat, ut quā maxima quibusq; potest celeritate ad bellum se conferat, & hęc quidem magna gentium multitudine, diligentiaq. parabantur. Pōpe. exercitus in Hiberia consederat, omnibus in promptu paratis &c. Ideo nūc Cic. dixit orbem terrarũ ardere bellis. imperijs distributis. [Vrbem). s. Romam. [Relictam) Quia Pomp. & ceteri senatores fugerāt. [Direptioni) De populationi. [Nam, ut inquit App. thesauros usq; in illam diē à nemine cōtractos militib. Cę. rapere concessit [Sine legibus) Quoniam uoluntate, aut potius libidine uictoris, non autem legib. omnia agebantur. Luc. lib. iij.

Phœbea palatia complet
Turba patrum, nullo cogendi iure senatus
E latebris educta suis, non consule sacra
Fulserunt sedes non proxima lege potestas
Prætor adest, uacuaque loco cessere curules
Omnia Cæsar erat, &c.

Sperare [Quod sperem) Quia omnia uidentur desperanda. [Optare) Qđ
Optare est facilius, quam sperare. speramus. n. quę uidētur possibilia. optare aũt ēt impossibilia licet, sed rem ad tantam calamitatem deductam dicit, ut non solum habeat quid speret, sed neq; ēt quid audeat optare, quia quamuis optare possimus, quod fieri non potest, stultum est tamen. [Colloqui] simul loqui. [Lōgius]. s. quam nūc sum. [Inuitus) Quia semp renouat mihi dolores. [Propius] Ad urbem. [Mandaui] Commisi, ut ita dicam [Ne recusaret) Ne respueret. s. uenire. Quid. i. propter aliquid. [Quem) Aliquem. [Accedere) Ad urbem, ad quam inuitus uenio [Tribuo] Do auctoritatem, & fidem [Arrogo). i. mihi temere attribuo. i. sicut fortasse arrogāter de me ꝑsumo, ita uere de te existimo & iudico. [Exploratum] Certum. [Communi sententia) Tuo, & meo iudicio. [Probaturos) Approbaturos, & dicturos recte statutum.

ASC. *CAIVS Trebatius, &c*) Reuersus è Cilicia offendit Cic. motus belli ciuilis inter Cæs. & Pomp. attamen utriusque amicus ad concordiam solicitās Pompeium mitigare satagebat. ut compositis rebus triumpharet. Qua spe deposita in Campanum agrum facessit, ratoq; in urbem redijt, cum incertus esset utrius partes se quereretur. Nā Pompeij opes in iustiori causa fractas uidebat. Cæsaris in minus iusta florentes [Quo circa tandem pro repub. cum Pompeio contra Cęs. stetit ei manifeste significans nihil sibi rep. carius. Itaque cũ abesset ab urbe, scripsit ad eum Trebatius, Ser. Sulpitium desiderare eum, ut de reip. commodis inter se agerēt, cui respōdens innuit id sero futurum, se facturũ tamen, ubi Seruio conueniens uideatur. Ordo est: Caius Trebatius familiaris meus, qui sub Augusto postea propter legalem scientiā in honorem fuit, scripsit ad me te quæsisse ex se in quibus locis essem, & supp. te ferre moleste, ꝙ nō uidisses me, cum ad urbem accessissē propter ualetudinem tuam. s. malā, & scripsit te uelle hoc tempore cōicare mecum de officio utriusque nostrũ. s. circa reip. curā, si accessissem propius. s. ad urbem, aut ad te. O Serui, utinam potuissemus colloquj inter nos, rebus. s. publicis, & nostris saluis. Sic. n. est dicendum, hoc est dixi rebus saluis, quia mihi saluæ nō uidētur, profecto nos tulissemus aliquid opis. i. auxilij, reip. occidenti. i. tendenti ad interitum. Ego. n. absens cognoram pro cognoueram, te prouidentem hæc mala, multo ante. s. quam euenirent. fuisse defensorem. i. protectorem pacis, &. i. tum in consulatu tuo, &. i. tum post consulatum. s. tuum. Ego autem cum probarem consilium tuum, & ipse. i. egomet aut per me sentirem idē: ego nihil proficiebam. i. utilitatis faciebam. Enim ꝑ quia ueneram. s. à prouincia, sero. i. nimis tarde. ego erā solus. s. in ea sniā, uidebar esse rudis. i. minus expertus in causa, incideram. s. improuisus in insanias hominum. i. Cęsaris, & Pompeij, cupidorum pugnandi. alij legunt: rudis etsi uidebar, incideram tamen in hominum &c. Sed id minus placet. non. n. illud tñ congruit cum priore particula, non. n. ideo minus uidebatur incidere posse in insanias illas, ꝙ rudis esset. unde potius legam incideráq. uel rudis, ut esse uidebar, incideram &c. Nunc quoniā nihil, i. nō aliquid. Nos nō uidemur posse tam opitulari reip. i. auxiliari aliquid, i. in aliquo, si quid est in quo possimus, aut possumus cōsulere. i. consulto prodesse, & opitulari nosmetipsis, non sub. id dico, ut retineamus. i. quasi sperē nos posse retinere aliqd ex pristino. i. priore, & prius à nobis habito, statu nostro, sed, ut lugeamus. s. statum nostrum, ac reip. quā honestissime. i. ualde honeste, nemo est omnium. s. mortalium, qui cum. i. cum quo ego putem potius cōmunicandum sup. esse mihi sup. consilium meum, quam tecũ. Nec. n. exēpla uirorum clarissimorum. i. nobilissimorum, quorum similes esse debemus. s. in moribus (unde in genitiuo dixit) neque præcepta doctissimorum. i. nobilissimorum, quorum similes esse debemus. s. in sententiam tuam, hoc est te non latent: illis autem duobus maxime prudentes euadimus. Atq; ipse. i. ego, scripsissē antea ad te, te uenturum esse frustra in senatum, siue potius in cōuentum senatorum. Non. n. senatum iam putat, cum libertas decernendi ablata sit. ni. i. nisi essem ueritus, ne offenderem animũ eius. s. Cęsaris, qui petebat a me, ut inuitarem te. s. ad ueniendum in senatum, cui. s. Cæsari quidem. i. certe cũ rogaret me, ut adessē in senatu, ostendi me esse dicturum. i. decreturum omnia, quę dicta sunt a te, de pace, & de Hispanijs. s. administrandis ꝑ legatos non per Pomp. ipsum, ut uolebat Cæsar. Tu uides rem. i. statum reip. quo habet, aut habeat se, vtpote uides orbē terrarum ardere bello, imperijs distributis. s. Cæsarianis, & Pōpeianis, & uides urbem. s. Romam relictam direptioni, & incendijs, sine legibus, sine iudicijs, sine iure, sine fide. Itaq; nihil potest uenire mihi in mentem, idest nihil possum cogitare, non modo. i. non solum, quid sperem. i. sperare debeam, sed iā uix sup. in mentem uenit, quid audeam optare, ut supra dixi, cum in plus se extendat, minoris difficultatis est optare, quàm sperare. Optamus enim omnia, quæ utilia sunt, speramus duntaxat ea, quæ ob merita nostra, aut ex benignitate eius, a quo ea speramus, nobis cōtingere posse cōfidimus. Sin autem. i. sed si, nos colloqui, uidetur tibi homini prudentissimo esse utile, quanquam ego cogitabā discedere ab urbe etiam. i. adhuc longius, quam sim, cuius. s. urbis, ego audiam inuitus etiam nomen, tamen accedam propius. Ego mādaui Trebatio, si tu uelles eum mittere, quid. i. aliquid, ad me, ne recusaret. s. mittere illud, & uelim ut facias id. i. mittas ad me aliquid ꝑ Trebatium, aut si uoles mittas ad me quem. i. aliquem tuorum fidelium, ne necesse sit, aut tibi exire ex urbe, aut mihi accedere. s. urbem. Ego tribuo tibi tantum. s. prudentiæ, & auctoritatis, quantum arrogo, idest arroganter sumo fortasse mihi, ut habeam exploratum, idest certissimum quidquid nos statuerimus, sententia communi omnes homines probaturos id.

ARGVMENTVM.

Sicut in superiore epistola uidimus, Seruius Sulpitius cupiebat loqui cum Cic. de officio commune in tumultu bellorum ciuilium de qua re scripserat ad Cic. breuiter per Philotimum. sperans eundem plura cũ Cic. communicaturum, sed is literas per alium misit, quod in huius principio reprehendit Cicero, deinde dicit, ꝙ Postumia Seruij uxor, & Seruius eius filius laudent, si ad se in Cumanem uenisset Seruius. Deinde quia Seruius consuluerat, quid esset optimum factu in rep. id dicit esse difficillimũ dictu, si utilitati consulendum sit, facillimum uero si honestati innuens pro rep. honeste decertandum, & discedendum ab urbe,

sed

sed consultandum Seruio, ad quæ loca se potissimum conferat. quod si iã deliberatum habeat, quid agendum putet, non opus est ad Ciceronẽ ueniat. si cum Cicerone id consultare uelit, eum in Cumano expectet.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Consulit Seruio, ut ab urbe discedat.

M. CICERO SER. SVLPICIO S. D. 2

AD iij. cal. Maias, cum essem in Cumano, accepi tuas literas: quibus lectis, cognoui non satis prudenter fecisse Philotimum; qui, cum abs te mandata haberet, ut scribis, de omnibus rebus, ipse, ad me non uenisset, literas tuas misisset, quas intellexi breuiores fuisse, quòd eum perlaturum putasses. sed tamen, postquam literas tuas legi, Postumia tua me conuenit, & Seruius noster. his placuit, ut tu in Cumanum uenires, † quod etiam, mecum, ut ad te scriberem, egerũt. Quod meum consilium exquiris. i. tale, ut capere facilius ipse possim, quàm alteri dare. quid. n. est, quod audeam suadere tibi, homini summa auctoritate, summaq; prudentia? si, quid rectissimum sit, quærimus, perspicuum est. si, quid maxime expediat, obscurum. sin ij sumus, qui profecto esse debemus, nihil arbitremur expedire, nisi quod rectum, honestumque sit: non potest esse dubium, quid faciẽdum nobis sit. Quod existimas meam causam coniunctam esse cum tua, certe similis in utroque nostrum, cum † optime sentiremus, error fuit. nam omnia utriusque consilia ad concordiam spectauerunt. qua cum ipsi Cæsari nihil esset utilius; gratiam quoque nos inire ab eo defendenda pace, arbitrabamur. quantum nos fefellerit, & quem in locum res deducta sit, uides, neque solum ea perspicis, quæ geruntur, quæque iam gesta sunt, sed etiã qui cursus rerum, qui exitus futurus sit. ergo aut probare oportet ea, quæ fiunt, aut interesse, etiam si non probes. quarũ altera mihi turpis, altera etiam periculosa ratio uidetur. Restat, ut discedendum putem, in quo reliqua uidetur esse deliberatio, quod consilium in discesu, quæ loca sequamur. omnino cum miserior res nunquam accidit, tum ne deliberatio quidem difficilior. nihil enim constitui potest, quod non incurrat in magnam aliquam difficultatem. tu, si uidebitur, ita censeo facias ut si habes iam statutum, quid tibi agendum putes, in quo non sit coniunctum consilium tuum cum meo, supersedeas hoc labore itineris. si autem est quod mecum communicare uelis, ego te expectabo. tu, quod tuo commodo fiat, quamprimum uelim uenias, sicut intellexi & Seruio, & Postumiæ placere. Vale.

†alias, qui

†alias, idem p

HVB. AD iij. kal.] Sicut in superiori epist. uidimus. Ser. Sulp. cupiebat loqui cũ Cic. de offic utriusq, ipsorũ in tumultu bellorum ciuilium. & de hoc scripserat ad Cic. p Philotimum quẽdã, sed eo breuius, ꝙ putauerat ipsum Philotimũ allaturum literas ad Ciceronẽ, eiq; reliqua expositurũ corã, sed cum Philotimus misisset literas p aliũ, Cic. ostẽdit eum male fecisse. Deinde dicit quemadmodũ Postumia uxor Seruij, & Seruius eius filius laudabãt, ut ipse Seruius ueniret ad Cic. in Cumanũ, ut cum eo loqueret, rogaretq; Cic. vt ad eum ita scriberet, Deinde respondens Ser. Sulp. q q̃rebat, qđ esset eius cõsilium his miseris tẽporibus, dicit esse difficillimũ, si utilitati cõsulendũ sit, si uero honestati, esse satis perspicuum. Et ita significat omnia esse suscipienda ꝓ defensione reip. & consuluit esse discedendum Roma, sed cõsultãdum esse ad quæ loca maxime se conferre debeat. Quod si idẽ Ser. sentit, dicit non esse necesse, ut ad se ueniat. Sin uero habeat aliam sentẽtiam eum se expectare dicit. [Cumano]. i in agro Cumano, habebat. n. iuxta Cumas Cic. ꝓdia sua, appellat autem locum absolute Cumanũ, eo ꝙ esset in agro cumano, sicut Tusculanum à Tusculis oppido. Est autẽ Cumę oppidum in litore cãpano cõditum ab iis, qui ex Chalcide urbe Eubocę uenerũt, quæ hodie dicitur Niger pons. Comum uero urbs est iuxta lacum Larium, à qua fit deriuatiuũ, & Comanus, & Comẽsis, à Cumis autem possessiuum tum Cumeus, tũ Cumanus. [Mãdatum abs te] Cõmissionem a te. i. cui tu dixisses omnia, quę uelles illum mihi referre. [Misisset] Per aliũ, cũ ipse deberet afferre [Eum] Philotimum, qui suppleuisset id, quod tu minus scripseras, quia dederas ei de omnibus rebus mandata. [Conuenit me] Locuta est mecum. [Tua] s. uxor ut: Hanc tua penelope: [Seruius] Filius tuus. [Noster] tuus natura, meus amore. [His] Postumię & Seruio. [In Cumanum] Vbi sum [Egerunt mecum] Me rogarunt. [Scriberẽ] . s. ut uenires in Cumanum. [Quod iam] Incipit respondere ijs, quę Seruius per literas à Cic. quæsiuerat [Meum consilium] Mea consultatio, mea deliberatio. [Id] s. consilium meum. [Capere] Eligere Virg. lib. 1. Æn. Aut capere, aut captis iam despectare uidentur. Idem: Atque oculis capere ant. locum. [Facilius] Quia plerunque necessitate coacti capimus consilium, quod aliis non daremus, pręcipue uiris, quos longe prudẽtiores nobis existimamus. [Quid est] q d. nihil, cum tu non indigeas suasione mea & consilio, qui melius potes aliis consulere. [Suadere] Consulere, hortari ut facias. [Si] Vtitur diuisione, & concludit singula membra diuisionis [Rectissimum] Optimum cum uirtute & officio, attigit autem duas partes deliberationis. s honestatem & utilitatem. Rectum enim secundum Cice. dicitur, quod cum uirtute & officio fit. [Perspicuum] Clarum, apertum, quia ueritas ipsa p se elucet. perspicuum est enim, quod non debemus deserere rẽpu. cui omnia debemus. [Quid maxime expediat]. i. quid utilissimũ si, & tangit secundam partem deliberationis. [Obscurum]. s. est hoc est non satis exploratum & manifestum. [Ii] Tales. [Qui] Quales. [Esse debemus]. i. boni ciues, & boni uiri. [Vt nihil] Declarat, quales esse debeant. s. ut nihil existimẽt esse utile, nisi qđ honestum sit, nã ita debẽt existimare uiri boni, ut uoluit Cic. in Officiis, & in Paradoxis. [Quid faciendum sit] Quia intelligamus aut consulendum reip. si poterimus, si non poterimus, saltem cõsulendum saluti nostræ quàm honestissime fieri poterit. [Coniũctam cum tua]. i. esse in eadem conditione, qua tu. [Similis error] Quia ambo decepti sumus, qui credebamus Cęsarem posse deduci ad conuentionem pacis, cuius simulabat se esse cupidã, cum latenter bellum optaret. [Idẽ sentiremus] Eãdẽ haberemus sentẽtiã. s. de pace. [Spectauerũt] Respexerũt, directa sũt [Inire gratiã ab eo] Ei gratificari, & quasi beneficiũ præstare, quia sicut erat inferior iustitia, & honestate causę, ita ẽt putabatur futurus inferior uictoria, sed fortuna ei fauit, & ut inquit Lucanus.

Victrix causa dies placuit, sed uicta Catoni.

[Quantum fefellerit nos[Quia longe aliter fuit, quia Cęsar malebat bellum, quàm pacem. [In quem locum] In quem statũ. q. d. in pessimum, ita ut ferè nulla sit amplius spes. [Geruntur Nunc. Qui cursus] Quæ dispositio. [Exitus] Finis, quem põt uidere, & Perspicere tantummodo uir prudẽtissimus, qualis tu es. [Ergo] Ex superiorib. infert qd uideatur esse faciendũ [Probare] Laudare, affirmare, q̃ fiunt uoluntate Cæs. siue bona, siue mala. [Interesse] In senatu. [Etiam si nõ probes] Secũda persona pro prima, uel tertia. i. ẽt si quibusdam non probetur quod fit, oportet tamẽ interesse, ut in superiori epistola ostẽdimus ex uerbis Lucani. [Turpis Nõ digna uiro bono, quẽ nõ decet ꝓbare nisi quę recta sunt, [Altera periculosa] Interesse, si nõ probes, qa si affueris, & non probaueris, quæ fiunt, offendes uoluntatem Cęs. i a ut postea tibi noceri possit. ob hanc igitur causam, ut scribit Plut. non dubitauit Cic. magno animo Cæs. respõdere, ut in præced. epistola ostendimus, & ostendere quas sñias dicturus esset, si adesset, q̃ cum Cæs. dici nolle respondisset, ita putabã inquit Cic. atq; ego ideo nolo adesse, ꝙ aut mihi dicenda sunt q̃ sentio, & nullo mõ silere possum, aut non ueniẽdũ. [Restat] Ex sufficienti enumeratione. s. cum sit turpe probare quæcunq; fiunt ẽt si sint mala, uel cũ periculo interesse, si non probes. [Restat] Sequitur. [In quo] in qua discedẽdi sñia, [Quæ loca sequamur] Ad quæ loca nos cõferamus. [Difficilior, durior, & alterum sequitur ex altero. in rebus enim miseris nõ pẽt esse nisi difficillima deliberatio. [Constitui] deliberaui, [Incurrat] Incidat [Difficultatẽ] Periculum, sequendo, siue Pomp. siue Cęs. & item, siue manendo, siue discedẽdo, qa adhuc non satis exploratũ habemus quid sit futurum. [Si habes statutum] Si statuisti, & decreuisti. [In quo] i. quod putes agendũ [Tuũ consilium] Tua deliberatio. [Nõ sit coniunctũ cũ meo. s. consilio. i. in quo non idem constituas, quod ego dixi cõstituisse. s. ut discedamus, & uideamus qũo, ad quæ loca. [Supsedeas] Abstineas, omittas. [Hoc labore itineris] i. omittas ad me uenire, quod non potes facere sine labore propter ualetudinem tuam. supersedeo autem cũ ablatiuo iungitur & significat omitteres. [Sin autem est] s. tibi. i si habeas [Communicare mecum) Mecum conferre. [Quod]. s. uenire ad me. [Fiat tuo commodo.] Vt uenias cum tibi fuerit commodius uenire.] Sicut). s. te uenire quamprimum. [Placere] Quia rogauerat Cic. ut ad Seru. scriberet. ut ad se ueniret causa consulendi de officio utriusque.

Cumæ Comũ Comanus Comensis Cumęus Cumanus

Rectũ

Cõsiliũ

Su persedere.

Cõicare

ASC. *AD iij. kal. &c.*] Accusat Philotimum, ꝙ ad se non uenerat cũ mãdatis Sulpitianis, deinde dixit uxorem, & filium Serui cõsulere ut in Cumanum ad se ueniat: Tum de reip. auxilio, q̃ difficile sit disputat, & demum quo consilio ad se in Cumanum ue-

nire

nire possit explanat. Ordo est: Ego accepi literas tuas ad iij. Kal. Maias.i.biduo ante primum diem Maii. cum essem in Cumano .s.agro, quibus lectis cognoui Philotimum fecisse non satis prudenter. Qui cum haberet mandatum abs te sup. loquendi mecũ, de oĩbus rebus, ut scribis, ipse.i. qđ dicũt, in persona, nõ uenisset ad me, et sup. misisset literas tuas, quas intellexi fuisse breuiores, ꝙ putasses eum perlaturũ, & ita reliqua dicturũ. Sed tamẽ postq̃ legi literas tuas, Posthumia tua.s.uxor cõuenit me.i. uenit ad me & Seruius noster, qa tuus filius, & mihi carus, sup. conuenit me placuit ijs.s.uxori, & filio, vt tu venires in Cumanum.s.agrũ, qui etiam egerunt mecum.i. induxerũt me, ut scriberem ad te. Quod tu exquiris.s.p lr̃as tuas, consiliũ meũ, est id.s.consiliũ meũ tale, vt ipse.i. ego possim facilius capere.s.cõsiliũ, q̃ dare alteri. Quid enim est, qđ audeã suadere hoĩ summa auctoritate, & sũma prudentia, q d. nihil. Si quærimus.i. disquirimus, quid sit rectissimũ .s.factu.id sup. esse perspicuum.i. euidẽs, quia rectissimum est in rep. ẽt usque ad mortem stare. Si sup. quærimus, quid expediat.i. utile sit, maxime obscurum sup. est. Sin.i.sed si, nos sumus, qui debemus ꝑfecto esse, utpote ij.i.tales, ut arbitremur nihil expedire .i.utile esse, nisi qđ sit, & rectum, & honestũ, non põt esse dubiũ, quid sit faciendũ nobis.i. quid facere debeamus.q.d. certum est, ꝙ debeamus ꝓ rep. certare usq; ad mortem. Quod tu existimas meam causam esse coniunctam cum tua. Certe similis error fuit in utroq; nostrum, cum sentiremus idem. Nã oĩa cõsilia vtriusque spectauerunt.i.attenderunt, ad concordiã.s.Cæs.& Pompeij. Quanq̃ nihil esset utilius ipsi Cæs.bello.i. quàm bellũ, tamẽ sup. arbitramur nos inire quoque.i. etiam gratiam ab eo.s.Cæs.defendenda pace.i. defendendo pacem. Vbi notabit grammaticus Cic. malle loqui per ablatiuos gerundiales in designatione sequelæ positos, q̃ p gerundium cum casu ab eo recto, sed frequentius p ablatiuos plurales, ut in præfat. offic. legẽdis nostris, pro legẽdo nostra, &c. Tu uides quantum.s.opinio, aut spes fefellerit nos, & in quẽ locum.i. statum res deducta sit. Neq; perspicis solum, q̃ geruntur, quæq;.i.& q̃ gesta sunt, sed ẽt qui cursus, & quis exitus rerũ sit futurus. Ergo oportet s.te, qui es in urbe, & quẽlibet aliũ, aut probare.i.approbare, & consensu confirmare, ea quæ fiunt.s. in urbe, & præcipue in senatu, aut interesse.i. pˢentẽ esse, ẽt si nõ probes, id est, non approbes ea, quarũ.s. rationũ ac cõditionum, altera ratio.s. probãtis ea, q̃ fiunt, cum nõ sit probãda, vr̃ mihi esse turpis, altera ratio.s.eius, qui interest ijs, q̃ non probat, vr̃ ẽt periculosa, quia irã prouocat eorum, qui probari cupiunt.i. reliquum est, ut putem discedendum.s.à Roma, vbi sine turpitudine aut periculo vitæ esse non liceat, in quo.s.quod restat, hoc est in discedendo, vr̃ deliberatio esse reliqua.i. relicta, quod cõsilium, & q̃ loca sequamur in discessu.i. discedendo cum.s. ita sit, ꝙ res miserior.i.q̃ patriam fugere, & nescire quò te recipias, nunq̃ accidit nobis, tũ.s.multo uerius est, ꝙ ne quidẽ, i. nõ ẽt deliberatio accidit sup. nunq̃ difficilior. Nihil.n. põt constitui.i. deliberari, statui, qđ nõ incurrat.i. celeriter incidat in aliquam magnã difficultatẽ. Si videbitur.s.cõsultum, & utile, ego censeo sup. ut facias ita, ut si habes iam statutum.i. decretũ, quid putes agendum tibi, in quo.s.agendo cõsilium meum nõ sit coniunctum cum tuo: supersedeas.i. nõ utare hoc labore itineris.s.ueniendi ad me, sin autem, i.sed si, est sup. aliquid, quod velis cõicare mecum, ego expectabo te.s. in Cumano, Ego velim tu venias quam primum.i. valde cito, quod fiat tuo cõmodo, sicut intellexi placere, &.i. simul Seruio, s. filio tuo, &.i. simul, Posthumiæ.s. vxori tuæ.

ARGVMENTVM.

Cum præesset Seru. Sulp. Achaiæ, post bellum Pharsalicum grauiter angebatur multa per Cæsarẽ imperiose geri in urbe, quod cum Cic. ex multis intellexisset, eum hac epistola consolatur, adducens multas causas consolatorias, inter quas præcipue enumerat rectã cõscientiam; & studia literarum, quibus ostendit acquiescendum esse. Postremo scribit Seruium Sulpicij filium studiosum liberalium artium, seque ab eo uehementer diligi.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Conquestio de iniuria suorum temporum: mox consolatio a recta cõscientia, & bonarum artium studio, postremo filij commẽdatio, quo pari uoluntate aliqua à doloribus afficiat.

M. CIC. SER. SVLPICIO S.D. 3

VEHEMENTER *te esse solicitum, & in communibus miserijs præcipuo quodam dolore angi, multi ad nos quotidie deferunt. quod quanquam minime miror, & meum quodammodo agnosco, doleo tamen te sapientia præditum prope singulari, non tuis bonis delectari potius, quam alienis malis laborare, me quidem, etsi nemini concedo, qui maiorem ex pernicie, et peste reip. molestiam traxerit: tamẽ multa iam consolantur, maximeq; conscientia consiliorum meorum. multo enim ante, tanquam ex aliqua specula prospexi tempestatem futuram, neque id solum mea sponte, sed multo etiam magis monente, & denunciante te. etsi enim abfui magnam partem consulatus tui, tamen & absens cognoscebam, quæ esset tua in hoc pestifero bello cauendo, & prædicando sententia, & ipse affui primis temporibus tui consulatus, cum accuratissime monuisti senatum collectis omnibus bellis ciuilibus, ut et illa timerent, quæ meminissent, et scirent, cum superiores, nullo tali exemplo ante in repub. cognito, tam crudeles fuissent, quicunque postea rempub. oppressisset armis, multo intollerabiliorem futurum,* NAM *quod exemplo fit, id etiam iure fieri putant, † & aliquid, atque adeo † multa addunt, & afferunt de suo, quare meminisse debes, eos, qui auctoritatem, et consilium tuum non sunt secuti, sua stultitia occidisse, cum tua prudentia salui esse potuissent. Dices: Quid me ista res consolatur in tantis tenebris, & quasi † parietinis reip. est omnino uix consolabilis dolor, est omnium rerum amissio, & desperatio recuperandi, sed tamen & Cæsar ipse, ita de te iudicat, & omnes ciues si existimant, quasi lumen aliquod, extinctis ceteris, elucere sanctitatem, & prudentiã, & dignitatem tuam. hæc tibi ad leuandas molestias magna esse debent. Quòd autem a tuis abes, id eo leuius ferẽdum est, quod eodem tempore a multis, † ac magnis molestijs abes, quas ad te omnes perscriberem, nisi uererer, ne ea cognosceres absens, quæ quia non uides, mihi uideris † meliore esse conditione, quam nos, qui uidemus. Hactenus existimo nostram consolationem recte adhibitam esse, quod certior ab homine amicissimo fieres ijs de rebus, quib. leuare possent molestiæ tuæ. reliqua sunt in te ipso, neque mihi ignota, nec minima solatia; et ut quidem ego sentio, multo maxima: quæ ego ipse experiẽs quotidie sic probo, ut ea mihi salutem afferre uideantur. te autem ab initio ætatis memoria teneo summe omnium doctrinarum studiosum fuisse, omniaque quæ a sapientissimis ad bene uiuendum tradita essent, summo studio, curaque didicisse. quæ quidem uel optimis rebus, & usui, & delectationi esse possent. his uero temporib. habemus aliud nihil, in quo acquiescamus. nihil faciam insolenter, neque te tali uel scientia, uel natura ꝑditũ, hortabor, ut ad eas te referas artes quib. à primis temporib. ætatis, studium tuum dedisti, tantum dicam, quod te spero approbaturum; me posteaquam illi arti, cui studueram, nihil esse loci neque in curia, neque in foro uiderim, omnem meam curam, atque operam ad philosophiam contulisse. tuæ scientiæ excellenti, ac singulari non multo plus, quã nostræ relictum est loci. Quare nõ equidem te moneo, sed mihi ita persuasi, te quoq; in ijsdem uersari reb. quæ etiam, si minus prodessent, animum tamẽ a solicitudine abducerent. Seruius quidem. tuus in omnibus ingenuis artibus, in primisque in hac, in qua ego me scripsi acquiescere, ita uersatur, ut excellat, a me uero sic diligitur, ut tibi uni concedam, præterea nemini. mihique ab eo gratia refertur, in quo ille existimat, quo facile appareat, quod me colat, & obseruet, tibi quoque in eo se facere gratissimum. Vale.*

† alias, l. sed

† alias, l. multũ

† alias, perditinis, uel partetiuis, uel alia habet perpetuis uel paricidas

† alias, &

† alias, melioris cõditionis

VEHEMENTER) Cum præesset Seru. Sulp. Achaiæ post bellum Pharsalicum, afflictis & concussis partibus, & Pompeianis & Cæsa. multa agente pro libidine sua, grauiter multum. quæ augebatur, quod cum Cicero multorum sermone intellexisset, eum hac epistola consolandum duxit, afferi igitur, & enumerat multas causas consolationis, inter quas præcipue enumerat rectam conscientiam, & studia literarũ, quibus ostendit esse acquiescendũ. Postremo ostendit Ser. eius filium studiosum esse liberalium artium, seque uehementer ab eo diligi. [Solicitum] Anxium, cõmotum [Cõibus] q̃ ad oẽs ptinent. [Miseriis] calamitatibus [Præcipuo] nõ vulgari, sed maximo. [Deferunt] renũciãt. Deferre HVB. Solicitus

[Quod]

[Quod).s.te angi perpetuo dolore.[Minime miror) quia scio quã tu ames, ipsam rempub.[Meum).s.dolorẽ. [Quodãmodo) quasi quodã speculo.[Agnosco) recordor, quia qñ uidemus aliquẽ dolere ea re, qua nos dolemus, recognoscimus quodammodo dolorẽ nostrum, & reducimus in memoriã, & nobiscum dicimus: talis est dolor meus·[Præditum) Ornatum.[Prope) Ferè.[Singulari) egregia, quasi q̃ in te solo sit.[Tuis bonis]tua sapientia, & honore, quẽ tibi pstat Cæs. qui & dignitatẽ curat, & tuas res integras esse uoluit.[Alienis malis) Quæ aliis acciderunt. [Laborare) cruciari.[Me) Enumerat Cic.ea, ex qbus cõsolationẽ capit, ut ostendat ea posse ẽt esse cõsolationi ipsi Seruio . [Nemini cõcedo) à nemine uincor, nemine sum inferior.[Traxerit) acceperit. [Maiorẽ) quã ego.[Pernicie) calamitate, excidio. [Consiliorũ) q̃ semper spectauerunt ad concordiã, & utilitatẽ reipub.[Multo ante) quã mouerentur bella ciuilia.[Tempestatem futurã).i. cladem belli ciuilis, quam comparauit tẽpestati. Virg. Quanta per idæos sæuis effusa Mycenis Tempestas ierit campos, &c.[Tanquam ex aliqua specula] Translatio sumpta uel à rusticis, uel a nautis, qui ex aliquo loco eminenti solent præuidere uentos, & tempestatẽ futuram. Specula nõ significat simpliciter fenestrã, ut uulgus imperitum usurpat, sed dicitur quilibet locus unde lõge speculari possumus, siue sit mõs, siue turris, siue qd aliud eminens. Virg. in Buc. Specula de montis in altum deserat. Idem in 11. Aen. Specula Misenus ab alta Dat signum. Ouid. in Heroid. In speculis omnis Abidos erat &c.[Mea spõte]per me ipsum solum, consilio meo.[Monente]consulente. [Denunciante] apte significante ipsam cladem futuram. [Multo magis].s.quam mea sponte,[Etsi probatio qua monente Sulpicio præuiderit tempestatem, & est sensus: licet enim abfuerim maximam partem tpis quo gessisti consulatum tuum: tñ semper cognoui, quæ esset sententia tua de hoc pernitioso & calamitoso bello, quod & prædixisti, & caueri posse demonstrasti . [Abfui] quo tempore eram in Cilicia. [Magnam partem tui consulatus] i.magnam partem tpis tui cõsulatus. Dicimus autẽ abfui magnam partẽ, & magna parte . [Consulatus] quia eo tpe Sulpicius gerebat consulatum, quo Cice. profectus est in prouinciam . [Cognoscebam]uel opinione, quam de tua prudẽtia habebam, uel ratione multorum. [Cauendo]uitando.[Primis tẽporibus consulatus] Eram Romę, [Accuratissime]Diligentissime. [Collectis, connumeratis,]ante oculos audientiũ positis.[Bellis ciuilibus] Superiore tpe gestis, [Quæ meminissent] quæ tenerent memoria accidisse superioribus. [Et scirent] Ordo est: cum collectis bellis ciuilibus monuisti, ut illa timerent, quæ meminissent, & ut scirent. cũ superiores fuissent tam crudeles in rep. nullo exemplo, postea futurũ intolerabiliorem, quicunque oppressisset remp. armis[Intolerabiliorem]crudeliorem. [Nam quod]ratio superioris propositionis, est autem sententiæ exornatio.[Exemplo]imitatione . [Iure]Sine reprehensione.[Adeo multa] Valde multa, quia nemo repente fuit turpissimus . [Afferunt]De suo aliquid etiam ex se nouũ addunt, quod ex imitatione nullius habent . [Quare] conclusio huius consolationis, quam ex conscientia cõsiliorum esse uult. [Occidisse]Periisse.[Sua stultitia]ignorãtia, quia non cognouerunt quam recte eis consuleres.[Salui]Incolumes.[Tua prudentia]quæ eos monebat, quomodo possent periculum uitare si modo parere uoluissent.[Dices]ponit obiectionem, quam posset facere Seruius.[Quid]ecce obiectio . [Ista res]quòd qui non sunt secuti consilium meum sua stultitia perierint, quia malum alterius nihil faciat ad consolationem nostram . [Vix consolabilis] Qui uix illã possit recipere consolationem.]Et desperatio recuperandi[quia quæ amissa aliquando recuperari posse sperantur, tolerabiliora sunt, quam ea de quibus nulla spes est. [Sed tamẽ] Hucusque fuit obiectio, nunc ponit responsionem . [Ipse] Hoc pronomen habet maximam uim, q. d. cuius iudicio nullum potest esse præstantius.[Quasi) Tanquam. [Aliquod lumen) nam uirtutes ipsæ, & uiri excellentes luminibus cõparantur i.tanquã aliquam splendidam facem, & lucem.[Sanctitatem) integritatẽ, fortitudinem.[Extinctis) Mortuis, & perseuerauit in translatione, dixerat enim lumen [Ceteris).s.luminibus, & intelligit pręstantissimos uiros, qui in bello ciuili perierunt . [Hæc) supra dicta omnia, & conscientia consiliorum tuorum, & iudicium, qd Cæs. & cæteri ciues de te habent.[Magna) efficacia [Leuãdas) minuendas. Quod aũt consolatus Cic. est Seruium de cõibus miseriis, nunc uero consolatur eũ de absentia eius a patria, quã molestissime ferebat [Eodem tẽpore).i.cũ abes à tuis, ipso eodẽ tẽpore abes ẽt a multis & magnis molestiis, quas necesse esset te habere, si Romæ esses. [Quas molestias) à quibus abes . [Nisi vererer) nisi timerem, ne si scriberẽ, tu absens ea cognosceres, q quia non vides, existimo tibi magnæ esse felicitati, & esse in meliori cõditione, q̃ nos simus , qui ea uidemus. ergo uult significare Cic. nolo hæc ad te scribere, ne meis literis cogaris cognoscere, ea quæ prodest tibi nõ uidere.[Hactenus) Hucusq; & est sensus, hucusq; existimo me adhibuisse oẽm cõsolationẽ, ut tãquã amicissimus te certiorẽ facerem de rebus oĩbus, quæ possent tibi molestias, & dolores auferre . [Adhibitam) adiunctam , appositam . [Certior) fieres, admonereris, instruereris.[Recte) iure amicitiæ.[Quoad) quatenus, inquantũ, uelut. [Reliqua solatia) præter ea de quibus factus es a me certior.[In te ipso) Non in alio, quia non sunt externa bona, sed animi, & tua.[Neque ignota mihi) quia noui uirtutes, & doctrinam tuam.[Nec minima].i.neque paruæ efficacię ad consolandũ [Et, ut) Est quasi correctio, quia dixerat neq; minima, ne putarentur ẽt mediocria, subdit multo maxima.[Et nominandũ multo tã superlatiuo, q̃ cõparatiuo iungi.[Vt ego sentio) Vt ego iudico, vt est mea sñia.[Quæ).s.quæ ĩ te ipso sunt maxima.[Ego ipse) Ne uideatur alieno testimonio hæc dicere , dixit egomet. [Experiens) Probans, cognoscens re ipsa. [Quotidie) qa Seru. assidue ad Cic. aliquid scribebat , & multa cum præmonebat.[Probo) Laudo, sic mihi placet.[Salutem) Conseruationẽ vitæ, & fortunarum meatum.[Teneo memoria) Recordor. [Studiosum) Cupidum, amatorem.[Omnium doct.) Omnium disciplinarum liberalium.[A sapientissimis) A philosophis, à quibus traduntur præcepta bene uiuendi. Horat. in Epist. Inter cuncta leges, & percunctabere doctos , Qua ratione queas traducere leniter, æuum, &c. Et paulò post: Quid minuat curas, & quid tibi reddat amicum.[Bene) Laudabiliter, & honeste. [Quæ quidem) .s.tradita à sapientissimis uiris.[Vel optimis).i. etiam fęcundissimis. [Vsui) Vtilitati, quanto ergo magis potest esse utilitati rebus aduersis.[His tpibus,] q.d. miserrimis, & turbulentissimis. [Nihil aliud) Propter illa pręcepta.[Acquiescamus) Recreemur, deponamus curas, & solicitudines. quantum aũt prosit ad deponendas curas studium philosophiæ, ostendit Cic in Tusc. quæst. & in procemio lib. ij. Off. [Nihil faciam) Cum dicat se audere hortari Seruium, latenter tamen eum hortatur, ut se ad philosophiam conferat. est aũt occupatio, quia maxime dicit quod negat se dicturum.[Insolenter) Arroganter, audacter, nam insolẽs audacem significat, & arrogantem, & superbum, vt Cic. pro M Marcello. Et uictoria, quæ natura sui insolens est. significat etiã insuetum, & insolitum. Cic. pro Deiot. Moneor etiam insolentia loci. Sal. Insolens uera audiendi, Terent. Quid tu Athenas insolens . [Tali) Tam excellenti [Scientia) Doctrina.[Vel natura) Subaudi tali. i. tam bona , & duo dixit naturam , & scientiam . [Quibus homines maxime d.) Quid in uita deceat , ut ipse in 1. Off. ostendit.[Referas te) Recipias te, redeas. [Studium) Aium, curam.[Tantum, q.d. vnum solum dicat [Approbaturum) Confirmaturum, à me dictũ esse uere.[Illi arti]Dicẽdi.[Cui studueram]Cui dabam operam [Nihil loci]Nihil precii, nihil æstimationis esse, neque admitti. [In curia]Quantum ad genus deliberatiuum . [Neque in foro] Quantum ad iudiciale genus, qua in curia deliberabatur à senatu, quid reip. maxime cõduceret, in foro uero agebantur causæ iudiciales, quæ ideo & forẽses dicũtur. [Curam]Animi intentionem, [Operam]Laborem . [Tuæ scientiæ[.i. cognitioni legum , quam sæpe Cic scientiã appellat. erat aũt Seru. Sulpicius iurisconsul. optimus. [Singulari.] Egregiæ [Nõ multo plus loci est rel.] .i. non multo plus sunt in precio q̃ ars mea oratoria, qa quod Cæs placebat, pro legibus erat . [Quare] concludit huiuscemodi latentem exhortationem. [Non moneo te]Qui es me sapientior. utitur frequenter occupatione, & ut uitet arrogantiam, & ne ęgre ferat Seruius , si aperte admoneatur. [Ita psuasi mihi) Ita induxi in animũ. [Te quoque) Sicut me. [Versari) Exerceri.[Quæ) Res. [Si minus prodessent) Si ẽt nullã afferrent utilitatem[Abducerent) Amouerent, quanto ergo magis debes uersari, cum & prosint, & animum à solicitudine abducere possint.[Seruius) Vltima pars epistolæ, in qua cõmẽdat studiũ Seruij eius filij, & eius amorẽ erga se. [Seruius) Filius tuus. [Ingenuis) Liberalibus, quæ ingenuos .i. liberos hoĩes decẽt. [In hac).s. philosophia morali [Acquiescere) Recreare, deponere curas.[Ita uersatur) ita exercetur, ita incumbit. [Vt excellat) ut maxime emineat inter æquales.[Tibi uni cõcedam) Te uno sim inferior, a te solo vincar in eo amãdo[Præterea).i. præter te. [Nemini).s.concedam, & est sensus. ita eum amo, ut post te, q es eius pater , nemo alius magis eum amet, q̃ ego . [Refertur gratia).i. refert mihi uicẽ, qa sicut ille à me amatur , ita ego ab illo amor. sic.n. refertur gratia amoris, cũ ab iis redamamur, quos amamus [In quo) In qua re.s.referendo mihi gratiã [Ille existimat) Sensus est, in referẽda mihi gratia amoris, ille existimat se facere ẽt tibi rem gratissimam, quod facile appareat, & cognoscatur q; colat me. [Tibi quoq;) Sicut.[Gratissimum) quia scit me à te amari, existimat se tibi gratissimũ facere, si & ipse amet. [Facile) Clare.[Appareat) Intelligatur. [Obseruet] Reuereatur. est autem ordo,

Præditus Singulari · Pernicies · Specula · Abfui magnã partem. Abfui magna parte · Accuratissime · Adeo · Ipse · Sanctitas

Hactenus · Adhibitus · Quoad · Multo · Probo · Vsus · Acquiescere · Insolẽter · Insolẽs · Approbare · Versare · Abducere · Acquiescere

ASC. do, in quo ille existimat se facere gratissimum, quod facile appareat, cũ me colat, & obseruet. [In eo). s. φ appareat φ me colat.

VEHEMENTER &c.] Cũ præesset Seru. Sulp Achaiæ post bellum Pharsalicum, grauiter angebatur multa per Cæs. imperiose geri in urbe, quod dum Cic. ex multis intellexisset, eum hac epistola consolatur, adducens multas causas cõsolatorias, inter quas præcipue adducit rectam conscientiam, & studia literarum, quibus ostendit acquiescendum esse. Postremo scribit Seru. Sulpitij filium studiosum liberalium artium, ipsumque à se, & se ab eo vehemẽter diligi. Ordo est: Multi deferunt ad nos quotidie. i. denũciãt nobis te esse solicitũ uehemẽter & angi. i. angustiari, & p̃mi, quodã dolore præcipuo. i. singulari, & præter ceterorũ dolores magno, in miserijs cõmunibus. Quod quanquã miror minime. & agnosco. i. in dolore tuo, quodã modo meũ. s. dolorẽ, quia æqualis, & de consimili causa est, doleo tñ te præditũ sapientia ppe. i. quasi singulari. i. tã magna, ut tibi soli cõtingat, nõ delectari potius tuis bonis. s. animi, hoc est uirtutibus, & facietis, q̃ laborare. i. angi, malis. i. uitijs alienis, ut Cęs. tyrãnide. Quidẽ. i. certe, etsi. i. quanquã, nemini cõcedo, qui. i. ut is traxerit maiorẽ molestiã. i. cruciatũ animi, ex pernicie. i. ęrumna, & peste. i. calamitate reip. tñ multa consolãtur iam me, & maxime conscientia cõsiliorum meorũ, hoc est, quia mihi conscius sum nihil me consuluisse Pompeio, aut alteri, ob quod hæc mala subsecuta sint. Enim, pro quia, ego prospexi tanquam ex aliqua specula. i. loco alto ad speculandũ apto multo ante. s. q̃ ueniret, tẽpestatẽ futurã. Neque sup. id. i. perspexi tẽpestatem futurã, solum. i. solũmodo mea spõte. i. propria natura, & instigatione, seu ut dicũt, meo solius instinctu, sed et multo magis, te monẽte, & denunciante. s. significãte futurũ, quasi ex certo augurio, vt pullarij denũciare solebãt. Eñ. i. quia, etsi. i. quamquã abfui, s. ab urbe magnã partẽ. i. durãte magna parte (Vnde manifeste patet Ci. tps continuũ in accusatiuo libenter ponere) consulatus tui. i. tẽporis, quo consul eras; tñ, & . i. partim, absens. i. cum abessem, cognoscebam, quæ. i. qualis sñia tua esset in cauendo. i. fugiendo, & prædicendo. i. denunciando hoc bello pestifero. s. Cæsaris, & Pompeij. quo respub. petit, & . i. partim, affui primis temporibus cõsulatus tui, cũ. i. quando, monuisti accuratissime. i. cum summa cura, & diligentia senatum. i. patres conscriptos, omnibus bellis ciuilibus collectis. i. simul cõmoratis, in oratione & admonitione tua monuisti, dicit, ut. s. patres cõscripti, &. i. simul, timerent illa. i. similia eorum, quæ meminissent. i. memoria tenerẽt iam transacta, & scirent, quicunq; postea. i. temporibus futuris oppressissent armis rempu. futurum intolerabiliorem multo. s. quam superiores cum superiores. s. oppressores reipu. ut Sylla, & Marius fuissent tam crudeles, nullo tali exemplo cognito in rep. i. licet nullũ haberẽ, cuius crudelitatẽ imitarentur, ego φ primi libertatis oppressores erant, & ita magis debebant uereri uiolare tam atrociter rempu. quam qui aliorum exempla sectarentur. Nam sup. ferè homines, putãt id quod fit exemplo. i. ad exemplum, fieri etiam iure, sed ipsi addunt, & afferunt, aliquid, atque adeo. i. ad hoc usque, quòd multa addunt de suo. i. proprio ingenio, atque more. Quare tu debes meminisse eos, qui non sunt secuti auctoritatem, & consilium tuum occidisse. i. perijsse stultitia sua, cum potuissent esse salui, prudentia tua. i. per prudentiam tuam. Dices. i. respondebis. Quid. i. in quo, ista res consolatur me in tantis, & quasi perpetuis tenebris. i. obscurationibus, & oppressionibus reipublicæ? Respondet Cicer. Dolor de amissione reipub. est omnino uix consolabilis. i. consolatione mitigabilis, tanta est amissio omnium rerum, & desperatio recuperandi sup. earum, aut eas, sed tamen. i. nihilominus. & . i. tamen, Cæsar ipse. i. caput omnium malorum, iudicat ita de te, & omnes ciues existimant sic sanctitatem. i. incorruptionem uitæ, & prudentiã, & dignitatem tuã elucere. i. manifeste lucere. tanquam aliquod lumen. s. magnum ceteris. s. luminibus, aut talibus uiris extinctis. Hæc. s. quæ de te creduntur, debent esse tibi magna. i. magni momenti ad molestias. s. animi tui leuandas. i. mitigandas, & minuendas. Quod autem abes à tuis (erat enim in Achaia) sup. id ferendum. i. patiendum, & tolerandum est leuius. i. facilius. ideo quod abes eodem tempore à multis, & magnis molestijs, quas s. molestias, ego perscriberem ad te omnes, nisi uererer, ne. i. ut tu absens cognosceres ea. s. mala urbis, quæ quia non uides, uideris mihi esse meliore conditione. i. statu uitæ, quam nos qui uidemus, sup. ea. Ego existimo nostram cõsolationem esse adhibitam. s. recte. i. decenter. i. ad hunc finem. quo ad. i. quatenus, aut quatinus, fieres certior, scientior, ab homine amicissimo, de ijs rebus, quibus molestiæ tuæ possent leuari. i. minui. Reliqua solatia sunt in te ipso nec minima, nec ignota mihi, & quidem. i. certe, ut ego sentio, multo. i. longe maxima, quæ. s. solatia ipse, ego experiens quotidie probo. i. comprobo sic, ut ea. i. consilia uideantur afferre mihi salutem. Autem. i. sed, ut rem de qua loquor aperiam, ego teneo memoria te fuisse ab initio ætatis, hoc est ab ineunte ætate studiosum summe. i. summopere, omnium doctrinarum. s. liberaliũ, & didicisse summo studio, & cura. s. summa omnia, quę essent tradita à sapientissimis ad uiuendum bene. quæ. s. tradita a sapientissimis, quidem. i. certe, possent esse. uel. i. etiam optimis. i. in lętissimis rebus, &. i. simul usui. i. utilitati, &. i. simul, delectationi, idest uoluptati. uero pro sed, nos nihil habemus aliud, in quo acquiescamus, id est contenti simus, his temporibus. s. malis. Ego nihil faciam insolenter. i. supra modum & superbe, neque hortabor te præditum tali uel scientia, scilicet acquisita, uel natura, id est, naturali prudentia, ut referas te ad eas artes, quibus dedisti. i. addixisti: studiũ tuum a primis temporibus ætatis. s. tuæ. ego dicam tantum, idest tãtummodo, supp. id, quod spero te approbaturum, uidelicet me cõtulisse omnem curam meam, atque operam ad philosophiã, postquam uidi nihil loci esse, neque in curia. i. in senatu, neque in foro. s. iudiciali, illi arti. s. oratoriæ, aut bene dicendi, cui studueram. Solebant autem orationes in tribus locis fieri, in senatu, ad patres conscriptos, in iudicio ad iudices, & in concione ad Quirites, unde orantes sup. compellant, aut patres conscriptos, aut iudices, aut quirites, idest P. R. non multo plus loci, id est expetitionis & usus relictum est scientiæ tuæ, scilicet legali, ac excellẽti, ac singulari, quàm nostræ, scilicet oratoriæ, & causidicæ. Quare equidem, id est ego quidem non moneo te, sed persuasi ita mihi, id est indico, ita mihi uisum esse, te quoque uersari, id est utile esse, si etiam tu uerseris in ijsdem rebus scilicet philosophicis, quæ scilicet res etiam si prodessent minus, id est nõ satis, tamen abducerent animum à solicitudine. Quidem, id est certe, q. d. quidquid tu facturus sis, Seruius tuus, scilicet filius, uersatur in omnibus artibus ingenuis, id est ingenuo dignis, hoc est libe ralibus, & in primis in hac sup. arte, hoc est in philosophia, in qua scripsi, scilicet paulò ante, me acquiescere, id est contentum esse, & quietem animi inuenire. Vero, pro sed, ipse diligitur sic à me, concedam. i. locum dem, tibi uni. s. soli, pręterea. i. pręter te nemini, hoc est, ut plus tñ diligatur à te, sed à nemine altero, & gratia refertur mihi ab eo, i. quantũ amoris à me accipit, tãtũ refert, & ita nõ minus me diligit, q̃ diligatur à me. In quo. s. facto, hoc est in gratia referendi, & in mutuo amore mihi præstando. ille existimat sup. id, quod facile appatet. i. euidẽs satis est, se in eo φ colat, & obseruet me facere quoq;, id etiam tibi gratissimũ.

ARGVMENTVM.

Cum ex Achaia, cui præfectus erat Seruius, sæpe eodẽ exemplo literas ad Ciceronẽ dedisset, & Cic. id se mirari significasset, excusauerat factum suum Seruius dupliciter. Primo quod uerebatur ne non perlatæ essent priores, ideoque posteriores eodem exemplo dedisse, deinde aut p iocum aut per modestiã loquens dicit se id fecisse inopia sermonis, qua nesciebat rem unam uarie significare: quod Ciceroni facillimũ censet, utpote oratori copiosissimo. Harum excusationum dicit se Cicero priorẽ accipere, hoc est approbare: posteriorem non posse credere, cum sit tam peritus dicendi, & tam copiosus in scribendo. Deinde, quia scripserat, quo consilio Achaicum negocium susceperit, laudat illud Cice. cum rem futuram prudenter prauiderit. Scribit tamen de benignitate Cæsaris erga Marcellum, & ceteros: ut Seruium à reditu non deterreat, filiumque eius laudat.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Respondet excusationi Seruij, & illius negociũ præ suo extollit: Narrat item, qua ratione in pristinum locum per Cæsaris beneficia Marcellum restituerit. Postremo & Seruij filijque illius eruditionem, et probitatem laudat, itaque mista est epistola.

M. CICERO S.D. SER. SVLPICIO.

Accipio excusationem tuam, qua usus es, cur sæpius ad me literas uno exemplo dedisses; sed accipio ex ea parte, quatenus aut negligentia, aut improbitate eorum, qui epistolas accipiãt. fieri scribis, ne ad nos perferantur. illam partẽ excusationis, qua te scribis orationis paupertate (sic enim appellas) ijsdem uerbis epistolas sæpius mittere, nec agnosco, nec probo. & ego ipse, quem tu per iocum (sic enim accipio) diuitias orationis habere dicis, me esse uerborum admodum inopem agnosco; †εἰρωνεύεσθαι enim non necesse est, sed tamen idem ne hoc †εἰρωνευόμενος facile cedo tuorũ scriptorum subtilitati, & elegantiæ. Cõsilium tuum, quo te usum scribis hoc Achaicum negotium non recusauisse, cum semper probauissem, tum multo magis probaui lectis tuis proximis literis, om †. i. dissimulare †. i. simulans

nes enim causæ, quas commemoras, iustissimæ sunt, tuaque & auctoritate, & prudentia dignissimæ. Quod aliter cecidisse rem existimas, atque opinatus sis, id tibi nullo modo assentior. sed, quia tanta perturbatio, et confusio est rerum, ita perculsa, & prostrata fœdissimo bello iacent omnia, ut is cuique locus, ubi ipse sit, miserrimus esse uideatur, propterea et tui te consilij pœnitet, et nos qui domi umus, tibi beati uidemur. at contra nobis non tu quidem uacuus molestiis, sed præ nobis beatus. atque hoc ipso melior est tua quam nostra conditio; quòd tu quod doleas, scribere audes; nos ne id quidem tuto possumus; nec id uictoris uitio, quo nihil moderatius, sed ipsius uictoriæ, q̃ ciuilibus bellis semper est insolens. uno te uicimus, quòd de Marcelli collegæ tui salute paulò ante, quam tu, cognouimus, etiam mehercule quòd quemadmodum ea res ageretur, uidimus. nam sic fac existimes, post has miserias, id est, postquam armis disceptari cœptum est de iure publico, nihil esse actum aliud cum dignitate. nam, & ipse Cæsar, acerbitate Marcelli, (sic enim appellabat) laudataque honorificẽtissime, & æquitate tua, & prudentia, repente præter spem dixit, se senatui roganti de Marcello, ne hominis quidem causa negaturũ. fecerat autem hoc senatus, ut cum à L. Pisone mẽtio esset facta de Marcello, & cum C. Marcellus se ad Cæsaris pedes abiecisset, cunctus consurgeret, & ad Cæsarem supplex accederet. noli q̃rere, ita mihi pulcher hic dies uisus est, ut speciem aliquam uiderer uidere quasi reuiuiscentis reipu. itaq; cum omnes ante me rogati gratias Cæsari egissent, præter Volcatium, (is enim, si eo loco esset, negauit se facturũ fuisse) ego rogatus mutaui meum consilium: nam statueram, non mehercule inertia, sed desiderio pristinæ dignitatis, in perpetuum tacere. fregit hoc meum consilium & Cæsaris magnitudo animi, et senatus officium. itaque pluribus uerbis egi Cæsari gratias: meque, metuo, ne etiam in ceteris rebus honesto ocio priuarim, quod erat unicum solatium in malis. sed tamen, quando effugi eius offensionem, qui fortasse arbitraretur, me hanc rempublicam non putare, si perpetuo tacerem, modice hoc faciam. aut etiam intra modum, ut & illius uoluntati, & meis studijs seruiam. nam etsi à prima ætate me omnis ars, & doctrina liberalis, & maxime philosophia delectauit, tamen hoc studium quotidie ingrauescit, credo, & ætatis maturitate ad prudentiam, & his temporum uitijs, ut nulla res alia leuare animum molestijs possit. à quo studio te abduci negocijs, intelligo ex tuis literis, sed tamen aliquid iam noctes te adiuuabunt. Seruius tuus, uel potius noster, summa me obseruantia colit: cuius ego cum omni probitate, summaq; uirtute, tum studijs doctrinaq; delector. is me cum sæpe de tua mansione, aut decessione communicat. adhuc in hac sum sentẽtia, nihil ut faciamus, nisi quod maxime Cæsar uelle uideatur. res sunt eiuscemodi, ut, si Romæ sis, nihil te præter tuos delectare possit. de reliquis, nihil melius ipso est, ceteri, & cetera eiusmodi, ut, si alterutrum necesse sit, audire ea malis, q̃ uidere. hoc nostrum consilium nobis minime iocundum est, qui te uidere cupimus: sed consulimus tibi. Vale.

HVB. ACCIPIO] Cum Seru. Sulp. Achaiæ præfectus, sæpius ad Ciceronem literas eodem exemplo scripsisset, intellexisséque Cic. id admirari, se excusauerat, duplici de causa id fecisse. Primum propter negligentiam, & improbitatem eorum, qui cum epistolas accipiant ferendas, sæpe numero non reddãt. Se igitur scripsisse multas eodem exemplo, ut saltem aliquæ redderentur. Deinde id fecisse inopia dicendi, & paupertate orationis, quia nesciret epistolas eisdem ferè argumenti uariis modis scribere. sicut potest facere Cic. quem dicebat posse idem uario modo dicere, quia haberet copiam magnam, & diuitias orationis. Itaque Cic. ei respondens dicit se accipere primam causam excusationis de improbitate eorũ, qui non reddant literas. alteram uero minime, quòd propter inopiam orationis eodem argumento sæpe scribat, cum etiam ipse cedat eius scriptorum subtilitati, & elegantiæ. Deinde quia scripserat quo consilio, & qua ratione motus Achaicum negotium suscepisset Respondet Cic. cum bene sensisse, nec rem aliter accidisse quam ipse putasset, scilicet, quod non esset libenter in Achaia, dicit hoc non esse propter molestiam prouinciæ, sed quoniam res ita perturbatæ sunt, & confusæ, & prostratæ ciuilibus bellis, ut nullus locus etiam amœnissimus cuiquam gratus esse possit, aut iucundus. Postea uero exponit qua humanitate & liberalitate C. Cæs. senatui roganti M. Marcellum restituerit, dicitque quomodo se egerit erga Cæs. pro hac restitutione. Postremo laudat plurimum, & probitatem, & doctrinam Seruij eius filij. [Accipio) Acceptam habeo, & approbo. [Eodem exemplo) eadem forma, eisdem uerbis. [Ex ea parte) Quia excusationem in duas partes diuiserat, ut diximus in argumento. [Quatenus) In quantum, alias uero significat quando. [Negligentia) Incuria, cum non curant reddere. [Improbitate) Perfidia, cum nolunt reddere, quia sint improbi. [Fieri) Accidere. [Illam partem) Secundum quam notauimus in argumento. [Paupertate) Inopia, quia non sis copiosus in dicendo. [Sic enim scribis) Vsus enim fuerat Seru. hoc vocabulo, paupertate, quod magis est trãslatum, quàm propriũ, & ideo ne uideretur Cic. abuti eo uocabulo, attribuit id Ser. [Nec agnosco) Quia uideo te habere copiam orationis. [Nec probo) Nec approbo, nec affirmo. [Per iocum) Serio hoc dixerat Ser. Ci. habere diuitias orationis, sed ipse, vt arrogantiam vitet, dicit se accipere dictum ioco, non serio. [Diuitias) copiam, translatiue, sicut etiam paupertatem posuit, sunt enim hæc contraria diuitię & paupertas. [Admodum inopem) Cum non possit negare omnino, quod est manifestum attenuat, ut uitet arrogantiam, & assentatur aliquantulum Seruio. [Non admodum) Non ualde εἰρωνεύεσθαι simulate, ironice loqui. [Non est necesse] Quia me nosti. [Idem) Ego ipse. [Nec εἰρωνευόμενος) Nec simulans, sed uere, & sincere loquens. [Cedo subtilitati) Sum inferior subtilitate tuorum scriptorum. Atque elegantiæ) Ornatui. subtilitatem autem dixit quantum ad inuentionem spectat, elegantiam ad elocutionem. [Consilium) Alia pars epistolæ. [Consilium) ratio, cogitatio. [Te usum non recusauisse) .i. te usum, ut non recusares. [Negocium Achaicum) Prouinciam Achaicam, quam Cæs. tibi obtulit. [Semper)) Antequam scriberes aliquid. [Tuis literis) Quibus reddit rationem, quare non recusaueris. [Dignissimæ tua auctoritate) id est tales, quales deceat auferri à uiro eius auctoritatis, & prudentiæ, cuius es & haberis. [Quod) Ad aliam partem epistolæ. [Cecidisse) Venisse. [Atque) id est, quàm. [Opinatus sis) Cum scripsisti id negocium. scripserat enim Ser. cum est profectus in prouinciam se nunquam opinatum fore, ut sibi molestũ esset commorari in Achaia. nunc uero esse sibi molestum, quia in ea inuitus moratur, ad quod respondet Cic. quòd si etiam esset Romæ non minus inuitus esset. quia propter miseriam temporum quisque inuitus est, ubicunque sit. [Assentior) Sum tuæ sententiæ. [Sed, quia) Sed quia omnia ita sunt perculsa, & prostrata fœdissimo bello, ut is locus uideatur cuique miserrimus, ubi ipse sit, ideo pœnitet te suscepisse negocium Achaicum, & nos, qui sumus Romæ, uidemur tibi esse beati. [Perculsa) Concussa, à porcello, perculi, perculsum. [Prostrata) Violenter deiecta. [Fœdissimo) Crudelissimo, ut Sal. [Fœdi) oculi. [Iacent) In contemptu sunt. [Is locus) Etiam optimus, & amœnissimus. [Videatur) Non autem, re uera sit, quia infelicitas rerum facit nobis ingratum esse quemlibet locum. [Propterea) Ideo propter hanc causam, quia omnia iacent. [Tui consilij) quòd susceperas Achaicum negocium, est autem ordo, sed quia tanta est perturbatio, & confusio omnium rerum, & quia omnia ita iacent perculsa, & prostrata fœdissimo bello, ut cuique uideatur esse miserrimus is locus, ubi ipse sit, propterea pœnitet te consilij tui. [At contra) Vicissim, & quod dicitur econuerso [Nobis,) Qui sumus Romę. [Non uacuus) Non carens. [Præ nobis) Comparatione, & respectu nostrum. [Hoc ipso) Hac ipsa re, si etiam nulla alia esset. [Quid doleas) id est, propter quid doleas, id est, causam tuorum dolorum. [Audes;) Quia non habes, qui te apud Cæsarem accusent. aut qui moleste ferãt. [Tuto) Sine periculo. [Nec id) scilicet quòd non audemus scribere. [Vitio) Culpa, scilicet fit. [Victoris) Cæs. [Quo) Cæs. [Moderatius) Humanius. [Insolens) superba, & arrogans, ut supra diximus [Vno te uicimus) Vna re sumus te beatiores. [Salute) restitutione, exultauerat enim, quia fuerat aduersarius Cæs. in consulatu suo, neque postea poterat æquo animo ferre oppressionem reipubl. Tandem deprecante senatu, & C. Marc. eius fratre Cæsar liberaliter concessit, ut in patriam rediret, sed cum ille nollet, etiam literis Cic. ut infra uidebimus, & suorum uehementer rogatus, differretque reditum suum à Magio Chilone familiari suo pugione interemptus est. [Collegæ) Fuerat enim consul una cum Seru. Sulp. [Vidimus)

Quatenus. Negligentia Improbitas. Cõsiliũ Atque Perculsus Prostrata Fœdissimus Iacent. Pręnobis Tuto

Quia interfuimus,cum à Cæs.impetratus est eius reditus in pa-
triam.[Cum dignitate]Cum honore . [Aliud] Quam restitutio-
nē Marcelli.[Disceptare] armis de iure publico].i. contendisse
armis,causa esset iustior Luc. Iusque datum sceleri canimus. i.
ius armis ciuilib. quæsitum. [Accusata acerbitate). i. cum dixis-
ses Marcellum fuisse nimis acerbum erga se, & esse æquum uirū
& prudentē [Acerbitate]Asperitate & pertinacia . Sic enim dicit
Cæs.formaliter usum esse hoc uerbo acerbitate, quia Marcellus
aduersabatur ei, dicebatque se non posse ferre eius tyrannidem .
[Prudentia]Quia putasti esse cedendum temporibus , & cum tu
Repēte uidisti te non posse ei resistere,nō putasti aduersandum.[Repen
te]subito.[Roganti) Vt Marcellus restitueretur . [Præter spem)
Quia cum dixisset uerba supradicta,omnes credebant eum nun-
quam esse indulturū Marcello . [De Marcello) Propter Marcel-
lum.[Ne hominis quidem causa).i. non solum,non negaturum
causa senatus rogātis, sed neq. etiā cā ipsius Marcelli, à quo fuis
set offensus.In quo ostenditur maxima clementia Cæs.& sapien
tia,qui ut faceret gratam restitutionem Marcello , dixit non so-
lum concedere eā causa senatus rogantis , sed etiā causa ipsius
Marcelli.[Hominis).i. Marcelli.[Fecerat]Quia dixerat superius
quemadmodum ea res ageretur,uidimus.ideo nunc ostendit quē
admodū acta sit. [Fecerat) Constituerat hoc quod sequitur.[Vt,
cum mētio) Sensus est:ita ordinauerat senatus , ut L. Piso Primo
ira iniiceret mentionem apud Cæs. de Marcello, & C. Marcell.
eius frater abiecerat se ad pedes Cęs.supplicaturus.Deinde totus
senatus assurgeret,& ipse etiam Cæsari supplicaret pro Marcel-
lo. [Facta mentio) Iniecta uerba . [A;L.Pisone]is in magna erat
auctoritate apud Cæs. quippe erat eius socer pater Calphurniæ
uxoris Cæs.[Marcellus.) L.Marcellus.Abiecisset) proiecisset, ꝓ-
strasset.[Ad pedes) Quod faciunt supplicantes & petentes mise-
ricordiā,Ouid.Et iacet ante pedes Græcia mœsta tuos.[Cūctus)
Pulcher Vniuersus.[Noli quærere] Elegans dicendi modus,q.d.crede mi
hi [Pulcher) Honestus, lætus. [Videter uidere) q.d.licet resp.sit
oppressa,tamen hoc egit Cæs.cum tanta dignitate , ut uideretur
resp.quodammodo reuiuiscere, & recuperare pristinam formā .
[Reuiuiscentis] Translatio est.Dixit enim in 1.epist.huius quar
ti:Occidēti reip.i.pereunti,ergo nunc dixit reuiuiscentis.i.in ui
ta reuertentis , hoc est in pristinum statum. [Speciem) Apparen-
tiam.[Rogati) Quia ut diximus in 1.lib. Rogabantur singuli se-
Species natores sententiam suam.[Ante me[Non in conspectu meo,sed
antequam rei rogatus essem.[Is) Volcatius[Eo loco) In senatu.
[Facturū]Vt ageret gratias Cæs. dedignabatur enim hoc facere
in tali loco.[Consilium) Propositum,deliberationem .[Nam sta
tueram) dicit quod esset suum cōsilium.s.nusquam amplius ha-
bere orationem in publico pro quoquam . [Non inertia].i. igna-
Inertiæ uia,quia nescirem,nam inertia contraria est industriæ,& ad ani-
Desiderium mum refertur,potest tamen etiam hic accipi pro negligētia cor
poris,ut sit.[Non inertia).i.non quia pigeret me. [Desiderio pri-
stinæ dignitatis].i.amissione pristinę,& pręteritæ dignitatis ? di
citur enim desiderium proprie de rebus,aut amissis , aut quibus
caremus.Cic.in Lelio.Ego si Scipionis desiderio me moueri ne-
gem &c.ergo dixit,quia uideo me amisisse pristinā dignitatem.
[Tacere]Nunquam amplius publice dicere. [Fregit]Vicit,muta
uit.[Et Cęsaris] Duo dixit fregisse consilium suum,ne perpetuo
taceret, magnitudinem animi Cæs.qui motus est, ut parcere tini
mico,& ei patriam redeundi potestatem daret. Deinde & offi-
cium senatus , quē pro tali uiro supplicare,& gratias agere Cęs.
non puduerat.[Magnitudo animi].i.magnanimitas , quæ maxi-
me cernitur in parcēdo inimicis,ut ipse lib. 1. Off. Nec uero au-
diendi sunt,qui grauiter inimicis irascēdum putant , idq; magni
animi & fortis uiri esse censent.nihil.n.laudabilius,nihil magno
& præclaro uiro dignius placabilitate, & clementia.[Officium)
Humanitas in agendis gratijs . quia pro restitutione tanti uiri
non putauit turpe agere gratias Cæs.[Pluribus uerbis.] Vel mul
tis uel pluribus , quam alij, nam habuit orationem , quæ hodie
etiam extat, quæ pro M.Marcello inscribitur quæ incipit:Diu
turni silentij. [Priuari honesto ocio] existimabat. n. honestum
ocium non ire in senatu, neque pro quoquā aliquid dicere quo
uidebatur se priuasse , quia non inceperat, & qui semel incepit
aliquid agere,non uidetur habere honestā causam desinendi.[In
ceteris rebus.]Quibus exigat,ut idem faciam,quod feci in restitu
tione Marcelli.[Quod).s.honestum ocium i.tacere [Erat unicū
solatium]Erat mihi solum leuamē dolorum,nam & ipsa oratio
ne marcellina;dicit se vsum diuturno silentio, partim dolore ,
partim pudore.[Sed tamē) Adducit rōnem quare adductu sit,ut
priuaret se hoc ocio, ne ostenderet uolūtatem Cæs.qui existima
ret. Cic.si perpetuo taceret,hoc facere , quia existimaret remp.
Cæsare eam tenente nullam esse.Ne ergo Cæsar hāc opinionē
de se caperet,dicit se dixisse pro M. Marcello,& esse dicturū in-
terdum pro alijs, sed nō crebro.[Effugi]Vitaui offensionem, ne
offenderem uoluntatem Cæs. & ei displicerem . [Non putare)
Hanc remp.s.esse eo regnante , sed esse penitus perditā.[Modi-
ce]Seruato modo,non frequentissime.[Hoc] Vt ueniam ad exer
citationem dicendi[Intra modum).i.etiā minus,q̄ modice,q.d.
rarissime[Seruiam) Obsequar,optemperē, satisfaciam [Et meis
studijs) Quæ sine exercitatione quodammodo exarescerent, &
deficerent,quia cum omnia alia studia,tum uero studia eloquen
tiæ magnam exigunt exercitationem:ut ipse in 1.lib.ad Heren.
& in Oratore dicit[Ars,& doctrina) Ars,quæ collectione præce- Ars
ptorum constat,ut grammatica,& rhetorica.Doctrina uero exē Doctri-
plis,& institutionibus perficitur,ut doctrina philosophiæ,& le- na
gum,licet & iurisconsultus artē appellet largo modo , quasi uir-
tutem quandā. artes igitur intellexit grammaticam, rhetoricā,
geometriam,musicam,arithmeticam,quibus omnibus Cic.ope-
ram dedit,quia ut ipse in Oratore ostendit, & Quinct. affirmat,
sunt necessariæ oratori.[Philosophia).s.ethica moralis.[Hoc stu
dium) Eloquentiæ & agēdi causas.[Ingrauescit) Augetur,fit gra Ingraue
uius,& magis perfectum. [Credo),Duas subdit rationes , quare scit
hoc studium quotidie magis ingrauescat,& crescat. Primū, quia
ætas eo fit prudentior,quo fit maturior. Deinde quia in his mi-
seris temporibus nullum aliud habet solatium & leuamen mo-
lestiarum suarum[Credo) Subaudi ingrauescit magis quotidie .
[Maturitate] Perfectione,aptitudine,tractum à fructibus,qui eo
sunt perfectiores & meliores,quo maturiores . Virg. Aen. Matu-
rus Acestes. [Aetatis] Senilis . [Ad prudentiam] Sicut enim ma-
turitas fructuum est ad dulcedinem,ita ætatis maturitas ad pru-
dentiam,quæ est senectutis,sicut temeritas adolescentiæ.quāto
autem quispiam prudentior est,tanto aptior est studijs philoso-
phiæ,cuius, ut inquit Arist.in 1. Eth. Adolescens non est capax
auditor,propterea q̄ nō est multa expertus.[Et his uitijs tpum,)
s.credo hoc studium ingrauescere.[His uitijs) Propter hęc uitia.
[Temporum) Quibus nullus locus est relictus arti dicendi,neq;
in foro,neq; in curia,nec amplius retinemus nostram pristinam
dignitatē.[Vt) Subaudi ita ingrauescit. [Vt nulla alia res] Præ-
ter studia literarum maxime philosophiæ [Leuare) Leuem face Leuare
re[Molestijs) Angoribus, quos capio de oppressione reip. [A
quo studio).s. philosophiæ[abduci) abstrahi , remoueri . [Ne-
gocijs) Occupationibus,quæ sunt tibi maxime in ista prouincia.
[Noctes) Tempora nocturna , quibus resarcies studendo , quæ
subtrahuntur tibi negocijs diurnis , ita.n. facere solent studiosi,
[Iam noctes) Quia incipiunt esse longiores . [Seruius] Dicit quā Iam
tum colatur à Seruio eius filio[Vel potius]Correctio . [Noster) Vel
utriusque nostrum,tuus,ut supra diximus, natura,meus amore .
[Omni probitate]Omni bonitate [Quæ] Magis hic ponitur de-
claratiue,quam copulatiue,ut sit[Quæ] Hoc est. [Summa uirt.]
Præcipua,& egregia ante omnes æquales suos.[Delector]Capio
uoluptatem.[Tum maxime] Et præcipue. [Is] Seruius tuus fi- Tum
lius . [Mansione] Commoratione in prouincia Achaia . [Et de-
cessione).i. decessu,hoc est an sis mansurus, an decessurus [Me-
cum)Quasi cum patre, quod est signum maximæ beneuolentiæ.
[Adhuc]Hactenus usque ad hunc diem . [Velle) Capere , ut re- Adhuc
gamus nos sicut uolet. [Res) Conditiones rerum[Eiusmodi] Ta-
les [Nihil possit delectare) Nihil possit tibi afferre uoluptatem,
& esse iucundum[præter tuos) Exceptis tuis, quia de reliquis po
tius caperes molestiam , quàm uoluptatem . [De reliquis]Quæ
Romę sunt. [Ipso) Cęs. cui natura dedit singularem clementiā.
[Ceteri!) Qui sunt Cæs. [Et cetera) Quæ ab eis geruntur. [Eius-
modi] Talis conditionis.[Alterutrum) Vel audire , uel uidere.
[Malis)Potius uelis.[Quam uidere)Quia minor est dolor,ut in-
ferius dicet,in sensu aurium,quam in sensu oculorum, hoc est in
audiendo,quam uidendo[Consilium) Quod damus tibi,ut ma-
lis audire,quā uidere,hoc est,ut malis abesse. q̄ uenire Romam.
[Minime est iucundū) Minime est gratum,quia do tibi inuitus,
quoniā uellē te uidere.[Sed consulimus tibi).i.p ospicimus tibi,
& utilitatē tuā quærimus,quę est, ut absis, non autē uoluptatem
nostram,quę essent si Romam ueniret,& te uidere possemus.

ACCIPIO excusationem]purgauerat se Ser.Sulpicius,q̄ mul A SC.
tas eiusdē exempli literas misisset, quia dubitaret an priores es-
sent perlatę,& quod inopia sermonis alterius exēpli scribere nē
quiret,quarum excusationem priorē Cic.accipit, non posterio-
rem.laudat deinde consilium Seruij , quo Achaicum negocium
non recusauerat, hortaturque eum tacite Cęs.clementiæ confi-
dere,& filium rursus laudat. Ordo est: Accipio.i.approbo excu-
sationem tuam. qua usus es, cur dedisses ad me sæpius literas eo
dem exemplo.i.eadem forma uerborum, sed accipio.i. approbo
eam ex ea parte quatenus scribis fieri,aut negligētia,aut impro-
bitate eorum,qui epistolas accipiant.s.perferendas, ne perferan
tur ad nos.Ego nec nosco.i.deprehendo in scriptis tuis,nec pro-

bo illam partem excuſationis,quam tu ſcribis te mittere ſæpius epiſtolas ijſdem uerbis paupertate, ſcilicet inopia, ſic enim appellas,orationis,i.rationis dicēdi.Ego ipſe,quē tu dicis per iocū ego.n.accipio,i.intelligo ſic.ſ. te id dicere, habere diuitias orationis, agnoſco me non eſſe admodum i.valde, inopem uerborum. Enim.i quia, non eſt neceſſe. εἰρωνεύεσθαι i.ironice, ac diſſimulāter loqui, ſed tamen idem.ſ.ego,nec εἰρωνευόμενος.i.ironice loquens,ſed uere,& ex animo,hoc.ſ.quod dicam,cedo facile i.fateor me ſuccumbere ſubtilitati, & elegantiæ tuorum ſcriptorum,q.d.ſincere loquens,nec te inopem ſermonis, nec ditiorē,quàm ego ſim æſtimo. Cum ego ſemper approbaſſem,hoc cōſilium tuum, quo uſum.i. cum ſis eo uſus, ſcribis te non recuſauiſſe hoc negocium Achaicum.i quod publice geris in Achaia, tum probaui multo magis proximis literis tuis lectis. Omnes.n. cauſæ,quas commemoras,ſunt iuſtiſſimæ, & digniſſimæ tua auctoritate,& prudentia.i.quæ à te tali uiro approbaretur,aut quę te tam prudentem,& magnum uirum,ad hoc adduceret. Quod exiſtimas rem cecidiſſe aliter atq;.i.quam ſis opinatus, ego nullo modo aſſentior.i.aſtipulor, & concedo tibi id, ſed quia tanta perturbatio,& confuſio rerūm eſt, omnia iacent ita perculſa, & ꝓſtrata fędiſſimo,quia ciuili,& inter affines,bello,ut is locus uideatur cuiq; miſerrimus,vbi ipſe ſit propterea.i. & ideo, & ideſt ſimul pœnitet te conſilij tui,&.i.ſimul nos,qui ſimus domi,uidemur tibi beati:At.i.ſed,ſup.tu uideris nobis contra.i. econtrario, non quidem uacuus moleſtiis.i.omnino ſine moleſtiis, ſed beatus præ nobis.i.reſpectu noſtri.i. atque tua conditio.i. fortuna, aut forma uiuendi, eſt melior, q̃ noſtra, hoc ipſo.i. ꝑꝑ hoc ipſum,quod tu audes ſcribere,quid doleas,nos ne quidem.i.nō ſaltem poſſumus.id.ſ.ſcribere, quid doleamus, tuto.i. ſine periculo,nec id ſup.accidit uitio uictoris.ſ.Cæſ.quo nihil ſup.eſt moderatius.i.temperantius,utens uictoria,ſed ſup. uitio ipſius uictoriæ,quæ eſt ſemper inſolens.i.immoderata,& ſuperba ſup.in bellis ciuilibus eo,ꝙ domi ſemper habet,qui victor eſt, occultos hoſtes reliquos.Nam uicimus te.i.beatitudinem tuā ſuperauimus, uno,ideſt una re, quòd cognouimus de ſalute Marcelli collegæ tui,ſ.in conſulatu, cui Cæſ.ignouit, paulo.i.modico ante quā tu etiam mehercle,quod uidimus,quemadmodum ea res.i.reconciliatio Marcelli agebatur.Nam exiſtimes i.cenſeas ſic,nihil aliud actum eſſe cum dignitate,poſt has miſerias.i. poſtquam cęptum eſt diſcrepari armis de iure publico.i.imperij Romani,unde Luca.Iuſque datum ſceleri.Nam & ipſe Cęſar.acerbitate.i.pertinaci conſtantia Marcelli, ipſe enim Cæſar,appellabat ſupp.cōſtantiam Marcelli,ſic i.acerbitatem,caſtigata.i.reprehenſa, & æquitate,& prudentia tua laudat honorificentiſſime, dixit repente p̄ter ſpem ſe ne quidem.i.non ſaltem cauſa hominis, id eſt licet Marcellus nimis acerbus eſſet, ſe negaturum ſenatui roganti de Marcello.i. reductione Marcelli in urbem cū bona uenia Cęſaris. Autem.i.ſed, ſenatus fecerat hoc.ſ. quod dicet,ut cum mētio facta eſſet, de Marcello à L.Piſone. Et cum Marcellus, ſcilicet Lucius frater. M.Marcelli abiecisſet ſe ad pedes Cæſ.ſ. Iulij. ipſe.ſ.ſenatus,conſurgeret cunctus.i.ſimul totus,& accederet ſupplex ad Cæſ. Noli quęrere ſupple quomodo Cęſar ſenatū ad ſe accedentem acceperit,quia hic dies, quo hæc contigerunt, uiſus eſt mihi ita pulcher,ut uiderer,ſcilicet mihi, uidere, aliquā ſpeciem,i.repreſentationem,& effigiem,quaſi reuiuiſcētis.i.iterum uitam capientis,& renaſcētis,reip.itaque cum omnes rogati.ſ.ſententiam ante me.i. antequam ego, egiſſent gratias Cæſ. de reuocatione M.Marcelli,præter Volcatium. Is enim negauit ſe eſſe facturum.i.rediturum ad Cæſarem,aut eius gratiam,ſi eſſet eo loco ſ.quo Marcellus.ſ.in eo ſtatu. Sunt qui intelligant in eum locum.i.ſenatu, & negauit ſe facturum, ut ageret gratias,ſed turpiter errāt,qūo.n.rogari poterat ſnīam,ſi non erat in ſenatu;Rogatū aūt fuiſſe indicat particula p̄ter. Ego rogatus.ſ. ſnīam de reditu Marcelli mutaui cōſilium meū.Nā ſtatueram tacere in ꝑpetuum.ſ.in ſenatu.i. nullā ſnīam dicere. nō mehercule .ſ.ita iudicante ac tractāte, ut uerū dico ſup.id ſtatuerā inertia.i. ꝑꝑ inertiā.i.carentiā artis, & induſtriæ, ſed deſiderio dignitatis priſtinæ.i.prius habitę. Et.i.ſimul magnitudo animi Cæſ.&.i.ſimul om̄ ſenatus,qui ita ꝓ Marcello interceſſerit,fregit hoc cōſilium meum de ꝑpetuo ſilentio in ſenatu habēdo. itaq; egi Cæſ. gratias pluribus uerbis.ſ.q̃ cōſtituerā, aut pluribus.i.uerbis multis.Neq; ꝑpea,qđ ſemel ſnīam dixi,metuo me priuari ocio honeſto.i.uacatione a negocio reip.decēti ēt in ceteris reb qđ ſ.ociū, erat unū.i.ſolum ſolatiū in malis. Sed tñ qm̄ effugi offenſionē eius.ſ.Cæſ. q arbitraretur fortaſſe me nō putare i.cenſere, hanc, q̄ nunc eſt,ſup.eſſe rem p.ſi tacerem ꝑpetuo,ego faciam hoc modice.i.parce loquar in ſenatu, aut etiā intra, alii legūt infra aut circa.i.non uſque ad modum.i.iuſtam menſuram,ſed ſicut dicimus extra modū ꝓ ſupra modū, ita intra modū ꝓ infra modū, ut ſeruiam.i.inſeruiam. & obſequar, &.i.ſimul uolūtati eius, & .i ſimul ſtudiis meis. Nam etſi.i.q̃q̃, oīs ars & doctrina liberalis et maxime philoſophia ſ.moralis delectauit me à prima ętate, tñ hoc ſtudiū.ſ.philoſophię,ingraueſcit.i.fit grauius,et maioris auctoritatis quotidie, credo &.i.ſimul maturitate ætatis ad prudentiam,qa iuuenes auctore philoſopho,ſunt philoſophiæ moralis inutiles auditores eo,ꝙ mores ꝓbati eis non ſapiunt,& his uitijs.i.ꝑꝑ hæc uitia tēporum,q̄ tanta ſunt,ut nulla alia res, p̄ter philoſophiā,poſſit leuare animū à moleſtiis.Conſulto in multis locis ab expoſitione Hubertini diſcedo.Is.n.ita exponit hoc ſtudium eloquētiæ, & agēdi gratias Sed errat. Nam ideo intra modum dicit ſe dicturum ſnīam,ut ſtudiis ſuis ſeruiat non qdē eloquentiæ,ſed philoſophiæ moralis Quæ ſtudia licet illi in prima ætate iucunda fuerint,tñ eorū auctoritas, & amor cū ætate creſcit, præſertim ea malitia temporum,qua nō licebat in ſenatu & iudiciis eloquētiā exercere. A quo ſtudio.ſ.philoſophiæ, ego intelligo ex tuis literis,te abduci,negociis.i. ꝑ negocia, ſed tamen noctes,q̄ longiores tunc fiebant,ad iuuabunt te iam.i.deinceps. aliquid i.in aliquo.Non ergo de eloquentia,ſed philoſophiæ ſtudio locutus eſt.non.n.eloquentia noctu exercetur. Seruius tuus .ſ filius,uel potius noſter.ſ.cōis filius,tuus ꝑ naturam,meus per amorē paternū,colit,i.ueneratur me ſumma obſeruātia. Cuius .ſ.Serui tui. ego delector cum ſ.ita ſit ꝙ delector, omni ꝓbitate & ſumma uirtute,tum ſup.multo uerius eſt,ꝙ delector ſtudijs,& doctrina. Is.ſ.Seru.cōicat.i. cum familiaritate loqtur mecū ſæpe de manſione,aut diſceſſione tua.ſ.in, aut de prouincia. Ego ſum adhuc in hac ſnīa,ut nihil faciamus,niſi ꝙ Cæſar uideatur uelle maxime. Res ſunt eiuſmodi.i.ita ſe habent,ut ſi ſis Romæ, nihil poſſit delectare te p̄ter tuos.de reliqs.i.inter reliquos, q non ſūt tui,nihil eſt melius ipſo Cęſare,ceteri.i.hoīes,&c.negocia ſupp. ſunt eiuſmodi.i.talia, ut ſi ſit neceſſe alterutrū,i unū duorū, aut uidere,aut audire ea.tu malis.i.magis uelis audire ea,quam uidere.Hoc cōſiliū noſtrū.ſ quo deterremus te à uidēdis,q̄ Ro.fiant eſt minime.i.oīno nō iucundum nobis,q cupimus uidere te, ſed nos conſulimus.i.perſpicimus,& utile cōſiliū damus tibi. Vale.

ARGVMENTVM.

Conſolatoria eſt hæc epiſtola,nō quidē Cic.ſed Ser.Sulpicij uſq; adeo tamē Ciceronianis in ſtylo ſimilis,ut, quod ait Valla adempto noīe,uix internoſcas,dico uix,quia nonihil diſcriminis eſt. Conſolatur aūt hac epiſtola Ser Cic. dolentiſſime patientem mortem Tulliæ filiæ ſuæ, quæ primo Piſonis Craſſipedi,deinde Dolabellæ nupſerat, mulier adeo lepida, & adeo iucunda, ut Cic eam animam ſuam appellaret, ea autem diem obijt iam rep.occupata, & oppreſſa à Ceſare.Super cuius,ut dixi, inſperato obitu,cum Cic.inconſolabiliter dolere uideretur,argutiſſime, & doctiſſime conſolatur eum Ser.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Perfectum cōſolationis exemplum eſt illa epiſtola,eiuſce modi argumentis inſtructa,ut non ſolum dolores,luctusque quoſlibet lenire,ſed & plane tollere poſſit.

SER. SVLPICIVS M. CICER. S. D. 5

POſteaquam mihi renunciatum eſt de obitu Tulliæ filiæ tuæ, ſane quam pro eo,ac debui grauiter,moleſteq. tuli, cōemq. ea calamitatem exiſtimaui.qui ſi iſtic affuiſſem,neq; tibi defuiſſem, coramq. meum dolorem tibi declaraſſem. etſi genus hoc conſolationis miſerum atq; acerbum eſt, propterea quia per quos id fieri debet,propinquos,ac familiares, ipſi pari moleſtia afficiuntur, neque ſine lacrimis multis id conari queunt, ut magis ipſi uideantur aliorum conſolatione indigere, quam aliis poſſe ſuum officium præſtare:tamen,quæ in præſentia mihi in mētem uenerunt, decreui breui ad te perſcribere, non quòd ea te fugere exiſtimem, ſed quòd forſitan dolore impeditus,minus ea perſpicias.Quid eſt,quòd tantopere te commoueat tuus dolor inteſtinus?cogita, quemadmodum adhuc fortuna nobiſcum egerit, ea nobis erepta eſſe, quæ hominibus non minus, quàm liberi, cara eſſe debent patriam. honeſtatē, dignitatem,honores, omnes hoc uno incommodo addito, quid ad dolorem adiungi potuit?†aut qui non in illis rebus exercitatus animus callere iam debet, atque omnia minoris aſtimare?an illius uicem, credo, doles?quoties in eam cogitationem

† alias, aut qđ nõ aliis rebus

neceſſe

*necesse est, & tu ueneris, ut nos sæpe incidimus, hisce tempori-
bus non pessime cum ijs esse actum, quibus sine dolore licitum
est mortem cum uita commutare. quid autē fuit, quod illam
hoc tempore ad uiuendum magnopere inuitare posset? quæ
res? quæ spes? quod animi solatium? ut cum aliquo adolescente
primario coniuncta ætatem ageret? licitum est tibi, credo pro
tua dignitate ex hac iuuentute generum deligere, cuius fidei
liberos tuos te tuto cōmittere putares. An ut ea liberos ex se
se pareret, quos cum florentes uideret, lætaretur? qui rem à
parēte traditā per se tenere possent, honores ordinatim in rep.*
† alias, .i. libertate *petituri essent, in amicorum negocijs† liberalitate sua uteren
tur? quid horum fuit, quod non prius, quàm datum, ademptū
sit? at uero malum est liberos amittere, malum: nisi hoc pe-
ius sit, hæc sufferre, & perpeti. Quæ res mihi nonmediocrem
consolationem attulit, uolo tibi commemorare: si forte eadem
res tibi minuere dolorem possit. Ex Asia rediens, cū ab Aegi
na Megaram uersus nauigarem, cœpi regiones circumcirca
prospicere. post me erat Aegina, ante Megara, dextra Pyræ-
us, sinistra Corinthus, quæ oppida quodam tempore florentissi
ma fuerunt, nunc prostrata & diruta ante oculos iacent. ce-
pi egomet mecum sic cogitare. Hem, nos humunculi indigna-
mur, si quis nostrum interijt, aut occisus est, quorum uita bre
uior esse debet, cū uno loco tot oppidū cadauera proiecta ia-
ceant? uis nō tu te Serui cohibere, & meminisse hominem te
esse natum? crede mihi, cogitatione ea non mediocriter sum cō
firmatus. hoc idē, si tibi uidetur, fac ante oculos tibi proponas.
modo uno tempore tot uiri clarissimi interierunt: de imperio
prӕterta tanta diminutio facta est, omnes prouinciæ cōquas-
satæ sunt, in unius muliercul æ animula si iactura facta sit,
tantopere commoueris? quæ si hoc tempore non suum diē obijs-*
† Homo nata *set, paucis post annis tamen ei moriendum fuit, quoniam† ho
mo nata fuerat. Etiam tu ab hisce rebus animum, ac cogita-
tionem tuam auoca: atque ea potius reminiscere, quæ digna
tua persona sunt: illam, quandiu ei opus fuerat, uixisse, una
cum rep. fuisse, te patrem suum prætorē, consulem, augurem
uidisse: adolescentibus primarijs nuptā fuisse, omnibus bonis
prope perfunctā esse, cū resp. occideret, uita excessisse. quid est,
quod tu, aut illa cum fortuna hoc nomine queri possitis? deni
que, noli te obliuisci Ciceronem esse, & eum, qui alijs cōsueue
ris præcipere, & dare cōsilium, neque imitari malos medicos,
qui in alienis morbis profitentur se tenere medicinæ sciētiam,
ipsi se curare non possunt: sed potius, quæ alijs tute præcipere
soles, ea tute tibi subijce, atque apud animum propone. NVL-
LVS dolor est, quem nō longinquitas temporis minuat, atque
molliat. hoc te expectare tempus tibi turpe est, ac non ei rei sa
pientia tua te occurrere. quòd si quis etiam inferis sensus est,
qui illius amor in te fuit, pietasque in omnes suos, hoc certe il
la te facere non uult. da hoc illi mortuæ: da ceteris amicis, &
familiaribus, qui tuo dolore mœrent: da patriæ, ut, si qua in
re opus sit, opera, & consilio tuo uti possit. denique, quoniam
in eam fortunam deuenimus, ut etiam huic rei nobis seruien
dum sit: noli committere, ut quisquam te putet non tam filiā,
quàm reip. tempora, & aliorum uictoriam lugere. Plura me
ad te de hac re scribere pudet, ne uidear prudentiæ tuæ diffi-
dere. quare, si hoc unū proposuero, finem faciā scribendi. uidi
mus aliquoties secundā pulcherrime te ferre fortunam, ma-
gnamque ex ea re te laudem adipisci: fac aliquando intelliga
mus, aduersam quoque te æque ferre posse, neque id maius,
quàm debeat, tibi onus uideri, ne ex omnibus uirtutibus hæc
una tibi uideatur deesse. Quod ad me attinet, cum te tran-
quilliore animo esse cognouero, de ijs rebus, quæ hic geruntur,
queādmodumq; se prouincia habeat, certiorem faciam. Vale.*

HVB. POSTEAQVAM] Tulliola Cice. filia quæ primo nupserat Piso
ni Crassipedi, deinde Dolabellę post mortē Pisonis, tāti fuit
ingenij, & morum suauitatis, & elegantiæ, ut merito ita à patre
amaretur, ut sæpe animulam suam appellaret, nunquam tantis
molestijs angeretur, quin eas omnes in sermone filię deponeret.
Ea mortua iam rep. occupata, & oppressa à Cæs. cū inconsolabi-
liter doleret Cic. Ser. Sulpic. eius amicissimus, uir magno inge-
nio, & præstanti doctrina, hac epist. elegantissima eum consolan
dum duxit, adductis & collectis undique, & rationibus, & exem
plis, quæ possent omnem dolorem nō modo lenire, uerum etiā
ferè penitus tollere. arguit enim & à necessitate generali moriē
di, & ab auctoritate, & dignitate, & sapientia Cic. quē non decet
lacrymis, luctuique indulgere: deinde ostendit hunc obitum eo
tēpore utiliter filię suæ contigisse, ut magis quodāmodo ei gra-
tulandum sit, quam dolendum. [Renunciatum] .i. nunciatum, cō
positum pro simplici. [Obitu] morte, obire enim quod nunc sim Obeo
pliciter mori significat, apud antiquos cū additione ponebatur,
ut obiit mortem. Virg. Morte obita qualis fama est uolitare figu-
ras. Iuuen. Sine additione posuit. Magnus ciuis obit, & formida-
tus Othoni. Significat enim adire, unde obire mortem est ire ad
mortē [Sanequam pro eo] Ordo est, sanè tuli quàm grauiter ac
moleste pro eo ac debui: uidetur aliquantulum durus ordo, & du
rior adaptatio uerborum. sed quamuis hic fuerit doctissimus, nō Quam
tamen habuit eam felicitatem, quam Cic. [Quam gr.] Notandū iūctum
hic, quam iunctum compositiuo, quod apud Cice. aut nusquam, cum po
aut rarissime reperitur. [Ac debui] qui exponunt, sicut debui. non sitiuo
satis probant quod dicunt, cum ac non id significet, sed potius di Ac
cendum est, ac debui. i. & debui. s. ferre grauiter, & moleste, qui
sum tibi amicissimus. [Communem] non generalem omnibus,
ut quidam interpretātur, sed & meam & tuam, ut supra in prima
epist. huius 4 libro quidquid communi cōsilio statuerimus. Cō-
munem autem, quia amicorum omnia sunt communia. [Qui)
.s. ego [istic) Romæ. [Defuissem) consolando. [Coram) apud te,
in cōspectu tuo. [Meum dolorem] ut intelligeres te à me amari,
& tu æquius ferres tuum. nam, ut inquit Cice. in Læl. de Amic.
Aduersa quo pacto ferre possemus, nisi essent, qui grauius ac nos
ferrent? [Hoc genus] quo ego utor. [Durum] difficile. [Ipsi] .i. pro
pinqui & familiares. [Ea] quæ ad consolationem pertinent. [Pa-
ri] Aequali ei, quem consolaturi sunt. [Id tu] .i. consolari. [Cona-
ri] Tentare, efficere. [Vt] subauditur ita ut. [Suum officiū] con- Conari
solandi, quod ideo dixit officium, quia ad amicos pertinet. [Ta-
men] quamuis durum sit hoc genus consolationis, quia, pari mo
lestia afficior. [Venerunt in mentem] quæ recordatione, & cogita
tione complexus sum. [Breui] i. paucis uerbis, & captat docilita
tem. i. audiendi attentionem. [Nō quo] non quia. [Ea fugere]. i.
a te ignorari.]Minus perspicias] minus nunc ea consideres, quā
ego. [Quid,] q. d. nihil, & est interrogatio. [Commoueat] cōmo-
uere & perturbare debeat. Dolor intestinus?) dolor interior ani-
mi, quia est etiam dolor exterior, ut est dolor capitis, & ceterorū
membrorū, interdum est ex percussione aliqua. [Cogita] vult ar
guere sæpius hoc incommodum esse æquo aīo ferendum, cū ne
cesse fuerit ferre, quæ multo maiora fuerūt, q̄ quidem enumerat.
[Quemadmodum] q̄ male & acerbe. [Egerit nobis] nos tractaue- Liberi
rit. [Esse) .s. cogita. [Quam liberi) quos tu tātopere luges, nam li
berorum appellatione, etiam una filia intelligitur, ut infra uide-
bimus. & Terent. Cui tu liberos committas tuos. [Patriam] .s. ere-
ptam nobis, quia occupata est à tyranno. [Honestatē] rōnem ho
neste uiuendi, quia nemini licet dicere, qđ sentit [Dignitatē] au Digni-
ctoritatem, & locum, quē quisq; habeat pro conditione sua. [Ho tas
nores] administrationes magistratuum, qui honores dr̄, ut con Honores
sulatus, & p̄tura, q̄ proprie honor dr̄, unde ius honorariū. i. ius p̄-
toris. Ouid. 1. Fast. Verbaq; honoratus libera p̄tor habet. Reliqui
tn̄ magistratus ēt largo modo honores dicunt, ut paulo infra, ho
nores ordinatim petituri essent. Luc. ille semel raptos nunquam
dimittet honores. [Hoc uno] hoc solo de obitu filiæ tuæ. [Quid
adiungi p.] Quid addi ad dolorem, quem ex supradictis rebus ca
piebamus, q. d. nihil, quia tātus erat dolor ex amissione prædicta
rum rerum, ut addito hoc incommodo filiæ tuæ, nihil tn̄ potue
rit addi ad illum tantum dolorem, qa nihil est ferè in cōparatio-
ne illius. [Aut qa] alia rō, qui ab assuetis non est tanta passio. di-
cit ergo animus illis incommodis ex doloribus de amissione pa
triæ, bonorum, & dignitatis, nonne iā debet fecisse callum, & ita
induruisse, ut non iam sentiam hunc nouum dolorem. [Exercita
tus] assuetus, uersatus. [Tu illis reb. (Incōmodis reipub. & amis-
sionibus prædictarū. [Qui] q̄uo, aut cui. Horat. Qui fit Mecenas Qui
ut nemo quā sibi sortem Seu rō dederit. seu sors obiecerit, illa cō-
tentus uiuat. qui enim accipitur p̄ q̄uo, aut cur. [Non debet cal-
lere]. i. iam fecisse callū & assuetudinem, & est translatio. Est. n. Callus
callus durities carnis, quæ fit pp assiduitatem laboris. [Omnia] q̄
accidunt aduersa. [Minoris ęstimare]. i. minoris facere, quam si
nunquam expertus esset mala. [An illius] Incipit confutare sin-

gula quæ Cic. obijcere possit. [Vicem) Sortem, fortunam mortis [Quoties,) q.d. sæpissime. Est autem sensus cum interrogatione, quam sæpe ô Cic. necesse fuit, ut tu deueneris. & ego inciderim in eam cogitationem, quod feliciter euenit ijs, qui potuerunt ijs têporibus mori sine dolore [Veneris] spont. [Et nos in.) .i. casu deueniamus, cum non curaremus id cogitare. [Non esse actum pessime cum ijs). i. non male, eleganter. n. dicimus. Bene est actum mecum, pro eo quod est mihi bene euenit. [Quib. lic.) .i. qui potuerunt mortem cum uita commutare, i. mori. [Sine dolore) .s. amissæ patriæ & dignitatis, &c. [Quid autê] Occurrit alteri obiectioni, ostenditq; nihil fuisse ijs têporibus, quare ualde debuisset optare uitam, & cômemorat ferè, quæ solent homines ad uitæ cupiditatem inuitare. [Quid fuit,) q.d. nihil [Inuitare] allicere hortari, [Quæ res) præsentis temporis. [Quæ spes] Futuri. [Quod solatium?) q̃ recreatio animi in multis malis? [Vt cum, al.) quia dixit nihil esse, quod posset eam inuitare ad uiuendum percurrit, omnia quæ potuissent inuitare, & ostendit partim ei contigisse, partim talia esse, ut ne optanda quidem fuerint. [Ageret ætatem) vulneret toto tempore uitæ suę sine diuortio. [Licitum est tibi) Respondet, supradictæ obiectioni, &, ut multi uolunt, ostendit eam non debuisse optare uitam propter hoc quia in tota iuuentute Romana, quæ erat ualde corrupta, nô potuisset eligi maritus Tulliæ, sicut exigebat dignitas ipsius Cic. dicit ergo licitum est tibi, cum interrogatione, idest potuisti. [Deligere] optare, excerpere, quasi dicat non. [Ex hac iuuentute,) qua si dicat tam mala & corrupta, placet tamen, melius, ut affirmatiuè dicat, potuisti credo eligere ex iuuentute. R. generum te dignum, ut si hoc debuerat ipsam inuitare ad uitam ostendat, ei non defuisse, quia infra dicet, adolescentibus primarijs nuptam fuisse, & sic sentio dicendum. [Liberos tuos) Tuam filiam, ut supra diximus. [An) subaudi hoc poterat eam inuitare ad uiuendum. [Florentes] prospera fortuna utentes. [Lætaretur?) quia nulla re magis lætantur parentes, quàm felicitate filiorum. Virgil. Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus. [Rem) patrimonium. [Honores) Magistratus. [Ordinatim) Gradatim quia primo petuntur minores, deinde maiores. [Libet) Defendendo amicos, & adiuuando republic. ex quibus duabus rebus maximam gloriam comprobant adolescentes Romani, ut docet. Cicero in offic. [Quid horum,) quasi dicat nihil, & ita ostendit, ea non fuisse optanda. [Ademptum) sublatum, ereptum nobis. [Priusquam datum sit) Hoc est impossibile, ut aliquid nobis adimatur priusquã detur, sed philosophice locutus est. Harum enim rerum tam breuis est usus, ut uideantur nobis eripi prius q̃ dari. [Aut uero] alia obiectio, q̃ malum sit admittere filios [Nisi, q.d. concederem, nisi etiam esse peius pati, quæ nunc fiunt in urbe, quæ sic patimur, quare non debemus pati amissionem filiorũ [Sufferre & perpeti) Plus semper significant pati & perpeti, q̃ sufferre, hoc enim molestiam solum corporis, illa uero etiã animi significant. Horat. in epist. Rure meo possum, quiduis perferre, patiq;. [Quæ res) Ordo est: uolo tibi commemorare, quæ res attulit mihi consolationem, &c. [Commemorare] Exponere. [Eadê res, quæ mihi attulit consolationem. [Ego) Ostendit Ser. omnia subiecta esse morti, & exitio necessitate naturæ uel casu. [Aegina) urbs Aeaci, quã nomine matris Aeginæ appellauit, in qua habitarunt Myrmidones. q ex formicis secundũ fabulas factis sũt homines prius appellata est Aenopia teste Ouid. lib. 7. Metam. Oenopiã ueteres appellauere, sed ipse Aeacus Aeginã matris de nomine dixit. Ea aũt fuit teste Pomp. circa Pelopôneson in Aegeo Epidaurico littori proxima, Megara uerba urbs fuit olim in Attica, act. Strab. lib. 9. Pomp. dicit esse in Megaride, quæ est in Thessalia, hęc olim dicta est Alchatoe nota est infortunio. Nisi regis a Sylla filia crine purpureo spoliati, ut scrib. Oui. late circa principium lib. 8. Metam. sunt autem in Europa, ne uideatur in conueniens, quia dixerit ex Asia rediens: Potuerat enim ex Asia rediens ad has urbs Europæ peruenisse, ut si quis dicat, ex Hispaniã rediês cum Mediolanũ uersus iter, non tñ sequitur, ꝙ Mediolanũ sit in Hispania. [Ab Aegina) ex Asia enim redeũti prius occurrit Aegina. [Circumcirca) omni parte. [Post me) retro me, qa ab eo discesserã. [Piræus.] .i. in Attica, fuit urbs porthus Atheniensium. (Corinthus) fuit urbs Achaiæ sub Isthmo medio mari Ionij & Aegei, aliquando cognominata Corcyra, auctore Strabo, postea Ephyræ, deinde instaurata à Corintho Orestis filio: Corinthus est appellata. Olim celeberrima, & ditissima, frequentata à nautis & mercatoribus propter multitudinem meretricum, quæ illic habitabant [Quæ oppida) .i. urbes, nam & oppidum pro urbe ponitur, Virgil. lib. 1. Georg. Ascræumque cano Romana per oppida carmen [Quodam tempore,] q.d. remoto à memoria ętatis nostræ olim. [Prostrata) Deiecta. [Diruta] Ruinosa [Hem] Interiectio corripienti seipsum, uel indignatis. [Homunculi] uiles homines, est enim dimin. Item & homuncio, & homulus, & homululus. [Indignamur) moleste ferimus. [Nostrum) hominũ. [Interit) morte naturali consumptus est. [Occisus) ab aliquo interemptus. [Quorum) hominum. [Breuior) quia urbs comparatione hominum u dentur habituræ æternitatem. [Cadauera) de urbibus dixit translatiue ab hominibus. [Vis ne) adhuc sunt uerba, quæ secũ cogitauit. [Cohibere) reprimere, colligere te, & ad rationẽ reducere [Hominem) q.d. mortalem, & corruptibilẽ. [Crede) iam conuertit sermonem suum ad Cic. [Confirmatus) corroboratus contra dolorem. [Idem quod ego feci) aut tu similiter cogites. [Proponas ante oculos) Fingas te uidere. [Modo) paulò ante, cum gerebantur bella ciuilia. [Tot uiri) Pôp. M. Cato, & alij quã plurimi. [De imperio) Nostro R. [Côquassatæ) magna clade perculsæ. [Omnes) Luc. Totis pugnatũ est uiribus orbis. [Mulierculę) côsolationis grã vsus est diminutio. & ad id refertur, qđ dixit tot viri clarissimi. [Animula) q.d. quæ non erat, si vixisset, res ullas magnas factura. [Iactura) amissio. dicimus autẽ feci iacturam in mortem patris, non autem habui, uel accepi iacturam. [Tantopere) tam uehementer tam incôsolabiliter. [Fuit moriendum necessario) fuerat moritura [Paucis post annis,) q. d. igitur accessio paucorum annorum eum iuuare potuisset. [Nata homo) ꝙ animal ex parte diffinitionis suæ mortale est. [Etiã) non copulatiua est particula in hoc loco, sed hortantis, ponitur etiam pro ea. [Hisce) Talibus, quibus doles. [Auoca) collige. [Reminiscere) recordare reduc in memoriã, [Tua persona) côditione, & qualitate tua. Cic. in offic. Intelligendum est etiam duabus nos à natura indutos esse personis, alias significat laruam. [Illã) .s. reminiscere [Vna cũ rep.) .i. vixisse, cum uiueret respub. [Prætorem, consulem, augurem) His omnibus magistratibus functus est Cicero [Vidisse) quod potuit ei multum satisfecisse ad uitã, quia non poterat te uidere maiorem. [Primarijs) ex primis, & optimis uerbis nostræ, Pisonij, & Dolabellæ. [Bonis) commodis fortunæ. [Perfunctam) vsam. [Occideret) periret, qa amissa rep. quid solatij in uita habere potuerat?. [Quid est,) q.d. nihil. [Hoc nomine) hac causa mortis. [Deniq; post multas rationes) Deponendi doloris. [Ciceronem,) q.d. tantum & talem uirum, de quo tanta est apud omnes opinio. [Et eum) .s. te esse. Præcipere) præcepta dare fortitudinis, & côstantię, quod maxime fecit in libris officiorum. [Neque imitari] sequere, & est modi imperatiui imitamur autem mores, facta, & dicta, & gestus, sequimur uero corpus, & sequi interdum pro imitari ponitur, ut Tullij filius non est secutus patrem, imitari uero nunquam prosequi ponitur, neque enim rectè dicimus, tu præcedis, ego te imitor, sed potius sequor dicendum est [Malos] Imperitos. [Profitentur] aperte dicũt [Tenere] habere. [Tute] Tu ipse. Nam, te, adiectio est. [Subijce] præpone ad consolationem. [Longinquitas] Diuturnitas [Molliat) mitiget, si penitus auferre non potest [Hoc tempus) uenturum, quod minuat dolorem. [Non occurrere ei rei] .i. non pręuenire, & anticipare eam rem. s. medicinam temporum. [Tua sapientia) per tuam sapientiam, quæ debet tibi auferre eum dolorem, quem tempus auferret. [Si quis sensus inferis] .i. si in mortuis est aliquis sensus, qui certe est. [Inferis) mortuis, quia ad inferos descendunt, ut credebant antiqui, ut Ouid. Tendimus huc omnes Iuuenal. Esse aliquos manes, & subterranea regna: Et paulo post. Illuc, heu miseri traducimur. [Qui) ordo est, illa non uult te facere hoc pro illo amore, quia amor illius fuit in te, & ꝓ illa pietate, quæ pietas illius fuit in omnes suos. [Da) concede, quia non vult te hoc facere. [Mœrent tuo dol.) Mẽrẽt quia doles: Virgil. Et nostro doluisti sæpe dolore. [Consilio tuo) nô quo posses, vti si premereris luctu filiæ amissæ. [Denique) ultima ratio côsolationis, & est sensus: Denique, quoniam deuenimus in eam fortunam, ut secundum aliorum iudicium viuere oporteat, noli facere, vt quispiam existimet, si diutius fueris in luctu, te potius lugere, qa Cæs. occupauerit Remp. & victor fuerit, q̃ ꝙ filiam amisseris. [In eam fortunam) In hanc conditionem malam, nã cum fortuna, & bona, & mala dicatur, pro locis intelligere debemus. [Seruiendum huic rei) Obtemperandum huic rei, vt sequamur tempora. [Committere) Afficere. [Tempora reip.) mutata, & mala. [Aliorum) Cæsarianorum, quos fortasse offendemus, si existimabunt nos lugere, quia uictores fuerint, & nobis nihil tamen proderimus. [Diffidere prudentiæ) nô credere te satis prudentem, si plura præcepta subdidero. Nam intelligenti pauca sufficiunt. [Vnum) quod sequitur. [Pulcherrime) cum magna laude, sine elatione, & superbia, quod ipse Cic. præcepit in 1. offic. his verbis: Atque etiam in rebus prosperis, & ad uoluntatem nostram fluentibus superbiam magnopere fastidium, arrogantiamque fugiamus. [Auersam) scilicet fortunam, ut, idest, sic in aduersis, qui fuisti in prosperis, quoniam pręclara est ęqualitas in omni uita, idemque semper uultus, eademque frons. [Neque uid.) Subaudi

Margin notes (left): Bene actum mecum — Inuitare — Deligere — Ordinatim — Ademptus — Suffero Patior Perpetior — Aegina — Oenopia — Megara — Circumcirca Piraeas Corinthus — Hem

Margin notes (right): Cohibere — Confirmatus — Modo — Etiam — Persona — Imitari Sequi — Tute Molliat — Da

Subandi fac intelligamus non uideri tibi maius onus quam de-
beat,i.te non magis moleſte ferre quam poſtulat iactura tua,qđ
quidē fieri nō debet.Iuuen.Flagrātior æquo.Nō debet dolor eſ-
ſe uiri,nec uulnere maior.[Ex omnibus uirtutibus] q̄ in te ſunt.
Hęc una fortitudo,& animi magnitudo in aduerſis ferēdis.[Trā
quilliore]Quietiore magis ſine dolore,q ꝑturbat ipſum animū.
[Hic) In Achaia,cui præſum.[Habeat ſe) In quo ſtatu ſit.

PHIL. *POSTEAQVAM*]Habuit Cice.Terentiam vxorem , ex ea li-
beros Tulliolam, & Ciceronem procreaſſe, & illis patum felix
fuiſſe manifeſtum eſt. Nam filius haudquaquam bonæ expecta-
tionis eſt habitus.Filiam uero Tulliolam, cum propter ſuauita-
tem uel animi,uel ingenij,& morum ipſius eam tantopere ama-
ret,ꝙ & animulam,& corculum,& animæ ſuæ dimidiū ſæpe nu
mero appellarit. Mors acerbiſſima eo tempore intercepit, quo
Cæſ.in Hiſpania cōtra Pompeij filios bellum gerebat,cuius obi-
tum Cic.grauiſſime tulit,in eius conſolationem multi ſcripſere,
uel ipſe Cæſar.qui ex Hiſpania ad conſolandum Cic. literas mi-
ſit. Item Brutus, & Ser.Sulpicius has ad eum literas dedit,conſo
lationis plenas,& multi conſilij.Primo quantum ipſe Sulpicius
dolorem accepiſſet,oſtendit.Inde ſeipſum ad conſolationis ge-
nus accommodat, in quo multa s rationes adducit, & argumēta
tur à neceſſitate naturæ,cum omnino moriendum ſit omnibus ,
& ab auctoritate,& ſapientia Cic.quem ita in luctu eſſe turpiſſi-
mum uidebatur,& quædam adhuc exempla commemorat, qui-
bus non aliquorum morte dolendum eſſe demonſtrat.[Renun-
Renun-cio ciatum)ſignificatum,multa à re compoſita cōtrariam a ſimplici
Retego ſignificationem accipiunt , ut te ego retego, qđ eſt aperio. Figo
Reſigo refigo,quod fixum erat euello.Claudo,recludo. Signo , reſigno.
Vello, reuello. Alia uero complura nō ſunt huiuſmodi,ut eſt re
peto,remaneo,reuello,reſciſco,ꝙ ꝓprie eſt aliquid , poſtq̄ geſtū
ſcio,quod neſciebam, & renuncio aliquid poſtquam factum eſt
Obire alicui ſignifico,uel dico quod neſciebat [De obitu]Morte,obire
enim mori ſignificat etiam ſine adiuncto . Sed ſolemus interdū
addere mortem,uel mortis diem,ut obit mortē,obit mortis diē
& obire diē ſuum. Quin etiam dicimus obire alias res , ut obire
Ob Romam,hoc eſt ire ad Romam. Enn. Ob Romā noctu legiones
Obitus ducere cœpit.Obire legationem,fungi officio legationis . Et ob
in cōpoſitione nō modo ſignificat ad,ſed circum,ut obſidere ur-
bē, alias ꝓp,ut obſides, quaſi obfides appellati,q ob fidē præſtiā
dam dātur,& obitus non modo mortem ſignificat, ſed occaſum
ſignorum. Virg.Nec fruſtra ſignorū obitus ſpeculamur,& ortus.
Sanè q̄ Et obitus ꝓ aditu legimus.[Sanè q̄) hoc eſt multum,& ualde ad-
uerbia,ut oppido q̄ poſitiuo iungūtur,ut ſanè q̄ grauiter,& mo-
leſte tuli. Et Cecil.ad Cic.ſanè q̄ literis Cæſ.ſumus commoti.Et
Brutus ad eundē:Sanè q̄ gauiſus ſim. Liu. Oppido q̄ parua erāt .
In his ſenſus eſt. Poſtquam intellexi filiam tuam eſſe mortuam,
ualde grauiter,& moleſte tuli.[Cōem) quia amicus,nam amico-
rum omnia debent eſſe cōia.Cic. in Læl.Aduerſa quo pacto ferre
poſſemus,niſi eſſent,qui grauius,ac nos ferrent? proprie dictum
inter duos,a con,& munus,quaſi munus duorum , his uerbis be
neuolentiam collegit.[Calamitatem] pro omni detrimēto,& in
felicitate calamitas dici pōt,ſed ꝓprie ruſtici calamitatē grandi
nem dicūt,ꝙ καλαμὴν,hoc eſt ſtipulam, & calamum, ac ſegetē
comminuat.[Affuiſſem) præſens fuiſſem.[Defuiſſem)In te cōſo
lando.[Genus)more ſuo pro qualitate,dicit.n.genus hoc conſo
lationis,qđ affertur à me tibi eſt,quid minimum,& acerbum,eo
ꝙ qui ſunt familiares,& propinqui,per quos ea conſolatio fieri
deberet,ipſi ęque dolēt ac tu ipſe.[Propterea) quia.Ordo eſt:Pro
pterea,quia ipſi.ſ. familiares,& propinqui,ꝑ quos ꝓpinquos, &
familiares,ea conſolatio fieri deberet.Qđ aūt iungi uidebať ip-
ſi,& ſic dicere ipſi ꝓpinbui,ac familiares,iunxit relatiuo, qđ eſt
per quos,& ornatius inquit,per quos ea fieri debet propinquos
ac familiares eſt.n.hęc rectior.atq; ornatior in relatiuis locutio,
qua multi ſunt uſi poetæ,& oratores,uel in primis Cic.Sic.n.ha-
bet de offic.1. Quorum aūt officiorum præcepta traduntur,ea ꝑ-
tinent ad finem bonorum , & ſic intelligendū nō figurate, apud
Ter. Quas credis eſſe has , nō ſunt uerǽ nuptiæ, & Populo pla-
cerent quas feciſſet fabulas.Eodem modo.Virg. Vrbem quā ſta-
tuo ueſtra eſt.[Id conari conſolationem afferre [Lacrymis)Gel-
lius aſpirationem addendā cenſet.Sed Græci δακρυα dicūt[Vt)
Intellige ita ut,[Suum officium)cōſolandi munus.[In p̄ſentia)
dicitur & in pręſentiarum , & tam præteriti ſunt tpis,q̄ futuri .
In p̄ſen Fabius.Quia pauci aderant , non putauit in præſentia differen-
ria dum,Lucius Annæus.Sed ſi calumniator aderit,differendū in p̄·
In p̄ſen ſentia erit.[In mentem mihi uenerunt]Quæ cogitaui . [Nō mi-
tiatum nus eleganter diceremus,ſi aut occurrere,aut ſuccurrere,aut ſubi
re in eadē ſignificatione uteremur[Decreui breui)Paucis uerbis
huiuſmodi deſinentias fuge,inconcinnā enim orationē efficiūt.
Hocloco attentū facit.[Te fugere]multis id modis, uenuſte di-
ci poteſt.[Te lat.]Neſcire,ignorare,clam te eſſe,ignarum eſſe,te
fallere,non te capere,te præterire,& a ſenſu cōtrario, nō minus
venuſte dicimus.[Perſpicias) mediteris.[Quid eſt) conſolationis
initium,& narratio earum rerum,q̄ ad conſolationem pertinēt:
[Inteſtinus) Adeo magnus, ꝙ intus præcordiis fixus eſſe uideať,
qui dolor eſt animi interior, quomodo fit etiam exterior corpo-
ris.[Cogita) argumentum à communi, & maiori iactura, quorū
comparatione hæc quæ minora ſunt, æquiore ēt animo ferenda
ſunt. [Quemadmodum) quàm peſſime. [Fortunam] hanc dicit
Criſpus in omni re dominari. Verum Cic. dixit: Virtuti fortuna
ipſa cedit,quod à Xenophōte,accepiſſe uidebatur. Inquit enim:
. . . : Et alibi Criſpus . Fortuna cum moribus immutatur,
eſt enim hæc inconſtans,fragilis,perfida,lubrica,nec quos illu-
ſtrat perpetuo fouet,nec quos deſerit perpetuo premit. [Egeris)
ſeſe habuerit, nos tractauerit . [Liberi] pro quibus tu tantopere
lamentaris.Pro uno etiam filio, vel filia numero multitudinis li
beros appellamus, vt arma, nuptiæ.Sed animaduerte, ꝙ unos,bi
nos,ternosve liberos nō dicimus,ſed duos,tres,quatuor,vt duos
habeo liberos,unum ex cōcubina,alterum ex uxore, & intellige Liberi
filium . [Patriam) Articulus eſt.Sed in huiuſmodi exornationi- Arma
bus adhibendis ſeruandum eſt,ne nimis crebre collocentur . In- Nuptiæ
quit.n. ipſe ad Heren. Exornationes ,ſi raro diſponentur, diſtin-
ctam ſicuti coloribus ſi crebro collocātur, obliquam reddūt ora
tionē. Hæc aūt,quæ ipſe commemorat,vel in primis patria,non
minus nobis cara,q̄ liberi eſſe debent [Patriam) A Cæſare occu-
patam.[Honeſtatem) bene & honeſte viuendi rationem . [Et li-
bertatem)libere loquēdi.[Dignitatem) Auctoritatem in ſenatu
[Honores)magiſtratus,qui proprie honores appellantur.Luc.Il
le ſemel raptos nunquam deponit honores.[Qui,qūo) vt Terēt. Hono-
Qui uocare[Hoc uno incommodo)ſ.mortæ filiæ. [Quid ad do- res
lorem adiungi potuit?] quem ex honoribus amiſſis capiebā , q.
d.nihil,cum is dolor comparatione nihil ſit.[In illis rebus) ere- Exerci-
pta patria,& ceteris [Exercitatus]aſſuetus,exercitus uero fatiga tatus
tus. Virg. Nate iliacis exercita fatis.[Callere] quaſi callum iā fe- Exerci-
ciſſe,& ita induruiſſe,ut nullum dolorem nouum ſentire poſſet. tus
Sanè dictum μεταφορικῶς à callo pedum, vel manuum ex nimia Callere
exercitatione ꝑueniente,inde callere etiam dicimus, quid opti-
me noſſe.[An illius]confutatio in ea,quæ Cic. potuiſſent obiice
re.[Vicem]locum, & ſortem,q̄ eſt mortalis , & tu fortaſſe uelles
non uiuere ꝓp iſta mala reipub. [Cogitationem] .ſ. feliciter ijs
eueniſſe,qui poterunt ſine dolore ex hac uita decedere his miſe-
ris tpibus [Veneris]Ex te ipſo. [Incidamus] caſu ducti,cum no- Hiſca
bis id cogitare curæ non eſſet.[Hiſce]Comicum eſt, quo ēt ora-
tores,& poetæ utuntur. Conſueuerunt antiqui de omnibus arti-
cularibus per oēs caſus addere,ut hicce, huiuſce, hæcce, hocce.
Nunc uero his additur caſibus,qui exeunt in s,ut huiuſce, hiſce,
hoſce,haſce.Et animaduerte unum, ꝙ etiam nominatiuum plu
ralē hiſce antiqui ſoliti ſunt dicere , quod in Eunucho legimus,
vt hiſce hoc munere arbitrantur ſuā Thaidem eſſe . [Non peſſi-
mè actū] optimè eueniſſe, modus loquendi elegātiſſimus,ut bn̄
eſt actum cū Philectico.i. bene Philectico euenit. [Sine dolore) Mori
qui non uiderunt perditam remp.[Licitum eſt) potuerūt. [Mor- quot
tem cum uita cōmutare) mori,qđ multis dr̄ modis, ut obire diē modis
ſuum.Sulpicius. Nunciatum eſt Marcellum diem ſuum obiiſſe, dicimus
& oppetere Virg.Contigit oppetere. Addimus,& mortem. Cic.
de Diuin.æquius eſſe cenſuit ſe maturam oppetere mortem,quā
P. Africani filiā migrare de uita.Sine appoſito migrare pro mo-
ri non dicimus: Cic.antequam ex hac vita migro , conſpicio, in
meo regno,in his tectis P.Cornelium Scipionem,alias excedere
diſcedere,& decedere dicimus è vita. Cic.Antonius in ipſa cura,
& meditatione adeūdi ſui muneris exceſſit è uita . Idem ad Cur.
Si ei contigiſſet, vt te ante uideret,quàm à uita diſcederet . Et in
Cat.maiore:idē fieri de ſtatione, & pręſido uitæ decederet. Alias
defunctum uita quaſi perfunctum uiuēdi munere.Virg. Defun-
ctaq; corpora uita. Alibi:Neq; adhuc crudelibus occupabat vm-
bris. Et nūc caſſum lumine lugent. [Quid?] ꝙ agere animam eſt
mori.Cœlius ad Cic.Hortenſius quando has literas ſcripſit, ani-
mam agebat. Martial. Attale ne quid agas deſit , agas animā. Itē
perire,interire,extinctum eſſe,expirare, animam effundere , ui-
tam cum ſanguine fundere, uitā fugere, animam linquere,ani-
mam exhalare. Virgil. Animam exhalaſſet opimam , & aliis hu-
iuſmodi innumerabilibus modis.[Hoc tempore) tam miſero,&
infelici.argumentum ab utili.vtile fuit illi mori,ne uideret infe
licia tempora.[Quid autem fuit) altera confutatio obiectionis,
quam ei Cic.facere potuiſſet, & multa commemorat quibus ho-
mines ad uiuendum magnopere mouentur. [Inuitare) nunc ex- Inuita-
hortari,& trahere.[Quæ res)ad præſens. [Spes) ad futurum tem- re
pus refertur. [Licitum eſt) potuiſti. [Generum diligere) habue- Spes
rat enim duos ex Tulliola[generos]primum Craſſipedem Piſo-

nem, quem priusquam in Ciliciam iret extinctum uidit, alterū Col. Dolabellam. [Liberos tuos) Tulliolam dicit. [Committere] plus est, quam commendare. Committimus enim magna, & quę periculo subiecta sunt. [An.) scilicet poterat illam ad uidendum inuitare hoc quod sequitur. [Vt ea) Tulliola. [Forentes) in aliqua dignitate, & honore. [Lætaretur) Lætantur enim matres bona filiorum fortuna maiorem in modum. [Rem) hæreditatem. [Ordinatim] Ex ordine Senatorio, in quo ante quintum & decimum annum admittebatur nemo, nisi quispiam aliqua præcellenti uirtute ornatus, & primo minores petebantur magistratus, inde maiores. [In amicorum negocijs) In defendendis amicis. [Qui horum fuit) Nihil. [Priusquam datum) dari enim ex ijs, quæ diximus, aliquid non poterat, quoniā id omne prius à Cæs. ademptum fuerat, unde datum à parentibus, ademptum à Cæs. [At uero) alia confutatio obiectionis. [Hæc sufferre, ac perpeti] .s. quę fiunt in urbe, & cum ista, quæ in urbe fiunt mala patimur, cur ēt filiorum amissionem nō patimur? Sufferimus. n. corpore, patimur uero corpore, & animo, Itaque plus est pati, & perpeti, quam sufferre. Terent. in Andr. Facile oēs perferre, ac pati, cum quibus erat. [Quæ res) melius, ut cum inferiore sententia coniungamus, quam cum superiore, & sic exponamus, ut dicat: [Volo tibi commemorare rem) quæ res mihi non mediocrem consolationem attulit, si forte, & c. [Volo autem ab eo dictum] quod Grę ci βούλομαι [Ex Asia) Asia Europæ coniungitur ad Tanaim fluuium, eā diuidit Taurus mons bifariam, cuius partes ad Aquilonem, partem ad Meridiem relinquūt. Vnam interiorem Græci, alteram exteriorem appellant, bene ergo rediens ex Asia ingressus Europam uidit oppida, quæ dicit, & sunt in Europa [Aegina) hæc urbs & insula primo Oenopia dicebatur, tamen ab Aegina Aesopi filia, quam Iupp. adamauit, & ex ea Rhadamanthum, & Aeacum filios suscepit, Aegina nominata, de qua Naso sic habet in Metam. Oenopiam ueteres appellauere, sed ipse Aeacus Aeginam matris de noīe dixit. [Megara) Asiæ regionis pars, ut ait Str. Megaricum solum extitit. Sed urbem ipsam Megarā Heraclidę cum fuissent prælio uicti, & Megaricam terrā tenuissent, mœnibus cinxere, & hæc Megarensium ciuitas, ut idem inquit, multa fortunæ uarietate perfuncta est. Habuit & philosophorū studia, quos appellauere Megaricos, q. Euclidi Socr. auditori successere. Est aūt Megarēsis ager sicut & Atticus, asper minimeq; ferax, cuius partē ampliorem continent montes, quos oneos .i. Asinarios vocant. Pomp. Mela non Attica regione, sed in Megaride, quæ quidem etiam in Thesalia dicit esse, nota quidē est fabula regis Nisi & Syllæ quasi Minois amore corrupta aureum crimē obtupit patri. [Versus) semper postponitur dictioni, mutatq; accentum in penul. [Dextra Piræus) portum & urbē in Attica regione fuisse docent multi, uel in primis Strab. & Plin. hi. n. locum ipsum maximis laudibus extulerunt, & ibi ædem Iouis Saluatoris esse dixerunt, & Mineruæ templum, de quo loco quū multa Str. uerba fecisset, tandem sic finem fecit: Piræum quoq; portum in habitaculorum angustias contraxerūt, & ædē Iouis Seruatoris, porticus ipsa templi admirabiles hēt tabulas clarissimorū artificū, impluuiū aūt spectabiles hēt statuas. Ceterorum longi muri dissipati fuerūt. Primū q̄dē Lacedæmonijs emoliētibus, postea uero Romanis. Qua tēpestate Sylla, & Piræum, & oppidum per obsidionē expugnauit, urbs ipsa saxū est in plano, quaquauerso habitato, quo in saxo uetustū Mineruæ templum surgit. In quo lucis extinctæ lichnus est, & uirginis domus, quā Ictinus cōdidit, ubi palladium est ex ebore perfectum opus Phidiæ [Corinthus) In Achaia urbs quōdam florētissima, quæ Cercyra primo dicta, inde Ephyra, demum cū deleta fuisset, & ab Orestis filio restituta qui Corinthus uocabatur. Corinthi nomē accepit, quam deinde Romani funditus deleuerunt L. Mumio. Postremo iterum à Diuo Cęs. restituta est, de quo Str. sic ait: Corinthus uero deserta diutius manens à D. Cæs. denuo restituta. pp bonum terræ ipsius ingenium, missis eo colonis frequentibus generis libertinorū, qui rudera solicitātes, & sepulchra refodientes, plurima inueniebat fictilia, ostraceaq; toreumata per multa etiā ænea, ornata subinde mirati opera, tam fabrefacta nullum indiscissum dimisere sepulchrum, unde inuētis talibus locupletati, multoq; disponētes precio, urbem Romam mortuis repleuere Corinthis. Sic enim de sepulchris exceptam prædam nominabant ostraceā [Oppida florentissima) Præsertim Piræus, & Corinthus, de qua Corintho sic etiam Str. loquitur: Ciuitas ipsa Corinthiorū amplissima usque fuit & opulentissima, seu uiros innumerabiles, ad ciuile regimē peritissimos, siue exuuias opificū artes aīo uertis. [Egomet) illudmet, assumptiue dicimus potiusquam compositiue, & paragoge est, & in prima persona omnibus casibus iungi potest: in secunda uero in nominatiuo nō ponimus, ne si tu met diceremus uerbū esse uideretur, & sciendum, q̄d aut dīæ, aut significantiæ

Cōmitto
Cōmendo
Suffero
Patior
Perpetior
Volo
Asia
Aegina
Oenopia.
Megara
Versus
Piræus
Corin:
Met

cā adiungitur me. [Hem] Indignantis, & seipsum increpantis ad uerb. Quidam uero en legunt, q̄d non probo. [Homunculi) quæ in o, desinunt si diminutiua sunt, o, in u, conuertunt, & culus accipiunt, vt homo homunculus. Plaut. in rudente, homūculi quāti estis eiecti, dr̄ etiam homūcio, homulus, & homululus. Plaut. in eodem: homulus ex Argilla, & luto factus. [Interiit] Natura. [Occisus est) uiolētia [Oppidorum) omnes urbes præter Romā hoc nomine appellātur. Roma uero ab excellētia peculiare urbis nomen accepit. Dictum sanè oppidum, q̄ illuc opes cōferātur. [Cadauera μεταφορικῶς ab animantibus [Breuior] comparatione oppidorum. [Vis ne tu te] Serui cohibere, quæ secum dicebat Ser. illa cogitans. [Cohibere] ad rationem te ducere & colligere. [Hominem esse natum] Et intelligit se moriturum, nā oīa orta occidunt, & Flac. Debemus morti nos, nostraq;. Idem: Mortalia facta peribunt. [Confirmatus] ad omnia .s. æquo animo perferenda, q̄ nobis affert necessitas naturæ, inter quæ mors in primis numerari potest ad euitandam arrogātiam, ne tāto uiro præcipere uideretur. [Tot uiri] non modo de Rom. intelligendum esset, sed generaliter dictum. [Interierunt] Interire aūt est rerum omniū finem hr̄e. Vnde leuior res est perire, q̄ interire. Plaut. in captiuis duo. qui per uirtutem perit, at non interit [De imperio) Non solum de Romano, sed generaliter de omnibus per totum orbem terrarum, sed magis de Romano. [Conquassatæ] Non tam à fortuna, quā à natura, & moribus agitatæ, & percussæ magna strage. [Iactura] perditio, feci iacturam dicimus, habui uero, aut accepi iacturam non dicimus. Mulierculæ animula) non ad displicentiam diminutione est usus, sed ad comparationem, tā pclarissimarum rerum, quæ oēs interierunt, & ad consolationem eius, qūo tot uiri excellentissimi interijssent: interire etiā potuit ista [Paucis post annis] q̄m uita nostra breuis est. Hinc Naso: Cito pede labitur ætas, & Flac. Heu Postume, Postume labuntur anni, & nil est annis uelocius, Post, clam, ante tam accusatiuæ erāt pposi tiones, quā ablatiuę, ut multis ante diebus, & lōge post tpe ueni, & sic dictū paucis post annis, quasi q̄ nihil profuisset, progatio paucorum annorum. [Qm̄ homo nata s.] .i. mortalis, omnia .i. q̄ nascuntur occidunt, & hac lege, inquit Cic. nati sumus, ut oībus telis fortunæ proposita sit uita nostra, neque esse recusandū quo minus, quam nati sumus conditione uiuamus, ne vetā grauiter eos casus feramus, quos nullo cōsilio uitare possumus, euētusq; aliorum memoria repetendo nihil accidisse nobis noui cogitemus [Etiam) Nunc est hortantis. [Ea reminiscere) accusatiuum exigit, ut recordor. [Digna tua persona] conditione, & qualitate, qui Philosophus, q̄ orator, qui pater patriæ primus oīum appellatus fuisti. Alias psona significat laruam. Vñ personati appellantur laruati. [Vixisse) similiter desinens, & articulus, uixit. n. tāto tēpore, quanto resp. in libertate, & pater in dignitate permansit, & ipsa in omni suauitate uiuendi uersari potuit, nā si diutius vixisset. profecto uidisset multa, quæ noluisset. Itaque utile fuit mori. [Prætorem] Primo quæstor fuit in Sicilia, & tunc Romæ penuria rei frumentariæ annonam mittendam curauit, ædilis vi factus est, postea prætor urbanus. Inde consulatum consecutus, in quo Catilinā Galbam, C. Ant. & Q. Cornificium competitores habuisse Plut. ostendit, à Catil. coniuratione patriam liberauit, quo tpe pater patriæ primus oīum Romanorum nominatus est. Fuit etiam Augur post Crassi interitum. Inde paulo post proconsul missus in Ciliciam. Augures. n. ut de muneribus publicis diximus, captādis augurijs, auspicijsq; faciundis ad ineūdas res magnas præerant, & prudentissimi uiri, & magnę auctoritatis habebantur, à Numa primum quatuor ex gente patricia, quatuor ex plebe constituti, nihil. n. quodammodo moliebantur Romani, præsertim ineundis magistratibus, nisi prius sumptum fuisset augurium. His autem oībus mirifica fides adhibebatur, q̄ maxime L. Tarq. Prisco Actius Neu. Cato, & Nouacula cōfirmauit. qui uero ea spreuerunt, in maximas clades incidere. L. Crassus cum spretis auspicijs exercitū duxit in Parthos, & Claudius Pulcher, ut inquit Suet. apud Ciliciam non pascentibus in auspicādo pullis per contemptum religionis iu mari demersis, quasi ut biberent quando esse nollent prælium nauale iniit, superatus, cum dictator dicere à senatu iuberetur, uel iterum deludens discrimini publico Hyliciam uiatorem suum dixit. Mansit autē, vt Diony. inquit, diu Romanis hic mos auspiciorū, nec sub regibus tantum, cum esset urbs, sed post regum eiectionem in consulum, & prætorum creatione. obsoleuit, aut ætate nostra, nisi quatenus imago eius quædam adhuc relicta est, quæ fit huius causa. Collocātur enim qui sunt magistratus accepturi, exurgentes, q̄ sub lucem precationes quasdam faciunt aperto Cęlo, præsentiū que aliquis auspicium, qui mercedem de publico accipiunt, fulgur eis iudicare à sinistris dicit, etiam si nullum fuerit. Illi autē capto auspicio ex uoce abeunt ad magistratus capescēdos, & ex

Hem
Homūcculus
Homūcio
Homulus
Homululus
Interire
Perire
Post
Clam
Ante
Etiam
Reminiscor
Persona
Personatus
Augures

auribus

uibus Caras primus auguria reperit. Ait Plin. [Adolescentibus] Pisoni, & Dol. [Hoc no.) Mortis cã. [Præcipere) docere, unde pceptor doctor in omni genere uitæ. Cic. dare præcepta & consilia consueuit, uel in consulendis hoībus non pauca scripta reliquit, unde de consolatione librum fecit, & in omni bene uiuendi offi
Imitati cio libros, quos de officijs appellauit. [Imitari] ad facta, & dicta,
Sequi moresq; aliorum refertur. Sequi uero ad personam. Virg. Sequi-
Malus turque patrem nō passibus æquis. & ut omnibus, & magnum ua
pro indocto tes imitatus Homerum. Nunquam n. lectum est imitari pro sequi positum, ut si dicas præimitabor, sed persequar. [Malos] indo
Curare ctos, & rudes. [Profitentur] denunciant. [Curare) Mederi. Vnde
Curatio curatio, quæ proprie medicorum est Medicinę scientiam hanc Hieron. inquit, in tres partes esse diuisam, in doctrinam, rationem, & usum, cuius inuentorem Apollinem fuisse dicunt, ut: Inuentum medicina meū est, opifexq; per orbem Dicor, & herbarum subiecta potentia nobis. Socrates, & multi alij apud Aegiptios inuentam esse commemorant. Plato in partes quinque diuisam esse confirmat, Pharmaceutriam, Chirurgicam, Diæticā, Nisognomonicam, & Vetheticam, Hieron. inquit, medicinam
Tute utilissimam esse mortalibus. [Tute] assumptiue, ut egomet, hic
Animus Cic. pro Mur. quasi tute noris, ita salutas, [Apud an.) intellectū,
Anima & mentem. Nam aio sapimus, aīa uiuimus. Iuuen. Principio indulsit cōis conditor illis: Tm̄ animas nobis, animum quoque ut nos Affectus petere auxilium, & pstare iuberet. [Nullus dolor) snīa est: Quod. n. longinquitas tpis est allatura, i. nos ante cupere prudentia, consilio, tolerantia, rōne debemus. [Si quis āt inferis sensus est) ꝙ anima sit immortalis, & sentiat quemadmodū Pherecides Syrus primus omnium tradidit cuius opinionem Pythagoras, & item Plato; multiq; alij excellentes uiri secuti sunt. [Inferis] Qui ad inferos, & Elysios campos descendūt, ut credidit antiquitas. Iuuen Heu miseri traducimur. Et Ouid. Tēdimus huc omnes. Verum umbras mortuorum inferos petere, aut corpore interire, & earum loca esse simulacrū ante inferos, animas uero cœlum ascendere existimabant. [Nō uult) ut lacrymes, & doleas eius morte, quæ potius inmortalitas appellanda est, q̄ interitus. & illuc est profecta, ubi æuo fruatur sempiterno. Hęc autem uita mors est. Cum quis illuc peruenerit, tunc uiuere incipiet. qua ratione adductus Socrates, cum sibi mortale iudicium pararetur, Spes, inquit, me tenet haud mediocris bene mihi euenire, ꝙ quā primum mihi moriendum est. Nam uideor cœlum ascēdere. Nolunt mortui nos eorum interitum deflere: Quod et Enn. dixit: Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu faxit. Hom. Nil prosunt lacrymæ uitali lumine functis, Nec uitam reuocare ualent, nec fata moueri. [Da) concede, nec amplius doleas [Mœrent] q a uident te mœrere, & dolere. Sic Vir. Et nostro doluisti sæpe dolore. Mœrere uero cū diphthongo dolere significat, à morte uel mala parca deductum. Virg. Sola domo mœret, uacua. Sine diphthōgo autem idem est, ꝙ mereo, ut: Si bene quid de te merui, alias significat militare, ut ære merent paruo. [Aliqñ questū sordidissimum capere, unde meretrix appellatur. [Fortuna) Malam cōditionem, ut consilio, & iussu aliorum nos uiuere oporteat. [Nobis ser.) obediendum, id tu nō aliter dicas, quā cum datiuo in hmōi sermone, ut mihi dicendum est, mihi legendum, non à me dicēdum, nec à me legendum. [Huic rei) Ne aliquis putet præsertim Cęs. ad cuius uoluntatem oīa erant accommodanda, te non tam filię mortem, q̄ aliorum uictoriam lugere, utputa Cęsar. & suorū
Lugeo [Lugere] quasi lucis egere dicitur. Cum n. quis dolet, amat obscu
Luctus rū. Vnde luctus, qui differt à dolore: uultu enim & habitu luctus
Dolor ostenditur. Dolor uero animi est. Dolorē uetare non possumus, Luctum uetare possumus. [Secūdū] Nō minus laboris est felicē ferre fortunam, ne quid committamus, quod accusandum sit, q̄ aduersam. Et quo Cic. off. 1. sic præcepit: Atque etiam in rebus prosperis, & ad uoluntatem nostram fluentibus superbiā magnopere, fastigium, arrogantiamq; fugiamus, diu. n. est usus secunda fortuna. Tullius, uel præsertim cum consul esset [Pulcherrime) maxima cum laude. [Aduersam] In prosperis, & in aduersis eundem esse oportet, & Socratem imitari, qui nunq̄ mutabat frōtē, ut in isto casu filiæ. Sed in omni aduersa fortuna se constantissimum fuisse ostendit, uel maxime qm̄ in exilium à Clodio deiectus est, & eius bona publicata sunt, domus euersa, uillæ incensę, de quo in paradoxis etiam meminit his uerbis: At uide, q̄ tui latrocinij tela contempserim, iactatā, & emissam à te nefariam in me iniuriam semper duxi, peruenisse eam ad me nunquam putaui, & alia huiusmodi multa, quibus se cōtempsisse aduersam fortunam ostendit. [Neque uideri) ut Iuuen. Flagrātior æquo. Non dēt esse dolor uiri, nec uulnere maior. [Hęc una) s. tolerātia doloris. [Quæ hic ger.) Gręciam dicit, ibi enim magistratum gerebat a Cæsare missus, de quo Cic. meminit ad Cec. Vt Cassium sibi legauit: Brutum Galliæ præfecit: Sulpic. Græciæ.

POSTQVAM &c.] Audita morte Tulliæ filiæ Cic. consolat eum Ser. Sulpicius, cuius est hæc consolatoria epistola usq; adeo Ciceronianis in stilo similis, ut, quod Valla ait, sublato nomine uix internoscas. Ordo est: Postquam renunciatū est mihi de obitu Tullię filiæ tuæ, ego tuli supp. eum sanè quā. i. perquam grauiter & moleste pro eo, ac. i. quod debui & existimaui. i. iudicaui eā. s. amissionem liberorum sup. esse communem calamitatem omnium parentum. Qui. s. ego, si affuissem, istic, i. Romæ, aut ubi tu es, neque defuissem tibi. i. tibi affuissem auxilio, & consolationi, & declarassem tibi coram i. in præsentia, meum dolorem. Etsi. i. q̄q̄ genus hoc consolationis est minimum, atque acerbum, quia de grauissima iactura, pp ea, quia ipsi p quos ea. s. genera, aut officia cōsolationis debent fieri, utpote p propinquos, ac familiares. Respondet eleganter præcedenti, nam in cōi loquela dicerētur propinqui, ac familiares, afficiūtur pari. i. ęquali molestia, neque possunt conari id. i. consolari propinquum in morte liberorum sine multis lacrymis, vt ipsi videantur magis indigere cōsolatione aliorum, q̄ pstare alijs officium suum. s. cōsolandi sibi caros, tamen ego decreui perscribere ad te breui. s. epistola, aut oratione ea, quæ uenerunt sup. mihi in mentem, præsentia. i. modo, nota, ꝙ alij legunt quo, sed minus placet. i. quia existimem sup. ea quę uenerunt mihi in mentem, fugere. i. latere te, sed ꝙ impeditus dolore perspicias ea forte minus, i. non satis, aut minus. i. non perspicias ea, aut minus sup. quam ego. Quid est, quod. i pp quod dolor intestinus. i. intra uiscera tua inhærens, commoueat. i. conturbet. & afficiat tantopere. i. tam uehementer te? Cogita quemadmodum fortuna egerit adhuc nobiscum, uidelicet, ea erepta esse nobis, quæ debēt esse cara hoībus nō minus, q̄ liberi utpote, patriam, honestatem. s. uitę, dignitatem. s. psonę, honores omnes ab alijs impedi solitos, hoc uno incommodo. s. de morte filię, qđ respectu superiorum paruum cēset, addito q̄đ potuit adiungi. s. addi ad dolorem. q. d. parum aut nihil, quia tantus esse debuit, ut non admittat accessionem, aut qui. i. quis aīus exercitatus in illis rebus. s. malis, & multis ac diuturnis, non dēt iam callere. i. obdurescere, & callum contrahere, q. d. nullus nō debet, & ita oīs debet, atque debet ęstimari. i. appreciari, oīa minoris sup. quam illa. An credo (qđ per Ironiā inserit) doles. i. dolēter fers, tu uicem. i. sortem, illius. s. filiæ tuę defunctę? Quoties necesse est, q. d. frequentissime, sup. ut tu ueneris. s. ordinate pp obiecta tibi psentia. Vt nos incidimus s. casu, quādo aduersa urbis afferūtur aut occurrunt nobis sæpe, in eam cogitationem. i. ut cogitemus nō pessime, imò bene actum esse, hisce. i. hmōi tam malis tpibus cum iis, qbus licitum est commutare mortem cū uita i. accipiendo morte dare uitam sine dolore. s. alio, utpote amissę patrię, honoris, dignitatis, &c. Quid aūt fuit, qđ posset inuitare. i. illicere, magnopere illam s. filiam tuam ad uiuēdum? quæ res? quæ spes? qđ solatium animi? q. d nulla, nullum. An sup. ut ipsa coniuncta. s. matrimonio, duo. n. uiri eius mortui fuerant. Credo, inquit Ser. licitū est tibi p dignitate tua i. q̄ est dignitas tua, deligere. i. de multis legere, generum. i. maritū filiæ, si adhuc uiueret, cuius fidei tu putares committere tuto liberos tuos, & te. An sup. ideo ut ea pareret ex sese. s. ipsa, liberos, quos cum uideret florentes. s. in ciuitate libera, lætarētur, q possent tenere p se. i. sine psidio alterius, rē traditā à pr̄e. i. patrimonium auitū, & q̄ essent parituri ordinatim. i. ex ordine, honores. i. magistratus, & sup. q̄ uterent in negociis amicorū libertate sua. i. liberos suos defenderēt, q. d. frustra hæc speres. unde addit: Quid horū fuit s. sperādū filiæ, qđ nō sit prius adēptum. i. ablatum, qa impeditum ne daretur, q̄ datum? q. d. nihil. At uero, &c. Obiicit alia dolenda, q̄ mox purgat dicēs: At i. sed, uero. i. p certo malum est amittere liberos. i. legitimā, plē, vnde hic, & in Teren. de unica filia liberi dicūtur. Malum sup. sit, nisi hoc sit peius. uidelicet sufferre, & ppeti hæc. s. dicta incōmoda de amissione libertatis, & honoris. Ego uolo cōmemorare tibi, quæ res attulit mihi nō mediocrē i. excellentē cōsolationē, si forte, eadē res posset minuere tibi dolorē. Ego redēs ex Asia, cum nauigarē ab Ægina vrbe Æaci in Ægeo mari circa Peloponēsum Epidaurico litori pxima, in qua habitasse dicuntur Mirmydones, ex formicis secundum fabulas hoīes facti, dictaq; prius erat Oenopia vnde Ouid. Oenopiā ueteres appellauere, sed ipse Æacus Æginam matris de nomine dixit. Megara versus. i. ad eā urbem olim in Attica clara cœpit circumspicere regiones circūcirca s. q̄ iacebāt in circuitu. Ægina. s. vrbs erat post me. Megara erat ante me. Piræus vrbs, & porticus in Attica olim nō longe ab Athenis, erat sup dextra sup. parte Corinthus vrbs in Achaia olim florētissima prius Cercyra, ac demum a Corintho Orestis filio, à quo erat instaurata Corinthus dicta sup. erat sinistra. s. parte florentissima nunciasset ante oculos, scilicet hominum prostrata. Egomet cępit cogitare mecum sic. Hem, indignantis particula, nos homūculi, indignamur. i. ęgre patimur,

ASC.

ſi quis noſtrum interijt.ſ.propria morte,aut occiſus.eſt quę mors eſt uiolenta,quorum uita debet eſſe breuior,cum cadauera,i.reliquiæ,& ruinæ,tot oppidorum,iaceāt proiecta uno loco, hoc eſt ſpatio parum diſtante. O Serui,alloquitur ſeipſum, uis ne tu cohibere,i.continere intra terminos mortalitatis tuę,te, & meminiſſe te eſſe natum hominem. i. animal mortale ? Crede mihi ò Cic.ſup.ego ſum confirmatus.i. firmior factus ad mortem meā aut meorū,ęquo animo ferendam non mediocriter,imò ſumme aut excellenter ea.i. eiuſmodi cogitatione de interitu oppidorū præſtantium.Fac,ſi uidetur tibi.ſ.utile, aut faciendū,ſup.ut proponas tibi ante oculos.ſ.mētis,hoc idem .ſ. urbiū deſolationē ſup.& ꝙ &c aut hoc,ſ.qđ dicam,item.i.cōſimiliter , aut hoc idē ,i.conſimile,uidelicet.Tot uiri clariſſimi interierunt mō.i. paulò ante uno tpe,ſ.cōflictus Pharſalici,& ex illo ēt alij,ut Pompeius & Cato,ꝗ poſtea perierunt.Præterea tāta diminutio facta eſt de imperio.ſ Rom.Oēs ꝓuinciç ſunt conquaſſatæ .i. frequenter concuſſæ,cōmoueris,i.conturbaris,tu tantopere,ſi iactura.i. perditio facta eſt in animula.i.uita,unius muliercule.ſ filię tuę,omnia diminuit ad leuandum dolorem iacturæ.Quę.ſ. muliercula, hoc eſt filia tua,ſi non obijſſet.i.conſummaſſet,diem ſuum ,i.tēpus uitæ ſuæ , tamē. , nihilominus moriendū fuit.i.neceſſe fuit ei mori,poſt,i. poſtmodum, paucis annis, ideſt intra paucos annos,quoniā fuerat nata homo. Vbi homo de muliere dicit. Etiā tu auoca,i.adhuc cogitationem tuam ab hiſce,i.hmōi rebus,quę te cruciāt,atq; reminiſcere potius ea,quę ſunt digna perſona tua ,i.uiri cōſularis,& oratoris clariſſimi,philoſophiq; præſtātis. reminiſcere itaq; illam uixiſſe quādiu fuerat opus.i. utile ei fuiſſe nuptam adoleſcentibus primarijs.ſ.in urbe,utpote Craſſipedi, & Dolabellæ,eſſe prope,i quaſi perfunctā omnibus bonis,quia bonis naturæ,cum eſſet elegās & facūda.bonis fortunæ,ut honoribus,diuitijſq.bonis animi,ut uirtute & ſciētia.ꝑterea bonis matrimonij,liberis & fide matrimoniali,exceſſiſſe uita,cū reſp. occideret.Quid eſt,ꝙ tu poſſis aut illa.i, filia tua poſſit queri cum fortuna hoc nomine.i.cauſa talis mortis ? q.d.nihil.Deniq; noli obliuiſci te eſſe Cic.& eum,qui conſueueris pręcipere alijs,& dare conſilium,neq; imitare medicos malos,qui profitētur ſe tenere ſcientiam medicinę in morbis alienis,& nō ipſi ſe poſſunt curare.Sed potius tute.i.tu ipſe,ſubijce tibi ea,quę tute.i.tu ipſe,ſoles præcipere alijs,atq; propone ſup.ea apud animum,ſ.tuū.Nullus dolor eſt,i.tam magnus , quem nō longinquitas tpis minuat atq; molliat,i. mitiget. Turpe eſt tibi.ſ. uiro prudenti expectare hoc tp̄s.ſ.longum,ac te non occurrere ei rei.i.mitigationi doloris per longinquitatem tpis, hoc eſt præuenire illam rationē mitigandi doloris ſapientia tua.i. per ſapientiā tuam.Quòd ſi quis ſenſus.i.perceptio rerum,quę hic fiunt,eſt ēt inferis,qui amor.i. is.n.fuit amor illius.ſ.filiæ tuę in te,& ſup.quæ pietas,hoc eſt ea pietas fuit illius in omnes ſuos,illa certe nō uult te facere hoc.i. expectare mitigationem doloris ex longinquitate tēporis.Da.i. concede, hoc.ſ.ut dolorē mitiges illi .ſ. tam caræ filiæ tuæ mortuæ,& ceteris amicis, & familiaribus,ꝗ merēt tuo dolore,da patriæ,ut ſi opus ſit,in qua.i. aliqua re,ipſa poſſit uti opera,& conſilio tuo.Deniq; quoniam deuenimus in eam fortunam.ſ.miſerā, ut etiam ſeruiēdum.i.proſpiciendum ſit etiam huic rei , noli cōmittere,ut quiſquam putet,te lugere non tam filiam q̃ tempora reip.ſ.calamitoſa, & uictoriā aliorū,præcipue Cæſ.Plura &c.pudet me ſcribere plura ad te de hac re.i.de cōſolatione tui ob mortem filiæ,ne uideat diffidere prudētiæ tuæ.Quare ego faciam finem ſcribendi,ſi.i.poſtq̃,ꝓpoſuero hoc unum.Nos uidimus aliquoties te ferre pulcherrime fortunam ſecundam.i. proſperā,ut in cōſulatu,& reditu ab exilio, & te adipiſci.ſ. acquirere magnā laudem ex ea re,fac ſup.ut intelligamus aliqñ.i.tandem te poſſe ferre ęque.i.ęquo animo,aut ęqualiter,ac ſecundā,aduerſam ſup. fortunā,neque.i.& non fac,ut & intelligamus,id uideri tibi onus maius,q̃ debeat,ne hæc una uirtus.ſ.magnanimæ patiētiæ uideatur deeſſe tibi ex oībus uirtutib. hoc eſt cū alias oēs habeas . Qđ ,i.quæ res,aut quātū,ſeu quatenus attinet ad me,ego faciā te certiorē de ijs rebus,q̃ gerūtur hic, hoc eſt in ꝓuincia,& quēadmodum prouincia.ſ.Achaia ſe habet,nūc ſup.certiorē te faciā cū cognouero te eſſe aīo tranquilliore,i.habere aīum tranquilliorem.

PAVL. MAN. *AN* illius uicē (credo,doles) Forte melior lectio. At illius uicem q.d.ut per ironiam ſine interrogatione dicta ſint.nō, n. ſatis apte coniungi uidentur. An credo.

ARGVMENTVM.

Reſpondet ſuperiori epiſtolæ Ser Sulpicij, quem nō ſine cauſa dicit optaſſe in ſuo grauiſſimo caſu,propterea quod ſi abſens literis ſuis profuit, multo magis p̄ſentia ſua profuiſſet,dicit tamē nullū cōſolationis officiū p̄termiſſum a Seruio Seruij filio Deinde cōmemorat ea,q̃ faciūt dolorem ſuū acerbiorem,& intollerabiliorem de morte filiæ.poſtremo multis de cauſis dicit ſe cupere uidere,& alloqui ipſum Seruiū,et p̄cipue ut inter ſe conferāt & cōſtituant q̃uo utriq; traducendum ſit illud tempus quo reſp erat in ptāte Cæſaris,ut etiā ſcribit in 1.epiſ.huius quarti.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Quamuis Seruij conſolationem acceperit,reddit tamē alias cauſas, ut doloribus cedat.

M. CIC. S. D. SER. SVLPICIO 3

EGO *uero Serui uellem,ut ſcribis, in meo grauiſſimo caſu affuiſſes.quantum.n. præſens me adiuuare potuerit, & conſolando , & prope æque dolendo,facile ex eo intelligo, quòd,literis tuis lectis,aliquantulū acquieui,nam et ea ſcripſiſti,quæ leuare luctum poſſent, & in me conſolando nō mediocrem ipſe animi dolorem adhibuiſti. Seruius tamen tuus omnib.officijs,quæ illi tempori tribui potuerunt,declarauit,& quanti ipſe me faceret, & quam ſuum talem erga me animū tibi gratum putaret fore.cuius officia iucundiora. ſ. ſæpe mihi fuerunt,nunquam tamen gratiora.me autem non oratio tua ſolum, & ſocietas pene ægritudinis,ſed etiam auctoritas conſolatur.turpe enim eſſe exiſtimo,me non ita ferre caſum meū, ut tu, tali ſapientia præditus ferendum putas.ſed opprimor interdum, & uix reſiſto dolori,quòd ea me ſolatia deficiunt, quæ ceteris,quorum mihi exempla propono ,ſimili in fortuna non defuerunt.nam, & Q. Maximus,qui filium conſularē, clarum uirum,& magnis reb.geſtis,amiſit,& L.Paullus,qui duas ſeptem diebus,& ueſter Gallus, & M. Cato , qui ſummo ingenio,ſumma uirtute filium perdidit;ijs † temporibus fuerunt, ut eos tum ipſorum dignitas conſolaretur ea , quam ex rep. conſequebatur . mihi autem, amiſſis ornamentis ijs , quæ ipſe commemoras,quæq; eram maximis laborib.adeptus, unum manebat illud ſolatium,quod ereptum eſt. non amicorum negocijs,non reipub.procuratione impediebantur cogitationes meæ nihil in foro agere licebat.aſpicere curiam non poteram . exiſtimabam id , quod erat,omnes me , & induſtriæ meæ fructus ,& fortunæ perdidiſſe .ſed cum cogitarem hæc mihi tecum,& cum quibuſdam eſſe communia,& cum frangerem iam ipſe me,cogeremq́; illa fere tolleranter , habebam quo confugerē, ubi conquieſcerem,cuius in ſermone & ſuauitate omnes curas,doloreſque deponerem. nunc autem hoc tā graui uulnere etiam illa,† quæ conſenuiſſe uidebantur,recrudeſcunt.nō enim ut tum me a rep.mæſtum domus excipiebat, quæ leuaret,ſic nunc domo mærens ad rēp. confugere poſſum, ut in eius bonis acquieſcam.itaque & domo abſum , & foro , quod nec eum dolorem,quem a rep.capio,domus iam conſolari poteſt, nec domeſticum reſp.quo magis te expecto, teque uidere quam primum cupio.maior mihi leuatio afferri nulla poteſt, quam cōiunctio conſuetudinis,ſermonumque noſtrorum. quanquam ſperabam tuum aduentum (ſic enim audiebam) appropinquare . ego autem cum multis de cauſis te exopto quamprimum uidere, tum etiam,ut ante commentemur inter nos,qua ratione nobis traducendum ſit hoc tempus,quod eſt totum ad unius uoluntatem accommodandum,& prudētis,& liberalis,& ut perſpexiſſe mihi uideor,nec à me alieni, & tibi amiciſſimi,quod cū ita ſit, magnæ tamen eſt deliberationis,quæ ratio ſit ineunda nobis,non agēdi aliquid, ſed illius conceſſu & beneficio quieſcendi. Vale.*

†alias, temp. fue. ut eorum tum uel eorum tum

† alius, conſanuiſſe

EG O *uero*] Reſpondet Cic ſuperiori epiſ Seruij Sulpicii , quē non ſine cauſa dicit optaſſe in ſuo grauiſſimo caſu, ꝓpterea ꝙ ſi abſens literis ei profuit, multo magis profuiſſet,ſi ſibi affuiſſet.Dicit tñ nullum officium cōſolationis,quæ poſſent in tali caſu afferri,prętermiſſum eſſe à Seruio eius filio erga ſe. Deinde cōmemorat ea,quæ,faciant dolorē ſuum grauiorem,& intolerabiliorem de morte filiæ.Poſtremo multis de cauſis dicit ſe cupere, uidere,& alloqui ipſum Seruiū.& precipuę,ut inter ſe conferāt, & conſtituant qao modo utrique traducendum ſit illud tempus quo reſp.erat in poteſtate Cæſ ut etiā ſcr,in 1.epiſt 3 lib. [Ego) ut ſupra notauimus, & ueritatem,& grauitatē ſententiæ præſefert in principio oronis . [Vt ſcribis] quia ut ſcripſerat Seruius , qui ſi iſtic affuiſſem &c.[Quātum] ratio quare uellet eum affuiſſe. HVB.

se.[Præsentia].s.tua.i.si præsens fuisses. Est autem argumentum à minori ad maius,& est sensus: Quātum potueris me iuuare cō solando,si presens fuisses,clare ex hoc intellexi,quod lectis literis tuis,multū cōsolationis accep.[Prope]Æque, ferè,equaliter, vt.n.præcedenti epist.notauimus,cōicatio doloris solet eum facere leuiorē.[Ex eo]Ex ea re [Acquieui]Mitigatus sum.[Ea]talia,adduxit.n.Seruius & exēpla,& rationes efficacissimas, ut uisum est supra.[Leuare]minuere,& leuē facere [Luctū) mœrorē. [Non mediocrem].i.maximum,liptote est.[Adhibuisti]adiunxisti.[Dolorem)dixerat.n.Seruius.Sanè quàm ꝓ eo ac debui,grauiter,molesteq.tuli. Deinde paulo post coramq.meum dolorem tibi declarassem,[Tuus]filius.[Officijs]debitis [Illi tempori]uā luctuoso & trist.[Declarauit) aperte ostēdit.[Quā gratum) quia demōstrauit,ꝙ si ita faceret erga me, faceret tibi rem gratissimā. [Fore)futurum.[Talem animum) Tam officiosum, & humanū. [Cuius]Seruij tui.[Iucundiora)cum non erat de reb.lugubribus. [Nunquam gratiora] quia nunquā sunt gratiora beneficia, q̄ cū in necessitate præstantur.[Oratio tua] prudentissima abūdans & exemplis,& sententijs.[Et societas ægritudinis].i.cōicatio quædā doloris tui cum meo pp casum meum.[Auctoritas]existimatio & opinio,quæ de te optime habetur.[Turpe]non cōueniens mihi,inhonestum.[Vt]sicut[Tali] tam excellēti,quia auctoritas hominis plurimum ualet ad persuadendum,unde Virg. Tū pietate grauem,ac meritis si forte uirum,quem Cōspexere,silent,arrectisq.auribus astāt. Ille regit dictis animos,& pectora mulcet. [Opprimor]deijcior,obruor ipso dolore [Vix resisto dolori]vix fero & uinco dolorē [Quòd]quia [Deficiunt me) Derelinquūt, absunt à me.[Ceteris)quos inferius noīat.[In simili fortuna) In obitu filiorum [Q. Maximus].s.Fabius, qui Annibalē mora fregit,de quo Ennius: Vnus,qui nobis cunctando restituit rem. De hoc & Liuius,& Pli.in uitis illust.plene scripsit, & Plut.plenius. [Consularem uirum) qui cōsulatum aliqñ gesserat.[Magnis reb. gestis) qui magna & præclara gesserat,quo fuerat magis dolēdū, nam quanto pluris sunt hoīes, tanto grauius ferri solent eorum obitus.[L.Paulus].s.Æmilius, is qui de Perse Rege Macedoniæ triumphauit. Is,ut inquit, Val.Max.li 5 cap.vlt.cum ex quatuor filijs duos iure adoptionis in Corneliam, Fabiamq. gentē patris funere suo quartum ante diē præcessit,alter in triumphali curru cōspectu post diē tertium expirauit.Itaq; qui ad donādos usque filios abūdauerat,in orbitate subito destitutus, quem casum quo robore animis sustinuerit oratione,quā de rebus à se gestis apud populum habuit,hanc adijciēdo clausulam,nulli ambiguum reliquit. Cum in maximo ꝓuectu felicitatis nostræ Quirites timerem,ne qd malj fortuna moliretur,Iouē Opt.Max. Iunonemq. reginam,& Mineruā precatus sum,ut si quid aduersi populo immineret,totum in meam domum conuerteretur. quapropter bene habet,annuendo.n.uotis id egerūt, ut uos potius meū casum doleatis, quam ego uestrum ingemiscā, hæc Vale. M. C. senior, qui ut scr.Plut.in eius uita ex duobus filijs,alterum maiorē natu,cum imperator bella gereret,amisit,cuius mortem modice ac sapienter tulit,nec postea reip. minus inuentus fuit de quo Cic. in Læl.de amicitia,quomodo,ut alia omittā,mortē filij tul.[Noster Gallus]utriusq; amicus.[Iis temporibus] i.talib. tēporibus. [Eorum ipsorum].i propria. [Consolaretur) quia compensabat āmissionem filiorum honore dignitatis.[Iis]Et uel illi.[Cōmemoras)ꝓ commemorasti in epistola tua.s.prima dignitate, honestate.&c.[Maximis laboribus]Studijs & uigilijs.[Vnum) solum. [Quod ereptū est).i.remanebat mihi filia, quæ erat mihi solatiū unum post ea ornamēta amissa [Negocijs amicorum].i.defendēdis amicis,ideo in Rhetor.ad Heren.Etsi negocijs familiarib.impediti.i.defensionibus familiarium,& amicorum, non autem familiaribus.i.domesticis,quod declarat ex hoc loco.[Impediebātur)occupabantur,detinebantur.amouent.n.solicitudinem animi huiusmodi negocia.Ouid.in epist.Herus ad Leandrum:

Vos modo venando,modo rus geniale colendo,

Poni is in uaria tempora longa mora

Aut fora uos retinent,aut vncta dona palestra. &c.

[Procuratione) Administratione.[In foro).i.non me delectabāt causæ iudiciales,in quibus antea multum uersabar.[Aspicere curiam) quanto ergo minus adire eam, si etiam nō poteram aspicere,quia uidebam nihil libere in ea agi posse,& ita ostēdit se omisisse genus deliberatiuum, qd in curia agebatur.[Id, quod erat) .s.uerum [Me perdidisse) amisisse.[Fructus industriæ & fortunæ) .i.omnes dignitates, & honores, quos partim mihi industria,& ingenio meo cōparauerā,partim fortuna ipsa mihi dederat.[Iis .n.duabus rebus]aut altera earum,honores & dignitates cōparamus,sed ut plurimum plus ualet fortuna sine industria,quàm in dustria sine fortuna.[Sed) ostendit quam consolationem de amissione harum rerum acciperet,quod.s uideret hæc eadē alijs multis accidisse.nam,ut vulgo fertur,Solatium est miseris socios habere malorum [Cum quibusdam]alijs, quibus eadem essent erepta, quę mihi.intelligit autē M. Marcellum Brutum,& Cassiū, & reliquos,qui fuerant Pompeiani.[Frangerem me] i. animum meum uincerem.[Quò confugerem).i.in quo esset mihi profugium solatij.s.filiam meam.[Etiam) Non solum noua.[Consenuisse]Tempore debilitata,tractum ab ętate,quę senescens debilitatur.[Recrudescunt)renouātur,tractum à vulneribus,quæ agitatione nimia interdum recrudescunt.i.cruda & noua fiunt.[Nō enim) ratio quare etiam uetera recrudescāt, & grauius ferat nūc amissionem reip.quàm ante amissam filiā,& est sensus: Sicut tūc mestus ꝓpter rempub. habebam domi filiam, in cuius sermone omnem męstitiā deponerem,ita nunc, amissa filia, non habeo remp.ad quā possim cōfugere, ut in ea deponam meos dolores. Ordo est: Vt tum domus excipiebat me męstum à rep.quæ leuaret me,sic nunc mœrens domo non possum cōfugere ad remp.ut quiescam in eius bonis.[Non)adiungenda est hęc dictio,nō,uerbo possum,sicut notauimus in ordine.[Tum].s.tum amisimus ea ornamenta,quæ commemorauimus,& amissa rep.[Quę domus. [Leuare).s.me męstitia.[Sic nūc)amissa filia.[Domo) Domestico incōmodo obitus filię.[Cōfugere) Auxilij & solatij causa uenire. Virg. Ad te cōfugio,& supplex tua numina posco.[Bonis eius] .s reip.quia amissa sunt.[Itaq;) Refert ex supradictis, quòd neq; iuuat eum esse domi,nec in foro.[Domo)ꝓpter mœrorem filiæ, cuius est necesse me meminisse cum sum domi.[Et foro)ꝓpter incommodum reipu.[Quòd) quia,& est ratio,quare absit domo. [Nec domesticū)Ratio quare absit foro,quia nec in domo inuenit amplius consolationem de amissa rep.nec in foro habet consolationem amissę filiæ,quia amissæ sunt dignitates,quę potuissent ipsum consolari.[Quo) propter quam rem.[Magis) quam expectarem,si modo essem in hoc dolore.[Nulla ratio).s.cōsolationis.[Maior) Efficacior.[Consuetudinis) conuersationis.[Sermonum nostrorum) Collocutionum.[Appropinquare) propinquum esse. Appropinquare non ad locum hic, sed ad tempus refertur,ut supra notauimus alio loco.[De multis) Propter multas. [Tum etiam) Maxime.[Commentemur) conferamus, colloquamur,disputemus Cic.in Læl.de Am.Cum in hortos.D. Bruti cōmentandi causa,ut assolet,uenissemus.[Traducendum) agendū, prætereundum. [Hoc tempore) Quo resp.est in potestate Cæsaris.[Vnius) Cæs.vt supra. Adhuc sum in hac sententia, nihil ut faciamus,nisi quòd maxime Cæsa uelle uideatur. [Et prudentis) Cæs.[Nec à me alieni) quia non me spernit, imò uidetur amare. [Cum ita sit).i.quam uis ita sit,ꝙ Cæs.neque à me sit alienus, & tibi sit amicissimus. [Magnæ) consideratæ,& prudenter,& diu cogitatæ.[Ineunda) Aggrediēda,suscipienda.[Non agendi) qa facultas agendi aliquid nobis erepta est.[Quiescēdi)uiuendi in ocio,ut in 1.lib. Ocium nobis exoptandum est.

EGO vero] Quanti apud Cicer. ponderis fuit huiusmodi consolatio,quam exposuimus,his literis facile cognosci potest. Demonstrat in primis cōsolationis effectum, qui lectis eius literis aliquantulum acquieuit,multo magis,si ipse affuisset. Dicit præterea,quòd Seruius eius filius omnia præstitit in illo acerbissimo casu,quæ ab homine amicissimo præstari potuissent. Inde doloris sui causas ostendit, & quæ languorem suum acerbiorem esse faciunt. Demum reditum eius expectare se dicit, ac eum desiderare maxime multas ob causas, quam primum uenire, uel potissimum ut inter se constituatur,quonam pacto illud tempus utrique ipsorum traducendum sit, quo ad manus Cæsaris omnia peruenerunt.[Ego) cum suo pondere, & in principio orationis maiorem grauitatem in dicendo præ se fert. [Vero) nunc consentientis est,ut apud Tere.Ego uero maneo.[Quantum enim) Ratio quare uoluisset,ut Seruius affuisset.[Præsens) à minori ad maius est argumentum, [Æque) similiter.nam cum quempiam similiter dolore (ut nos) uidemus, dolor nobis omnino fit leuior.[Facile) caue dicas faciliter,quo antiqui utebantur pro benigne,dicebant etiam facul,& difficul,pro facile, & difficile. [Leuare)leuem reddere. Virg. Nostrumque leues quæcunque labo rem.rationes intellige,quibus Seruius est usus.[Dolorem) ex eo, quod scripserat Seruius. Sanè quàm grauiter, & moleste tuli. Et item,coramque meum dolorem tibi declarassem.[Seruius tamē tuus) Ambo Seruij dicebantur pater,& filius Quātam igitur iste Ciceroni consolationem præsens attulerit, non paucis exponit. [Illi tempori) calamitoso,inefficaci,& męsto. [Quanti faceret) idest existimaret tibi gratum.[Tibi gratum) nō solum mihi sed tibi gratum, cum ita se haberet in meo luctu. [Iucundiora sępe) nunquam tamen gratiora.i.iucundum in rebus lętis dicimus gratum in rebus aduersis. Quod in epistola ad Lucceium ostendit: Amor tuus ex omnibus partibus se ostendit in his literis quas à te proxime accepi,sed ille quidem ignotus,sed tamē gra-

tus

Margin notes: Auctoritas; Opprimor; L. Paul.; M. Cat.; M. Cat.; Recrudescunt; Appropinquo; Commentarius; PHIL.; Ego; Vero; Facul difficul; Leuare; Iucūdū; Gratum

tus, & optatus, dicerem iucundum, nisi id uerbũ in omne tempus perdidissem. Inest etiam iucundo gratia quædam oblectamenti. In grato autem quędã utilitas & fructus. [Oratio tua sua uissimis, & sapientissimis sentẽtijs plena, & exempla. [Societas) Prope æque dolendo. [Auctoritas) Existimatio tua, quæ profecto apud omnes est maxima. [Turpe) Non mihi conueniens. [Predi-
Prędita tus) tam uirtute, quàm uitio præditũ hominem dicimus. Itaque non recte præditum pro ornato, sed pro habente exponemus, ut præditus sum uirtute, habeo uirtutem, & præditus sum uitio, habeo uitium. Teren. Qui haberem filium tali ingenio præditum. Et Cic. pro Sylla: Singulari humanitate, & crudelitate prçditum, nec dicas, à te præditus sum uirtute, id. n. latinitas non admittit. [Resisto dolori) obluctor, & uix dolorẽ ppeti possum. [Exẽpla)
Exemplum Est. n. exemplum, ut ait Cic. dicti, aut facti certi auctoris nomine
Deficio te facta propositio. [Deficiunt) Deficio te, & deficio à te. primũ significat relinquo te, absũ tibi, alterũ recedo à fide tua, & quasi
Deficio à te rebello, ut Boi defecerũt à Romanis, unde defectio ꝓ rebellatio ne ponitur, & nõ deficiunt, pro relinquunt, quia post se tenet ac
Defectio cusatiuum. [Simili fortuna) Mortem filiorum. Q. Fab. Max.) Hic
Q. Fab. Max. est ille, de quo Ennius: Vnus homo nobis cunctando restituit rẽ, & multa de eo præclara leguntur, uel potissimum apud Liuiũ in Bel. Pun. contra Hannibalem Carthaginensium ducem. filium habuit, qui consul fuit & magnis rebus gestis illustratus, & uiuo patre extinctus est, in eius funere pater orauit ĩ foro, & orationẽ inde, quam habuit, in lucem edidit. Lege Plut. in uita Q. Fabij
L. Paul. Max. [L. Paullus) Æmilium dicit, qui de Perse Macedoniæ rege triumphum egit. Audi quæ de hoc homine Val. inquit lib. 5. Ex quatuor filijs formæ insignis, egregiæ indolis duos iure adoptionis in Corneliam Fabiamq; gentem translatos, sibi ipse denegauit. duos ei fortuna abstulit. Quorum alter triumphum patris funere suo quartum ante diem præcessit, alter in triumphali curru conspectus post diem tertium expirauit. Itaque qui ad donãdos usque filios abundauerat, in orbitate subito destitutus est, quem casum quo robore animi sustinuerit, oratione, quã de rebus à se gestis apud populũ habuit, hãc dijciendo clausulam. nulli ambiguum reliquit: Cum in maximo prouẽtu felicitatis uestrę Quirites timerem, ne quid mali fortuna moliretur, Iouẽ Opt. Max. Iunonemque reginam. & Mineruam precatus sum, ut si quid ad uersi. P. R. immineret, totum in meam domum conuerteretur. Quapropter bene habẽt se res, annuendo enim uotis meis id egerunt, ut uos potius meum casum doleatis, quàm ego uestrũ ingemiscerẽ. Sed uberioribus uerbis hæc apud Plut. legimus in uita Paulli Æmilij. cuius sentẽtiam ita traduximus. Cum quatuor essent Æmilio liberi duos in adoptionem dedit alienę familiæ Scipionem, & Fabium. Duos uero quos deinde ex altera uxore susceperat in sua familia retineri duxit. Sed eorũ alter annos 16. natus quinque duntaxat ante diebus, quam triumphum ageret, extinctus est. Alter uero 12. annum agens tertia die post triumphũ obiuit mortis diem. Triumphauit autem quamprimum post funus primi filij. Deinde uero post triumphum magnanime ductũ altero extincto filio. P. R. in concionem uocauit, ubi luculentissimam orationem habuisse dicitur: quam etiã Plut. suis uerbis cõplexus est, ubi eã leges. [Noster Gallus) Ciuis Romanus iurecõsultus M. Cat. censorium intelligit. duos hic filios habuit matribus diuersis, & ætatibus lõge dispares, ut inquit Gellius. Nam iã adolescẽte altero matre eius amissa, ipse quoq; multũ senex, Solonis clientis sui filiam uirginem duxit in matrimoniũ, ex qua natus est ei M. Cato Solonianus. Alter eius filius natu maior, de cuius morte nunc agitur, prætor designatus patre uiuo mortuus est, egregios de iuris disciplina libros reliquit. At Plut. in uita Catonis ait: Ex duobus filijs alterum maiorẽ natu, cum bella Imperator gereret, amissis, de quo etiã meminit Ci. in Lælio suo. quo modo, ut alia omittam, mortem filij tulit. i. tam æquo animo, & sapienter tulit [His temporibus) Quibus resp. florentissima erat. [Amicorum negocijs) In defendẽdis amicis, quorum maximus numerus fuit. Inter quos defensus est L. Flaccus repetundarũ, opinione omnium damnatus. Et alij innumerabiles. [Reip. peculatione) In administranda rep. in qua tãtũ gloriæ cõsecutus est.
Forum. [In foro) Genere iudiciali. [Aspicere curiam nõ poterã) In gene
Forẽses orones re deliberatiuo. Est. n. forum, quo iura tractantur, unde forenses Ci. orationes dictę sunt illæ, quas egit in foro, ut pro Q. Ligario, pro Roscio Sex. pro A. Cluentio, proq. multis alijs, quos hic esset lõgum dicere. In curia uero magna cũ laude uersatus est, & quas habuit in curia & ad populum orationes, has publicas appellamus, ut de lege Manilia, de lege Agraria, de proscriptorum filijs, deque multis alijs rebus, & personis, quas in eius uita posuimus
Industria [Industriæ] Exercitationis in rebus honestis, ab indulgẽdo appellatam, hoc est operam dando siue abnuendo, quod maximum habeat in rebus agendis ardorem. Hæc quæ dixi. [Fructus) honores dicit & dignitates, quas tum industria Cic. dederat, tum fortuna, his. n. ista comparantur, sed maiorem uim habet in his fortuna, quàm industria. [Sed cum cogitarem) demonstrat quam cõsolationem accepisset [Et cum quibusdam,) q. d. cum omnibus qui reip. statum & libertatem colunt, ut Brutus, & Cassius [Frangerẽ) uincerem me ipsum. [Habebam quò confugerem) Tulliolam, apud quam omnem animi mei molestiam, & mœrorem deponebam. [Graui uulnere) Morte filiæ. [Cõsenuisse) iam debilitatam esse, translatio à senibus [Recrudescunt) Renouantur. Trãslatio à uulnere. [Nõ enim) Ratio est quare illa mala recrudescerẽt, & cur grauius non amissam remp. ferret, quàm ante mortem aliæ. Sensus est: Cum eram aliquando męstus à rep. confugiebam domum ad filiam, quæ leuaret mihi mœstitiam. At nũc domo filia mœrens non habeo, ꝙ ad remp. confugere possim, quæ leuet luctum mihi. Ordo: Non possum sic nũc domo mœrens ad remp. cõfugere, ut tum me à repub. &c. Domo absum & foro, ꝙ nec domi, nec in rep. aliquid iam consolationis inuenio, ꝙ filiam perdiderim, & rep. [Maior ratio) Cum multas attuleris rationes, ut hunc dolorẽ, æquo animo feram, nulla uidetur maior ratio afferri posse, quàm ꝙ quamprimum uenias, & coniunctionem cõsuetudinis, & sermonum nostrorum habeamus. [Cõmentemur) Meditemur, & cõferamus. [Traducendum) Percurrẽdum. Hoc tẽpus. reip. calamitosum & in potestate Cæsaris positum. [Vnius) Cæsarẽ dicit. [Videor) Exigit elegãtia sermonis latini, ut sic dica Not.
mus: Videor tibi bene dicere, uideris mihi bene scribere, & ille uĩ mihi optime disputare, & uidemur nobis errare, uos ꝙ mihi uidemini, illi mihi uidẽtur ludere, caue dicas uidet tibi, ꝙ ego bene dicã, & uidet mihi ꝙ tu bene scribas, & uidetur mihi ꝙ nos male agamus, & hmõi [Nec à me alieni) Amabat eũ Cęsar, atq; Cic. amicitiam habere uehementer optabat. Principio n. belli ciuilis hortatus est eum Cæsar, ut cum ipso sentiret. Sed maluit cum Põp. uinci, q̃ cum Cæsare uictorem esse, pulso ex Italia Põp. Romam profectus Cæsar multa de Ci. conquestus: tãdem orauit, ut Romæ uellet esse. cui Cic. respõdit, ibi adesse nõ posse, ubi quid sibi dicendum esset, tacere oporteret. respõdit Cæs. super hoc deliberandum. paulo post iterum scripsit se illi ignoscere, ꝙ non adfuisset, idque in optimam partem accipere. Inde post uictoriã in Pharsalia Cæsari in Italia redeunti Ci. apud Tarẽtum factus est obuiam, quem Cæs. perhumaniter cõplexus est. & multa cum eo locutus. Inde Romam se contulerunt. & quoniam summa rerũ arbitrio unius tenebat: Tullius ocio literario sese tradidit, & in uilla sua morabatur, in urbem non ueniebat nisi salutãdi gratia, aut alicuius amici sui defendendi causa, ut pro Q. Ligario, pro Deiot. rege, pro M. Marcel. quos apud Cæs. ualde iratũ defendit. Illius concessu, & beneficio. ut si quid concedit, aut donat nobis Cæs. in eo conquiescamus, nec aliud agamus, ut alibi dixit Tullius, adhuc sum in hac sententia, nihil ut faciamus, nisi quod maxime Cæs. uelle uideatur.

EGO uero &c.] Respondet superiori epistolæ Ser. Sulpicij, ASC.
eumq. præsentem sibi fieri mire exposcit, ut de ratione uitę inter se cõsulent, ut cum ordine latius patebit. Ordo aũt est: O Serui, ego uero. i. pro certe, & citra simulationem, uellem sup. ut affuisses, ut scribis, in meo dolore grauissimo. s. de morte filiæ. Enim pro quia, ego facile intelligo quantum potueris. i. potuisses me adiuuare præsens. i. si præsens fuisses Alij legunt pręsentia, sup. tua, quod quadrat cum particula literis, & cõsolando, & dolendo prope. i. quasi, æque. i. æqualiter, atque ego intelligo, inquam ex eo, ꝙ quieui aliquantulum literis tuis. Nã tu, &. i. simul scripsisti ea, quę possent leuare. i. diminuere luctum, & ipse. i. tute adhibuisti non mediocrem, sed ingentem dolorem animi, in me cõsolando, Tamen. i. licet præsens non fuisti, & absens satisfecisti. Seruius tuus. s. filius, declarauit omnibus officijs. i. quæ potuerũt tribui illi tempori. &. i. simul, quanti ipse fecerat me, & quàm. i. quantum, putaret talem animum suum erga me, fore. i. futurum gratum tibi. Cuius. s. filij tui officia fuerunt. s. id est quod scite licet, cum sit euidens sæpe iucundiora mihi, quia in relata, in qua est iucunditas, tñ nunquam fuerunt gratiora. i. acceptiora, & utiliora mihi. autem. i. sed non solum oratio tua penè. i. quasi, societas. i. æqualitas ægritudinis. s. animi ex dolore, sed etiã auctoritas tua consolatur me. Ego enim existimo turpe me nõ ferre ita casum meũ, ut prçditus, idest prę cęteris deo & natura, ac studio tuo donatus tali sapientia, putas ferendum, sup. esse. Sed ego opprimor. s. dolore interdũ, & uix, idest cum difficultate resisto dolori, ꝙ ea solatia. s. eę res consolatoriæ deficiunt. i. deserunt me, quę non defuerunt in simili fortuna ceteris, quorum propono mihi exempla. Nam & Quintus. s. Fabius Max. qui amisit filium consularem. i. qui consulatum gesserat, uirum clarum. i. illustrem magnis rebus gestis. i. postquam magnas res gesserat. Et Lucius Paullus. s. Macedonicus, qui Persam regem in triũphum duxit, qui

qui ſeptem diebus .ſ. ſpatio ſeptem dierum, amiſit duos .ſ. filios, precatus deos, ut ſi quid detrimēti reip. pararent, in domum ſuā deflecterent. Et Gallus noſter .ſ. familiaris, & M. Cato, qui pdidit filium, ſummo ingenio, & ſumma uirtute .i. habentem ſummum ingenium, & ſummam uirtutem, fuerunt .ſ. omnes dicti. ijs .i. talibus temporibus, ut dignitas ipſorū, quam cōſequebantur ex rep. conſolaretur, cum .i. tunc, eos. Autem, ſed unum illud ſolatium, quod exuptum eſt, uidelicet filia indulgentiſſima manebat .i. reliquum, aut reliqua erat mihi ijs ornamētis, quæ ipſe .i. tu cōmemoras, hoc eſt cōſulari, & augurali dignitate, & quæ erā adeptus maximis laboribus amiſſis .ſ. per occupationē reip. à Cæſ. cogitationes meę non impediebantur negocijs amicorum, nō impediebantur pro curatione reip. quia nihil libebat ſupp. mihi agere in foro .ſ. iudiciali pro amicis, & non poterā præ indignatione aſpicere curiam .i. ſenatum, ubi pro rep. ſtare ſolebam. Ego exiſtimabam .i. iudicabam, id quod erat .ſ. me perdidiſſe omnes fructus, & .i. ſimul, induſtriæ .i. naturalis artis, & fortunæ meæ .i. per fortunā acquiſitos. Sed cū ego cogitarem hæc .ſ. incōmoda, & damna, eſſe mihi communia tecū, & cum quibuſdam .ſ. alijs bonis, & cū ipſe .i. egomet, frangerem iam me .i. propoſitum meum dolēdi de amiſſione honorum, & bonorum, nē filiæ, & cogerem me ferre toleranter .i. patienter, illa .i. tam inſignia aduerſa, uidelicet amiſſionē fructum induſtriæ, & fortunæ, ego habebam .ſ. ante mortē filiæ, quo .i. ad quam, confugerem .ſ. ſolatiū habiturus, & ubi .i. in qua, conquieſcerē .i. tranquillitatem animi inuenirē, & in cuius ſermone, & ſuauitate .ſ. ſermonis, & morū, ego deponerē .i. exuerem, & reijcerem omnes curas, & dolores. Aūt .i. ſed, nunc .ſ. poſt mortem filiæ, ēt illa, quæ uidebantur conſenuiſſe .i. antiquata & è memoria per longitudinē tpis deleta, recrudeſcūt .i. recentia, rurſus fiunt, & in priore ægritudine, hoc uulnere tā graui .ſ. de morte filiæ accepto Non. n. & c. Ordo eſt: Enim .i. quia, ut quēadmodum, domus .i. familia, & pręcipue filia excipiebat me, tum .i. tunc ante mortem filię, & ſtante rep. mœſtum .i. reuerſum mœſtum a rep. i. ſi qd aduerſi in rep. uidiſſem excipiebat inquit, quę .i. talis quæ, aut, quæ .i. ut leuarer me .ſ. ab ea ægritudine. ſic ego mærens nunc domo propter mortem filiæ nō poſſum cōfugere ad remp. ut acquieſcam .i. tranquillitatem animi accipiam, in bonis eius. Itaq; .i. & ita, ego abſum, & domo, & foro, ꝙ .ſ. qa, nec domus pōt iam cōſolari .i. cōſolādo leuare, eū dolorem, quē capio domi ob mortē filię quo .i. quo .i. quocirca, ego expecto te magis .ſ. q̄ expectarem, ſi aliunde conſolationem inuenirē, & cupio uidere te qampurimum .i. ualde cito. Maior, rō .ſ. ad cōſolationem nulla poteſt afferri mihi, q̄ coniunctio conſuetudinis .i. frequentis conuerſationis, ſup. tuę & ſermonū tuorum, q̄q̄ .i. tametſi, ſperabam aduentum tuum, ꝓpinquare audiebam .n. ſic. Ego aūt cum .ſ. ita ſit, ꝙ ex opto te uidere quāprimū, de multis cauſis .i. ob multas cauſas, tū .i. multo magis ēt ut commentemur .i. commiſcēdo diſquiramus inter nos autē .ſ. q̄ tps, aut oportunitas elabat, qua rōne .i. uia & modo, hoc tps ſit traducendū .i. trāſigendū nobis, qd tps eſt acommodandū .i. conformandum totum ad uoluntatem unius .ſ. homnis vtpote Cę .ſ. & prudentis, quia modeſte, & ſagaciter uſus eſt uictoria, & liberalis, quia clemēter multis etiam ignouit, & vt videor ꝓſpexiſſe, nec .i. nō ēt alieni à me, quia Cę .ſ. Cic. monuerat, ut à bellis ciuilib. abſtineret, & poſt uictoriam eū ſæpe amice ad curiā inuitarat, & amiciſſimi tibi, quia ſępe abſentē laudarat. Quod cum ſit ita, tū eſt magnę deliberationis, quę rō ſit ineūda .i. inceptāda nobis, non agendi aliquid, ſed quieſcendi, cōceſſu .i. per cōceſſum, & beneficio .i. per beneficiū illius .ſ. Cęſaris

ARGVMENTVM.

Marcellus collega Ser. Sulpicij qui in conſulatu in initio belli ciuilis fuerat ſecutus Pompeium, & cum eo apud Pharſaliā in fugam uerſus Athenas ſe contulit, ubi perpetuum exilium agere decreuerat, quia nō putauit ſibi tutum Romæ fore, ubi Cæſar hoſtis ſuus regnaret. Verum cū Cic. et alij multi eſſent a Cæſare humane in urbem excepti, agebat cum Cæſare de Marcello reſtituendo, ad quod reſpondit Cæſar, ſed id nō grauatim facturum, ſed ſuſpectam habere uoluntatē Marcelli in ſe, an uidelicet reſtitui uelit. Quod cum Marcello indicaſſet Cicero, ille perſiſtebat in propoſito, à quo eum nunc dehortatur idem Cicero, docens etiam illic eſſe periculum, cum ſub Cæſaris ſit poteſtate, & eo grauius, quod Cæſaris magis abſens, quàm præſens ſit ſuſpectus.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Suadet Marcello, ut relicta ſua ſententia, qua perpetuum exiliū ſibi decreuerat, Romam redeat, & Cæſaris humanitate fruatur.

M. CICERO S. D. M. MARCELLO. 7

E*TSI eo te adhuc conſilio uſum intelligo, ut id reprehendere non audeam; non quin ab eo ipſe diſſentiam: ſed ꝙ ea te ſapientia eſſe iudicem, ut meum conſilium non anteponam tuo: tamen & amicitiæ noſtræ uetuſtas, & tua ſumma erga me beneuolentia, quæ mihi iā à pueritia tua cognita eſt, me hortata eſt, ut ea ſcriberem ad te, quæ & ſaluti tuæ conducere arbitrarer, & nō aliena eſſe ducerem à dignitate ego eū te eſſe qui horum malorum initia multo ante uideris, qui conſulatum magnificentiſſime, atque optime geſſeris, præclare memini. ſed idem etiam illa uidi, neq; te cōſilium ciuilis belli ita gerendi; neq; copias Cn. Pompeij, nec genus exercitus probare, ſemperq; ſumme diffidere. qua in ſententia, me quoque fuiſſe memoria tenere te arbitror. itaq; neq; tu multum interfuiſti rebus gerendis: & ego id ſemper egi, ne intereſſem. non. n. ijs rebus pugnabamus quibus ualere poteramus, conſilio, auctoritate, cauſa, quæ erant in nobis ſuperiora, ſed lacertis, & uiribus, quibus pares non eramus. uicti ſumus igitur, aut ſi uinci dignitas non poteſt fracti certe, & abiecti. in quorum conſilium nemo poteſt non maxime laudare, quòd cum ſpe uincendi ſimul abiecisti, certandi etiam cupiditatem oſtendiſtiq; ſapientem, & bonum ciuem initia belli ciuilis inuitum ſuſcipere, extrema non libenter perſequi. qui non idem conſilium ꝙ tu, ſecuti ſunt; eos uideo in duo genera eſſe diſtractos. aut. n. renouare bellum conati ſunt: hiq; ſe in Africam cōtulerunt; aut quemadmodum nos, uictori ſeſe crediderunt. medium quoddam tuum conſilium fuit, qui hoc fortaſse humilis animi duceres, illud pertinacis. fateor, à pleriſque, uel dicam ab omnibus ſapiens tuum conſilium, à multis & magni, ac fortis animi iudicatum: ſed habet iſta ratio, ut mihi quidem uidetur, quēdam modum: præſertim cum tibi nihil deeſſe arbitrer ad tuas fortunas omnes obtinendas, præter uoluntatem. ſic enim intellexi, nihil aliud eſſe, quod dubitationem afferret ei, penes quem eſt poteſtas, niſi quod uereretur; ne tu illud beneficium omnino nō putares. de quo quid ſentiam, nihil attinet dicere: cum appareat, ipſe quid fecerim. ſed tamen ſi iam ita conſtituiſſes, ut abeſſe perpetuo malles. quam ea, quæ nolles, uidere: tamen id cogitare deberes, ubicunque, eſſes te fore in eius ipſius, quem fugeres, poteſtate. qui ſi facile paſſurus eſſet te carētem patria, & fortunis tuis quiete et libere uiuere: cogitandū tibi tamen eſſet, Romæ ne, & domi† tuæ, cuiuſmodi res eſſet, an Mytilenis, aut Rhodi malles uiuere. ſed, cum ita late pateat eius poteſtas, quem ueremur, ut terrarum orbem complexa ſit: non ne mauis ſine periculo domi tuæ eſſe, quam cum periculo alienæ? equidem, etiam ſi oppetēda mors eſſet, domi, atq; in patria mallē, quàm in externis, atq; alienis locis, hoc idem omnes, qui te diligunt, ſentiunt, quorum eſt magna pro tuis maximis, clariſſimisq; uirtutibus multitudo. habemus etiam rationem rei familiaris tuæ, quam diſſipari nolumus. nam etſi nullam poteſt accipere iniuriam, quæ futura perpetua ſit, propterea, quòd neq; is, qui tenet remp. pateretur, neque ipſa reſp. tamen impetum prædonum in tuas fortunas fieri nolo. ij autem qui eſſent, auderem ſcribere, niſi te intelligere confiderem, hic te unius ſolicitudines, unius etiam multæ, & aſſiduæ lacrymæ C. Marcelli, fratris optimi, deprecantur. nos cura, & dolore proximi ſumus, precibus tardiores, quod ius adeundi, cum ipſi deprecatore eguerimus, non habemus. gratia tantum poſſumus, quantum uicti. ſed tamen conſilio, ſtudio Marcello non deſumus. à tuis reliquis nō adhibemur. ad omnia parati ſumus. Vale.*

† alias, tuæ cuiuſmodi.

HVB. ETSI) M. Marcellus is, qui collega. S. Sulp. fuerat in conſulatu initio bellorū ciuilium, tunc partes Pomp. maxime ſecutus eſſet, & adiuuiſſet poſtea uicto Pomp. Pharſalico prælio contulerat ſe Athenas, ubi conſtituerat agere exilium perpetuum: quia putabat ſe non poſſe eſſe tutum Romæ, quia Cæſari aduerſarius fuiſſet. Verum, cum iam Cic. & pleriq; alii iam eſſent reſtituti in patriam, concedente Cęſare, Cic. id agebat, ut M. quoque Marc. reſtituerunt, quod quidem Cæſ. iam promiſerat ſe conceſſurum, licet diceret ſe adhuc habere ſuſpectam uolūtatē Marcelli.

celli.Marcel.uero perstabat in proposito uelle omnino abesse Roma,& ut uitaret pericula,quæ sibi Romæ essent, & ne uideret oppressionem reip. Itaq; Cic.hac epist.nititur persuadere,ut omnino redeat in patriam, existimetq; ubicunque sit, se esse sub potestate Cæs. & ꝙ si non uiderit oppressionem reip. & tyrannidem Cæs.cogetur tamen audire in quo non erit multo minor dolor. Ne aũt indignetur Mar ꝙ Cic. ei consulat:Cic.in principio epi. & prudentiam, & consilium eius, quod etsi hucusque honestum fuit,tamen nunc mutandum dicit.[Adhuc) hucusque.[Eo consilio)ut.s. abesses à patria. [Quin)ut non.[Dissentiam ab eo) quia te uera dissentio,neq; mihi placet.[Sed ꝙ]Rõ quare non audeat id reprehendere,cum ei non placeat [Ea sapientia) Tali sapientia.[Nõ anteponam tuo) modo existimem esse melius tuo,quia puto te multo sapientiorem esse, q̃ me, & licet non probem tuũ consilium, existimo tamẽ non sine causa à te sapientissimo uiro esse susceptum.[Tamen) Licet non audeam reprehendere tuum consilium. [Vetustas) Antiquitas : quia iam multis annis est inchoata.Cic.in Læl.de Amic.maxima est.n.uis uetustatis,& consuetudinis.[Quæ) Beneuolentia tua erga me.[Hortata est) Induxit,quia tenemur,quærere utilitatem eius,à quo amamur. [Conducere) utilia esse,conduco.n.datiuo iunctum significat prodesse,& utile esse. [Non aliena) non absurda. [A dignitate).s.tua q̃ existimarem nõ esse contra dignitatem & honorem tuum. Nã consilia omnia debẽt respicere non solum utilitatem amici,sed honestatem,quæ duo dicit Cic.à se seruata.[Ego) Laudat Ci.prudentiam M.Marc.& cõsilia,quibus usus est,& ante bella ciuilia, & in ipsis bellis , ut facilius persuadeat qd ei faciendum post finem horum bellorum ciuilium. [Cõsulatum) In quo habet collegam,ut diximus,Ser. Sulp. [Præclare) optime. [Sed idem) .i. ego idem.qui memini supradicta. [Vidi illa).s. quæ sequuntur. Ordo est: Sed ego idem uidi illa te neque probare consilium belli ciuilis ita gerendi, nec copias &c. [Consilium) modum.[Ita) Sic ut gestum est.[Copias) Exercitum.Sic.n.significat in plurali. Salust. Ingentes hostium copias parua manu fusas. Virg.tñ metri cã dixit : Quæ sit me circum copia lustro. [Neque copias).s. quas haberet minores,quæ tanto bello essent necessariæ. [Genus exercitus) Qui magis esset ex togatis imperitis belli, & ex Cappadocibus , & Asianis,& oĩbus peregrinis , q̃ ex militibus Italicis , cum Cæs.haberet robur militũ exercitatissimorũ,qd nõ placebat Marc.[Te non p.) te non laudare,tibi non placere.[Diffidere) Subaudi & memini te diffidere,.i. nullã habere fiduciã uictoriæ Pompeianæ pp supradicta [Summe) Valde.[In qua sñia] In opinione , ꝙ Pomp. non esset futurus uictor. [Te tenere memoria]te meminisse,quia tecũ cõicabam.[Itaque) quia neq; probabamus exercitum Pomp.semper diffidebamus. [Rebus gerendis) quia postquam uidisti male cedere Pomp.discessisti a bello. [Egi,ne interessem) Nõ negat se interfuisse, sed egisse ne interesset,si potuisset. [Quibus.) Rebus.[Consilio) Auctoritate,hæ sunt res quibus dicit se potuisse ualere,& contendere cum Cæs.si his rebus esset pugnatum, sed pugnabatur uiribus corporis, quibus longe erant inferiores Cæsarianis exercitatis, & induratis multis,& diuturnis bellis.[Causa]Honestate causę,qua potuissemus esse superiores,quia nos pro rep.illi contra remp.pugnabãt.[Lacertis) Subaudi pugnabamus.[Pares).s.nostris hostibus.i. æquales,& apti ad resistẽdum. [Igitur) Propter supradictam causam, quia pugnabamus uiribus, & lacertis, quibus non eramus pares hostibus non auctoritate & cã, quibus eramus superiores. [Aut si)quasi correctio est, quia occurrebat uirtutẽ nõ posse uinci,iõ dixit[Fracti) quassati,debilitati.Virg. Fracti bello,fatisq; repulsi.Idem: Fractę uires,auersa deæ mens.[Certe)Saltem. [Abiecti) In cõtemptum deducti, & humiliati [In quo)in qua re. [Nemo potest non laudare).i.impossibile est,quod omnes laudẽt.[Abiecisti) Deposuisti.[Cupiditatem certandi) Voluntatem pugnę,qa discessisti à bello[Cum spe uincẽdi) Cum non sperares uictoriã posse amplius Pomp.contingere post cladem pharsalicam,ergo sic intelligendum est,quõd cum spe uincendi abiecisti decertandi cupiditatem , id enim est sapientis , quod declarat,cum dicit. Ostendisti sapientem,& bonum &c.[Inuitum (Non libenter,sed officio coactum. [Extrema) Finem bellorum[Non libenter.)Ne bellum uideatur potius susceptum cupiditate quam officio.[Idẽ quod tu)scilicet nõ persequendi libenter extrema belli.[In duo genera) In duas conditiones. [Aut enim) Primum genus [Conati sunt, idest frustra tentauerunt. Nam conari proprie est frustra aliquid tentare, & aggredi. Virg.)Ter conata loqui. Niti autem cum effectu, licet interdum confundantur . Iuuen. Quid tanto dextro pede concipis, in te Conatus non pœniteat uotique peracti. [Renouare) Instaurare, quod uidebatur iam finitum morte Pomp.[In Africam) Cum Catone ad Iubam regem apud quem separatę sunt uires,& maximi exercitus. [Contulerunt se) Accesserunt se.i.iuerunt. [Aut alterum genus) Quemadmodum nos, sicut ego Cic. [Mediũ) quia noluisti renouare bellum nulla spe uictoriæ,nec existimare te uictũ.[Qui) Reddit rationem utriusque.[Hoc).s.existimare te uictum.[Humilis) Abiecti,uilis,sicut fuerunt Marc.& Cato.[Illud).s.renouare bellum,nulla spe uictoriæ [Pertinacis) Obstinati, sicut Scipio socer Pomp. & plerique alij [Duceres) Existimares.[Fateor) Descendit Cic.paulatim ad persuadendũ,ut iam uelit flecti,& discedere ab eo propositio, & Romam reuerti,præsertim cum tempus adiuuet hanc mutationem consilij.[A plerisque) A multis. [Vel dicam) Correptio capiens,quia existimasti sine spe uictoriæ esse purgandum [Magni ac fortis) Quia nunquam tamen existimasti te uictum. [Ista ratio) Ista uia tui propositi, siue consilij supradicti.[Quendam modum)Quendam terminum,ne minus progrediatur. [Præsertim) Ratio ualidissima ad mutandam rationem illius consilij. [Omnes fortunas) Patrimoniũ & dignitates tuas.[Præter uoluntatẽ) .s.tuã.i.nihil deesse tibi nisi ut tu uelis., qa Cæs. est paratissimus omnia tibi restituere. [Ei) Cæs.Penes quem arbitror in arbitrio, & dominio cuius.Nã penes cum ad personã refertur, & dñium, & laudem,& uituperationem signat. Cic.penes quos laus adhuc fuit.Quintil.Culpa uideatur penes partem.Ouid. 1. Fast. Me penes est unum uasti custodia mundi.seruit etiam loco.Cic.sed penes scęnã,& huiusmodi locos exercitatus sis i. apud scęnã,apud tamen locis melius seruit, ut apud forũ te uidi. Iuuen. Aut apud Isiacæ potius sacraria lætæ,& cum ad personam refertur familiaritatem significat non dominium,ut fui apud te.i.tecum uel domi tuæ. [Quod uereretur) Timeret. [Ne non putares).i.ut non putares. [Illud beneficiũ).s. quod te restituisset in patriam. [De quo)de qua re , utrum debeas putare illud esse beneficiũ,uel nõ. [Nihil attinet) Nil opus est.[Quid sentiam) Quid iudicem.[Appareat) omnibus sit notũ. [Quid fecerim) quia reuersus sum in patriam,& quod ipse feci,potes existimare me alijs esse suasurũ. [Sed tamen) Iam incipit confutare obiectiones,quas posset facere Marcel.& primum, quod constituerit abesse,ne uideat Romę ea,quæ sine maximo dolore uidere nõ posset, hoc est rẽp.quę solebat esse libera, nunc esse in ptãte tyranni.[Perpetuo) Semper. [Malles) Potius uelles.[Quam eam) Seruitutem patriæ & esse R. sub potestate Cæs.& similia. [Tamen) Aduertendum est alterum tamen uacare in sensu.[Vbicunque esses) Quia iam ferè uniuersus orbis est ei subiectus.[Eius] Ipsius Cæs.[Qui) Cæs. probat aũt oĩno eum debere reuerti, hoc argumento, ꝙ si et Cæs. daret ei optionẽ,ut ibi esset,ubi maxime uellet,dẽt tñ Marc.cogitare melius esse Romæ uiuere. [Passurus) Permissurus.[Quiete) Sine psecutione. [Cuiusmodi res) Qualis res. Esset.s. uiuere. [Et domi) Et declaratiue ponitur pro.i. [A Mitylenis , aut Rhodi) posuit pro quibuscũque locis externis Mitylene insula in Aegeo , quæ & Lesbos dr. Vernacula lingua dr Metalinũ. Rhodos, urbs, inqt Strab.super orientali promõtorio sita,& portubus,& uijs,& mœnibus &c.fabricata,tñ alias excellit,ut nullam ei ęqualem nedũ præstantiorẽ proferre ualeamus. mira est eius iustitia,& diligentia,cũ circa rei: q̃ reip.gubernationẽ, tum circa res uenales,quibus multo tẽpore mari dominata est,& piratas sustulit & Rom. amica fuit,& regibus Rom.ac Græcorũ amicissima. Nã per eos libera mansit,& multis donis fuit exornata.dicta aũt Rhodos,ꝙ capulo rosæ illic inuẽto sit edificata. Nam ῥόδος Gręce rosa dr. [Cõplexa sit) compræhenderit,ut totus fere orbis sub eius imperio fuerit.[Quem ueremur) quem timemus. [Mauis) Potius uis .i.potius debes uelle.[Alienæ).s.domi.[Equidẽ) Alia suasio multo efficacior, ꝙ si et esset certus nõ posse uiuere sine periculo,uellet tñ potius mori in patria sua, q̃ in aliena. [Oppetenda mors) obeunda.i.si mihi esset moriendum [Externis) Peregrinis. [Sentiunt) idem,qd ego nunc suadeo tibi. [Quorũ).s. qui te diligũt. [Rationem) Respectum, cur tibi hæc suademus.[Rei famil.) Patrimonij,& bonorũ tuorũ [Dissipari) dispergi.[Perpetua) quia si quidq̃ amitteres, statim recuperares. [Propterea) Ratio quare eius rei familiaris non posse accipere iniuriam, q̃ sit futura perpetua. [Is) Cæs. [Patitur) Permittit, imò prohibet. [Prædonum) Latronum, raptorum, qui in hmõi tumultibus, & mutationibus rerum gaudent diripere domos diuitum, & maxime eorũ, quos putant suspectos Cæs. [Qui essent) Hi prędones. [Confiderem) certus essem.[Hic) In hoc,ut Romã uenias. [Solicitudines) Curæ.[Proximi) Post Mar.qa post eũ nullus est,qui maiore cura de te afficiatur, q̃ ego. [Tardiores) Segniores ad precandum Cæs. [Quod)Ratio,nõ.n.satis commode possumus esse deprecatores alterius apud eũ apud quẽ necesse fuit adhibere deprecationẽ pro nobis,qd se fecisse Cic.dicit. [Nõ habemus ius adeundi) nõ possumus eũ adire, cum opus fuerit nobis deprecatore apud eũ. [Gratia) Fauore.[Quantũ uicti]Qui parum psũt. [Studio) prompta uoluntate.[Consilio) Quo possumus eum iuuare.[Marcello]

Fratri

Margin notes (left column): Adhuc; Quin; Conduco; Summe; Fracti; Certe; Conari; Niti; Renouare. (Right column): Penes; Mitylene; Rhodos.

Fratrimo,qui ſæpe cōicat mecum de tuis rebus.[A reliquis]Pręter Marc.fratrem [Non adhibemur) Non uocamus ad res tuas, neque conſulimus.[Ad omnia)quæ pro te fieri poſſunt.

PHIL. *ETSI eo*] Poſt uictoriam Cæſ. è bello ciuili aduerſus Pomp. Pompeiani diuerſa conſilia ſecuti ſunt,quibuſdam renouare bellū,quibuſdam pati ſub Cæſ.ſeruitutem viſum eſt, quibuſdā neutrum placuit. In hac extrema ſorte Marcellus numerari poterat, qui neq; Cæſ.obedire,neq; aduerſari decreuerat,ſed oīno carere patria,& domo,& quiete uiuere, ſi poſſet, in exilio. Quod cum Cic.accepiſſet, has ad eum literas miſit,q̄bus uehementer hortatᷣ domi,& in patria eum malle uiuere, q̄ in externis locis Athenas enim ſe contulerat,& ibi perpetuo in exilio permanere decreuerat, Putabat.n. Romæ.ſ non poſſe, pp Cæſaris conceſſum,& beneficiū conquieſcere.Nec amplius dubitabat Tullius de Cęſaris uoluntate erga Marcellum. Nā ei ꝓmiſerat uelle Marcello parcere. Ex quo illi perſuadere conatur,ut redeat,puterque ſeipſum ubicunq, fuerit ſub poteſtate Cæſ.eſſe manſurum.[Eo conſilio) ut Romæ eſſe nolis.[Non audeam) pp auctoritatem, & ſapiētiā tuam, cum tamen repræhendendū ſit Laudat.n.hanc ob cauſam Marcelli conſilium,ne indignum putet à Cic. ſibi dari conſiliū, cum ipſe maximi conſilii,atq; ſapientiæ eſſe diceretur. [Qđ te) quod non à cōſilio tuo diſſentiam , q̄a uere diſſentio,uidetur.n. mihi te Romæ debere uiuere cū tuis. Et animaduerte,ꝙ in hoc

Sapiengia – exordio ad beneuolentiā,& attētionē colligendā multa dn̄r.Sapientia eſt humanarū atq; diuinarū rerum perfecta ſcientia,quā Græci σοφίαν dn̄t.[Non anteponam]Præſerā,qm̄ te longe ſapiētiorem exiſtimo,q̄ me ipſum , & quamuis conſilium tuum non probem,tn̄ illud à te uiro prudentiſſimo non ſine cauſa ſuſceptū puto.[Vetuſtas) Hæc maxima in amicitia uim habet, & chariores eſſe dn̄r amici ueteres,q̄ noui. Ex quo Satyrus,inquit:Quamuis digreſſu ueteris confiſus amici.[Amicitię) Inter amorem , &

Amor – amicitiā hoc intereſt, ꝙ amor in eos eſſe pōt,quos ēt neſcimus,

Amicitia – & nunquā uidimus. Amicitia uero nō eſt niſi inter eos,qui ſe norunt. Eſt amicitia reciprocus quidā animorū affectus, & utrūq; nomen ab amando deductum eſt,& antiqui amicitiā per ſe dicebant,& amicum & beneuolentiam. [Saluti tuæ) attentum facit.

Conducere – [Conducere) vtile eſſe,datiuo iunctū.[Non aliena ducerem]contraria honori tuo.[Duo d.) vtile,& honeſtū,de quibus aliter philoſophi ſentiunt,aliter qui reip.ſtudent & in ciuitate uerſantur, Socrates,inquit,nihil eſſe utile, qđ nō honeſtum ſit,& nihil honeſtum,quod nō utile eſt,& apud ſtoicos quod honeſtum eſt,id ſolum bonum hoc enim per ſe ſolum placet,nulla adiuncta gratia. Eſt aliud honeſtum,qđ medium appellatur,quod eſt cum utilitate coniunctum. Tertia eſt commoditas quædam , quæ ſolum lucris ſtudet,omni depulſa honeſtate.philoſophicum,quod dicimus honeſtum,ſoli uirtuti intentum eſt,omni abiecta utilitate. hic ergo vult perſuadere Marcello non illud honeſtū,qđ philoſophicum eſt,non commoditatem, quæ ad peritos homines pertinet,ſed illud medium,quod dicimus honeſtū & utile,qđ in ciuitate uerſatur. Sunt aūt quædam uerba,quæ nec oīno ſunt perſonalia,nec oīno imperſonalia,ut iuuat,decet,oportet,& conducit

Ducere – pro utile eſt.[Ducerem) Exiſtimarem. Virg. Tanto me crimine dignum. Duxiſti. Cice.in Ver.Hoc ſibi ampliſſimum, pulcherrimumq; ducebant.[Ego eum te eſſe) Laus à prudentia,cuius pars eſt prouidētia , per quam aliquid futurum uideamus anteq̄ factū ſit. Laudat.n.Marcelli conſilium atq; prudentiam,quibus in bello ciuili eſt uſus,ut illi,qui poſt bella ciuilia faciendū ſit facilius perſuadere poſſit.[Conſulatū]Conſul erat qn̄, ut ait Trāquillus in uita Cæſ. retulit ad ſenatum , ut Cæſari ante tp̄s ſuccederetur. Prębiderat enim Marcellus quorſum illa tenderent,quę Cęſ.faciebat,oēs.n.quos poterat,beneficiis aſtringebat, uel libertos & ſeruos,quibus planè palam bello ciuili opus eſſe dicebat , reges quoque,& prouincias per orbem alliciebat beneficiis,& exornabat pręcipuis opibus, ex quo oēs cęperunt eſſe attoniti. Collegā habuit in eo conſulatu.Sulp. [Illa vidi] te.ſ non probare ciuilis belli conſilium,non Pompeii copias , nō deniq; genus exercitus noſtri,& in eadem ego ſn̄ia permanebam. Vidimus.n.multo ante quod nunc patimur,unde factum eſt a nobis,ut tu non multū interfuiſſes,& ego ne intereſſem ſemp fugiſſem.[Copias]ad bellum impares,qđ inſtabat.[Genus exercitus) Ex barbaris nationibus coactum,& ex tyronibus Romanis, apud Cæſ. uero firmiſſimus multum apparatus,& ex hoc merito diffidere. Exercitus uero iſtorum genera cuiuſmodi fuerint, Luc.oſtendit.[Summe) vehementer.[Qua in ſn̄ia) ꝙ Pompeiani futuri nō eſſent uictores.

Memoria tenere. – [Memoria tenere) te meminiſſe,& in memoria habere, ꝙ plus ē q̄ ſcire. Nam quæ ſcimus,obliuiſci poſſumus , quæ uero memoria tenemus,nunquam amittimus. Sanè notandum apud Cic. ſic dici memoria teneo,non memoriter,quo tn̄ dicendi modo vſus eſt Pli.ut tu facillime iudicabis, qui tam memoriter tenes,& cōtrario dico narro,recito memoriter dicimus nō memoria, ut Ci. multa narrare de C.Lęlio ſocero ſuo memoriter , & iucūde ſolebat . Repetere tn̄ & complecti memoria,& memoriter dicimus. Cic.ſi memoria repetere uolumus,q̄ & dicimus & Liu. memoria omnia complecti poterat. Caue dicas, aut mēti, aut mēte tenus, ut quidam inepti dicunt,ut didici menti, & habeo mente tenus, quem ſermonem omnino latinitas fugit. Itaq; tum non probando noſter exercitum, tum etiā diffidēdo copijs noſtris.[Interfui

Intereſſe – ſti) Id uerbum datiuo iunctū pn̄tiam ſignificat.[Rebus gerēdis] Bellis ciuilibus.[Egi) conatus ſum , non penitus dicit ſe non interfuiſſe,ſed ſe conatum fuiſſe,ut non intereſſet.[Non.n.) Ratio eſt,cur Cic.non interfuit bello ciuili.[His rebus] .ſ.conſilio auctoritate,& cā.quibus potētes eramus,& eſt articulus. Iuſtior.n. erat cā noſtra q̄ Cæſ.& maior auctoritas, & non minus conſiliū. [Sed lacertis,& uiribus]Armis.[Pares) Pompeiani. Cæſarianis. [Victi ſumus) Cum pares Cæſ.in bello non eramus,uicti ſumus, & in Pharſalia hmōi calamitatem, duce Pomp. ſenatus accepit. ubicunque ponimus ergo,uel igitur,neceſſario cōcluſionem oñdimus,& ad breuiores pertinent cōcluſiones,q̄ illa: Quare,Qua

Quare – pp.Quamobrē.[Fracti) debilitati, ut, Fracti bello ſatiſq repulſi. [Dignitas]Stoice magis,q̄ ciuiliter dixit,ut in Parad.de M. Regulo,qūo corpus eius caperetur,certe ipſe capi non potuit,& eſt correctio cū ſpe uincendi,cū ſpē non hr̄es poſſe uincere,pugnādi ēt cupiditatē abiecisti,non.n.multū rebus gerendis interfuit. [Sapienti]qm̄ uidebas non poſſe uincere.[Bonū ciuem]cui bella diſplicerent[Inuitū ſuſcipere) Aliquantulum interfuit,ſed inuitus,& exēplum de ſe dedit ſapientis,& boni ciuis. Extrema libenter non proſequi.[Ad illud) qđ ait certandi cupiditatem, cū ſpe uincendi abiecisse.[Non idē cōſiliū) vt cupiditatē certam cū ſpe uincendi amitterent,& quod erat mediū ſequerentur ut tu. [Aut .n.]expoſitio duorū gn̄um,q̄ dixit.[Conati ſunt) Fruſtra tentauerunt, ut Terent. ſunt conati imponere Pelio Oſſam. [Renouare bellum) Id unū ęſt,quod dixit,genus,quo in gn̄e Scipionē,& Iubam accipimus,& oēs qui eos ſecuti ſunt,quos in Africa , ut ait, Tranquillus,refouentes Cęſ. deuicit , & Pompeii liberos in Hiſpania,cum q̄bus ancipiti fortuna dimicauit , adeo ꝙ deſperatis rebus de aſciſcenda ſibi morte cogitauit.[In Africam) ut Scipio, Iuba,& Cato Vticenſis . Nam apud Iubam regem reparatæ ſunt uires non parui exercitus contra Cæſar. ut Pomp. filij in Hiſpania,& an ipſe Pomp.in Alexandriam fugiens ab Ptolemæo fuerat iuſſus occidi.[Aut ſe uictos] Alterum genus [Nos ego) Tullius,& quidam alii.[Medium tuum conſilium] ꝙ nec te uictum penitus credidiſti,nec bellum cum aliis renouaſti.[Quid] Ratio eſt[Hoc] Humilis animi,abiecti,& uilis crederes & facere te uictum.[Illud pertinacis) renouare bellum aduerſus Cęſ. [Fateor] Laudat illud Marcelli conſiliū,quod medium fuiſſe diximus,& ei ſuadet, vt iam redeat,argumenta ſumēs ab utili,& a tempore , uel dicam.[Sapiens]ꝙ intereſſe noluiſti.[Magni) ꝙ medium ſecutus.[Iſta ratio) Qua tu motus es,& uia ſupradicti cōſilii.[Modum]menſuram,ne protendat ulterius . [Pręter uoluntatem] ꝙ tu non uis,nā ſi velles,haberes omnia à Cęſ.[Ei] Cęſari. [Penes quem[Circuitio ad Cęſ.ſignificandum [Beneficium]vt te ipſum in gratiam & beneuolentiam acciperet. Cum appareat ipſe qđ ſecerim,à conſilio quod ipſe ſecutus eſt,damnat Marcelli cōſiliū, qui non idem faciat. Conſilium aūt Cic. fuit non agendi aliquid in rep.ſed Cæſaris conceſſu,& beneficio quieſcendi , & in patria permanēdi.[Sed tn̄]argm̄ à neceſſario,& eſt cōfutatio obiectionum,quas M.facere potuiſſet,uel in primis ꝙ abeſſet,ne ea uideret Romæ,quæ ſine dolore uidere non poſſe, & iacentē rempub. [In eius ipſius poteſtate) Dominatione Cæſaris,ut alibi ubicunque es,in eadem es naui,cum, ferme totus orbis ſeruiret Cæſari . Qui Cæſar.argumentum ab utili,quo probat omnino Marcellū reuerti debere,etiam ſi Cæſar contentus eſſet,ut ibi uiueret Marcellus,ubi uellet,debere tn̄ eligere Romæ uelle uiuere potius , q̄

Fortunę – extra.[Fortunis tuis]Numero pluratiuo diuitias,& opes accipi-

Mitylene – mus.[Cuiuſmodi] Vel perdita uel ſalua.[Mitylenis) Has poſuit pro omnibus locis externis, inter Metymnam & Maliam iacent ciuitates,maxima eſt inſula in Ægeo,quæ & Lesbos dr̄ , Æolicarum urbium metropolis,& duos,ubi dicit,portus habet,quorum auſtralis clauſus eſt quinque triremium,ac nauium capax,borealis uero magnus eſt , ac ꝓbus agere protectus , clariſſimos uiros habuit,inter quos Pyttacum fecit ſeptem, & Alceus poeta,& Antimenides Alcei frater & Suppho poetica, Diophanes orator, Potamon,Lesbos Grenagoras,& Theophanes rerum ſcriptor.Pompeii familiaris,& ab eo ciuitate Romana donatus [Rhodi]Idem

Rhodos – Strabo dicit urbem eſſe ſuper orientali promontorio poſitam , & portubus,uiis, & mœnibus, & cetera fabrica tantum alias excellit, vt nulla ei ęqualem,nedum pręſtantiorē proferre ualeamus. mira eſt eius iuſtitia, & diligentia ,,cum circa reliquam reip. gu-

bernatio-

bernationem, tum circa res nauales, quibus nullo tempore mari dominata est, & piratas sustulit, & Romanis amica fuit, & regib. Romanorũ, ac Græcorũ amicissima. Nam per eos libera mansit, & multis donis fuit exornata, à græco uocabulo dicta ῥόδος, q̃ rosam signat, quam in fundãda ciuitate conditores inuenerũt. [Late pateat) Per totum orbem terrarũ, & ubicunque es, in eadẽ es naui, & necubi securius esse poteris, q̃ in patria [Equidem) Aliud ad suadendum efficacius argumentum, quorum magna multitudo, s. illorum, qui te diligunt. [Rei fam.] Rerum domesticarum. [Rationem] considerationem. [Nam etsi laus Cæs.) A benignitate, iustitia, & clementia, & ait ꝙ Cæs. non pateretur ꝙ inimici tui res tuas caperent, vnde, nulla unquam iniuria in rebus tuis regnante Cæs. posset esse perpetua, & longo tempore duratura. [Qui te] Remp. circuitio Cæs [Hoc te] ut Romã uenias, & est argm a pietate in suos. vt si rationibus moueri nõ posset, pietate moueretur & lacrymis [Marcelli fratris sui sui] Erãt enĩ duo germani fratres M. Cl. Marc. qui consul fuit, & C. Cl. Marc. qui Octauiam neptem Cęs. duxerat uxorem proximi post Cic. Marc. Nullus enim post illũ tanta cura afficiebatur quàm C. [Quòd ius adeũdi nõ habemus] Rõ est quare tardiores ad ornandũ Cęs. qm̃ opus fuit pro re sua apud Cæs. deprecatore. [Adeundi] Conueniendi Cæs. [Gratia] Beneuolentia & fauore Cæs. erga M. [Quantum uicti] Hoc ait tantæ simus auctoritatis & gratiæ apud Cęs. quantę esse solent qui uicti sunt, q. d. se paruę admodum auctoritatis esse. [Sed tñ) hoc est quamuis paruæ simus auctoritatis, tamen Marcello tuo nõ desumus. [A tuis reliquis nõ adhibemur) Quasi dicat, ꝙ si adhiberemur. s. ad res tuas, quia nõ est qui ad illas me uocet præter Marcellum fratrem tuum. [Ad omnia] Quæ tuę saluti conducunt, & ad honorem tuum pertinere putamus.

ASC. *ETSI &c.*] Marcellus collega S. Sulpitii in consulatu Pompeianas partes secutus, post Pharsalicam cladem se Athenas contulit, ut ibi reliquum uitæ ageret. verum cum Cicer. & alii multi p eo intercessissent, annuis Cæsar, modo ille redire uellet, quod ut uelit, nũc agit Cic. hac epistola dicens: Etsi ò Marcelle, ego intelligo te usum adhuc. i. in hoc usque tempus, eo. i. tali consilio, ut non audeam reprehendere, id, non quin. i. ꝙ non ipse. i. ego dissentiam, ab eo. s. consilio tuo, sed ꝙ iudicem te esse ea sapientia, ut non anteponam tuo consilio, meum. s. consilium, tñ uetustas amicitię nostrę, & summa beneuolentia tua erga me, quę cognita est mihi iam a pueritia tua, nõ dicit, mea, quia minor erat Marcellus, hortata est me, ut scriberẽ ea ad te, quæ arbitrarer cõducere, i. utilia esse, saluti tuæ, & quæ ducerem. i. existimarem, esse non aliena à dignitate tua. i. nihil factura contra dignitatem tuam. Ego memini præclare. i. egregie te esse eum. i. talẽ, qui uideris initia horum malorum multo ante, scilicet quàm euenerunt, & qui gesseris consulatum magnificẽtissimẽ, atq; optime. Sed sup. ego idem uidi. i. animaduerti ẽt illa, uidelicet, neque probare. i. approbare, & laudare, consiliũ belli ciuilis gerendi ita, ut gestũ est, neque copias. i. potẽtias exercitus, nec genus exercitus Cn. Pompeii. & diffidere semp summe. i. summopere. in qua sententia ego arbitror te tenere memoria, me quoque. i. etiam me fuisse. Itaque. i. & ita neque tu interfuisti multum rebus gerendis. & ego egi semper id, ne interessem scilicet reb. bellicis gerendis. Enim. i. quia, nos non oppugnabamus. i. certabamus, ijs rebus, qbus poteramus ualere, videlicet cõsilio, auctoritate, causa, quæ. s. tria dicta erant superiora. i. meliora, & propria, in uobis, sed sup. pugnabamus. i. pugnabatur, lacertis. i. robustis brachiis, & uiribus, quibus non eramus pares. Igitur quia pares non eramus victi sumus, aut si dignitas non potest uinci, nos certe sumus fracti. i. debilitati, & abiecti. In quo nemo potest non laudare. i. quisq; cogitur laudare maxime consilium tuum, ꝙ abiecisti cũ spe uincendi etiam cupiditatem certandi, & ostendisti. s. per factũ tuũ, ciuem sapientem, & bonum suscipere inuitum initia belli ciuilis, & non persequi libenter extrema, in quibus est multorum innocentum trucidatio, ut uictor securior uiuat. Ego uideo eos, qui non sunt secuti idem consilium, quod tu. s. secutus es, esse distractos. i. diuisos in duo genera: Aut enim conati sunt renouare bellum. s. cõtra Cęsarem, vt Cato Vticensis. Iique. i. & ij, contulerũt se in Africam ad Iubam regem; aut crediderunt se esse uictos, queãdmodum nos sup. credidimus, hoc est, ego credidi. Non. n. licet ad Marcellum loquatur, Marc demonstrat, quod nouum uideretur ignorantibus in prima persona licere pluraliter de uno loqui, in secunda non licere. ꝙ autem Mar. non demonstret, patet ex eo, quod subdit consilium tuum fuit quoddam medium, quia neque se planè uictum fatebatur, neque renouare bellum probabat, ut pote, qui duceres. i. existimares fortasse hoc. i. posterius dictum. s. se uictum fateri supp. esse animi humilis. i. abiecti, illud. s. renouare bellum pertinacis. s. animi esse. Fateor tuum cõsilium iudicatum, sup. esse à plerisque, uel dicam ab omnibus sapiens sapientis hominis, & à multis etiam. i. in super, supp. iudicatum esse, animi magni, ac fortis, quod ad eam rem plus facit. Nam sapiens in quantum sapiens, sapit quid faciendum, magnanimus & fortis, quod sapit, audet. Sed ista ratio. i. consideratio consilij tui. habet (vt quidem uidetur mihi) quendam modum. i. quandam mensuram, aut formam faciendi. Præsertim cum arbitrer nihil deesse tibi, præter uolũtatem, ad obtinendas oẽs fortunas. i. opes tuas. Ego enim intellexi sic, uidelicet, nihil aliud esse, quod afferret dubitationẽ ei. s. Cæsari, penes quẽ est potestas, nisi ꝙ uereretur ne. i. ut tu non putares. i. æstimares oĩno, illud s. recipere fortunas tuas, beneficium, supp. esse. De quo. s. consilio ego fecerim, q. d. nõ uideat aliud cõsultutus, quàm ipse fecerim, recepi autem fortunas meas à Cæsare. Sed tamẽ si tu cõstituisses. i. proposuisses iam ita, ut malles abesse. s. ab urbe, perpetuo, quã uidere ea quæ nolles: tñ tu debes cogitare id ubicũq; es, quia tũc fere mundi monarcha erat Cæs. te fore in potestate eius, quẽ fugeres. i. fugere uelles. Qui. s. Cæsar, si. i. tametsi, passurus esset, facile, te carentem patria, & fortunis tuis uiuere. s. extorrem, quiete & libere. i. sine persecutione, tamen cogitandum esse, tibi, ne pro an malles viuere Romæ, & domi tuæ, cuiusmodi. i. qualis res. i. utilitas tua esset, uidetur tamen scribendum cuiusmodi. i. cuiuscunq; modi, hoc est qualiscunque res esset siue pdita, siue salua, an Mitylenis. i. in ea urbe, in Mitylene insula in mari Ægeo, quæ & Lesbos dicit clarissima, aut Rhodi. In ea urbe Rhodi insulæ, nunc quoque præclara. Sed cum potestas eius. s. Cæsaris quem ueremur, pateat, ita late, ut sit complexa orbem terrarum, nonne mauis. i. magis uis esse domi tuę sine periculo, quam supp. domi alienę cum periculo? Ex hoc loco reor Vallam sumpsisse genitiuum domi admittere tantum adiectiua, quę loco congruant, ut meæ tuæ suæ, nostræ, uestrę, alienæ, propriæ: ubi est mauis, legendum credam malis. i. magis uelis, equidem. i. ego quidem etiam si mors esset oppetẽda. i. fortiter obeunda mallem sup. oppetere mortem, aut uiuere domi, atq; in patria, q̃ in locis externis, atq; alienis. Omnes, qui diligunt te, sentiunt hoc idem. s. faciendum tibi, quorum. s. te diligentium est magna multitudo pro tuis maximis, & clarissimis uirtutibus. Nos etiam habemus rationem. i. bonum respectum, rei tuæ familiaris, quam nolumus dissipari. Nam etsi, sup. res tua familiaris, nullam potest accipere. i. pati iniuriam, quę sit perpetua, propterea ꝙ neque is. s. Cæsar, quem tamen, vt inuisum Marcello non nominat, qui tenet remp. patietur. s. iniuriam tibi perpetuam fieri, neque ipsa resp. patietur, tñ nolo impetum prædonum, ut erant satellites Cæsariani, fieri in fortunas tuas. Autem. i. sed ego auderem scribere, qui essent, ij. s. prædones, nisi confiderem te intelligere. s. quæ sint solicitudines unius. i. solius, etiam si non essent plurium, etiam multæ, & assiduę lacrymæ uñius uidelicet C. Marcelli, fratris. s. tui optimi deprecantur te hoc, i. ne patiaris fortunas tuas diripi. Nos sumus proximi. i. simillimi fratris tui, aut facto eius, cura & dolore. s. pro te susceptis, sed supp. sumus tardiores. s. q̃ frater tuus precibus. s. faciendis pro te Cæs. ꝙ ipsi. i. nosmet eguerimus. s. añ ueniã obtẽtam, deprecatore. i. qui pro nobis intercedat, aut, ut alij legũt, deprecatione. i. intercessione alicuius pro nobis, non habemus ius adeundi. s. Cæsaris, aut Cæs Nos possumus erga Cæs. tm̃ gratia i. per gratiam nostram, quantum sup. possunt uicti. Sed tñ non desumus Marcello. s. fratri tuo consilio & sup. studio, nos non adhibemur. s. ad consilium à reliquis tuis. s. amicis, sed supp. parati sumus ad omnia. i. etiam ab alijs consilia danda, si exposcerent.

ARGVMENTVM.

Argumentum ex superiore colligitur. nam cum M. Marcellus abesset, dicit Cic. se non audere, neque monere eum, ne q; consolari: & adducit eius dicti rationes. Deinde pollicetur se præstaturum ipsi Marcello, ac necessarijs eius, quæcunque possit, ac demum hortatur, ut uelit in patriam reuerti, quod cur faciat, docet.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Iterum suadet ut mutata sententia in patriam reuertatur: idq; p temporum, & loci conditionem, & Cæs. erga bonos uiros uoluntatem.

M. CICERO S. D. M. MARCELLO. 8

NEque monere te audeo, præstanti prudẽtia uirũ, nec cõfirmare, maximi animi hoĩem, uiruq; fortissimũ; cõsolari uero nullo modo. nã si ea, quæ acciderũt, ita fers, ut audio; gratulari magis uirtuti debeo q̃ consolari dolorem tuum. sin te tanta mala reip. frangunt, non ita abundo ingenio, ut te consoler, cum ipse me non possim. reliquum est igitur, ut tibi me in omni re eum præbeam, præstemque, ut ad omnia, quæ tui

tui uelint, ita adsim præsto, ut me nō solum omnia debere tua causa, quæ possum, sed ea quoque, quæ non possum, putent. illud uel tu me monuisse, uel censuisse puta, uel propter beneuolentiam tacere non potuisse, ut, quod ego facio, tu quoq; animum inducas: si sit aliqua resp. in ea te esse oportere, iudicio omnium, teq; principem, necessitate cedētem tempori. sin autem nulla sit, hunc tamen aptissimum esse etiam ad exulandum locum: si. n. libertatem sequimur, qui locus hoc dominatu uacat? sin qualemcunque locum, quis est domestica sede iucundior? sed mihi crede, etiam is, qui omnia tenet, fauet ingenijs, nobilitatem uero, & dignitatem hominum, quantum ei res, & ipsius causa concedit, amplectitur. Sed plura, quàm statueram. redeo ergo ad unum illud, me tuum fore cum tuis si modo erunt tui; sin minus, me certe in omnibus rebus satis, nostræ coniunctioni amorique facturum. Vale.

HVB. Neque monere. Huius epist. argm̄ ex superiore colligit, nā cum abesset M. Marcel. ut supra diximus: Primū Ci. ostendit se neque audere monere eum, neque consolari, & adducit rōnes. Postea uero pollicetur se præstaturum Mar. ac suis oīa, quæ pro eo possit. Postremo eū hortatur, ut uelit in patriam reuerti. & cur hoc facere debeat, adducit rationes ualidissimas. [Monere] Consilium dare. [Præstanti prudentia] Qua potes melius alijs cōsulere, q̄ aliorum expectare consiliū. [Confirmare) corroborare ad ferenda aduersa [Maximi animi) qui nullis perturbationibus succumbere debet. [Nam si ea) Ratio quare non audeat eum cōsolari, & utitur argumento dilemmate, quod concludit ex utraq; parte, s. siue fortiter ferat aduersa, siue opprimatur dolore, se tamen non audere eum consolari. [Ita). s. forti & magno animo. [Virtuti) Fortitudini tuę, quæ est uirtus. [Sin) Secunda pars. [Frāgunt) Et deijciunt & opprimūt te, & à statu rōnis remouēt. [Nō ita ab). s. non ita sum ingeniosus, non habeo tm̄ ingenium. [Vt consoler) ut cōsolari possim. [Reliquum est) i. restat, & sic cōcludit hanc particulā [Igitur) q̄a te cōsolari non possum. [Eū) talē [Præstem) Paratum me exhibeam, & plus est, q̄ præbeo, unde & præsto dr̄, ut præsto adsū. [Debere) obligatū esse, facere. [Ea quæ nō possim) i. etiam plura, quàm possim præstare. [Illud tn̄) quia supra dixit se nō audere eum monere, ne uideatur sibi cōtra dicere, daturus consilium Marcel. dicit Cic. ut Marc. accipiat id, quod est dicturus siue nomine monitionis, siue iudicij, & opinionis suę, siue q̄ pp suam erga eum beneuolentiā tacere non potuerit. & hoc caute dicit, ne uideat̄ uelle dare cōsiliū sapientiori [Puta) Finge, pone. [Monuisse) Loco monitionis dixisse. [Cēsuisse. [Iudicasse, & pro opinione quadā dixisse. Vel reseruauit ad ultimū quod uolebat eum potius credere. s. tacere non potuisse, quia amor cogit nos aperte dicere, quod putamus utile fore amicis nostris. [Si sit) Hoc est quod non potest tacere. Et est ordo, puta me non potuisse tacere illud. s. si aliquid resp. [Oportere iudicio hominum te in ea esse) ēt hic dilēma. i. diuisio. cuius prima pars est, si sit aliqua resp [Aliqua) Aut parua, aut magna. i. si omnino nō perierit [Iudicio hominum) ut hoīes iudicant [Te principē) i. oportere esse. [Cedentem tempori) Sequentem tempus. [Necessitate) Quia non possis aliter facere, & ita nihil facies contra tuam dignitatem, cum non uoluntate, sed necessitate subijcias te Cæs. [Sin aūt) altera pars dilēmatis. [Nulla sit) si penitus perierit. [Hunc locum). i. Romam. [Ad exul.) Per similitudinem dixit exulare eum, qui in patria temp. & fortunas suas amiserit, sicut exulant, q̄ extra patriam sunt. [Si enim) probat multo melius esse Rom. uiuere etiam cum aliquo incōmodo, q̄ alibi, & occurrit obiectioni Marcelli, qui potuisset dicere se uelle libertatē, quā Cic. dicit nusq̄ inueniri posse, cum nullus locus sit, qui non sit in potestate Cæs. [Sequimur) quærimus. [Quis locus.) q. d. nullus. [Vacat) Vacuus est, caret. [Hoc dominat̄) hac dominatione Cęs. [Qualemcūq;) uel liberū, uel subditum, subaudit, sequimur. [Sede domestica) habitatione domus suæ, & propria patria. Ouid. in Tristibus: Nescio qua natale solum dulcedine cunctos Detinet. Idem: non dubia est Ithaci prudentia, sed tamen optat Fumū de patriis posse uidere focis. [Sed mi.) q. d. est hæc potissima causa, quare redeas, quia Cæs. delectatur uiris ingeniosis, qualis tu es. [Is) Cæs. [Fauet ingenijs) amat ingenia, & ea tuetur. [Amplectitur) Fouet, amat. [Nobilitatem) Et dignitatem. i. eos, qui & nobiles sūt, & aliqua dignitate ornati. [Res) utilitas. [Et causa) i. honestas causæ, quia non dicebat, ut eo modo amplecteretur, & adiuuaret eos qui fuerant aduersarij, quo eos, qui eius causam tutati erant. [Cōcedit) Permittit, patitur. [Plura). s. scripsi [Quam statueram) Quam proposueram, quia non putaueram te admonendum esse. [Redeo ad illud) Quia supra dixerat. Reliquum est

Monere Confirmare

Præsto

censere

Vacat

cōcedit

igitur, ut tibi & Cæs. [Si modo erunt tui). i. si non deserent te. & si non discedent ab officio propinquitatis, & amicitiæ. [Sin minus) hoc est, si nō, subaudi, erunt tui. [Satisfacturū) Fecit tmemesim, quia diuisit dictionem decompositam dixit satis nostræ cōiunctioni facturum. [Coniunctioni) Amicitiæ.

PHIL. NEQVE *monere*] Idem propemodum in hac est argumentū, quod in superiore epist. Monet enim Marc sn̄iam mutet, in urbē ueniat, cum suis uiuat, ad illud inducat animum, quod Cic. faciebat, ut quomodocunq; res sese haberent, ab urbe non abiret. Laudat. n. Cæs. Mirum in modum. ut animum Mar. ad redeundum alliciat. Et tota hæc epist. plena est non modo consilijs, sed beneuolentia, & amore. [Monere) ad consilium suscipiendum, cū prudens esset [Confirmare) ad referendam fortunam aduersam, cū esset animi excellentis [Si ea) Rō est, cur eum monere, & cōsolari non audeat, & duobus contrarijs id oñdit, ut quocunque Marcellus se habeat, uel q̄ æquo animo incommoda fortunæ, uel qd̄ non fuerat, se tn̄ illum monere, & consolari non audeat. Est igit̄ diuisio & argm̄, qd̄ dilēma nuncupat̄, quā accidere mala reip. ut audio. intellexerat. n. Marcellū æquo animo ferre calamitatem reip. sed nō ita esse credebat. [Frangunt) Perturbant, opprimūt. [Eum) Talem [Pręstem) Faueam. Adesse & præsto esse significatione non differunt, significat. n. fauere & præsentem esse. Verū ad esse tam ablatiuo cum ista præpositione, in, coniungitur, quā datiuo. Tullius: Vellē ī meo grauissimo casu affuisses. Et in Philippicis: Omnibus his pugnis Dolabella affuit. Ita ēt præsto esse, significat præsentem esse. Cic. pro Mur. Tu interea Romæ amicis præsto fuisti. Idem in epist. Stator tuus mihi cum literis præsto fuit. Quoque, etiam bene iunguntur, quoniam diuersa significāt. Nam quoque similiter ēt aliqñ adhuc significat. Terent. Nihil etiam suspicans mali Et Virg. idemque etiam. [Illud tamen) Paulatim accessit ad consilium suum Marcello dandum, & ne se ipsum ostenderet Marcello prudētiorem esse, cāculum id egit, & quòd ipse faciendum censet, ex beneuolentia tacere non potuisse cōmemorat. [Monuisse) Loco consilij dedisse. [Censuisse) Iudicij loco dixisse. [Tacere) Tacemus consilia, reticemus dolores, obijcimus pudenda. [Quod ego facio) obsequebatur Cæsari. [Animum inducas (Inducere animum est animo suo persuadere. [Si sit) alterum dilemma ex duobus contrarijs. ut aut si sit, aut si omnino non sit aliqua resp. Concludit, q̄ omnino necesse sit in ea, qualiscunque fuerit, permanere. Iudicio hominum, qd̄ omnes ita iudicant. Teq. principem, repete, oportere esse. i. pendet adhuc enim oratio. Necessitate, hac demonstrat Marcellum nihil esse facturum contra honorem suum, si Cæs. se ipsum dederit, quoniam id non uoluntate, sed necessitate coactus facit. [Cedentem tempori) Omnia pro tempore facere sapientis est, hinc ait Socrates: Omne intempestiuum triste, & Naso: Temporibus medicina ualet. Cedere uero proprie superbiari significat, & tēpori cedere est quasi necessitati obedire. [Nulla sit] Plus est, quàm si dixisset perierit, & est altera pars argumenti. [Ad exulandum locum) Etsi solum non mutassent, exules essent à repu. Exul enim quasi extra solum dictus est, sed si libertate priuarentur, exulare etiam dicerentur. [Si enim libertatem) Confutatio obiectionis, quam facere potuisset Marcellus, & dicere se uelle libertatem sequi, ad quod inquit Cic. necubi libertatem inueniri posse, cum omnia sint subiecta Cæsari. [Quis locus.) Quasi in toto orbe terrarum nullus. [Qualemcunque locum) supple sequimur. [Sede domestica) ad patriam, & natalem terram referendum. hinc Naso: Nescio qua natale solum dulcedine cunctos, Detinet. Idem Non dubia est Ithaci prudentia, sed tamen optat, Fumum de patrijs posse uidere focis. [Sed mihi crede) Laus Cęsaris à beneficentia, & humanitate in uiros doctos. Argumentum ab utili, q̄ redire debeat. [Is, qui omnia tenet) Cæs. Circuitio est. [Fauet ingenijs) amat doctos. Idem in epist. ad Aul. Cecinnam: In Ces. hęc sunt, mitis, clemēsq; natura, accedit q̄ mirifice ingenijs excellētibus, quale est tuum, delectatur. [Res) Status, & imperium. Tantum enim amplectitur hominum dignitates, quantum sibi obesse nō possit. [Aut res) Hoc est utilitas, & honesta causa, ut omnes pro qualitate personarum complecteretur, & amaret. Non enim honestum fuisset, sic eis fauere, qui Pompeiani fuerant, ut eis, qui partes Cæs. secuti sunt. [Amplectitur) Sine adiuncto etiam pro amare ponitur, ut si complecti hominem uolueris. Cum adiuncto, ad alias res etiam refertur, ut mente, & ratione complector. i. considero, & amore complector, hoc est amo. [Statueram] Non enim eum monere statuerat, ut inquit, neque monere, &c. [Ad illud unum) Dixerat enim reliquum est igitur. [Sin minus) si non erunt tui, ut dico, qui & amicitiæ, & propinquitatis non se quantur officia te ipsum deserant.

ASC. NEQVE *monere*, &c] Argumentum quadrat cum superiore, ut cum ordine patebit, qui talis est: Neque audeo monere te ui-

Adesse Præsto

Quoq; Etiam

Taceo Reticeo Obticeo Inducere aīum

Exul

Res

Complector

te uirum prudentia præstanti, nec sup. adeo confirmare hominē maximi animi, & uirum fortissimum, indifferēter ergo dicimus uirum præstanti prudentia, & præstantis prudentiæ. Nā postquā dixit uirum præstanti prudentia, adiecit, hominem maximi animi, Vero, pro sed, nullo modo, supp. audeo consolari. s. talem uirum. Nam consolamur desolatos, & animi egentes. Nam si fers ea, quæ acciderunt, ita, ut audio. i. accipio, & intelligo te ea ferre, ego debeo magis gratulari uirtuti singulari. s. tuæ, quàm consolari dolorem tuum. Sin. i. sed si, tanta mala. i. incommoda reipubli. frangunt te, ego non abundo ingenio, ita. i. usque adeo, ut cōsoler. i. possim consolari te, cum ipse. i. egomet non possim. s. consolari me. Igitur cum neq; adeam te consolari, si consolationis non indiges, neque possim, si indiges, reliquum. i. relictum est. vt præbeam, & præstem tibi me in omni re eum. i. talem, ut ita sim præsto ad omnia, quæ tui uelint ut putent, (sunt qui putem legant) me debere causa tua. i. propter te non solum omnia sup. quę possum, sed etiam quoque, quę non possum. Illud tamen, &c. Tamen Puta. i. existima, me monuisse, uel si monere te, non debuissem, censuisse. i. iudicasse pro opinione, multum. i. abundanter, vel si etiam censere nō debui, non potuisse tacere. propter beneuolentiam, ut quod ego facio, qui tempori cedo, tu quoque inducas animum, ut facias supple idem. monuisse, inquam, uel cēsuisse, uel non potuisse tacere illud, si aliqua i. qualiscunque resp. sit, te oportere esse in ea, iudicio. i. secundum iudicium hominum, teq. i. & te oportere esse in ea principem. i. præcipuum, & quod dicunt principalem, cedentem temporis necessitati. i. quia aliter non posset esse. Sin autem. i. sed si, nulla sit. s. fortuna reip. tamen. i. nihilominus, hunc locum. s. in quo ego sum, hoc est Romam, esse locum aptissimum ad exulandum, ut in ea sis, tanquā in exilio, eo quòd procul à republi. Probat assumptum suum, dicens: Enim. i. quia, si nos sequimur. i. sectamur. i. quęrimus libertatem, quis locus uacat hoc dominatu. s. Cæsaris? q. d. nullus. Sin. i. sed si sequimur sup. qualemcunq; locum, quis. i. locus. est iucundior se de domestica. i. propriæ domus? q. d. nullus. Multi textus habent, qui locus, & qui est, sed apertior locutio est, quis. Scio tamen sequente dictione incepta per. s. literam, uenuste dici, qui pro quis, ut: Nec, qui sim, quæris Alexi. Et: Sed tamen, ille Deus qui sit, da Tityre nobis. Sed ô Marcelle, crede mihi, etiam is, scilicet Cæsar, qui tenet omnia. s. in potestate sua, fauet ingenijs. Vero pro sed, amplectitur nobilitatem, & dignitatem hominum, quātum res. i. utilitas, aut opportunitas, & causa ipsius rei, concedit, . i. permittit. Sed plura supp. scripsi, quàm statueram supp. scribere. Ergo quia non sunt plura dicenda, aut scribenda, ego redeo ad illud unum, me fore tuum cum tuis. s. amicis, & necessarijs, si modo. i. dummodo supp. aliqui erunt tui, sin minus. i. si non sup. aliqui erunt tui. i. si nunquā recuperabis res tuas, & ita nulli erunt tui, redeo sup. ad illud, me satisfacturum certe in omnibus rebus coniunctioni nostræ, & amori, supp. nostro.

ARGVMENTVM.

Rursus hortatur Marcellum, ut omnino uelit in patriam reuerti: nec, tam moleste ferat, omnia ad solum Cæsarem esse relata: cuius modestiā & clementiam in uictoria laudat, ostenditq; utilius esse quod Cæsar uicerit, quàm Pompeius, quem dicit futurum fuisse multo crudeliorem: monetq; uitanda pericula uitæ, quia ubicunq; sit, in Cæsaris potestate sit futurus

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Eiusdem est argumenti cum superioribus, duabus: in hac tamen efficaciora, & magis urgentia argumenta sunt, ut propemodum M. Marcellum redire cogat.

M. CICERO S. D. M. MARCELLO. 9

ETSI perpaucis ante diebus dederam Q. Mucio literas ad te pluribus uerbis scriptas; quibus declarauerā, quo te animo censerem esse oportere, & quod tibi faciendum arbitrarer: tamen, cum Theophilus, libertus tuus, proficisceretur, cuius ego fidem erga te, beneuolentiamq; perspexeram; sine meis literis eum ad te uenire nolui. Isdem igitur de rebus etiam atq; etiam hortor, quibus superioribus literis hortatus sum; ut in ea rep. quæcunq; est, quamprimū uelis esse, multa uidebis fortasse, quæ nolis, nō plura tamē, quàm audis quotidie. non est porrò tuum, uno sensu solum oculorum moueri: cum illud idem auribus percipias, quod etiam maius uideri solet, minus laborare. At tibi ipsi dicendum erit aliquid, quod non sentias; aut faciendum, quod non probes. Primum, TEMPORI cedere, idest necessitati parere semper sapientis est habitum. deinde, non habet, ut nunc quidem est, id uitij res. dicere fortasse, quæ sentias, non licet: tacere planè licet. omnia enim delata ad unum sunt. is utitur consilio ne suorum quidem, sed suo. quod non multo secus fieret, si is remp. teneret, quem secuti sumus. an, qui in bello, cum omnino nostrum coniunctum esse periculum suo cerneret, certorū hominum minime prudentium consilio uteretur, eum magis communem censemus in uictoria futurum fuisse, quàm incertis in rebus fuisset? & qui nec, te consule, tuum sapientissimum consilium secutus esset; nec fratre tuo consulatum ex auctoritate tua gerente, nobis auctoribus uti uoluerit; nūc omnia tenentem, nostras sententias desideraturum censes fuisse? OMNIA sunt misera in bellis ciuilibus: quæ maiores nostri ne semel quidem, nostra ætas sæpe. iam sensit; sed MISERIVS nihil, quàm ipsa uictoria, quæ etiam si ad meliores, uenit, tamen eos ipsos ferociores, impotentioresque reddit, ut, etiam si natura tales non sint, necessitate esse cogantur: MVLTA enim uictori eorum arbitrio, per quos uicit, etiam inuito facienda sunt. an tu non uidebas mecum simul quàm illa crudelis esset futura uictoria? igitur nunc quoque patria carere, ne, quæ nolles, uideres? non, inquies; ego enim ipse tenerem opes, & dignitatem meam. at erat tuæ uirtutis, in minimis res tuas ponere, de repu. uehementius laborare. deinde, qui finis istius consilij est? nam adhuc, & factum tuum probatur, &, ut in tali re, etiam fortuna laudatur: factum, quòd & initium belli necessario secutus sis, & extrema sapienter persequi nolueris. fortuna, quòd honesto ocio tenueris & statum, & famam dignitatis tuæ. nunc eam diligere minus debes, quòd deformior est, sed misereri potius; nec eam multis claris uiris orbatam, priuare etiam aspectu tuo. Deniq;, si fuit magni animi non esse supplicem uictori: uide, ne superbi sit, aspernari eiusdem libertatem: &, si sapientis est carere patria, duri non desiderare: & si republi. nō possis frui, stultum est nolle priuata. Caput illud est, ut, si ista tibi uita cōmodior esse uideatur, cogitandū tamē sit, ne tutior non sit. magna gladiorum est licentia: sed in externis locis minor ēt ad facinus uerecūdia. mihi salus tua tantæ curæ est, ut Marcello fratri aut par, aut certe ꝓximus sim. Tuū est cōsulere tēporibus, & incolumitati, & uitæ, & fortunis tuis. Vale.

ET si] Hortatur Cice. M. Marc. sicut etiam superius fecit, ut omnino uelit reuerti in patriam, nec tam moleste ferat, omnia ad solum Cæs. esse delata, cuius modestiam, & clementiam in uictoria laudat, ostenditque utilius esse, quòd Cęsar fuerit uictor, q̄ Pomp. quem dicit fuisse futurum multo crudeliorē Cæs. si adeptus fuisset uictoriam, sicut Cæsar. Deinde nititur excusare Cæs. si aliquid fecit, qđ minus omnibus placeat, & ualidissimis rationibus arguit eum non solum debere reuerti Rom. uerum etiam facturum contra officium, si non reuertatur. postremo dicit fugienda esse pericula uitæ, etsi ubicunque sunt parata, ostendit tamen paratiora esse in externis locis, quàm Romæ [Perpaucis diebus] Ante paucis diebus præteritis, ita autē dixit ante diebus, sicut Virg. Longo post tempore uenit. [Ad te]. i. ferendas. sed magis intelligendum est, quàm ponendum in oratione. Pluribus uerbis] Longiores, puto eam epistolam esse, quæ incipit: Et si eo adhuc te consilio, quamuis multas etiam scripserit, quæ non sunt in hoc uolumine, neque usquam reperiuntur. [Quid faciendum] Quia hortabar, ut redires in patriam. [Proficisceretur] Ad te iret. [Cuius] Theophili. [Fidem] Fidelitatem. [Et beneficentiam] hæc duo maxime in libertis erga dominos esse debent. [Etiam atque etiam] Plurimum. [Quæcunque est] Qualiscunque est etiam si non sit ea, quæ ante esse solebat. [Multa] ea ponit, quæ posset dicere Marcellus, & eis respondet, atque confutat. [Quæ nolles] . s. rempubli. oppressam, multos uiros bonos non tenere locum, & dignitatem suam, & similia, quæ tibi displicebunt. [Non plura] . s. uidebis. [Audies] Quia rumor ad te multa deferet ex ijs, quæ Romæ fiunt. [Non est porrò] Sensus est, non decet te moueri solo sensu oculorum, cum illud idem auribus percipias, quod etiam solet uideri maius, quàm id, quod oculis uidetur. [Porrò] Deinde. [Non est tuum] Non

HVB.

Etiā atque etiā

Porrò

Non te decet[Moueri uno sensu oculorum).i.moueri,& perturbari solum ijs, quæ uidentur nam per sensum oculorum intelligit uisum. [Auribus]Auditu.[Quod).s.auribus percipere.[Solet uideri maius)quia ea,quæ audimus, semp maiora existimamus, quàm sunt.[Minus laborare]Subaudi solet.i.minus angi, & cruciari,quia quamuis maiora existimemus quam audimus,tamen minus laboramus quàm ijs,quæ uidemus.[At tibi]Alia obiectio. [Quod non sentias,Quod non habeas in animo.[Quod non probes]Quod non putes rectum.[Primum]respondet huic objectioni [Cedere tempori)Obsequi tempori , & est prima ratio. Id est declarat,quid sit cede e tempori. [Parere necessitati] idest facere,quòd cogaris.[Habitum) Existimatum,[Deinde] Secunda ratio.[Res) Conditio rerum . [Vt nunc est)Qualis nunc idest,secundum hæc tempora.Non habet id uitij) .i. non habet eam repræhensionem,si dicamus,quæ non sentimus,uel faciamus,quæ non probamus,quia tempora ipsa nos excusant.[Dicere) Ostendit Cicer.cum posse esse Romæ honeste,quia non licebit dicere, quod sentiet,licebit tamen tacere [Non licet).i.non potes,quia Cęsar non vult,licet enim per alios, possumus per nos.[Omnia] Ratio quare licet tacere.[Ad unum) Cæsa [Is] Cæsar.[Ne suorum quidem) Quanto minus ergo uolet consilium tuum , si non utitur consilio suorum.[Ne multo secus)Non multo aliter.[Is] Pomp.[An]Adducit rationes,quibus probat , ꝙ Pomp. idem faceret quod Cæsar, si uictoriam obtinuisset, & est sensus, cum Pomp.gereret bella communi periculo omnium nostrum,& haberet causam coniunctam cum nostra,non tamen utebatur consilio nostro,sed suo . quod si fecit tunc , quomodo speremus eum fuisse facturum,si obtinuisset uictoriam? q.d.fuisse multo superbior,& minus usus esset nostro consilio . An:primum argumentum,& prima ratio,quod Pomp. non esset usus cõsilio suorum . [Coniunctum].i.pertineret ad nos oẽs,& ageretur causa omniũ nostrum.[Minime prudentium) .i.qui etiam non essent prudentes,quia id fuisset tolerabilius, si usus fuisset consilio prudentiũ. [Vteretur)Pro utebatur.[Magis communem] magis communicantem , & participantem nobiscum.[Consilia sua) Et est ordo, an censemus eum fuisse futurum magis communem in uictoria qui uteretur suo consilio , & ceterorum hominum minimè prudetiuum tũc, cum periculum omnium nostrum esset cõiunctũ? [Cẽsemus)arbitramur,q.d.non. [Et qui) iungitur sic cum superiore, qui uteretur consilio suo,& qui nec secutus esset consilium tuum &c. [Sapientissimum con.] quod dedisti Pomp.cum esses consul ante initium bellorum ciuilium.[Fratre tuo) L. Marc.Et est ordo : neque nobis auctoribus uoluerit uti frate tuo gerente consulatum ex auctoritate tua.[Vti uoluerit) .i.adhibere fratrẽ tuum ad res suas . [Gerente consulatum] Quia fuit consul unà cum Lent.[Nobis auctoribus].i.nobis su. dentibus,uteretur fratre tuo. [Ex auctoritate) Tua , qui ita agebat, ut tu consulebas. [Nunc tenentem] Omnia.s.Pomp.i.si omnia teneret,& esset dominus.[Consideraturum) quæsiturũ,q.d.non desiderasset . [Nec semel]idest nunquam.[Sæpe] Quia fuerunt bella Sertorii, Syllę, & Marii,Carbonis,Catuli,Cinnæ,quæ licet ante fuissent, fuerãt tñ Cic.ætate.Postremo Cæs.& Pomp.& mortuo Pomp. Catonis, & Scipionis aduersus Cæsar. [Sed] Licet omnia sint misera. [Quæ]uictoria.[Ad me] ad eos, qui sunt mites, & iusti [Ferociores,]Crudeliores.[Impotentiores]Incontinentiores, qui nõ possunt suis appetitibus imperare impotentes dñr.[Tales]crudeles. [Necessitate)Quia aliter facere non possunt.[Multa]Ratio quare necessitate cogantur.[Arbitrio]iudicio, & uoluntate. [Eorundem] per quos uicit.i.eorum , qourum auxilio,& fauore fuit uictor.[An]Ostendit hæc,quæ fiunt à Cæs.nunc non euenisse pręter opinionem Mar.quia semper præuidit, & cognouit ea ita futura:[An non uidebas].i.an non cognoscebas,q.d.i.imò apertissime uidebas[Illa)Siue Cæs.Siue Pomp.[Igitur] Infert ex hac interrogatione, ꝙ non debeat carere patria, nunc,quia uideat multa, quæ nolit,cum non curauerit ea tunc,cum uidebat, quàm crudelis esset futura hæc uictoria. Igitur careres] i.carere debueras, quod non fecisti[Ne uideres, quæ nolles) Quæ iam uidebas usque tunc saltem animo, & cognitione. [Non] ponit responsionem, quam posset facere Marcellus. [Inquies) Dices, respondebis.[Nõ]Subaudi debueram carere patria.[Cum tenerem , opes, & dignitatem].i.cum haberem omnia mea adhuc integra , & nihil diminuta.[At]confutatio huius obiectionis. [Tuæ uirtutis] .i.erat,pertinebat ad uirtutem, & magnitudinem animi tui.[Ponere in minimis] Minimi facere & æstimare . [Res tuas].i.opes quas dicis te retinuisse tunc,& dignitatem tuam.[Laborare]Curare,solicitum esse.[De rep.].i. propter remp. [Deinde] Alia ratio,quare debeat discedere a proposito . Nam quod aliquãdo est necesse,melius est deponere,& cito & sponte, dicit ergo.[Qui finis istius consilii].i. qualis finis est istius tuæ deliberationis , & propositi carendi semper patria.[Adhuc) Hucusque.[Factum) Quod fecisti ante hac.[Vt in tali re.].i.pro qualitate rei, ut in tali re,subaudi, laudari potest.[Factum) Declarat ea duo, quæ proposuit. [Necessario] Non uoluntate , ut supra in prima epist. ad M.ostendit.[Fortuna] Subaudi , laudatur. [Statum , & famam) Quia noluisti uideri humilis,& abiecti animi, supplicãdo uictori,nec te ipsum interficere,sicut Ca.sed cõsiliũ fuit medium,sicut supra[Nunc uero) quia dixit:adhuc factum tuum probatur , &c. imò dicit.nunc non probabitur factum tuum,quia est alia ratio temporum,& rerum,& hoc est, quod dicit.[Nunc] Hoc tẽpore. [Eam]Patriam.[Minus diligere]Minus amare,& charã habere. [Quod deformior est] .i. quia est priuata multis suis dignitatibus.Est autem translatio sumpta à muliere,q.d.quemadmodum mulier,utputa mater tua,quæ tibi fuerit chara,etiã si facta sit deformior,nõ debet minus diligi,ita etiam resp.amissis multis ornamentis suis nõ debet tibi minus esse cara.[Sed misereri) Subaudi debes [Nec priuare].s.debes.i. cum sit orbata & priuata tot uiris claris,qui perierunt in his bellis ciuilibus,non debes eã priuare, etiam aspectu tuo , vt non magis possit uidere te uiuum, q̃ alios,qui mortui sunt . [Denique) Arguit à decoro seruando in mutatione propositi, re & tempore suadente , & est sensus, sicut hucusque fuit magni animi nolle supplicare Cæs.uide nũc, ne at tribuatur tibi pertinaciæ & obstinationi , spernere id, quod Cæs. liberalitate sua tibi libẽter concedit sine precibus tuis. [Non esse supplicem) Quod hucusque facere uoluisti:[Victori) Cæsari. [Vide]Considera diligenter [Superbi]Elati & inflati, non autem re uera fortis,& magni. [Aspernari) Respuere. [Liberalitatem) Humanitatem,quã tibi præstat in te restituendo . [Et sapientis) Est quasi alia obiectio . [Carere patria] Abesse a patria sua oppressa[Duri, q. d. potius est duri, & inhumani uiri non desiderare patriam suam , quam sapientis abesse.[Et,si republica] quia posset dicere Marcellus, cur debeo esse in patria , cum non possim rep.quæ est in potestate vnius solius. Respondet Cic.quòd si non possit frui rep. stultum est, nolle saltem frui re sua priuata. [Caput)Summa ipsa,& potissima ratio,terret autẽ ipsum Marc. periculo uitæ.[Ista uita) Commorandi in externis,& peregrinis locis, commodior, quietior. quia non uides multa,quæ nolles uidere.[Ne tutior].i.an sit tutior, magis sine periculo quàm esse Romæ.[Licentia) Impunitas gladiatorum interficiendi homines . [Minor uerecundia) Minor respectus,quàm R.[Mihi) h.d. Cic.uideo pericula tibi esse magis parata in externis locis,quàm R.tantam autem curam habeo salutis tuæ, ut nemo maiorem habeat præter Marcellum fratrem tuum . [Par) Æqualis, ut ab eo non uincar.[Aut proximus)Secundus ab eo.[Certe) Saltem.[Cõsulere temporibus) Habere rationem temporum. [Incolumitati)Saluti.[Vitæ)dignitati, & conditioni uiuendi.[Fortunis) Rebus,diuitiis,quæ dissipabuntur,te absente.

ETSI perpaucis] Argumentum non quærimus , est.n.idem sensus in hac qui fuit in superiore, hortatur Marcell. mutet sententiam,& Romam se conferat,ubi tutior esse poterit,quàm alibi,& contra officium eum esse facturum , si non redibit . Quid) De Pomp.si uictor fuisset , intolerabiliorem enim ipsum censet futurum fuisse , quam Cæsar. Quid item de bello ciuili sentiat. Quo deniq; animo in Marc. & omnes suos affectus sit explicat, & Cæs.excusare conatur,si quid facit, aut dicit, quod multis non placeat, & eũ a clementia laudat & modestia, quib. maxime utitur ipsa uictoria.[Perpaucis) Cũ uolumus positiuis incrementũ adiungere , hanc præpositionem damus, ut permulti, perpauci. Terẽ.Res Perpaucorũ hominũ.[Theophilus]Id latine sonat Dei amator,ut Timotheus honor Dei , & sic hmõi ꝓpria apud Græcos nomina,ut Nicolaus uictoria populi, Hieronymus sacrũ nomen,Demosthenes populi potentia, Astyanax urbis rex, Agamẽnon nimium tolerans, Adrastus non conficiens, Phileticus amator morum,& alia huiusmodi,ut superius diximus.[Fidẽ) Quæ in libertis apud patronos debet esse sincera, duæ in libertis uirtutes appetuntur, peculiaris fides, ut ait Simon Tarentinus, & taciturnitas,adde & tertium, beneuolentia.[Quæcunq;)Quomodo nulla quodãmodo sit, hẽt enim huiusmodi uerba minutionẽ quandã, ut Virg.Tu mihi quodcunque hoc regni. [Multa uidebis) Confutatio est ad ea, quæ Marc.dicere putuisset. [Non est porrò tuum) Ad te non attinet sensu oculorum moueri . [Nam quæ audies) Potes etiam uidere.sed in ep.ad Torq; aliter sentit, inquit enim:Equidem nos ꝙ Romæ sumus, miserrimum esse dico,non solum,quod in omnibus malis acerbius est uidere,quam audire,sed etiã, ꝙ ad omnes casus subitorum periculorũ magis obiecti sumus,quam si abessemus. [Porrò) Certe , Græcum est, idem ferme, quod autem & uero, sed hæc duo nunquam primũ locum in oratione sortiuntur,sed secundum,aut tertium,sed porrò etiam primum locum sibi uendicat,& significat longe, ultra,

Marginal notes: Licere. posse — Impotẽtes — Supbus — Certe — PHIL. — Perpauci — Theop. Timot.

profecto, postea. [Oculorum sensu) His perturbari, quę uidentur. Quinque.n. sunt sensus in homine, quos Graeci αἰσθήσεις nominant, ut auditus, uisus, gustus, odoratus, tactus, quorum primus oculorum est, è quibus fit iter ad mentis oculos, quibus intelligimus, atque cognoscimus omnia. Oculi autem ab oculendo, hoc est occultādo appellati. Latent.n. sub cillijs, quas partes Iunoni dicatas esse uoluerunt. Nam superciliis oculorum proteguntur, oculis uero lucem accipimus, quam Iuno dare nascētibus perhibetur, unde à poetis Iuno Lucina est appellata. Teren. Iuno Lucina fer opem. Aures uero, quasi audes nominatæ sunt. Nam R, & D, ut ait Papyrianus, apud antiquos cedebant inuicem sibi, ut Aruena Aduena. Aruenio Aduenio Aruocatus Aduocatus, quam uocem iuniores asperam iudicantes penitus deleuerunt, & nos, hanc, & huiusmodi nimis priscas, & horridas uoces fugere, ac uitare debemus. Quod Cæs. faciendum his uerbis ostendit, tanquā scopulum sic fugiendum esse inauditum, atque insolens uerbū, Siue, ut inquit Lact. ab hauriendis uocibus aures appellantur, cuius nominis etymologiæ Virg. allusisse uidetur, cum inquit: Vocemq. his auribus hausi. [Sensu oculorum] Intelligimus uisum. [Auribus percipias) Auditum dicit. [Quod etiam) .f. sæpe percipere aurib. & audire. [Maius uideri) Existimantur.n. interdum, quæ audiuntur esse maiora quàm illa quæ uidentur, hinc Iuuen. Vt perhibent qui de magnis maiora loquuntur. [Minus laborare) Minus perturbari, & cōmoueri sup. solet, & est sensus, ꝙ tametsi maiora cēseamus esse, quæ audiuimus, tamen minus his angimur, & perturbamur, quàm illis, quæ cernimus. [At tibi ipsi) Antipophora est, necesse, inquit, erit, ut tu aliquid dicas, quod nō sentias, & aliquid facias, quod non laudes, quoniam non pro ratione rerū, sed pro uolūtate Cæs. & dicas, & facias oportebit. [Primum, tempori cedere) Sententia est, & respōsio Antipophoræ. Tēpus uero, si quis quęrat, quid sit, Macrobium legat. Siquidē, inquit: Tēpus est certa dimensio, quę ex cœli conuersione colligitur. [Parere necessitati) Nil est aliud, quā cogi id facere, quòd nō uis. [Non habet id uitij res) Non est hoc uitium nunc in re, & in conditione rei & temporum, si dicas, quæ nō sentias, quia non licet aliquid dicere, quod sentias. Tacere autem licet, si offendit Cæs. quod dicis, quæ non sentis, nō es in uitio, & in reprehensione alicuius. Licet.n. sine uitio & reprehēsione dicere, quæ nō sentis. & Cæs. in omnibus assentiri, cum ad unum .f. Cæsa. delata sint omnia, atque uniuersa ad eius uoluntatem accommodanda sint. Res uero cum diffusæ significationis sit, adiūctum uidetur exposcere, vt uenustior, atque dilucidior fiat oratio, possessiua igitur nomina aptissime dare poterimus, vel in primis, vt ita dicamus. [Res fa.] Resp Res militaris, & huiusmodi. [Is) Cæs. hic & is cū sint eiusdē fermè significationis, hoc tn̄ differunt, ut hoc demonstrantis sit, & de propinquiore. Is uero referentis, & de longiore spatio dicatur. [Dicere) Argm̄ ab honesto, potes, inquit, Romæ honeste uiuere, cum, si nō licet dicere, quæ sentis, licet tn̄ tacere. Quod tn̄ tacere liceat, rationē adducit, ut omnia &c. [Ne suorū quidem) Multo minus tuo uti uolet. [Si is rempub.) Pomp. [Nō multo secus) Argm̄ à simili. Secus idem est, quod aliter, utrunq, libenter cum multo & longe cōiungitur. Teren. Verum multo aliter euenire intelliges. [Quem secuti sumus) Pōp. Et docet quo animo in rēpu. & quo in amicos se habiturū fuisse crediderit si uicisset, quemadmodū Cæs. ut uicit, quibus intelligit longe intolerabiliorem futurū fuisse Pōp. q̄ esset Cæs. qui uictor erat, quarum rerum comparatione molestam Mar. mollire conatur. [Suo consilio) Cic. consilio nunquam uti uoluit, quod erat Pōp. fidelissimum, & utrique admodum salutare, de quo Cic. ad Cec. Dicerem, quæ ante futura dixissem, ni uererer, ne ex euētis fingere uiderer. Sed tn̄ plurimi sunt testes mei, & initio ne cōiungere se cum Cæs. monuisse Pomp. & postea ne seiungeret coniunctionē frangi Senatus opes, disiunctione ciuile bellum excitari uidebā, atq; utebar familiarissime Cæs. & Pomp. faciebam plurimi. Sed erat meū consilium tum fidele Pōp. tum salutare utrique, quæ pterea præuiderim prætereo. Nolo.n. hunc de me optime meritū existimare ea me suasisse Pōp. quib. ille si paruisset, esset hic quidē clarus in toga, & princeps, sed tātas opes quātas nunc habet, nō haberet. Eundū in Hispaniā censui, quod si fecisset, ciuile bellum omnino nullum fuisset, rōnem haberi absentis non tam pugnā, ut liceret, q̄ vt qn̄ ipso, cōsule pugnante, populus iusserat, haberetur, causa orta est belli, quid ego pętermisi, aut monitorū, aut querelarū cum uel iniquissimā pacem iustissimo bello anteferrē. Victa est auctoritas mea non tam à Pomp. nam is mouebatur, q̄ ab ijs, qui duce Pomp. freti p opportunā, & rebus domesticis, & cupiditatibus suis illius belli uictoriam fore putabant. Susceptum est bellum, quiescente me, depulsum ex Italia, monēte me, quo ad potui. Ergo usus est suo, & aliorum imprudentiū hominum consilio, non Ciceronis, & aliorū, qui sapiebant. Vnde si tunc in periculo, & in bello hoc fecit, quid in uictoria fecisset. multo certe crudelior in uictoria fuisset, quā fuit ī bello, in quo nunquam consilio nostro est usus. [Fratre tuo) C. Claudio Marcello. [Gerente consulatum) In quo Lentu. collega. [Nobis auctoribus) Nobis hortantibus, ut tuo fratre uteretur. [Auctoritate tua) Vt tu uolebas, ita frater tuus oīa faciebat. [Tenētem) In omnibus dominantem Pomp. [Desideraturum] Peniturū, quasi diceret nō oīa sunt misera [Snīa) Damnat bella ciuilia, à qbus semper alienus fuit. [Maiores nostri) Oēs, qui ante nos uixerūt, sicut minores oēs posteros appellamus, in quo Seruius non mediocriter errasse vr̄, qui dixit: minores non dicimus, nisi quoties graduū deficit nomē, ut pater, filius, nepos, pronepos, abnepos, ubi isti gradus defecerunt, merito iam dicimus minores, sicut etiam non dicimus maiores, nisi qn̄ nō amplius ipsis inuenit latinitas nomen. Cic. in Cat maiore: Nec dubitat agricola quāuis & senex, quærēti cui serat, rn̄deret dijs immortalibus, qui me nō accipere modo hæc à maioribus uoluerūt, sed ēt posteris prodesse, & Virg Nostrosq. huius meminisse minores [Ne semel qdem) Hoc est nunq̄. [Nostra ætas sæpe) Longū esset dicere, bellorū ciuiliū tēpora, ut Syllæ, Marij, Ser. Car. Cinnæ, Ca. Cæs. Pomp. Ca. atque Scipio hęc omnia Cic. tpibus bella fuerunt. [Quę) expositio uictoriæ è bello ciuili, quid afferat mali. [Meliores) Vt mites sint & benigni. [Impotentiores) crudeliores & qui nimium insolentes sunt, & qui sibi ipsi, atque suis cupiditatibus imperare nō possunt, & impotentia crudelitas dicitur & insolētia. [Tales] Aut fortiores, aut impotentiores. Sanè animaduertendū in his duobus talis, & qualis, ad orationis uenustatem satis esse alterum ex his ponere. Virg. Qualis apes æstate noua. & talia iactanti. & talibus Ilioneus. Iunguntur ēt, sed raro, ut Vir. qualis in Eurotheæ ripis, Talis erat Dido, talē se lęta ferebat. [Necessitate) Maxime propter illorum importunitatem, quorum auxilia uicerūt. [Multa) Ratio quare coguntur id facere. [An) Quasi diceret non præter opinionem euenit. Nam tu & ego ita futurum esse iudicauimus. [Quam crudelis) siue Cæsa. siue Pomp. uinceret. [Igitur.) Ex quo uidebas futuram esse uictoriam crudelem, tunc quoque carere patria debuisses, ne ea, quæ nolles, aspiceres. unde qūo non caruisti tūc patria, minime nunc carere debes. [Careres) Carere debueras, quod minime abs te factum cognouimus. [Non inquies) .f. responderes, quòd non debuisses carere tunc patria, & causam afferres talem, ego enim tenerem opes, & possiderē res meas omnes, &c. [At erat) Ait Cic. per confutationem obiectionis à Mar. [At erat tuæ uirtutis) pertinebat ad uirtutem tuam hoc, quod sequitur. [In minimis) Minime quidem existimare res tuas, & magni remp. facere. [Deinde qui) Argumenta ab utili, & honesto in mutando consilio pro qualitate temporis. [Cōsilij) Propositi tui carendæ patriæ. Et in tali re, pro qualitate negocij. [Factum) Exponit, quæ dixerat repetendo factum, & fortunā, & subaudi laudatur in utroque. [Necessario) ut in superiores epi. dixit [Persequi nolueris) Quod tunc id ostendes Si Romam ueneris, & te ipsum Cæs. obsequētem præbueris. [Honesto ocio) Duplex est.n. ociū, honestum, quale studium literarum, quod ocium literarum appellatur, ut Cic. quid dulcius ocio literario? & inhonestum quale est amatorium. Oui. Ocia si tollas, perire Cupidinis arcus. Significat.n. ociū uocationē quandā à labore. [Statū, & famā dignitatis tuæ) Non supplicando Cæs. nec illi bellū mouendo, sed me diū tenēdo cōsilium, ut antedictum est. [Deformior [Sine libertate. [Orbatā) Tāquā matrē dixit patriam esse orbatā filijs, & illos intelligit, qui in bello ciuili ceciderunt. Metaphora à fœmina. [Denique) Aliud arg. à decoro sumptū in mutando proposito pro cōditione tēporum, & rerū Cæs. pollicēte clementiā. [Liberalitaté) Qua te cōplecti uult, multis in locis de liberalitate Cęs. agit. Sapiētis est carere patria. Exulē esse à patria tyrānis oppressa, pseuerat.n. in cōfutando obiectiones Marc. & est color, qui dicitur snīa. [Duri) Inhumani, & est sensus: uide ne potius sit, duri hoīs non desiderare in patria uiuere, q̄ alicubi esse. [Sapientis car. pa.] Hoc est abesse à patria. [Et, si repub.) Alia confutatio. [Dicere.n.] Marc. potuisset, cur non debeo carere patria, cum rep. frui non liceat? Cui rn̄det Tullius, stultum esse nolle saltem priuata re frui, cū rep. frui non possit, præstantius est.n. aliquid habere, q̄ nihil. [Frui) Fructū, & uoluptatē reip. capere oblectādo teipsum in ea. Nā his frui dicimus ex quibus fructū. & delectationē accipimus. [Non ab re Marc.) Victorem Cæs. timebat. Is.n. consul erat, qn̄ Cæs. Gallia deuicta rediens alterū sibi consulatum decernere postulauit, & à Marc. in primis contradictum est, assentiente Pōp. Inde decretū est à Senatu, ut in vrbē Cęs. nisi dimisso exercitu nō ueniret, & ex Mar. cōsilio, & auctoritate Pomp. cū imperio missus Luceriā, ubi tunc legiones erant. Cæs. tunc Rauennā se contulit. [Caput) Quasi quid potissimum rationis tuæ. Translatio est, caput.n. principale, membrum est omnium animantium, unde to-

Oculi

Iuno Lucina

Aures

Tēpus

Res Hic Is

Impotens

Ociū literariū

Ocium amatorium

Frui

Caput Capitulum

de totum hominẽ ab eo dicimus,& ut capitulũ lepidissimũ,& lępidũ caput dictũ sanè,ut ait Varro, ꝙ inde sensus initiũ capiat, & id totũ subiacet arieti, de quo M. Manil. aries caput est ante omnia princeps sortitus.[Vita] peregrinatio.[Commodior]Nõ uidendo quę uidere nolles,perterrere.n.his vult Marcellum, ut redeat.[Gladiatorum) Nunc crassatores,& prædones intelligit. [Tantæ curæ est]Peruenuste uerbum substantiuum datiuo iungimus,quotiescunq; quid honestum,quid utile,& uoluptuosum, & dulce significare uolumus,aut contrarium,ut magnæ mihi uoluptati fuerunt literæ tuæ, & dolori mihi est casus tuus.

ASC. *ETSI perpaucis*] Hortatur rursus Marc.ad patriam reuerti, nec tam moleste ferre,ꝙ Cęs.omnia cesserint,cum Pomp. uictoria molestior fuisset,monetq. uitanda pericula, quæ ubicunque esset, nisi in Cęs gratia sit,magna sint. Ordo est: Etsi.i.quanquã, dederam perpaucis dieb. ante.s. harum dationem. Q. Mutio ad te literas scriptas,plurib.i.multis uerbis, quibus supp literis ego declarauerã quo animo ego censerem oportere te esse,& quid arbitrarer faciendum tibi,tñ cũ Theophilus libertus tuus proficisceretur.i.hinc ad te,cuius.s.Theophili, ego perspexeram fidem .i.fidelitatem,& beneuolentiam erga te, nolui eum uenire ad te sine literis meis. Igitur ego hortor te, ẽt atq; ẽt.i. accuratissime, de ijsdẽ rebus,quib.i.de quibus,ego hortatus sum te literis superioribus, ut uelis esse quamprimum.s. ualde cito in ea rep.s. quã Cæs.tenet,quæcunq; est.i.siue aliqua,siue nulla. Tu uidebis fortasse multa,quę nolis.i.uelis non uidere,tñ non uidebis plura,ꝗ audis quotidie.porrò.i.sed, nõ est tuum.i. tuæ naturæ, aut dignitatis,moueri.i.turbari,solum.i.duntaxat, uno sensu oculorum.i. in ijs,quæ uides,cũ percipias illud idem aurib.i.audiendo supp. illud quod uideri solet etiã maius.i.euidentius, laborare.i.in periculo esse minus. At.i. sed aliquid dicẽdum erit tibi ipsi.s.in curia,quod non sentias.s.dicẽdum,aut aliquid erit faciendũ, quod non probes.i.approbes faciendum. Primum cedere tpi.i.parere necessitati est habitum.i.existimatum,semper sapientis.s.uiri factum. Deinde quidem.i.certe, ut nunc est, res non habet id uitij .i.mali,quod obijci solet.nã fortasse supp.dices mihi: Non licet Romæ dicere, quæ sentias. Rñsio, licet plane.i.omnino tacere. Omnia.n.sunt delata.s.redacta,ad unũ.i.potestatẽ unius.s. Cæsa. Is utitur consilio ne quidem.i.non saltẽ suorum, sed suo.s.unius, quod fieret non multo secus.i. aliter, si is.s. Pomp. quem sumus secuti,teneret remp.ut tenuisset,si in Pharsalico cõflictu uicisset. Et quia dicere potest Marc.id male de Pomp.suspicari,probat illud ex euidenti coniectura dicens. An censemus eũ.s.Pomp.qui cum in bello periculũ omnium nostrum esset cõiunctum suo.s. periculo,uteretur minime consilio ceterorũ hoĩum prudẽtium, censemus,dico,eum fuisse futurũ magis cõem.i.cõicantem cõsilia sua,in uictoria.i si usus fuisset uictoria, ꝗ fuisset in ceteris rebus suis?q.d id non esse censendum. Et censes eũ supp.qui te nec te cõsule.i.cũ esses cõsul,& ita à primario digitatis in urbe secutus esset consiliũ tuũ sapiẽtissimum.i.licet sapientissimũ, nec uoluerit uti fratre tuo.s.Cn.seu L.Marc.gerente cõsulatũ ex auctoritate.i approbatione tua, nobis auctorib.i. id fačtũ eius approbãtib.cẽses,inꝗ,eũ nũc,tenentẽ omnia.i. hñtem omnia,si modo habuisset,ut Cæs.tũc habebat in ptãte sua, fuisse desideraturũ.i. expectaturũ sñias nostras.i.quid nos sentiremus in senatu de ijs, ꝗ ipse ex sñia sua facere constituisset? q.d. id non esse censendũ. Oĩa sunt misera.i.miserãda.nõ tã quãtũ ad eos, q inferũt,ꝗ quãtũ ad eos,q patiũt,sed tñ ẽt quodãmodo quãtũ ad inferẽtes, ꝗa cũ multos habeãt inimicos in ciuitate sua, cogũtur tyrannũ agere in bellis ciuilibus,quæ.s.bella ciuilia.aut potius miseriæ,ꝙ contingunt in bellis ciuilib.maiores nostri ne quidẽ.i.nõ saltẽ semel sup.sẽserũt,ætas nostra sensit iam sæpe, sub Sylla & Mario sub Sertorio Carbone,& Perpenna,ac Cinna,sub Cæs.& Põp. sed nihil sup.est in bellis ciuilibus miserius,ꝗ ipsa uictoria, ꝗ uictoria etiam si uenit ad meliores.s.pro rep.tamẽ reddit.i. efficit eosipsos ferociores, & impotentiores .i. minus sibi imperantes.& se ab illicitis minus cohibentes post uictoriam, ut etiam si nõ sunt tales.s.feroces,& impotentes,natura i.per naturam,cogãtur esse tales necessitate.Enim.i.quia.multa facienda sunt uictori etiam inuito.arbitrio.i ad arbitrium eorum,per quos uicit. An tu uidebas simul mecũ,ꝗ i.quãtum, crudelis illa uictoria esset futura? q.d.maxime.igitur careres.i.carere deberes, quoque.i.etiã nunc patria,ne uideres,quæ tu nolles.s videre? Inquies.i.respondebis mihi,Non,sup.carerẽ tunc patria.Ego enim tenerem opes supp. meas,& dignitatem meam. Obiectio: At.i.sed,erat uirtutis tuæ. pertinebat ad uirtutem tuam ponere tua in minimis.i. inter minima reputanda,& sup.laborare uehementius, de rep. Denique, aut potius deinde.i.ut secundo loco objiciam, qui .i. quis finis istius.s.tui consilij est? Nam & factum tuum probatur adhuc,& fortuna tua laudatur etiã adhuc,ut in tali re.s. in qua nihil plene laudabile cõtingit. Factum inquam tuum probatur,ꝙ secutus sis necessario initium belli.s.contra Cæsa. & nolueris sapienter.i.in quo fecisti sapienter,persequi extrema.s.belli ciuilis, ut illi,q in Africa perierunt Fortuna sup.tua,laudatur, ꝙ tenueris sup.in ocio honesto, quia literario, utpote Athenis, & statum,sup.& famã dignitatis tuæ.Nunc uero,nec ullus locus debet esse tibi dulcior patria.i.quàm patria,nec debes diligere ea minus supp.propterea ꝙ est deformior.i.ꝗ prius,se misereri potius,sup. eius nec priuare eam orbatam.i.spoliatã.s. multis claris uiris etiam aspectu tuo.s quo eam Aspicias,aut aspectu tui quo aspiciaris,aut potissimum aspectu tuo.i.facie & præsentia tua. Deniq; si fuit magni animi, non esse supplicem uictori,uide.i. animaduerte,ne.i. an sit.aut uide.i.caue ne.i.ut nõ sit superbi sup animi,aspernari.i. contẽnere liberalitatem eiusdem.s.uictoris. Etsi sapientis carere .s.patienter patria,est duri.i.pertinet ad durum,& immitem,non desiderare sup patriam. Etsi non possis frui rep.stultum est nolle, sup.frui priuata sup.re. Illud.s quod mõ dicetur,est caput.i.principale momentum,ut si ista.s. in ocio,& terra peregrina uita uideatur tibi esse iucundior,tñ cogitandum sit supp.tibi,ne sit non tutior.s.quam esse in urbe.Magna est licentia gladiatorum,nam facile posset aliqs Athenas mitti, vnde occidaris,& reuera paulò post à Magio Chilone familiari suo, pugione interemptus est, sed minor etiam uerecundia ad facinus .s. tale perpetrandum est in locis externis.Salus tua est mihi tantæ curæ, ut sim Marcello .s.C.aut Lucio fratri tuo, aut par.i.æqualis in cura tali, aut certe proximus. Tuum est.i ad te pertinet.Raro aut nunquam legitur tua cum uerbo est.Consulere.i.consilio prospicere, temporibus .i.ne tempora ista periculosa tibi noceant, & incolumitati,& uitæ,& fortunis tuis,ne.s eis noceatur. Vale.

CONIVNCTVM esse periculum suo cerneret] Alij hanc lectionem uidentur suspectam habuisse. nos eam in uetusto libr. Ioannis Scalæ, & in alijs manuscriptis inuenimus. PAVL. MAN.

ARGVMEMTVM.

Eiusdem fere est argumenti cum superiore. Hortatur enim paucis ad ut suos quamprimum redeat,ut quibus expectatissimus sit:petitq; ab eo certior fieri, quid facturus sit.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Eiusdem est argumenti eum proxima.

M. CICERO M. MARCELLO. S. 10

E*TSI nihil noui, quod ad te scriberem habebam,magisque,literas tuas iam expectare incipiebam,uel te potius ipsum: tamen, cum Theophilus proficisceretur,non potui nihil ei literarum dare. Cura igitur, ut quamprimum uenias: uenies enim mihi crede,expectatus,neque solum nobis.i. tuis, sed prorsus omnibus. uenit enim mihi in mentem subuereri interdum, ne te delectet tarda decessio.quòd si nullum haberes sensum nisi oculorum; prorsus tibi ignoscerem. si quosdam nolles uidere.sed cum leuiora non multo essent, quæ audirentur,quàm quæ uiderentur; suspicarer autem,& multum interesse rei familiaris tuæ; & quamprimum uenire, idque in omnes partes ualere: putaui ea de re te esse admonendum: sed quoniam, quid mihi placeret,ostendi; reliqua tu pro tua prudentia considerabis. me tamen uelim, quod ad tempus te expectemus,ceriorem facias. Vale.*

ETsi]Eiusdẽ est argumẽti, & sñiæ hęc epist. cuius ẽ superior, mutatis tm̃ quibusdã uerbis,hortat.n. Mar. ut quàm primũ in patriã redire uelit,expectatus multũ à suis. [Nihil noui,]Prꝗterquàm,quæ à me aliis literis intellexisti.[Magis]Potius quàm tu expectares meas.[Vel potius] Correctio.[Te ipsum) Non literas,ipsum hẽt emphasim,q.d.te præsentẽ, nã aut est, iã literas tuas,aut aliũ ꝑ te.[Nõ potui nihil dare].i aliquid dedi.nõ potui facere,quin aliquid darẽ.[Cura)Da operã,cogita [Expectatus].i. desideratus. Vir.Expectare uenis.[Omnibus]His ẽt qui nulla necessitudine tecũ cõiuncti sunt.[Venit in mẽtẽ,subuereri] i.interdum aliquantulũ uereor.[Tarda decessio]Serus decessus ab istis locis,ubi nũc es. [Quòd eadẽ rõ] Qua usus est in præcedẽti epi. cũ dixit:Nõ ẽ porrò tuũ,uno oculorũ sensu moueri &c.& est sensus:Si haberes tm̃ sensum oculorũ,& nõ ẽt auriũ,putarẽ tibi parcendũ,si nolles uenire Romã,ne uideres multa, quæ nolles, sed necesse sit te eadẽ audire,& utile sit te esse in patria,putaui te admonendũ [Ignoscerem]Indulgerem, parcerem. [Quosdã]Cæsarem,& reliquos,qui eum cõtra remp.secuti sunt.[Nõ multo leuiora] HVB.

Impotens

Expectatus

niora) Non multo minus acerba.[Suspicarer.).i. existimarem,& subaudi,cum suspicarer.[Interesse) Vtile esse, pertinere ad rē tuā familiarem, quam præsens poteris conseruare. [Quamprimum uenire).i.ut subito uenias.[Atque ualere) Subaudi cum suspicarer.[Valere omnes partes).i.ualere ad omnia,ut uenires.[Admonendum) Meis literis exhortandum, & dandum tibi consilium.

Quādo [Quando).i.quoniam.[Reliqua) Quæ non scripsit. [Pro tua prudentia).i. secundum tuam prudentiam,ut ualde es prudens.[Ad quod tempus) An cito,an sero sis uenturus.

PHIL. *ETSI nihil*) Marc.iā mutasse sententiam Cicer.cognoscebat, & esse iam persuasum Romam uenire, quapp his eum hortatur, quamprimū ueniat,cum adhuc Cic.aliquantulum uereretur,ne eū delectaret tarda decessio.Postremo eū rogat quo tpe ipsū expectēt,det operā literis suis,intelligat.[Vel te potius) Teipsū,cū pondere suo pronomē[Expectatus) Desideratus,ut expectare uenis. ait Maro. [Omnibus) Vel ipsis, qui tibi nulla amicitia iuncti sunt.[Subuereri.] Aliquantulū timere Sub.n. compositiue, quid

Subuereri clanculum,aut dimin.significat. Virg. Olli subridens, & Cic.pudor penè subrusticus, alias sub pro interdū imponitur. Vir. Ipse sub ingēti lustrat dum singula tēplo. Aliqñ ante,uel per,uel circa. Virg. Sub noctem cura recursat. Et:Posteśq; sub ipsos Nituntur gradibus. Et in Georg.Sub lucem exportant calathis.Hoc est ante lucem.[Ne te delectet) Alteram exigit cōstructionem dele

Delecto oblecto Delector Ignoscere Indulgere cto,alterā oblecto,aliam delector.Sic.n.his utimur:Delectarunt me mirū in modum literæ tuę, & oblecto me literis tuis. & oblecto me arte dicendi.& ego plurimū te ipso delector. [Tarda) Corporis est,alias animi,& intellectus,ut huic tardus es.[Ignoscerē) ueniā darē,parcerē Caue dicas indulgere ꝓ ignoscere, nā maximā hñt inter se distātiā,cū indulgere sit dare operā alicui rei per agēdæ. Incūbere,uigilare, studere, uel i primis cōcedere rē aliqrē mollem,& effœminatā, & quandā quasi clementiā mōstrare, qua parētes in liberos suos plurimū errare vñr, nimiū illis indulgentes, & delicate tribuētes & eandē dicit rōnē, quā superius dixit de usu,& auditu[Quosdā) Vt Cæs.& suos [Suspicaret) Opinarer,& intellige iterum eū.[Valere) Sup. cū suspicarer,& existimarē.[In omnes partes) In omnia ad te pertinentia. [Admonendum) Adhortandū. [Reliqua) Quæ forte scribenda erāt.[Pro tua prudētia) secundum tuā prudentiā. Nam pro loco, in ante, & secundum aptissime collocamus,ut ꝓ tēplo,ante templū,ꝓ curia, ante curiam. Salust. Quod ni maturasset pro curia signum socijs

Pro uiribus dare. Pro uirib. secundum uires. Vir. Summis incutuant uiribus arcus,pro se quisq; uiri,pro rostris,pro tribunali,in rostris.fungitur interdū interiectionis officio cum accentu circūflexo, ut prò Iupiter, prò deûm atque hominûm fidem. [Considerabis) Consideramus futura , cogitamus præsentia , sed ista confunduntur.

ASC. *ETSI*) Eiusdem ferè argumenti est cū superiore, hortatur enim Marcellum,quamprimum domum redire.Ordo est:Etsi.i. quanquam,nihil noui habebā,quod scriberem ad te, & incipiebam magis expectare literas tuas,uel potius teipsum,tamē cum Theophilus.s.familiaris tuus proficisceretur.s Roma ad te, non potui nihil literarum dare.i.quin aliquid literarum darē ei. igitur,quia te tātopere expectamus,cura ut uenias quāprimū.Enim .i.quia,crede mihi,tu uenies expectatus.i.desideratus,& optatus, neque solum nobis.i.tuis,quia nos tui sumus, sed prorsus.i. omnino omnibus. Venit.n. mihi in mentē.i. cogitando compellor, subuereri.i. aliquantulum uereri,interdū, ne decessio.s.ab Athenis,tarda.i.sera,delectet te,hoc est ne tædio afficiaris Romā reuerti,quod si nullum haberes sensum,nisi occulorum, ego ignoscerem prorsus.i.omnino tibi,s.s. nunc nolles uidere quosdam, ut reip.oppressores.Sed cum ea, quæ audirentur,s.ā te, essent nō multo leuiora,q̃ quæ uiderentur.s.si Romæ esses, autem s.sed suspicarer interesse.i. ad utilitatem pertinere, rei familiaris tuæ,te uenire,s. domum quamprimum,idque ualere.i.utile esse,in.i.ad oēs partes, putaui te esse admonendum de ea re.Sed quando,aut quoniam,ostendi sup. id, quod placeret mihi,tu cōsiderabis reliqua.i. an recte sentiam , pro tua prudentia.i. secundum prudentiam tuam. Velim tamen facias me certiorem, ad quod tempus, expectemus.i. expectare debeamus te. Vale.

PAVL. MAN. *BONIS*) Nobis, emēdassem,ut Hieron. Ferrario placet,nisi uetusti omnes libri repugnarent,quanquam & in oratione xii.in Antonium ubi uulgata exemplaria, omnibus enim bonis habēt, manuscripta, omnibus enim nobis.

ARGVMENTVM.

Quid Cic.epistola apud Marcellū ualuerint,declarat Marcellus ipse hac epistola significans se ab eis persuasum Romā uenturū, & uelle uenire ubi clarissimorum uirorum consuetudine uti posset, & maxime Cic.quem sibi amicissimum fuisse cognouit:grataq; sibi esse docetq; pro se acta erant.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Collatione declarat Marcellus suam erga Ciceronem uoluntatē, et quod consilio Ciceronis acquiescere uelit, significat.

M. MARCELLVS M. CICERONI S. D.

PLVRIMVM ualuisse apud me tuam semper auctoritatem,cum in omni re,tū in hoc maxime negocio potes existimare.cum mihi C. Marcellus frater amātissimus mei, non solum consilium daret,sed præcibus quoq; me obsecraret; non prius mihi persuadere potuit quàm tuis est effectum literis , ut uterer uestro potissimum consilio. Res quēadmodū sit acta,uestræ literæ mihi declarāt . Gratulatio tua etsi est mihi probatissima,qđ ab optimo fit animo:tamē hoc mihi multo iucūdius est,& gratius,ꝙ in summa paucitate amicorū,propinquorū,ac necessariorū,qui uere meæ saluti fauerent,te cupidissimū mei,singularemq; mihi beneuolētiam præstitisse cognoui. Reliqua sunt eiusmodi,quibus ego, quoniam hæc erant tempora, facile,et æquo animo carebam: hoc uero eiusmodi, esse statuo,ut,sine taliū uirorū, & amicorum, beneuolentia, neque in aduersa, neque in secūda fortuna quisquam uiuere possit.itaque hoc ego mihi gratulor,tu uero ut intelligas homini amicissimo te tribuisse officium,re tibi præstabo. Vale.

PLVRIMVM,] multis epistolis, & in his,quas supra uidimus, & alijs,quę non reperiuntur, Cic.hortatus fuerat Marc.ut in patriā reuerteretur, neq; liberalitatem Cæs.aspernaretur. Deinde gratulatus etiam ei fuerat , qđ senatus uniuersus, & boni uiri uno consensu supplicassent Cæs. pro restitutione eius. Itaque respondens Marc.dicit se & semper hoc potissimum tempore tanti fecisse auctoritatem Cice. quod citius est flexus , & persuasus eius literis,ut mutaret propositum,& Romam ueniret,q̃ & consilijs , & precib.C.M. fratris, qui assidue obsecrabat eū,ut nollet perpetuo abesse, sed uteretur consilio amicorum suadentium,ut rediret. Deinde ostendit se habuisse gratam gratulationem Cic. quia ex animo facta intelligebat, gratius tamen sibi fuisse,ꝙ inter paucos amicos, qui ei fauerent , cognouit Cic. sibi amicissimum,ob quam causam ostendit se potius redire Romam,ut posset esse cum Ci.& ceteris talibus amicis, q̃ propter aliquid aliud. [Plurimum ualuisse)Habuisse maximum pōdus, & multum potuisse.[Auctoritatem) Dignitatem,& existimationē tuā. [Cum) .i.&.[In omni re) Subaudi,alia. [Tū maxime).i. ꝑcipue. [In hoc neg.) In hac cā mei reditus. [Amantissimus mei) qui me ualde amat.[Obsecrarer precib.) Adiuuaret ēt ꝑcādo,quod plus est,q̃ da re cōsiliū.[Persuaderet).i. animū induceret. [Quā effectū) Quā HVB.

est persuasum.[Vterer uestro cōsilio) Facerē sicut uos consulebatis mihi.[Potissimū) Præcipue, potius q̃ consilio aliorū,qui fortasse consulebant ei,ut abesset.[Res acta).i. impetrata restitutio mea,q̃a Cic.ad eū scripserat, sicut ēt sup.ad Ser.Sul.[Gratulatio) ꝙ Cę.ostēderit nō me paruifacere,& ꝙ Senatus pro me supplicauerit. [Optimo animo).i.cū beneuolētia sine simulatione. [In summa paucitate).i.in ualde paucis amicis. Erāt aūt pauci respectu corū,qui debuerant ei fauere,neq; tñ fauebant. [Necessariorum)Necessarij, auctore Festo, dñr cognati; aut affines in quos necessaria officia cōferuntur.[Cupidissimū) Amantissimū. [Præstitisse)Ostendisse. [Singularem) Præcipuā, plusquā omnes alij. [Reliqua)Cetera, præter te,& alios paucos, qui mihi fauerūt, reliqua igitur.i. fortunæ meę,& dignitates,& similia. [Eiusmodi) .i talia,& talis cōditionis.[Quibus).s.reliqs.)Carebā æquo aīo) .i.carebā sine solicitudine,sine dolore [Tpa) conditiones tpum. [Hæc) i.talia misera, & mala. [Hoc) Hāc rē.s. q̃ seqt. [Statuo) iudico. est aūt ordo:hoc statuo esse eiusmodi, ut quisquā,neq; in aduersa,neq; in secūda fortuna possit uiuere sine beneuolētia taliū uirorum,& amicorū.s. qualis tu es. [Gratulor mihi) Gaudeo mihi.[In hoc) In hac re,quod talem habeam amicū.[Præstabo.) Ostendam.[Re)Effectu,non uerbis [Officium) Beneficium. Persuadere Necessarij

PLVRIMVM ualuisse]Quantam uim,quē ēt effectum habuerint apud Mar.Cic.ep.his Mar.literis facile cognosci potest, eius consilio persuasus Romā se uēnturū pollicetur, & tibi malle uiuere,ubi clarissimorū uirorum cōsuetudine uti posset, & maxime Cic.quē sibi amicissimum esse cognouerat,& ꝙ nec Mar.frater,nec multi alij ex amicis illi persuadere potuerut,persuaserat Cic.ostēdit ēt,q̃ sibi grata fuerit gratulatio ipsius, ꝙ S. P. Q. R. Cæs.supplicatū accesserat, ut Mar. restitueret in patriā. [Valuisse) habuisse pōdus,uel potuisse,dēt hoc uerbū in oratione multū uenustatis,uel in primis si cum ablatiuo iūgamus hoc modo. M. Cic.plurimū eloquētia ualuisse nemo est, qui nesciat.Sine ablatiuo,sic ualet id qđ e apud me,multū,sicuti debet hoīum amicissimorum PHIL. Valere

morũ diligens cõmẽdatio. Exigit ẽt post se accusatiuum, sed qñ refert ad preciũ in his utimur genitiuo tãti, & quãti, in reliquis accusatiuo, ut ualet, & tanti ualet annona, aureos xx. ualet annona. [Auctoritatem] Dignitatem, & existimationem tuam. [Cum] .i. & [In omni re] subaudi alia. [Tum maxime] .i. ꝑcipue. [In hoc negocio] In hac cã mei reditus. [Amantissimus mei] Qui me ualde amat. [Hoc negocio) Mei reditus. [Consilium) Quo intelligerem redeundum esse mihi R. [Sed precib.] Vt hoc te unius solicitudines, unius ẽt multæ lacrymæ C. Mar. fratris optimi deprecantur. [Obsecrare precib. Maiorem uim habet, q̃ dare consilium. [Potissimum) Nolim dicas potissime, id. n. nunq̃ legi nisi apud Prisc. q dicit à potius nasci potissime. [Res acta) Restitutio mea impetrata, ut à Cic. epistolam acceperat. [Gratulatio) Quod pro eo supplicauerat senatus, ꝙ ei pepercerat Cæs. ac esset Romam rediturus. [Optimo aĩo) Non simulata mente. [Paucitate am.) Pauci. n. erant, cum multi esse debuissent. qui ei fauerent pp ꝑstãtiam eius. [Cupidissimum) Amantissimum. [Præstitisse] Demonstrasse, numerosæ significationis uerbum. Nã est dare, cõcedere, exhibere cum qb accusatiuum iungimus, ut si meam fidem ꝑstiterit, qđ confido te esse facturum. interdum antecellere, & tũc ultra datiuum ablatiuum damus, ut Cic. ceteris oĩbus ꝑstabat ingenio, & doctrina. Aliqñ melius esse, Virg. Sed motos præstat cõponere fluctus. [Quid) Qđ ꝑstare iurecõsulti uolũt esse cauere nequid damni fiat alicui Cic. de off. Emptorem indemnem damno ꝑstari oportere. [Reliqua) Tã fortunę, q̃ dignitatis & huiusmodi. [Æquo animo) Sine molestia, multis id modis dicere possumus. moderate, facile, modice, modeste, fortiter, quod quasi uulgo dr̃ patienter. Et à contrario sensu hoc modo. [Iniquo animo] Ægre. grauiter, moleste, peracerbe, immodice. [Tpa) Nouitates [Hæc) Tam misera. [Hoc] Quod sequit̃, & est ordo, hoc statuo esse eiusmodi eius conditionis status. [Talium uirorum) Qualis tu es. [Gratulor) Gaudio afficior [Hæc] Mala [In hoc] Quod talẽ amicum habeam. [Re) Effectu. Cic. in Parad. Cum te, ac factis longe aliter iudicassent. [Præstabo) Efficiam, demonstrabo.

ASC. *PLVRIMVM &c.*] Quid Cic. epistolæ apud Marc. ualuerint, Marcellus ipse hac epistola significat, dicens se ab eo persuasum Romam uenturum, & quæ pro se acta essent cum Cæs. grata habere. Ordo est: O Cic. tu potes existimare. i. iudicare, tuã auctoritatem ualuisse semper plurimum apud me, cum. s. ita sit ꝙ potes existimare illud in omni re. s. alia, tum maxime in hoc negocio. s. domum redeundi. Cum C. Marc. supp. meus, amantissimus mei nõ solum daret mihi consilium, sed quoque. i. ẽt obsecraret .i. ob sacra oraret me precib. non potuit prius persuadere mihi q̃ effectũ est literis tuis, ut uterer potissimum consilio uestro. s. amborũ. Literæ uestræ. i. tuæ & fratris, declarãt mihi quemadmodũ res. i. reconciliatio mea, aut ueniæ datio sit acta. s. in senatu cum Cæs. Gratulatio tua, etsi. i. q̃q̃ est mihi probatissima. i. maxime approbata, ꝙ. i. quia si ab optimo animo, tñ hoc est mihi iucundius, & gratius multo ꝙ cognoui in summa paucitate amicorum propinquorũ, ac necessariorum, qui fauerent uere. i. non fictè, saluti meæ, te cupidissimum mei, & ꝑstitisse mihi beneuolentiã singularẽ. Reliqua. s. bona, q̃ ante habebã, sunt eiusmodi, quib. i. ꝙ eis, ego carebã facile, & æquo animo, qñ hæc. i. hmõi erant tpa. s. tã mala. Vero. i. sed, ego statuo hoc. s. ꝙ mihi præstitistis, esse eiusmodi, ut quisquam neque possit uiuere in fortuna aduersa, neq; in fortuna secunda. i. prospera sine beneuolentia talium uirorũ, & amicorum. itaque ego gratulor mihi in hoc. Vero, pro sed, ego ꝑstabo. s. effectu ipso, ut intelligas te tribuisse homini amicissimo, uidelicet mihi, ocium. i. opportunum beneficium.

ARGVMENTVM.

Vt in superiori uidimus, M. Marcellus, persuasus à Cic. decreuerat Romã reuerti, & cum Cæsare uiuere: uerum, cũ discessisset ex Græcia: et adhuc Athenis parũ abesset, à P. Magio Chilone familiari suo, pugione interemptus est, quod cum Ser. Sulpicius, qui Achaiæ præerat intellexisset, Ciceroni dolenter hac epistola denunciat significant, quid pro communi amico egerit.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Eadem Marcelli nunciat Ciceroni Sulpicius, & quibus officijs mortuum prosecutus sit declarat.

SER. SVLPICIVS, CICERONI. S. 12

ETSI *scio non iucundissimum nuncium me uobis allaturum: tamen, quoniam* CASVS, *&*† *natura in bonis dominatur; uisum est faciendum, quoquo modo res se haberet uos certiores ut facerẽ. Ad 5. Kal. Iun. cum ab Epidauro Piræum naui aduectus essem, ibi Marcellum collegam nostrũ conueni, eumq; diem ibi consumpsi, ut cum eo essem Postero die, cum ab eo digressus essem, eo consilio, ut Athenis in Bœotiam irem, reliquamq; iurisdictionem absoluerem: ille, uti aiebat,* †*supra Maleas Italiam uersus nauigaturus erat. postridie eius diei, cum ab Athenis proficisci in animo haberem, circiter horam decimam noctis Posthumius, familiaris eius, ad me uenit; & mihi nunciauit, M. Marcellum, collegam nostrum, post cœnæ tempus à P. Magio Chilone, familiari eius, pugione percussum esse, duo uulnera accepisse, unum in stomacho, alterum in capite secundum aurem; sperare tamẽ, eũ uiuere posse: Magium se ipsum interfecisse: postea se à Marcello ad me missum esse, qui hæc nunciaret, & rogaret,* † *uti cogerem medicos. coegi, & è uestigio eo sum profectus prima luce. cum non longe à Piræo abessem; puer Acidini obuiam mihi uenit cum codicillis, in quibus erat scriptum, paulò ante lucem Marcellum diem suum obijsse. ita uir clarissimus ab homine teterrimo acerbissima morte est affectus; et cui inimici propter dignitatem pepercerant, inuentus est amicus, qui ei mortem afferret. ego tamen ad tabernaculum eius perrexi: inueni duos libertos, & pauculos seruos: reliquos aiebant profugisse, metu perterritos, ꝙ dominus eorum ante tabernaculũ interfectus esset. coactus sum in eadem illa lectica, qua ipse delatus eram, meisq; lecticarijs in urbem eum referre: ibiq; pro ea copia, quæ Athenis erat, funus ei satis amplum faciendum curaui. ab Atheniensibus locum sepulturæ intra urbem ut darent, impetrare non potui, ꝙ religione se impediri dicerent: neque tamẽ id antea cuiquam concesserant. ꝙ proximum fuit; uti, in quo uellemus gymnasio eum sepeliremus, nobis permiserunt. nos in nobilissimo orbis terrarum gymnasio Academiæ delegimus: ibiq; eum combussimus: posteaq; curauimus, ut ijdem Athenienses in eodem loco monumentum ei marmoreum faciendum locarent. ita, quæ nostra officia fuerant, pro collegio, & propinquitate, & uiuo, & mortuo omnia ei præstitimus. Vale. Datæ pridie Kal. Iun. Athenis.*

† alias, fortuna

† alias, supina æstate

† alias, uti medicos coegi

HVB. ETsi M. Marc. multis literis Cice. persuasus tandẽ decreuerat R. uenire, cum Cæsa. liberaliter ei concessisset, ut id facere posset. uerum, antequam discessisset ex Græcia. cum non longe ab Athenis esset, à P. Magio Chilone eius familiari, pugione interemptus est. itaque cum Seruius, qui præerat Achaiæ, intelligeret, quantũ Cic. dilexisset Marc. hac epistola nunciat ei grauissimum casum mortis ipsius Mar. & simul ostendit, quãta cura, & officio primum curauerit ei subuenire adductis medicis. Deinde postquam est mortuus, ut honorifice sepeliretur [Etsi] Principiũ est accommodatum reb. tristib. nunciandis. [Non iucundissimũ) A contrario sensu. i. tristissimum, & plenum doloris, & attentum facit. [Casus, & natura) Tribus. n. humana uita, ut inquit Honoratus, continetur. Natura, cui ultra centum & uiginti solstitiales annos cõcessum non est. Fato cui nonaginta anni, hoc est Saturni tres, cursus exitum creant, nisi forte aliarum stellarũ benignitas tertiũ eius superet cursum. Fortuna, hoc est casus, qui ad omnia pertinet, q̃ extrinsecus sunt, ut ad ruinã, incendia, naufragiũ, cædes. uerum casus differt à fortuna, ut Arist. uerba demonstrãt 2. phy. c. 8. Tã. n. in agentibus per intellectum uim habet casus, q̃ in non agentib. per intellectum, & in plures res cadit, q̃ fortuna, ut decedens à tecto tegula prętereuntem occidit. & Chilo, à quo nihil mali suspicabatur Mar. eum occidit. Fortuna uero dutaxat uim habet in agentib. per intellectũ, ut arãti agricolæ argenti lamina se offert. Et bene casum, & naturã dixit in bonis dominari, oĩa. n. inter ista claudenda sunt, adeo quod omnia, aut secundum naturã fiant necesse sit, ut nunc uiolentiã, & inopinatam mortẽ Mar. casu contigisse putemus. Verũ, ut ait Gel. cum apud Cicer. legisset. i. Philippicarũ, ut si qđ mihi humanitus accid. sset. Multa aut impendere uidentur præter naturã, & pręter fatũ Considerandũ equidem puto, atq; id maxime requirendũ, quę ratione dixerit accidere multa humanitus posse præter fatũ. Cum sit ratio, & ordo. & insuperabilis quædam necessitas fati. Item Virg. Æn. 4. de Phœnissa. Nã quia nec fato, merita nec morte peribat. Tanquã inter faciendum finẽ uitæ, quæ uiolenta sunt non uideantur è fato euenire. Sed in hoc quid sentimus in lib. Tusc. explicauimus. Sed posset quis quærere, quid sit natura, quę tripartita cõsideratur

Etsi

deretur in homine,animi,corporis,& extrinsecus,inquit Cic.na
turã ipsam diffinire difficile est.Sed quæ ratio sit,cur naturæ diffi
nitio difficilis sit, Victorinus docet hoc modo:Apud sapiẽtes cõ
tentio est,Quid prius sit, deus,an natura.Si natura prior est, ergo
Deus natus est , atqui Deum nasci non ponunt. Rursus si Deus
prior est,nata est natura. Quod si nasci potuit natura, incipit nõ
esse natura.Itaq; naturę difficilis est diffinitio,sed cũ dixerit esse
difficile,non tñ negauit diffiniri non posse.Itaq; quidã philoso-
phi sic diffiniendam putauerunt: Natura est ignis artifex quadã
uia uadens in res sensibiles procreandas.Plato autem sic diffinit:
Natura est Dei uoluntas.[Visum est faciẽdum,uos facere certio-
res.)Hoc est putaui,ut uobis significarem, dicendi modus hmõi
apud doctos uiros[Iunias) Narratio est,& animaduerte, ꝙ plus
decoris habebit oratio,si pro mensium genitiuis possessiua eorũ-
dem mẽsium ponemus,ut si Kal.Iunias dicemus,non Iunij.Au-
gustas non Augusti.[Epidauro) In Achaia,ut ait Plin.est ciuitas,
Epidaurus de qua & Stra. sic ait:Epidaurus aũt antea Epitaurus uocabaẽ,eã
Cares,Arist.teste,occupauerunt,& non alibi.nõ parũ insignis est
ciuitas præsertim ex Aesculapij claritate nobilitata , quem uaria
morborũ genera curasse somniati sunt hoĩes.erat uero templum
ægrotantiũ multitudine usquequaq; refertũ, pendẽtibusq. tabel
lis,in quibus sanati , languores erãt inscripti.Sita quidẽ urbs est
in ipso Saronici sinus recessu intimo.Epitaurus nũc urbs est Epi-
ri,quã & Dyrrhachiũ dicunt.[Collegã) Fuit.n.eius collega olim
Athenę in consulatu. At tunc non erat. [Ab Athenis in Bœotiam irem)
Nulla te regula grãmaticorũ impediat, quin nominibus locorũ
proprijs addas præpositionẽ,uel non addas quocunq; spectãtib.
indifferenter.n. omnes docti uiri sunt usi,ut ab Athenis & Athe-
nis uenio,ad Romam,& Romam uado.Sic Sulp. cum ab Aegina
Megarã uersus nauigarẽ.his exemplis plenus est Liu.Athenę ue
ro,ut inquit Str.à Possidone siue Neptuno,& Athena.i.Minerua
appellationẽ deorum sortitæ sunt.Regio, in qua sunt, Attica no-
minatur,de qua Cecrops primũ multitudinẽ in ciuitates 12.ha-
bitandas digessit.Theseus uero postea 12.illas in hanc unam cõ-
Bœotia gregasse ciuitatẽ memoratur.Bœotia coniuncta est Atticæ,à qua
illã montanæ Atticæ plagam disiungit:à boue appellata,quã ibi
Cadmus Agenoris filius,repericns immolauit. Diod. uero Sicu-
lus à Boetio Neptuni filio ex Arne Aeoli filia dixit appellatã es-
se Boetiã. [Absoluere) Perficerem. [Reliquamq. iurisdictionẽ)
.i. reliquum quod restat de administratione ẽt in Bœotia, nã Ser
uius habebat iurisdictionẽ non solum in Achaia, sed etiam in re
gionibus finitimis.[Supra Maleas) Alij intelligunt supra Maias ,
ut subaudiamus dies, sed dies in plurali cõstat masculini tãtum
esse generis,non aũt fœminini, præterea nõ est mos doctorũ po
nere adiectiuũ sine substantiuo,ego huic sñiæ minime assentior.
Alij dicũt esse locum, ꝙ etsi adhuc apud neminem idoneum me
legere memini, tamen magis probo. [Postridie eius diei) Vt sup.
notauimus alio loco diei,abiectio est , ut ubique locorũ,nam &
Postri- postridie,& ubique per se plena sunt,[Proficisci) Discedere.[Cir
die citer) Pro iuxta ponitur,quando περὶ significat,ad tempus tamẽ
Vbique solet pertinere, ut circiter Kalẽdas, interdũ ad locum,ut Cassius
Circiter Emina, lapidem fuisse quadratum circiter in media arce iunctũ
Kalendis,frequentius tamẽ ad numerum,ut Papia distat Medio
lano circiter xx.millia.Circiter ergo pro circa[Decimam horã)
Quia nona hora cœnabatur.Mart.Incipit extructos frangere no
na thoros.Iuuen. Carpit Mariũ Priscum , ꝙ ante nonam horam
cœnaret. Exul ab octaua Marius bibit. Dies aũt incipiebat apud
Romanos à media nocte,vt ff. de ferijs.l. more R.[Chilone)Co
gnomẽtũ à labris.nam (ut inquit Ser. in arte) Cilones sine aspi
Chilo- ratione dñr,quorũ capita longa,& compressa sunt. Chilones au
nes tẽ cũ aspiratione ex Græco à labris improbioribus , q̃ illi uocãt
Pugio χοῖλει.vnde & pisces improbius labrati Chilones dñr.[Pugione]
Secun- Pugio genus est teli, à pugno dictus, quo facile apprehẽdit. [Se-
dum cundum).i.iuxta. Vir. lib. 4. Geor. Pascuntur uero siluas , & ple-
na secundum Flumina.[Sperare tñ) Subaudi dixit,uel nunciauit
se sperare.i.spem hr̃e.[Eum) Marcellum [Seipsum) Propria ma-
nu.[Se missũ) Subaudi dixit, Ci.Posthumius.[Cogerem) In unũ
Cogere colligerẽ,congregarem.Virg.in Buc.Tityre coge pecus.[E uesti-
E uesti- gio)Statim [Prima luce) Prima parte lucis, hoc est circa ipsã lu-
gio cẽ,eleganter.n.dr̃ prima nocte,uel multa nocte,& prima luce,&
multa luce, uel ad multam noctẽ, & ad multam lucẽ ueni ad te.
Codicil [Puer) Seruius. [Acidini) Nomen propriũ.[Codicillis) Tabellis,
li literis.codex.n.dimin.facit codicillus.[Paulò ante lucem) Paulo
ante diẽ,cum ego prima luce ad eum irẽ[Ita) q. d.ita crudeliter,
& miserabiliter,est.n.miserantis.[Vir clarissimus) M Marcellus.
Taber- [Cui inimici) Cæsariani,contrarium, exornatio. [Tabernaculũ)
na Diuersorium à taberna fit tabernaculum. Est.n.taberna non mo
Taber- do ubi uinum venundatur. uerum etiam locus ad habitãdum,&
naculũ vbi quæq; res ad uendendum exponuntur.Iuuen. Ne pudeat do-
minum monstrare tabernæ. Officina uero est,ubi res fiunt , quæ Offici-
etiam potest esse taberna, si ibidem res uenduntur. Cicer sed ta- na
men,ut ex eadẽ officina exisse appareat.[Coactus sum) Nõ ab ali
quo,sed à me ipso, & est dicẽdi modus pro eo,quod dicitur,fuit
mihi necesse. [Illa lectica) Et quia non habebam aliam, qua pos-
set deferri.Erat autem lectica cathedra , & sedes quædam , qua Lectica
ferebantur diuites,& potentes, dicta quod puluinari, & lectulo
esset strata, Græce dicitur Hexaphoron , quia à sex seruis ferre Hexa-
tur. Iuuen. Cum iam sexta ceruice feratur . Hinc atque inde pa phoron
tẽs ac nuda penè cathedra. Idem: Cum ueniat lectica Mathonis
Plena ipso.Idem etiam significat lecto fuisse stratam,Cum dicit:
Qui dedit ergo tribus patruis aconita uehetur Pẽsilibus plumis
.i lectica.Item alibi: Conducit comitem sellã puluinar.Et item:
Nanque facit somnum clausa lectica fenestra.[Meis lecticarijs.]
.i. meis seruis qui lecticam ipsam ferebant [Referre) Reportare.
In Vrbem) Athenas unde ego ad eum uenerẽ [Pro ea copia) se-
cundum eam copiã , quia non fuit tanta quanta fuisset Romę.
[Funus) Pompam & honorem funeralem. [Satis amplum).i.di- Fun
gnum, & honorificum [Impetrare) Obtinere.[Impediri) Prohi-
beri.[Religione).i.sua ,qua prohibebantur , qui non fuissent ci-
ues,intra urbem suam sepeliri.[Neque tñ) Ne uideretur hoc fuis
se magis negatum Marc. q̃ alijs , dicit ꝙ antea nemini unquã id
concesserant.[Id) Vt intra urbem sepeliretur.[Concesserant.) Per
miserãt. [Quod fuit proximum).i. quod fuit primum post hoc,
ne sepeliretur intra urbem. [Vti) Pro ut. [Gymnasio) Gymnasiũ Gymna
dicebaẽ locus,ubi palestritæ exercebãtur nudi, & oleo uncti,nã sium
γυμνὸς Græce nudum significat . Dicitur tamen gymnasium lo-
cus quilibet, ubi aliquis exerceẽ, unde & gymnasia literarum di-
cuntur.Erant aũt Athenis extra urbem multa gymnasia philoso-
phorũ secũdũ uarias eorũ sectas,inter quæ nobilissimũ erat gym
nasiũ Academię,ubi Plato docuerat,quem locum dicit Ser. se ele
gisse ad sepulturã Marc. quia in eius ptãte fuerat eligere ex mul
tis qđ uellet. [In quo uellemus) quia multa erant. [Delegimus) Delige-
Elegimus,accepimus,ex multis.deligere.n. est ex multis eligere. re
[Achademiæ) Athenarũ dicta ex instituto M.T.C. q̃ Academica
illa sua cõscripsit. Academia locus nemorosus ab Athenis mille
passibus distans,dicta ab Academo heroe, secũdum Eupolidem.
gymnasiũ Pla.celebratissimũ.Hor.in epi. Atque inter syluas Aca
demi quærere uerũ Fuit & uilla memoratu digna ab Auerno la
cu Puteolos tendentibus imposito littori celebrata porticu,& ne
more,quã & uocabat M.Ci. Academiã ab exemplo Athenarum,
ibi cõpositis uoluminibus ijsdem nominibus in qua,& monumẽ
tum sibi instaurauerat.Ceu uero non & in toto orbe terrarum fe-
cisset, hæc & plura Pli. de hac Academia Cic.lib. 31. c. 1. [Com-
bussimus) Cremauimus eius cadauer. Ita.n.solebant facere anti
qui,& maxime Romani, cum Aegyptij odorib. cõdita cadauera
diutius reseruarent, de hac consuetudine , & eius causis uide Ser.
in 1.Aen.super eum locum:Animumq. sepulchro cõdimus &c.
[Monumentum) Insigne sepulchrum , quod monumentum di- Monu-
citur à monendo , quod moneat nos & memoriam faciat. [Lo- mentũ.
carent faciendum) Mercede faciendum darent alicui huius rei
perito.[Omnia officia) scilicet mea,id est omnia quæ à me debe
bantur Marc.[Pro collegio.) ut decuit collegam.[Pro propinqui Pro
tate).i.ut decuit propinquum, qualis ei eram,nam Seru.erat pro
pinquus Mar.fueratq. eius collega in consulatu. [Pro).i. secun-
dum. [Et uiuo) Quem semper amauimus , & honorauimus. [Et
mortuo) Quia eum honorifice sepeliendum curaui.

SVPRA vbi diximus sup.Maias,ut ex characterib.ueteris codi
cis conieci,puto fuisse scriptũ suprema æstate.i.ultimo tpe æsta-
tis, qđ neq; ausim affirmare, quia nõ bene poterat legi text.neq;
tñ improbo,uolui tamẽ notasse,ut uideãt docti, quid probent.

ETSI scio) Vide quemadmodũ omnibus telis fortunæ propo PHIL.
sita sit uita nostra.inimicus n. Marcello pepercerat, inuentus est
amicus P. Magio Chilo,qui eum occideret.Nunciat igitur Cic.
Sulpicio,qui tunc in Achaia magistratum gerebat,non sine ma-
gno dolore Marcellum Cic.amicum occisum esse.Mortis etiam
genus ostẽdit,& officia,quæ in eum ita affectum cõtulit.Postre-
mo quibus eum sepulturę & exequiarum honoribus honestarit.
[Nuncium) Nuncius mas.genere & rẽ nunciatã,& eum,qui nun Nũcius
ciat significat. Virgi. Aen. Et nuncijs ibis Pelidæ genitori. Item Nũciũ
in 6.Infelix Dido uerus mihi nũcius ergo Venerat. In neutro ue
ro genere rem nunciatam tantũ significat. [Casus) Euentus per Casus
accidens,qui,ut ostendit Arist.lib.2. Phys.c. 8. sic differt à fortu Fortu-
na,quia casus habet esse tam in agentib.per intellectum,q̃ in nõ na
agentibus per intellectum,& in pluribus est,q̃ fortuna,ut si lapis
cadens de tecto frangat caput transeuntis,& si quispiã ab aliquo
interficiatur , à quo pp familiaritatem nullum periculum time-
ret,sicut M. Mar. à Chilone. Fortuna uero habet esse in agentib.
per intellectum tm̃ , ut si fodiens sepulchrũ inueniat thesauros.

[Et natu-

[Et natura dominatur) Quia à iure naturæ omnia orta occidūt, ut inquit Salust.[Dominatur) Imperat, quia & casui, & naturæ subiecti sumus. In bonis dominor, iungitur cum ablatiuo cō præpositione, ut hic & apud Vir. Aen.2. Incensa Danai dominantur in urbe. Iungitur datiuo Virg. Et uictis dominabitur Argis. Iungitur etiam accusatiuo cum præpositione In. Ouid.1. Met. Et ꝙ dominari in cetera posset. Natus homo. Et Cic. in Cat. maiore. Felix senectus, si usque ad ultimum spiritum dominatur in suos. [Visum est faciendum facere) Modus est dicendi, quo frequenter etiam Cic. utitur. uisum est faciendum, ut te admonerem, pro putaui te admonendum. [Ad X) Incipit narrare. [Epidauro) Epidaurus, ut scribit Sol. urbs est Achaię. Aesculapij sacello celebris, cui cubantes ægritudinū remedia capessunt montis somniorū. Inde Aesculapius Epidaurius dicitur. Ouid. in 1. de Pōto. Afferat ipse licet facias Epidaurius herbas, Sanabit nulla uulnera cordis ope. Epidaurius autē urbs in Epiro est, Dyrrhachiū appellata. [Piræum) Portus Ath. ut ostendit Str. lib.9. cui urbs coniungebatur muro protracto ex oppido in modū duorum crurum. [Collegā) Non nūc, sed antea cum simul gessimus consulatum. [Ibi) In Piræo. [Postero die) Sequenti die [Digressus essem) Virg. Hos ego digrediens lacrymis affabar obortis. Iuuen. Quamuis digressu ueteris confusus amici [Eo consilio) Ea mente, ea deliberatione, [In Bœotiam) Quæ est finitima Atticæ, dicta est autem Bœotia à boue à Cadmo inuenta, cuius augurio urbem condidit. Vnde Ouid. Mænia fac condas, Bœotiaq. illa uocato Diod. tamen li.5. dicit appellatam fuisse à Bœoto quem Neptunus genuit ex Arne filia Aeoli. [Iurisdictionem) Administrationem, hanc enim non modo in Achaia, sed in regionibus uicinis habebat Seruius suprema æstate Italiam uersus nauigaturus erat, hoc est in fine æstatis & circa principiū autumni, quatuor enim anni tempora tripliciter diuiduntur, in nouum, adultum, & præceps, siue supremum, & nouam æstatem dicimus initium æstatis, adultam æstatē, æstatis mediū appellamus, & supremam siue præcipitē ęstatē nuncupamus finem æstatis, & sic de singulis tpibus, ut, Ver. nouum, adultum, & præceps. [Postridie) Postera die, cras, errant qui postridie dīt post tres dies, adiunxit ēt Sulp. diei eius, & sic legēdū postridie diei eius, nec maioris, aut alterius significationis est ꝙ postridie, ut cū dicimus ubique gentium, ubique locorum non aliud significamus, ꝙ ubiq. [Decimā horam) Hora nona dabatur cœna. hinc ait Val. Mart. Incipit extructos frangere nona thoros. Hinc Mario Prisc. apud Iuuen. datur uitio, ꝙ ante horā nonā cænaret, ut, Exul, ab octaua Marius bibit. [Chilone) P. Magius cognomine Chilo a labris grossioribus est. q. Marcellum occidit. χεῖλος enim apud Græcos labrum significat, hinc aspiratur prima sed c, tenui Cilo illū significat, qui oblongū & compressum caput habet, ut Genuēses habere cōspicimus. [Circiter) Ad numerū in primis refert, pōt & ad tps, & adlocū referri [Tu ne dicas tātūmodo tpis esse Prisc. errore ductus. Hoc aūt loco & ad tps, & ad numerum pertinet. [Pugione percussum) Genus est gladij. Nec dicas, cum pugione percussum. Nā qn̄ significat instrm non apponit cum. non. n. latine diceremus. Scribo cum calamo. Vulnero te cū gladio. Sed Scribo calamo. Vulnero te gladio, & hmōi [Stomacho) Addo notam aspirationis in fine. Stomachus etiam pro ira & odio sæpe ponitur Cic. in Tusc. intelliges ea stomacho non agere. Hor. Manum, stomachumq. teneto. Vnde stomachari est pro indignari, & ira cōmoueri Cic. Tusc. 4 An uero uir fortis nisi stomachari cœpit, non potest fortis esse. Inde ēt stomachosus indignatione & ira accēsus Hor. ep. 1. Læua stomachosus habena dicet eques. [Secundum) Et frequentissime posita est pro post apud Liu. Sic Quint. Nam quod unum mihi secundum patrem fortunā uidebatur parasse pręsidium, id ego separare in illa sorte non poteram, alias pro iuxta ponitur, ut nūc, & Maro: Dulcibus illa quidem illecebris, & plena secundum Flumina. Aliquādo signat pro, ut secundum te ad Cæs. scripsit, hoc est, pro uoluntate, & snīa tua. In alijs uero significationibus notum est. [Cogerem) in unū colligerem, ut Virg. Tityre coge pecus. Ci. Tus. 1. Cœlum hoc in quo nubes imbresq. coguntur. Alias significat urgere, & nō stringere. Teren. Iubeo, cogo, atq; impero. [Cum codicillis) Literis. Prima positio est codex. Inde codiculus, ex quo nascitur codicillus, quo in numero singulari non utimur, licet Iustinus sit usus [Affectus est morte;) Interfectus est. [Inimici) Cæsariani. [Pepercerāt] Dederāt uitā, licet fuisset eis aduersarius. [Dignitatem) Nobilitatē, & familiæ, & probitatis. [Amicus) Quia, ut supra dixit, erat eius familiaris, & putabatur amicus. [Tamē) Licet ante aduentum meum audiuissem cum mortuū. [Ad tab.) Ad hospitum eius, ad locum ubi habitabat, nam ut inquit, iurisconf. ff. de uerb. sign. Tabernæ appellatio declarat omne utile ad habitādum ædificiū, dicta ex eo taberna, ꝙ tabulis claudebatur, inde tabernacula & cōtubernales dicti, neq; est dimin. tabernaculum, sicut nec cęnaculum. [Perrexi) Iui, à uerbo pgo. [Reliquos) Qui cum eo esse solebant. [Perterritos) Timentes ne ipsi interficerentur. [Coactus] A me ipso, non ab alis. est quidam huiusmodi dicendi modus. [Seruos) Mācipia. à seruādo, non autem à seruiendo appellatos Emebantur. n. bello seruatim. [Dominus) Ipse Marc. sunt. n. ista correlatiua dominus & seruus, ut libertus, & patronus, sed hoc est tyrannicum, & odiosum nomē, quod sibi Domitianus attribuit, & nō solum dominus, sed Deus uoluit appellari. Tu principem dicito potius, quam dominum, si quē hac appellatione dignum uidebis. Quantum. n. ista discrepent demonstrauit Ouid. Vt domini nomen, principis ille tenet. [Lectica) Hac nobiles Romani, & clari uiri plurimū utebātur, & à numero Lecticariorū hexaphorō dixerūt, & huiusmodi, de quo Mart. Cum tibi nō essent sex millia Ceciliane, ingenti latere uectus es hexaphoro Et Iuuen. Qui sexta ceruice feratur. Sed hunc lecticarum usum Cæsar, ut inquit Tranquillus, & conchiliatæ uestes, & margaritarū, nisi certis personis & ętatibus, perq. certos dies ademit, Et ideo Lectica est dicta, quia lecto, & puluinari sternebant. vñ, inquit: Qui dedit ergo tribus patruis aconita uehetur Pēsilibus plumis. Et qui eam ferebant, Lecticarij dicebātur. [In vrbē) Athenas. [Pro ea copia,] i. d. nō pro meritis, & dignitate Marcelli, qui maiorem honorem merebatur, sed secundum copiam, ꝙ Athenis esse poterat minor, quàm Romæ. [Funus) Exequias à funalibus appellatur, siue ab eo, quod magis placet, quod apud Grecos φόνος, mortem ac cędem significat. [Satis amp.] Huiusmodi status est hęc dictio sat, ut minuat potius ꝙ augeat cum quo iungitur. plus ęnim fuisset, si dixisset amplum, quam satis amplum. [Intra urbem] Qm̄ mos non erat apud eos intra urbem quēpiam sepelire. [Neque tamen] Ne uideretur hoc magis negatum fuisse Marcello, quam alijs. [Id] vt intra urbem sepeliret. [Proximum) Ad honorem. [Gymnasio] Tā corporis, quàm animi exercitationis locus, sed maxime, ubi palęstrę ludus erat, quam qui certabāt nudi, & oleo perūcti erant, vnde nomen accepit γυμνὸς nudum significat. erant & philosophi gymnosophistæ appellati, de quib. Str. sic habet: Onesicritus missum se scribit, ut cū sophistis colloqueretur, quod cum Alex. audisset nudos eos incedere, & tolerātiam exercēes in honore maxime haberi, ad alios autē, nec uocatos ire, sed iubere, ut alij ad se uenirent, si quid assequi uellent, quod ab eis ageretur, & diceretur, & cum tales essent, nec decorū uideretur, ut Alex. ad illos accederet, nec etiā inuitos cogeret, ut quidquam facerent præter prima instituta [Academię] Locum in agro Atheniensi ab urbe ipsa Athenarum distante mille passibus plurimum syluoso, ut Hora. inquit: Atque inter syluas Academi quærere uerum. Vetetem Academiā Plato primus instituit, & ab Academo eius prędii domino uoluit appellari, ex quo illustris illa Academicorum secta multo post tempore ita floruit, ut omnibus alijs anteferri uideret. accessit inde Archesilaus, & mediocrē Academiam fecit. demum Acacydes nouam constituendā curauit. erāt & multa Athenis extra urbem gymnasia, uarijs philosophorum sectis instituta, quorum omnium illustrissimū fuit Academicorum, de quo nūc agitur. Fuit & altera Academia in terra Itala, haud lōge Puteolis imposita, ut inquit Plin. litore porticu, & nemore celebrata, & ab exemplo [Cōbussimus) Instructa pyra. ad usque ab Hom. temporibus factitatum, ex quo legitur. 1. Ili. [Munimentum) Dicimus munimentum. à muniēdo appellatū, quidquid uallo, fossa, aggere murorū, aut lignorum siue, & alia huiusmodi re contra hostium aduētum munitum est. Monumētum uero per o, & u, scriptum, ꝙ in mortuorum memoriā factū est, à monendo deductum, ꝙ pręsentes moneat pręteritarum rerum, ut exempla, statuæ, sepulchrū, quod & sepultura, tumulus, tumba, pyramis dici potest. in quib. faciēdis maximum apud antiquos studium fuit, præsertim apud externas nationes. Mirāda quidem & incredibilia sunt ꝓfecto, quę de pyramidibus pręsertim mēphiticis legunt. Possem de Mausoli sepulchro, de q. multis alijs magna impēsa factis, & multo labore structis dicere, sed hæc qui uolent, Str. legant, & Plin. Mirabuntur in Str. sepulchrū meretricii ab amantib. fundatum, quam Sappho Doricam uocat, & fratris sui Caraxi amicam. leges & ibi miraculū, quod Str. memorat in pyramidib. se uidisse. Quod acerui quidam ex tritura lapidum ante pyramides iacerēt, in quibus lapilli, & forma, & magnitudine lentis inueniebantur, quidā, ut hordei grana [Pro] Secundum. [Collegio] ꝙ meus collega fuerat in consulatu [Propinquitate] Fuerat. n. Ser. Mar. consanguinitate coniunctus.

ETSI scio &c.] Deflet M. Marcelli necem, à P. Magio Chilone familiari eius acceptam, recitatq. studium suum in cōmunis amici sepultura dicens: Etsi. i. quamquam scio me allaturum nobis. s. qui Romæ estis, nuncium non iucūdissimum, immo tristissimum, tamen quoniam casus & natura dominatur in bonis, quia etiam boni aut casu, aut natura cogēte sæpe pereunt, uisum est. s. mihi

Dñatur — Aescul. Epid. — Piræus — Bœotia — Iurisdictio — Postridie — Chilo — Circiter — Pugio — Stomachus — Stomachari — Stomachosus — Secūdū — Cogere. — Codicillus — Tabernæ — Taber- — Tabernacula

naenla — Contubernales — Lectica uexaph. — Lecticarii — Funus — Gymnasium — Gymnosophistæ — Acad. — Munimētum — Monumētum — Sepulchrum — Tumulus — Tumba — Pyramis — Pro — A S C.

mihi faciendum, facere.i.ut facerem nos certiores, quoquo.i.quocũq; modo res haberet ſe. Cum ego aduectus eſſem naui ab Epidauro.urbe Achaiæ, Æſculapii ſacello inſigni, Piræum.i.ad portũ illũ Athenienſium ad.i.circiter, x.Kal.Iun.ego cõueni.i.adiui colloquendi & uiſcẽdi gratia, ibi.ſ.in Pirço, Marcellum collegã noſtrum.ſ.quondam in cõſulatu, & conſumpſi eum diem ibi, ut eſſem cũ eo.ſ.Marc. Cum digreſſus eſſem ab eo die poſtero.i.ſequenti. cum quo conueneram eo conſilio, ut irem ab Athenis in Bœotiam, quæ Atticæ uicina eſt regio, & abſoluerem reliquã iuriſdictionẽ.ſ.prouinciç ſuſceptæ. ille.ſ. Marcel. nauigaturus erat ut aiebat, Italiam uerſus ſupra Maias.i.Maio mẽſe peracto, cui⁹ adhuc ſex, aut ſeptem reſtabãt dies, Hub. quia dies in plurali maſcul.eſt, cenſet de diebus intelligendũ non eſſe, & licet apud nullum idoneum erit, qui probet locum maiorum nomine ſignificari. Ego contra ſentio, nam licet uſitatius in maſc.utamur, tamen non futilis auctor dixit: Venit poſt multas una ſerena dies. Prçterea ſicut per Kal.nonas, & idus dies ſignificamus, ſic & p Maias, omnes maii menſis dies ſignificatos intelligo. nõ tamen dixero dies Maias, ſicut nec Kalendas, ſed Maiarum, ut Kalendarũ. Quidam textus bis habẽt ſupra Maias, ſicut ab Athenis ſupra Maias in Bçotiam irem, &c. quod ſi eſt, nõ poteſt accipi ꝓ loco, ſed pro tempore, ſed non putem bis legendũ eo, ꝙ Seruius iã digreſſum ſe dicit, ut.ſ.ſtatim non ſupra Maias in Bçotiam iret, nam addit poſtridie eius diei.i.die ſequẽte eum diem, cum haberem in aĩo proficiſci ab Athenis, Poſthumius familiaris eius.ſ. Mar. aut familiaris meus, uenit ad me, circiter horã decimam noctis ſ. poſt meridiem computando horas, & nũciauit mihi M. Mar. collegã noſtrum percuſſum eſſe poſt tps cœnæ, à P.Magio Chil. familiari eius, pugione.i.gladio acuto, quo punctim vulnera fiunt, & accepiſſe duo vulnera, unum in ſtomacho, alterum in capite, ſcd͂m.i.pone, & poſt aurẽ, tñ ſperare eum poſſe uiuere. Magiũ interfeciſſe ſeipſum, aut deſperatione uitæ, aut dolore, ꝙ ebrius amicũ ſic vulneraſſet repẽte, & mihi nũciauit ſe poſtea miſſum a Mar, ad me. ergo fam. Marc. erat qui.i.ut nunciaret mihi hæc, & rogaret ſup.me, uti.i.ut cogerem.i.cõgregarem, & in unum locũ compellerẽ, medicos.ſ.manuales.i.chirurgicos. coegi, ſup.eos, & ſum profectus eo.i.Athenas, ad Marc. è ueſtigio.i.continuo, quaſi nõ mutato ueſtigio, prima luce.i.prima parte diei, aut diluculo ipſo, cũ nõ abeſſem lõge à Pirçeo.ſ.portu, puer.i.ſeruus Acidini, uiri utriq; noti, uenit obuiã mihi cũ codicillis.i.tabulis, in quibus erat ſcriptum Mar. obiiſſe diem ſuum paulo ante lucẽ. Ita uir clariſſimus affectus eſt morte acerbiſſima ab hoĩe teterrimo.i.pdiciſſimo, & inuẽtus eſt amicus ſaltem ſimulatus, aut ebrius, qui afferret ei mortem, cui inimici ut Cæſ. pepercerant pp dignitatẽ.ſ. eius. Ego tñ.i.licet obijſſe intellexeram, perrexi ad tabernaculũ.i.diuerſoriũ, & hoſpitium eius extra urbẽ, inueni ſup.illic duos libertos, ſup.eius, & pauculos ſeruos, aiebãt.ſ.q aderãt, reliquos.ſ.ſeruos profugiſſe.i.procul fugiſſe, perterritos metu, quia dominus eorum interfectus eſſet ante tabernaculum.ſ.ſuum. Nam ſerui tenebãtur corpora ſua ꝓ domino obiicere. Coactus ſum.ſ.officio, eum.ſ.Marc. referre in urbem.ſ.Athenas, illa eadem lectica, qua ipſe.i.ego eram delatus.ſ.à Pirçeo, & lecticariis meis.i.q me portare conſueuerant in lectica.i.inſtrumento ad modum cathedræ ad portandum hominem in humeris ſuis apto, portabantur.n.tunc à ſeruis potentiores, ut nunc à iumẽtis, ut corpora ſanctorum in ſupplicationib. circunferuntur. Et ego curaui ibi.i.in urbe funus.i.pompam funebrem, faciendum ei ſatis amplum ꝓ ea copia.ſ.hominum, quæ erat Athenis. Ego nõ potui impetrare ab Athen. vt darent ſup.ei locum ſepulturæ intra urbem, ꝙ dicerent ſe impeditos religione, quia prohibitũ erat quemquam, qui nõ eſſet ciuis natus, in urbe ſepeliri, neq; tñ, hoc eſt licet ſuperſtitioſum uideretur, aut quçſitç occaſionis, tñ nõ cõceſſerant id cuiquam antea. Permiſerũt nobis, ſup, id quod fuit proximum.ſ.ad honorem ſepeliendi intra urbem, uti.i.ut ſepeliremus eũ, in quo uellemus gymnaſio.i.exercitatorio literario quæ ferè extra urbẽ erãt, & nos delegimus locum in nobiliſſimo gymnaſio orbis terrarum.ſ.gymnaſio Academiæ, in quo Plato docuerat cum diſtaret ab urbe mille paſſus, & ſpinis horreret, vñ Horat. in epi. Atq; inter ſiluas Academi quærere uerum. Dictam autem uolunt Academiam ab Academo heroe. & eius loci, quem Platoni cõceſſit, domino: & combuſſimus eum.ſ.Marcellum ibi. & curauimus poſtea, ut iidem At. locarent.i.mercede ſtatuta opificib. darent monumentum marmoreum faciendũ ei.ſ. Mar. in eodem loco. Itaque nos præſtitimus ei.ſ.Marcel. & uiuo & mortuo ſupp.ea quæ fuerunt officia noſtra pro collegio, quia in conſulatu collega illius fuerat, collegæ autem, ut concorditer rem geſſiſſe uiderentur, ſemp dinceps inter ſe amabantur & propinquitate.ſ.ſanguinis. Vale. Adſcriptum in quibuſdam eſt D.i.datum, aut data eſt epiſtola pridie Kal. Iun. Athenis.

ARGVMENTVM.

Publius Figulus Nigidius cum doctrina ſingulari, tum auctoritate, & dignitate maxima, inter Romanos ciues ſecutus Pompeianas. & ita Reip partes uicto Pompeio, & oppreſſa Rep. non ſponte, ſed cogente Cæſare exulabat: angebaturq. uehementer non tam de ſua, quam de reip. calamitate. Quocirca Cicero hac epiſt. eum nititur conſolari, multis rationibus adductis: pollicetur q; ei omnem operam, et gratiam, & auctoritatem apud Cæſarem, & Cæſarianos, pro ipſo quamprimum reſtituendo.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Conſolatur Figulum, quod patria careat, & officium illi ſuum apud Cæſarem promittit.

M. CIC. P. NIGIDIO FIGVLO S.D. 13

Q*VAERENTI mihi iandiu, quid ad te potiſſimum ſcriberem, non modo certa res ulla, ſed ne genus quidẽ literarum uſitatum ueniebat in mentum. unam.n. partem, et conſuetudinem earum epiſtolarum, quib. ſecundis reb. uti ſolebamus, tempus eripuerat: perfeceratq; fortuna, ne quid tale ſcribere poſſem, aut oĩno cogitare. relinquebatur triſte quoddam, & miſerum, & his temporibus conſentaneum genus literarũ, id quoq; deficiebat me: in quo debebat eſſe aut promiſſio auxilij alicuius, aut conſolatio doloris tui. quod polliceret, nõ erat. ipſe.n. pari fortuna abiectus, aliorum opib. caſus meos ſuſtentabam: ſæpiusq; mihi ueniebat in mentem, queri, ꝙ ita uiuerem; quam gaudere, ꝙ uiuerem. quanquam.n. nulla me ipſum priuatim † perculit inſignis iniuria; nec mihi quidquam* [† alias, pepulit] *tali tempore in mentem uenit optare, quod non ultro mihi Cæſar detulerit, tamen nihilominus eis conficior curis, ut hoc ipſum, quòd maneam in uita, peccare me exiſtimem. careo.n. cum familiariſſimis multis, quos aut mors eripuit nobis, aut diſtraxit fuga, tum omnibus amicis, quorum beneuolentiam nobis conciliarat per me quondam, te ſocio defenſa reſp. uerſorq; in eorum naufragijs, & bonorum direptionibus, nec audio ſolum, quòd ipſum eſſet miſerum, ſed etiã id ipſum uideo, quo nihil eſt acerbius eorum fortunas diſſipari, quib. nos olim adiutoribus illud incendium extinximus; & in qua urbe modo gratia, auctoritate, gloria floruimus, in ea nũc ijs qdẽ omnib. caremus: obtinemus ipſius Cæſaris ſummã erga nos humanitatẽ: ſed ea plus non poteſt, quamuis, & mutatio oĩum rerũ atq; temporũ. itaq; orbus ijs reb. omnibus, quibus, & natura me, & uoluntas, et cõſuetudo aſſuefecerat; cũ ceteris, ut quidẽ uideor, tũ ipſi mihi diſpliceo. natus.n. ad agendum ſamper aliquid dignum uiro, nunc non mõ agendi rationẽ nullã habeo, ſe ne cogitandi quidem: & qui antea aut obſcuris hominibus, aut ẽt ſontib. opitulari poterã; nunc P. Nigidio, uni omniũ doctiſſimo, & ſanctiſſimo, & maxima quõdã gratia, & mihi certe amiciſſimo, ne benigne qdẽ polliceri poſſum. ergo hoc ereptũ eſt literarũ genus. Reliquum eſt, ut cõſoler, & afferã rationes, quib. te à moleſtijs coner abducere. at ea quidem facultas uel tui, uel alterius conſolãdi, in te ſumma eſt, ſi unq̃ in ullo fuit. itaq; eam partem, qua ab exquiſita quadam ratione, & doctrina proficiſcitur, non attingã, tibi totam relinquã, quid ſit forti, & ſapienti homine dignum, quid grauitas, quid altitudo animi, quid acta tua uita, quid ſtudia, quid artes, quib. à pueritia floruiſti, à te flagitẽt, tu uidebis. ego, quod intelligere, & ſentire, quia ſum Romæ, et quia curo, attendoq;, poſſum, id tibi affirmo, te in iſtis moleſtijs, in quib. es hoc tempore, nõ diutius futurum, in ijs autem, in quibus etiã nos ſumus, fortaſſe ſemper fore. uideor mihi perſpicere, primum ipſius animum, qui plurimum poteſt, propenſum ad ſalutem tuam. non ſcribo hoc temere. quo minus familiaris ſum, hoc ſum ad inueſtigandum curioſior. quo facilius, quib. eſt iratior, reſpondere triſtius poſſit; hoc eſt adhuc tardior ad te moleſtia liberandum. familiares uero eius, & ij quidem, qui illi iocundiſſimi ſunt, mirabiliter de te & loquuntur, & ſentiũt. accedit eodẽ uulgi*

uoluntas,

uoluntas,uel potius consensus omnium . etiam illa,quæ minimum nunc quidem potest,(sed possit necesse est)resp.quascũque uires habebit,ab ijs ipsis,quibus tenetur,de te propediem, mihi crede,impetrabit. Redeo igitur ad id , ut iam tibi etiam pollicear aliquid,quod primo omiseram . nam & amplectar eius familiarissimos;qui me admodum diligunt, multumque mecum sunt;& in ipsius consuetudinem , quam adhuc meus † alias, insinuabor *pudor mihi clausit† insinuabo:& certe omnes uias persequar, quibus putabo ad id,quod uolumus, † peruenire posse.in hoc* † alias, peruaniri *toto genere plura faciam,quam scibere audeo.Cetera,quæ tibi à multis prompta esse certo scio, à me sunt paratissima. nihil in re familiari mea est,quod ego malim meum esse, quam tuum.hac de re,& de hoc genere toto hoc scribo parcius;quod te,id quod ipse confido,sperare malo esse usuram tuis. Extremum illud est,ut te horter,et obsecrem,animo ut maximo sis; nec ea solum memineris , quæ ab alijs magnis uiris accepisti; sed illa etiam quæ ipse ingenio , studioque peperisti.quæ si colliges,& sperabis omnia optime;&, quæ accident, qualiacunque erunt sapienter ferres . sed hæc tu melius , uel optime omnium . Ego , quæ pertinere ad te intelligam , studiosissime omnia,diligentissimeque curabo, tuorumque tristissimo meo tẽpore meritorũ erga me memoriã conseruabo. Vale.*

HVB.

QVÆRENTI.) P Figulus Nigidius,tũ doctrina singulari, tũ uero auctoritate,& dignitate maxime inter Rom.ciues,secutus Põpeianas,& reip.partes,uicto Pomp.& oppressa patria sua sponte quidem, sed ita uolente Cęs.exulabat,aberatq; a patria, angebaturque uehementer non tam de fortuna sua,quã de oppressione reip. Quamobrem Cicer. hac epist. cum nititur consolari,adductis multis,& pulcherrimis rationibus,pollicetur que omnem operam, & gratiam, & auctoritatem suã apud Cæs. & Cæsarianos,ut Fig.restituatur in patriam.quod dicit se sperare cito fore.[Quęrenti) Principia a participijs incipiẽtia grauitati, & deliberationi maxime cõueniunt,,ideoq; uel orationibus artificiosis,uel longioribus epistolis accommodatum.[Iandiu] Iã multo tempore ante,& ita excusat tarditatem,& uarietatem suarum literarum.[Potissimum) Præcipue [Certa res]Vtputa de rebus meis,uel de statu reip.& de ceteris huiusmodi.[Sed ne genus lit.).i.nulla materia scribendi, cum multa sint epistolarum genera,ut epist.4.lib.2.ostendimus.[Vnam partem) Iocosam,& familiarem.[Tẽpus)Hoc infelix,& miserum,ut ibi:Ciuem mehercule nõ puto esse tpibus his,q ridere possit..[Eripuerat) uim habet hoc uerbum.[Cogitare) Quoniam non de loco & risu,sed omnino de lachrymis cogitandũ sit.[Ne qd tale) Iocosum,& familiare.[Relinquebatur) Restabat. [Triste genus) Id autem elegiacũ possumus appellare,quod in miserijs uersatur. Animo mœsti sumus,uultu uero tristes. Et utroque miseri [Deficiebat me) Deerat mihi.[Auxilij alicuius]Pollicerer auxiliũ ut facere in rebus afflictis cõsueui.[Ipse.n.) Rõ quare nõ erat qd polliceri posset[Abiectus) prostratus.[Sustẽtabam) Moliebar.[Pari fortuna) iniqua,& aduersa,ęquali tuę [Opibus) Auxiliis consolationum, sed ꝓprie numero multitudinis opes diuitias,opem auxilium,& possibilitatem appellamus.[Queri) Querelas afferre prima breui.[Ita) Si ne honore pdita libertate , & est sensus quasi desperati hominis, cum omnia animalia natura appetãt uiuere,& ipse Cic.dicat cõquerendum fuisse potius,q̃ gaudẽdum,ꝙ uiueret,cum in tot miseriis,& calamitatibus uersaretᷓ. Mors p̃stãtior erat,q̃ uita. [Insignis] Magna & noscibilis. [Priuatim) In rebus meis familiarib. has.n.mihi Cæs.omnes tutas esse uoluit . De cõi igitᷓ calamitate non de priuata cõqueritur.optare.n.nõ modo est desiderare , sed eligere.[Virg.Pars optare locũ tecto.[Pepulit) Percussit.[Nihilo minus) Non minus,& iungendũ est,tñ [Conficior) Passiua quidẽ literatura sigñat ferme,quod pereo,cõsumor,torqueor. Vnde senio,& ætate confectum dicimus. Virg.Confectum ætate parẽtẽ. Alijs ẽt incommoditatibus confectũ quasi pereuntẽ appellamus,ac ẽt confectũ iã factũ dicimus,ut cõfecta res est in Senatu. [Careo.n.]Rõ ẽ quare sibi molestũ sit uiuere.[Mors eripuit]In bello ciuili.[Peccare) Peccatũ esse nõ mediocre, ꝙ uiuã,extincta rep. Maioris culpę est peccare,q̃ cõmerere. Terent. Quid feci,qd cõmerui ? qd.peccaui pr̃ ? [Fuga) Partim in Aegyptũ, partim in Libyã,partim in Hispaniã [Quorũ be.) Quos mihi beneuolos facere, ex defensa rep.[Te socio]Adiutore ad defendendã remp. [Quondã]Catilinariã coniurationẽ intelligit,qua detecta,& punitã saluã,& incolumẽ rep. conseruauit. [Versor) sensus est:careo nõ solũ amicis,sed eorũ bona dissipari uideo,qd æque mihi molestũ est. Versor, duas id uerbũ cõpositiones exposcit,aut in, aut circa,ut Cic.põt in pccata ciuitate uersari. Et æthica uersatur circa bene uiuẽdi rõnẽ, hoc est cõstat in bene uiuẽdi rõne. Est & aliud uerbũ uerso frequẽtatiuũ a verto. Vir. Nũc fluctus hñt,uersantq. in littore vẽti.[Naufragijs) trãslatio a nautis,q naufragiũ faciunt,& ꝓ danno,aut malo capimus.[Direptionib.) Rapinis. [Qd ipsum).s.audire eorũ bona dissipari.[Quod) .s.uidere bona eorũ dissipari.[Esset mis.] qa audire calamitates nr̃orũ amicorũ miserum est p se,sed miserius uidere,nec posse eis subuenire,aut opitulari.[Quo]Quare .s. uidere.[Acerbius) Durius [Eorũ) Amicorum Quibus adiutoribus) Quibus adiuuantibus me , quorum auxilio [Illud incendium]Catilinæ intelligit cõiurationẽ, quã comparat incendio.[Extinximus) Perseuerat in trãslatione incẽdij.i.deleuimus,sustulimus.[Gratia) Beneuolentia apud omnes, qui nos plurimum amabantur.[Auctoritate) Quia multum poteramus.[Gloria) Splendore,qui gessi consulatũ,& alios amplissimos magistratus.[Iis.s grã,auctoritate, & gloria.In ea) .s.urbe. [Obtinemus]Rñdet tacitæ obiectioni,qa posset dicere Figulus, dictum esse a Cic supra nihil uenire sibi in mẽtem optandũ esse, quod Cęs.ultro ad eum non detulerit,ergo eum nõ carere gratia, & auctoritate,&c.rñdit Cic. ꝙ licet homanissime tractetᷓ à Cæs. tñ non plus ualet illa humanitas Cæsa.ut faciat quæ ei placeãt. [Quamuis).i.uiolentia,subaudi ualet,ut ea fiant , quibus doleat. [Orbus) Priuatus, tractũ a parẽtib. q liberis priuati orbi dicunᷓ. Iuuẽ. Tũc orba tigride peior.[Natura) Tria posuit , q̃ maximam hñt vim ad oĩa,q agimus.Cic.in Catil. Admiratus esse Catilina, si abea amẽtia discessisses,ad q̃ te natura creauit,uolũtas exercuit fortuna seruauit,fortuna n. ꝓ consuetudine posuit,qm̃ s̃m fortunã,cõsuetudinẽ facimus.est aũt cõsuetudo usus alicuius rei.[Cũ ceteris) Et alijs.[Tum mihi) Maxime mihi.[Natus) Optima rõ, quare pœniteat eũ uitæ suę,quia cũ sit natus ad agẽdum semp aliquid dignum uiro , uidet nõ solũ sibi ereptã esse facultatẽ agẽdi,uerũ ẽt facultatẽ cogitãdi, qd plus est. [Natus).i.a natura institutus q dedit mihi ingeniũ,& doctrinã.[Dignũ,uiro).i.honestũ,& utile reip.id.n.uiro dignũ dr̃,ꝙ rectũ est,& cum officio fit. [Rõnẽ) Modũ, facultatẽ. (Sed ne co.]qa cogitationes meæ,uanę & irritæ futuræ sunt,cũ eo redacta sit resp.ut ei amplius opitulari nõ possim,& hæc est rõ,quare dixit cogitãdi,nã aliter quisque habet liberã cogitandi ptãtem. [Et qui) Alia rõ,quia cũ ante oppressã rẽp.potuisset Cic. opitulari oĩbus ignobilib. & q aliquid facinus admisissent, dolebat,ꝙ nũc nõ posset nõ mõ p̃stare , sed nec polliceri quidem aliquid operis,& auxilij [Obscuris) Ignobilib.nõ claris qualis fuit C. Popilius Lenas Picenæ regionis homo,quẽ Cic.nõ minore cura,q eloquẽtia defendit,àquo postea interẽptus est Cic.ut oñdit Val.Max.libr.5.c.3 [Sõtibus) Nocẽtibus,qui aliquid mali ppetrassent , sicut Miloni, qui interfecerat Clodium.[Opitulari) Ferre opẽ,subuenire.[Nunc) Hoc tpe,quo Cęs.oĩa tenet.[P.Nig.) maxima uis est in ꝓprio noĩe. [Doctissimo) Pręstãtissimo,doctrina super alios oẽs [Sãctissimo) Integerrimo, optimo,& est contra id, qd dixerat sontib. [Maxima grã] Apud populũ.i.q esset ualde gratꝰ,& dilectus populo, & opponitur obscuris hoĩb.[Et mihi certe amic.]q.d.ꝙ ipsum solum satis esse deberet,quia amicitiæ oĩa debemus, quæ pręstari pñt.[Benigne) large,liberaliter,nã benignitas,ut docet Cic.1.off. Eadẽque & liberalitas dr̃.[Ne polliceri quidẽ) Qd minus est quam opitulari.[Hoc genus lit.]In quo debeat esse prouisio alicuius auxilij ut supra dixit.[Reliquũ est) Restat,relinquitur mihi. (Vt te con.] Quia duo gñ a posuit superius , & dixit in quo debeat esse aut ꝓmissio auxilij alicuius,aut cõsolatio doloris.[Coner) Tentẽ [Abducere]Remouere,eripere.[Ad ea) Oñdit maximã partem huius cõsolationis esse in ipso Nigidio,q,& seipsum,& alios multo melius posset consolari,q̃ Cic.[Facultas) Ptãs,modus.[Si unq̃ in ullo fuit) Si unq̃ aliquis potuit alium consolari,tu potes maxime. Itaq. infert ex superiori clausula nõ esse sibi opus uti rõnib. sumptis a philosophis,& ab alijs uiris doctissimis , cũ ea melius teneat Nigidius,q̃ ipse [Partẽ] .s.cõsolationis [Proficiscitᷓ.]Prouenit,sumitᷓ.[Exquisita]Subtili, diligenter excussa, & disputata . [Rationem]Qualis est stoicorum,ꝙ solus sapiẽs sit diues,ꝙ qui amisit pecuniam,domos,pecora &c.similia,nõ amiserit bona,& ideo nõ esset taliũ rerũ iactura dolendũ, & reliqua,q̃ disputãtur a philosophis ualidissimis, & efficacissimis argumẽtis, & rõnib. Rõ aũt cũ multa alia sigñat,tũ uero,q̃ aliquid ita eẽ probat,ut est dicta.[Non att.]Non cõmemorabo,nullam faciam de ea mẽtionem.[Tibi]Cui est notissima.[Quid sit] declarat q̃ sit illa cõsolatio,q̃ ex rõne,& doctrina ꝓficiscitur.[Forti,dignũ]Est.n.ut uolũt philosophi forti, & sapiẽti hoĩe dignũ,sicut nõ extolli nimium ꝓsperis, ita neq; frangi neque deijci aduersis.Est autem ordo ut uidebis qd sit dignũ forti,& sapiẽti hoĩe,&c.[Grauitas] Auctoritas,

Participia qd præsefe rat.

Mæstus Tristis Abiectus Opes Ops

Optare Nihilo minus. conficior

Peccare Cõmerare

Versor

Orbus

Jugurtha Numidiæ rege triumphauit.uHius filius, quia patrē lacrymis,& aſſiduis precibus ab exilio reuocauit,pius cognominatus eſt. Fuit & Q. Metellus Creticus,& L.Metellus,& hic Q. Metellus Celer Lucij frater Balearicus cognominatus. [Hic celer, cum vlteriorē Hiſpaniā ꝓcōſ obtineret intellexit fratrē ſuum L. Metellum à Cic.capite,& fortunis oppugnari.Itaq; hac epi.minatur Cic.ut eum deterreat ab oppugnatione fratris,q̃uis re uera Cic.non tam eum oppugnaret,q̃ ei repugnaret,qui Cic.ſequebat᷑,& capite mulctandum dicebat,, q̄a ciues Rom.in cōiuratione deprehēſos indicta cauſa necaſſet,ut in ſequenti epi. plenius uidebimus.[Si vales) Ex antiqua cōſuetudine hoc principiū epiſtolis ꝓponebat᷑, deſueuit autem multum Cic. tpe, non tn̄ oīno. [Mutuo aīo) Meo in te,& tuo in me,de hac dictione,mutuus,diximus plenius in 1.lib.[Reconciliata) Renouata,inſtaurata,cōciliamus.n.nouos,recōciliamus ueteres.[Me abſentem) Quia abſentes lædere maligni eſt hoīs [Læſum iri) Lædendum eſſe futurum infinitiui paſſiui. [Ludibrio) Deriſione,cōtemptu . [Oppugnatum iri) Oppugnandum eſſe.[Capite) Iudicio capitali,i.periculo capitis.[Et for.) diuitiis,hoc eſt ubi ageretur de capite,& diuitiis eius.[Ob dictum) pp uerbum,qd̄ contra te dixiſſet[Quem fratrem) Meum,pudor,verecundia , quā fortaſſe non ſeruauit in te.[Parum defendebat).i. ſi nō uidebatur habēdus reſpectus eius pudoris,debebatis tn̄ hr̄e reſpectum familiæ noſtræ,& mei,q̄ de uobis,& de rep.ſum optime meritus.[Subleuare) Adiuuare.[Circunuentum inſ.) Et periculis inuolutum,tractum à venatoribus, qui feras laqueis,retibus,& canibus circumuenire ſolent.[Minime cōueniebat).i.decebat,ſ.me eſſe deſertum.[Itaq;) quia uideo fratrē circumuentum,& me deſertum.[Luctu) Mœrore.[Et ſqualore) ſorde,& illuuie, qualem hn̄t qui in mœrore uerſantur. Dr̄ autem ſqualor à ſquamis.[Præſum) Præfectus ſum [Prouinciç) Hiſpaniæ ulteriori.[Qui bellum gero.] Hoc dixit ad exaggerandum meritum ſuum in rep.& iniurias aliorum in ſe.[Quç) Quas res,oppugnare fratrē meum,& lædere me abſentem , vel me deſertum eſſe.[Clementia maiotum).i.ſecundum clementiā maiorum noſtrorum , qui ēt grauiter offenſi, nunq̄ tn̄ quemq̄ capite oppugnaſſet. [Non erit mirandum.] Quia dediſtis mihi cauſam. [Etiam) Accuſat Cic.leuitatis,& incōſtantiæ . [Meosq;] pp fratrē.[Mobili) Mutabili,quia ſemper ante ea uiſus es amicus meus. [Me nec) Haberetur ſuſpectus , ꝙ propter hanc iniuriam minus præſtaret officium reip.ideo ſubdit:[Interea) Donec potero facere,ut uos pœniteat [Iniuriam cuiuſquam) Vel in me,vel in fratrem illata.[Abducet) remouebit.[A rep.) Ab utilitate reip.

Conciliare
Reconciliare
Ludibrium
Sublenare
Squalor

ASC. t SI vales, &c) Hæc v.lib.epiſt.acerbe quidem eſt in Cic.ſcripta,ſed ideo ꝓpoſita,vt ſequentium,quibus ſe purgabit Cic.argumenta aperiat. Scribitur à Q. Metello Imper. in Hiſpaniis agente,qui intellexerat fratrē ſuum à Cic. ob dictum,ac uerbum unū grauiter oppugnari. Ordo eſt: Si vales,bene eſt.i. recte ſe res hēt. Ego exiſtimaueram ꝓ mutuo aīo inter nos,& ꝓ grā reconciliata,i.pp beneuolentiam,& reconciliationem, nec ſup. me abſentem læſum iri.i.offendendū eſſe, ludibrio.ſ. tuo ꝑcipue in fratrē. Nec Metellum fratrem.ſ.meum oppugnatum iri,ꝑ te capite, ac fortunis.i.eiuſmodi accuſatione,ubi ageret᷑ de periculo uitæ, ac rerum eius Quem i.fratrem meum,ſi pudor ipſius defendebat parum.ſ.à te,uel dignitas familiæ noſtræ , uel ſtudium meum erga eos.ſ.te & fratrem tuum,aut oēs qui Romæ eſtis,& erga rempu. pro qua in Hiſpania bellum gerebat,debebat ſubleuare.ſ.ab onere talis oppugnationis ſatis. Nunc uideo illum.ſ fratrem meum circunuentum i.inſidiis captū,& ſeductum,& me deſertum.ſ. auxilio,& ope,aut honore,ſup.ab illis,à quibus cōueniebat,i.condecens erat minime.i.nequaq̄,q.d.a te,de quo optime meriti ſumus. Itaq;.i.& ita,ego ſum in luctu,& ſqualore q.d.talis sū,qualis frater,qui capite oppugnabat᷑,tales eum rei,ut iudicium, aut populi miſericordiam promereātur,ſqualida, & demiſſa barba, & ueſtibus ſitu,& pedore uictis è carcere prodibāt,ego,inquit,q̄ præſum prouinciæ, qui præſum exercitui , & qui gero bellum ꝓ rep.in Hiſpania,ut dixi. Tales autem debebant apparere læti , & maieſtatis,ac dignitatis pleni. Quæ.ſ.prouinciam,exercitum, & bellum,quoniam nec adminiſtraſtis.i.tractaſtis ratione,nec clementia maiorum.i.qualis erat priſcis Rom. maioribus noſtris in abſentes,non erit mirandum , ſi pœnitebit uos. Pluraliter loquitur inuidioſe,quaſi à multis lædatur, non tamen honoris gratia ad vnum Cic.pluraliter loquitur , quod Galli linguam ſuam ſequentes,facile dicerent,ſed licet præcipue Cic. taxet, tamen ad iudices omnes loquitur. Etiam nō ſperabam ſup.uos eſſe in me, & meos,præſertim in fratrem , animo mobili.i.tā uariabili. Interea.ſ.dum tales eritis,nec dolor domeſticus,nec iniuria cuiuſquam abducet me à rep.i.procuratione ſalutis eius. Facile apparet à perturbato,& iracundo homine epiſtolam ſcriptam,præſertim cum uera non ſint,quæ ſcribat.

ARGVMENTVM.

Reſpōdet Cicero particulatim epiſtolæ ſuperiori ipſius Metelli,& primū probat animū Metelli,ac amorē nō fuiſſe mutuū . nec ſe habuiſſe ſeipſum ludibrio:nec gratiam reconciliatam agnoſcit,cum nunquā fuerit imminuta. Nec ſe fratrē eius oppugnaſſe capite,et fortunis ob dictū aliqd̄,ſed ſe aduerſus eū defendiſſe,cū dictitaret Ci.eadē pœna afficiēdū,qua ipſe affeciſſet ciues Romanos,Lētulū uidelicet,et Catilinā.oſtēdit præterea ſe uſum erga fratrē eius omni humanitate, & clementia, ſeque amicitiam conſeruaturum,rogans ut eodem ſit in ſe animo.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Defenſio Ciceronis cōtra Metelli expoſtulationē , Cōſtitutio partim legitima,ꝙ inimicū ulciſci liceat:partim inficiatoria, quod nulla iniuria Metellum fratrem affeciſſet tantum de illius improbitate,queſtus eſſet:poſtremo Metelli animum mitigas , & amicitiam ſuam cum eo quam diu uelit,conſtare poſſe dicit.

M.CIC. Q. METELLO Q.F. CELERI PROCOS. S.D. 2

SI TV *exercitusq.ualetis,bene eſt. Scribis ad me,te exiſtimaſſe pro mutuo inter nos animo , & pro reconciliata gratia, nunquam te à me ludibrio læſum iri. quòd cuiuſmodi ſit , ſatis intelligere non poſſum : ſed tamen ſuſpicor ad te eſſe allatum,me in ſenatu, cū diſputarem , ꝑ multos eſſe,qui rēp. à me conſeruatā dolerent,dixiſſe;à te ꝓpinquos tuos,q̄bus negare non potuiſſes,impetraſſe,ut ea, quæ ſtatuiſſes tibi in ſenatu de mea laude eſſe dicēda,reticeres. quòd cū dicerē:illud adiunxi:mihi tecum ita diſpertitū officiū fuiſſe in reip.ſalute retinēda,ut ego urbem à domeſticis inſidiis, & ab inteſtino ſcelere,tu Italiā & ab armatis hoſtib. & ab occulta cōiuratione defenderes:atque hanc noſtrā tanti & tam ꝑclari muneris ſocietatē à tuis ꝓpinquis labefactatā; q̄ cū tu à me reb.ampliſſimis,atq. honorificentiſſimis ornatus eſſes,timuiſſent,ne qua mihi pars abs te uolūtatis mutuæ tribueretur. Hoc in ſermone cum à me exponeretur, q̄ mea expectatio fuiſſet orationis tuæ,quantoque in † errore uerſatus eſſem:uiſa eſt oratio non iniucunda, & mediocris quidam eſt riſus conſecutus , non in te,ſed magis in † errorem meū,& quòd,me abs te cupiſſē laudari. aperte atque ingenue confitebar . Iam hoc non pōt in te non honorifice eſſe dictum,me in clariſſimis meis , atque ampliſſimis reb.tamē aliqd̄ teſtimoniū tuæ uocis habere uoluiſſe; Quod autem ita ſcribis , pro mutuo inter nos animo : quid tu exiſtimes eſſe in amicitia mutuum,neſcio:equidem hoc arbitror, cum par uoluntas accipitur,et redditur.ego ſi hoc dicā, me tua cauſa prætermiſiſſe prouinciam,tibi ipſe leuior uidear eſſe: meæ enim rationes ita tulerūt:atque eius me conſilij maiorem in dies ſingulos fructum,uoluptatemq. capio.illud dico, me ut primum in concione prouinciam depoſuerim , ſtatim , quemadmodum eam tibi traderem,cogitare cœpiſſe; Nihil dico de ſortitione ueſtra: tantum te ſuſpicari uolo. nihil in ea re per collegam meum,me inſciente,eſſe factum. Recordare cetera;quā cito ſenatum illo die, facta ſortitione,coegerim;quàm multa de te uerba fecerim ; cum tu ipſe mihi dixiſti orationē meam non ſolum in te honorificam, ſed etiam in collegas tuos contumelioſam fuiſſe. Iam illud S.C. quod eo die factum eſt, ea perſcriptione eſt,ut dū id extabit,officium meum in te obſcurum eſſe non poſſit. Poſtea uerò, quam profectus es, uelim recordare,q̄ ego de te in ſenatu egerim, q̄ in concionibus dixerim,quas ad te literas miſerim. Quæ cum omnia collegeris;tu ipſe uelim iudices,ſatis ne uideatur is oībus rebus tuus aduentus, cum proxime Romam ueniſti. mutuo reſpondiſſe. Quod ſcribis de reconciliata noſtra gratia,non intelligo, cur reconciliatam eſſe dicas,quæ nunquam † immutata eſt. Quod ſcribis , non oportuiſſe Metellum fratrem tuum ob dictum à me oppugnari.primum hoc uelim exiſtimes. animum mihi iſtum tuum uehementer probari, & fraternam plenam,humanitatis,ac pietatis, uoluntatem : deinde ſi qua ego in re fratri tuo reip.cauſa reſtiterim;peto,ut mihi ignoſcas; tā enim ſum amicus reip.quam qui maxime.ſi uero meā ſalutem contra illius*

†alias, mçrore
†alias, mçrorē
†alias, imminuta

impetum

impetũ in me crudelissimum defenderim; satis habeas, nihil me ẽt tecum de tui fratris iniuria conqueri. quę ego cum cõperissem oẽm sui tribunatus conatum in meam perniciem parare, atq; meditari, egi cum Claudia uxore tua, et cũ uestra sorore Mucia, cuius erga me studium pro Cn. Põpeiȷ necessitudine multis in rebus perspexerã, ut eũ ab illa iniuria deterrerent. atq; ille, quod te audisse credo, pridie Kalen. Ian. qua iniuria nemo unq̃ in aliquo magistratu improbissimus ciuis affectus est, ea me consulẽ affecit, cũ rẽp. conseruassẽ; atq; abeuntẽ magistratu cõcionis habẽdæ potestate priuauit. cuius iniuria mihi tamẽ honori summo fuit. nã, cũ ille mihi nihil, nisi ut iurarẽ, pmitteret. magna uoce iuraui uerissimũ, pulcherrimũq̃, iusiurãdũ: q̄ populus† itẽ magna uoce, me uere iurasse iurauit. hac accepta tã insigni iniuria, tamẽ illo ipso die misi ad Metellũ cões amicos, q̃ agerent cũ eo, ut ab illa mẽte desisteret. q̃bus ille respõdit sibi nõ esse integrũ. &. n. paulò ante in cõcione dixerat, ei, q̃ in altos animaduertisset indicta cã, dicẽdi ipsi potestatẽ fieri nõ oportere. hoĩem grauem, & ciuẽ egregium; q̃ qua pœna senatus, cõsensu bonorũ oĩm, eos affecerat, q̃ urbẽ incendere, magistratus, ac senatũ trucidare, bellũ maximũ cõflare uoluissent, eadem dignũ iudicaret eũ, qui curiã cæde, urbem incendijs, Italiã bello liberasset. itaq; ego Metello fratri tuo præsenti restiti. nã in senatu Kalẽ. Ianua. sic cũ eo de republ. disputaui, ut sentiret sibi cũ uiro forti & cõstanti esse pugnandũ. Ad III. non. Ianua. cum agere cœpisset, tertio quoq; uerbo orationis suæ me appellabat, mihi minabatur: neque illi, quidquam deliberatius fuit, quàm me quãcunque ratione posset, non iudicio, neque disceptatione, sed ui, atque † impressione euertere. huius ego temeritati si uirtute, atq; animo non restitissem: quis esset, qui me in consulatu non casu potius existimaret, quàm cõsilio, fortem fuisse? Hæc si Metellũ cogitare de me nescisti: debes existimare, te maximis de rebus à fratre esse celatum. sin aliquid impertiuit tibi sui consiliȷ: lenis à te, & facilis existimari debeo, qui nihil tecũ de his ipsis rebus expostulẽ. etsi intelligis nõ me dicto Metelli, ut scribis, sed consilio eius, animoq; in me inimicissimo esse commotum. Cognosce nunc humanitatem meam. si humanitas appellanda est in acerbissima iniuria remissio animi ac dissolutio. nulla est à me unquã suã dicta in fratrem tuum. quotiescunq; aliquid est actum sedens iȷs assensi. qui mi lenissime sentire uisi sunt. addam illud etiam: quod iam ego curare nõ debui, sed tamẽ fieri non moleste tuli, atque ẽt, ut ita fieret, pro mea parte adiuui, ut S. C. meus inimicus, quia tuus frater erat subleuaretur. quare non ego oppugnaui fratrem tuum, sed fratri tuo repugnaui; nec in te, ut scribis, animo fui mobili, sed ita stabili, ut in mea erga te uolũtate, ẽt desertus ab officiȷs tuis pmanerẽ. Atq. hoc ipso t pe tibi, penè minitanti nobis per literas: hoc rescribo atq. respõdeo. ego dolori tuo nõ solum ignosco, sed summã ẽt laudẽ tribuo: meus. n. me sensus, quãta uis fraterni sit amoris, admonet. à te peto, ut tu quoq; æquũ iudicem dolori meo præbeas, si acerbe, si crudeliter, si sine cã sum à tuis oppugnatus, ut statuas mihi non modo nõ cedendũ, sed ẽt tuo, atque exercitus tui auxilio in eiusmodi causa utendum fuisse. Ego te mihi semper amicum esse uolui: me ut tibi amicissimũ esse intelligeres, laboraui. maneo in uolũtate, & quo ad uoles tu pmanebo: citiusq; amore tui fratrẽ tuũ odisse desinam, q̃ illius odio quidquã de nostra beneuolẽtia detrahatur. Vale.

† alias, idem

† alias, oppressione

HVB. SI tu] Respõdet Cic. particulatim epist. Metelli, & primũ probat animum Metelli nõ fuisse mutuum, sicut ille scripserat. & probat se non habuisse ipm ludibrio, sicut questus erat in epistola sua. deinde miratur cur gratiam reconciliatam dixerit, quæ nunq̃ fuerit imminuta. Postea uero ostendit se non oppugnasse eius fratrem capite, & fortunis ob dictum, ut ille scripserat, sed defendisse se aduersus eũ, à quo ipse oppugnaret. dicebat. n. frater Metelli Cic. eadem pœna esse afficiendum, qua ipse affecisset ciuos R. & multa egerat publice contra ipsum Cic. ostendit autem Cic. se usum esse potius erga eum officio, & elementia, quã iniuria aliqua. Postremo quoniam Metel. ei minatus fuerat, orat ipsum, ut æquum iudicem se præbeat & existimet ipsum Cic. nihil inique fecisse, si se acerbe, & crudeliter oppugnatum defendit, pollicetur que se seruaturum amicitiam quo ad Met. uolet. [Si tu) Eodem genere salutationis usus est, quo ipse Met. usus fuerat. [Quod). s. læsum in ludibrio. [Cuiusmodi) Quale sit. (Sed tamen) ostendit in quo putet Metel. existimasse se ludibrio læsum à Cic. quam suspicionem probat esse falsam, cum potius eum semper honorauerit, quam ludibrio habuerit. [Allatum) nunciatum. (Propinquos) Instituerat Metel. habere oronẽ de laudibus Cic. qui coniurationem Catilinę oppressisset, postea uero, cũ mutasset propositũ. Cic. qui fuerat cupidissimus laudationis Metel. dixerat in senatu Metellum pp propinquos suos, qui eum rogassent, destitisse ab eius laudibus, de quibus prius instituisset dicere, & addidisset Cic. quanta fuisset expectatio sua de oratione Metel. multi senatores inceperũt ridere, q̄ Cic. tam grauiter ferret se caruisse testimonio, & laudibus Metel. quod cum nunciatum esset Metel. existimauit illum risum secutum fuisse pp se, non autẽ pp Cic. ideo dixit: [Ludibrio) Derisione. [Doleret) q̄a inuidebant gloriæ meæ quam ex ea re mihi parauerã. [Propinquos] Cõsanguineos: [Impetrasse] obtinuisse. [Vt reticeres] ut nõ diceres [Statuisses) Decreuisses, ppostuisses [Quod) quã rẽ. s. tuos ĩpetrasse, ut taceres, q̃ de mea laude statuisses dicere. [Adiunxi) Addidi [Dispertitum) Diuisum [Ab intestino scelere] q̄ intra urbẽ esset. [Tu ab armatis hostibus) Quia, ut oñdit Salust. in Catil. hist. tempore coniurationis erat. Q. Met. Cel. in agro Piceno p̃tor, cui permissum erat, ut pro temporis periculo exercitum cõpararet. [Atq; hanc societatem præclari muneris). i. coniunctionem pręclari officiȷ erga remp. cum tu ab armatis hostib. Italiam ego uero a domesticis insidiȷs, & ab intestino scelere vrbẽ defendi. [Labefactatam) Commotam, perturbatam, & subaudi adiũxi, uel addixi. [Quicunque). i. qui timeret, ne fortasse tu redderes mihi aliq̃ uicẽ, & partẽ mutuæ uolũtatis in me laudando, cũ ego te honorificentissimis rebus ornassẽ. [Mutatæ) Similis amicitię, sicut mea fuerat erga te. [Hoc sermone) Quẽ supradixit. [Quæ) Quãta. [Expectatio) Desideriũ. [Tuæ orationis) de laudibus meis. i. quantũ expectassem, ut me tua oratione laudares. [In quãto mœrore uersatus essem). i. cũ à me exponeret in quãto mœrore, & tristitia fuissẽ, q̄a tu impulsus precibus tuorũ propinquorũ tacuisses ea, q̃ de me fuisses dicturus. [Oratio mea) Quia iudicabã me cupidũ laudationũ de me tuarũ. [Est uisa) Senatoribus audiẽtibus [Nõ iucũda). i. faceta & digna risu, q̄a ostẽdebã me tãtopere doluisse, q̄ caruissem testimonio tuarũ laudationum, [Et mediocris risus est con.) Et oẽs mediocriter cęperunt ridere. Nõ pp te, quẽ dixerã impulsum fuisse præcibus propinquorũ, ut de me taceres, q̃ dicenda statuisses. [Sed in mœrorẽ meũ] Sed pp tristitiã meã, in qua dixissem me uersatum. q̄a de me tacuisses [Et q̄). i. pp simplicitatẽ aut ambitionem meã, quia aperte, & sincere cõfitebar me cupisse laudari abs te. [Aperte, clare, sine simulatione, & insinuatione uerborũ, ut multi faciunt. [Ingenue) Liberaliter, sincere [Iam) Dicit hãc suam orationẽ non potuisse sine honore, & laude Metel. esse. [Non honorifice] sine honore. [In te,) pro te, uel de te, [Hoc). s. [Me tuę uocis). i. q̃uis mea facta essent & clara & magna, ita ut nõ egerẽt testimonio, me tñ desiderasse hr̃e testimoniu tuæ orationis. [Quod) responsio ad aliã eius epist. partẽ. [Nescio] Quia, cũ dicis pro mutuo inter nos aĩo, uideris bene intelligere, quid dicatur mutuũ, cum animus tuus non fuerit mutuus, ut tu scribis. [Eq̄dẽ) Ponit iudiciũ suũ, & diffinitionẽ huius dictionis mutui, quantũ pertinet ad amicitiã [Par uolũtas] ut ab eo ameris, quẽ ames, ab eo tibi benefiat, cui benefacias. [Ego) Incipit disputare parẽ uoluntatẽ non esse redditã. [Prætermisisse) Cũ ea hr̃e possem. [Leuior) Stultior. [Meæ rõnes] utilitas, & res meæ [Ita tulerũt) Ita postulauerũt, ut ea prætermitterẽ maxime tua cã. [Eius cõsiliȷ) Eius deliberationis, & propositi mei, q̃d tua cã prętermisissem prouinciã. [In dies sing.) Per quoslibet dies [Illud) q, d. uerissimũ & certissimũ [Vt primũ] Cum primũ [Deposuerim) Reseruauerim. [In con.) In couẽtu, & cõgregatione populi. De cõcione dictũ est alibi plene, quot significata habeat. [Traderẽ] ad te deferrẽ [Nihil dico] occupatio, color rhetoricus, quia maxime dixit, quod se dicturũ negat, [De sortitione] diuisione prouinciarũ, quę fiebat per sortes, in penult. epist. 1. lib. patet. [Suspicari) Putare [Collegam meum] C. Ant. qui mecum consul fuerat. [Me insc.) Sed potius omnia esse facta me sciente, & hortante.] Coegerim: Cõgregauerim (De te] In laudem tuam [Honorificam in te). i. fuisse in honorem tuum. [Sed etiam con.] Cõuiciosam, plenam iniuriȷs. [In collegas tuos) cõtra alios prætores, tantum. n te extulit, ut aliȷ uideretur uituperari. [S. C.) decretum Senatus de prouincia tibi decernẽda. [Perscriptione) Titulo,

Allatũ

Labefactatus

Aperte

Ingenue

Contumeliosus,

Perscriptio

lo,[Vt,dum) i.donec.[Extabit) durabit quod erit diu, quia serua
bantur diligentissime senatusc.[Officium meum in te) Id quod
pro te amicissimo animo.[Obscurum) Incognitũ, quia illa per
scriptio senatusc.quod egerim, iudicabit, puto.n.fuisse scriptum
M.C.opera.i.& eam datam fuisse prouinciam Metel.[Postea ue
ro commemorat alia beneficia, quæ in eum contulit, postq̃ pro-
fectus est in prouinciã. [Profectus es]discessisti in prouinciam.
[Concionibus) cõuentibus populi.[Quas) Quales,& q̃ liberales
[Quæ oĩa) A me in te collata.[Cũ coll.]Cũ diligẽter cõsideraue
ris,& in unã cogitationẽ reduxeris.[Tu ipse iudices) Tu met sis
iudex.[Ne) An.[Rñdisse]Satisfecisse, cõuenisse.[Mutuo]Aequa
liter, qa iudicabis tuũ aduentũ ꝓximũ non rñdisse ijs, quæ ꝓ te
feci.[Imminuta]Fracta, & immutata. reconciliatur.n. qđ semel
est mutatũ.[Quod scribis]Rñdet pluribus uerbis huic parti, pp
q̃ uidebat Metel.multũ esse cõmotum.[Istum an).i. talẽ aĩum.
q multũ doleat iniuria fraterna.[Probari]Laudari.[Mihi]A me.
[Fraternã) uoluntatẽ, quæ debet esse in mutuo amore.[Restitue-
rim fratri tuo.Repulerim fratrem tuũ,& ei aduersatus sim. [Cã
reip.qua uidebat offendere Met. cũ iniuste necatos diceret eos,
q eã opprimere uoluissent, q eius cõsensu fuissent necati.[Igno
scas) parcas [Quá qui maxime).s est amic.i. tam amo remp. q̃
ille, qui plurimũ amat. [Si uero) Incipit tueri causam suam,&
oñdere se potius fuisse oppugnatum, q̃ oppugnasse eius fratrem.
[Salutem) uitam.[Impetum defenderim) Furorem, quo in me
sequebat.[Satis habeas) Sufficit tibi.[De iniuria fratris) in me col
lata Quem) Fratrem tuum [Omnem conatum) oẽs uires, quid-
quid poterat.[Sui trib.) Erat.n. tribunus, cum oppugnaret Cic.
[In meam pniciem] In meum interitum, perditionem,[Parare]
rebus.[Meditari) animo cogitare.[Egi cum Cl.) .i. rogaui Clau-

Mucia

diã uxorem tuam.[Cuius).i.Muciæ, sororis uestræ, hæc aũt Mu-
cia erat nurus Pomp.[Studium) Amorem.[Necessitudine] Ami-

Deterrere

citia, & coniunctione, quę erat mihi cum Pomp. [Deterrerent)
dehortarentur, remouerent [Ab alia in) quam in me inferebat.
[Ille) Frater tuus.[In aliquo]Ne in minimo quidẽ.[Improbissi-
mus) Cui iure & merito potuisset inferri iniuria:[Me con.] Qui
est maximus magistratus.[Abeuntem magistratu) Discedendo à
magistratu, deponente cõsulatum. nã Kal. Ian. deponebant magi
stratus, & fiebant noui. Oui. I. Fast. Ecce noui præeunt fasces, no
ua purpura fulger: Et noua cõspicuũ põdera sentit ebur. [Priua-
uit ptãte hñdæ cõ.]Eripuit mihi ptãtem hñdæ orationis in fine
magratus mei, sicut erat mos [Cuius) fratris tui. [Iniuria) ꝙ me
priuaret potestate hñdæ orationis. Nam dicit quare fuerit sibi
summo honori. nam Metel. trib pl.n oluit ꝙ Cic. aliud diceret, q̃
ut iuraret quæcunque fecisset, se fecisse reip. causa sperans popu
lum idem approbaturum, ꝙ cum iurasset Cic. populus magna uo

Iusiurãdi

ce. iuramento affirmauit eum uere iurasse [Iusiurandum) Iura
mentum.[Qđ) Iusiurandum. [Iurauit) Iureiurando affirmauit.

Insignis

[Magna uoce]ut omnes audirent.[Insigni]Notabili, quæ nulli
unquam ciui improbissimo facta fuerat. (Communes amicos)
Qui essent & illius & mei amici [Agerent cum eo) Eum roga-

Desistere

rent.[Desisteret.]Cessaret.[Ab illa mente) ab illo proposito per-
sequendi mei. [Quibus) Amicis. [Non esse integrum sibi] non
esse in ptãte sua dicebat.n. non licere sibi persequi ea, quæ iniu-
ste fecisset, imò subdit.[Etenim &c.]Dixerat.n. Met. frater tuus
nõ debere dari facultatẽ dicendi aliquid ei, qui ciues R. sine de-
fensione causæ necasset, sicut ego feceram [Animaduertisset)
Alios puniuisset.[Causa indicta].i. nõ dicta, non dato termino
se defendendi, in carcere.n. sunt necati multi, ut ostendit Salust.
[Hoĩem grauẽ]Ironice, q.d. leuissimum, & improbissimũ homi-
nem, & pessimum ciuem fratrem tuũ.[Qui) Frater tuus.[Iudica
ret) Sensus est, & ordo[Qui iudicaret eum) q liberasset curiã cæ
de, urbem incendijs, Italiam bello, esse dignum eadẽ pœna, qua
senatus omnium consensu affecerat, & punierat eos, qui uoluis
sent incẽdere urbẽ, & trucidare magistratus, & senatum, & cõfla
re maximũ bellum,[Senatus afficeret]non aũt ego, sicut ille dice
bat. Nam post oronem Cat. in qua censuerat de cõfessis, sicuti de
manifestis rerũ capitalium more maiorũ supplicium sumendũ
oẽs consulares, itemq; senatus magna pars sniam eius laudaue-
rũt.[Senatus decretũ factũ est]sicut ille censuerat.[Vrbẽ incende
re) q a Cat. Ceth. Lẽt ceterisq; quorũ promptã audaciã nouerat,
mãdauerat, quibus rebus possent, opes factionis confirmarẽt, in
sidias consuli maturarẽt, cædẽ, incendia, aliaq; belli facinora pa
rarẽt, & reliqua, quæ plenius Salust. prosequitur. [Trucidare]cę
dere, interficere, sicut narrat Salust. eos cõstituisse.[Cõflare) con-
citare, facere, metaphora sumpta à metallis, quę conflando cõfi-
ciuntur. Iuuen. An dubitet totum solitus conflare Tonantem.
[Curiam]Senatores, continens pro contento, metonymia. [Ita-
que]Quia ille sic locutus erat de me, [Restiti) Obstiti, à re isto.
[Præsenti]qui aderat, cum ei rñdi.[Disputaui]cõtendi, feci uer-
ba.[Sentiret) Cognosceret[Cum uiro).s.cũ uiro forti intrepido,
& maximi animi.[Ad.3.no.) .i. tertio die ante nonas inclusiue,
hoc est die.3.Ian. [Agere) dicere, orare. [Tertio quoque uerbo)
Quolibet 3.uerbo, quisque enim.[vt alio loco plenius diximus)

Quisq;

superlatiuus iungitur. & nominib. ordinalibus, ut quisq; sapien-
tissimus, & quintus quisq; locus.[Appellabat) Nominabat me,
conuertebat in me sermonem.[Ne quidquã) Sensus. Nihil erat,
qđ magis deliberasset, q̃ euertere me quacunq; uia posset.[Non
iudicio) facit quandam exceptionẽ, quia iudicio, & disceptatio-
ne possumus euertere aliquẽ, dicit ꝙ neq; iudicio, neq; discepta
tione deliberauerat eã euertere, quia iudicium fit uisa & cogni-
ta causa, qua Cic. fuisset superior.[Iudicio).i. sententia lata à iu
dicibus, uel à senatu.[Neque disceptatione].i. contẽptione, & di
sputatione, quia non habebat, quod diceret pro tuenda parte
sua [Sed ui).i. uiolentia. [Impressione).i. oppressione, impetu,

Disceptatio

quod quidem est belluarum.[Nam) ut inquit Cic. I. off. Duo ge-
nera sunt decertandi, unum per disceptationem, alterũ per uim,

Euertere

quorum illud est hoĩum, hoc belluarũ[Euertere) deijcere, ꝓster
nere, tractũ ab ædificijs, q̃ cũ diruũtur, dicũtur euerti. Virg. Aut
quid in euersa uidi crudelius urbe? Itẽ Cic. I. offic. De diripiendis
aũt, euertendisq; urbibus &c.[Temeritatis) stultæ audaciæ.[Vir
tute, atq. aĩo).i. fortitudine animi.[Fortẽ in consilio) Cũ nõ ti-
mui insidias coniuratorũ, & nullũ periculũ fugi ꝓ rep. defendẽ-
da.[Casu) Fortuna quadam, quia nihil mihi euenisset aduersi, in
quo posset probari aĩus meus [Quã consilio].i. q̃ oratione, & sa
pientia.[Te celatũ fuisse de maximis rebus) Eũ nõ cõmunicasse
tecũ res maximas, quia ẽt cõmunicasset hãc rẽ, ut supra notaui-

Celo hanc rem

mus: Dicimus Celo te hãc rẽ. Ouid. in Hero. d. Hoc te celauimus
vnũ, & iũgit ablatiuo, ut hic. [Impertiuit) Participauit, cõica-

Lenis

uit.[Consilij sui) De me persequendo. [Lenis) Mitis, benignus.
[Expostulem) Conquerar.[De his ipsis rebus]quas contra me fe-
cit, de quibus posses etiam tu iure accusari, si eas tibi impertiuit,
cum tu eas non curaueris prohibere.[Etsi]probat se non esse cõ-
motum in Metellum ob dictũ, ut Celer scripserat, sed ob inimi-
cissimum eius in se animum.[Consilio) Deliberatione pessima,
ut me euerteret.[Commotum) Iratum.[Humanitatem) Consue
tudinem.[Si humanitas appellãda est]quia remissio animi acce-
pta acerbissima iniuria potius est appellãda uel stultitia, uel sim
plicitas quædam, quàm humanitas.[Remissio animi‘ mollifica-

Dissolutio

tio, pacatio.[Dissolutio) Plus est, q̃uam remissio, est.n. libera re-
latio animi, & negligentia quædam.[Acerbissima iniuria) Quæ
nõ solum fieret in fortunas meas, sed etiam in salutem.[Nulla)
Probat remissionem animi sui. [Assensi ijs) secutus sum tantũ
sententiam eorum, qui mitius contra fratrem sentire uideban-

Lenissime

tur.[Leuissime) mitissime.[Addam etiam) Plus dicam & adiun
gam. Id quod non debui curare, quia non tenemur defendere ini
micos, quos si nolumus oppugnare, non tenemur tñ curare, ut
subleuentur, quod Cic. de Metello se fecisse dicit.[Non moleste
tuli]Non dolui, ꝙ frater tuus subleuaretur senatusconsulto. [At-
que etiam, adiuui) Quod est pro mea parte plus, quantum ego
possem, & ualerent suffragia mea.[Subleuaretur) fauorem hrẽt,
fortasse accusatus fuerat de administratione tribunatus sui, aut
aliquid petiuerat, quod Cic. adiuuit, ut obtineret.[Quia erat tuus
frater) Non alia causa eum adiuui, nisi tua, quia erat frater tuus.

Oppugnare
Repugnare

[Quare) Conclusit se non oppugnasse Metellum, ut eius frater
scripserat, sed repugnasse, nam oppugnare est cõtra pugnare no-
cendi causa, repugnare uero est contra pugnare defendendi cau-
sa[Repugnaui) Restiti.[Mobili) Mutabili. nã scripsit Metell. in
epist. superiore: Etiam mobili in me, meosq. animo non fore spe
rabam. rñdet igitur Cicer. huic parti dicens, se non fuisse animo
mobili, sed potius ita stabili, ut etiam desertus ab officijs eius, q
debuerat eum defendere contra fratrem, à quo iniuste oppugna
batur, tñ permaneret in pristina uoluntate erga eum.[Ab officijs
tuis) Qui debueras me tueri.[Minitanti) Frequentatiui uerbi est
participium.[Minitanti).i. prædicenti, & prænũcianti mihi ma-
la, quia scripserat.[Non erit mirandum,) si uos pænitebit.[Igno-
sco) Quia ex fraterno affectu prouenit. [Summam laudem tri-
buo) uehementer laudo, quia facis, quod debet frater pro fratre.
[Meus sensus) Meus affectus, & motus animi naturalis.[Quanta
uis fraterni amoris) Quantum ualeat amor fratris, ideo igno-
sco tibi, imò etiam laudo, ꝙ tãtopere commouearis, pro pericu
lo fratris. [A te peto) Et est ser. sensus: Sicut ignosco tibi, ꝙ pro
iniuria fraterna doleas, ita peto à te, ut æq; etiã, & iuste iudices
de dolore meo, nec uelis iudicare, aut existimare me temere mo
tum esse contra fratrem tuum. [Dolori meo] Quem accepi de

Si

acerbissima iniuria à fratre tuo mihi illata.[Si acerbe.]Sententia
est. Peto a te, ut iudices non solũ licuisse mihi defendere me, ue
rum etiam me defendendum tuo auxilio, & exercitus tui in tali
causa, ubi agebatur de salute mea, quia acerbe, crudeliter, & sine

cā ſum oppugnatus a fratre tuo. Si, affirmatiue ponit, nū dubita-
Acerbe tiue.[Acerbe) Aſpere crudeliter ad perſecutionē uitæ. [Sine cā)
Quia nec ipſe fuerat unquā a me offenſus, nec qdq̄ ēt fecerā cō-
tra remp. ſed potius ꝑ rep [Statuas) Indices, exiſtimes. [Non ce
dendū mihi fratri tuo].i.nō repuguandū ei.nā cedere alicui op
pugnanti eſt ei nō repugnare.[Tuendū) Defendendū, & a te, &
ab exercitu tuo.[Laboraui) curaui, dedi operā.[Maneo) Perſeue-
Quoad ro.[In uolūtate]ut ſum tibi amiciſſimus[Quoad) quantū, quan
diu.[Citius) q̄uis odiū meū in fratre tuo iuſsū ſit, tū citius cā, &
amore tuo eum deſinam habere odio, quā pp odium illius quid
quam diminuatur de noſtro amore.[Detraham) Diminuam.

SI tu &c]Reſpondet particulatim epiſtolæ ſuperiori, refel-
litq. ſingula fere eius dicta, ꝓbans nec animum, nec amorē Me
telli fuiſſe mutuū, nec ſe habuiſſe ipſum ludibrio, nec gratiā re-
conciliatam, nec ſe fratrem eius ob dictum capite oppuguaſſe,
ſed ſe aduerſus eum defendiſſe, cum dictitaret ea pęna Ci. affici
debere, qua ipſe ciues Romanos affeciſſet, uidelicet Catilinam,
Lentulū, Cethegū, & ceteros cōiuratos. At cōtra ſignificat ſe uſū
erga fratrē Metelli oī humanitate, & clemētia, ſeq. Metelli ami
citiā cōſeruaturū. rogās ut ſimili in ſe ſit aīo. Ordo eſt: Si tu, &
exercitus valetis, bene.i.recte res ſe habet. Scribis ad me, te exiſti
maſſe ꝑ mutuo inter nos aīo, & pro reconciliata gratia, te nunq̄
læſum iri.i.lędēdū fuiſſe, a me ludibrio.i.cōtumelioſa irriſione,
p̄ſertim in facto, cū iocus ſit in uerbis, quod.ſ. ſcriptū, aut dictū
tuū cuiuſmodi ſit non poſſum intelligere ſatis, ſed tū ſuſpicor
eſſe allatū ad te.i. tibi denunciatū, me dixiſſe in ſenatu, cū diſpu-
tarē i.diſputādo aſſererē, pmultos eſſe, qui dolerēt rēpubli. ſer-
uatam ſup. eſſe a me decenter ꝓpinquos tuos, qbus nō poſſes.ſ.
negare, hoc eſt fratrē tuum, impetraſſe a te, ut taceres ea quę ſta-
tuiſſes dicēda, ſupple eſſe, tibi, id eſt a te, in ſenatu de laude mea
hoc eſte os impediuiſſe, ne a te laudaret. Quod cū dicerem, ad
iunxi illud, officiū fuiſſe mihi in retinenda ſalute reipublicæ di
ſpartitum.i diuiſum tecum, ut ego ſup. defenderem urbem.ſ. Ro
mam ab inſidijs, & ab ſcelere inteſtino. i. qđ a ciuibus oriri poſ-
ſit, vtpote ab incendio ædium, ac cæde bonorum, tu defenderes
Italiam, & ab hoſtibus armatis. ſ. auctore Catilina, ſub Mallio
quodam: Nam Q. Metellus Celer, ad quem hæc ſcribūtur, tem-
pore belli Catilinarij, prætor erat in agro Piceno, cui permiſ-
ſum erat exercitum comparare, ut ſcribit Saluſt. & ab occulta
coniuratione.i.ne aliæ ciuitates conſpirarent, atq; ſup. adiunxi,
hanc ſocietatē noſtram tāti.i.tam magni, & tam præclari mune
ris, vtpote conſeruationis reip. Romanę, labefactam.i. debilita-
tam; & diſſolutam a propinquis tuis, fratrem ubique tāgit. qui
cū tu ornatus eſſes à rebus ampliſſimis atq; honorificētiſſimis,
quia p̄tura, & auctoritate exercitus deligēdi, timuiſſent, neque
pars uoluntatis.i.beneuolentię mutuę tribueretur mihi abs te.i.
a te. Cū in hoc ſermone, exponeretur, à me, quę.i. qualis. aut quā
ta expectatio mea orationis tuæ eſſet.i. quātopere expectaſſem,
orationem tuam de laude mea, & in quanto errore uerſatus eſsē
oratio ſup. mea uiſa eſt.ſ. audientibus nō iucunda, & riſus quidā
non mediocris cōſecutus eſt nō in te, ſed magis in errorē meū.
Et ꝙ cōfitebar aperte, atq; ingenue.i. ſimpliciter & ſine diſſimu-
latione ui ingenuum decet me cupiſſe laudari abs te, ꝓpter quē
riſum forte Metellus ſe ludibrio habitum ſcripſerat, in quo erra-
uit, unde addit: Iam hoc non poteſt eſſe dictum in te nō honori
fice, me uoluiſſe habere aliqđ teſtimoniū uocis.i. orationis tuę,
tamē.i tametſi, in clariſſimis, atq; ampliſſimis rebus meis, q.d.
quæ laudibus nō egerent. Quòd autem ita ſcribis, pro mutuo in
ter nos animo, neſcio qđ tu exiſtimes, mutuū eſſe in amicitia.
Equidem. i. ego quidem arbitror hoc. ſ. mutuū eſſe in amicitia,
cū par.i. ſimilis, & æqualis uolūtas accipitur, & redditur. Ego ſi
dicam uidelicet me prætermiſiſſe, prouinciam.ſ. Hiſpaniam, tua
cauſa, ut.ſ. tu eam obtineres ipſe.i. ego uidear tibi eſſe leuior.i. ni
mis leuis, & inconſtās in amicitia, & iactantior in dicto. Ratio-
nes.n. meæ.i. diſpoſitiones, & cōditiones, ſtatus mei, tulerunt.i.
exegerūt.i. ut tibi prouinciam permitterē, atq; capio indies ſin-
gulos maiorem fructum, & uolupratem eius cōſilij mei. Ego di-
co.i. affirmo illud me, ut primum depoſuerim in cōcione.i. reſer
uauerim prouinciā cœpiſſe ſtatim cogitare, quemadmodū ego
traderē eam tibi. Ego nihil dico de ſortitione ueſtra.i. tua, & col-
legę, ego tantū.i. duntaxat, uolo te ſuſpicari nihil eſſe factum ea
re per collegam meum.i. C. Ant. q mecum cōſul fuit, me inſcien
te, & ita nō minus per me, q̄ p collegam prouinciam ſortitus es.
Recordare.i. reduc ad memoriā, cetera, q̄ cito coegerim.i. cōgre-
gari fecerim, ſenatum illo die ſortitiōe.ſ. ꝓuinciarū facta, quam
multa uerba fecerim de te. Cū tu ipſe dixiſti mihi orationē meā
fuiſſe non ſolum honorificam in te, ſed ēt cōtumelioſam in col
legas tuos.i. competitores. Iam cōtinuatiua eſt particula, illud ſe
natuſcōſultum, quod factum eſt eo die, eſt ea prę́ſcriptione.i. ha
beream prę́ſcriptionem.i. titulum, ut dum.i. donec, id.ſ. ſenatuſ
conſultum, extrahit.ſ. ſcriptum in publicis actis, officium meum
nō poſſit eſſe obſcurū in te. Vero.i. ſed, uelim recordare, quæ ego
egerim in ſenatu de te poſteaq̄ profectus es, q̄ ego dixerim de te
in concionibus, quas.i. quantū amicabiles ego miſerim literas
ad te. Quæ, cum collegeris.i. ad memoriam reduxeris oīa, uelim
ſup. ut tu ipſe iudices, ne.i. an, tuus aduētus, cū ueniſti proxime,
ideſt breuiſſime poſt Romam, uideatur reſpondiſſe mutuo, ſatis
omnibus his rebus.i. officijs meis in te, q d. ſcio ꝙ nequaquam.
Non intelligo ſup. id quod ſcribis de gratia noſtra recōciliata,
cur dicas ſup. grām noſtram recōciliatā, q̄ nunquam imminu-
ta eſt. Quod ſcribis nō oportuiſſe Met. fratrem tuum oppugna-
ri à me ob dictū, ego velim exiſtimes primū hoc, iſtū aīum tuū.ſ.
in fratrē tā piū, & uoluntatē fraternā plenā humanitatis, ac pie-
tatis, ꝓbari.i. cōprobari, & placere mihi uehemēter. Deinde ſup.
uelim, ꝙ à ſuperiore repetit, alij addiderūt peto, ſi ego reſtiterim
fratri tuo, in qua.i. aliqua re, cā reip. ut ignoſcas mihi. Ego.n. ſū
tā.i. tātopere amicus. reip. q̄ i. quantopere ſup. is eſt q̄ maxime eſt
amicus eius. Si uero defenderim ſalutē meam cōtra impetū eiꝰ
crudeliſſimū in me, habeas ſatis.ſ. eſſe me nihil conqueri tecū
ēt nō de fratris tui iniuria, quem.ſ. fratrem tuū, cum ego compe
riſſem parare atq; meditari. i. exercere, oēm conatū tribunatus
ſui in perniciē meā, egi cū Claudia, ſeu Clodia, uxore tua, & cū
Mutia ſorore ueſtra, cuius ſtudiū.i. fauorē erga me ego perſpexe
rā.i. cognouerā in multis rebus ꝑ neceſſitudine Cn. Pompeij.i.
q̄ erat nobis cum Pōpeio, ut deterrerent eū ab illa iniuria.ſ. mihi
in ferenda. Atq; ille.ſ. frater tuus (qđ credo te audiuiſſe) Affecit
pridie.i. die pręcedēte. Cal. Ian. hoc eſt ult. Decemb. me conſulē
ea iniuria, qua nemo ciuis improbiſſimus.i. licet eſſet improbiſ-
ſimus, affectus eſt unq̄ in aliquo magiſtratu.i. dū gerere aliquē
magiſtratum, licet infirmum, affeci inquam me iniuria, cum cō
ſeruaſſem remp. atq; priuauit me abeuntem magiſtratu.ſ. conſu
lari, poteſtate concionis.i. orationis ad populum conuocatū ha-
bendæ, cuius iniuria fuit tamē.i. nihilo minus, ſup. mihi ſummo
honori. Nam cū ille.ſ. frater tuus, nihil permitteret mihi.ſ. age-
re, aut dicere, niſi ut iurarem.ſ. iuſte cōtra cōiuratos proceſſiſſe,
ego iuraui magna uoce, ut omnes audirent, iuſiurandum.i. iura
mentum ueriſſimum, atq; pulcherrimū.i. honeſtiſſimum, quod
populus idem.ſ. cui coactus ſum iurare, aut quod idem populus
iurauit magna uoce, me iuraſſe uere. Hic.i. hoc tempore, & loco
ego tam inſigni iniuria accepta.i. poſtquam tam inſignem iniu
riam acceperam, tamē.i. nihilominus, niſi illo ipſo die ad Metel
lum.ſ. fratrem tuum amicos communes.ſ. nobis. qui agerent cū
illo.i. rogarent, & monerent illum, ut deſiſteret ab illa mēte.i. uo
luntate tam iniqua in me, quibus ille reſpondit nō eſſe integrū
ſibi.i. ſe non habere amplius integram poteſtatem.ſ. deſiſtēdi. Et-
enim.i. quia, ipſe dixerat paulo ante in cōcione.i. oratione ad po
pulum habita, non oportere poteſtatem ad dicendū fieri ei ipſi,
qui animaduertiſſet in alios.i. acriter puniuiſſet alios.ſ. cōiura-
tos, cauſa indicta.i non purgata. hoc eſt nō dato reis ad ſe purgā
dum loco. Hominem, ironia eſt, quę ut nō uideatur ex ira naſci,
nō adiecit particulam ò i. ò hominem grauem, & ciuē egregiū,
uidelicet Metellum fratrem. Eſt (ut dixi) ironia, qui iudicaret di
gnum eadem pœna, qua ſenatu affecerat cōſenſu omniū bono-
rū eos, qui uoluiſſent incendere urbē, trucidare.i. truculenter oc
cidere magiſtratus.ſ. annuos, & ſenatū.i. patres cōſcriptos, & uo
luiſſent conflare.i. conſtruere bellum maximum, eū, qui liberaſ-
ſet curiam.ſ. patrum conſcriptorum cæde, & liberaſſet urbē incē
dijs, & Italiam bello. Itaq; ego reſtiti Metello fratri tui p̄ſenti.
Nam ego diſputaui in ſenatu Kal. Ian. de repu. ſic, ut ſentiret pu-
gnandum eſſe ſibi cū uiro forti, & conſtanti, ꝙ idem eſt, ac ſi di-
cat Cic. mecum diſputat. Cum.ſ. Metel. tuus, agere.i. diſceptare
cœpiſſet ad tertiū nonas Ian. appellabat me tertio quoq; uerbo
.i. de tribus uerbis orationis ſuæ ſemper uno, & minabatur mihi.
Neq; quidquam fuit deliberatius ei.i. magis deliberate conſtitu-
tū ab eo.ſ. fratre tuo, q̄ euertere me, quacūq; ratione poſſet, nō
iudicio, neq; diſceptatione, ſed ui atq; impreſſione.i. uiolēto im
petu Si ego non reſtitiſſem uirtute, atq; animo temeritati huius
.i. huiuſmodi inimici, quis eſſet, qui nō exiſtimaret me fuiſſe for
tem in cōſulatu.ſ. meo potius caſu, quā conſilio.i. propoſito deli
berato, q.d. nullus Si tu neſciſti Metellum.ſ. fratrem tuum, cogi-
tare hæc de me, tu debes exiſtimare te eſſe celatū.i. occultationē
tibi factam à fratre.ſ. tuo de rebus.ſ. maximis. Sin autem. i. ſed ſi,
ſup. frater, impertiuit tibi.i. communicauit tecum aliquid conſi
lij ſui, ego debeo exiſtimari à te lenis, & facilis.i. incōſtās, & mi
nime ſtrenuus, qui nō expoſtulem tecum.i. agam tecum iniuria
rum de ipſis rebus.i. propter ipſas res. Et ſi intelligis me non eſſe
commotū dicto.ſ. ſolo uerbo Metelli.ſ. fratris tui (ut ſcribis) ſed
cōſilio eius, & animo inimiciſſimo in me. cognoſce nunc huma

nitatēq;

nitatem meã, si remissio ac dissolutio.i. fractio animi in iniuria acerbissima, est appellanda humanitas, q. d. potius appellabitur ignauia, aut inertia, seu pusillanimitas. nulla sententia est dicta unquam à me, in.i. contra fratrem tuum, quotiescunque aliquid est actum.s. in fratrem tuum. ego sedẽs, & ita parum intentus assensi his, q uisi sunt mihi sentire leuissime.i. facillime, & minimum grauiter in fratrem tuum. Ego addam etiam illud, ꝙ ego non debui, iam.s. animo eius cognito curare, sed tamen tuli fieri.i. ut fieret, non moleste.i. non grauate. atq; etiam audiui pro mea parte, ut fieret, uidelicet ut inimicus meus, qui erat frater tuus, subleuaretur.i. ab accusatione liberaretur. S.C.i. decreto totius senatus. Quare ego nõ oppugnaui fratrem tuũ, sed repugnaui fratri tuo. Oppugnat.n. ille qui prior inuadit, & aggredit. Repugnat uero ille, qui repugnãti resistit. Expugnat autem, qui quos oppugnat, uincit, & capit. Nec fui in te (ut scribis) aĩo mobili.i. uariabili, hoc est nõ habui animum mobilem, sed fui animo ita stabili, ut ego desertus ab officijs tuis permanerem in mea uoluntate.i. beneuolentia erga te, atq; rescribo, atq; respõdeo hoc ipso tẽpore tibi pene minitanti nobis per literas. Rescribo, inquã, quę sequũtur. Ego nõ solum ignosco dolori tuo, quem de fratris aduersitate cepisti, sed tribuo, sup. ei etiam summã laudem. Etenim.i. quia sensus meus.i. propriũ ingenium, & ꝓpria natura, admonet me, q̃ta.i. q̃ magna sit uis.i. potestas amoris fraterni. Expertus.n. erat in Q.F. suũ, peto.i. quod dicũt, requiro, quoq; à te, ut præbeas te iudicẽ æquũ dolori meo, si ego oppugnatus à tuis.s. acerbe, si crudeliter, si sine causa Vt statuas.i. in animo tuo iudices. nõ modo nõ cedẽdũ, sup. fuisse, mihi, sed etiam sup. me fuisse tuẽdũ.i. ꝓtegẽdũ, in eiusmodi causa.s. ꝑ rep. auxilio tuo atq; exercitus tui. Ego uolui te esse semper amicũ mihi, & laboraui, ut intelligeres me esse amicissimũ tibi, maneo in uolũtate, & permanebo quo ad.i. donec uoles, & ego desinã citius amore tui.i. propter amorẽ meũ in te, odisse fratrẽ tuũ, quãquid quã detrahatur de beneuolẽtia nostra odio illius. Notũ est odisse, licet preteritę sit uocis, ẽt pręsentis esse significationis, à uerbo odi, nã odio in usu peritorũ nõ ẽ, nisi forte odias semel apud Ci. ꝑ oderis scriptũ uelis.

PAVL. MAN. *MVCIA*) Pompeij magni uxore, Scæuolę filia, quã postea dimissam, ꝙ adulterium cum Cęsare commisisset. M. Scaurus. Syllæ priuignus, in matrimoniũ duxit. Pedianus 69. Suet. 14 [In aliquo magistratu] Vetustiores libri habent, in animo, ex quo legẽdũ esse minimo, existimat Vbaldinus Baldinellus, quã & nos ueră huius loci lectionẽ esse credimus. more.n. suo cõtrarijs cõtraria reddidit, cũ dixit, ego cõsul, qui rẽp. cõseruarã, ea sũ affectus iniuria, qua minimo Magistratu nemo unquã improbissimus.

ARGVMENTVM.

Recõciliata gratia, etiam spreto fratre, Ciceroni rem suam commendat, quàm ad Lælium perscripserat.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Agnoscit improbitatem fratri Metellus, & cur Ciceroni non plura scribat, rationem dicit.

Q. METELLVS NEPOS S. D. M. CIC. 3

HOMINIS *importunissimi contumeliæ, quibus crebris concionibus onerat, tuis erga me officijs leniuntur: & ut sunt †leues huiusmodi homines à me despiciuntur: libenterque commutata persona, te mihi fratris loco esse duco. de illo ne meminisse quidẽ uolo: tametsi bis eum inuitum seruaui: De me, meisq. rebus, ne uobis multitudine literarũ molestior essem, ad Lolliũ perscripsi; de rationibus etiam prouinciæ quid uellem fieri, ut is uos doceret, & commonefaceret. Si poteris, uelim pristinam tuam erga me uoluntatem conserues. Vale.*

† alias, leues ab hmõi.

HVB. HOminis) L. Metellus Q. Met. frater. de quo in superioribus epist. uidimus, nõ solum Romæ oppugnabat Cic. uerum ẽt crebro ad fratrem suum scribebat literas contumeliosas de Cic. qui tamen nunquam desistebat ab officio erga Q. Metellum, sed quanto magis eius frater Q. Met. contra Cic. irritare uidebatur: tanto magis Cic. permanebat in uolũtate, & quotidie plura faciebat pro Q. Metello. qui tandem cognita iniquitate fratris scribit ad Cic. se paruifacere querelas fratris hominis importunissimi, & leuissimi, uelleq. eũ habere loco fratris. Postremo dicit quare nõ scripserit de rebus prouinciæ, nisi ad Leliũ. [Hominis] Fratris mei. [Importunissimi] Infestissimi, tędiosissimi, qui nulla habita ratione tui, qui fueras laudandus, ubiq; dãnat, aut mei, qui gero bellum, quotidie scribit ad me contumeliose de te. [Cõtumelię] Iniuriæ de te. [Onerat] Fastidit, obtundit, implet. [Concionibus crebris.]i. crebris literis prolixis, quales sunt conciones. nam concio (ut supra diximus) significat suggestũ, unde uerba fiunt, & cõgregationem populi, & orationem, quæ habet ad populum. ideo nunc appellauit literas Metelli fratris cõciones, propter prolixitatem, ut supra alio loco literas lõgi subsellij, ut noster Pomp. dicere solebat.i. conciones. [Tuis officijs] Ijs, quæ quotidie pro me humanissime facis. [Leniuntur] Mitigãtur, minoris à me fiunt, minus me mouent. [Leues] contemptibiles, nullius ęstimationis. [Cõmutata ꝑsona) Posito te loco fratris mei. [Duco) Pono, puto. [Meminisse] Quia non possum meminisse eius sine molestia, cum uideo eum ita lenẽ. [Bis] Fortasse.n. bis fuerat oppugnatus non solum à Cic. Sed ab alio. [Seruaui) Tutatus sum, ne damnaretẽ. [Meis rebus] Quas in prouincia g ssi. [Multitudine literarũ. Scribẽdo ad singulos. [Doceret uos] redderet uos certiores [ut uulgo dicimus) Informaret uos. [Si poteris] hoc dicit propter iniuriam, quam acceperat ab eius fratre.

Importunissimi

Concio

Leniri Leuis

ASC. *HOMINIS &c.*] Hoc epistolio Metellus reconciliata gratia forsitan epist. superiore, etiam contempto fratre cõmendat Cic. rem suam, quam ad Lælium perscripserat, dicens Contumelię.i. cõtumeliose de te querelę, hominis importunissimi, uidelicet fratris mei, qui cũ tecũ in gratia esse mihi & gratum, & iucũdum sit, discordia interserere nititur, quibus onerat.i. vsq; ad fastidiũ me fatigat. crebris concionibus.i. literis tam prolixis, & accurate scriptis, quasi ad populum contra te oraret, leniuntur.i. mitigantur tuis officijs.i. officiosis dictis, & factis erga me, & huiusmodi homines tam frater, q̃ alij ut sunt leues.i. faciles, & inconstãtes, despiciuntur à me & libenter duco.i. reputo te esse mihi loco fratris, persona.s. fratris commutata.s. in tuam, ut tu sis mihi fratris loco. & ille, quia leuis, & iniurius in te, sit mihi pro hoste habendus, ut te immeritum habueram. Ego ne quidem.i. nõ saltem, uolo meminisse.i. mentionem amplius facere de illo. tametsi seruaui. eum bis inuitum.i. nolentem seruari, sed se periculo committere gestiẽtem, siue in foro, siue in bello ignotum est. Ego scripsi ad Lælium de me, & rebus meis, ne essem molestior.i. plusquã decet molestus uobis, hoc est tibi & ceteris amicis multitudine literarum, ut is doceret uos, & cõmonefaceret quod uelim fieri de rationib. prouinciæ. Velim si poteris, sup. id facere. vt sup. conserues pristinam uoluntatem tuam erga me.

ARGVMENTVM.

Dicit se maximã spem de se restituẽdo posuisse in Metello ob literas eius, quas à fratre suo, & Pomponio acceperat, sed intellexisse illum mutasse animum, & se deserere: quod ne faciat rogat, & ut accurrat interea dum potest. Scripsit autem has, dum à Clodio, & Clodianis in exilium missus eras.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Metelli auxilium in rebus suis aduersis exposcit.

M. CIC. S D. Q. METELLO COS. 4

LITERAE *Qu. Fratris, & T. Pomponij necessarij mei tantum mihi spei dederant, ut in te non minus auxilij, quam in tuo collega mihi constitutum fuerit. itaque ad te literas statim misi: per quas, ut fortuna postulabat, & gratias tibi egi, & de reliquo tempore auxilium petij. postea mihi non tam meorum literæ, quam sermones eorum, qui hac iter faciebant, animum tuum immutatum significabãt. quæ res fecit, ut tibi literis obstrepere nõ auderem. nũc mihi Q. F. meus mitissimam tuã orationem, quam in senatu habuisses, perscripsit: qua inductus, ad te scribere sum coactus, et abs te, quantum tua fert uoluntas, peto, quæsoq. ut tuos mecum serues potius, quam propter arrogantiam, & crudelitatem tuorum me oppugnes. tu tuas inimicitias ut reip. donares, te uicisti, alienas ut contra remp. confirmes, adduceris; quòd si mihi tua clementia opem tuleris; omnib. in reb. me fore in tua potestate tibi confirmo. sin mihi neq; magistratũ, neq; senatum, neque populum auxiliari propter eam uim, quæ me cum rep. uicit, licuerit; uide, ne, cũ uelis, reuocare tempus omnium seruandorum, cum qui seruetur, non erit, non possis. Vale.*

LITERÆ) Scribit Ci. ad Q. Metellũ Celerẽ se primũ posuisse maximã spem de restitutione, & salute sua in eo propter literas, quas à Q. Cic. fratre suo, & à T. Põponio acceperat de optima mẽte ipsius Metelli. Sed postea intellexisse eũ mutasse animum, destitisseq. ipsum tueri. Itaq; eum rogat, vt uelit eum seruare dum potest, ne eum uelit postea reseruare, cum non poterit. Videt autem hæc epstola scripta, cum Cic. eiectus fuisset in exilium per Clodium, & Clodianos. [Q Fratris). s. mei. appellabatur

num putet gratulationẽ omiſſam, ne offendat maleuolos. Ordo eſt: Si tu, & exercitus tuus ualetis, bene eſt. Ego cepi una cum omnibus. ſ. alijs, incredibilem uoluptatem ex literis, quas miſiſti publice i. ad ſenatum publice legendas. Tu. n. oſtendiſti tãtam ſpẽ ocij. ſ. ab Externis belli futuri, quantum ego pollicebar ſemper omnibus, fretus. i. confiſus & adiutus te uno i. ſolo. Sed ſcito hoc, hoſtes tuos ueteres, amicos nouos. i. qui fortunam ſequentes ſe iamdudum amicos ſimulant, perculſos, i. attonitos & ſtupefactos uehementer literis. ſ. tuis, atq; iacere deturbatos. i. conturbatione deiectos, ex magna ſpe, quam conceperant de interitu tuo. Autẽ i. ſed, ſcito has literas, quas miſiſti ad me, q̃q̃ habebant exiguã. i. exilem, & modicam ſignificationem. i. notificationem uoluntatis tuæ. ſ. bonæ erga me, tamen fuiſſe mihi iucũdas: Enim. i. quia, ego nulla. i. non vlla, non ſoleo lætari ulla re tam. i. tantopere, quam. i. quantopere conſcientia meorum officiorum. i. decenter factorum. Quibus. ſ. officijs meis ſi quando. i. aliquando, non reſpondetur mutuo. i. non ſatis fit ab his, quib. ea impendi, patior facillime. i. ęquiſſimo animo, plus officij reſidere. i. quaſi ocioſum eſſe apud me. Ego non dubito illud, quin ſi ſumma ſtudia erga te, adiunxerunt parum mihi te; Reſp. ſit nos conciliatura, & coniunctura inter nos. Ac ne ignores, quod ego deſiderarim. i. non inuenerim, inueniſſe tamen uoluerim, in literis tuis, ſcribam aperte, ſicut & natura mea, quę nihil ſimulare nouit, & amicitia noſtra quę omnia manifeſta eſſe vult, poſtulat. Ego geſſi eas. i. tam inſignes res. ſ. in oppreſſione coniuratorum, quarum ego expectaui in tuis literis aliq̃ gratulationem, cauſa &. i. ſimul neceſſitudinis noſtrę, & i. ſimul. Reip. quam. ſ. gratulationem, ego arbitror eſſe prętermiſſam à te. ꝙ verebare. i. timebas, ne offenderes. i. lęderes, cuius. i. alicuius animum. ſed ſcito ea, quę nos geſſimus pro ſalute patrię, comprobari iudicio, & teſtimonio orbis terrarũ. Quę. ſ. geſta mea, cum ueneris. ſ. Romam, tu cognoſces eſſe geſta à me tanto conſilio & tanta magnitudine animi, ut patiare facile, me non multo minorem. i. inferioris uirtutis, quàm Lęlius nobiliſſimus amicus Scipionis, ſupp. fuit, adiunctum eſſe tibi multo maiori, quàm Africanus. ſ. Scipio, ab Africa deuicta ſic dictus, fuit & in rep. & in amicitia. Modeſte ſe Lęlio non multo minorem dicit, ſed tamen ſatis iactanter geſta ſua commemorat.

ARGVMENTVM.

Inter Ciceronem, et Craſſum poſt amicitiam magnam inciderat ſimultas non parua, imò & diſſenſio ſtudiorũ; et odium propter defenſionem Gabinij, quam Craſſus ſuſceperat cõtra Ciceronem, cum eum antea oppugnaſſet, ut uiſum eſt lib 1. tandem tamen cohortantibus Pompeio, & Cæſ. reconciliata eſt inter eos gratia, ita ut penè è domo Ciceronis profectus ſit Craſſus ad Parthicum bellum, ad quem Cicero nunc ſcribit, ſe ita pro eius honore, & dignitate cõtendiſſe in ſenatu, ut omnes intellexerint ſuum erga eum ſtudim, oſtenditq́; ea, quę audierat nõ eſſe uera, ſed a maleuolis ficta: unde pollicetur ſe illi conſtantem amicum fore, rogat, ut talis ſibi ſit Craſſus, & de rebus omnibus ad ſe ſcribat.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Prædicat animum ſuum erga Craſſum, & quam officioſus eſſe cupiat, ſcribit.

M. TVLLIVS CICERO M. LICINIO F. P. CRASSO S. D. 8

QVANTVM meum ſtudium extiterit dignitatis tuæ, uel tuendæ, uel etiam augendæ, non dubito, quin ad te omnes tui perſcripſerint. non enim fuit aut mediocre, aut obſcurum, aut eiuſmodi, quòd ſilentio poſſet præteriri. nam & conſulibus, & cum multis conſularibus tanta contentione decertaui, quanta nunquam antea ulla in cauſa: ſuſcepiq́; mihi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis tuis: ueterique noſtræ neceſſitudini iandiu debitum, ſed multa uarietate temporum interruptum officiũ cumulate reddidi. neque mehercule unquam mihi tui, aut colendi, aut ornandi uoluntas defuit, ſed quædam peſtes hominum, laude aliena dolentium, & te nunquam à me alienarunt, & me aliquando immutarunt tibi. ſed extiti tempus optatum mihi magis quàm ſperatum, ut florentiſſimis tuis rebus mea perſpici poſſet, & memoriæ noſtræ uoluntatis, & amicitiæ fides. ſum. n. conſecutus, non modo, ut domus tua tota, ſed ut cuncta ciuitas me tibi amiciſſimum eſſe cognoſceret, itaq́; & præſtantiſſima omnium fœminarum uxor tua, et eximia pietate, uirtute, gratia tui Craſſi meis conſilijs, monitis, ſtudijs, actionibusq́; nituntur: & ſenatus, populusque R. intelligit, tibi abſenti nihil eſſe tam promptum, aut tam paratum, quàm in omnibus rebus, quæ ad te pertineant, operam, curam, diligentiam, auctoritatem meam. Quæ ſint acta, quæq́; agantur domeſticorum tibi literis declarari puto. De me ſic exiſtimes, ac tibi perſuadeas uehementer uelim; non me repentina aliqua uoluntate, aut fortuitò ad tuam amplitudinem meis officijs amplectendam incidiſſe, ſed, ut primum forum attigerim, ſpectare ſemper, ut tibi poſſem quam maxime coniunctus quo quidem ex tempore, memoria teneo, neq́; meam tibi obſeruantiam, neq́; mihi tuã ſummam beneuolentiam, ac liberalitatem defuiſſe. ſi qua interciderunt, non tam re, quàm ſuſpicione † uiolata; ea cum fuerint & falſa, & inania, ſint euulſa ex omni memoria uita que noſtra. is. n. tu uir es, & eum me eſſe cupio, ut, quoniã in eadem reip. tempora incidimus coniunctionẽ, amicitiamq́; noſtram utriq́; noſtrũ laudi ſperẽ fore. quamobrem ut quantũ tuo iudicio tribuendũ nobis eſſe putes, ſtatues ipſe, &, ut ſpero, ſtatues ex noſtra dignitate, ego uero tibi profiteor, atq́; polliceor eximium, & ſingulare meum ſtudium in omni genere officij, quod ad honeſtatẽ, et gloriam tuam ſpectet. in quo etiã ſi multi mecum contendent, tamen, cum reliquis omnibus, tũ Craſſis tuis iudicibus, omnes facile ſuperabo, quos quidem ego ambos unice diligo, ſed in Marco † beneuolentia impari: hoc magis ſum Publio deditus; quòd me, quãquam à pueritia ſua ſemper, tamen hoc tempore maxime, ſicut alterum parentẽ, & obſeruat, & diligit. has literas uelim exiſtimes fœderis habituras eſſe uim, non epiſtolæ; meq́; ea: quæ tibi promitto, ac recipio, ſanctiſſime eſſe obſeruaturum, diligentiſſimeq́; facturũ. quæ à me ſuſcepta defenſio eſt, te abſente, dignitatis tuæ, in ea iam ego non ſolum amicitiæ noſtræ, ſed etiam conſtantiæ meæ cauſa permanebo. quamobrem ſatis eſſe hoc tempore arbitratus ſum, hoc ad te ſcribere, me. ſi quid ipſe intelligerem, aut ad uoluntatem, aut ad commodum, aut ad amplitudinem tuã pertinere, mea ſponte id eſſe facturum; ſin quidpiam aut à te eſſem admonitus, aut à tuis effecturum, ut intelligeres, nihil neq́; te ſcripſiſſe, neq́; quenquam tuorum ab me fruſtra detuliſſe. quamobrem uelim, ita & ipſe ad me ſcribas de omnibus minimis, maximis, mediocribusq́; rebus, ut ad hominem amiciſſimum; & tuis præcipias, ut opera, conſilio, auctoritate, gratia mea ſic utantur in omnibus publicis, priuatis, forenſibus domeſticis tuis, amicorum, hoſpitum, clientum tuorum negocijs, ut quoad eius fieri poſſit, præſentiæ tuæ deſiderium meo labore minuatur. Vale.

† alias, uiolẽtia

† alias, beneuolentia pari

QVantum] Inter Cic. & M. Craſſum ex magna gratia incidit ſimultas, imò & diſſenſio, & odiũ pp defenſionẽ Gabinij, quã Craſſus ſuſceperat contra Cic. cũ eũ ante oppugnaſſet, ut latius eſt declaratũ in 1. li. in epi. lõga, tandẽ inſtantibus Põp. & Cæſ. recõciliata eſt inter eos grã, ita ut penè à larib. Cice. Craſſus in prouinciã aduerſus Parthos profectus ſit, quẽ gerentẽ bella in prouincia Cic. nunc ſcribit, ſe ita ꝑ eius honore, & dignitate contendiſſe in ſenatu, ut oẽs intellexerint ſuũ erga eum ſtudium, oſtenditq; ea, quæ de ſe ad eum delata fuerant ex inuidia, maleuolentia quorundã fuiſſe delata, cũ ſemper omnibus declarauerit ſe eſſe erga eũ optimo aĩo, polliceturq. ita operã, & ſtudium ſuum Craſſo, ut ne filius quidẽ eius ſeceſſurum dicat, & libẽter ſe omnia facturũ, quæ admonitus fuerit pertinere ad eius amplitudinẽ. Itaq; rogat ipſum ut nõ ſolũ de reb. magnis, ſed ẽt de minimis ad ſe ſcribat, tanq̃ ad amiciſſimum. [Studium] uoluntas & diligentia [Extiterit) Apparuerit, fuerit. [Aut mediocre) Sed maximum. [Aut obſcurum] Occultum. [Aut eiuſmodi) Tale, ut puta uile, aut tenue [Silentio poſſet) nã res maximę, & pręclariſſimę ſilentio p̃teriri non poſſunt. [Decertaui) contẽdi uerbis. [Contentione) ut uerborũ & uehementi oratione [Ante) Superiori tpe. [Nũquã) ſ. decertaui. [Suſcepi) Aggreſſus ſum. [Propugnationẽ) Defenſionẽ. [Perpetuã) Quã ſemper ſeruabo. [Veteri] Antiqua, quia, ut dixi in argumẽto, fuerat inter eos antea gratia. [Debitum) qa [Varietate temporũ). i. mutatione tp̃m, quib. etiã ſi uoluiſſem, nõ potuiſſẽ reddere officiũ debitũ. [Cumulate) ample, ita, ut nihil deſit. [Neq; defuit uol.]. i. licet nõ potuerim antea

HVB.

Studiũ

Decertare

Cumulate.

gea reddere officium debitum, tñ nunquam defuit uoluntas', & amandi,& honorandi,nõ cõtigisset.[Pestes) Pestem appellat detractores,& inuidos,q̃a sunt pestis.i.destructio, & calamitas mi citiarum.[Dolentium)nam proprie inuidia est dolor alienæ feli citatis.[Alienarũt te à me) Te ab amicitia mea remouerũt.[Im mutauerunt) modestius dixit se non alienatum, sed aliquantulũ immutatum.[Extitit) fuit.[Notatum)quia assidue optabam date mihi opportunitatẽ, ut posses,& nostræ uoluntatis pristinæ memoriam & amicitiæ fidem perspicere, quæ quidẽ opportunitas tandem data est.[Magis q̃).s. quia licet ita optarem, tñ te tm̃ ab inuidis,& detractoribus meis alienatum à me uidebam, ut non sperarem posse euenire illud tempus [Sum consecutus) Re ipsa effeci.[Tua domus) Tua familia. [Cuncta ciuitas) omnes ciues nostri.[Crassi tui) Subaudi filij.s. Mar.& P.Crassi.[Eximia) Præci pua,egregia.[Pietate) Amore in te.[Virtute).s. eximia.[Et gratia) apud populum.i.ualde grati omnibus.[Nituntur) utũtur & fidunt.[Monitis) quibus dico quid uitent,& non agãt.[Cõsilijs) quid agant[Studijs) Fauoribus.[Actionib.[Negocijs,& defensio nibus meis.[Domesticorum) Familiarium tuorum [Existimes) Indices & opinionẽ habeas.[Persuadeas) Certissime credas.[ici disse) deuenisse.[Amplectendam) Suscipiendam, defendendam. [Repentina uoluntate, aut fortuito) Duo posuit, quæ minuunt merita beneficiorum, cum proximis, fortuitò, nõ putãtes ꝓdesse, uel cum repentino quodam motu sine cõsideratione, & iudicio, tunc.n. non habenda est magna gratia beneficij. Cic. officiorum li.1.Multi.n. faciunt multa temeritate quadam sine iudicio, uel modo repentino quodam, quasi uẽti impetu animi incitati, quæ beneficia æq; magna nõ sunt habenda His igitur duab. de causis dicit se non incidisse in defensionem amplitudinis ipsius Crassi, sed cõsideratione diligenti, quam declarat cum dicit:[Sed,ut pri mum).i.cum primum.[Attigerim forum) Pro attigi forum.i.eũ primum forenses causas agere cæpi.[Spectasse]Habuisse animũ. [Quo ex tpe) post quod tps. quo forum attigi. [Obseruantiã) reuerentiam, & honorẽ erga te.[Si qua) Hortatur Cic. Cras.ut ea, q̃ postea euenerunt inter ipsos, magis suspicione, q̃ re aliqua mandẽtur obliuion [Interciderunt) interuenerũt.[Re) Effectu [Quã suspitione) quæ ẽt plerunq, res optimas, & sanctissimas in malã partẽ accipit.[Falsa) Non uera.[Insania) Vana sine fundamentis rationis.[Sint euulsa) Pro euellãtur, & oĩno amoueãtur. [Memo ria uitaque nostra).i.ex memoria uitæ,ut nunq̃ amplius recorde mur, aut de eis uerba faciamus.[Is) Talis.[Incidimus) Deuenimus.[Sperẽ fore laudi utriq; no.) sperẽ utrunq; nr̃um cõparatu rũ esse laudẽ,ex cõiunctione,& amicitia nostra.[Singulare) Præ cipuũ,[In oĩ gñe off) in oĩ, quod ꝓ te efficere potero. [Spectet) Pertineat.[Oẽs) Qui tibi officiũ præstabũt[Cõtẽderint) Certauerint mecũ, ut plus faciant pro te q̃ ego [superabo oẽs) Vincam. [Cum omnib, iu.).i. iudicio oĩum [Tum) maxime. [Crassis tuis iud.).i.ẽt iudicio filiorum tuorum. [Vince) Singulariter.[In M. Crasso) Filio tuo.[Beneuolẽtia impari[Non æquali amore, subau di sum.i.non eũ æque amo atq; Publiũ.[Hoc maxime] Affert rõ nem quare magis P.amet, quia & hoc tpe,& alio tpe semp ab eo maxime est amatus,& obseruatus [Alterũ) Secundũ post te.[Has literas.) Cic.ita affimat se facturũ ea, quæ ꝓmisit Crasso, ut uelit has suas literas habere uim,& põdus fœderis,& solẽnis obligatio nis,nõ epistolæ solum[Fœderis] Qd q̃dem ita solẽniter ferebatur apud antiquos.ut non liceret illud uiolare. [Vim) Pondus,& affectũ.[Recipio) Plus est, q̃ promitto, quasi suspicio faciẽda,& cum obligatione promitto[Sanctissime) Inuiolate, integerrime, & constãtissime [Quæ à me) Dicit Cic. se perseueraturum in de fensione dignitatis eius, non solum propter amicitiam, sed ẽt ꝓ pter cõstantiam, ne uideat leuis.[Permanebo) Perseuerabo. [Intelligerem) Per me ipsum cognoscerẽ. [Mea spõte) mea uolũtate, à nullo rogatum [Admonitus] Edoctus, factus certior.[Quippiã) Aliquid[Nihil te scripsisse),s.frustra.[Detulisse ad me) Nunciasse, aut dixisse de reb.tuis.[Vt ad hominẽ amicissimum).i.tanquam ad eum à quo scias te plurimum amari, cui possis oĩa mãdare. Nam nisi quispiam sit nobis amicissimus, si sit uir alicuius auctoritatis, non audemus ei mandare, ut aliquid paruum ꝓ no bis faciat, ne uideamur illũ paruifacere, neq; de reb. maximis, ne uideamur imprudentes, aut temerarij, imponentes ei tm̃ oneris. Petit igit̃ Cic. à Crasso, ut se talem amicũ existimet, cui putet om nia posse mandari, & minima, & maxima, & mediocria.[Et præci pias) Mãdes, iubeas.[Tuis) Propinquis, & amicis, qui Romæ res tuas agunt, ut in omnibus negocijs utãtur opera, & cõsilio meo, [Publicis) Discurrit per genera negociorũ, quib. uult exigi operam suam,[Publicis) Quæ ptinebant ad remp.[Priuatis) Ad rem familiarem tuam, uel aliquorum tuorum.[Forẽsibus,) Ciuilibus, quæ agẽtur in foro [Domesticis) quæ ad domũ tuam spectabũt. [Tuis) Quæ tua interreunt[Amicorum) Tuorum. [Clientũm) quos in patrocinio tuo habere consueuisti. nam cliens & patronus nomina sunt ad aliquid dicta [Opera) labore, agendo in su pradictis negocijs[Auctoritate) Existimatione, q̃ est mihi apud senatum, & populũ, quæ plurimum prodest negocijs amicorũ. [Consilio) Monendo,& consulendo quid agere debeãt.[Vt quo ad eius) Sensus est: ita utantur consilio & opera, ut quantũ p me fieri poterit minus pigeat eos absentiæ tuæ, cũ me uideãt uicem tuam gerere,& ita facere, ut si tu adesses[Quo ad eius).i.inquantum fieri possit, quia scio quod penitus fieri nõ posset, ut ab eis nõ desideraretis[Desiderium præstantiæ).i.solicitudo, q̃ capiũt pro desiderio pręstantiæ tuæ.i. desiderantes,ut adsis in urbe [Minuatur) Fiat leuior[Meo labore) Quem eis pro te præstabo.

Quippiam

Cliens

Pro tuos

Quoad

QVANTVM] Inter Cic. & Crassum post amicitiam magnam inciderat simultas magna, præsertim ob defensionem Gabinij, tandem per intercessionem Cæs.& Pomp. sic facti sunt amici, ut Crassus in Parthicum bellum ferè ex hortis Crassipedis generi Cic.fit progressus, ad quem nunc Cicer.scribit, se ita pro eo in se natu contendisse, ut omnes intellexerint suum erga Crassum stu dium, ostenditq; quæ Crassus audierat, non esse uera, pollicens se illi constantem seruaturum uoluntatem, rogansq; ut tale erga se seruet, scribatq; de rebus suis omnibus. Ordo est: Ego nõ dubito quin oẽs tui scripserint ad te, quantum studium meum extiterit.i. eminuerit, aut fuerit dignitatis tuę, uel tuendæ.i. protegendæ, uel ẽt augendæ. Enim.i. quia, sup. studium meum nõ fuit aut mediocre, sed ingens, aut obscurum.i. occultum, aut eiusmodi.i. tale, quod possit præteriri.i.aboleri silẽtio. Nã ego decertaui.s. pro te,& .i.simul cum consulibus & cũ multis consularibus.i.qui prius consulatum gesserant, tanta contentione, quanta nunq̃.s. decertaui antea in ulla causa, & suscepi mihi.i.ad placitum meũ, perpetuam propugnationem.i.decertationem pro omnib. ornamẽtis tuis, & reddi, cumulate.i. abundãter officium di debitũ, ueteri necessitudini nostræ.i.coniũctioni, quasi necessariæ animorum, sed interruptum multa uarietate temporum, q.d. nõ culpa nostra, sed temporum. Neq; mehercule uoluntas tui aut colendi, aut ornãdi.i. honorandi defuit mihi unquam. Sed quędã pestes hoĩum.i.quidam hoĩes pestiferi, qui nõ merentur hoĩes dici, do lentiũ de laude aliena, &.i.simul alienauerũt.i. alienum fecerũt, nõnunquam.i. interdum te à me, & immutarunt me aliq̃n tibi.i. ut alius tibi uiderer. Sed tps optatũ mihi magis q̃ speratum. nõ .n. sperare poterat, cũ non haberet p̃entia ad hoc merita, nec eui dẽtes, uidelicet causas, optabat tñ, quia bonum quodlibet optabile est, extitit.i.emersit & exortum est, ut reb. tuis florẽtissimis.i.in summa felicitate tua, &.i.simul, memoria meæ nostræ uolũtatis .i.beneuolẽtię pristinę, & fides amicitię.i.in amicitia cõseruãda, posset perspici.i.clare uideri & agnosci. Sum.n. cõsecutus.i. obtinui, ut non modo.i.non solum domus tua tota.sed sup.ẽt, cuncta .i.uniuersa ciuitas.s. Romana, cognosceret me esse amicissimum tibi. Itaq; &.i.simul, uxor tua præstantissima.i. quæ est præstãtissima oĩum fœminarum, Crassi.i.filij tui, eximia pietate, uirtute, gra tia.i.qui habent eximiam pietatem.s. in te, eximiam uirtutem,& gratiam in oculis oĩum, nituntur.i. sufficiuntur consilijs, moni tis, studij & actionib meis & .i.simul senatus, & P.R. intelligit, nihil esse tam promptum, aut tam paratum tibi absenti, q̃ operam, curam, diligentiam, auctoritatem meam, in oĩbus rebus, quæ per tineant ad te. Ego puto declarati tibi literis domesticorum q̃ sint acta,& quæ agã.s.pro te. Ego uelim uehemẽter sup. ut existimes .i.iudices de me, ac psuadeas tibi, me non incidisse aliqua uolun tate repentina.i. subitanea, aut fortuito.s. casu amplectandam.i. prosequendam multitudinem tuam officijs meis, sed ut primum attigerim forum.s.iudiciale, spectasse.i. tetendisse, ad hoc semp, ut possem esse q̃ maxime coniunctus tib. Quo quidem tempore teneo memoria, neq; obseruantiam meam.i.meam ueneratiõnẽ, & cautionem, ne te lædam, defuisse tibi, neq; summã beneuolentiam, ac liberalitatem tuã defuisse mihi. Si qua.i. aliqua.s. discordiæ semina interciderunt non tã re, q̃ suspicione uiolenta, ea cũ fuerint & falsa, & inania sint euulsa ex omni.i. tota memoria & uita nr̃a. Tu.n. es is.i. talis uir, & ego cupio eum esse.i. talem, ut q̃m incidimus in ea eadem tempora reip. simul temp. tractemus, ego sperem coniunctionem & amicitiam nostram fore.i. futurã esse, utriq; nostrum laudi.i. ad laudem, quia honestum est bonos inter se amare, & iuuare. Quamobrem tu ipse statues.i. cõstitues in animo tuo. quantum putes.i. putare debeas, tribuendum nobis iudicio tuo.i.secundum iudicium tuum, & ut spero, tu statues sup. illud, ex dignitate.i.secundum dignitatem nostram. Ego uero profiteor tibi atq; polliceor eximium & singulare studium, in omni genere officij, quod spectet ad honestatem & gloriam tuã. In quo ẽt si multi cõtẽdent mecum, tñ superabo facile omnes.s. cõtendentes mecum, cum.s. fit, q; superabo reliquis omnib. indicibus.i. ita iudicantib. tum.i. multo euidentius. Crassis tuis.s.filijs,

A S Q.

lijs,iudicib.quos ambos.ſ.liberos tuos.Ego diligo unice.i.ut unicos filios diligerem, ſed beneuolentia impari.i.minore in Marco.ſ.filio tuo . ego ſum deditus. i. addictus magis Publio. ſ. filio tuo,q̄ Marco,hoc.i.propter hoc,ꝙ quanquam,ſup.obſeruauit,& dilexit me ſemper à pueritia.ſ.ſua, tamen obſeruat, & diligit me maxime hoc tēpore,ſicut alterū parentē.i.patrē. Has &c. Velim ſup.ut exiſtimes has literas habituras eſſe uim.i.poteſtatem fęderis.ſ.tecū icti,nō epiſtolę.ſ.duntaxat,& me obſeruaturū eſſe ſanctiſſime,& diligentiſſime ea,q̄ promitto,ac recipio tibi.Recipere.n.interdum eſt promittere,interdū ſeruare , unde canere receptui.Interdum accipere debita.Ego permanebo non ſolū cā amicitiæ noſtræ,ſed etiā cauſa conſtantiæ meæ.i.ut conſtans ſim , & uidear,in ea ſup.defenſione dignitatis tuæ, quæ ſuſcepta ſup. eſt à me, te abſente . Quamobrem ego arbitratus ſum,ſatis eſſe hoc tempore ſcribere ad at,hoc.ſ.ſequētia, ſi ipſe.i. ego intelligerem quid.i.aliquid pertinere,aut ad uoluntatē ſup.tuam,aut commodū ſupp.tuū,aut ad amplitudinē tuā,me facturum eſſe id ſponte mea.i.quod dicunt proprio inſtinctu.Sin aūt.i.ſed ſi,eſſem admonitus,aut à te,aut à tuis ſup.me effecturum.vt intelligeres, nihil neq; te ſcripſiſſe , neq; quenquam tuorū detuliſſe.i. denunciaſſe ad me fruſtra.Quamobrē uelim ſup.ut,&.i.ſimul,ipſe.i.tute ſcribas ad me de omnib.rebus minimis , maximis, & mediocribus. vt.i.tanquam ad hominem amiciſſimū,&.i.ſimul præcipias tuis .ſ.neceſſariis & amicis,ut utantur ſic opera,conſilio,auctoritate, gratia mea,in omnib.negocijs tuis publicis,quæ magiſtratū cōcernunt & remp.priuatis,quę ad rē priuatā ſpectant.forenſibus, quæ in foro iudiciali aguntur.domeſticis.i familiaribus.& ſupp. amicorum hoſpitū, clientum tuorū , ut deſideriū præſentiæ tuæ minuatur,quoad eius.i.quatenus id poſſit fieri labore meo.i.per laborem meum,cum faciam ferè quæ, tu ſi adſis.

ARGVMEMTVM.

Cum Vatinius gereret bellū in Illirijs, & ob res bene geſtas optaſſet ſibi decerni ſupplicationes , ſciret q; æmulos ſibi aduerſari , rogauit hac epiſto.Ciceronem,ut quemadmodum prius pro ſalute ſua certauerat (à capitis enim periculo eum liberauerat) ita nunc pro honore certet. Deinde pollicetur, ſe daturum operā ,ut Dionyſius ſeruus fugitiuus Ciceronis inueniatur, & domino reſtituatur.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Petit Vatinius , ut dignitatem illius contra maleuolorum inuidiam Cicer.defendat .

P. VATINIVS IMPER. M. CICERONI SVO. S. D. 9

SI VALES, bene eſt:ego ualeo. Si tuam conſuetudinem in patrocinijs tuendis ſeruas,P.Vatinius cliens ad te uenit,qui pro ſe cauſam dicier uult.non puto repudiabis in honore , quem in periculo recepiſti. ego autem , quem potius adoptem,aut inuocem,quàm illum, quo defendente uincere didici,an uerear, ne qui potentiſſimorum hominum conſpirationē neglexerit pro mea ſalute,is pro honore meo,puſillorū, ac maleuolorū † obtrectationes , & inuidias non proſternat, atque obterat? quare, ſi me,ſicut ſoles, amas, ſuſcipe me totum,atque hoc quidquid eſt oneris,ac muneris, pro mea dignitate tibi tuendum, ac ſuſtinendum puta.ſcis meam fortunam,neſcio quo modo facile obtrectatores inuenire , non meo quidem mehercule merito : ſed quanti id refert , ſi tamen fato neſcio quo accidit? ſi quis forte fuerit,qui noſtræ dignitati obeſſe uelit: peto à te,ut tuam conſuetudinem,& liberalitatem in me abſente defendendo mihi præſtes. Literas ad ſenatum noſtris de rebus geſtis quo exemplo miſeram,infra tibi perſcripſi.Dicitur mihi tuus ſeruus anagnoſtes fugitiuus cum † Vardæis eſſe:de quo tui mihi mandaſti:ego tamen,terra,mariq; ut conquiretur,præmandaui:& profecto tibi illum reperiam,niſi in Dalmatiam aufugerit:& inde tamen aliquando eruam. Tu nos fac ames. Vale. ad iij.id.Quinct.ex caſtris,Narona.

† alias, Obttectationes, & iniurias

† alias, Vardacis

HVB. SI vales] Cum gereret bellum Vatinius in Illyrijs,& ob res bene geſtas optaret ſibi decerni ſupplicationes, quidam maleuoli & inuidi impugnabāt eum,& honori eius detrahebāt.Quare in hac epiſt.rogat Cic.ut quemadmodum ante in periculo capitis eum defendit,ita nunc defendat in honore. Deinde pollicetur,ſe daturum operam,ut Dionyſ.Cice ſeruus fugitiuus aliquo modo inueniatur,profugerat enim in eas regiones.[Conſuetudinem Cic.Libenter in defenſionibus amicorum uerſari cōſueuit , [Patrocinijs) Defenſionibus,aduocationibus.nam patronus defenſor cauſarū dr̄.i.aduocatus;patrociniū;defenſio.[P.Vatinius] Ego Vatinius.loquitur.n.de ſe tanquā de tertia ꝑſona.[Cliēs]Defenſione egens,eſt.n.qui patronum colit,& ſequitur,ut ab eo defendat᷑ [Cauſam dicier) Cauſam agi, & defendi, dicier pro dici. [Repudiabis)Reſpues.[In periculo) .ſ ſalutis cū oppugnar capite,& à te ſum defenſus.[Ego)oñdit quā fiduciam in Cic.hr̄e debeat.[Adoptem) Eligā patronū meū. [Quam illū) .ſ.te [Didici vincere)Obtinui uictoriam cōtra aduerſarios meos.[An uerear] An dubitem,q.d.non.Ordo eſt: An uerear,ne is nō proſternat,atque obterat obtrectatos puſillorū,& maleuolorū hominū,q pro mea ſalute neglexerit conſpirationē,potentiſſimorum hominū. Conſpirationem coniurationem,conſenſum cōtra me.[Neglexerit]contempſerit,neq; ea territus ſit.[Pro mea ſalute]vt ſalutē, & uitam meā defenderet.[Puſillorum)Impotentium , & paruæ auctoritatis,contra id,qđ dixi potentiſſimorū.[Obtrectationes] Maledicentias.[Inuidias) Artificioſe oſtendit ſe innocentē eſſe, & iniuſte oppugnari,ideoq; defendendum eſſe.[Proſternat]deiiciat.[Obterat]conculcet,peſſundet,nā ſi maius feciſti , facies ēt quod eſt minus.[Suſcipe] In patrociniū tuum accipe. Muneris) officij,quod tibi impono.[Scis]captat cōmiſerationē Vat.cū dicit fortunas ſuas expoſitas eſſe inuidiæ, & detractionib.maleuolorū,ſine culpa ſua,cū ſit innocens.[Obtrectatores) Maledicos. [Neſcio qūo,]q.d.quonā fato, & infortunio meo.[Nō meo merito]Non mea culpa,nā meritum de malo,& bono dr̄.[Sed quāti refert) quod intereſt,q.d.nihil,cum nihilominus habeam inimicos innocētes.[Neſcio facile) Neſcio qua triſti fortuna mea, & quaſi malo ſidere [Liberalitatē) naturæ benignitatem,q̄ maxima in præſtanda opera amicis perſpicitur.[Quo exemplo) Quibus uerbis,qua copia [Anagnoſtes) Nō propriū eſt nomen,ſed officij.nam ἀναγνώσκω lego ſignificat,idem, ἀναγνώστης lector dicit᷑ habebant.n.Romani ſeruos,q cęnantib.aliquid legebāt, & plerunq; percurrebant,q̄ eſſent ad oēs ſcripta, & interdum corrigebāt.[Fugitiuus]q fugit à te.[De quo)Seruo tuo. [Nihil mandaſti mihi)ut quærerē ipſum. [Vardaci] Populi ſunt in Illyriis. [Terra,mariq;) Prouerbialiter q.d.ubique.[Tibi) Datiuus hic in gr̄am Cic.poſitus eſt.[Dalmatiam) Quæ eſt pars Illyriæ, quam parabat Vat.expugnare,cum primum data eſſet tpis cōmoditas, [Eruam) Abſtraham, eleganter dicimus eruere uerū , eruere etiā oculos,& ad quidquid denique uti poſſumus,quod lateat nos,& ſcire nos laboremus [Illinc) Ex Dalmatia [Aliquando) Tādem nōnunquam aliquo tempore.[Fac ames) Fac ualeas, fac ſcribas, elegantiſſime hoc imperatiuo ſic utimur in multis.

Patrocinia

Patronus

Dicier

obterar

Meritū

Vardaci

Dalmatia

Eruere

Aliqn̄

ASC. *SI vales,&c.*]Vatinius Cic.rogat,vt pro reb.bene in Illyria geſtis ſupp.ſibi decernendā procuret,polliceturq.ſe curaturū,ut fugitiuus Cic.cōprhendatur,dicēs:Si uales ò bn̄ eſt,ego ualeo.ſ.bene,Si tu ſeruas cōſuetudinē tuā in tuēdis.i.ꝓtegēdis patrociniis .i.cliētib.patrocinio tuo cōmiſſis:P. Vatinius cliēs.ſ.tuus.i.te aduocatum,& patronum ſuū colens,uenit ad te , honeſtius dicit q̄ ſi dicat,ego Publius,&c.uenio,qui vult cauſam dicier , pro dici, pro ſe.i.ſupplicatione ſibi impetranda . ego non puto ſupp.ꝙ repudiabis in honore ſ.obtinendo,aut in re honeſta , quē recepiſti .ſ.defendendū,in periculo.ſ.capitis.Aūt.i.ſed quē ego adoptem, aut,inuocem potius,q̄ illum,quo defendēte didici vincere?q.d. nullum. An uerear ne.ſ.Cic.qui neglexerit.i.parui fecerit conſpirationem hominū potentiſſimorū .ſ. mihi aduerſantiū pro ſalute mea.i.ut me ſaluum faciat,is non proſternat, atq; obterat,obtrectiones,& inuidias puſillorū maleuolorum,pró honore meo .ſ.augēdo? quaſi dicat nequaquā.Quare ſi amas me(ſicut ſoles) ſuſcipe me totū,atq, puta.i.exiſtima hoc quidquid eſt oneris, ac muneris.i.officij tuēdum ac ſuſtinēdū,ſup.eſſe tibi, pro dignitate mea Scis fortunam meā inuenire facile. neſcio qūo obtrectatores.i.maledicos qdē.i.certe,mehercule.ſ.ita iudicātes, nō merito.i.peccato meo,ſed quanti refert.i.intereſt, id.ſ.an merito an immerito fiat,ſi tamen.i.nihilominus, accidit neſcio quo fato.i. infortunio mihi ex aſtrorum,aut Deorū diſpoſitione impendēte.permittit.n.deus etiam bonis aduerſa contingere, ut inde meliores euadant.ſed malum culpæ a fato non depēdet, ſed arbitrio nr̄o.Si forte q̄s.i.aliquis fuerit,q velit obeſſe,id eſt,nocere,& obſiſtere dignitati nr̄æ,peto a te,ut præſtes mihi tuā cōſuetudinē,& liberalitatē in me abſente defendēdo.Ego pſcripſi tibi infra.i.inferiore parte tabellæ,lr̄as ſup.meas, eo exēplo,quo exēplo.i.qua forma,miſerā ad ſenatū,aut pſcripū tibi quo exēplo , &c.ſupior expoſitio plus placet.Priore enim de mō diploma.i.quod duplū dn̄t,& exemplum literarū ſuarū ſcripſerit,poſteriore tantū formā,quo ſcriptæ eſſent.Seruus tuus fugitiuus.ſ. Dionyſius nomine,Anagnoſtes.i.lector tuus,aut menſa,aut lectica,nō ergo proprium,ſed officii nomē a uerbo ἀναγνώσκω quod eſt lego, vnde

ἀναγ-

ἀναγνώσις Anagnosis lectio, dr esset Vardaci.i. in eo oppido in Illyrijs, de quo tu mandasti mihi .s. ut curem comprehendendum, ego tamen premandaui,i. antequam eo perfugeret, ut cum conquireretur terra mariq. & pfecto ego reperiam tibi.i. ad utilitatẽ tuã illum, nisi aufugerit in Dalmatiã, seu Delmatiã, quæ est pars Illyriæ, & tamen,i.licet eo fugerit, eo eruã.i. auellã eam, aliquando.i.tandẽ, inde.i.ab eo loco. Tu fac sup.ut ames nos. Vale. Ex castris, Narona i.in eo loco, ad tertiũ Idus Quinct.i. Iulias.

PAVL. MAN. *CVM Vardæis*] Antea, Vardacis, legebatur. nos in lib. uetustis lectionem, quam impressimus, inuenimus. neq; de ea dubitandũ quidquam cẽsuimus, cum à Plinio Vardæos inter Dalmatiæ populos, in qua Vatinius bellum gerebat, numeratos uideremus.

ARGVMENTVM.

Idem Vatinius ex eadem prouincia ad Ciceronem dedit epistolã, in qua primũ scribit, se nihil adhuc certi habere de Dionysio seruo fugitiuo Cic sperare tamẽ se eruturum illum aliquando e Dalmatia, deinde quia Cicero, & Seruilius deprecati fuerãt pro quodã pirata, Catilio nomine, quẽ Vatin bello ceperat, adducit multas causas, quare nõ debeat ei parcere, rogatq; Ciceronem. Vt causã suã defendat Romæ, qa potuissent supplicationes sibi decerni p rebus in Dalmatia bene gestis. sed Cæs qui debebat proponere ĩ senatu de ea re, nihil adhuc pposuerat, qđ iniquum censet, commemorãs quædam præclare gesta: Deinde se totũ Cic. ab eo defendendum tradit.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Respondit Ciceronis petitioni de Catilio pirata Vatinius, quẽ pter immensa scelera dimittere se non posse dicit. deinde supplicationes pro rebus gestis, ut à Cæsare referantur, hortatore Cicerone, postulat.

P. VATICINIVS IMP. M. CICERONI SVO. S. D. 10

SI VALES, *bene est: ego quidẽ ualeo. De Dionysio tuo adhuc nihil extrico, & eo minus, quòd me frigus Dalmaticum quod illinc eiecit, etiam hic refrigerauit: sed tamen non desistam, quin illum aliquando eruam. sed tamen omnia mihi dura imperas. de Catilio nescio quid ad me scripsisti deprecationis diligentissimæ. Apage te cum nostro Sex. Seruilio: nam mehercule ego illum quoque amo. sed huiuscemodi uos clientes, huiusmodi causas recipitis? hominem unum omnium crudelissimum, qui tot ingenuos, matres familias, ciues R. occidit, † arripuit, disperdidit, regiones uastauit? simius, non semissis homo, contra me arma tulit; & eum bello cepi. sed tamen mi Cicero quid facere possum? omnia mehercule cupio, quæ tu mihi imperas. meam animaduersionem, et supplicium, quo usurus eram in eum, quem cepissem, remitto tibi, & condono. quid illis rendere possum, qui sua bona direpta, naues expugnatas: fratres, liberos parentes occisos, actione expostulãt? si mehercule Appij os haberem, in cuius locum suffectus sum; tamen hoc sustinere non possem. quid ergo est? faciam omnia sedulo, quæ te sciam uelle. defenditur à Q. Volusio, tuo discipulo si forte ea res poterit aduersarios fugare, in eo maxima spes est. Nos, si quid erit istic opus defendes. Cæsar adhuc mihi iniuriã facit: de meis supplicationibus, & rebus gestis Dalmaticis adhuc non refert: quasi uero non iustissimi triumphi in Dalmatia res gesserim. nam si hoc expectandum sit, dum totum bellum conficiam: uiginti oppida sunt Dalmatiæ antiqua. quæ ipsi sibi asciuerũt, amplius sexaginta, hæc nisi omnia expugno. si mihi supplicationes non decernuntur: longe alia cõditione ego sum, ac ceteri imperatores. Ego post supplicationes mihi decretas in Dalmatiam profectus sum: sex oppida ui oppugnando cepi: unum hoc quod erat maximum quater à me iam captum, quatuor enim turres & quatuor muros cepi, & arcem eorum totam, ex qua me niues, frigora, imbres detruserunt, indigneq; mi Cicero oppidum captum, & bellum, iam confectum relinquere sum coactus. quare te rogo si opus erit ad Cæsarem meam causam agas, meq. tibi in omnes partes defendendum putes, hoc existimans, neminem te tui amantiorem habere. Vale.* *Nonis Dec. Narona.*

† alias, rapuit

HVB. SI uales] Primum scribit Vatinius ad Cic se nihil adhuc certi habere de eius seruo fugitiuo noĩe Dionysio. Sperare tñ se aliqñ eruiturum illum ex Dalmatia. Deinde quia Cic. & Seruilius deprecati fuerant ipsum pro quodam Catilio pirata, quem in bello ceperat, adducit multas causas, quare non debeat ei parcere, rogatq; Cic. ut cum defendat Romę, quia potuissent supplicationes sibi decerni pro rebus Dalmaticis bene gestis. Sed Cæs. qui debebat proponere in senatu de ea re, nondum proposuerat, ob quam rem ostendit sibi fieri iniuriam, & commemorat quædam à se in Dalmatia gesta, deinde se totum Cic. tradit, ut ab eo defendatur. [Dionysio) ita.n. uocabatur seruus fugitiuus Cicer. erat autem nomẽ accõmodatum Seruis, sicut Syrus, Dauus &c. Hora. Tu ne Syri Daue, aut Dio. filius, audes. Deijcere ex saxo. [Extrico] explico, expedio, libero, extrico.n. penultima producta, libero, soluo, & expedio significat. Hora. 1. car. Seu. pugnet dẽs extricata ceruа plagis. Vir. & inextricabilis error. Dicit igitur se nihil extricare.i. certũ habere, [Eo minus.) subaudi extrico. Dalmaticũ) Est.n. regio satis frigida [Eiecit) Expulit. [Illinc) Ex Dalmatia, nã Vatinius coactus fuerat discedere propter frigus. [Refrigerauit) Fecit frigius. [Non desistam) non cessabo. [Dura) difficilia, non propter Dion. seruum hoc dixit, sed propter Catilium. [Nescio) q.d. non satis honeste & iuste. ita enim solemus dicere in contemptum: dixisti nescio quid uerborum. nescio quid deprecationis &c. [Apage te) Familiariter. corripientis est, q.d. abi in bonam rem. Cum nostro Ser. qui etiam idem à me petit, quod tu, ut hunc dimittam. [Vos) habet emphasim, q.d. qui habemini uiri boni, & nõ deberetis defendere nisi bonos. [Huiusmodi) Tales ita sceleratos, sicut fuit hic Catilius. [Causas huiusmodi) Ita iniustas, & inhonestas. [Hominem) subaudi, recipitis. [Ingenuos (Liberas, unde maior est iniuria, ingenuas autem dixit, quia & matres familiæ libertinæ esse possunt. ut paulo infra ex uerbis iurisconsulti declarabitur. [Matres familias) honestissimas mulieres, nã Materfamilias. ut scribit. A. G. dicitur ea, sola, q̃ in mariti manu, mãcipioq. est, quoniam non in matrimoniũ tantum, sed in familiam quoque mariti, & in sui hæredis locum uenisset, & Festus dicit materfamilias non ante dici, q̃ uir eius paterfamilias appellaret, nec multæ in una domo esse pñt. nec uidua hoc nomine appellari potest, quæ sine filijs est. Item iurisc. ff. de uerb. sig. melius ostendit, quæ sit materfamilias his uerbis: Materfamiliam accipere debemus eam, quæ non inhoneste uixit. Matrem.n. familias à certis fœminis mores discernũt, atq; separant. proinde nihil intererit nupta, an uidua sit, ingenua an libertina. nam neq; nuptiæ, neq; natales faciunt matres familias, sed boni mores, vr ergo male diffiniuisse Festus, cũ dixit uiduam eo nomine appellari non posse, familias autem genitiuus est ad imitationem Græcorum, qui fœmininorum in a, putum desinentium genitiuos in as mittunt, dicimus tñ & materfamilias, & materfamiliarũ. [Arripuit) Captiuos fecit. [Semissis) quidam distingunt sic, uastauit semissis. ut sit accusatiui casus.i. fecit monetam adulterinam, quia semissis genus est, & mensuræ, & monetæ, sed non probandus est ille intellectus, quia uiolẽtus est, melius ergo intelligit sic [Simul) Deinde [Vero) Expletiua est coniũctio, neq; legendũ est nõ. [Semissis homo) .i. hõ uilis, & quasi semihomo, sicut semissem, semi assẽ dicimus. [Bello) cuius iure licet ipsum punire, sed tñ significat se causa Cic. cupere ei indulgere uitam, sed nõ licere, cũ ille fuerit sceleratissimus, & multos læserit, qui nũc ab eo pœnas exigunt. Quid possum facere? q.d. nihil, nisi eũ cõdẽnare, si nõ iustitiã ipsam sequi uelim. [Omnia cupio) subaudi facere [Quæ tu imperas) .s.ut eũ dimittã. [Suppliciũ) pœnam. [Animaduersionẽ) punitionẽ, pp offensionem. [Remitto) Domitto tibi [Quid illis) Dixit se cõdonare quæ ad se pertinẽt, quæ uero ad alios spectãt, qui iniuriã acceperũt, dicit se cõdonare nõ posse, inquit ergo. [Quid rẽdere possum,) q d. nihil, quod habeat honestatẽ, aut æquitatẽ. (Direpta) in prẽda conuersa [Expugnatas) vi p, lio uictas. [Occisos) Qd peius est quasi arrepti fuissent [Auctores mouentes causam, & litẽ. [Expostulant) queruntur de damnis, & iniurijs sibi a Catilio illatis. [Appium) Qui ut supra uidimus, & potens erat, & superbus vir, qui nõ satis curaret. quid de se homines loquerẽtur. [Cuius) Appij. [Suffectus) Substitutus, uidetur.n. fuisse prius imperator in ea prouincia Appius [Sustinere) tueri, fuisse rectẽ factũ, si haberem Ap. defensorem meum. [Hoc) quod eum dimitterem impune pp eos, quos offendit. [Quid ergo est) .s. quid uelim p te facere de Catilio. [Pares) ea defensio tui Q. Volusij, discipuli, tui. [Fugere) deterrere. [Aduersarios) ne eum persequantur amplius [In eo) In ea re. [Istic) Romæ. [Cæs) Cõqueritur de Cæs. q eius culpa [qa noluerit referre in senatu) nõ fiat ei supplicationes. [Adhuc hucusque. [Non refert) Non ponit in senatu [Quasi) .i. quasi. [Vero) ironice dictũ. [Res iustissimi tr.) .i. res quæ mereantur iustissimum triumphum. [Nam si hoc) dicit contra sẽtẽtiam Cæs. qui dicebat nõ esse ei dandas supplicationes, donec totam Dalmatiã cepisset,

Extrico

Apage

Matres fam. Familia

Semissis

Animaduersio

Suffectus

adhuc

pisset, quod quidem dicit esse difficillimum, q̃a 20. oppida Dalmatiæ, plusquam sexaginta alia oppida sibi adiunxerũt, q̃ oĩa necesse est uincere, ut totum bellum cõficeretur. [Si expectãdũ est] ut mihi decernantur supplicationes. [Dum) Donec. [Conficiã] Finiã. [Asciuerũt) Adiũxerũt [Expugno) uinco. [Lõge) valde Sal. Longe mihi aliena mẽs. P. con. [Alia] Aduersa. [Quàm ce. [Quib. decretæ sunt supplicationes, cum etiam multum belli superesset. [Ego post] hoc vr̃ esse cõtrariũ eius, q̃d supra dixit, nã q̃stus est, ꝙ nõ decernãtur sibi supplicationes, nunc dicit fuisse decretas, ad ꝙ alii r̃ndent eũ petiisse multas supplicationes, & aliquas obtinuisse, q̃d non placet, q̃a non multę supplicationes petebant̃. alii dĩt inter scribendã epistolam accepisse supplicationes sibi fuisse decretas, ꝙ ideo non vr̃ uerisimile, qui dicit post decretas supplicationes se profectum in Dalmatiã, & multa oppida expugnasse, ꝙ non potuit fieri eo tẽpore solo, quo scripsit epistolã. ego puto esse principiũ breuis epistolæ, aut potius chirographi alicuius subito scripti, quo dr̃ cõmemorat, quid egerit in Dalmatia post decretas supplicationes. [Oppugnãdo) cõtra bellãdo. [Vi] Per vim. [Vnum hoc) quod nunc oppugno. [Quater captum] q̃a quatuor turres, & quatuor muros cepit, ideo dixit se quater cepisse. Virg. Ter uincendum esse dixit eum qui tris animas habebat. Cui tris animas Feronia mater Horrẽdum dictu dederat, terna arma mouenda, Ter leto sternendus erat. [Arcẽ] ἀκρόπολιν, locum eminẽtiorem, & munitiorem in urbe. [Detruserunt) expulerũt, & amouerunt [Captum] Quod iam ceperam, quia expugnaueram loca munitiora. [Cõfectum) Finitum, quia uicto illo oppido, q̃d erat omnium maximũ, ut dixit, uidebatur sibi confecisse bellũ. [Agas cãm meã) dicas, ut tuearis partes meas. [Apud Cæs.] Is enim aliquantulum obstabat honori Vatinij, neque erat Cęs. tunc in Gallia, quidam uolunt, dicentes eum oppugnasse Vatinium ꝑ alios, quod si esset, non diceret nunc apud Cæs. [In omnes partes). i. per oĩa [Neminem amantiorem tui] Neminem qui te magis amet.

ASC. *SI vales)* Idem Vatinius ex eadem prouincia hanc ad Cic. dedit epist. in qua primũ scribit se nihil certi adhuc hic de Dion. seruo fugitiuo, sperare tamen posse eum aliq̃n eruere à Dalmatia. Deinde quia Cic. & Seruilius deprecati fuerant ꝓ quoddã Pirata, Catilio noĩe, quem Vatinius bello ceperat, adducit multas causas, quare eũ non debeat parcere, rogatque Cic. ut causam suã defendat Romæ, quia potuissent supplicationes sibi decerni pro rebus in Dalmatia bene gestis. Sed Cæsar, qui debebat referre de ea re, nihil adhuc retulerat, quod iniquum censet, cõmemorãs q̃dam præclare gesta. Deinde se totum Cic. ab eo defendendũ tradit. Ordo est: Si uales, bene est, ego quidem ualeo. Ego nihil adhuc extrico, id est expedio, & extricis & inuolucris eruo, de Diõ. tuo, scilicet seruo fugitiuo, id est nihil adhuc certi afferre possũ, & eo, idest tãto minus, sup. extrico aliquid, ꝙ frigus Dalmaticũ, q̃d eiecit, sup. me illinc. i. è Dalmatia, refrigerauit. i. iterũ frigus generauit, etiã hic, scilicet ubi nũc sum. i. in hac parte Illyrię, q. d. propter frigus nihil hactenus potui agere, unde etiã pigrum à Virg. dr̃, quia pigros facit, sed nõ desistã, quin eruã. i. extrahã, quasi feram è latebris illum. s. seruum tuum, aliquãdo. i. tandem. Sed tamẽ tu imperas mihi oĩa dura. i. difficilia factu. Scripsisti nescio quid deprecationis diligentissime. i. q̃ diligentissime precatus es, ne animaduertam in Catilium. de Catilio s. pirata a me capto. Apagete. Comicus, & Plauto familiaris sermo, quo more supra dixit dicier pro dici. Videtur autem græcum uerbum ab apo & ago compositum. Nam & ago gręce dicitur, ut sit apage te. i. amoue te. procul agite, uos sup. cum S. Seruilio. nostro, nã mehercule ego amo quoq; illum. s. Seruiliũ. quare dixerat nostro Seruilio, sed recipitis uos s. tam sancti, & prudẽtes uiri cãs hm̃oi. i. rei. s. piratæ, q. d. id non decere. Suscipitis, inq̃, defendẽdũ hoĩem unũ. i. solũ crudelissimũ oĩum. Qui stuprauit tot ingenuas. i. nulla seruitute sua, aut maiorũ suorũ notatas matres familias, & sup. q̃ occidit tot ciues Rom. q̃ arripuit, disperdidit. s. tot ciues R & sup. q̃ vastauit regiones. Simul uero homo semissis. i. uix asse dimidio eius æstimandus, vñ prius homo semissis legẽdum dixit, tulit arma cõtra me, & cepi eũ bello. s. iusto Sed tñ mi Cic. q̃ possum facere. s. in hac re quidem. i. certe, ego cupio sup. facere oĩa, mehercle, q̃ tu imperas. Ego remitto tibi. i. ad placitum tuum condono, meam animaduersionem iustam punitionem Catilij, & supplicium, quo eram usurus in eum, quem cepissem, quid possum r̃ndere illis, qui actores. i. cũ sint actores, & accusatores, expostulãt. i. iuste & manifeste postulãt bona sua direpta. s. à Catilio, naues expugnatas, captas, & uictas, ab eo, fratres, liberos, parẽtes occisos. s. ab eodẽ q̃ d. nihil possum honeste respõdere, si eũ absoluo. Mehercle, si hrẽm Appium. s. Pulchrum, hoĩem cauillosum, & cautum sup. adiutorem, aut defensorem, in cuius locũ ego sum suffectus. i. substitutus, tñ nõ possem sustinere hoc. i. hãc iniquissimam absolutionem, aut expostulationem tam iustã in Catiliũ agẽtiũ. Ergo sup. inquies, q̃d est. s. reliquũ Ego faciã sedulo. i. seorsum a dolo diligẽter oĩa, q̃ sciã te uelle sup. Catilius defendit̃ cõtra actores. à Q. Volusio discipulo tuo Si forte ea res. i. fama patroni, poterit fugare aduersarios. s. eius, spes est maxime in eo. Tu defendes nos istic. i. ubi tu es, hoc est, Romę siquid erit opus. Cęs. facit mihi adhuc iniuriam de supplicationib. meis, & non refert adhuc. i. ratio affert in cõsultationem senatus de rebus gestis. s. à me Dalmaticis. i. in Dalmatia, quasi uero nõ gesserim, in Dalmatia res iustissimi triũphi i. triũpho dignissimas. Nã si hoc. s. referre de rebus meis sit expectandũ, dum. i. donec conficiam. i. finiã. totum bellum, uiginti oppida sunt Dalmatiæ antiqua, quæ asciuerũt. i. attraxerunt sibi amplius sexaginta suppl. oppida quæ dĩt Dalmatia noua, nisi ego expugno. i. capio, hęc oĩa supplicatiões non decernuntur mih? q d. id iniquum esse. Ego sum si hoc fit, longe alia, quia deteriori conditione, ac. i. q̃ ceteri imperatores. [Ego] principiũ est nouæ epistolæ. Ego sum profectus in Dalmatiam post supplicationes decretas mihi. s. à senatu ego cepi sex oppida, oppugnando sup. ea vi. Vnum, sup. oppidum, quod erat maximum captum, sup. est à me iam quater. cepi. n. quatuor turres, & quatuor muros, & totam arcem. i. (quod dicunt) fortilitiũ eorum, ex qua. s. arce, niues, frigora, imbres, detruserunt me & ô mi Cicero coactus sum indigne. i. quod indigne ferẽdũ est, relinquere oppidũ captum, & bellũ iam cõfectũ. Quare rogo te, agas cãm meã ad. i. apud Cęs. si sit opus, & putes me defendẽdum tibi oẽs partes. existimãs hoc, te neminẽ habere amantiorẽ tui. Vale.

Actione exp.) Ea forma dictum est, qua actione repetere, omnino antiqui libri habent, actione expostulant, sed mihi quidem magis probatur, actione expostulant; aut, actiones postulant. PAVL. MAN.

ARGVMENTVM.

Non tamen superiori epistolæ, sed alteri qua Vatinius egerat Ci gratias, pro beneficijs in se impensis. quod factam Vatinij cõmẽdat in hac Cicero, & pollicetur se in ea uoluntate permansurum, & Pompeium uxorem Vatinij se commendatissimam habiturus, rogat q̃, ut Vatinius id illi scribat Demum de fugitiuo persequendo rursum agit.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Commendationem Vatinij sibi cordi futuram scribit, & ut Dionysium fugitiuum inquirat, petit.

M. CIC. P. VATINIO IMPER. S. II

GRATA tibi esse officia mea, non miror: cognoui. n. te gratissimum omnium: idq̃, nunquam destiti prædicare: nec. n. tu mihi gratiam modo habuisti, uerum etiam cumulatissime retulisti. quamobrem reliquis tuis rebus omnibus pari me studio erga te, et eadem uoluntate cognosces. Quod mihi fœminam primariam Pompeiam uxorem tuam commendas: cum Sura nostro statim, tuis literis lectis locutus sum, ut ei meis uerbis diceret, ut quidquid opus esset, mihi denunciaret; me omnia, quæ ea uellet, summo studio, curaq̃ facturum, itaq̃ faciam, eamq̃ si opus esse uidebitur, ipse conueniam. tu tamen ei uelim scribas, ut nullam neq̃ tam magnam, neq̃ tã paruam putet quæ mihi aut difficilis, aut parum me digna uideatur, omnia, quæ in tuis rebus agã, & non laboriosa mihi, et honesta uidebuntur. De Dionysio si me amas, confice. quancunque ei fidem dederis præstabo. si uero improbus fuerit, ut est; duces eum captiuum in triumpho. Dalmatis dij malefaciant, qui tibi molesti sunt. sed, ut scribis, breui capientur, et illustrabunt res tuas gestas: semper. n. habiti sunt bellicosi. Vale.

GRATA] Scripserat Vatinius se intellexisse quę Cic. ꝓ se fecisset Romæ, & de eis egerat gratiam, quare Cicero uehementer laudat eius gratulationem, & pollicetur se perseueraturũ in eadẽ uoluntate erga eum, in qua ante fuit, Deinde quia Vatinius ei commendauerat uxorem suam Pompeiam, scribit Cic. se diligenter dedisse operam, ut illa intelligeret se omnia factuũ, quæ illi opus essent, & ita hortatur Vatinium, ut ad eã scribat, deinde de Dion. seruo rogat, ut quacunq; rõne poterit, eum adducat. [Gratissimum omnium) Super oẽs ualde gratum, & ideo non est mirum ꝙ grata habeas, quæ pro te feci. [Id] Te esse gratissimum omnium. [Nunquam destiti prædicare) nunquam cessaui publice, & aperte dicere [Modo] Tantummodo [Habuisti gratiam]: i. gratum habuisti officiũ meũ, quia, ut ante sępius diximus, agimus gr̃as uerbis. habemus animo, referimus re [Cumulatissime] Plenissime. [Retulisti) Reddidisti, q̃a gratitudo animi, apud me existimatur plena satisfactio. [Reliquis) In quibus HVB.

erit

Primarius

erit opus officio, & opera mea.[Pari) simili, sicut antefeci. [Studio) diligentia, & fauore.[Primariam) Principem, egregiã, [Sura) Proprium nomen unius ex domesticis Vatinij. [Nostro) Cõi amico [Meis uerbis) Meo nomine, mea parte. Denũciaret) signi ficaret, notificaret [Ea) .s.uxor tua.[Itaque).i.& ita faciã, duę partes sunt.[Ipse) Egomet. [Conueniam) Alloquar. [Difficili) Refert ad magnam, quia res magnæ difficiles esse solẽt. Aut parum me digna, ad paruam retulit, quia plerunq; non audemus hoĩbus alicuius auctoritatis committere res paruas, quia uideantur eis indignæ. Cicero aũt nunc non vult eum respectum de se hr̃e. Sic supra ad M. Crassum. Quamobrem uelim ita ad me scribas de omnib. minimis, maximis, mediocribusq; rebus, vt ad hominẽ amicissimum.[Non laboriosa).i.facilia, quãtum ad res magnas. [Et honesta) .i. me digna, & cum honore meo facta quãtum ad res paruas.[Si me amas) Modus est adiutandi. [Confice) Exequere, & effice quod promisisti. [Quamcunque) Sensus: Quidquid ei promiseris, id efficiã. [Præstabo) Re efficiam, & seruabo.[Quãcunque fidem dederis ei) quamcunq; promissionem ei feceris data fide.]Improbus] Perfidus, ut cum promiserit sub fide sua se redire, postea nolit [In triumpho) Cum triumphabis, ducebantur enim captiui in triumpho post currum imperatoris. [Dalmatis) In gratiam Vatinij exsecratur nunc Cic. Dalmatas, qui ei magnũ negocium, & laborem darent, laborabat.n. multum in uincendis eis.[Dij malefaciant Dal.) dij perdant Dalmatas populos Illyricos.[Molesti sunt).i. qui afferunt tibi magnam molestiam, & laborem.[Illustrabunt) clariores facient, nam quãto est difficilior uictoria, tanto est illustrior.[Habiti) Existimati. [Bellicosi) Apti bello, ideo erit tibi gloriosus eos uincere.

Meis verbis
Denunciare
Conficere
Improbus
Illustrare

PHIL. *GRATA*]Cum quispiam est de aliquo benemeritus, & accipiẽti quod facit gratum esse cognoscit, Lætatur quidem, & magis atq; magis accenditur ad alia conferenda. Cic. Vatiniũ laudat à gratitudine, cum multa in eum beneficia cõtulisset, illi grata cognouit, uel maxime quod ad Cic. scripserat, & de beneficijs in se collatis suaues ei gratias egerat. Itaque, & lætatur plurimũ officia sua bene collocasse, & illi atq; uxori Põpeię, quia Cic. per literas cõmendarat, ac omnibus suis nunq̃ defuturum esse pollicetur. Est tota hæc epi. amoris plena, suauitatis, & gratiæ. Puero Vatinius R. tunc aduersus Dalmatas erat imperator exercitus, & ibi præclara multa gesserat, de quo in epist. ad Ci. Vatinius sic ait: Cęs. Adhuc mihi iniuriã facit, de meis supplicationibus, & rebus gestis Dalmaticis adhuc non refert, quasi uero non iustissimi triumphi in Dalmatia res gesserim. Is est ille Vatinius, quẽ olim Cic. à periculo capitis defenderat, qd & ipse Vatinius meminit in epistolis suis: Si tuam consuetudinẽ in patrocinijs tuendis seruas, P. Vatinius cliens ad te uenit, qui pro se causam dicere vult, nõ puto repudiabis in honore, quẽ in periculo recepisti, & quem potius adoptem, q̃ illum, quo defedẽte, uincere didici. [Prædicare) Publice dicere[Retulisti) Nã reddere, & referre gratiam idem est, sed quomodo Vatinius gratiã tunc retulit Cic. p relatione gratiarum, Cic. gratitudinẽ animi eius accepit, quã et pluris fecit, q̃ alteram satisfactionem officiorũ. [Quamobrem) Ex quo mea officia tibi grata esse intelligo. [Reliquis] In quibus erit opus opera mea.[Studio) diligentia, & cura.[Primariã) quasi principem.[Fœmina) A fœmine.i. fœmore fœminę sunt appellatæ, crassioribus.n. sunt fœminibus mulieres, q̃ uiri. [Vxorem) Quasi unxores sunt uxores appellatæ, ab ungendis maritorum postibus, lanaq; figenda, quod nubentes puellæ faciebãt. [Sura] vtrique familiaris erat.[Statim) Quasi uno statu appellatũ. unde Plaut. ita statim quasi stant ignari, ut illico, quasi in loco, è uestigio, ex primo motu pedum.[Itaque) Et ita, diuisim legendum. [Neque tam paruam) Vt in epistola ad M. Crassum: Velim ita ad me scribas de omnib⁹ minimis, maximis, mediocribusq; rebus, ut ad hominem amicissimũ [Conueniam) Ibo, & alloquar.[Difficilis) Ad magna [Parum digna) Ad paruã rem, quæ hominibus summæ auctoritatis cõmitti nõ solet, unde & in illa epistola legimus: Hominẽ occidat oportet, qui uestra opera uti uelit. [Laboriosa) Ad magnam referas [Honesta) Ad paruam. [Confice) Quod p literas tuas promisisti. [De Dion.) Is erat quidã seruus Cic. fugitiuus Anagnostes, de quo Vatinius ad Cic. sic ait: Dicitur mihi tuus seruus Anagnostes Vardaci esse, de quo tu mihi nihil mãdasti. Ego tamen mari, terraq; ut cõquireretur mandaui, & profecto illum tibi reperiam, nisi in Dalmatiam aufugerit, & inde eum aliq̃n eruam. Idem in alia ad eum epist. De Dionys tuo adhuc nihil extrico, & eo minus, ꝙ me frigus Dalmaticum, quod illinc eiecit, ẽt hic refrigerauit, sed tñ nõ desinã, quin illum aliq̃n eruam. de quo Cic. nunc illi respondet [Si me amas) Quasi aduerbialiter dictum, ut ambo [Quamcunq; fidem ei dederis) Hoc est, quodcunque ei promiseris, ego efficiam. Varius est.n. in hoc uerbo significandi modus. Dicimus enim dare fidẽ pro quippiam spondere, aut iurare, aut confirmare. Vnde Terẽ. Thaiso: Do fidem futurum. adhibere, & hr̃e fidem est credere alicui. Terent. Nam propemodum habeo iam tibi fidem, in quorũ uerborum usu atque significatione audio multos errare. cum dicãt dare fidem, idem esse, ꝙ hr̃e fidẽ. Do uero cum alijs dictionibus coniunctũ alias significationes amplectitur, ut dare uerba, est decipere, dare ueniam, est ignoscere, & interdũ quasi cõcedere. Dare potestatem est committere alicuius arbitrio, & lõge differt ab eo, quod dr̃ facere pñtem, cum dicamus: feci potestatem tibi meorum liberorum, feci copiam mearum pecuniarum tibi. Non aũt dedi potestatem, aut copiam.[Præstabo) quasi obseruabo, & (ut ita dicam) ratum habebo, uel efficiã. [Improbus) ut no lit redire [Dalmatis) Dalmatiæ populis. Plin. 4. nat. hist. Quæ pars ad mare Adriaticum spectat, appellatur Dalmatia, & Illyricum ad septẽtriones Pannonia uergit. finitur inde Danubio, idẽ Liburniæ finis, & initium Dalmatiæ Scardona, mediã uero Dalmatiam (ut ait Strabo) Mons diuidit Adrius, hinc ad mare, hinc ad terram reliquam.[Qui tibi molesti sunt) q̃m in eos sperando maximam molestiam, & laborem capiebant. [Malefaciant) perdant. [Sẽper.n.hab. sunt bellicosi) Bellum gesserunt per multos annos cum Romanis, ex quo ait Strabo: Eagens ergo complures aduersus Romanos bella gessit. Vbi Vatinius sex oppida uiex pugnãdo cepisse commemorat. Et in eadem inquit epist. Nam si hoc expectandum sit, dũ totum bellum conficiam; Viginti oppida sunt Dalmatiæ antiqua, q̃ ipsi sibi asciuerunt amplius sexaginta[Belli) Bello dediti, & ideo gloria tua erit maior, atq; pstãtior.

Prædicare
Reddere gratiam
Referre gratiã
Fœmina
Vxores

Dare fidem
Adhibere fidẽ
Habere fidem
Dare verba
Dare ueniam
Dare potestatem

ASC. *GRATA &c.*] Non respondet superiori epist. sed alteri, qua Vatinius egerat Cice. gratias pro impensis beneficijs. pollicetur igitur se in officio, & uoluntate permãsurum, monetq; ut uxori scribat eam sibi commẽdatissimam esse, & demum monet, ut fugitiuum persequatur, Dionysium uidelicet. Ordo est: Ego non miror officia mea esse grata.i. accepta tibi. cognoui.n. te gratissimum, sup. esse omnium.s. hominum. & ego nunquam destiti prędicare, id, aliter tñ Appio scripsit. Et enim.i. qa, tu nec modo.i. nõ solum habuisti.s. in animo, gratiam mihi. Verum ẽt retulisti .i. reddidisti, re ipsa, supp. gratiam cumulatissime. Quamobrem tu cognosces pari me studio, & eadem uolũtate erga te, supp. in reliquis rebus tuis omnibus, ꝙ.i. quia tu commendas mihi fœminam primariam, Pompeiam.s. nomine, uxorem tuam. ego locutus sum, statim lectis literis tuis.i. postquam legeram literas tuas, cum Sura nostro s. familiari, ut diceret, ei.i. uxori tuæ, uerbis meis.i. nomine, aut ex mandato meo, ut supp. ipsa denunciaret mihi quidquid opus esset, sup. illi, & me facturum, supp. esse omnia, quæ ea uellet, summo studio, & cura, sup. sũma, & si uidebitur opus.i. operæ precium esse, ego ipse.i. egomet, conueniam eã.i. ibo ad eã. Tñ ego uelim, supp. ut tu scribas ei, ut nullam rẽ putet, neque tam magnam, neque tam paruam, quę uideatur mihi aut difficilis, si sit sanè magna, aut parum digna me.i. opera mea, si sit nimium parua, & facilis. Omnia, q̃ in tuis rebus, uidebunt mihi & nõ laboriosa.i. nõ difficilia, nec multi laboris, & honesta, Confice.i. consumma, & finem fac. De Dionysio. s. seruo fugitiuo, ut redeat, si amas me. quamcũque fidem dederis.i. quidquid ei promiseris de me, vtpote ꝙ eum nõ cędam, nec minus amem, aut ppea uituperẽ, & similia. ego præstabo.i. exhibebo, & seruabo, supp. eam. Si uero fuerit improbus.i. improbãdus & incorrigibilis, ut est, duces eum captiuum in triumpho, Dij malefaciãt Dalmatis, qui sunt molesti tibi, sed (vt scribis) ipsi capientur breui Ridicula est, & assentatoria imprecatio in hostes, propterea quòd non sinunt se capi ad uoluntatem hostilis imperatoris cupientis de eis triumphare, & illustrabunt.i. illustriores, & clariores facient, res tuas gestas, quia quanto uictoria fuerit difficilior, & quanto hostis fortior, & animosior, tãto corona ac triumphus continget gloriosior, unde addit: Enim.i. quia ipsi.i. Dalmatæ, habiti.i. existimati, & reputati, aut inuenti sunt semper bellicosi. Et eam ob rem dicunt Alexandrum regem noluisse cum Amazonibus cõfligere, cum uictoria parum honoris vtpote de mulierculis, haberet, & fuga æternum dedecus. Blãditur ergo Cic. Vatinio, imitanda tamen est alioqui epistola.

ARGVMEMTVM.

L. Luceius uir dicẽdi peritissimus, Italici, ciuilisq; belli historiã cõsiciebat, in qua se facturum mentionẽ de Ci. et eius gestis significauerat, uerum cũ Cic. auidissimus esset gloriæ uiderit q; Lucceiũ rem differre, non ausus pr apudore ei coram dicere. hac epist. aperte petit, ut suorũ gestorum commẽtarios perscribat; & breuiter commemorat quæ q̃uo ab eo scribenda censeat, quæ si ille penitus recusauerit scribere, asserit se ipsum scripturum à se gesta non sine grauium uirorum exemplo, docetq; præter ingenij Luceij excellentiã esse alias causas, quare ab eo res tãtopere cupiat perscribi, & tam festinanter, quæ legenti obuiam erunt.

GIBER-

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hanc epistolam Cicero ad Atticum bellam vocat, in qua à Luceio historico rerum à se gestarum memoriam celebrari flagitat.

M. CIC. S.D.L. LVCCEIO Q.F. 12

CORAM me tecum eadem hæc agere sæpe conantem deterruit pudor quidam penè subrusticus: quæ nunc exponam absens audacius. epistola.n.non erubescit. Ardeo cupiditate incredibili, neque, ut ego arbitror, reprehendenda, nomen ut nostrum scriptis illustretur, & celebretur tuis. quòd etsi mihi sæpe ostendis te esse facturum: tamen ignoscas uelim huic festinationi meæ. genus.n. scriptorum tuorũ etsi erat semper à me uehementer expectatum, tamen uicit opinionẽ meã, meq; ita uel cepit, uel incendit, ut cuperem quam celerrime res nostras monimentis commendari tuis. non.n.me solum cõmemoratio posteritatis, ad spem quandam immortalitatis rapit, sed etiam illa cupiditas ut uel auctoritate testimonij tui, uel iudicio beneuolẽtiæ, uel suauitate ingenij uiui pfruamur. neque tamen hæc cum scribebam eram nescius, quantis oneribus premerere susceptarum rerum, & iam institutarum, sed quia uidebam Italici belli, & ciuilis historiam iam penè à te esse perfectam: dixeras autem mihi, te reliquas res ordiri, deesse mihi nolui, quin te admonerem, ut cogitares, coniunctè ne malles, cum ceteris rebus nostra cõtexere, an ut multi Græci fecerunt, Callisthenes Troicum bellum, Timæus Pyrrhi, Polybius Numantinum, qui omnes à perpetuis suis historijs ea, quæ dixi, bella separauerunt; tu quoq; item ciuilem coniurationẽ ab hostibus, externisq; bellis seiungeres. equidem ad nostram laudem non multum uideo interesse: sed ad properationem meam quiddam interest, non te expectare, dum ad locum uenias, at statim causam illam totam, & tempus arripere, & simul, si uno in argumento; unaque in persona mens tua tota uersabitur, cerno iam animo, quanto omnia uberiora, atque ornatiora futura sint. neq; tamen ignoro, quam impudenter faciam; qui primum tibi tantum oneris imponam: potest enim mihi denegare occupatio tua: deinde etiam, ut ornes me, postulem. quid, si illa tibi non tantopere uidentur ornanda? sed tamen, qui semel uerecundiæ fines transierit, eum bene, & nauiter oportet esse impudentem: itaq; te plane etiam atque etiam rogo, ut & ornes ea uehementius etiam, quàm fortasse sentis, & in eo leges historiæ negligas; gratiamq; illam, de qua suauissime quodam in proœmio scripsisti, à qua te † affici non magis potuisse demonstras, quàm Herculem Xenophontium illum a uoluptate, ea si me tibi uehementius commendabit, ne aspernere, amoriq; nostro plusculum etiam, quàm concedit ueritas, largiare. quòd si te adducemus, ut hoc suscipias: erit, ut mihi persuadeo, materies digna facultate, et copia tua. à principio enim coniurationis usque ad reditum nostrum uidetur mihi modicum quoddam corpus confici posse. in quo & illa poteris uti ciuilium commutationum † scientia, uel in explicandis causis rerum nouarum, uel in remedijs incommodorum; cum & reprehendes ea, quæ uituperanda duces; & quæ placebunt, exponendis rationibus comprobabis; & si liberius, ut consueuisti, agendum putabis multorum in nos perfidiã, insidias, proditionem notabis. multam etiam casus nostri tibi uarietatem in scribendo suppeditabunt plenam cuiusdam uoluptatis, quæ uehementer animos hominum in † legendo scripto retinere possit. NIHIL est.n. aptius ad delectationem lectoris, quam temporum uarietates, fortunæq; uicissitudines, quæ etsi nobis optabiles in experiendo non fuerunt, in legendo tamẽ erunt iucundæ. HABET enim præteriti doloris secura recordatio delectationem. ceteris uero nulla perfunctis propria molestia, casus alienos sine ullo dolore intuẽtibus. etiam ipsa misericordia est iucunda, quem enim nostrum ille moriẽs apud Mantineam Epaminondas non cum quadam miseratione delectat: qui tum denique sibi auelli iubet spiculum, posteaquàm ei percontanti dictum est, clypeum esse saluum; ut etiam in uulneris dolore, æquo animo cum laude moreretur. cuius studium in legendo non erectum Themistoclis fuga, redituque retinetur? etenim ordo ipse annalium mediocriter nos retinet, quasi enumeratione fastorum: at uiri sæpe excellentis ancipites uariiq; casus habent admirationem, expectationem; lætitiam, molestiã; spem, timorem: si uero exitu notabili concluduntur, expletur animus iucundissimæ lectionis uoluptate. quo mihi acciderit optatius, si in hac sententia fueris, ut à continentibus tuis scriptis, in quibus perpetuam rerum gestarum historiam complecteris, secernas, hanc quasi fabulam rerum, euentorumq; nostrorũ: habet enim uarios actus, multasque actiones, & consiliorum, & temporum. Ac non uereor ne assentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam uidear, cum hoc demonstrem, me à te potissimum ornari, celebrariq; uelle. neque enim tu is es, qui, quid sis, nescias; & qui nos eos magis, qui te non admirentur, inuidos, quam eos, qui laudent, assentatores arbitrere. neque autem ego sum ita demens, ut me sempiternæ gloriæ per eum commendari uelim, qui non ipse quoque in me commendãdo propriam ingenij gloriam consequatur. neque enim Alexander ille gratiæ causa ab Apelle potissimum pingi, & à Lysippo fingi uolebat, sed quòd illorum artem cum ipsis, tum etiam sibi gloriæ fore putabat. neque illi artifices, corporis simulacra ignotis nota faciebant: quæ si nulla sint, nihilo sunt tamen obscuriores clari uiri. nec minus est Spartiates Agesilaus ille † perhibendus, qui neq; pictam, neq; fictam imaginem suam passus est esse, quã qui in eo genere laborarunt. unus enim Xenophontis libellus in eo rege laudando facile omnes imagines omniũ, statuasq; superauit. atq; hoc præstantius mihi fuerit & ad lætitiã animi, & ad memoriæ dignitatẽ, si in tua scripta peruenero, quàm si in ceterorum; quod non ingenium mihi solum suppeditatum fuerit tuum, sicut Timoleonti à Timæo, aut ab Herodoto Themistocli, sed etiam auctoritas clarissimi, & spectatissimi uiri, & in repu. maximis, grauissimisq; causis cogniti, atque in primis probati: ut mihi non solum præconium, quòd, cum in Sigæum uenisset, Alexander ab Homero Achilli tributum esse dixit, sed etiam graue testimonium impertitũ clari hominis, magniq; uideatur. placet enim Hector ille mihi, Næuianus, qui non tantum laudari se lætatur, sed addit etiam, à laudato uiro. quòd si à te non impetro, hoc est, si qua te res impedierit (neque enim fas esse arbitror, quidquam me rogantem abs te non impetrare,) cogar fortasse facere, quòd nonnulli sæpe reprehendunt: scribã ipse de me, multorum tamen exemplo, & clarorum uirorum. sed, quòd te non fugit, hæc sunt in hoc genere uitia: & uerecundius ipsi de sese scribant, necesse est, si quid est laudandum; & prætereant, si quid forte reprehẽdendum est. accedit etiam, ut minor sit fides, minor auctoritas; multi denique reprehendant, & dicant uerecundiores esse præcones ludorum gymnicorum, qui, cum ceteris coronas imposuerunt uictoribus: eorumq; nomina magna uoce pronũciarint, cum ipsi ante ludorum missionem corona donentur, alium præconem adhibeant, ne sua uoce ipsi se uictores esse prædicent. hæc nos uitare cupimus, &, si recipis causam nostram, uitabimus: idq; ut facias, rogamus. Ac ne forte mirere, cur, cum mihi sæpe ostenderis te accuratissime nostrorum temporum consilia, atque euentus literis mandaturum, à te id nunc tantopere, & tam multis uerbis petamus: illa nos cupiditas incendit, de qua initio scripsi, festinationis: quòd alacres animo sumus, ut & ceteri uiuentibus nobis ex libris tuis nos cognoscant, & nosmetipsi uiui gloriosa nostra pfruamur. His de rebus quid acturus sis, si tibi non est molestum, rescribas mihi uelim. si.n.suscipis causam, conficiam cõmentarios

† alias, allici

† alias, sentẽtia

† alias, legẽdo scribere

† alias probandus

tarios rerum omnium. sin autem differs me in tempus aliud, coram tecum loquar. tu interea non cessabis, & ea, quæ habes instituta, perpolies, nosq; diliges. Vale.

HVB. CORAM] L. Lucceius uir dicendi peritissimus Italici, ciuilis eq; que. belli historiam cõficiebat, in qua se facturum mentionem de Cic. & eius rebus gest. nonnunquam significauerat, uerũ cum Cic. auidissimus esset gloriæ, & uideret Lucceium hanc rem differre, non ausus præ pudore ei coram dicere, hac epist. aperte ab eo petit, ut suarum rerum gestarum commentarios conficiat, & breuiter oñdit q̃ ab eo scribi uelit, pcipue de cõiuratione Cat. oppressa, & de patria ab eo liberata, & de exilio suo, quod p iniuriam, & inuidiam passus est, & deniq; de glorioso eius reditu in patriam, qui omnium bonorum cõsensu restitutus sit, & penè totius Italiæ humeris reportatus. laudat autẽ uehemẽter & ingenium, & genus scribendi Lucceii, quo se magna cupiditate incitatum scribit, ut res suæ gestæ monumentis literarum ab eo mãdentur. qd si ille facere noluerit, ostendit Cic. semet de rebus suis scripturum, licet arrogantia habeat res suas commendare, & laudare, se tñ facturum exemplo aliorum virorum clarorum. Postremo pter excellentiam ingenii Luc. quo se inflammatũ dicit, subdit aliam causam, quare tantopere festinet, ut donec uiuus est, uideat res suas scriptas, & illustratas, & diuulgatas, & sic uiuus possit ex gloria sua uoluptatem capere. [Coram] In psentia, & (ut

Coram Palam. dicimus) ad faciem, & hoc loco aduerbii uim habet, & ad personas tm̃ refertur, palam ad omnia. est ẽt sensus, cũ uellem corã, &

Agere tecum in psẽtia tibi eadẽ hæc dicere, q̃ nunc scribã audacius prohibitus sum à pudore timiditatis, pleno, & non satis rõnabili. [Agere te

Conari cũ] te rogare, uerba tecũ facere. [Conantem] tentantem. Vir. Ter.

Rusticitas conata loqui. [Penè subrusticus] Penè alienus à uiro ciuili, q nõ debet uereri in re honesta, qualem à te petiturus sum. Rusticitas aũt pro inepta & timida uerecũdia accipit. Oui. in Arte: Etsi rusticitas non uetat, ipsa rogat. [Quidam] q. d. non satis cum ratione. [Deterruit] Prohibuit [Exponã] Proferam, enarrabo. [Nunc)

Expone re Cũ scribo. [Audacius) Minus timide, quàm coram egissem. [Epistola) Quæ ad absentes loquitur. [Non erubescit] Non habet pudorem, quia non uidet eum, ad quem loquitur, neque habet sensum. Et ideo audacius loquitur. Ouid. in epist. Phædræ: Dicere q̃ puduit, scribere iussit amor. [Ardeo) Incipit exprimere qd uelit

Ardeo à Lucceio [Ardeo) Inflãmatus sum. [Incredibilis) Maiori quàm quispiam credere possit. [Neque reprehendenda,] h. d. Cicer. quia meminit in 1. Offi. dixisse: Cauenda est ẽt gloriæ cupiditas, eripit enim libertatem, pro qua magnanimis uiris omnis debet esse cõtẽtio, ideo dicit hanc suam cupiditatẽ gloriæ, non esse reprehendendã, quæ ex recte factis requiritur, in officiis aũt intellexit nõ ueræ, sed inanis gloriæ cupiditatẽ, & eam nimiam. [Illustret] Fiat

Celebrare illustre & oib. notũ [Celebretur) Diuulgetur, & laudet. [Quòd) Vt celebres nomen meum [Ostendis) Promissionib tuis [Festinationi) accelerationi meæ, qui tibi instem, neq; expectẽ, ut tu, si sponte facias. [Genus) Artificiose transfert cãm huius festinationis in laudẽ Lucceii. [Expectatũ) desideratũ. [Vicit opinionem meã. s. maius, & pstatius est, q̃ opinatus sum. [Cepit] Allexit, alligauit me. [Vel incẽdit] Inflãmauit, quod plus est. [Res. n.] Famã, quæ est de me, & meis rebus gestis [Monumẽtis tuis) Tuis historijs, q̃ sunt futuræ monumenta rerũ. [Neq;) Adducit aliquot causas, pp quas ostendit se optare laudari à Lucceio. [Cõmemoratio posteritatis]. i. laudatio, quæ est futura de me apud posteros, si de meis rebus scripseris. [Spẽ immortalitatis) Ad spẽ æternę memoriæ, nã per scripta clarorũ uirorũ, nõ autẽ per picturas & statuas nominis immortalitas cõparatur. [Illa) Quæ sequr quasi maxima. s. [Vt uel auctoritate) . i. fide, existimatione, plus. n. credimus

Suauitas hoibus doctis, & claris, q̃ imperitis. [Iudicio beneuolẽtiæ] Capiã. n. uoluptatẽ significasse tuũ erga me amorẽ. [Suauitatem] Facili

Perfrui tate, & prõptitudine eleganter exprimendi q̃ uelis. [Perfruamur] Capiamus fructũ, & uoluptatẽ. [Neque tñ) Ostendit Cic. nõ arrogantia, sed opportunitate tpis se adductum esse, ut hanc rem hoc potissimum tpe à Lucceio peteret. [Oneribus] Molestiis & laboribus. [Institutarũ) Inceptarum. [Italici) Quod in Italia dictũ est, dictum sociale, contra Latinos, Etruscos, Marsos, & Samnites. in

Asculi euersio quo bello, Cato Etruscos domuit, Sabinus Marsos, Carbo Latinos, Sylla Samnites, Strabo uero Pompeius oĩa flammis, & ferro populatus non prius cædium finem fecit, q̃ Asculi euersionẽ. [Ciuilis belli) Nõ Pomp. & Cæs. bellũ quod fuit post oppressam cõiuratione, sed Syllæ & Marii. [Ordiri) Inchoare [Reliquas] Quæ post bellum Italicũ & ciuile fuerunt. [Noluí deesse mihi) Nolui

Quin culpa mea omittere, & esse negligens. [Quin] Vt nõ. [Malles) Potius uelles [Contexere) Coniungere, tractum a telis, sicut & ordiri. [An, ut multi) Ostendit artificiose ex eo, quod dicit alios historiographos fecisse, Lucceium quoq; facere debere, ut ciuilẽ coniuratione ã Ci. oppressam a reliquis bellis separet. Ordo est, ut cogitares an malles contexere nostra cum reliqs, an tu quoq; malles seiũgere ciuilẽ cõiurationem ab hostilibus, & externis bellis, ut multi Græci fecerunt, Callisthenes Troicũ bellũ, Timęus Pyrrhi & c. [Callisthenes) Subaudi seiunxit bellũ Troicũ a reliqs bellis. [Troicũ) Troianum, gestũ aduersus Græcos decẽ annos, q Helenã à Paride raptã repetebant, nota est fabula. [Callisthenes)

Calist. Not. Philosophus fuit & scriptor historiarum, Arist. discipulus nõ solũ ingenio, sed ẽt eloquentia pstanti. quem, ut scribit Iusti. li. 15. cũ Alex. Mace pp salutationis Persicæ interpellatũ morẽ insidiarum, q̃ sibi paratæ fuerant, consciũ fuisse, iratus finxisset, truncatis crudeliter mẽbris, abscisisq. auribus, ac naso, & labijs, deformẽ, ac miserandũ spectaculũ reddidit: Cum uero cum cane clausum cauea ad metũ ceterorum circumferret, Lysimachus eius discipulus miseratus tanti uiri, non culpæ, sed libertatis pœnas pẽdẽtis, uenenum ei in remedium calamitatum dedit. Ante uero q̃ Alexãdro suspectus fuisset, cũ eo militãs scripsit bella, quę Alex. gessisset, & ita alia aliorum, separauit aũt bellũ Troianum à reliquis, vtpote quod magnum, & memorabile pręter aliqua fuisset.

Timęus Pyrthus [Timæus) Philosophus Locrensis Patria amicissimus Platonis. [Pyrrhi) s. bellũ, Pyrrhum autẽ intelligir nõ Achillis filium, sed Epirotarũ regẽ, qui multa bella aduersus Rom. gessit. tãdẽ à M. Curio Dentato ex Italia pulsus, & in Græciã reuersus, dũ Argos

Polyb. oppugnaret, ictu tegulę interfectus est [Polybius) Is licet gręcus studiosissimus noĩs Scipionis Africani, eius qui Numantiam Hispaniæ urbem deleuit, cum historiam scriberet multorum bellorum. Numãtinum bellũ separato uolumine scripsit. [Perpetuus) Continuus. Ouid. i. Met. Ad mea perpetuũ deducite tpa carmen. [Tu quoq,) Sicut supradicti [Ciuilẽ coniurationem) Catilinæ, & Cethegi, & aliorum quorundam coniurationẽ dicit, quã Cic. ingenti animi magnitudine oppressit, quã uellet à reliqua serie historię ita separari à Luceio quasi memorabile, & maximũ facinus, sicut pdictis auctorib pdicta bella separata sunt à reliqs bellis. [Hostilib.) Quæ contra hostes gessimus, cum hæc, cõiuratio fuerit inter ciues, neq; bene conueniat cum bellis hostilibus. [Externis) Peregrinis, sicut contra Parthos, Carthaginienses, & alios qui extra Italiam sunt. [Seiungeres) Separares. [Equidẽ] Dicit se ualde optare, ut acceleret scribere has suas res gestas, antẽ q̃ ueniat ad locum illius historiæ. [Nõ multi interesse) Nõ esse magni momenti, & põderis, quia tãta erit laus mea, si scripseris cũ ordo historię postulabit, sicut si pręueneris, sed expectãdo locũ ordinis, nõ satisfacies cupiditati meæ, quia (vt ante dixi) uel lẽ id q̃primum uidere. [Quiddã) Aliqd [Ad exp.) Ad desideriũ & cupiditatẽ meã. [Ad locum) Ad obseruationem ordinis, ut prius scribas, quæ gesta sunt ante coniurationem & consulatum meũ, deinde scribas de coniuratione. [Illã causam) Illum tractatum coniurationis [Arripere) Celeriter rapere, & præoccupare.

Arripere [Et simul) Alia ratio, quare cupiat res suas gestas ab alijs separari à Luc. quia si ingeniũ Luccei uersabit solũ in una materia, multo uberius & elegãtius eam scribet, q̃ si in diuersis materijs, & generib. historiarum uerset. [Vno argõ) Vna & simplici materia cõiurationis. [In una persona) mea commendãda. [Cerno animo) Præuideo & cognosco [Vberiora) Copiosiora. [Quàm imprudẽter) Quã audacter, & sine uerecundia. [Tm̃ oneris) Tm̃ laboris. ut totã historiã de meis rebus scribas. Duo dicit se facere impudẽter, primũ, q tm̃ laboris Lucceio imponat: deinde q petat ut

Deinde ab eo laudetur. [Denegare) Vt suscipias tm̃ oneris pro me. [Deinde) Secundo loco. [Ornes) Laudes, & illustres me tuis scriptis. [Quid. s. dicam. [Illa) Quæ ego gessi, & à te laudari & ornari postulo. [Sed tm̃) Rñsio ad hanc obiectionem. est aũt sententiæ exornatio, & est sensus, q semel uerecũdiæ terminos transiuit, necesse est cũ ualde impudentem esse, neque postea facile erubescere: sic Iuue. in Sat. Exemplo quocunque malo inquit, Quis recepit Eiectũ semel attrita de fronte ruborem. [Bene) Valde. quantita-

Bene Bonus tem. nunc qualitatẽ significat. nam bonus magnum & multum interdum significat. Hor. At bona pars hoĩum decepta cupidine

Bona pars falso. Bona pars. i. magna, sic ẽt Pers. At bona pars procerũ tacita libabit acerra. [Nauiter,) Diligenter, audacter, magno animo.

Nauiter [Itaque) Igitur quia semel terminos uerecundie trãsiui. [Plane) Aperte. [Etiam atque ẽt) uehementissime. [Quam sentis) .i. q̃ iu-

Etiã atque etiam dicas esse laudandã. [In eo) In ea re, in laudãdis meis gestis. [Leges) Conditiones. [Historia) Quæ tm̃ res ueras scribit, nolo. n. ut de me ẽt plura scribas, q̃ gesserim. illud. n. est negligere leges historiæ, scribere ẽt quæ non sunt uera. [Gratiã q.) In quodã procœmio Luceius scripserat se nunq̃ flexurum animũ à ueritate pp gratiã, aut amicitiã alicuius. sicuti nec Hercules pp uoluptatem deflexus est à uia uirtutis, ut scribit Xenophon auctor Græcus. nunc igitur petit Cic. a Lucceio, ne aspernetur hanc gratiã, sed eã potius sequatur, & pp eam uelit eam ẽt uehemẽtius cõmen-

dare

dare,q̃ ueritas exigit. Ordo pendet à ſuperioribus pp copulã,quę
ſic,& rogo ne aſpernere gratiam, de qua in quodã procemio ſua-
uiſſime ſcripſit,a qua demonſtras te non magis potuiſſe affici,q̃
illũ Herc.Xenophõtium à voluptate, ſubaudi affici potuiſſe ſcri
bis.[Gratiã) Amicitiæ & beneuolentiæ reſpectũ.[Affici) Potuiſ-
ſe capi.& delectari.[Xenophontium) De quo Xenoph.ſcripſit,q
Herc.cũ exiſſet in ſolitudinẽ,ut inqt Cic. in.1. Of.& ambas uias
uidiſſet,alteram uoluptatis,alteram uirtutis,diu multumq.ſecũ
dubitauit utram melius eſſet ingredi. Tandem tamẽ non potuit
allici à voluptate, vt à uia uirtutis diſcederet.[Illius) q.d.ab om-
nib.celebratũ.[Ea].ſ.gratia.[Si me tibi commendabit) Si uidebi-
tur hortari te,ut pro me aliquantulum à ueritate, & à lege hiſto-
riæ diſcedas.[Ne aſpernere) Ne reſpuas.[Largiare) Cõdones,in-
u- dulgeas.[Pluſculũ) Aliquanto plus.[Quod) Quam rem.[Addu-
cemus) Perſuadebimus tibi. Laudat materiã rerũ ſuarũ, quas di-
cit eſſe dignas facultate,& eloquẽtia Lucceii.[Facultate] Inge-
nio,& doctrina.[Copia]Eloquentia,q̃ copia uerborũ maxime cõ
ſtat.[A principio) Artificioſe proponit Lucceio modũ quẽdã, &
ordinẽ ſcribendę hiſtoriæ ſuæ.[A principio coniurationis] Quo
tpe neceſſitate deſignatus ſum cõſul, pp maximũ periculũ reip.
[Ad reditum) Ab exilio. [Corpus] Volumen tranſlatiue dixit cor
pus.[Modicũ) non paruum,ſed mediocre,paulò.n. poſt oppreſſã
coniurationem eiectus eſt Ci.in exilium,a quo poſt menſes xvi.
reſtitutus eſt in patriã.[Illa ſcientia).ſ.mea.i. mea cognitione,&
inueſtigatione,qua uſus ſum in cognoſcẽdis cõſiliis cõiuratorũ,
[Vel in explicandis).i.aperiendis,& declarat, quibus apparuerit
eius ſcientia.[In remedijs incommodorũ).i.id prouidendo peri-
culis,poſtq̃ cognoui cauſas.[Duces;) Exiſtimabis.[Cõprobabis)
Collaudabis.[Agendũ liberius]Loquẽdum liberius,& apertius.
[Vt conſueſti]Vt es ſolitus,& h.d.Cic.ut magis incitet Lucceium
ad loquendum,libere,& ſcribẽdum quod ipſe vult.[Perfidiam)
Improbitatem.[Inſidias]Quæ paratæ ſunt mihi a cõiurantibus,
cũ ſtatuiſſent me interficere,hæc oĩa optime notauit Saluſt.[Ca-
ſus noſtri) Noſtrę fortunę,quia cum patriam liberaſſem,functus
ampliſſimo magiſtratu,& pater patriæ appellatus eſſem. Poſtea
in exiliũ actus ſum, & inde reuocatus totius ſenatus & oĩum bo-
Suppe-ditare norum magno conſenſu.[Suppeditabunt] Suggerent, ſubmini-
ſtrabunt,& dabunt.[Varietatẽ) Quia modo felix, modo miſer ui
ſus ſum.[Cuiuſdam) Certe.[Voluptatis) Quia lectores uolupta-
tem capiunt ex uarietate rerum.[Viciſſitudines]Permutationes,
quæ ſunt uiciſſitudines fortunę.[Optabiles in experiendo) Quia
nemo uellet q utitur fortuna ſecũda, experiri eius viciſſitudinẽ.
[Secura]Sine metu,ſine periculo, vnde illud Virg. Forſan & hæc
olim uos meminiſſe iuuabit. Et Sen. Quod fuit durũ pati, dulce
eſt meminiſſe.[Ceteris]Senſus eſt iunctus ſupiori fortunę,viciſſi
tudines ẽt ſi in experiendo non fuerunt optabiles, tñ in legendo
ſunt iucundę,ceteris uero, qui nullã propriam moleſtiã habue-
rũt,ſed alienos caſus ſine ullo dolore intuẽtur,ẽt ipſa miſericor-
dia eſt iucunda.[Perfunctus nulla propria moleſtia].i. qui nullã
moleſtiã,aut periculum proprium habuerunt.[Intuentib.) Con-
ſiderantib. legendo.[Alienos caſus) Qui aliis acciderunt.[Iucun
da) quia nõ meminimus exilii Cic. & aliorum incommodorum
eius,quia ad nos ea nihil pertinent, ideo ipſa miſericordia nobis
eſt iucunda.i.delectat nos miſereri. Quem noſtrum, q. d. quem-
libet,probat quod dixit miſericordiam in alienis caſib. iucundã
eſſe.[Ille) Vir celeberrimus,qui melior fuerit imperator,an phi-
loſophus,incertũ eſt,Thebanus patria.aduerſus Lacedæmonios
pugnas acerrime in prœlio vulneratus, poſtq̃ eſt in caſtra rela-
tus,ſemianimus vocem,ſpiritumq.collegit,& id unum à circum
ſtantib.requiſiuit.Num cadẽti ſibi ſcutum ademiſſet hoſtis,quod
vt ſeruatum audiuit allatum velut laborum,gloriæq.ſociũ oſcu-
latus eſt.Iterum quæſiuit utri uiciſſent,ut audiuit Thebanos. be-
ne hr̃e ſe rem dixit,atque uelut gratulabundus patriæ expirauit,
De hoc Epaminunda,uide plenius apud Iuſt. in fine lib.6.[Cu-
Them. ius,) q.d.cuiuſlibet.[Themiſtoclis) Ducis Athenienſium, cuius
adoleſcentis prima gloria,& futuræ imperatoriæ uirtutis prima
indoles apparuit eo prœlio, quo duce Melciade Perſę ſub Dario
rege uicti,fuſiq. ſunt. Deinde dux belli aduerſus Xerxem non ſo-
lũ patriam,ſed vniuerſam Græciam à barbarorũ periculo, & ſer-
uitute liberauit,ut apud Iuſt:lib.2.ſciptũ eſt. Is poſtea per inui-
diã à ſuis ciuib.in exilium actus,& deinde cum magna omnium
Ordo lætitia reuocatus eſt.[Ordo] Series,obſeruatio.[Annalium) Li-
Annales brorum,qui tantummodo, quid quoquo anno geſtũ ſit, demon-
ſtrant. De dr̃ia annalium,hiſtoriarũ,& diarij,A.G.ſcribens dicit,
Diariũ Annales tm̃modo eſſe,cum res geſtæ plurium annorum obſerua
Hiſtoriam to cuiuſq; anni ordine componuntur. Cum uero non per annos,
ſed per dies ſingulos res geſtæ ſcribuntur,diariũ eſt. Hiſtoriã vę-
ro aiunt rerũ geſtarum eſſe uel expoſitionẽ, uel demõſtrationẽ,
uel quoque alio modo dicendum eſt. Denique hiſtoria tanq̃ ge-
nus eſt, Annales tanquam ſpecies,nã oẽs annales hiſtorię ſunt,
ſed nõ contra. Taceo,ꝙ dicit Seru.in.1.Aen.quia à nullo uiro do
cto probatur,ꝙ de ea dr̃ia ſentit. Faſti dies dicebantur, quib. ſine
periculo p̃torib.licebat certa uerba fari.ſ. do,dico, abdico,dicti,
ut uoluit Priſ. à fando. Faſti uero libri teſte Feſt.in quib. totius Faſti-dies
anni ſit deſcriptio. Nã faſti dies feſti ſunt,& eſt ſecundæ declina
tionis,licet Luc.dixerit. Nec meus Eudoxi uincet faſtib. annus. Faſti libri
pro ſuperbia uero & elatione quartæ eſt declinationis ſemper.
[Ancipites]Dubij,pleni periculis.[Varij) Modo proſperi,modo Faſtus
aduerſi.]Admirationẽ) Audientiũ,& legentiũ.[Expectationem)
Spem,ut cum legimus Cic.in exiliũ actum,ſperemus pp eius ex
cellẽtiã eum reuocatũ iri.[Lætitiam) lætamur.n. cum uidemus
uirtuti dari p̃mia.[Moleſtiã) De infortunijs excellentiũ uirorũ.
[Exitum) Finẽ,ut uiri boni uita exitũ habeat, uel felicẽ,uel ple-
nũ miſerationis,ut de Põp.de Cic.ipſo,cuius caput & manus am
putata eſt.[Quod) Vt expleatur animus iucundiſſima uoluptate.
[Secernas) Seiungas,ſepares.[Quaſi fab.) Tanq̃ fabulã,quandã,
& comœdiã.[Euentorũ) Caſuum,ſucceſſuũ,euenta aũt ſecũdæ, Euẽtus
& euentus quartę declinationis dr̃. [Habet.n.) Dicit hiſtoriam Euenta
ſuã poſſe in partes diuidi, ſicut & comœdiã,partes aũt principa
les fabulę dñr actus,quæ neque plures,neq; pauciores quinque
eſſe debent. Hor.in Arte Poe. Ne ve minor quinto nec ſit produ
ctior actu Fabula, quæ poſci vult & ſpectata reponi. Actus autẽ
unus interdũ multas ſcænas habet,actio uero eſt pars ſecũdaria, Actus
q̃ qualibet ſcæna cõtinetur,ut puta partus Glycerij.[Conſiliorũ) Actio
Meorũ,qui fuerunt uaria pro neceſſitate rerũ.[Ac non) Oſtendit
Cic.ſe uero iudicio,nõ aſſentatione aliqua cupere,ſe laudari po-
tiſſimũ à Luc.neq; ſe uereri,ut Luc.eũ habeat ſuſpectũ aſſenta-
tionis, cũ ille ſeipſum optime cognoſcat, & potius eos inuidos
exiſtimet,qui eũ non admirẽtur,& laudent,q̃ eos aſſentatores a
quib.laudetur [Aucupari) Arte q̃rere, tractũ ab ijs, qui aurib.in-
ſidiãtur,& qui arte utũtur.[Qui ſis neſcius) qui ſis ignarus,& nõ
cognoſcas teipſum.[Admirentur) Plus eſt,q̃ laudent. [Inuidos)
Inuidere tibi,cũ cognoſcas doctrinam tuã merere admirationẽ.
[Aſſentatores) Blanditores,adulatores.[Neq;) Alia rõ ex perſo- Aſſentator
na ſua.& eſt ſenſus:nõ ſum ita demens,ut niſi cognoſcerẽ te eũ,
per quẽ poſſem uere laudari,laudes tuas appeterẽ,non põt autẽ
aliũ ueris,& ſempiternis laudib.celebrare, qui ipſe propriã glo-
riã ingenij non aſſequatur, quia cito pereunt eius ſcripta, cuius
ingeniũ & doctrina nõ putatur excellens. [Neq;) qd̃ non fuerit
deſideraturus à Luc. ſempiternæ gloriæ monumenta,niſi noſcet
eũ propriam ingenij gloriam aſſecutum:probat Ci.exẽplo ſum-
pto ex facto Alex. Magni,qui,ut ẽt inquit Hor.in ep. Edicto ue
tuit, ne quis ſe præter Apellẽ Pingeret, aut alius Lyſippo duce-
ret ære.i. ne quiſq̃ faceret eius picturã p̃ter Apellẽ, aut ſtatuã p̃-
ter Lyſippũ,non aſſentatione aliqua,ſed ꝙ intelligebat artẽ eo-
rũ fore ſempiternę gloriæ,& ipſis artificib.& p̃cipue ſibi,q eſſet
à tã celebrib.artificibus pictus,aut fictus. Apelles aũt p̃ria Cous Apelles
pictor eximius fuit,à Quinc.lib.12. & à Plin.lib. 35. & à multis
alijs ſcriptorib. celebratus, de quo uide apud p̃dictos auctores.
Lyſippus quoque ſtatuarius optimus, & arte ſculptoria clariſſi- Lyſippus
mus,de quo eſt ẽt uidere apud p̃dictos auctores. Mar.quoq; eius
meminit. Nobile Lyſippi munus, opusq́; uides. Atq; oſtẽdit Ci.
multo pluris facienda eſſe monimenta ſcriptorũ, q̃ picturarum
aut ſtatuarũ,idq; probat exẽplis uirorum clarorum, q tm̃modo
monimentis literarũ ſine pictura,& ſtatuis magnã gloriam ade-
pti ſunt.[Illi artifices).i.pictores,& fictores ſiue ſtatuarij.ſ.Apel
les,& Lyſippus.[Simulacra) Effigies.[Corporis) Non autem ani
mi,ſicut ſcriptores,q nõ corporis ſolũ,ſed ẽt animi dotes expri-
munt. Hor. Neq;.n. melius per ænea ſigna. Quam per uatis opus
mores,animiq́, uirorũ,clarorũ apparẽt. [Quæ) ſimulacra. [Vel)
.i.ẽt[Spartiates) Lacedæmonius à Sparta urbe Laconiæ. [Ageſi- Ageſilaus
laus) rex Lacedæmoniorum, qui ab eis dux cõſtitutus eſt aduer
ſus Conona Athenienſem ꝓ Artaxerſe rege Perſarũ bellũ geren-
te,qui multas & præclaras uictorias in Aſia adeptus eſt,& patrię
plurimũ gloriæ peperit. De quo ſcripſit Iuſt.lib.6. [Non minus
perhibẽdus) Nõ minus laudãdus, & cõmemorãdus.[Fictã) Scul
ptã.[Laborarunt) Magnã curã poſuerunt [In eo g.) Vt pingerẽ
tur,aut fingerẽtur.[Vnus) ſolus.& eſt rõ,quare nõ minus ſit per-
hibẽdus ſine pictura,aut fictura,qa plus ualuit in eo laudãdo ſo
lus libellus Xenophontis,quem de eo ſcripſit,q̃ potuiſſent uale-
re oẽs imagines,uel pictæ,uel fictę.[Atq; hoc) Dicit quare ma-
gis ſit habiturus gratũ,ꝙ ſcribatur de ſe à Luc.q̃ ab alio,qa eſt ha
biturus,ab eo nõ ſolum fructũ p̃ſtãtis ingenij, & eloquẽtiæ,ſed
ẽt teſtimoniũ auctoritatis uiri clariſſimi,& in maximis reb.reip.
probari,cuius laudatio eſt futura multo amplior,& grauior.[In
certorum) Subaudi,ſcripta ſi peruenero. [Suppeditatũ) Submi-
niſtratũ,datũ.[Thimoleõti) à Thimæo,Subaudi ſuppeditatũ eſt Thim.
ſolũ ingeniũ. Thimoleon uir Corinthius iudicio oĩum clariſſi-

mus.vt.n.ait Cor.Nepos, huic uni cõtigit, qđ nescio an ulli alii
ut patriã,in qua erat natus,à tyrãno oppressam liberaret,& à Sy-
racusanis,quib.auxilio missus erat,seruitutẽ depelleret,totãq. Si
ciliã diu bello uexatã,à barbarisq.oppresã suo aduẽtu in pristi
nũ restituerit,de eo scripsit Cor.Nepos,& plenius Plut. eius etiã
res gestas scripserat Timęus historiographus Gręcus,de quo su-
Herod. pra.[Herodoto) Historiographo clariss.q à Quint.ẽt cum laude
cõmemoratur,qui & facta Themistoclis scripsit, sed isti duo au-
ctores potuerũt his,de quib.scripserũt,solũ suppeditare ingeniũ.
Lucceius uero Ci.nõ solũ ingeniũ poterit suppeditare,sed ẽt au
ctoritatẽ noĩs,qa uersatus est multũ in rep. [Spectatissimi)Pro-
batissimi.[In primis) Præcipue,& ante alia.[Probati) Bonis mo-
Præconium rib.[Pręconiũ) Cõmẽdatio,laudatio magna,& aperta.[Sigęum)
Promontóriũ apud Troiã,ubi erat sepulchrũ Achillis,ad qđ cũ
Sigęum uenisset Alex.Magnus,dixisse fertur, O felix Achilles, cui ma-
gni Homeri diuino ingenio & ore cani cõtigit. Pręconiũ ergo di
xit cõmendationem ingenij.[Impertitum) Cõicatum,& datum.
laus.n.q̃ nobis offertur à uiris bonis, testimoniũ est uirtutis no-
stræ.(Næuianus) De quo Neu.Poeta scripsit.& induxit eũ dicen
tẽ non cupere solum se laudari,sed laudari à laudato uiro. [Non
impetro) Non obtineo.[Hoc est) Astute Cic.subdit causam, quæ
possit impedire Lucceiũ quominus de se scribar.si fuerit occupa
tus,qđ cum non sit, vult inferre oĩno eum dr̃e suscipere hoc ne-
gocium.[Multi re.da.] Imò & ipse Cic. in Off. suis dicit: Turpe
est ẽt de se prædicare.[Exemplo) Imitationeu, nde non uidebor
ita reprehendẽdus cum faciam qđ fecerunt n. aiti alii uiri clari.
[Quod te non fugit] Quod nõ ignoras, qđ optime scis. [In hoc
gñe) Scribendi de seipso. [Verecundius) Modestius, & parcius.
[Prætereãt) Omittãt,taceãt.[Si quid reprehendẽdum) Si quod ui
tium est in nobis.nemo.n.nisi admodum excors seipsum uitupe-
rat, aut uitia commemorat.[Minor sit fides) Minus credatur qđ
de nobismetipsis dicimus,quia nulli testi de ipso credit̃ [Aucto-
ritas] Existimatio,quia putat̃ leuis,qui de seipso scr.[Præcones.)
Gymnici Tubicines.Gymnicorũ] Palęstritarũ,& athletarũ [Magna) alta,
ut ab oĩbus audiri possint,erat.n.mos ut declararet̃ nomen uicto
ris per præconem, & daretur corona, ut ostendit Virg.in 1.Æn.
Victorem magna præconis uoce Cloanthum Declarat,uiriq.ad
uelant tpa lauro.[Eorum) Victorum [Ipsi] Præcones.[Coronen-
tur corona) Accipiant & ipsi coronã,quia bene pronunciauerũt,
noĩa victorum.[Ante mi.lu.) Anteq̃ dimittantur ludi, & finian-
tur.[Alium p̃conem) A quo ipsi p̃cones laudentur bene pronun
ciasse.[Victores) In pronuntiatione,& declaratione,non autem
in pugna.[Prædicent] Quod esset turpe.[Hæc) Vitia supradicta.
[Causam) Negocium nostrũ,ut de me scribas [Ac ne forte) Eas
causas,quas in principio dixit, cur tantopere festinet, atque in-
stet id, ꝙ Lucceius se facturum oñderat, q̃ causam dicit p̃cipue,
ut uiuus uolitet,per ora uirorum,& possit perfrui gloria sua,qua
Cõmentarium quidem non frueretur,si Deo scriberet postquam esset mortuus.
[Alacres) Arrecti,& ualde læti.[Animo) Spe animi.[Commenta
Cõmentarij rios] Breuem collectionem.[Rerum omnium] Quas gessi,ut pos
sis inde sumere materiã. Dicimus autem commentarium in neu
Perpolire tro genere in sigulari, in plurali melius in masculino. [Perpo-
lies] Elimabis,exornabis.[Instituta) Incepta.

AS C CORAM &c] L.Lucceius uir dicendi peritissimus Italici,ci-
uilisq.belli historiã scribebat.in qua se facturum mẽtionẽ gesto
rũ à Cic.significauerat,uerũ cum Cic.auidissimus esset glorię,ui
deretq.Lucceium rẽ differre,stimulat eum,monetq.q̃,& qua for
ma de se scribi uelit, q̃,si Lucceius recusauerit,ipse de se scriptu-
rus sit magnorum uirorum exemplo.Ordo est: Pudor quidã pe-
nè.i.quasi subrusticus.i.aliquantum rusticus,& agrestis.rustici au
tẽ uerent̃ sæpe,ubi uereri non debeãt,eo ꝙ nesciunt,qñ bene fa-
ciant,deterruit me conãtẽ sępe hęc eadẽ agere.i.tractare tecum
coram i.in pñtia.q̃ ego absens exponam i.declarabo nunc auda-
cius.Eteuim.i.quia epistola non erubescit, & ita longe audemus
plura scripto,q̃ uerbo petere. Ego ardeo.i. uror cupiditate incre-
dibili,neq; reprehendenda, ut ego arbitror, quia de re honesta,
uidelicet,ut nomẽ nr̃m illustret̃.i. nobilitet̃, & clarior fiat.Et ce
lebretur.i.celebre fiat scriptis tuis.quod.i.quam rem, etsi.i.quãq̃
ostẽdis mihi sępe te esse factum,tñ uelim,supp. ut ignoscas huic
festinationi meæ.Enim.i.qa genus scriptorum tuorum, etsi i.q̃-
quam erat semper spectatum.i.optatum à me uehemẽter, tñ ui-
cit.i.superauit opinionem meam,id est elegantius,& melius est,
quàm opinabar, & uel cæpit.i.affecit quasi captiuum,uel incen-
dit.i.inflammauit, me ita .ut caperem rumores nostros.i.sermo-
nes,incertorum auctorum,qui habent de rebus à me gestis,com
mendari .i. laudari, aut committi, monumentis tuis .i.testimo-
niis scriptorum tuorum,quę legentem moneant rerum à me ge-
starum,quàm,pro per quam celeriter. Rarum genus locutionis,
præsertim apud Cicer. in quo quàm pro ualde ponatur cum po-
sitiuo, nam secundum Vallam dicendum esset quàm celerrime,
nisi fortassis dicas,quàm,id est ò quantum celeriter,sicut in And.
Teren. Reiecit se in eum flens, quàm familiariter.i. ò quantum
familiariter,ut exponit Valla,cum possit dici,quàm pro ꝑ quàm
positum,ut hoc loco.Non enim solum commemoratio posterita
tis,idest eorum qui post nostram ętatem futuri sunt, rapit me ad
quandam spem immortalitatis.s.famæ, & nominis, sed etiam il-
la cupiditas, ut uiui ꝑfruamur auctoritate testimonij tui,uel iu-
dicio beuolentiæ.s tuæ,in me,uel suauitate ingenii.s.tui, in con
texendis historiis,uiui inq̃.i.tantę sper,dom uiuamus.Nã nõ du
bitat quin cessante inuidia,ut,post obitũ inuisorũ fieri soles,uir
tus defuncto in honore sit.Neq; tñ cum scribebã hæc.i.has lite-
ras,erã nescius.i.non ignorabã,quãtis onerib.rerũ susceptarũ.s.
à te,ut eas perscribas,& in debitã formã historiæ digeras,& insti
tutarũ.i.inceptarũ iã,vnde instituere est quasi à primordiis rerũ.
erudire quenq̃,& inde institutum dr̃ quasi propositũ, & inceptũ
instituta uero mores à principio alicuius ciuitatis instituti. In-
stitutiones aũt sunt formę,ꝙ rõnes instituendi,ac pręceptiones,
vt Valla obseruauit,tu p̃merere.i.quasi obruereris,hoc est quãtæ
molis sit rẽ talẽ perficere.Sed quia uidebã historiã belli Italici.i.
socialis,ꝙ cum Italis à Romanis gestũ est,& ciuilis, ꝙ inter ci-
ues.R.gestum est,de quo Ap. scripsit, esse iã pęnè.i.quasi ꝑfectã
à te,dixeras aũt mihi te,uelle ordiri.i.ex ordine aggredi,aut inci
pere reliquas res,nolui deesse mihi.i.honori meo,quin admone-
rẽ te, ut cogitares,ne.i.an malles.i.magis ualles, cõtexere.i.sub
uno filio, & ductu orationis per modum rhapsodiæ conscribere
nr̃a.i.res à nobis gestas,cum ceteris rebus, an ut multi Græci fe-
cerũt vtpote Callisthenes,sup.fecit seorsum bellũ Troicum.Thi
mæus sup.bellum Pyrrhi Epirotarum regis cũ Tarentinis cõtra
Rom.bellũ gerentis.Polyb.Numantinum supple,bellum,q oẽs
separauerunt ea,q̃ dixi,bella,à perpetuis.i. continuatis historiis
suis,hoc est ea bella seorsum scripserunt, & in Rhapsodia aliorũ
non posuerunt,ut nostris tpibus Ant. Sabellicus præter Rhapso-
diã ab ordine mundi,scripsit seorsum res Venetorũ.tu quoque.i.
ẽt,tu itẽ.i.similiter,seiungeres.i.segregares,coniurationem ciui-
lem.s.Catilinæ,& sociorum ab hostibus & à bellis externis,equi-
dẽ.s.ego quidẽ uideo interesse.i.referre non multũ ad laudẽ no-
strã.i.quantũ sic ad laudem nostrã,sed quiddã .i. q̃dam certa res,
intereſt ad properationẽ meã nõ expectare,donec.s.scribẽdo ce-
tera,uenias ad locũ,ubi ciuilia bella essent scribenda,& arripere
statim causam illã totã.s.suscepti ac oppressi belli ciuilis,& tp̃s, Cerno
.i.quib.cõsulibus oppressum sit.Et simul.i.præter properationem
meã,cui sic facilius satisfiat,ego cerno iã animo Cernere.n. pro
prie ad exteriora ꝑtinet,unde adiecit aĩo, quanto oĩa futura sint
vberiora,atque ornatiora,si mens tua uersabitur, tota in uno ar-
gumẽto.i.in una materia,& in una ꝑsona,significat ꝑsonã suam,
quasi uero collega,nihil egerit.Neq; tñ ignoro,q̃.i.quãtum, im
pudenter faciã,qui primũ imponã tibi tm̃ onerts,occupatio cm̃
tua põt mihi denegare.s.qđ peto,deinde qui postulẽ,ẽt ut ornes
me.i.honorifice de me scribas. Quid sup. dicendum sit,si illa.s.q̃
peto,nõ uideãt̃ tibi ornãda.i.laudib.decorãda,tãtopere.s. ut ego
postulẽ,q.d.obmutescendum sit,sed tñ oportet eum, q transierit
semel fines uerecundię.i.q semel inuerecunde egerit, aut petie-
rit,esse impudẽtẽ bene.i multum,& nauiter.i.strenue. alioqui ru
bore suffunderet̃.Itaq; q.d.qa semel uerecundiæ fines.[Trãsiui,
ego rogo te plane.i.manifeste etiã, atq; etiã, vt & .i.simul ornes
ea.s.q̃ a me gesta sunt. vehementius, q̃ sentis fortasse.s.ornanda
esse, & negligas in eo leges historiæ, quarum prima est,oĩa uere,
& nihil ad gr̃am alicuius dicere,& ne aspernere.i.ne contemnas
gr̃am illam de qua scripsisti suauissime in quodam proæmio.s.ꝙ
multos subuertat,& à uero deflectat, à qua demõstras te ñ potuis
se affici.i.moueri à uero magis,q̃ Herculẽ illum.s.nobilissimum
Xenophontium.i.de quo scribit Xenophon. Qũo.s. ut narrat in
1.Off.Hercules in desertum adductus,vult duas uias, alterã uo-
luptatis, q̃ amænissima erat,sed mortẽ habebat in exitu,alteram
virtutis q̃ aspera, & ardua ĩ principio immortalitatẽ ꝓmittebat
in exitu,grauib.uerbis uoluptatẽ ĩcrepitãs virtutẽ est cõplexus.
potuisse.s.affici à voluptate,q nullo mõ affici potuit, si ea.s. gr̃a
cõmendabit me vehementius.s.q̃ deceat,& largiare.i.indulgeas,
amori nr̃o plusculum.i.aliquãto plus ẽt q̃ veritas cõcedit.Quòd
si adducemus te.i. ꝑsuadebimus tibi, vt suscipias hoc.s.bellũ Cati
linarium ꝑscribendum, erit ut ꝑsuadeo mihi:materies digna fa-
cultate.i.facili ꝑtãte,& copia.i.abũdãtia tua.s. in scribẽdo. Enim
.i.quia quoddam corpus modicum.i.quoddam uolumen, aut q-
dam tractatus per se,vr̃ mihi posse cõfici.i. compleri à principio
coniurationis.usque ad reditum nr̃um.i.ab exilio,in quo.s.corpo
re poteris uti,&.i.ẽt,illa sñĩa ciuilium cõiurationum.i. q̃ lata est
in coniurationes ciuiles. Sunt qui legant scientia.i.cognitione,
vel in explicandis causis rerum nouarum.i.cur res innouatę sint

à con-

à cōiuratis.s.ob ęs alienum,'uel in remediis 'incōmodorum,q.s. secuta fuissent,repete explicādis, cum & .i.simul,reprehēdes ea, q̄ duces.i.existimabis uituperāda,& sup.dū cōprobabis,explicādis rōnibus.i.explicando rōnes,sup.eorum,q̄ placebunt. Et si putabis agendum liberius,ut cōsueuisti sup. ageret in descriptione rerum,tu notabis pfidiā,insidias,pditionē multorum in nos.Casus ēt nr̄i.i.uaria euenta,aut ærumnæ suppeditabunt.i.sumministrabunt tibi in scribendo uarietatem plenā cuiusdā uoluptatis, q.s.uoluptas possit retinere uehementer animos hoīum in legendo scripto.i in eo q̄ scriptū est.Nihil.n.est aptius ad delectationē lectoris, q̄ uarietates tp̄m,& uicissitudines fortunæ,quę.s.uicissitudines , etsi.i.q̄q̄ non fuerunt optabiles nobis,experiēdo.i. dum eas experiemur , erunt tn̄ iucūdæ in legēdo.i.dū a nobis legentur.Enim.i.quia, recordatio secura.i. sine timore , & cura, doloris præteriti hēt delectationem , Vero,pro sed,ēt ipsa misericordia est iucunda ceteris, nulla.i. nonnulla non perfunctis ulla ꝓpria molestia,intuentibus.i.dum uident casus alienos sine ullo dolore. Quem enim , &c.Probat iucundam esse lectionem alienæ cladis, q̄ misericordia prosequamur exemplo Epaminudę Thebani imperatoris fortissimi,& philosophi acutissimi,q. contra Lacedæmonios utiliter pugnans letale vulnus accepit,relatuq. in castra quæsiuit,num scutū ademisset hostis,q̄ ut saluum audiuit,osculatus,est ipsum tanq̄ socium laboris.deinde sciscitando audiens suos uicisse,lubēs expirauit. Ordo est:Enim .i.quia.Epaminundas ille.s.nobilissimus Imperator Thebanorū moriens apud Mantiniā,ut Strabo scribit. Mantineā.Est autē locus,ubi prælium cum Lacædæmonijs cōmisit,quem nr̄m nō delectat cum quadā miseratione?q.d.nullū nō,& ita unumquenq; delectat Qui iubet.s.ut narratur in historijs q̄ rem quasi præsentem oculis legentiū exhibent,unde præsenti utit̄ tpe, tum denique.i. tunc primū spiculum.i. telum acutum, auelli.s. à corpore suo,posteaquā dictum est ei percōtāti.i. disquirenti, nū clypeus ablatus sit,clypeum esse saluū;ita sup.auelli spiculum,ut ēt moreretur in dolore vulneris æquo aīo,cum laude . Cuius studiū non tenetur erectum.i.uigilans,& attentū in legendo.i. dum legit historiā Themistoclis ducis Atheniensium fortissimi,cuius adolescentię prima gloria,& futuræ imperatoriæ uirtutis prima indoles apparuit eo prœlio,quo duce Milciade Persę sub Dario rege uicti, fusiq. sunt. Deinde dux belli aduersus Xerxem factus non solū patriā,sed uniuersam Græciā a Barbarorum seruitute liberauit, ut scr.Iust. lib. 2. Is postea ꝑ inuidiā à suis ciuibus in exilium actus,deinde cum magna oīum lætitia reuocatus est.Cuius inq̄, studium non tenetur erectum in legendo.fuga.i.per fugā,& reditu.i.per reditum honorificum Themistoclis?q.d. nullius non retinetur,& ita uniuscuiusq; retinet̄.& est aptum exēplum pro fuga redituque Cic.Etenim ordo ipse.s.series,annaliū.i.librorum,qui bus singulorū annuos magistratus, & gesta per seriem scribūtur. Hoc.n. exigit ordo historiæ,ut primum gesta prima scribantur, Poeseos sæpe cōtra.Vnde Flac. Ordinis hæc uirtus est,& uenus, aut ego fallor:ut iā nunc dicat,iam nunc debentia dici, Pleraque differat & præsens in tempus omittat.i. ut aliqua,quo ordine gesta sunt,dicat Poeta,aliqua longe postea.i.inuento loco breuiter narrandi,retinet nos in legendo mediocriter quasi enumeratione fastorum.i. librorum, in q̄bus totius anni per ordinē festa cū causis eorum scribuntur.Talia.n. ꝓ cuiusque affectione,& ut dicunt deuotione, libēter leguntur . At casus ancipites.i. dubij,& uarij uiri excellentis hn̄t sæpe admirationem,lętitiam , molestiā, quia affecti illis dolemus aduersis legendi , spem, timorem. Vero.i.sed,si sup.tales casus concluduntur exitu notabili.i.insigni, ut de suo exitu ꝓtendit Cic.sed finalem exitum non uidebat hęc scribens,animus expletur,uoluptate lectionis iucundissimę.Qd̄ acciderit mihi.i.in historia mea optatius,si fueris in hac sententia,si secernas.i.separes à scriptis tuis continentibus.i. continuatis,& perpetuo filo currentib.in quibus cōplecteris perpetuam.i. non interruptā historiā rerum gestarum , hanc quasi fabulam.i. ut fabulosam narrationē,quæ à Poetis solet interseri ad uoluptatē legentium, rerum, & euentorum.i. eorum q̄ euenerunt nobis. Eunnta
Vt Valla notat in singulari dr̄ hic euentus, tus,tui in plurali hęc euenta, euentorū: sed ēt euentus legimus, & euenta sunt sæpe q̄ euenerunt. euentus est modus eueniendi. Enim.i. quia sup. hæc historia nr̄a habet uarios actus, sicut in comœdijs, quinq; solēt esse actus,q. tunc finiunt̄ , dum ꝓscenium dereliquint̄ uacuum, & mutas actiones.s.in foro habitas,cōsiliorum,& tp̄m.i.pro uarietate tp̄m, & quia uarios actus habet , bene quasi fabulā dixit. Ac nō uereor ne uidear aucupari.i.captare,quo aucupes captāt, & inescant aues,suaui aliquo bono proposito, quadā assentantiū cula.i.leni assentatione,gratiā tuam,cum demonstrem hoc uidelicet me uelle ornari, & celebrari potissimū à te.Neq; tu es is.i. talis,q.i.ut sis nescius,& qui nō arbitrere magis inuidos eos,qui non admiretur te, q̄ assentatores eos,qui laudent te. Neq; autē: Valla diceret, neque uero,ego sum ita demens,ut uelim me cōmendari sempiternæ gloriæ,ꝑ eum, qui nō cōsequatur quoq;.i. ēt propriā gloriam ingenij in me cōmendando.i. laudando,aut cōmendando gloriæ sempiternæ.Neq;.i. Alexander ille.s. nobilissimus Macedonum Rex uolebat pingi.s.coloribus in tabella, aut peplo,seu muro,potissimum.i.ꝑcipue, imò secundum quosdā solum ab Appelle nobilissimo , & artificiosissimo pictore, cā gratiæ.i. beneuolentiæ , qua prosequebatur Apellem , & fingi.i. sculpi,aut fundi,seu conflari, & ad uiuum in imagine exprimi,à Lysippo optimo plaste, & statuario. repete causa gratiæ . Sed qd̄ putabat artem illorū fore gloriæ.i.ad gloriā, cum.s. ita fuerit q̄ ipsi tum ēt sibi, unde Flac.in epist. Edictum fecit ne quis se ꝓter Apellem Pingeret, alius Lysippo duceret ære. Atq; illi artifices faciebant simulacra.i.effigies corporis notas,ignotis.i. externis, & ignorantibus, quæ simulacra si uel.i. ēt nulla sint, tamen clari uiri nihilo.i.in nullo sūt obscuriores. Ne enim Agesilaus ille,id est notissimus Spartiates,idest Lacedæmoniorū Rex Spartæ genitus.nā Lacedæmon,& Sparta, seu Spatte una est ciuitas.Perhibendus.i.cōmemorandus est minus,qui neque passus est imaginem suam esse pictā, neq; fictam q̄ sup.ii, q laborauerūt multū in eo genere.i. qui se fingi , & pingi anxie curauerunt . Enim.i. quia, unius libellus Xenophontis superauit in eo rege laudādo facile omnes imagines, & statuas hominum, q̄ poematis tribuit Hor.dicens,neque.n.per ænea signa . Quam uatis opus mores animiq. uirorum clarorum apparent.Atque hoc fuerit mihi pręstantius.i.efficacius & ad lætitiam animi,& ad dignitatē memoriæ,si peruenero in tua scripta.i.si a te scriptus fuero, q̄ si sup. peruenero in ceterorum sup.scripta, q̄ non solum ingenium tuum fuerit suppeditatum.i.administratū & impēsum mihi,sicut ingenium suppeditatum est Thymoleonti a Timæo, qui Thymoleōtem Corynthium uirum lōge clarissimum,ut qui patriā tyrannide & Siciliam seruitute liberauerit, descripsit. Aut Themistocli ab Herodoto,qui Themistoclem descripsit.vult dicere, q̄ nō solū historia sua clarior,& nobilior erit, q̄ a tali ingenio pscripta sit,ut historiæ Themistoclis & Thymoleōtis clariores sūt pp ingenia describentiū, sed ēt auctoritas uiri clarissimi & spectatissimi,& cogniti ī rep. causis maximis & grauissimis atq; in primis probati,sup.erit mihi supeditata,ut nō solū pconium.i.buccinatio,q.i. quale Alexander.s.Magnus,cum uenisset in Sigęum.i.Sigæi maris promōtorium,ubi erat sepulchrum Achillis dixit esse tributum Achilli ab Homero,dixit.n.O felix Achilles, cui magni Homeri diuino ingenio,& ore cani cōtigit. Sed ēt graue testimonium clari,& magni hoīs,uideat̄ impertitum i.impensum mihi,q̄ pulchrū esse docet dicēs:Placet.n.mihi Hector ille Næuianus.i. quia a Næuio in fabula inducitur, qui non tm̄ lætat̄ se laudari.sed addit ēt a laudato uiro. Valla tamen in epistola nūcupatoria elegantiarum dicit,ut ille apud Accium,inquit:Gaudeo abs te laudari pater laudato uiro , vn̄ oportet aut idem ab Accio dictum esse,aūt memoriā Vallæ lapsam,cum Accium ꝓ Næuio citet.Qd̄.s.abs te laudari,si nō impetro. hoc est,si qua.i.aliqua res impedierit te neq;.n.arbitror fas esse me rogātem nō impetrare q̄dquam abs te.i.a te, cogar fortasse facere id, q̄ nōnulli reprehēdunt sępe, hoc est ipse scribā de me, tn̄ sup.id faciā exemplo multorum,& clarorum uirorum.Sed q̄ te non fugit.i. q̄ bn̄ scis, hæc uitia sunt in eo genere.s. de se scribētiū,q.s. necesse est sup. ut ipsi scribāt uerecūdius de se,siquid est laudandum, & ꝓtereāt si qd est reprehēdendum. Accedit ēt,ut minor sit fides,& sup.minor auctoritas, & sup.deniq;,ut multi reprehēdant,& dicant ꝓcones.i. cōmēdatores tubicines publicos ludorum gymnicorū .i.palestritarū,qui nudi se se exercent, esse uerecundiores .s. q̄ rerum suarum descriptores,qui.s. præcones gymnici cum.i. postq̄ imposuerunt ceteri uictoribus coronas, & pronunciauerunt nomina eorum magna uoce, cum ipsi.s.pręcones donentur.s. si bn̄ functi fuerint officio, corona, ante missionē.i.dimissionē,& consumationem ludorum , adhibeant alium præconem, ne ipsi ꝓdicent sua uoce,se esse uictores.s.suo officio præconū.Nos cupimus uitare,hæc.s.uitia seipsos describendo, & uitabimus,si recipis causam nostram.i. aggrederis onus describēdi res nostras,& rogamus, ut facias id . Ac ne mirere forte , cur petamus a te id nunc tantopere, & tam multis uerbis, cum ostenderis mihi sępe te mandaturum literis,id est descripturum accuratissime cōsilia temporum nostrorum,atque euentus, id est exitus fortuitos (vn̄ Euētus
patet apud Ci. quoque euentus dici) Respōsio : illa cupiditas incēdit nos, de qua scripsit initio.s.epistolæ, uidelicet festinationis, q̄ sumus alacres.i. arrecti,& læti animo,&,ut,idest simul ceteri cognoscāt nos ex libris tuis, nobis uiuētibus, idest dum adhuc uiuimus,& nosmetipsi uiui, idest adhuc uiuentes pfruamur gloria nostra, id est fructum ultimū,& uoluptatem capiamus ex

gloria noſtra. Velim ſupp. ut reſcribas mihi ꝙ acturus ſis de his reb. ſi non eſt moleſtum tibi, ſcilicet reſcribere. Si.n. ſuſcipis cauſam.i.negotium hoc perſcribendum, ego conficiam commentarios.i.breuiaria, & ſummaria, omnium rerum, ſcilicet a me geſtarum: Sin autem.i.Sed, ſi differs me.i.uoluntatem meam, aut res meas in aliud tempus, ego loquar tecum coram.i.facie ad faciē, quod nunc ſe dixit erubuiſſe. tu non ceſſabis.i.nō eris ocioſus interea, & perpolies.i.ad ſummam politionem perduces, ea quę habes inſtituta, ideſt incepta, & diliges nos.

PAVL. MAN. *IGNOTIS nota faciebant*] Ignotis, pro ijs, qui nō nouerant, actiue poſuit, ut etiam Liu.li.3. Notos gratia eorum, turbā in dignitas rei uirgini conciliat, & Curtius: Ignoti iumenta, agebāt. Plaut. autem in Pſeud. Noui, notis prædicas. notis, dixit.i.ijs qui nouerant. itemq. Cic. in oratione ꝓ M. Cœlio, & in Verrē lib.6,

ARGVMENTVM.

Bellis ciuilibus, & Cæſaris tyrannide rep afflicta, cum Cic. mœſtiſſimus ſe in agrum, ne talia uidere, abtuliſſet ſcripſit ad eum Lucceius cōſolatorias literas, quibus nunc Cic. reſpōdens ait, ſe magnū fructum ex illis cepiſſe & uelle acqueſcere, & ſe ad ad literarum ſtudia transferre, ſicut Lucceius monuerat,

GIBERTI LONGOLII LEMMA,

Quid fructus ex conſolatione Luceij acceperit, exponit.

M, CICERO S, D. L, LVCCEIO Q. F. 13

QVANQVAM ipſa cōſolatio literarum tuarū mihi gratiſſima eſt; declarat.n. ſummā beneuolentiā, coniunctā pari prudentia; tamen illum fructum ex his literis, uel maximum cepi ꝙ te præclare res humanas contēnentē, & optime cōtra fortunā paratum, armatumq; cognoui. q̄ quidē laudē ſapientiæ ſtatuo eſſe maximā. NON aliunde pendere nec extrinſecus aut bene, aut male uiuendi ſuſpenſas habere rōnes. q̄ cogitatio cum mihi non oīno excidiſſet, (etenim penitus inſederat) ui tamē tempeſtatū, et cōcuſſu calamitatū erat aliquātum labefactata, atq; cōuulſa, cui te opitulari, & uideo, & id feciſſe ēt proximis literis, multūq; profeciſſe ſentio. itaq; hoc ſæpius dicēdū, tibiq; non ſignificandū ſolū, ſed etiā declarandū arbitror, nihil mihi eſſe potuiſſe tuis literis gratius. ad conſolādum aūt cum illa ualent, quæ eleganter, copioſeq; collegiſti: tū nihil plus, q̄ ꝙ firmitudinem, grauitatemq; animi tui perſpexi; qui non imitari turpiſſimum exiſtimo. itaq; hoc etiā fortiorē me puto, q̄ te ipſum præceptorem fortitudinis, ꝙ tu mihi uidere ſpem nonnullā habere hæc aliquādo futura meliora: caſus.n. gladiatorij ſimilitudineſq; eæ, tū rationes in ea diſputatione a te collectæ, uetabant me reip. penitus diffidere. itaq; alterū minus mirum, fortiorē te eſſe cum aliquid ſperes: alterū mirum, ſpe ulla teneri. quod eſt.n. non ita affectū, ut id non deletū, extinctumq; oē eſſe fateare; circumſpice oīa mēbra reip. q̄ notiſſima ſunt tibi: nullum reperies profecto, qđ nō fractū debilitatū ue ſit. quæ perſequerer, ſi aut melius ea uiderē, quam tu uides; aut commemorare poſſem ſine dolore, quanqua tuis monitis, præceptiſq; omnis eſt abijciendus dolor. ergo & domeſtica feremus, ut cenſes, & publica paulo etiā fortius fortaſſe, q̄ tu ipſe q̄ præcipis. te.n. ſpes aliqua conſolatur, ut ſcribis. nos aūt erimus etiā in omni deſperatione fortes, ut tamen idē & hortaris, & præcipis. das.n. mihi iucundas recordationes conſcientiæ, rerumq; earū, quas te in primis auctore geſſimus, præſtitimus.n. patriæ non † minus certe, quam debuimus, plus profecto, q̄ eſt ab animo cuiuſquam, aūt conſilio hominis poſtulatū. ignoſces mihi de me ipſo aliquid prædicanti; quarum.n. tu rerum cogitatione nos leuare ægritudine uoluiſti, earum etiā commemoratione lenimur. itaq;, ut omnes, quantum potero, me ab omnib. moleſtijs, & angoribus abducam, transferamque animum ab ea, quibus ſecundæ res ornantur, aduerſæ adiuuantur, tecumq;, & ero tantū, quantū patietur utriuſq; ætas, et ualetudo: & ſi eſſe una minus poterimus, q̄ uolumus, animorum tamen coniunctione iſdem ſtudijs ita fruemur, ut nunquam non una eſſe uideamur. Vale.

† alias, plus,

HVB. QVANQVAM) Bellis ciuilibus, & Cæſ. tyrannide rep. afflicta cū Ci. uehemēter mæreret, & ut ſupra ad Ser. Sul. ſcripſit, ī uillas ſuas ſe recepiſſet, ne uideret reip. oppreſſiones, & īiurias. Lucceius ad eū literas cōſolatorias miſerat, oſ̄derat q; quā fortiter ipſe ferret communes miſerias. Itaq; nunc rn̄det C. Lucceio idem ſe ex eius literis maximum fructum recepiſſe, uelleq; ita facere, ut ille præcepit, p̄ſertim cū, ut ille ſcripſerat, conſcius ſit, nullum officium ſuum reip. defuiſſe. Poſtremo dicit Cic. uelle ſe trāsferre ad ſtudia literarum, ſicut Lucceius monebat, futurūque cum eo quantum licebit. [Beneuolentiam coniunctam pari prud.] Duo dicit, quæ in omni conſolatione exigimus, beneuolētiam, & prudentiam. [Fructum) Vtilitatem. [Quòd te) Aliorum enim exempla, & maxime eorum, q̄ ad nos ſcribunt, plurimum ualent ad nos conſolandos, qui enim vult alium conſolari, nō debet ipſe mœrore confici, vnde apud Maronem Æneas: Spē vultu ſimulat, premit altum corde dolorem. Dicit quoque Cic. ſe maximam utilitatem cepiſſe ex conſolatione Luceij, quę à uiro forti, & optimis rationibus contra fortunā armato profecta ſit. [Maximam) ſecundum Peripateticos, qui maxime uirtutem expetendā dn̄t, non autem ſecūdum Stoicos, qui in ſola uirtute, & laudē, & ſummum bonum ponunt. [Statuo) Iudico. [Pendere aliunde) ex alia re expectare præſidium, ut puta bonis corporis, aut fortunæ, ſed ex bonis aī. [Extrinſecus) Exterius.i. in bonis externis, quæ maxime appellantur bona fortunæ, quia extra nos.i. extra p̄tatē nr̄am ſunt [Suſpenſas) Incertas, ad caſum accōmodatas. ſed firmas, & rōne cōſtitutas. [Quæ cog.] Vt non penderem aliunde, q̄ ex me ipſo, nec ſuſpenſus hr̄em uiuendi rōnes. [Excidiſſet) Ex animo meo oīno eſſet elapſa. [Inſederat) Inhæſerat aīo, & locata erat. [Vi] Impetu, & uiolentia. [Tempeſtatum) Infelicium temporū. [Concuſſu) Agmine, & multitudine, quia multæ calamitates ſimul mihi acciderūt, amiſi.n. filiā, amiſi patriam, amiſi libertatē, honeſtatē, dignitatē, &c. [Labefactata] Cōmota. [Cōuulſa) uiolēter extirpata. [Cui] Cogitationi. [Opitulari] Subuenire, opē ferre tuis ſapientiſſimis conſolationibus. [Id) Te opitulatū eſſe. Opitula [Proximis) Quas à te nuperrime accepi. [Profeciſſe) ꝓfuiſſe, & maximum fructū attuliſſe. [Declarādum] Clare, & aperte demōſtrandum, ꝙ plus eſt, q̄ ſignificare. [Ad conſ.] Dicit nunc Ci. ꝙ q̄uis maximum fructum acceperit ex rationib. quas elegātiſſime, & copioſe Luceius ad conſolandum abduxerat, tn̄ multo plus ꝓfecit exemplum fortitudinis aī eius, q̄ exiſtimat ſibi turpe eſſe non imitari. [Hoc) hac re. [Præceptorem for.) Qui mihi das præcepta fortitudinis. [Nonnullam ſpem).i. quādam ſpem, & ideo habes cām fortitudinis. [Caſus.n.] ſcribebat Lucceius ſe ſperare res aliqn̄ fore meliores, adducebat caſus gladiatorum, qui mō fugiunt, mō inſequunt, modo cadunt, modo ſurgunt, & mō cedūt mō uincunt. adducebatq. alias ſimilitudines, & rōnes, quib. oſtendebat ſperādum aliqn̄ fore melius. [Caſus glad.) Qui interdum, cum uicti putentur, tn̄ ēt uincunt. [Similitudines) Comparationes. [Diffidere reip.) .i. relinquere fiduciam reip. eam aliqn̄ fore meliorem. [Alterum) Vnum. [Te eſſe fort.) Non eſt mirandum, quod ſis fortior me, quia habes aliquam ſpem. [Alterum) Aliud. [Mirum, ſpe ulla teneri].i. mirum eſt, ꝙ habeas aliq̄ ſpem [Quid eſt.n. [Ponit rōnem quare non deberet hr̄e aliquam ſpem, quia oīa reip. mēbra ſunt oīno quaſſata. [affectum) Diſpoſitum. [Mēbra) Partes, trāſlatio à corpore, qđ habet membra ſua, & ita reſp. Membra autem reip. ſunt conſulatus, prætura, ædilitas, & ceteri magiſtratus. [Perſequerer) Exponerem. [Tuis monitis] Quia ita mones, & præcipis. [Domeſtica) Mea incōmoda priuata. [Vt cēſes) ut exiſtimas eſſe ferēda, in deſperatione oīum cū nihil omnino ſperemus. [Das] Addis. Iuue. Da nunc & uolucrem ſceptro q̄ ſurgit eburno. [Conſcientię nr̄æ) Bonę, quæ ſemper recte ſenſit de rep. ualet aūt conſcientia bona plurimum ad conſolādum, quæ ſecundum Stoicos etiam ſine alia remuneratione ſatis præmii per ſe habet, vn̄ illud Virg. Dii tibi, ſi qua pios reſpectant numina, ſi quid Vſq̄ iuſtitiæ eſt, & mens ſibi conſcia recti, Præmia digna ferant. [Te auct.) te ſuadente, & conſulente. [Præſtitimus.] Benefecimus. [Animo) cogitatione.i. plusq̄ quiſq̄ potuiſſet cogitare [Aut conſilio) prudentia.i. plus, q̄ q̄ſq; ſciuiſſet dicere eſſe p̄ſtandum. [Prædicanti] Laudāti. [Quarū.n. Senſus eſt: Mea facta, q̄ ſuades mihi ut cogitē ad leuandā ægritudinem meā, me nō ſolū delectat cogitare, ſed ēt cōmemorare. [Lenimur) Demulcemur, delectamur. Angoribus) Solicitudinibus, quæ aīum angunt. [Abducā, remouebo. [Ad ea).i. ad ſtudia literarum. [Quib.] Sūt.n. ſtudia literarū diuitib. & uiētibus fortuna ꝓſpera ornamento. infelicioribus uero ēt adiumento [Ætas. utriuſq;) Iā ſenilis, q̄ nō ita patitur conſuetudinē crebram, & cōuerſationem, ſicut iuuenilis. [Valetudo) Ambo.n. pp ętatē iterdū mala ualetudine laborabāt. [Cōiunctione an.) Animi.n. interuallo locorū diſiuncti, cogitatione & beneuolētia facile cōiungi pn̄t. [Nunq̄) Interdū. & ſępe

Quan-

ASC. QVANQVAM &c.] Bellis ciuilibus, & Cæsaris tiranni de rep. afflicta, cum Cic. mestissimus se in agrum, ne talia uideret, abstulisset, scripsit ad eum Luceius consolatorias literas, quibus nunc Cic. respondens ait, se magnum fructum ex illis cepisse, & uelle acquiescere, & se ad literarum studia trāsferre, sicut Luceius monuerat. Ordo est: Quamquam ipsa cōsolatio literarum tuarum, est gratissima mihi. declarat. n. summam beneuolentiam coniunctam pari prudentia, vbi gratia præpositionis ablatiuus regitur, tamen ego cepi ex literis tuis illum fructum, vel. i. etiam maximum, quòd cognoui te cōtemnentem præclare res humanas, & paratum, atque armatum optime contra fortunam. Quam laudem sapientiæ quidem statuo maximam, scilicet non pēdere, id est non esse suspensam ad salutem habendam aliunde, scilicet q̄ à se nec habere rōnes, uiuendi bene, aut male suspensas extrinsecus. Vnde illud Persianū: Nec te quæsiueris extra. Quæ cogitatio cum non excidisset mihi omnino. i. cum adhuc in memoria aliquatenus esset, etenim, id est quia certe, ista insederat. i. sedem occupauerat, penitus. i. penes interiora, scilicet cordis, tamen erat labefactata, atq; conuulsa aliquantulum, ut. i. uiolentia, tempestatum. i. malorum temporum & cōcursu. i. subdita accumulatione calamitatum. Cui. s. cogitationi ego uideo te opitulari, & sentio te fecisse etiam proximis literis, & profecisse multum. Itaq; . i. & ita ego arbitror, hoc. s. quod sequitur, dicendum sup. esse sæpius ubique, non solum significandum. i. signis indicandum, sed etiam declarandum. i. manifeste exprimendū, nihil potuisse esse gratius mihi tuis literis. Autem. i. sed, cum. s. ita sit, quòd illa, quę collegisti. i. citasti, & adduxisti, seu allegasti elegāter, & copiose, ualent ad consolandum. i. me. & quemlibet alium, tū sup. uerius est, quòd nihil plus sup. ualet, ad consolandum me, quàm ꝗ ipspexi firmitudinem, & grauitatem animi tui, quam. s. firmitudinem animi tui nō imitari, ego existimo sup. esse turpissimum. Itaque . i. & ita, ego puto me fortiorem, q̄ te ipsum præceptorem fortitudinis, hoc. i. in hoc, aut, ꝓpter hoc, ꝙ tu uidere. i. uideris mihi habere nonnullam. i. aliquam spem, hęc futura. i. ut sint futura, aliquando. i. aliquo tēpore futuro, meliora. s. quam nunc sint. Enim . i. quia, casus gladiatorum . i. quod adduxisti mihi de casibus gladiatorum, quorum nunc hi, nūc illi superiores fiūt, & hæ similitudines, tū. i. multo magis, rationes collectæ. i. allegatæ, à te in ea disputatione. s. de mutatione statuum ēt reip. uetabant me diffidere penitus reip. i. restitutioni eius. Itaq; alterum. i. duorum, q̄ dicet sup. minus mirum te fortiorem esse sup. nūc, cum aliquid speres. alterum sup. est magis mirū, uidelicet te teneri nulla spe dico te fortiorem, tunc non fortiorem me, quia prius contrariū dixit Cic. uidelicet se fortiorem esse, q̄ Luceium ꝓceptorem fortitudinis, eo ꝙ ipse nihil, ille aliquid speret. quocirca posset hic subaudiri me, ut sit: Alterum minus mirū est, uidelicet me fortiorum esse, cum. s. ita sit, ꝙ tu aliquid speras, ego nihil, & hāc expositionem credam esse de mente Cic ut infrà dicam. Ratio tamen superioris dicti subobscura est, Nō fortior est, qui aliquid audet sine spe, sed potius temerarius, sed intelligimus ꝓpterea Cic. cēsere se fortiorem sine spe, nō ꝙ aliquid tentet, aut moliatur, sed ꝙ decreuit infractum aīum tenere, & in philosophiam eo attentius incumbere, ꝙ à foro sine spe reuertēdi exclusus sibi uideatur. Probat mirum esse Luceium aliquid adhuc sperare, dicens: Quid enim est non ita affectum. i. concussum & sancitum, ut non fatea re id omne deletum, & extinctum? q. d. nihil. Circunspice omnia membra reip. quę notissima sunt tibi. i. omnes fauentes reip. & libertati communi ciuium, & profecto nullum. s. membrum inuenies, quod non sit fractum, & debilitatum. Vr̄ non debito ordine id, quod alterum includit, pręponere. nā dices, si fractū, ergo debilitatū, sed norimus fractum dici, quod est concussum, & debilitatum, etiam si non sit ruptum, ut Æn. 2. Fracti animo, fatisq; repulsi Ductores Danaum. Fractum ergo, i. concussū. & pro. i. debilitatum. Quæ. s. mēbra, aut, quæ detrimenta reip. ego ꝓsequerer, si aut uidere ea melius, q̄ tu uides ea, aut si possem commemorare ea supple sine dolore, quāquam omnis dolor est abijciēdus tuis præceptis, & minoris. i. secundum præcepta, & monita tua. Ergo non feremus. i. tolerabimus, & patiemur, & . i. simul domestica. s. incommoda, ut cēses. i. iudicas ea ferenda, & . i. simul feremus publica. s. incommoda, aut mala, fortasse etiam fortius, q̄ tu ipse, qui pręcipis. s. ea ferenda. Enim. i. quia aliqua spes cōsolatur te, ut scribis, nos erimus fortes, etiā in omni desperatione. tamē sic erimus fortes, ut tu hortaris, & præcipis. Hinc patet exponendum illud, fortiorem te esse, sic: me esse fortiorem te. i. quam tu sis &c. Tu enim das mihi iucundas recordationes conscietiæ nostrę, & earum rerum, quas gessimus te auctore in primis, idest præcipue. Nos. n. præstitimus patriæ, scilicet cōseruandę in libertate, certe, id est indubitate, non minus, quàm debuimus, & sup. profecto plusquam est postulatum animo, aut consilio cuiusquā hominis. Tu ò Lucei ignosces mihi prædicāti aliquid de me ipso. Enim. i. quia nos lenimur. i. demulcemur, & consolamur, com memoratione . i. enarratione, & recitatione earum rerum, quarū rerū cogitatione tu uoluisti leuare. i. liberare, aut deonerare nos ægritudine. s. animi, hoc est, ideo dabis ueniam prædicāti de me aliquid, quia sicut monuisti, ut recordarer, à me præclare gesta ꝓ rep. ad leuandam ęgritudinem animi, sic eorum prædicatio & commemoratio lenit dolorem, aut animum meum. Itaque, ut mones, abducam me, quantum potero, ab omnibus molestijs, & angoribus, & transferam. i. traducam animum. s. meum ad ea, quibus secundæ. i. prosperæ res ornātur, & aduersæ supp. res adiuuantur, non ut maiores fiant, sed ut tolerentur, aut minuantur, hoc est ad philosophiam moralem, & ero tecum, quantum ętas utriusque scilicet nostrum, & ualetudo patietur, quia & senes, & ualetudinarij ambo esse cœperāt. Dicitur autem ualetudo, quia secunda producitur quasi à ualēdo, nam à ualidius fieret ualitudo. et si. i. quanquam poterimus minus esse una. i. simul, quàm uolumus, tamen fruemur ijsdem studijs coniunctione amicorum ita, ut nunquam non. i. semper uideamur esse una.

ITAQVE hoc etiam] Atque hoc etiam legendum putat Hieronymus Ferrarius sensu omnino meliore, tamē nihil immutādū duxi, cum libris oēs manuscripti cum impressis consentiant. PAVL. MAN.

ARGVMENTVM.

Hac epistola dicit Luceius se probare cōsilium Ciceronis, si eo animo rus se abduxerit, ut legē do, & scribendo, alios iuuet in re literaria: sin, ut se lacrymis dedat, damnare, quod ita lugeat casum reip. quasi nō prauiderit futurum. Præterea docet inutile esse lugere, & in mœrore esse, cum res immutari nequeat.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Suaserat Ci. ut in prædijs se oblectaret, leuationemque malorum ex studio literarum quæreret, quod cum nō faceret Cic. sed in querelis, & lamētationibus perpetuus esset, grauiter Luceius illum accusat, sed ita tamen, ut aliquid consolationis intermisceat.

L. LVCEIVS, Q. F. S. D.
M. CICERONI, M. F. 14

SI VALES; bene est: ego ualeo, sicut soleo, paulo tamen etiā deterius, quàm soleo. Te requisiui sæpius, ut uiderem Romæ, quia postea non fuisti, quā à me discesseras, miratus sum: quod item nunc miror. non habeo certum, quæ te res hinc maxime retrahat. si solitudine delectare, cum scribas, & aliquid agas eorū, quorum consueuisti; gaudeo, neq; reprehendo tuū consiliū, nam nihil isto pōt esse iucundius, non modo miseris his temporibus, & luctuosis, sed ēt tranquillis, & optatis, præsertim uel animo defatigato tuo, qui nunc requiem quærit ex magnis occupationib. uel erudito, qui semper aliquid ex se promat, quod alios delectet, te ipsum laudibus illustret. sin autem, sicut hic dum eras, lacrymis, & tristitiæ te tradidisti: doleo, quia doles, & angere; nec possum te, si cōcedis, quod sentimus, ut liberius dicamus, non accusare, quid enim? tu solus aperta nō uidebis, qui propter acumen occultissima perspicis? tu non intelliges, te querelis quotidianis nihil proficere? non intelliges, duplicari solicitudines, quas eleuare tua te prudentia postulat? quod si non possumus aliquid proficere suadēdo, gratia cōtendimus, et rogādo si qd nostra causa uis, tu istis te molestijs laxes, & ad conuictū nostrum redeas, & ad consuetudinem, uel nostram communē, uel tuam solius, ac propriā, cupio non obtundere te, si non delectare nostro studio. cupio deterrere, ne permaneas in incepto: cum duæ res istæ cōtrariæ me conturbet: ex quibus aut in altera mihi uelim, si potes, obtemperes: aut in altera non offendas. Vale.

SI vales) Quia (ut supra diximus) Cic. rep oppressa receperat se rus. Luceius hac epistola dicit se laudare eius cōsiliū: si hoc fecit, ut aliquid eorum agat, quæ consueuit legendo & scribēdo aliquid, quod sit alijs profuturum. Sin uero dedit se lacrymis, & tristitiæ, reprehendit eum, & accusat quòd ita moleste ferat casum reip. quasi id, quod accidit, fuerit ei improuisum, & ostendit eum non debere mērori, luctuique uacare, cum nihil proficere possit lugēdo. [Sicut soleo] scilicet, ualere, solebat enim Luceius laborare interdum podagra. [Requisiui te] Hoc in loco repetitionem, uel augmentum actus significat, uel requisiui, pro quæsiui. Miratus sum, te non fuisse Romę, posteaquam a me discessisti. [Maxime] Præcipue, præter aliam causam. [Hinc] Roma. [So-

Solitudo ma.[Solitudine] loco non frequentato, ubi non sit multitudo hominum.[Scribas) Componas.[Quæ consueuisti,') scilicet agere [Consilium) Deliberationem habitandi potius rus, quam urbẽ, uel istic scribendi, & agendi aliquid eorum, quæ cõsueuisti.[Isti) Consilio tuo.[Optata) Quia bona tẽpora optata dicuntur.[Defatigatio) Curis reipub. qui nunc huiusmodi studijs potest recreari.[Requiem) Cessationem, ocium.[Ex magnis occupationibus] Post magnas occupationes.[Vel erudito,) scilicet animo tuo, nihil potest esse iucundius.[Promo) Emittat, proferat.[Illustret] Clarum faciat, ex scriptis enim, quæ ex ingenio nostro promuntur, clariores efficiuntur.[Sin autem) Laudauit Lucceius, quòd Cic. se rus receperit, si ea fuit causa, ut aliquid scriberet, & ex ingenio suo promeret, quod & alios delectaret, & ipsum illustraret: Nunc dicit, quòd si est ruri ea causa, ut doleat, & lacrymis indulgeat, uehementer est reprehendendus, & accusandus [Sicut) Vel postquam, vel ueluti discesseras, id est cum disperatione rerum.[Lacrymis, ac tristitiæ,] id est ad lacrimãdum, & dolendum postquam hinc discessisti.[Angere) Pro angeris, id est cruciaris.[Nõ possum non accusare,) id est nõ possum facere, quin te accusem.[Si concedis, ut lib. di.) id est si pateris, & permittis ut libere, & sine respectu dicam, quod sentio.[Quid) Modus interrogandi.[Tu solus non uidebis,) id est in tanto numero hominum q̃ hæc preuidebant futura, quæ acciderunt, tu solus non uidebas? interrogatiue, quasi dicat, imò uidebas.[Aperta) Manifesta, omnibus nota.[Occultissima) etiam secretissima. ergo multo magis aperta uidebas.[Acumen) id est subtilitatem, scilicet ingenii. Non intelliges] quasi dicat, imò debes intelligere.[Nihil proficere quotidianis querelis,) id est licet quotidie queraris, nihil tamen ualent querelæ tuæ.[Duplicari) Augeri. Virg. in Bucol. Et Sol crescentis decedẽs duplicat umbras [Postulat) exigit, quasi rem dubiam, quia prudentem decet solicitudines sibi minuere, & tollere.[Quòd si) Sensus est, si non possum suadendo efficere, & tibi persuadere, ut omittas solicitudines, saltẽ peto à te hoc gratia.[Contendimus) Plus est, quam petimus.[Rogando) Precibus.[Nostra causa) Propter me.[Laxes) Liberes.[Conuictum) Sodalitam, uel societatem uiuendi.[Consuetudinem) Conuersationem.(Vel cõmunem) Qua uterque nostrum utebatur indulgendo studiis literarum.[Tuam solius, ac propriam,) id est ad consuetudinem tuam solam, qui non es solitus indulgere lacrymis, sed scribere & facere aliquid dignum uiro plus quàm ceteri, quasi dicat ad eam saltem consuetudinem, quam tu solus seruare consueuisti.[Cupio non obtundere, si non,] id est cupio nõ esse tibi molestus meis uerbis, si non delectaris monitionibus meis. Obtundere autem tractum ab incude, quę sępe malleis tunditur, ita obtundere est aliquem uerbis lædere, & quodammodo ferire.[Studio) Meis scriptis, quę ex studio, & amore proueniũt.[Cupio deterrere] Vellem remouere te ab hoc proposito.[Ne permaneas) Ne perseueres.[In incepto) In tristitia, & lacrymis.[Duæ res cõtrariæ) Nam nolle obtundere aliquem, & uelle deterrere ab incepto contraria sunt, quia nõ possumus deterrere, quin obtũdamus, quia id multis uerbis fieri necesse est.[Conturbent) Incertũ faciant.[Et quibus) Duabus rebus.[Obtemperes) Morem geras, obsequaris, & facias, quod uolo [In altera,) id est ne permaneas in incepto.[In altero) Vt obtundaris uerbis meis.[Non offendas] Qui enim amice, & beneuole non accepit admonitiones amicorum, sed eis obtunditur, offendit, & rem ingratam amicis facit.

Contendere. Conuictus. Consuetudo. Obtundere.

ASC. *SI vales, &c.*] Hac epistola dicit Lucceius se approbare consilium Cic. in eo se animo in rus abduxit, ut legendo, & scribendo alios in re literaria iuuet, sin, ut se lacrymis dedat, damnare, q̃ illa lugeat casum te publi. quasi non præuiderit futurum. Præterea docet inutile esse, cum res immutari nequeant. Ordo est: Si uales, bene est: ego ualeo, sicut soleo, & etiam paulo, id est modico deterius, id est minus bene, quam soleo. Ego requisiui sæpius, vt uiderem te. Ego miratus sum, quod item id est similiter miror nunc, te non fuisse Romæ, posteaquam discesseras à me. Non habeo certum, id est exploratum, aut perspectum, quæ res, id est, quæ occasio retrahat te, maxime, id est præcipue hinc, id est ab urbe. Si delectare, i. delectaris solitudine, cum scribas, & agas aliquid eorum, quę consueuisti, scilicet agere (plurimi tñ textus habent, quorum consueuisti supp. aliquid agere, sed Hubertinus legit, quæ) gaudeo. neque reprehendo cõsilium tuum. Nam nihil potest esse iucundius isto, scilicet genere uitæ cum literis, & musis non modo his temporibus miseris & luctuosis, sed etiam tranquillis, & optatis, præsertim uel animo tuo lugere, & in mœrore esse fatigato, qui quærit nunc magnis occupationibus requiem, vel erudito, qui semper promat aliquid ex se, quod delectet alios & sup. illustret te ipsum laudibus. Sin autem, id est sed si tradidisti te, & lacrymis, tristitiæ sicut dum eras hic, id est Romæ doleo, quia tu doles, & angere, id est angeris, hoc est afficeris, angore animi. Si tu concedis, id est permittis, ut dicam liberius, quod sentimus, scilicet ego, & reliqui amici tui, alioqui numerum mutaret. Sed dicunt Grãmatici licitũ esse in prima persona de nobis modo singulari, modo plurali, modo utroq; numero loqui, uerũ tamen aptior est sermo, dum numerus obseruetur idem. quocirca multi legunt dicamus. sed põt, ut dixi, de se dicere dicã, & de se, ac aliis sentimus, præsertim cum scribatur etiã ab illis, qui dicamus, legunt, possum, non possumus: non possum nõ accusare te, id est quin accusem te. Quid enim? principium accusandi sumptum à particula indignatiua, tu solus non uidebas aperta, id est manifesta, & euidenter futura, qui perspicis occultissima, id est abditissima, propter acumen, scilicet oculorum tuorum mentalium, non enim de exteriore loquitur ꝑspectione. Et sup. ut tam prudens hõ non intelliges, id est permittetur, q̃d non intelligas te, nihil. i. in nullo proficere. i. commodum facere, aut remedium mali inuenire, querelis quotidianis? q. d. id non esse uero simile. Tu nõ ĩtelliges solicitudines duplicari. i. geminari, quas tua prudentia postulat te eleuare. i. imminnere? tracta metaphora à bilãce, in qua res minoris ponderis eleuat̃, unde quia minoris quoq; æstimatur, solet, eleuare, ꝓ diminuere, de laude, ac ꝑcio alicuius usurpari. Quod si nos nõ possumus ꝓficere suadendo, s. tibi, ut à lugẽdo desistas, nos cõtendimus. i. instamus gratia. s. qua apud te ualemus & rogando, si uis sup facere, qd. i. aliquid causa nostra, ut laxes te istis molestijs, & redeas ad conuictũ nostrum. i. ad cõmunionem uitæ, seu ad conuersationẽ nostrã. Et ad cõsuetudinẽ. i. consuetam rõnẽ uiuendi, uel nostrã cõmunem. i. qua simul uti solemus, uel supp. ad consuetudinẽ tuã solius. i. vnius, ac propriã. i. peculiarẽ tibi. Notũ est, quia in significatione actiua possessione genitiui, mei, tui, sui, nostri, & uestri, qui tantum passiue significant construi non possunt, pro illis possessiua pronomina poni, cum quib. uel continue, uel coniunctionis interuẽtu cetera, q̃ recte in genitiuo regi pñt cõstruũtur, ut mea unius opera, tua solius cura & c. Ego cupio non obtundere. i. non hebetare te. i. auditum tuũ mentalem. i. te nõ onerare multis uerbis. Si tu non delectare. i. delectaris studio nr̃o. i. quo nos delectamur. Ego cupio deterrere te, ne permaneas in incepto. i. ꝓposito, lugendi, procul ab urbe. Cum istæ duæ res contrariæ. s. nolle obtundere, & uelle eũ deterrere ab incepto, cõturbent me, ex quib. s. duab. reb. ego uelim sup. vt aut obtemperes mihi, si potes in altera. i. non manendo in proposito, non offendaris in altera. s. dum à nobis obtunderis.

QVAM a me discesseras] Vetustos libros, quib. ego nunc multis ad harum epistolarum emendationẽ utor, ita, ut impressimus habere omnes uideo. itaq; aliorum lectionem non sequor. PAVL. MAN.

ARGVMENTVM.

Quia multis consolatorijs damnarat Lucceius mœrorem Ciceronis, dicit Cicero se cognoscere amorem Lucceij, sed eum non capere causam mœroris, quæ erat, quòd nullum uideret remedium.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Querelis & hac epistola referta est, præsertim propter collationem diuersorum temporum. ita grauiter Cicero angitur, quod in rep. locum pristinum habere nequeat.

M. CICERO L. LVCCEIO Q. F. S. 15

OMNIS *amor tuus ex omnib. partib. se ostendit in ijs literis, quas à te proxime accepi, non ille quidẽ mihi ignotus. sed tũ gratus, & optatus; dicerem, iucũdus, nisi id uerbũ in oẽ tempus perdidissem. neq; ob eã unam causam, quã tu suspicaris, et in qua me lenissimus, et amatissimis uerbis utẽs, te grauiter accusas; sed quod illius tãti uulneris, quæ remedia esse debebant, ea nulla sunt. quid. n.? ad amicos ne confugiam? q̃ multi sunt? habuimus. n. ferè cões: quorũ alij occiderũt, alij nescio quo pacto obduruerunt. tecum uiuere† possem equidem & maxime uellem, uetustus est, amor, consuetudo. studia paria: quod uinculum, quæ res deest nostræ coniunctioni? possumus ne igitur esse una? nec me hercule intelligo quid impediat: sed certe adhuc non fuimus, cum essemus uicini in Tusculano, in Puteolano; nã quod dicam, in urbe? in qua, cum forum commune sit, uicinitas nõ requiritur. sed casu nescio quo in ea t pa nostra ætas incidit, ut cum maxime florere non oporteret, tum uiuere etiam puderet. quod enim mihi poterat esse perfugium spoliato & domesticis, & forensibus ornamentis, atque solatijs? literæ, credo, quibus utor assidue: quid enim aliud facere possunt? sed nescio quomodo ipsæ illæ excludere me*

† Alias, posse equidem maxime

me

me à portu, & perfugio uidentur, & quasi exprobrare, quod in ea uita maneã, in qua nihil insit, nisi propagatio miserrimi temporis. Hic tu ea me abesse urbe miraris, in qua domus nihil delectare possit, summum sit odium temporum, hominũ, fori, curiæ; itaque sic literis utor, in quibus consumo omne tempus, non ut ab his medicinam perpetuam, sed ut exiguam doloris obliuionem petam. quod si id egissemus ego atq; tu, quod ne in mentem quidem nobis ueniebat propter quotidianos † alias, *metus, omne tempus una fuissemus, neque me ualetudo tua offenderet, neque te mœror meus. quòd quantum fieri poterit, cõsequamur, quid enim utrique nostrum aptius? propediem te igitur uidebo. Vale.*

HVB. OMNIS]Cum uersaretur Cic. in maximis mœroribus, & luctibus propter reip. calamitates, L. Luceius non solũ præcedenti epistola eũ consolatus est, sed etiam multis alijs, quæ in hoc uolumine non reperiuntur, neque hodie extãt, sed id ex uerbis Cic. intelligimus. Dicebat autem Luceius se mirari, ut uisũ est in præcedenti epist. quòd ab urbe abesset, sed tamen id laudare, si ea causa faceret, ut scriberet, & faceret aliquid eorũ quæ cõsueuit, sin autem propter mẹrorem, & lacrymas, se uehemẽter reprehendere, & accusare, hortabaturque ut in urbem rediret ad cõiunctam & solitam consuetudinem utriusque. Itaque Cic. respõdens dicit se cognouisse amorem Luceij erga se, sed eum nõ intelligere causam doloris sui. dicit. n. se nõ tãtopere angi propter damna, quæ reip. euenerunt, sed q̃ eorũ nullum uideat remediũ, in quibus quidem miserijs dicit solum literarum studiũ esse sibi relictum, à quibus non medicinã perpetuam malorũ capit, sed aliquam obliuionem, itaque dicit se eis dare operam. quod quidem, si fecissent ante ambo, dicit q̃ potuissent esse una omni tẽpore, fuissentq́. literę lenimento ualetudinis Luceij, & mẹroris ipsius Cic. [Ex omnibus partibus) Nulla.n. clausula, uel potius nullum uerbum est in epistola tua, unde non percipiam magnũ tuum erga me amorẽ. [Ille) Amor tuus. [Non ignotus) Imò multo ante perspectus. [Iucũdus) Delectabilis, plenus uoluptatis, & tamen latenter ostendit fuisse iucundũ. [Id uerbũ) .s. Iucundus. [Perdidissem) Quia nunquã amplius potero dicere aliquid esse mihi iucũdum, propter maximas calamitates, quæ mihi acciderunt. [Eam unam) Eam solã. [Suspicaris) Arbitraris. existimabat .n. Luceius eũ tantopere mœrere propter amissam filiam, propter quam amice & familiariter probat non esse tantopere dolendum. [Re) effectu ipso: quia quamuis uerba non uiderentur acerba, re tamen ipsa me grauiter accusabas [Vulneris) Damni, & doloris. Vir. Æternum seruans sub pectore uulnus. [Ea) Remedia. [Quid enim?) Probat nulla esse remedia, quæ esse debebãt, remedia autem malorum nostrorum & dolorum sunt amici, ad quos possumus confugere cõsolationis causa, sibi autẽ dicit præcipuum remedium potuisse esse Luceium, sed non potuisse cũ eo esse. Superesse agitur solas literas, in quibus possit habere perfugium, sed eas quoque non posse omnino eum cõsolari. [Quã multi sunt?) q.d. paucissimi, ut tu nosti. [Ferè omnes) Nam qui erant mei amici, etiam erant tui. [Occiderunt) Perierũt in bellis ciuilib. [Obduruerunt) Facti sunt duri cõtra me, ut non amplius misereantur mei, reliquerunt. n. me propter mutationem fortunę, quia, ut inquit Ouid. Tempore felici multos numerabis amicos: Tempora si fuerint nubila solus eris. [Tecum) Dicit q̃ cũ ex multis amicis, q partim obduruerunt, partim pierũt, Luc. permanserit in fide & beneuolẽtia, superest ut cum eo uiuere posset, & uellet, latenter tñ accusat Luc. q̃ eius culpa non simul uiuunt, quia cum essent ambo in Tusculano & Puteolano uicini, non tamẽ una fuerunt, ex quo innuit eos multo minus fore simul nũc, cum locorum interuallo sunt disiuncti. [Vellem) Optarem. [Vetustus amor) Antiquus & iam multis annis inceptus, in quo magna est uis, ut ipse ostendit in Lelio de amicitia. [Paria) Similia, q̃a ambo uersati sumus, & uersamur in studijs literarum. [Quod uinculum est[.i. quæ studia paria sunt uinculum nostræ coniunctionis, quia nihil est, quod magis alliciat, atque attrahat ad amicitiam, quàm morum similitudo, & paritas studiorum. [Quid impediat.) Quid prohibeat, quominus esse una possumus. [Nõ fuimus.) .s. una [Vicini) Propinqui habitatione, ex quo facilius una esse poteramus. [Puteolano) Rus erat Cic. apud Puteolos in campania, & sic Tusculanum. [In urbe:) Subaudi, cum essemus, quod plus est. [Vicinitas non requiritur) Quia ex diuersis partibus urbis omnes ad forum conueniunt, ita ut illud habeatur pro uicinitate, forum autem causarum intelligit. [Casu) Infortunio [Oporteret) Deceret. [Florere) Esse in fortuna secunda. [Prudenter

Vulnus

Obduruerunt

etiam uiuere]Quia amissimus dignitatem & libertatem, & denique remp. sine quibus uir magni animi uitam optare non debet. [Quod.n.) Interrogatio. [Domesticis ornamentis) Propter filiã propter rem familiarem à Terentia male administratam, quæ denique ab eo discessit, & Salustium secuta est. [Forensibus) Quia vt sup. dixit, nihil ĩ foro agere debebat &c. [Literę) Subiectio, & respõsio ad interrogationem & subaudi poterant esse perfugiũ mihi. [Aliud) quã uti literis. [Nescio quo modo.) q.d. præter naturam, suam cum soleant felicibus temporibus ornamẽto, & miseris solatio esse. [Excludere) Prohibere, expellere. [A portu) A q̃ete, à recreatione, translatio sumpta à nauib. q̃ in portu quietem habent. Ouid. Tu citius uenias portus, & aura tuis. [Exprobrare) .i. cũ probro & contumelia obijcere. [In qua) Vita. [Propagatio) Dilatio. nam quanto diutius uiuam, tanto plures miserias expecto, quod quidẽ literæ, hoc est philosophiæ præcepta, dissuadẽt, quę iubent, Potius moriendũ in libertate & honestate, quã uiuẽdum in seruitute [Hic) Nunc [Domus) Quia amisi ornamẽta domestica, ut ante dixi. [Summũ odium temporũ) Subaudi in qua urbe sit summũ odium tpm .i. summum fastidium, & molestia earũ rerũ q̃ his tpibus fiunt. [Hominum) .s. fit summum odium, quia nihil eorũ agũt pro rep. quæ debẽt. [Fori) In quo nihil agere libet pp oppressa iudicia, & leges [Curiæ) In qua nõ licet cuiq̃ dicere, quod sentiat. [Medicinam) Remedium & medicamẽ malorũ, meorũ, trãslatio sumpta ab ægrotantibus, quib. datur medicina ad tollendum morbũ. [Perpetuam) Ad oẽ tps. [Exiguã obliuionem) Vt interdũ obliscar doloris mei. nam saltem dum lego, nõ recordor malorũ meorũ. [Quòd) Quã rem. [Egissemus) ut essemus usi literis. [Quod non ueniebat in mentẽ) Quod non cogitabamus. [Metus) Turbationes, & mutationes, q̃ quotidie fiebãt in rep. [Valetudo) .s. mala. [Mẹror) Quẽ ex miserijs & domesticis, & publicis capio. [Qđ) Vt neq; tua ualetudo me offendat, nec te, mẹror meus [Consequamur) Efficiamus. s. utendo literis, & simul uiuendo. [Aptius?) Quam literis uti una esse, quantũ fieri poterat [Propediem) Quam primum, cito. Propodiem

OMNIS amor &c.] Quia multis uerbis consolatorijs damnarat Luceius mœrorẽ Cic. dicit Cic. se agnoscere amorem Luceij in se, sed eum non capere causam mẹroris, quę erat, q̃ nullũ uideret remediũ Ordo est: Omnis. i. totus amor tuus ostendit se ex omnibus partibus in his literis, quas accepi proxime à te, nõ quidem ille. s. amor tuus ignatus mihi, sed tñ gratus & optatus. dicerem iucundus, nisi perdidissem id uerbũ. s. iucũdus, qđ nõ nisi rei lętę cõpetit. Ex hoc autem loco accepit Valla differentiam, quam ponit inter iucũdus, & gratus, allegans hæc Cic. uerba, ut gratum sit utile, & acceptum, licet non habeat delectationem annexam, iucundũ tantum uoluptuosum. Præterea signandum q̃ omnis pars orationis uerbum dicit. nam iucundus, quod nomen est, hic uerbum dicitur, in omne tempus. s. futurum. Neq;, sup. perdidit illud uerbum ob eam unam causam, quã tu suspicaris, scilicet q̃ resp. omissa sit. Hubertinus exponit, q̃ filia mortua sit, sed de filia nihil meminit in superiori epistola Luceius, & in qua, scilicet causa, tu vtens uerbis leuissimis, & amãtissimis, accusas me grauiter re. i. in sententia ipsa. Nam turpe est uiro forti lugere, quæ neq; uitare potuit priusquam euenirent, neq; emendare, ubi euenerint, qualia erãt incõmoda reip. sed q̃ ea, quæ debebant esse remedia tanti vulneris. i. tãti doloris, sunt nulla. i. nõ extant. Quod.n.i. nam quid faciam? Confugiam ne ad amicos, q̃.i. quãtum, multi sunt sup. amici? q.d. nimirum paucissimi: Etsi q̃rat Luceius, cur id a se petat Cic. addit: ideo peto: Enim i. quia, nos habuimus fere. s. omnes sup. amicos cões, & ita si scis, q̃ pauci sint tibi amici reliqui, facile ẽt scias, quàm pauci sunt mihi. Quorum. s. amicorum cõium, alij. i. aliqui, occiderunt. i. mortui sunt, ab occido pẽ. breui. alij nescio quo pacto. i. modo, obduruerunt. i. durissimi facti sunt, ut non misereãtur mei, & ita me dereliquerunt. Equidem ego quidem possem uiuere tecum. Respicit id, quod Luceius rogauerat, ut ad cõiunctũ suum redeat, & uellẽ maxime. s. uiuere tecum. Nam sup. amor noster est uetustus, consuetndo sup. est uetusta, studia sup. nostra sunt paria. i. cõsimilia, & ita quod uinculum, quæ res deest cõiunctioni nostræ, q.d. certe nullũ, & nulla. Ergo possumus ne esse una. i. in uno loco? Nec mehercule, sup. ita iudicante, ut uerum dico intelligo. i. non perspicio, quid impediat. s. nos unà esse, sed certe. i. qđ euidẽter scio, nos non fuimus adhuc. s. unà cum essemus uicini in Tusculano .s. agro, ubi Cic. & Tusculanas scripsit q̃õnes, & sup. in Puteolano sup. agro, ubi Luc. erat, Nam quid dicamus in urbe. i. cũ ambe essemus in urbe. s. Roma, in qua cum forum sit cõe, in quod oẽs conueniãt, præsertim causidici) nam de foro iudiciali intelligit) uicinitas nõ requiritur, & nõ erant simul, quia nullus erat bonis uiris in foro locus. Sed nr̃a ætas incidit, nescio quo casu, in ea tpa, ut cum oporteret. i. deceret, & iustum esset, nos florere ma- ASC.

xime.s.in curia,& foro, cum omnibus perfuncti essent honorib. puderet tum .i.tūc,etiam uiuere,cum sine dignitate uiuāt.Quod .n.profugium,quod dicunt refugium,poterat esse mihi spoliato .i.violenter exacto,& priuato,& i.simul ornamētis domestricis.i. quibus ornabar domi meæ,& forensib.i.quibus ornabar prius in foro,& solatiis.s.domesticis,& forēsibus?q.d.nullū.quod per locum a maiore declarat.Credo sup.quod literæ.s.poterant mihi esse ꝑfugiū.quibus.s.literis,ego utor assidue,quid.n.possum facere aliud.s.q̄ literis incumbere?q.d.nihil, sed nescio quomodo illæ ipsę s.literæ,uīr excludere me à portu, & ꝑfugio.i.a requie, & securitate, & quasi exprobrare.i.ꝓbro dare,ꝙ maneā in ea uita,in qua nihil insit nisi ꝓrogatio.i.extēsio,temporis miserrimi. Tu miraris hic.i.in hac cōditione uitæ,& temporum,me abesse ea urbe in qua domus.s propria nihil possit delectare, & in qua sup.sit summū odium,temporum,hominum,fori.s.iudicialis curiæ.s.senatus.Itaq; quia in urbe esse nō licet, ego utor literis sic, in quibus consumo oē tempus,non ut petam ab his.s.literis,medicinam perpetuam, sed ut sup.petam exiguam.i. modicam obliuionem doloris. Quod.s.ita uti literis, si ego, atq; tu egissemus, quod.s.agere ne quidem.i.non saltem,ueniebat nobis in mētem pp quotidianos metus,qui usum rationis impediebant,nos fuissemus omne tempus una.i.simul.Dixi signandum Ci. libēter uti accusatiuo temporis continui,tam cum nota continuationis, ut hic omne;q̄ sine ea,ut alibi sæpe.Neque ualetudo tua.s.uaria, & non bona,offenderet.i.læderet me,neque mœror meus supp. offenderet te.Quod consequamur.i.obtineamus, quantum poterit fieri.quid.n.aptius sup.est utrique nostrum?q d.nihil.Igitur ego uidebo te propediem.i.mox,ita ut prope sit dies.

ARGVMENTVM.

Consolatoria est hæc epistola, qua consolatur Titium ciuem Romanum dolentem super morte liberorum, quos sub dominatu Cæsaris amiserat, docens id non esse faciendum

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Conuenit hoc argumentum cum Sulpitiana, cum utraque in consolationem doloris, quem ob liberorum mortem, accepit, uersetur, iisdemq; propemodum argumentis utatur.

M. CICERO S.D. TITIO. 17

ETSI *unus ex omnibus minime sum ad te consolationum accōmodatus, ꝙ tātum ex tuis molestiis cepi doloris, ut consolatione ipse egerem: tamen, cum longius à summi luctus acerbitate meus abesset dolor, q̄ tuus, statui nostræ necessitudinis esse, meæq; in te beneuolentiæ, non tacere tanto in tuo mærore tandiu, sed adhibere aliquam modicam consolationem, q̄ leuare dolorē tuum posset, si minus sanare potuisset. Est aūt cōsolatio peruulgata quidem illa maxime, quam semꝑ in ore, atq; in aīo habere debemus: Homines nos ut esse meminerimus, ea lege natos, ut oībus telis fortunæ ꝓposita sit uita nostra: neq; esse recusandum, quo minus ea, qua nati sumus cōdōne uiuamus, ne ue tā grauiter eos casus feramus, quos nullo consilio uitare possumus: euentisq; aliorum memoria repetendis, nihil accidisse nobis noui cogitemus neq; hæ neq; ceteræ consolationes, q̄ sunt à sapientissimis uiris usurpatæ, memoriæ & literis proditæ, tantū uidentur proficere debere, quantū status ipse nostræ ciuitatis, & hæc perturbatio temporum perditorum: cū beatissimi sint, qui liberos nō susceperunt; minus autem miseri, qui his temporib. amiserunt, q̄ si eosdem bona, aut deniq; aliqua rep. perdidissent. quòd si tuum te desiderum mouet; aut si tuarum rerū cogitatione mœres, non facile exhauriri tibi istum dolorem possem uniuersum puto. sin illa te res cruciat, quæ magis amoris est, ut eorum, qui occiderunt, miserias lugeas: ut ea non dicam, quæ sæpissime & legi, & audiui, nihil mali esse in morte, in qua si resideat sensus, immortalitas illa potius: quàm mors, ducenda sit: sin sit amissus, nulla uideri miseria debeat, quæ non sentiatur: hoc tamen non dubitans confirmare possum: ea misceri, parari, impendere reip. q̄ qui reliquerit, nullo modo mihi quidem deceptus esse uideatur. quid est.n.iam non modo pudori, probitati, uirtuti rectis studiis, bonis artib. sed omnino libertati, ac saluti loci? non mehercule quēquā audiui hoc grauissimo, et pestilentissimo anno adolescentulum, aut puerum mortuum, qui mihi nō diis immortalibus ereptus ex his miseriis, atq; ex iniquissima conditione uitæ uideretur. Quare, si tibi unum hoc detrahi pōt, ne quis iis, quos amasti, mali putes contigisse. permultum erit ex mærore tuo diminutum. relinquetur.n. simplex illa iam cura doloris tui, quæ nō cum illis communicabitur, sed ad te ipsum proprie referetur. in qua non est iam grauitatis, ac sapientiæ tuæ, quam tu à puero ꝑstitisti, ferre immoderatius casum incommodorum tuorum, qui sit ab eorum, quos dilexeris, miseria, maloq; seiunctus. etenim cum semper te & priuatis in rebus & publicis præstitisti, tuenda tibi ut sit grauitas, & constantiæ seruiendum. nam, quod allatura est ipsa diuturnitas, quæ maximos, luctus uetustate tollit, id nos præcipere consilio prudentiaq; debemus. etenim si nulla unquam fuit, liberis amissis, tam imbecillo mulier animo, quæ non aliquando lugendi modum fecerit: certe nos, quod est allatura, id consilio ante ferre debemus, neq; expectare temporis medicinam, quam repræsentare ratione possumus. His ego literis si quid profecissem: existimabam optandum quiddam me esse assecutum: sin minus forte ualuissent, officio tamē esse functū beneuolentissimi, atq; amicissimi: quem me tibi & fuisse semper existimes uelim, & futurum confidas. Vale.*

ETSI *vnus*]Cum uehementer doleret Titius ciuis Ro.amissis liberis,eo tempore,quo resp.erat in potestate Cæs.Cicer. hac epistola eum consolatus est,abductis multis rationibus,& a lege naturæ,& a qualitate temporum, non esse lugendam mortem puerorum,aut adolescentiam, qui uidentur miseriis erepti. denique arguit à tenore uitæ ipsius Tit. & à reliquis rationibus, quib.usus est etiam S.Sulp.ad Cic.lib.4.epist.5.[Vnus) Ego solus. [Accōmodatus) Aptus,idoneus [Quod) Quia, & est ratio quare nō sit accōmodatus ad cōsolandum. [Molestiis) Angoribus,solicitudinib.[Longius,quàm t.) Quia proprius te attigit casus tuus quàm meus.[Acerbitate) Vehementia,asperitate.i.cum meus luctus esset minus acerbus, quàm tuus [Statui) Indicaui. [Modicam) Mediocrem.[Leuare) Leuem & minorem facere.Si minus) id est si non,[Sanare) .i.penitus amouere.[Peruulgata) Qua ferè omnes utuntur.[In ore Vt eum semper dicamus. [In animo) In cogitatione & recordatione.[Homines) Mortales.[Telis] Ictib. translatio ab hostibus,tela autem fortunæ sunt paupertas,repulsa, priuatio honorum & magistratuum,amissio amicorum & liberorum,& propinquorū & ceterorum huiusmodi.[Qua nati sumus) Vt subiaceamus omnibus talis fortunę.[Nullo cōsilio) Nulla prudentia,quia mlti casus sunt,quos etiam uir prudens vitare non potest. [Euentis casibus) Nam si cogitamus quid aliis eueniat,intelligemus nihil noui nobis accidere, [Hæ consolationes) Quas nunc tibi affero.[Vsurpatæ) A sapientissimis, quibus frequenter usi sunt uiri [Status) Conditio.[Perditorum) Miserrimorum,de quibus nulla ferè est spes.[Beatissimi) quia nullū omnino dolorē ex filiis susceperunt,& nesciunt,quid sit amittere filios,nec prosperis,nec aduersis temporibus.[Minus miseri.) Fecit duos gradus eorū, qui non sunt habendi infelices talibus tēporibus,primum eorum,qui nunquam susceperūt liberos, quos etiā beatissimos dixit. Deniq; eorum, qui potius amiserunt eos temporib.miseris,quàm felicibus.[Bona) Secūda[Aut aliqua).i. aut saltem non penitus deleta [Quod si) Facit Cic.dilēma quoddam.i.argumentum diuisum.dicit enim Titium moueri, & dolere,uel propria causa,uel causa eorū,quos amisit.Quòd si dolet ꝓpria causa,dicit,ei facile non posse adhiberi consolationem. Sin uero dolet cā eorum,quos amisit,qa existimet eos esse miseros, & aliqd passus eē dicit,nihil mali esse in morte,itaq; nihil mali ei accidere potuisse.Præterea ostēdit ea imminere & futura esse, quę qui reliquerit,nō uideat deceptus,neq; miser,sed potius beatus.[Tuū desiderium) i.propriū desiderium, & amor tui ipsius, desideriū n.ꝓ uehementi amore ponit.sic apud Iuuē.Cur desiderio Bibulæ Sertorius ardet,īterdū ꝓ absentia rei gratę,& optatę, & ꝓ morte.Cic.in Læl. Ego si Scip.desiderio me moueri negē, q̄ id recte faciā uiderint sapiētes [Mouet] dolore afficit.[Exhauriri) euacuari,penit⁹ auferri.[vniuersū) totum qn aliqua particula relinquat,quotiescūq; cogitabis de reb.tuis.[Istū] Tuū.[Illa res] Quę sequit.s.ut eorum,qui occiderunt &c. [Occiderunt] Periērūt.[Legi) Apud Philosophos.[Audiui) A uiris sapiētissimi,& ꝓceptorib.[Nihil mali) Huiusmodi disputationē tractat Ci.in Lęlio,& plenius in li.1.Tus.q.[Resideat] Remaneat.[Sēsus] .i.a omnino

HVB.

Acerbitate

Dilēma

Desiderium

Exhauriri

nino non delectatur, quod est uerbum. [Immortalitas] Aeternitas quædam uiuendi. [Amissus.i.sensus. Debeat] Pro debebit [Sentiatur] Sensu aliquo præcipiatur, nam nemo potest esse miser, qui nihil sentiat, sic Cic. in Lel. Sin autem illa uereor, ut idem interitus sit animorum, corporũ, nec ullus sensus maneat, ut nihil boni est in morte, sic certe nihil mali, sensu.n. amisso, sic homo qua si natus nõ esset oĩno. Tñ licet ẽt nihil mali sit in morte. [Nõ dubitans) Sine dubio. [Misceri) Cõfundi, sine ratione, & perturbatæ fieri. Virg. Interea magno misceri, &c. Et alibi. Miscet agẽs telis nemora, &c. [Impendere) Imminere, futura esse. [Reliquerit, i. morte. [Nullo modo deceptus,).i. nullo uideatur male sibi consultum esse, sed potius sibi bene euenisse, decepti.n. dñr, quibus aliter euenit, quã putabant. [Quid est.n.) Probat ea, uel misceri, uel imminere. [Quæ qui rel.) Nõ videatr esse deceptus. [Quid loci,) i qs locus. [Pudori) Verecũdiæ, timori, infamiæ, & ignominiæ, est.n. virtus pudor [Rectis) Probis. [Bonis artibus. [Quia sunt ẽt malæ. [Libertati) Quæ oppressa est. [Ereptus) Liberatus. [Inquinatissima) Sordidissima, & fœdissima. [A dijs immortalibus) Qui recte sciũt consulere homini, ut testat Iuue. Carior est illis homo, quã sibi. [Hoc unũ) Hoc pcipuũ, & quasi solũ. [Detrahi] Amoueri ex animo. [Contigisse] Euenisse, & notandũ contingere de malo dictum, sicut & apud Cice. accidere de bono dicto notauimus [Relinquetur] Supererit, restabit [Simplex] Vnica. [Non cõicabitur cum illis] Non erit cõis cum illis, si n. existimabis nihil mali accidisse, nullam curam doloris de eis capies. [Referetur] Retorquebitur. [Ad te ipsum] Cuius causa solum dolebis. [In qua, s. cura doloris propter teipsum. [Grauitatis] Auctoritatis, & constantiæ. [Præstitisti] Exhibuisti, ostendisti. [Immoderatius] Vehementius, sine moderatione. [Qui] casus. [Seiunctus] Separatus, semotus. [Eum] Talem. [Tuenda] Seruãda, turpissimũ enim non respondere pristinis virtutibus. [Seruiendum) Obsequendum [Constantiæ) vt perseueres eodem tenore vitæ, quam ante præstitisti. [Diuturnitas est allatura) i. quod longinquitas temporum est factura, aut obliuiscamur dolorũ, id debemus consilio, sapientiaq; anticipare. Sic supra Seruius ad Cic. Nullus dolor est, quem tpis longinquitas non minuat, ac molliat, hoc te expectare tempus tibi turpe est, ac nẽ ei rei sapiẽtia tua te occurrere. [Etenim,) Facit argumentum à minori ad maius dicẽs, qđ si mulieres, quæ sunt animi imbecilliores amissis filijs, aliqñ lugendi finem faciunt, multo magis debent viri consilio, & prudẽtia anticipare id qđ necessitate temporis aliqñ sunt facturi [Imbecillo) Infirmo. [Aliqñ) Tandem. [Lugendi) Mœrendi. [Repræsentare) Ad psens afferre. [Profecisse) Profuisse tibi.i.si psuasissem, tibi vt dolorẽ deponere. [Quiddã).i. aliqd assecutũ effecisse. [Valuissẽt) .s. lĩæ meæ ad te consolãdũ. [Functũ esse) Subaudi existimabã. [Quẽ).i. qualẽ.s. beneuolentissimum, & amicissimũ.

PHIL. *ETSI*] Amiserat liberos Titius ciuis Rom. & Cice. amicus, amissa rep. & qm̃ eorum morte plusquam deceret graue, & sapiẽtem virum, dolore videretur, has ad eum Ci. literas dedit, eiusdẽ sniæ, cuius illa Sulp. ad Ci. de obitu filiæ. [Accõmodatus) Aptus, & idoneus.) Quòd rõ est, ꝙ aptus non sim ad te consolandum. [Lõgius) Qm̃ magis te tangit & pturbat, q̃ me ipsum casus tuus. [Acerbitate) Asperitate. Translatio, quæ plurimum splendoris affert in oratione parce detorta. [Modicam) mediocrem. [Leuare) Mollem & leuem efficere. [Homines) hæc est illa, peruulgata snia, & diffusa, & generalis consolatio, quam dicit, & est argumẽtum à lege naturæ. Sed interſit ne aliquid inter hoĩes, & mortales Fronto Hellianus audiendus est. Ego, inquit, sic existimo longẽ itaq; esse amplius prolixius, fusius in significanda totius propè multitudine ciuitatis mortales, q̃ hoĩes, nanq; multorum hominum appellatio inter modicum propè numerum cohiberi, atq; includi põt. Multi aũt mortales nescio quo pacto, & quonã sensu inenarrabiliorem ferè genus, qđ in ciuitate est, & ordinem, & ætatem, & sexus comprehendunt, & ex eo hæc disputatio est orta, ꝙ apud Clodium Quadrigariũ sic legerant. concione dimissa Mar. in capitolium venit cum multis mortalibus, inde, cum domum proficisceretur, tota ciuitas eum reduxit. [Ea lege) Constitutione fatorum, & siderum. [Telis fortunæ) Metafora a re militari. Sunt.n. tela fortunæ, oĩa incommoda, & oĩa mala, quæ homini bus pñt accidere [Proposita) Tanq̃ signum sagittandi, qđ græci σκόπον dicunt. [Nullo consilio] Tria in hoĩe spectare possumus, consilium, factum, & successum, quæ sunt animi, corporis & fortunæ, & multi sunt casus, qui nullis his rationibus vitari posſũt. [Euentis) Multi non intelligentes, corrumpunt hunc locum, & pro euentis, legunt euentibus, putantes tam in singulari, quã in plurali quartæ inflexionis nomen. Sed in singulari est quartæ, & masculini generis. In plurali verò secundę, & vt plurimum generis neutri. Cic. ad Atticum semper.n. causæ euẽtorum magis mouent, quam ipsa euenta. [Vsurpatæ) In frequenti vsu habitæ tã dictis, quam factis, Cic. in Parad. prædicare.n. hoc est, vsurpatum à doctissimis. [Memoriæ proditæ).i. scriptæ, Nam scribere multis modis apertissimẽ dr̃, vt exarare, literis commendare, memoriæ prodere, lr̃is dare, scriptis mandare, literis committere, literarũ monumentis tradere [Status ipse ciuitatis) Cũ põdere suo dixit ipse, qui est infelicissimus, & tanta calamitate oppressus, vt oĩno non sit amplius aliquis status ciuitatis, adeo ꝙ vt ais, Oẽs illi beatissimi, atq; fortunatissimi habendi sunt, qui his tpib pditis liberos non habuerunt, & illos minus miseros dicit esse qui cũ liberos habuissent, illos amiserunt, quam si eosdem liberos in florente rep. pdidissent. [Qđ si tuũ te desiderium mouet) Mordet & solicitat, vt non pp filium, qui sit extinctus, sed pp te ipsum, qui careas vtilitate, & dulcedine filij, doleas. Id aũt desiderium si te mouet, non puto oĩno tolli posse. Et facit argumẽtum, qđ dr̃ dilemma siue diuisio, qđ fit ex duab. cõtrarijs sentẽtijs hoc modo: aut doles pp teipsum, & propria m vtilitatem, aut pp liberos. Si quidem pp teipsum doles, non facilè consolari possem. Si verò pp liberos doles, qñõ eos existimes esse miseros, pp mortem, dico tibi in morte nihil mali & miseriæ, & illis ex hoc, ꝙ mortui sunt, nihil mali accidere potuisse, ex quo tibi concludo, non esse dolẽdum. [Desiderium) Amor aliàs pro absentia rei optatæ. [Exhauriri) Penitus auelli [Quæ magis amoris est) vt lugeas filium non pp te, sed pp seipsum. Quòd aũt sit mortuus, lætari magis debes, quã dolere, cum nihil mali sit in morte, & nihil boni sit in vita. [Legi, & audiui) Addere, & tertiũ poterat, scripsi. Nam. 1. Tusc. hæc oĩa vberrima oratione tractauit. Legit ẽt apud philosophos, & audiuit à suis preceptoribus. [Si resideat sensus) Vt aĩa nõ moriatur cum corpore. Et est argumentum à necessario, vt aut remaneat sensus, aut oĩno pereat, nõ est aliqua futura miseria ex morte. Vnde ẽt nec morte alicuius dolendum est. Primo Tusc. hæc oĩa disputantur. [Occiderũt) a cædo, mortui sunt. [Sentiatur) Nã si non sentitur nõ põt dici miseria, qui s.n. negat? Et hoc in Lælio, vt. Sin aũt illa vereor, vt idem interitus sit animorum, & corporum, nec vllus sensus, vt maneat, vt nihil boni est in morte. Sic certè nihil mali [Misceri) Commoueri, & perturbari. [Impendere) Instare. & ventura esse. [Articulus,) Et ea intelligit futura, & præsentia reip. detrimenta, q̃ quis morte reliquerit, non pessimẽ cum illo esse actũ videatur. [Reliquerit) Euitauerit.s. morte. [Deceptus) Malè egisse cum fortuna, sed bene sibi contigisse, ꝙ sit mortuus, & ille dr̃ deceptus cui aliter accidit, q̃ putabat, vt Virg. deceptam morte fefellit, [Quid loci) qm̃ Cęs. tunc ferat oĩa, & est rõ superioris sniç. [Pudori) Articulus. [Non hercule) Eorum felicitatem ostendit, qui mortui sunt, & à contrario eorum infelicitatem, qui viuunt. [A dijs immortal tas) scdm Stoicos, qui dicũt deos hr̃e curam rerum humanarum, & eib posse rectè cõsulere, de quo satyrus noster: Charior est illis hõ, q̃ sibi, Dicuntq; vnũ deum esse, sed pro qualitate officiorum mutari nomina, & esse participẽ vtriusq; sexus. [Simplex) vt Solum doleas pp teipsum [Ad te ipsum) Cuius cã solũ doleas. [Referetur) Reuoluetur. [In qua) Demonstrat hunc ẽt proprium dolorem eijciendum esse, [Qui sit.s.) semotus, & disiunctus casus tuorum incommodorũ. [Miseria) qua illi mortui liberati sunt, & tu doles eos, esse ista miseria liberatos.i. mortuos, cm̃ qui mortui sunt oĩno sunt miseria liberati, & malo, & illuc profecti vbi æuo sempiterno fruantur. [Eum) Talẽ [Priuatis, ac publicis) Tres sunt ethicæ partes, Monastica, Oeconomica, Politica. Duas ex his nunc tãgit. Oeconomicam, quæ in gubernanda re familiari versatur, & optimas de seruis, de liberis, de vxoribus, de vniuersa domorum familia, leges ostẽdit, & politicam, q̃ reip. administrationẽ amplectitur, & quo pacto quis cum summa laude in ea se hr̃e possit, planè demonstrat, de quo Plato multa conscripsit. [Priuatis) Ad Oeconomicam. [Publicis) Ad Polliticam. [Tuenda tibi) Conseruanda, qm̃ pristinis non respondere virtutibus turpissimum esse videretur. [Ipsa diuturnitas) Hanc Sulpicius longinquitatem dixit, & eandem sniam posuit, vt nullus dolor sit, quem nõ longinquitas tpis minuat, ac molliat. Sed hoc te expectare tps tibi turpe est, ac non ei rei sapientia tua te occurrere, qđ extremum Ci. sic ait: Id verè percipere consilio, prudentiaq; debemus, quæ duo sapiẽtiæ membra sunt. [Etenim) à minore ad maius argumentum. Quod si fœmina missis liberis lugendi finem facit, multo magis dñt viri, nec expectare tps. vt adimat, sed illum à se consilio & prudentia amouere. [Dies allatura] Longinquitas tpis, fœminino aũt genere dies, vt plurimum pro tpe sunt vsi. [Neq; expectare tpis medicinã) Vt Supl. Hoc expectare tps tibi turpe est. [Profecissem) Hoc est tibi persuasissem, vt dolorem istum abijceere. [Quidam) Quid maximum. [Valuissent) .i. literæ meæ, ad consolandũ potuisset. [Officio functum) Fungimur officio vel officium. Terẽt. Tu illorum officia fungeris. Vtimur consilio, & hmõi, & abutimur, quod est, male vtimur, accusatiuum ẽt antiquitus petebant. Terent.

Margin notes (left): Impendere — Decepti — Seiunctus. — Aliquã do. — Leuare — Hic euẽtus. tui.

Margin notes (right): Hæc euenta euentorum — Scribere. — Desiderium — Deceptus — Partes ethicæ. — Dies. — Fungor — Vtor — A buto

Potior Fruor Vescor

Terrent.abusum meretricem dixit. Potimur,in nr̃a potestate habemus. Virg. Connubio Æacide Pyrrhi sceptriq; potitum.Frui ad oẽm animi delectationem accommodamus.Nec illi hic audiendi sunt,qui dicũt frui tm̃ modo ad res diuinas ptinere, cum ẽt ad humanas referri possit.Naso: Est aliqua ingrato merito exꝓbrare voluptas.Hacq; frui,hęc de te gaudia sola feram.Vescimur eis. Vnde antiquitas vesci,pro comedere posuit. Virg. Vescitur Æneas simul,& Troiana iuuentus.Sed alibi pro vti accepisse videtur:vt.Quem si fata virum seruat,si vescitur aura [Beneuolum, inde amicum dicamus.Bñuoli,n. esse possumus,& nõ amici.Sed amici esse non possumus,nisi ẽt bñuoli simus , & crescit oratio,

ASC. *ETSI* vnus[Consolatur Tit ciuem R.dolẽtem super mortẽ liberorum suorum , quos sub dominatu Cęs.amiserat, docens id ꝑperam ab eo fieri.Ordo est:Etsi.i.quamquam, ego sum vnus ex oĩbus,minimè accommodatus.i. aptus ad consolandum te,ꝙ.i. quia cępi tantum doloris ex męstitijs tuis, vt ipse.i.egomet,egerem consolatione, tñ dolor meus abesse cum longius ab acerbitate summi. i.maximi luctus, q̃ tuus statui.i. putaui esse necessitudinis nostræ,& beneuolentiæ meæ in te,i.pertinere ad necessitudinem nostram,& beneuolentiam meam in te,non tacere tandiu in tanto.i.tam vehementi dolore tuo,sed adhibere aliquam consolationem meam, quæ posset leuare.i.imminuere dolorem tuum,si minus.i.non satis,potuisset sanare.i. penitus abolere dolorem .tuumdum.n.ægritudo sanatur,pet.t, dum homo cõualet Est aũt consolatio,peruulgata,maximè quidem illa,quam debemus hr̃e semper in ore,atq; in animo,vt meminerimus nos esse hoĩes natos ea lege, vt vita nostra sit proposita,oĩbus telis fortunæ. Neque id esse recusandum,quo minus.i. ut non, viuamus,ea conditione,qua sumus nati,vt.i.vel ne feramus tam grauiter eos casus,quos nullo consilio possumus vitare, & cogitemus repetẽdis memoria euentis.i. dum repetimus memoria cuẽta aliorum, nihil noui accidisse nobis. Neq; hæ,i. hmõi, neq; ceteræ.f.tales consolationes , quæ sunt vsurpatæ.i. in vsum adductæ,& proditæ.i.mandatæ memoriæ,& literis.i.scriptis,à viris sapiẽtissimis, vñr debere ꝓficere.i.profectũ facere,tm̃,quãtũ,status ipse ciuitatis nostrę,& hęc ꝑturbatio tpm ꝑditorũ; cum illi,qui liberos nõ susceperũt.i.sustulerũt, aut genuerũt,sint beatissimi . Autẽ.i. sed illi sup qui amiserũt liberos suos his tpibus,sint minus miseri,q̃ si ꝑdidissent eosdem,rep.sup.existẽte bona,aut deniq;.i.saltẽ,aliqua cũ iã sit nulla. Qđ si desideriũ tuũ.s.in filios tuos,mouet.i.afficit te aut si mœres.i.in mœrore es,cogitationes rerũ tuarũ,ego puto istũ dolorẽ nõ posse exhauriri tibi facile uniuersum.i.simul oẽm.Sin.i.sed si,illa cruciat te,q̃ est magis amoris,ut lugeas miserias eorũ, qui occiderũt.i.liberorũ tuorũ, ut non dicã, ea q̃ legi, & audiui sępe,nihil mali esse in morte.i in eo, quod est esse mortuũ,in qua.f. morte,si sensus i.ꝑceptio & sensio resideat.i.permaneat,illa.f.res,q̃ dicitur mors, dicenda sit potius immortalitas, q̃ mors.Sin.i.sed si sup.sensus,si amissus nulla miseria debeat uiri quæ non sentiatur.Rectè cõcludit animos, aut animas nõ mori, aut non pati si moriantur,sed non conuicit , q̃n noxiorũ animæ crucientur.non.n sequit̃,habet immortalitatem,habet ergo beatitudinem. Hoc tñ. Tñ ego non dubitans possum cõfirmare hoc .f.ea sup. mala,aut incommoda miseri.i.cõflari,parari,impendere,penultima lõga.i.imminere reip.quæ.f.mala, is qui reliquerit .f. moriendo uideatur mihi quidem nullo modo esse deceptus.i. defraudatus, cõditione uitæ,cum meliorẽ adierit,q̃ hęc esse possit,aut saltem malam euaserit.Enim.i.quia, quid loci est iam nõ modo.i.nõ solum,pudori,pròbitati,uirtuti, rectis studiis, bonis artibus,sed omnino libertati,ac saluti; q.d.nihil.Mehercule ego non audiui quemquam adolescentulum, aut puerũ mortuũ hoc anno grauissimo,& pestilentissimo,qui non uideretur mihi ereptus a dijs immortalibus ex ijs miserijs,atq; iniquissima conditione uitæ,in qua unus dominatur omnibus, nec locum probitati.i.relinquit.Quare si hoc unum potest detrahi tibi, nequid.i.ut nihil mali putes contigisse his, quod amasti.f.liberis tuis ꝑmultum erat diminutum.i.detractum ex merore tuo. Etenim.i.quia iam.i.tunc,cura doloris tui relinquetur,simplex.i.sint respectu liberorum,ut pote,quæ non cõicabitur cum illis.f.defunctis,sed referetur proprie.i.peculiariter & unice ad te. In qua.f. cura,iã non est grauitatis,ac sapientię tuæ,quam ꝓstitisti.i.exhibuisti à puerili ætate ferre immoderatius casum incõmodorum tuorũ , q si seiũctus,i.separatus à miseria,& malo eorũ,quos dilexeris. Etenim tu præstitisti.i.exhibuisti semper te eũ.i.talẽ,in priuatis,& in publicis rebus,ut grauitas si tuenda tibi,& seruiendum sit tibi constantiæ,ut eam teneas.Nã nos debemus præripere cõsilio,& prudẽtia id,quod ipsa diuturnitas,quæ maximos luctus tollit,uetustate est allatura . Etenim si nulla mulier tam imbecillo.i.debili animo amissis liberis:quę non fecerit aliquando.i tandem modum.i.finem lugendi,certe nos debemus anteferre id cõsilio, qđ dies.f.diuturnitas est allatura,neque expectare medicinam tpis, quam possimus repræsentare.i.in præsens exhibere, ratione.i. ꝑ rationẽ.Si ergo profecissem,quid.i.in aliquo,his literis.ego existimabam me esse assecutum quiddam optãdum. Sin.i.sed si forte literæ ualuissent minus.i.nõ satis,tñ existimabam me esse functum officio.f.hominis beneuolentissimi,atque amicissimi , quẽ uelim,ut existimes me,& fuisse semper, & confidas esse futurũ.

ARGVMENTVM.

Quo tempore Clodius Ciceronẽ acerrime insequeretur, eijcieñ dũ urbe satagere.Pub.Sextius Ciceroni amicissimus,una cũ Milone aduersus Clodiũ,& Clodianos à Cic.stetit,& pro eo acerrime depugnauit, non uerbis modo,sed & armis,adeo ut grauiter uulneratus in tẽplo Castoris pro occiso derelictus sit Sextius. Deinde accusatus est,q̃ homines emisset,coegisset,parasset quod ꝓ salute Ciceronis fecisset.Cic.reuersus cum elegantissima oratione,quæ adhuc extat,defendit, tandẽ tamẽ in exiliũ missus est,quo ad eũ scribens cõsolatur Cic.excusans primo,quod non sæpius scripserit,deinde filij ipsius Sextij pietatẽ laudat,& operam suam Sextio pollicetur,hortaturque constanti,ac forti sit animo.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Sextium,ut exilium forti animo ferat,hortatur.

M. CIC. S. D. P. SEXTIO P. F. 17

NON obliuione amicitiæ nostræ , neque intermissione consuetudinis meæ superioribus temporibus ad te nullas literas misi , sed ꝙ propria tempora in ruinis reipub. nostrisque iacuerunt , posteriora autem me à scribendo tui, iustissimis, atque acerbissimis in commodis retardarunt . cum uero & interuallum iam satis longum fuisset; & tuam uirtutem, animiq; magnitudinem diligentius essem mecum recordatus;non putaui esse alienũ institutis meis,hæc ad te scribere. Ego te P. Sexti & primis temporibus illis,quibus in inuidiam absens,& in crimen uocabare,defendi: &, cũ in tui familiarissimi iudicio, ac periculo tuum† nomẽ cõiungeretur, quam potui accuratissime te, tuamq; causam tutatus sum: & proxime recenti aduentu meo;cum rem aliter institutam offendissem,ac mihi placuisset, si affuissem,tamen nulla re saluti tuæ defui : cumq; eo tempore inuidia annonæ inimici non solum tui,uerum etiam amicorum tuorum , iniquitas totius iudicij,multaq; alia reipub.uitia plus,quam causa ipsa,ueritasque,ualuissent. Publio tuo neq; opera,neq; consilio, neque labore,neque gratia,neque testimonio defui. quamobrem,omnibus officijs,amicitiæ diligenter à me,sancteq; seruatis;ne hoc quidem prætermittendum esse duxi,te ut hortarer,rogaremque,ut & hominem te, & uirum esse,meminisses, id est,ut & communem,incertumq; casum, quem neque uitare quisquã nostrum,neque præstare ullo pacto potest, sapienter ferres; & dolori fortiter ac fortunæ resisteres,cogitaresq;, & in nostra ciuitate,& in ceteris,quæ rerum potitæ sunt,multis fortissimis, atque optimis uiris,iniustis iudicijs tales casus incidisse . illud utinam ne uere scriberem,ea te repub.carere , in qua neminẽ prudentem hominem res ulla delectet. De tuo autem filio uereor,ne,si nihil ad te scripserim , debitum eius uirtuti uidear †testimonium non cepisse: sin autem omnia,quæ sentio perscripserim, ne refricem meis literis desiderium, ac dolorem tuũ, sed tamen prudentissime facies,si illius pietatem , uirtutem , industriam,ubicunque erit,tuam esse,tecum esse duces. NEC enim minus nostra sunt,quæ animo complectimur , quã quæ oculis intuemur.quamobrẽ & illius eximia uirtus, summusque in te amor magnæ tibi consolationi debet esse,& nos , ceterique , qui te non ex fortuna , sed ex uirtute tua pendimus,& maxime † animi tui conscientia,cum tibi nihil merito accidisse reputabis,& illud adiunges: HOMINES sapientes turpitudine, non casu , & delicto suo , non aliorum iniuria cõmoueri. Ego & memo ia nostræ ueteris amicitiæ,& uirtute,atq; obseruãtia filij tui monitus,nullo loco deero,neq; ad consolandũ,neque ad leuandũ fortunã tuã.tu, si quid ad me forte scripseris,perficiã,ne te frustra scripsisse arbitrere. Vale.

† alias, crimen

† alias, te non dedisse

† alias, etiam si tuæ conscientię

NON

HVB. NON obliuione] P. Sextius Cic. amicissimus, cum Clodius Ci. insequeretur, & rogatione sua ex urbe eiiciendũ iudicasset, pro eo acerrime una cum Milone aduersus Clodiũ, & Clodianos pugnauit, adeo ut ẽt grauiter vulneratus in tẽplo Castoris pro occiso relictus sit. Deinde accusatus, ꝙ hoĩes emisset, coegisset, parasset, eũ id pro salute Cic. fecisset, Cic. post reditũ suũ elegantissima oratione defendit, quę adhuc extat, tãdem tñ iniquitate iudicũ damnatus in exilium eiectus est, quẽ Cic. hac epistola consolatur, excusans intermissionẽ literarũ ad eum suarũ, ostendens non fuisse pp obliuionem ueteris amicitiæ, sed tum pp calamitatem rei pub. tũ propter acerbissima incõmoda ipsius Sextij, quẽ semper, & amasse & tutatũ fuisse fatet̃, hortaturq́. ut forti magnoque animo ferat hunc casum, memorialis etiam uiris clarissimis & Ro. & alijs ciuitatibus similes casus euenisse. Deinde laudat pietatẽ eius filij erga patrem, ex quo dicit eũ debere magnã consolationẽ accipere, quod talem habeat filiũ, magnam ẽt amicis, quos habet fidissimos. Postremo Cic. pollicetur omnẽ operã, & officiũ suum ipsi Sextio. [Intermissione cõsuetudinis) .i. cessatione meæ cõsuetudinis scribẽdi libẽter ad amicos. [Priora) Cũ erã in exilio. [Ruinis) Cladibus, translatio sumpta ab ædificijs. [Iacuerũt) Prostrata fuerunt. [Posteriora) Quæ secuta sunt post reditũ meũ. [Retardarunt) Retinuerunt, fecerunt, ut differrẽ ad te scribere. [Interuallũ) spatium, distantia tpis. [Mecum] Intra me, in aĩo meo, [Alienum institutis) Cõtrarium esse meę cõsuetudini, & uolũtati [Ego) Lõgius repetit & beneuolẽtiã, & officium suum erga Sextium. [In inuidiam) .i. in odium [In crimen) In causam, in iudicium. [Tui familiarissimi) Puto intelligi Mil cum quo Sext. senserat contra Clod. [Periculo coniungeretur) Quia si damnatus. fuisset Milo, necesse erat, ut Sex. in eodẽ esset periculo. [Accuratissime) Diligentissime. [Proxime] Nuperrime [Recẽti) Nouo [Institutam) Dispositam. [Offendissem) Inuenissem. [Ac) Quam. [Inuidia annonæ) Quam contraxeras, ex liberalitate annonæ, quam populo distribuendam curaueras. [Inimici) Clod. & ceteri, qui Clod. fauebant. [Iniquitas totius iudicij) Quia omnes inique iudicarunt. [Multa uitia) Multi defectus, vtpote mali magistratus, & similia. [Publio tuo) Subaudi filio. [Testimonio) Testando te fecisse causa reipub. quæ fecisses. [Sane] Sincere, & constanter. [Hominem,) q. d. subiectum telis fortunæ. [Virum) .i. fortem, & munitum ad ferenda aduersa. [Id est) Declarat Cic. quid per hominem, & uirum intelligit. [Communem, incertum) Id. n. hoĩs est. [Et dolori fortiter) Id ad uirũ pertinet. [Præstare) Superare. [In nostra ciuitate. i. Roma. [Multis fortissimis) Et Furio. Camillo Africano superiori, Africano posteriori, & alijs multis, quos Val. lib. 5. c. 3. commemorat, & Cic. in oratione pro P. Sex. [In ceteris) .s. ciuitatib. [Quæ potitæ sunt rerum) .i. quæ imperauerunt, sicut apud Athenienses accidit Aristidi, Themistocli, Theseo, Alcibiadi, & Phocioni, apud Lacedæmonios Lycurgo. Apud Carthaginiẽses Annibali, lege Val. libr. prædicto, & orationẽ Ci. pro hoc Sextio. [Vtinam) Dicit Ci. rẽp. Romanam talem nunc esse, ut non debeat Sextius multum dolere, ꝙ ab ea absit cum in ea nihil sit quod possit quempiam hominem prudentem delectare. [Vtinam, ne scriberem) .i. utinam non possem hoc uere scribere. [Debitum testimonium) .i. uereor ne non uideat testari eius uirtutes sicut debeo. [Refricem] Renouem, tractum à uulnere, quod plerunq; fricando renouat̃. [Tuã esse, tecum] .i. apud te habere. [Animo) Cogitatione. [Intuemur) Cernimus. [Amor in te] .i. quo te prosequitur. Nam Cic. in oratione prædicta, sic inquit: Neq; hic unquam pure, qui his lacrymis quã sit pietate declarat, amisso patre suo pp me, meipsum incolumen uidebit. [Et nos) .s. debemus esse magnæ consolationis. [Pẽdemus] Ponderamus, ęstimamus. [Nõ ex fortuna) Nõ ex rebus externis [Ex uirtute) Quã cum ẽt exul retineas, nõ minoris æstimamus te exulẽ, q̃ si esses in patria. [Merito] Iuste, sed ob inuidiã & iniquum iudiciũ inimicorũ tuorũ. [Adiunges) Ad consolationẽ tuã. [Turpitudine) Flagitio aliquo, i. cum aliqua turpitudine deprehẽsi sunt [Nõ casu) Qui, ut, dictũ est, uitari nõ potest. [Delicto suo] Si qd peccassent. [Iniuria aliorũ) Quæ ab alijs infertur. [Cõmoueri) Angi, & cruciari, perturbari. [Monitus memoria ueteris amicitiæ] .i. quẽ uetus amicitia nostra faciet memorẽ tui. [Obseruãtia filij tui) .i reuerẽtia, qua me prosequitur. [Leuandũ) Iuuandũ [Proficiam) Re ipsa faciam. [Frustra) Sine effectu, incassum.

Reficere

ASC. NON obliuione] Quo tempore Clodius Cic acerrime persequebatur, eijciendumque urbe satagebat, Publ. Sextius una cum Milone aduersus Clodium, & Clodianos restitit, non uerbis modo, sed armis, ita ut grauiter uulneratus in æde Castoris pro occiso derelictus sit. Deinde accusatus factionis, eleganti oratione, quę adhuc extat, à Cic. defensus est, post modum tñ in exiliũ missus quo ad eum nunc scribit Cic. consolans eũ, & primo se purgat ꝙ non sæpius scripserit, deinde filij ipsius Sextij pietatẽ laudat, & operã suã Sextio pollicetur hortaturq; demũ forti, ac constanti sit aĩo. Ordo est: Ego nullas. i. ullas nõ dedi ad te ullas literas tpĩbus superiorib. non obliuione. i. non pp interruptionẽ, consuetudinis meę, qua cõsueui ad amicos scribere, sed ꝙ propria tpa. s. postq̃ prætermisi scribere ad te, iacuerũt in ruinis reip. & nostris [Posteriora aũt) .s. tpa retardarant me a scribendo, iniustissimis, atq; acerbissimis incommodis. Dum uero &. i simul, interuallũ iã satis longũ fuisset, & recordatus essem mecũ diligentius, uirtutẽ tuã, & magnitudinẽ animi, nõ putaui esse alienum institutis. i. à moribus meis scribere ad te hæc. s. quæ sequũtur. Ego ò P. Sexti defendẽdi te &. i. simul primis illis tpibus, quibus absens. s. ab urbe uocabare. s. ab inimicis tuis in inuidiã. i. odiũ & in crimẽ .i. criminationẽ & accusationẽ de crimine & .i. simul cũ tuũ crimẽ cõiungeretur in iudicio, ac periculo familiarissimi tui. s. [Milonis, q in simili cã si fuisset coniunctus, ẽt Sextius cõuictus fuisset, qa de similibus debet idẽ esse iudiciũ, tutatus sum te, & cãm tuã, ut. i. quantum potui accuratissime, & ꝓxime recenti aduẽtu meo. s. cũ offendissem. i. p̃ter spem inuenissem rem. i. litem tuã, institutam aliter. i. q̃ placuisset, si affuissem, tñ nulla re. i. in nullo auxilio defui saluti tuæ. i. in omni re affui, & auxilio fui. Cũque, .i. & cum. s. ita fuerit, ꝙ inuidia annonæ. i. quã cõtraxisti ex liberali largitione annonæ non solũ inimici tui. s. Cl. uerũ etiã amicorũ tuorũ, & sup. iniqtas iudicij. quo condẽnatus es, & multa alia uitia reip. i. eorũ, q remp. tractabãt, ualuissent plusq̃ causa ipsa, & ueritas, nunquã defui Publio tuo. s. filio, neque opera. i. diligentia, neque consilio, neque labore, neque grã, qua apud alios ualebam, neque testimonio, quod de illo perhibebam. Quamobrem oĩbus officijs amicitiæ seruatis diligenter, & sanctè. i. inuiolabiliter à me, ne quidem, i. non saltem, aut non ẽt, duxi. i. existimaui hoc. s. quod modo faciam, esse prętermittendum, ut hortarer, & rogarem te, ut meminisses te esse hoĩem & uirum. i. ut ferres sapienter casum cõem, & incertum, neque quisq̃ nostrum, neque potest uitare, neq; præstare ullo pacto. i. modo, hoc est ui fortunæ, in quã nõ habemus potestatẽ. Et resisteres fortiter dolori, ac fortunæ, & cogitares tales casus, ut exilia, incidisse iniustis iudicijs. i. p. iniusta iudicia multis fortissimis, atque optimis uiris, quod in nostra ciuitate, ut Furio Camillo, utrique Africano, Cicer. & c. & in ceteris. s. ciuitatib. quæ potitæ sunt rerũ. s. imperio, ut Themistocli. Aristidi, Theseo, & Alcibiadi Atheniensib. apud Lacedæmonios Lycurgo, apud Carthaginenses Annibali. Illud autem utinam ne scriberẽ uere, te carere ea repu. in qua ulla res neminem prudẽtem hominem possit delectare. Autẽ. i. sed ego uereor ne si nihil scripserim ad te de filio tuo, ego uidear non cepisse testimonium debitum. i. nõ exhibuisse conueniens testimonium uirtuti eius. Sin aũt. i. sed si ego perscripserim omnia, quæ sentio, uereor sup. ut refricẽ. i. renouem meis literis desiderium, ac dolorem tuum, qa graue esset tam excellentis filij p̃ntia carere. Sed tñ facies prudẽtissime, si ubicunq; eris, duces. i. reputabis, pietatem, uirtutem. industriam illius esse tuam tecum. Nec. n. minus nostra sunt, quæ complectimur aĩo. i. quæ contemplamur, q̃ quæ intuemur oculis. s. exterioribus. Ergo intueor dr̃ inspicere, Quamobrem. i. simul eximia uirtus illius. s. filij tui, & summus amor in te, debent esse tibi magnæ consolationi. i. ad magnã cõsolationem, & nos ceteriq. qui pẽdimus. i. æstimauimus, & pendemus. i. æstimabimus semper te non ex fortuna tua, sed ex uirtute tua, & maxime amici consciẽtiæ tuæ sup. debemus esse tibi cõsolationi, cum reputabis nihil accidisse tibi merito. i. iuste, & ob peccatum tuum, adiunges, & .i. ẽt illud hoĩs sapientes cõmoueri turpitudine. i. aliquid turpe admiserint, nõ casu. Et commoueri delicto suo, non iniuria aliorum. Ego monitus memoria ueteris amicitiæ nostræ, & uirtute, atq, obseruantia. i. reuerẽtia, erga me filij tui, nullo loco deero, neq; ad consolandum, neq, ad leuãdum fortunam tuam. i. infortunium tuum. Tu si forte scripseris quid. i. aliquid ad me, perficiam, ne arbitrere te scripsisse frustra.

ARGVMENTVM.

Consolatur T. A. Fabium hominem quidẽ nouũ, sed qui præstanti uirtute, et industria ante Cæsaris tyrannidẽ ad summos honores euectus fuerat: sed Cæsare regnante in exilio degebat in mœrore. Hortatur ergo, ut forti animo ferat communia damna, cũ sint qui grauiora patiãtur. Nam fortunas, et liberos, atque amicos, adhuc incolumes habebat, omnesque iudices de se bene iudicantes, uno duntaxat dempto.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Et hic ob inuidiã, & temporũ iniurias exulerat, quã obrẽ consolãdo hortatur hominem Cic. ut eius casum fortiter ferat, quẽ multi uiri p̃clari subierunt. Vtitur aũt docto argumẽto, ut Fabiũ exulẽ cõsoletur.

M. CICERO. S. D. FABIO 18

ETSI egomet, qui te consolari cupio, consolandus ipse sum, propterea quòd nullam rem grauius iamdiu tuli, quam

quam incommodum tuum, tamen te magnopere non hortor solum, sed etiam pro amore nostro rogo atque oro, & te colligas, uirumq; præbeas, &, qua conditione omnes homines, & quibus temporibus † nati simus, cogites. plus tibi uirtus tua dedit, quàm fortuna abstulit: propterea, quòd adeptus es quod non multi homines noui; amisisti, quod plurimi homines nobilissimi. ea denique uidetur conditio impendere legum, iudiciorum, temporum, ut optime actum cum eo uideatur esse, qui quam leuissima pœna ab hac repu. discesserit, tu uero, qui, & fortunas, & liberos habeas; & nos, ceterosq; necessitudine, & beneuolentia tecum coniunctissimos; quiq; magnam facultatem sis habiturus nobiscum, & cum omnibus tuis uiuendi, & cum unum sit iudicium ex tam multis, quod reprehendatur, ut quod una sententia, eaq; dubia, potentiæ alicuius condonatum existimetur, omnibus his de causis debes istam molestiã, quàm leuissimè ferre. Meus animus erit in te, liberosq; tuos semper, quem tu esse uis, & qui esse debet. Vale.

† Alias, nos nati.

HVB. ETSI] T. Fab. vir nouus alioquin magno ingenio, sua virtute atq; industria, & magnas fortunas, & amplas dignitates assecutus fuerat, sed postea occupata rep. à Cæs. priuatus dignitatibus oĩbus in exilio viuebat in summo mœtore. Itaq; Cice. cum hac epist. consolatur, hortaturq;, vt forti animo ferat incommoda sua, cum ea amiserit, quæ multi alij viri nobilissimi, & præterea conditionem temporum, quibus possunt existimari fœlices, qui non grauiori pœna mulctarentur, quam mulctatus esset ipse Fab. deinde quia adhuc remansissent ei fortunæ suæ, & liberi, & amici. cum quibus aliqñ sit habiturus facultatem viuẽdi, & cum oẽs bene de eo iudicent, vno excepto, cuius tñ sñia repræhendatur. [Consolandus sum) Consolatione egeo. [Colligas te) Te diligentius consideres. [Virum) Fortem. Teren. Fac te virum præbeas. [Qua conditione) Quia nati sumus, vt subiaceamus oĩbus telis fortunæ, vt sæpius diximus [Quibus) Quia malis, & miseris tẽporibus nati sumus. [Dedit) Acquisiuit. [Fortuna abstulit) Quia virtute adeptus es laudem, & gloriam, fortuna verò abstulit tñmodo patriam, & dignitatem. [Non multi) Pauci. [Noui) Non illustrati a maioribus suis. [Nobilissimi) Quia vt in præced. epist. vidimns, huiuscemodi casus multis viris clarissimis acciderunt. [Ea) Talis. [Quamleuissima) Minima, & non valde graui, acerba. [Fortunas) Res tuas. [Facultatem) Commoditatem. [Nobiscũ) Qui sumus tibi beneuolentia cõiuncti. [Ex tam multis.) scilicet iudicijs aliorum. [Vnum solum) .i. Cæsa. [Quod reprehẽdatur) qui solus de te male iudicat, qđ iustè mulcteris exilio, cũ alij aliter sentiant. [Vt) Sicut, tanquam. [Quod) Iudicium. [Vna sñia) Sñia vnius. [Dubia) Incerta. [Alicuius) Non nominat, sed innuit Cæs. [Istam molestiam) Tuum dolorem. [Quem) Qualẽ.

PHIL. *ETSI* ego) Fab. ciuis R. sed homo inquilinus. Cice. amicus, cum grandes diuitias, & amplissimum patrimonium sua uirtute comparasset, magnas ẽt dignitates consecutus fuisset, & occupata rep. oĩbus dignitatibus a Cæs. priuatus in exilio maxima cum molestia vagaretur, eum hac epist. Cice. consolandum putauit, & eo vtitur scribendi modo, quo in hmõi consolationibus, vti consueuit. Nam principio illius incõmodo se dolere ostendit, Inde mœtoris adhibet medicinam, multasq; inducit causas, & rõnes quibus illam animi molestiam oĩno deponẽdã esse cognoscat, & eum vehementer hortatur. oẽm aduersam fortunam patiẽter ferat, cum ea quæ sibi multis acciderunt, sed mala sit ipse præterea res suas liberos, & amicos ad commoditatem viuendi pro cõditione temporum habiturus. [Colligas) Compescas dolorem tuum, & ne te abijcias, atq; prosternas. [Virum) Emphaticos, intelligit. n. fortem, & rerum humanarum cõtemptorem. [Qua cõditione) Hac. s. vt oĩbus telis fortunæ præposita sit vita nostra, & oẽs res nostræ, quæ modo huc, modo illuc transportantur. [Qui-
Nouũ. bus tpibus) Malis, & perditis. [Homines noui) Inquilinos accipimus. Sed proprie nouum dicimus, q̃ nunq̃ fuit. Item recẽs, mirum, & magnum, vt Pollio, & ipse facit noua carmina. [Nõ multi) Pauci adepti sunt, qđ tu. s. virtutem, & amplas fortunas, & dignitates. [Quę]. s. amiserũt, puto dignitates, & honores in repub. [Ea) Talis. [Nobilissimi) Patricios dicit. [Legum articulus, erãt hæc omnia vnius voluntati subiecta, quæ voluntas pro ratione
Facultas. valebat. [Vt optimè actum) Vt illud est Sulpicij, non pessime cũ his esse actum. [Fortunas] Diuitias, & res tuas. [Facultatem viu.)
Corrigere. Commoditatem, & opportunitatem, remanserant, n. Fabio fortunæ, liberi, & amici, cum quibus viuendi facultatem habere poterat.
Reprehedere. Id aũt verbum in oẽs res honestissime diffundi põt, vt facultatem dicendi eloquẽtiam dicamus, facultatẽ agri colendi agriculturam, & hmõi. [Reprehendatur) quod solus Cæsa. te male iudicat exilio. s. puniendum esse te, plus est corrigere, q̃ repræhẽdere. Nam qui reprehendit non statim corrigit. Et est in hoc sensus, quod oẽs de Fabio benedicent præter unũ. s. Cæs. cuius tñ sententia reprehendatur. [Vnum iudicium) Vnius Cæsa. qui te iudicat exilio puniendum. [Ex tam multis) Aliorum iudicijs, qui bene de te sentiunt. [Vt) Tanquàm. [Alicuius) Cæsa. intelligit.

ASC. *ETSI* egomet) Consolatur T. Fabium, hominem quidẽ nouum, sed qui præstanti virtute, & industria ad summos honores ante Cæs. Tyrannidem euectus fuerat, sed Cæs. regnãte in exilio degebat in mœrore. Hortatur ergo ut forti animo ferat cõia damna, cum sint qui grauiora patiãtur. Nam fortunas, & liberos, atq; amicos adhuc incolumes habebat, & pp Cæs. potentiam non ad peccatũ aliqđ exulabat. Ordo est: Etsi egomet, qui cupio consolari, te, ipse (vr̃ vacare, aut met, aut ipse, sed ad emphasim utrũq; ponit) consolandus sum, s. ab alijs, pp quod nullam rem tuli. i. passus sum, iamdiu grauius. i. molestius, q̃ in commodum tuum, tñ ego non solum hortor te magnopere, sed ẽt rogo pro amore nostro, atque oro sup. ut colligas te. i. uires animi tui, metaphora tracta a merce fracta sic, vt fragmenta nullius sint momenti, & ita prostrata iacent, ut nullus colligere uelit, & præbeas. i. exhibeas sup. te uirum, & cogites qua conditione, q̃a ea, ut aliqñ moriamur, & multa si diu uiuimus patiamur, & quibus temporibus nati sumus, quia pessimis, in quib⁹ oĩb. nobis necesse est pati plurima. virtus tua dedit tibi plus, s. veri boni & honoris, q̃ fortuna abstulit, ppea q̃ adeptus es, sup. id, quod non multi hoĩes, noui. i. qui primi in familia sua ad eũ honorem peruenerũt, sup. adepti sunt, hoc est summos quosq; magistratus, amisit sup. id, q̃ multi nobilissimi, videlicet administrationem reip. Deniq;. i. ut quod summum est dicã, ea. i. talis, quia pessima conditio legũ iudiciorum, temporũ, vr̃ impendere. i. imminere, ut uideatur actum esse optimè eũ eo. i. optime contigisse ei, q discesserit ab hac. s. tã misera rep. pęna lęuissima, quale est exiliũ. Tu uero, q habes, & fortunas. i. diuitias, & liberos, & nos ceteros cõiũctissimos, tecũ necessitudine, & bñeuolẽtia, & qui sis habiturus magnã facultatẽ. i. commoditatẽ viuendi nobiscũ, & eũ oĩb. tuis, & cũ vnũ sit iudiciũ ex tã multis qđ reprehendat. s. de exilio tuo, cũ de oĩbus eiectis in exiliũ tu unus iniuste eiectus iudiceris, id potius dicam, q̃ q̃ vnius Cæs. iudicio exulet, sed tñ pp Cæs. id pronunciatum innuit dicens, & id. s. iudicium existimetur condonatum. i. indulgẽter datum, una sñia. s. Cæs. cui contradicere nõ audebant, & ea. s. sñia dubia. i. non satis euidente potentia. i. pp potentiam alicuius, uidelicet Cæs. Valla dixisset cuiusdam, tu debes de his oĩbus causis. i. ob has omnes causas, ferre. i. tolerare, quam leuissime. i. facillime istam iniuriam. s. exilij tibi illatã. [Animus meus erit, in). i. erga te, & liberos tuos, semper, sup. talis, quẽ. i. qualẽ, tu uis supp. eum esse, & qui. i. qualis debet esse, q. d. beneuolentissimus.

ARGVMENTVM.

T. Rufum, qui Cic. quæstor in Cicilia fuerat ante C. Cælium, quem discedens quæstorem reliquerat, cohortatur, vt Pompeianis partibus adhæreat, Reuersus enim è prouincia Cice. offendit ciuiles discordias inter Cæsarem, & Pompeium. Simulq; docet viri fortis, & boni ciuis partium esse fouere pias causas, & reipub. fauentes, dicitq; si eo sit animo, ad se veniat.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hortatur Rufum, vt partes Pompeij sequatur.

M. CICERO RVFO S. 19

ETSI *mihi nunquam dubium fuit, quin tibi essem carissimus, tamen quotidie magis id perspicio: extatq; id, quod mihi ostenderas quibusdam literis, hoc te studiosiorem in me colendo fore, quàm in prouincia fuisses, (etsi, meo iudicio, nihil ad tuum prouinciale officium addi potest) quo liberius iudiciũ esse posset tuũ, itaq; me & superiores literæ tuæ admodum delectauerunt, quibus & expectatum meum aduentum abs te amanter uidebam, et cum aliter res cecidisset, ac putasses te meo consilio magnopere esse lætatum, & his proximis literis magnum cepi fructum, & iudicij, et officij tui, iudicij, quòd intelligo te, id quod omnes fortes, ac boni uiri facere debent, nihil putare utile esse, nisi quod rectum, honestumque sit: officij, quòd te mecum, quodcunque cepissem consilij, polliceris fore, quo neque mihi gratius, neque, ut ego arbitror, tibi honestius esse quidquam potest. mihi consilium captum iandiu est: de quo ad te, nõ quo celandus esses, nihil scripsi antea,*

sed

sed quia communicatio cõsilij tali tempore quasi quædam ad monitio uidetur esse officij, uel potius efflagitatio ad coeundã societatem, uel periculi, uel laboris. cum uero ea tua sit uoluntas, humanitas, beneuolentia erga me, libenter amplector talem animum, sed ita, (non enim dimittam pudorem in rogando meum) si feceris id, quod ostendis, magnam habebo gratiã; si non feceris, ignoscam, et alterum timori, alterum mihi te negare non potuisset arbitrabor. est enim res profecto maxima. quid rectum sit, apparet: quid expediat, obscurum est, ita tamen, ut, si nos ij sumus, qui esse debemus, idest studio digni, & literis nostris, dubitare non possimus, quin ea maxime conducant, quæ sunt rectissima. quare, tu si simul placebit, statim ad me uenies: sin idem placebit, atque eodem, nec continuo poteris, omnia tibi ut nota sint, faciam. quidquid statueris, te mihi amicum, sin id, quod opto, etiam amicissimum iudicabo. Vale.

ET si mihi) T. Rufus Ci. quæstor fuerat in Cilicia ante C. Cæliũ, quẽ Ci. discedẽs quæstorẽ reliquerat, ut lib. 2. ad Cęlium Rufũ scriptũ uidimus, & ultima eiusdẽ libri epis. Cum igitur ut multis in locis diximus, Cice. ex prouincia Romã reuersus incidisset in discordias ciuiles, & dissensionẽ Cæs. & Põp. studiosus reipu. hortatus fuerat hũc T. Rufum, ut adhęreret partibus Põp. & reip. qđ idẽ latẽter hac epis. facit, ostẽdẽs id esse uiri boni, & fortis, neque etiã aliter facere; debereq; si instituerit facere, hortat, ut ad se ueniat. [Quin] ut nõ. [Extat] Apparet, eminet. [Studiosiorẽ] Diligẽtiorẽ. [Quam in ꝓuincia] In Cilicia, ubi fueras quæstor meus. [Ad officiũ prouin.] .i. ad, id, quod in ꝓuincia mihi tribuisti, sicut debebas. [Nihil addi] Quia officio tuo erga me cumulatissime satisfeci. [Quo] pp qđ. [Liberius] Largius, & apertius. i. licet nihil posset addi ad id, qđ fecisti erga me in prouincia, ut iudiciũ tuũ, & bona uolũtas in me posset esse clarior, & manifestior. [Expectatũ] Desideratũ. [Amanter] Cũ amore. [Cecidisset] Pro accidisset. [Ac] Quam. [Consilio] Quod dedissem tibi. [Iudicij] Opiniones certæ, & propositi cuiusdam. [Officij] Debiti. [Iudicij] declarat utrunque, quo & ex iudicio, & ex officio eius magnum fructum acceperit. [Fortes] Magni animi. [Boni] iusti, qa iustitia ipsa est, ex qua uiri boni dñr. [Rectum] Honestum, & cũ uirtute, id. n. solum a uiro bono debet existimari utile. [Officij] subaudi magnum fructum accepi. [Quod] Quia. [Polliceris fore] .i. quia promittis te futurũ mecum quidquid deliberassem facere. [Quo) Quare, ꝙ sis futurus mecum. [Tibi honestius) Quia laudaberis esse secutus id, quod ego deliberauero, neq; dissensisse, à consilio meo. [Mihi) Dicit Cic. se iandiu accepisse consiliũ suum, & deliberasse quod sit agendum, de quo dicit se hucusque nihil scripsisse ad T. Rufum, non quod eum celare uoluerit consiliũ suum, sed nõ cõicando uideretur eum uel potius petere, & efflagitare, ut idem ille faceret, quod Cic. decreuisset facere, nam cum alicui amico dicimus quid constituerimus facere, uidemur quodãmodo admonere eũ, uel petere, ut idẽ ipse faciat. [Cõicatio) Participatio tecum. [Tali tpe] Ita misero, quo nõ possumus sine labore, & periculo aliquid deliberare, ut ostendit epis. 2. lib. 4 ad Sulpiciũ: Omnino cum miserior res nunq̃ accidit; tum ne deliberatio quidem difficilior, nihil. n. constitui potest, qđ non incurrat in magnam aliq̃ difficultatem. [Quasi] i. quodammodo tacita. [Admonitio] Significatio. [Coeundam] Coniungendam. [Cum uero] Dixit Cic. se antea noluisse ad eum scribere de consilio suo, ne uideretur eũ petere ad societatem laboris, & periculi. Nũc uero dicit, ꝙ cũ ex eius literis cognouerit eius uoluntatem & beneuolentiam prõptam erga se, qa scripserat Rufus se esse facturũ qdquid Cic. placuisset, libenter eius talem aĩum amplectitur, & hortatur ut ita faciat, quod si feceriat, dicit se habiturum magnã gratiam. [Ea uoluntas] Ea dispositio animi, ut sis futurus mecum qdquid consilij ceperim. [Amplector] Accipio & gratũ habeo. [Talem aĩum] Talem dispositionem animi tui. [Sed ita] Cũ hac cõditione subaudi, amplector talem aĩum. [Nõ n.] Parẽthesis est. [Nõ dimittã pudorem] .s. nõ impudenter à te petã, sed modeste. [Habeo gratiam] Debeo, ero obligatus. [Ignoscã] Dabo ueniã. [Alterum] .s. si non feceris. [Timori] .i. nõ potuisse negare. [Alterum] .s. si feceris. [Res maxima] Quã cõstitui facere. [Quid rectum sit, apparet] Sic supra ad S. Sulp. si qđ rectissimum sit quæ rimus, perspicuum est, si quid maxime expediat, obscurũ, sin hi sumus, qui esse debemus, ut nihil arbitremur expedire, nisi quod rectũ, honestumq. sit, non põt esse dubiũ, quid nobis faciendum sit. Eundem igitur sensum hoc loco Cic. prosequitur. [Quæ consilia mea] Eodem modo. s. mihi placet. [Continuo] Statim [Poteris. s. uenire ad me. [Quidqd statueris) .i. quidquid deliberaueris .s. uel sequi consilium meum, uel non sequi. [Sin id, quod opto) Subaudi, statueris, uel sequaris consilium meum.

Quin

Extat

Quo

Amãter

ETSI mihi &c.) T. Rufum qui Cic. quæstor. i. publici æris quæsitor, & receptor fuerat ante Cœlium, quem discedens quæstorem reliquerat, cohortatur, ut Pompeianis partibus adhęreat. Reuersus. n. è ꝓuincia Cic. offendit ciuiles discordias inter Cæs. & Põpeium, simulq. docet uiri fortis, & ciuis boni partiũ esse fouere pias causas, & reip. fauẽtes dicitq; si eo sit aĩo, ad se ueniat. Ordo est: Etsi, i. quauquã, nunquam fuit dubiũ mihi, quin essem carissimus tibi, tñ ego ꝓspicio id quotidie magis, & id, qđ oñderas mihi quibusdã literjs, uidelicet id fore hic. i. in urbe mecum studiosiorẽ. i. diligentiorẽ in me colẽdo, q̃ fuisses in prouincia, extat. i. apparet, & eminet, ut res quæ extant. i. extra sunt, & non intus latent: etsi meo iudicio nihil potest addi ad officium tuum prouinciale. i. quod in prouincia mihi impendisti, quo. i. ꝑ qđ, aut pp quod iudicium tuum. s. de me colendo possit esse liberius .i. apertius, & largius. Itaque & .i. simul literæ tuæ superiores. i. quas prius misisti, & q̃bus significasti te hic studiosiorem mei fore, delectarunt admodũ. i. ualde me, q. b. &. i. tum uidebam aduentum meum, expectatum amãter. i. ut fit ab amante, abs te. & cum res cecidisset. i. accidisset aliter ac. i. quam putasses, uidebam te lætatum magnopere consilio meo, ꝙ. i. simul, cepi magnũ fructũ .i. uoluptatem. & iudicij, & officij tui his lr̃is proximis. i. ult. missis, Iudicij, inquã, fructũ capio. & .i. quia ego intelligo te sup. facere id, quod omnes fortes, & boni ciues facere debẽt, uidelicet, putare nihil esse utile nisi ꝙ sit rectum. i. iustum, & honestũ. Officijsup. fructum capio, ꝙ tu polliceris te fore mecum quodcunque. i. quidquid consilij cepissem. Quia quicquid resoluitur in quodcunq;, & nõ in qđ quid. id. n. non dr̃, ideo quodcunq. dum ponitur, pro quidquid, genitiuum regit tanquam substantiuum, ut hoc loco, dum pro quodquod adiectiue construitur, ut si dicatur quodcunq; consilium & c. Quo. s. officio, aut facto, quidq̃ neque põt esse gratius mihi, neque, ut ego arbitror, honestius tibi. Cõsilium est captum. i. initum mihi iandudum. i. à plusculo tpe, decreui. n. partes Pompeianas sequi, de quo. s. consilio meo nihil scripsi ad te antea, non ꝙ. i. de quo, aut lege non ꝙ, celandus. i. occultandus esses. Nõne id dictum vr̃, nam potius dicendum fuit, non quod celandum te, aut tibi esset. sed qa cõicatio consilij tali tpe vr̃ esse qđã admonitio officij, uel potius efflagitatio. i. aspera expostulatio ad coeundam. i. conciliandam societatem, uel periculi uel laboris. Vero. i. sed cũ uoluntas, humanitas, beneuolentia tua sit ea. i. talis erga me, ego amplector. i. accipio libenter talem animum. i. se ultro offerentem. Sed ita, non enim dimittam pudorẽ meũ. i. uerecundiã meã in rogãdo, hoc est non rogabo te impudenter, si feceris id, quod ostendis. s. te facturũ, habeo sup. tibi magnam gratiam, si non feceris, ignoscam. i. ueniã dabo, & arbitrabor te non potuisse negare alterum. s. non facere, ꝙ ostẽdis, hoc est non sequi partes Pompeianas mecũ, timori. s. quę de Cęsa. potentia conceperis, & alterũ. s. si feceris, arbitror te non potuisse negare mihi. Enim. i. quia, res est profecto, i. re uera maxima. i. maximi momenti. Apparet. i. euidẽs est, quid sit rectum. i. decẽs & honestum, quid expediat. i. utile sit, & tutũ, est obscurũ, quia licet Cæsa. uideret potẽtior, quia tñ iniquiorem habebat, cum incertum erat, an uictor euasurus esset, tñ ita est. s. obscurũ, ut si nos sumus ij, qui debemus esse. i. digni studio. s. philosophico & literis nr̃is, nõ possimus dubitare, quin ea cõducãt. i. utilia fiant, maxime quæ sunt rectissima. i. æquissima, & decentissima. Quod si placebit simul. i. pariter tibi. Alij legunt: Quare tu & c. uenias statim ad me. Sin. i. sed, si idem placebit, atque eodem modo. s. quo mihi, nec poteris sup facere, aut seq continuo. i. statim faciã, ut oĩa sint nota tibi Quidquid statueris. s. facere, siue timori, siue amori cedere. ego iudicabo te amicum mihi. Sin. i. sed si sup. statueris id, qđ opto. i. sequi partes Põpeianas, iudicabo te ẽt amicissimum mihi. Accurrate inuitat hominẽ ad partes suas, ut si eas sectatus non sit, amicus tñ maneat, & se deferre erubescat.

ASC.

Cælandus

M. CICERO S. D. Rufo) Aut mendosus est huius, & sequentis epi. titulus, & ꝓ Rufo, legẽdũ, Messinio; aut Rufus Messinio cognomẽ fuit. Messinius quidẽ hic sit, necesse est, cuius fratrẽ fuisse M. Mindiũ, scribit lib. 14 quẽ epist. seq. ad eundẽ hunc Rufum scribens, fratrẽ eius esse dicit. [Quare tu) Ita in impressis: sed in antiquis, Que tu: aut, Quę tu: quõ legitur in libro Petri Bẽbi, Cardinalis oĩ laude cumulati, & in lib. Medicææ bibliotecæ, docti locum diligẽtius considerent: ego, hoc notare, mei officij esse, duxi.

PAVL. MAN.

ARGVMENTVM.

Cum facienda esset ratio pecuniarũ prouincialiũ inter quæstorẽ Rufum, et Imperatorẽ Ci. Cicero id muneris reliquerat seruo scribæ suo, et ipsi Rufo obeundum: cũ obijssent, scripsit se Rufus in ea re læsum. Cic. er-

go hac epistola purgat se, & seruũ, dicens neutrius culpa esse læsum? deinde respondet ad quædam alia eiusdem epistolæ Rufi obiecta. Hæc aũt epistola subobscura est, & pea q res nota erat Ruso, nec operæprecium, an alijs innotescat. Sũt autẽ qui ab eius lectione supersedeant, eẽ sentes nõ legenda, q̃ omnia plane intelligi non possint alijs aũt negata placẽt.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Rufus quæstor Cic in Cilicia fuerat, hic cũ rationẽ pecuniariã inire cũ proconsule suo Cicerone cuperet, Cic illi scribam misit, ut cũ eo cõferret, quam rem sinistre interpretatus Rufus, quod fraudis cã fieret, cum Cic. expostulauerat, Ei expostulationi hæc preparata est purgatio.

CICERO RVFO. S. 20

QVoquo modo potuissem, te conuenissem, si eo, quo constitueras, uenire uoluisses. quare, etsi mei commodi causa † commouere me noluisti, tamen ita existimes uelim, me antelaturum fuisse, si ad me misisses, uoluntatem tuam, commodo meo. Ad ea, quæ scripsisti commodius equidem possem de singulis ad te rebus scribere. si M. Tullius scriba meus, adesset, a quo mihi exploratum est in rationibus dũtaxat referendis, (de ceteris rebus affirmare non possum) nihil eum fecisse scientem, quod esset contra aut rem, aut existimationem tuam; deinde, si rationum referendarum ius uetus, & mos antiquus maneret, me relaturum rationes, nisi te cum pro coniunctione nostræ necessitudinis contulissem, confecissemque, non fuisse. quod igitur fecissem ad urbem, si consuetudo pristina maneret; id quando lege Iulia relinquere rationes in prouincia necesse erat, easdemque totidem uerbis referr ad ærarium feci in prouincia, neque ita feci, ut te ad meum arbitrium adducerem: sed tribui tibi tantum, quantũ me tribuisse nunquam pœnitebit. totum † .n. scribam meum, quem tibi uideo nũc esse suspectum, tibi tradidi. tu ei M. Mindium fratrem tuum, adiunxisti. rationes confectæ, me absente, sunt tecum: ad quas ego nihil adhibui præter lectionem. ita accepi librum à meo seruo scriba, ut eundem acceperim a fratre tuo. si honos is fuit, maiorem tibi habere non potui: si fides maiorem tibi habui, quàm penè ipsi mihi. si prouidendum fuit, ne quid aliter, ac tibi & honestum & utile esset referretur: non habui, cui potius id negocij darem, quam scribæ meo. illud quidem certe factum est quod lex iubebat, ut apud duas ciuitates, Laodicensem, & Apamensem, quæ nobis maxime uidebantur, quoniam ita necesse erat, rationes confectas, & consolatas deponeremus: itaque huic loco primum respondeo, me, quamquam iustis de causis rationes deferre properarim, tamen te expectaturum fuisse, nisi in prouincia relictas rationes pro latis haberem. Quamobrem de Volusio quod scribis, non est id rationum. docuerunt .n. me periti homines, in his cũ omnium peritissimus, tum mihi amicissimus C. Camillus, ad Volusium transferri nomen † Valerio non potuisse, sed prædes Valerianos teneri, neque id erat H. S. xxx, ut scribis, sed xix. erat .n. † curata nobis pecunia Valerij mancipis nomine, ex qua reliquum quod erat in rationibus retuli. sed sic me & liberalitatis fructu priuas; & diligentiæ, &, quod minime tamen laboro, mediocris etiam prudentiæ: liberalitatis, quòd mauis scribæ mei beneficio, quam meo, legatum meum, præfectumq; maxima calamitate leuatos; cum præsertim non deberent esse obligati: diligentiæ, quod existimas, de tanto officio meo, tanto etiam periculo nec † scisse me quidquam, nec cogitasse scribam quidquid uoluissent, cum id mihi ne recitasset quidem, retulisse: prudentiæ, cum † rem à me ne insipienter quidem cogitatam putas, nam & Volusii liberandi meum fuit consilium: &, ut multa tam grauis Valerianis prædibus, ipsique T. Mario depelletur, à me inita ratio est. quam quidem omnes non solum probant, sed etiam laudant. &, si uerum scire uis, hoc uni scribæ meo intellexi non nimium placere. sed ego putaui esse uiri boni, cum populus suum seruaret, cõsulere fortunis tot uel amicorum uel ciuium. Nam de Luceio est ita actum, ut auctore Cn. Pompeio ista pecunia in fano poneretur. id ego agnoui meo iussu esse factum. qua pecunia Pompeius est usus, ut tua, quam tu deposueras, Sextius: sed hoc ad te nihil intelligo pertinere. illud me non animaduertisse molesteferrem, ut adscriberem te in fano pecuniam iussu meo deposuisse, nisi ista pecunia grauissimis esset, certissimisque monimentis testata, cui data, quo S. C. quibus tuis, quibus meis literis P. Sextio tradita esset. quæ cum uiderem tot uestigijs impressa, ut in his errari non posset, non adscripsi id, quòd tua nihil referebat: ego tamen adscripsisse mallem, quando id te uideo desiderare. Sicut scribis tibi id esse referendum, id ipse sentio; neque in eo quidquam à meis rationibus discrepabunt tuæ. addes enim tu meo iussu: quod ego nunquam addidi: nec causa est, cur negem: nec si esset, & tu nolles, negarem. Nam de H S nongentis milibus certe ita relatũ est, ut tu, siue frater tuus referri uoluit. sed si quid est, † quando de Luceio parum promisum est quòd ego in rationibus referendis etiamnum corrigere possim: de eo mihi, cum S. C. non sim usus, quid per leges liceat considerandum est: te certe in pecunia exacta ita efferre ex meis rationibus relatis non oportuit: nisi quid me fallit: sunt enim alij peritiores. illud caue dubites, quin ego omnia faciam quæ interesse tua, aut etiam uelle te existimem, si ullo modo facere possim. Quod scribis de beneficijs, scito à me & trib. mil. & præfectos, & contubernales duntaxat meos delatos esse. in quo quidem ratio me fefellit. liberum enim mihi tempus ad eos deferendos existimabam dari; postea certior sum factus, triginta diebus deferri necesse esse; quibus rationes retulissem. sanè moleste tuli, non illa beneficia tuæ potius ambitioni reseruata esse, quam meæ, qui ambitione nihil uterer. de centurionibus tamen, & de tribunorum mil. & contubernalibus res est in integro, genus enim horum beneficiorum definitum lege non erat. Reliquum est de H S centum milibus, de quibus memini mihi à te Myrina literas esse allatas, non mei errati, sed tui, in quo peccatum uidebatur esse, si modo erat, fratris tui, & Tullij: sed cum id corrigi non posset, quòd iam depositis rationibus, ex prouincia decesserimus: credo me quidem tibi pro animi mei uoluntate, proque ea spe facultatum, quam tum habebamus: quam humanissime potuerim, rescripsisse. sed neque tum me humanitate mearum literarum obligatum puto, neque tuam hodie epistolam de H S centum sic accepisse, ut ij accipiunt, quib. epistolæ per hæc tempora molestæ sunt. simul illud cogitare debes, me omnes pecuniam quæ ad me saluis legibus peruenisset, Ephesi apud publicanos deposuisse: id fuisse H. S xxij. eã omnem pecuniam Pompeium abstulisse, quòd ego siue æquo animo fero, siue iniquo: tu de H S centum æquo animo ferre debes, & existimare, eo minus ad te uel de tuis cibarijs, uel de mea liberalitate peruenisse. quod si mihi expensa ista H. S centum tulisses; tamen, quæ tua est suauitas, quique in me amor, nolles à me hoc tempore æstimationem accipere. nam, numeratum si cuperem, non erat. sed hæc iocatum, me putato, ut ego te existimo. ego tamen, cum Tullius rure redierit, mittam eum ad te, si quid ad rem putabis pertinere. Hanc epistolam cur non scindi uelim, causa nulla est. Vale.

† alias, cõuenissem

† alias, tali

† alias, ipsique ualerio

† alias, causa

† alias, fecisse

† alias, res à me nõ insipienter excogitata, ne cogitatam quidẽ putes

† alias, quando de Loçæo parũ gratuisum, uel gauisum, uel gratiosum

QVOQVOMODO] Vt in pced. ep. diximus: Rufus fuerat quæstor Cic. in ꝓuincia, cũ esset facienda rõ pecuniarũ ꝓuincialium inter q̃storem & proconsulem, uel imperatorẽ Ciceronem, Cic. reliquerat id negocium seruo scribæ cãcellario suo, & ipsi Rufo, sed postea scripserat se Rufus fuisse deceptũ in rõnib. & factum esse contra utilitatem & auctoritatem suam, itaque Cic. hac ep. se excusat, q̃d Rufus neq; à se, neque à seruo suo scienter sit deceptus. Deinde rñdet ad q̃dam alia, q ad hãc pecuniã pertinebãt, Hęc. ep. q̃uis sit inuoluta & oscura, & à multis ꝑtermitti solent, quia parum hẽt suauitatis, tñ dabo operam, ut q̃ optime fieri poterit, declaret [Qũo) quacunq; rõne. i. etiã si cum maximo incõmodo meo fuissem id facturus, & ut vulgo dicimus HVB.

mus, si quatuor pedib. ad te uenire necesse fuisset. [Constitueras) Decreueras; constituerat.n. se uenturum in quendam locum ad Cic. neq; uenit. [Commouere) esse mihi impedimento, & pertur bationi, si uenisses, nam scripserat Rufus se non uenisse, ne esset incommodum Cic. aut dicit, ꝙ si uenisset, præposuisset eius uo-

Scriba luntatem omni commodo suo. [Ante laturum) Præpositurum.

Duntaxat. [Scriba).i. cancellarius, nomen est officij. [Exploratum) Certũ, h.d. se certo scire scribam suum nihil fecisse contra Rufum in ra tionibus referendis. Nam de ceteris dicit non audere affirmare. [Rationibus) Calculationib. pecuniarum prouincialium. [Duntaxat) Solummodo. [Referendis) Reddendis, computandis. [De ceteris affirmare non possum) Parenthesis est. [Scientem) Quod sciret, nisi fortasse fecerit per ignorantiam. [Rem) Vtilitatem. [Existimationem tuam) Auctoritatem, reputationem. [Dein) ꝓ

Deinde deinde, dicit Cic. ꝙ si seruaretur ius, & uerus mos antiquus referendarum rationum, nunq̃ retulisset rationes cum Rufo, nisi fecisset gratia coniunctionis, & amicitiæ, quia ueteri more non te nebatur imperator aut præses prouinciæ referre rationem cum quæstore, sed postea lege Iulia id cautum est, ut relinquerentur rationes in prouincia in aliqua ex primis urbibus prouinciæ, ut apparet lib. 2. ad Canin. Sal. in epist. quæ incipit, Literas à te, sed postea lege Iulia id cautũ est, ut relinquerentur rationes in prouincia deferebat R. & deferebatur ad ærarium R. ita ut unũ exẽplum esset in prouincia alterum Romæ in ærario, ut paulo infe. uidebitur. [Dein) pro deinde, & subaudi scito uel possum scribere me non fuisse relaturum rationes. [Contulissem) Simul calcu lassem, & tractassem. [Quid igitur) Ponit obiectionem sibi ipsi, & eam soluit. [Ad urbem) In urbe, & est solutio obiectionis.i. cũ fuissem in urbe, si consuetudo pristina maneret, fecissem rationẽ

Quãdo. cum questore urbano, nõ aũt cum meo prouinciali. [Qñ).i. Qm̃. Et est ordo feci id in prouincia, qñ lege Iul. necesse erat relinque re rationes in prouincia, & referre easdem totidem uerbis ad ęra

Æratiũ. rium, ubi seruabatur publica pecunia. & thesaurus Rom. nam ab ære dr̃ ęrarium. [Totidem uerbis) Vt nihil additum, nihil ue iM minutum esset, ut solet fieri in exemplaribus, quæ fideliter extrahuntur uerbum de uerbo [Ita) Ea causa. [Adducerem) Traherem. [Ad me) Ad id, quod ego uellem. [Tribui) Tm̃ auctoritatis dedi. [Totum) ut tu utaris eo, sicut tibi placeret. [Adiunxisti) Dedisti socium, ut ipsi duas componerent rationes. [Adhibui) Apposui. [Pręter lectorem) Quia solum eas legi, nihil aliud addidi. [Ita) Nulla re addita, sicut frater tuus ostenderat mihi librum rationum, ita ostenderat mihi seruus meus scriba, nulla re addita, aut imminuta. [Si honos) Nunc Cic. ostendit se fecisse quidquid debuerit facere in ipsum Rufum. [Tullio) Scribæ, qui fuerat sem per mecum in prouincia, & nouerat optimè oĩa. [Confecta) Con clusa. [Consolidatas) Calculatione hinc inde confirmatas alij

Depone re. libri hñt consultas.i. considerate deliberatas. [Deponeremus) Relinqueremus sub fide, unde, & depositum dr̃ quidquid sub fi-

Depositum. de alicui traditur, unde supra ad Canin. Sal. epist. prædicta Ratio nes mei quæstus, nec uerũm fuit me tibi mittere, nec tñ erant cõ fectæ, eas nos Apameæ deponere cogitabamus, de Apamea, & Laodicea dictum est in eadem epist. [Necesse erat) ꝑꝑ l. Iuliam, quæ ita cogebat. [Deferre) Romam. [Pro latis) Id est, tanquam si fuissent lata in ærarium. Nam posteaq̃ deposuerat eas Apameæ, nihil poterat immutari. Et idẽ erant quasi fuissent delatæ in æra rium. Itaq; frustra expectasset Rufum. [Quamobrem) scripserat, quãtum conijcimus Rufus, ꝙ cum Valerius fuisset præsens, & fideiussor pecuniæ Cic. intellexerat Val. à Volusio quiddam rele uatum fuisse fideiussione, ꝙ Cicc. negat esse uerum, quia dicit se intellexisse à uiris peritis, & præcipuè à Camillo quodam, & pe- rito, & sibi amicissimo, obliuione non posse transferri à Val. ad Volusium, sed Vol. & Valer. fideiussores teneri, & esse obligatos. [Docuerunt) Demonstrauerunt mihi. [In his).s. peritis.i. inter

Nomen eos. [Nomen) Obligationem, debitum proprie, sicut, & Cicer. in Topicis, & Suet. usus est, & Asco. interpretat̃ [Prædes) Fideiusso

Prædes res, de hoc nomine diximus lib. 2. in epist. quæ incipit: Literas à te, & eodem loco de Sestertio. [Nomine) Causa. [Mancipis) Mã ceps (ut scribit Fest.) dr̃ qui quidquam à populo emit, conduci- turq; quia manu sublata significat se auctorem emptionis esse, &c. Mancipes ẽt sunt publicanorum principes, qui quæstus sui causa decimas redimunt. [Laboro) Curo. [Liberalitatis) Subaudi, fructu priuas. [Legatum) Puto Volusium intelligi. [Præfectũ).s. fabrorum, ut uisum est supra in epist. ad Appium. [Leuatos maxi ma calamitate).i. magnis incommodis esse releuatos. [Id autẽ) Attribuebat Rufus potius scribæ Cic. q̃ ipsi Cic. Docuerat.n. Cicc. obliuionem pecuniæ nõ potuisse à Valerio ad eos transferri. [Diligentiæ] Subaudi, ẽt fructu priuas. Dicebat.n. officium, quod fuerat à Cicc. ad supradictos, collatum, inscienter ab eo esse collatum, cum id fecisset eius scriba. Cic. nihil sciente. [Tanto peri-

culo) Qua agebatur de pecunia publica, pro qua fuissem obligatus pro eis, nisi iure eos leuassem. [Scriba re) Subaudi existimas. [Prudentiæ) Subaudi. fructu priuas, & sic respondit omnib. parti bus, quas supra proposuit. [Inita est ratio) Inuentus modus. [Mul Mulcta

cta).i. pœna condemnatio. [Depelleretur) Admoueretur, ne dãnarentur, Hi.n. ambo fideiusserant, & erant obligati pro ea pecunia. [Probant) Animo & consensu. [Laudant) Verbis, & uoce ipsa [Verum scire, h.d.) Cicc. quasi rem scientiam. [Populum seruaret).i. non noceret populo. [De Lucceio) hic ẽt, ut conijcimus tractabat hanc pecuniam. [Auctore) Suasore. [In fano).i. in templo, illic.n. seruabatur pecunia. [Meo iussu) non aũt solummodo iussu scribæ mei, sicut tu dicis. (Sextius) Subaudi, est usus. [Ad scriberem) Scriptura mea attestarer. [Grauissimis] maximis, quæ non facile pñt corripi, nam fuerant multi testes, erant, & alia signa, quibus cognoscebatur quod iussu Cic. illa pecunia fuerat à Rufo posita in fano, sed uoluisset Rufus, quod Cicer. adscriberet ita esse. [Testata) Quodam quasi testimonio comprobata. [Cui Testata

data) Subaudi fuerint.i. cui fuerit credita, & commissa. [Quibus) Tuis, quia ambo scripsimus, ut Sextio daretur. [Vestigijs) Signis. [Impressa] Notata, signata. [Discrepabũt) Differẽt. [Si cã esset).i. si ẽt haberem causam negandi, non negarem, si tu nolles, ꝙ nega rem. (Nongentis) nomen centum, ex integro, & corrupto com- Nongẽti

ponitur, & qñ non præcedit, c, commutatur in, g, ut quingenti, pro quinque centum. [Frater tuus) Mindius: quem adhibuisti cũ Quingẽti

scriba meo ad rationes conficiendas. [Quando) Quoniam, cautiatium est. [De Logeo) Quidã uolunt nomen esse uiri propriũ. Alij putant nõ absurde locum esse, ubi de rationibus esset tractatum, nam λόγος cum alia multa, cum uero rationem significat, inde λογεῖων rationarium, ut ita dixerim. (Corrigere) Emendate, siquid aliquibus non probatur. [Te certè) Cic. familiariter re prehendit Rufum, quod uolucrit eum corrigere in ferendis rationibus, quod non decuit. [Nisi quod me fallit) Nisi aliqua re fallor. [Petitiore).s. te [Interesse tua) ad te pertinere. [Quod scribis) Solebant imperatores denunciare, qui se præclare gessissent in bellis, ut postea à populo meritis muneribus, uel certis præmijs donarentur, quod cum faciebat imperator, dicebatur beneficium facere, itaq, Cic. dicit se fecisse tantummodo de quibusdam ex suis. Et dicit tibi molestũ esse, quod nõ relinqueret illud beneficium Rufo, ut istos deferret [Deferri) denunciari, referre Deferri.

senatui, & P.R. Alias accusare significar, & alias pro loco. [Tribunos) Diximus supra de tribunis. [Quibus).s. diebus triginta. [Cõ tubernales) qui in castris in eodem erant tabernaculo, qui simul Contubernalis

erant. [Ambitioni tuæ) Tibi, qui es ambitiosus, qui uoluisses referre istos. [In integro) In potestate, ut adhuc possit, & fieri, & omitti. [Definitum) determinatum, ut possent scire, quid eis dari posset. [Smyrna) Vrbe, de qua supra diximus. [Errati) Fraudis, Diffinitum

erroris. [Fratris tui, & Tulli) qñ ambo confecerunt rationes.] De Erratũ.

positis) Sub fide relictis ut supra uidimus apud Apamæã, & Laodiceam. [Quam] spem, facultatem. [Tum] Eo tempore, cum redij ex Cilicia, erant enim tenues, quia fuerant dissipatæ facultates meæ à Terentia, ut alio loco plenius notauimus. [Obligatum) quia licet rescripserim humanissime, non tamen me tibi obligatum puto. [Sic accepisse) cum molestia. Ad me] tanquam ad imperatorem, præter illam, quæ perueniebat ad P.R. [Publicanos) Publicani sunt, qui publica conducunt, quos datiarios uulgo Publicani.

dicunt [Abstulisse] Rapuisse, ut uteretur, ut paulo supra uisum est. [Eo minus) ꝙ Pomp. abstulit, & non potuit tibi, uel subministra re cibaria tua, uel præstare liberalitatem meam, sicut oportuisset & uoluisset. [Quòd] nunc Cic. dicit, ꝙ si etiam Rufus tulisset illa centum sestertia expensa fuisse à Cicero. tamen conficit pro eius suauitate, & amore in se, quòd nunc nollet ab eo æstimationem, idest ut Cicer. nunc redderet illa centum sestertia. [Quæ tua est suauitas) idest, pro ea suauitate, quæ tua est, ut supra Seru. ad Cice. qui illius in te amor fuit, hoc te certè illa facere non uult, frequens, & elegans dicendi modus. [Si nu.) Vel idest, si uellẽ nume rarem ipsam pecuniam, q̃ tu diceres à me expressam fuisse. [Nõ erat) idest non habebam, ꝙ numerarem. [Ad rem) Ad honorem nostrum. [Scindi) Dilacerari. [Causa nulla est) Quia neque elegantiam habet, & erit testimonium dissensionum nostrarum.

QVO QVOMODO potuissem, &c.] Cum facienda esset rõ pecuniarũ prouincialium inter Quæstorem Rufum, & imperato tẽ Cic. id muneris reliquerat seruo scribæ, & cancellario, ut aiũt suo, & ipsi Rufo, aut potius, ut hic dicet, fratri eius obeundum, qđ cum obijssent, scripsit Rufus se in ea ratione læsum. Cic. ergo hac epist. purgat se, & seruum dicens neutrius culpa læsum. Dein de respondet ad quædam alia à Rufo in eadem epi. obiecta, præsertim de centum sestertijs prætermissis. Est aũt epist. sub obscura, ꝙ res nota erat Rufo, nec scriptã pluribus opus erat fuisse, nec operæprecium erat, ut alijs innotescat, quin ẽt Cic. sc ndendam, A S C.

& anni-

& annihilandã cẽser, unde sunt q ab eius lectione supersedeant, alijs negata placent. Ordo est ego couenissẽ te.i. uenissem ad te, quo potuissem, si uoluisses uenire eo, quo constitueras.s.uenire. Quare etsi.i.q̃q̃, noluisti me commouere.i. disturbare cãm cõmodi mei. alij legunt cã, ut sit, noluisti cõmouere.i. impedire me cã cõmodi mei i.pp commodum meũ. Tamẽ uelim existimes.i.iudices de ea te sic me antelaturum.i. prælaturum fuisse commodo meo uoluntatẽ tuã, si uenisses ad me. Ad ea.i.quãtum ad ea, quæ scripsisti, equidẽ.i.ego quidẽ, possẽ scribere commodius ad te de singulis rebus, si Tullius scriba.i.cancellarius, & rõnum scriptor meus adesset.i.p̃sens esset mihi, à quo.s.Tullio scriba meo exploratũ est mihi.i.certum, & euidẽs, duntaxat.i.solummodo, in rõnib.referendis.i.in reddendis, & recognoscendis supputationib. non possum affirmare de ceteris rebus, quia in alijs nõ erat scrutatus curam eius: exploratum, inquam, est mihi, eum nihil fecisse scientem.i.qđ scierit, quod esset contra, aut rẽ.i.utilitatẽ, aut existimationẽ.i.auctoritatem tuã. Deinde.i. insuper, si uetus ius rõnum referendarum.i.discutiendarum, & mos antiquus maneret, me nõ fuisse relaturum rõnes.i. qđ dicunt, daturum cõputũ, nisi contulissem.i. cõicassem, & fecissem tecum pro coniunctione necessitudinis nostræ. Igitur feci id, quod ego fecissem ad urbem .i.in urbe, cũ quæstore urbano, si consuetudo pristina i.prisca, & antiqua maneret, feci inquam, in prouincia. Qñ.i. qñ quidem, necesse erat.s.lege Iulia, relinquere rationes in prouincia, & referre easdem.s. rõnes ad ætariũ in fiscum Romanũ totidem uerbis.i.ut nihil additũ, nihilq; detractũ sit. Neq; feci i ita, ut adducerem te ad arbitrium meũ.i.coram te reddere, tales rõnes, quales, uellẽ, sed tribui tibi tm̃.s.obseruantiæ, quantũ nunq̃ pœnitebit me tribuisse. Tradidi.n. tibi.s. discutiendũ totum scribã mei .s.Tullium, quem uideo esse suspectũ nũc tibi, tu adiunxisti ei.s. scribæ meo, M.Mindium fratrem tuum, & rõnes sunt cõfectæ.i. consummatæ tecũ, me absente, ad quas ego nihil adhibui p̃ter lectionem, ita.n.accepi librum à seruo meo scriba, ut acceperim eundem à fratre tuo, nullo.s. immutato. Si is fuit honos, ego nõ potui hr̃e tibi maiorẽ.s.honorẽ, si fides.i.crudelitas, & boni æstimatio de te sup.fuit, ego habui tibi maiorẽ.s.fidẽ.i.plus tibi credidi, pene.i. quasi, q̃ mihi ipsi. Si fuit prouidendũ ne quid referretur.i.recenseretur, cõputaretur aliter, ac.i. quam honestũ & utile esset tibi, non habui, sup.aliquem, cui darem potius id negocij, q̃ Tullio scribæ.s.meo. Quidem.i.ut cetera omittam, certe illud factũ est, qđ lex.s. Iulia iubebat, ut deponeremus.i. custodiæ derelinqueremus, qñ ita erat necesse, apud duas ciuitates.s.Laodicẽsem & Apamensem p̃ Apamæẽsem, q̃ uidebantur maxime. prouinciæ illius rõnes confectas & consolidatas.i.confirmatas. Itaq; i.ideo primum huic loco me q̃q̃ p̃peraram.i. festinauerim iustis de causis.i. ob iustas causas deferre.s. Romam rationes, tñ fuisse expectaturum te, nisi hr̃em.i.existimarem rationes relictas in prouincia pro latis.i.tanq̃ latas. Quamobrẽ qđ scribis de Volusio, non est rõnum.i.non pertinet ad rõnes. Enim.i.qa, homines periti, & in his C.Camillus, cũ.s.ita sit ꝙ est peritissimus omnium, tum.s.multo magis est amicissimus mihi, docuerunt nomen.i.debitum, non potuisse transferri à Valerio ad Volusiũ, & ita prædes i.fideiussores Valerianos, teneri.i.obligatos adhuc esse, neq; id erat,i.non tenebantur, ut scribis, sestertijs triginta 75. libris.sed nouendecim sup.sestertijs 47.libris cũ semis, nã sestertius aut sestertium dr̃ quasi semitertiũ.i.duo cum dimidio tertij, ut duo sestertia sint quinq; libræ. Enim.i.quia pecunia erat curata.i.cum cura aceruata nomine Valerij mancipis.i.qui eã rem à populo manũ leuatã tenente redemerat, ex qua pecunia qđ erat reliquum.i.non debitũ Valerio, retuli in rõnibus.i.ut dñt, cõputis. Sed tu priuas me sic.s.sentiendo aut censendo de me fructu liberalitatis & diligentiæ, & qđ licet sup.dico, tñ minime laboro, nequaq̃ curo, ẽt mediocris prudẽtiæ Liberalitatis inq̃ fructu me priuas, ꝗ mauis.s.dicere legatum meũ, & Q.Leptam præfectum meũ leuatos.i.liberatos, maxima calamitate, & beneficio scribæ mei.s.Tulli, q̃ meo præsertim, cũ ipsi non deberent esse obligati. Diligentiæ, quod existimas me nec scisse, nec cogitasse quidq̃ de tanto officio meo, & etiam de tanto periculo Prudentiæ, tepere, fructu me priuas, cum putes rem ne cogitatam quidem à me nõ insipienter, aut lege actã, sic cum putes rem actam à me non insipienter, nec cogitatã quidem. Nã & consilium liberandi Volusij fuit meum, & ut mulcta.i. pœna tam grauis depelleretur p̃dibus.i.fideiussoribus Valerianis, & ipsi Tito Mario. ratio.i. uia est inita.i. inuenta à me. quam quidem.s. rõnem oẽs non solũ probãt, sed ẽt laudant quod plus est. Et si uis scire uerũ, ego intellexi hoc non placere nimium, uni.i.soli scribæ meo, cui tñ Rufus iã accepta tulerat, dicens ab eo, non à Cic.acta. Sed ego putaui esse uiri boni.i. pertinere ad uirum bonum, cum seruaret populũ suũ consulere.i. p̃spicere debito cõsilio & p̃uidẽtia fortunis & facultatib. tot amicorũ, uel ciuiũ. Nam actũ est de Luceio, ita ut auctore Cn.Põpeio ista pecunia.s. quã mihi obijcis poneret i fano .i.ęde sancta, ubi publica asseruabatur pecunia. Ego agnoui id oẽ factum iussu meo, qua pecunia Pompeius est usus, ut tua, tanq̃ à te deposita, quam tñ Sextius deposuerat. Sed ego intelligo hęc nihil p̃tinere ad te. Ego ferrem illud moleste, uidelicet me non animaduertisse, ut adscriberem.s.ad rõnes cõsolidatas te deposuisse iussu meo pecuniã in fano, nisi ista pecunia esset testata.i. corroborata, & munita grauissimis & certissimis monimẽtis.i.testimonio, cui data esset, quo S. C. q̃bus literis tuis, & quib.literis meis esset tradita P.Sextio. Quæ.s.omnia, cũ uiderem impressa tot uestigijs.i.tot sigillis signata q̃ imprimendo signant, ut non posset errari.i.error fieri in his, non adscripsi id.s.iussu meo deposuisse eã pecuniam, quod nihil referebat.i.intererat tua, ego tñ mallẽ adscripsisse qñ.i. qm̃ uideo te desiderare id sicut scribis id esse referendũ.i.reddendum & computandũ cõtra, deputatis, ut dñt tibi.i.a te, ipse.i.ego sentio idem, neque rõnes sup. quæ discrepabunt quidquam .i. in aliquo à rationib. meis. Tu.n.addes.s. ad scripta de rõnib. nostris meo iussu.s.te deposuisse, aut fecisse qđ ego nunq̃ addidi nec causa est cur negẽ.s.addidi posse, nec si eã esset, & tu nolles.s.eam causam esse negarem. Nam de nongẽtis i.nouies centum millibus sestertium.sunt qui sestertiis scribant, sed puto Cic.sester. duntaxat scripsisse, aut alijs signis eam summam expressisse. Veruntñ quia numeralia petũt genitiuum syncopatum, & neutra hñtia singulare in um, uolunt syncopari, iõ ferè legimus expensum quadragies sestertium, ut sit singularis numeri.legi tñ potest sestertium per syncopam hoc loco, quia & sestertius dr̃.certe relatũ est.i.scriptum in lib.rationum ita, ut tu sup.uoluisti, siue ut frater tuus referri uoluit. Sed si quid, est, qñ.i. qm̃ parum gratiosum .i. plausibile est de Logeo .i. qđ scribis de Logeo.i.ratiocinatore λογεῖον.n.ratiocinatoriũ, seu locus referẽdarum rõnum dr̃, λόγος ratio, quod ego possum corrigere etiam nunc in rationib.referendis, de eo non sum usus mihi.i.ad placitũ aut cõmodum meũ.senatusconsulto.i.decreto senatus, sunt q̃ legant uisutus, sed omnia sunt obscura. cõsiderandũ est quid liceat p leges, certe quidquid leges, aut senatusconsulta p̃mittant, non oportuit efferre.i.extollere te ita.i.tantopere.in pecunia ex acta ex meis rationibus relatis.i.iam redditis. Nisi quid.i.aliquid iuris fallit, me sunt.n.peritiores in legali scientia, sup.q̃ ego. Caue dubites illud.s. quod sequitur, quin ego faciam omnia.s.quæ restant adhuc, quæ existimẽ.i.iudicẽ, interesse.i.in re, & utilitate esse tua, aut ẽt te uelle, si possim facere ullo modo. Qđ scribis.i. quantum ad id, quod scribis, de beneficis.s.delatis non per te. Solebant.n.imperatores peracta prouincia denũciare, qui se p̃clare gessissent in bellis, ut a senatu, populoq; R p̃mijs donarẽtur, qđ cũ faciebat imperator, dicebatur beneficiũ facere, ne ad hoc obligatus putetur, id aũt uoluisset Rufus p se factũ fuisse, unde dicit Cic.dcito tribunos militares & p̃fectos, & cõtubernales dũtaxat meos esse delatos.i.denũciatos à me, in quo quidem ratio.i.supputatio fefellit me, qa debuissem ẽt Rufum & alios denũciasse aut rõ.i.opinio existimabam.n. liberum tp̃s, ad deferendos.i.denunciandos eos dari mihi, postea sum factus certior necesse esse deferri triginta diebus.i.post triginta dies, quib.i. post quos retulissem rõnes. Tuli sanẽ.i.ualde moleste, illa beneficia.s.denuntianda, nõ esse reseruata potius ambitioni.i. cupiditati honoris tuæ, q̃ meæ, qui.s.ego, nihil uterer ambitione. Tamen res est integro.i. adhuc sui iuris sine præscriptione tp̃is de centurionibus & contubernalibus.i. cohabitatoribus tribunorũ militariũ. Genus.n.horũ beneficiorũ non erat definitũ.i.limitatũ, lege. Reliquũ.s.querelæ tuæ, est de centũ millib.sestertiũ, aut de sestertiis centies mille, legunt tñ quidã de sestertiis centũ milib. forte signis delusi, cũ scriptũ fuerit C.M.Vallæ.n.nõ uideret cõstare rõ cõgruitatis, ut dicat millib.sestertiis, cũ mille declinatũ sit substantiuũ genitiuũ exigens. Visi tñ sunt Liuius, & quidã alij non multũ differenter loq ab eo, qđ est in Euãgelio: Duodecim millia signati. de quibus memini lr̃as esse allatas mihi à te Smyrna .i.ex eo oppido, in quo tunc eras, lr̃as dico errati, nõ mei, sed tui, quo uidebat esse pc̃tm̃, si modo erat s.pc̃tm̃ fratris tui, & Tullij, qui inter se rationes supputauerunt, sed quomodo erit erratum Rufi.s. Fratris Tullij, nẽpe & Rufus, cui non debebat, Ciceroni imputabat. Alij legunt, erat ut sit, nõ erat, mei, sed tui, in quo &c. sed Cic.diceret meum & tuum &c. Sed cum id.s.erratum, nõ posset corrigi, ꝗ.i.quia decessimus ex prouincia rationibus depositis iã.s.apud Laodiceã, & Apameã, credo eqdẽ rescripsisse tibi, q̃ .i.q̃tum, potui humanissime pro uoluntate.i.beneuolentia animi mei, & pro ea spe facultatum.i.diuitiarum, q̃ habebamus tum.i. tunc, in propriis diuitiis, quas Terentia paulò post dissipauit. Scripsisse aũt vr̃ siquid erratũ fuerit in publicis rationib. id se de proprio repositurũ. Sed puta. i. existima, te obligatũ.n.i. deuinctum

ctū nō fuisse tum.i.tunc, humanitate literarū mearū, neq; me ac cepisse hodie epistolam.f.tuā, de centū sestertijs, nō relatis, sicut ij, qbus epistolæ sunt molestæ, p tpa.f.periculosa, accipiunt.f.epistolas, hoc est in deteriorē partem, simul debes cogitare illud me deposuisse Ephesi apud publicanos.i.publicanorum vectigalium redemptores, oēm pecuniā, q̄ peruenisset ad me.i.ad possessionē meā.saluis legibus, & debes cogitare id.f.pecuniæ fuisse uigintiduo millia sestertium, aut, & uicies mille sestertia. Sunt qui legunt solum modo uigintiduo sestertia, sed qūo diceret eā oēm pecuniā, & Rufum debere de centum sestertijs, equo animo ferre, quasi de longe minori summa? aut qūo ad imperatorem non nisi uigintiduo sestertia pertinerent, & Pomp. abstulisse omnem eam pecuniam, quod siue ego fero æquo animo, siue iniquo, tu debes ferre equo animo de sestertijs centum per errorem non abductis, & existimare eo minus, quia ablata erat tota pecunia, peruenisse ad te, uel de cibarijs tuis.i.tibi ab Imperatore debitis, uel de liberalitate mea, quam tibi impendissem, quod si tulisses, expensa mihi ista centum sestertia.i.si computasses, ea tanquam ex pensa & à me recepta, hoc est si ea pro me exposuisses, & in ratione retulisses, tū quę.i.ea, est suauitas tua, quiq;.i. & qui, hoc est & is est amor.f. tuus in me tu nolles accipere ęstimationē.i.ualorem, centum sestertium, à me hoc tpe.f.tam calamitoso mihi, nā si cuperem numeratum supp. reddere, non erat. Sed putato me iocatum.i.per iocum scripsisse hæc, ut ego existimo te.f.iocatū. Ego tamen cum Tullius.f.scriba, redierit ture, mittam eum ad te, si quid putabis pertinere ad tem.i.commodum suum. Nulla causa est cur non uelim hanc epistolam scindi.i.lacerari.

PAVL. MAN. *M. TVLLIVS, scriba meus*] Hic est M.Tullius cognomento Laurea Ciceronis libertus, qui Academiam uillam uersibus, quos recitat Plin.lib.31.celebrauit.[Meo seruo scriba) tollenda vř dictio seruo, ut glossema ab imperito additum qui putauit scribā Ciceronis esse seruum, cum libertus esset. quod perspicuum est, cum M.Tullius appellatur.[Quam scribę meo) uetusti libri hñt, quam darem.unus tamē est, & is quidē omnium ferē optimus, in quo scriptum sit, q̄ tibi. ego ita conijcio, cum olim in uetere libro scriptū esset, q̄ Tullio, librarios fecisse, q̄ T; ut una litera quē admodum ēt in titulis epistolarum, Tullij nomen significarent, quod imperitiores postea, cum ignorarent, scripsisse, quàm tibi. ut fortasse ita sit legendum, cui potius id negocij, quam Tullio darem. uoces illæ certe, scribæ meo, uetustis in libris non leguntur [Legatum meum præfectumq; Q. Leptam] Induxi has duas dictiones Q. Leptam primum, q̄ in antiquo libro non sunt, deinde, ꝙ Ciceronem, si præfecti nomē ponere uoluisset, legati fuisse omissurum, uerissime non est. postremo cur nomen ponant, cum ad Messinium quæstorem suum scribat, qui & præfectū, & alios qui cum Cic. in Cilicia fuissent, optime nouerat? [Vt tua, quam tu deposueras, Sextius) Hæc est antiquissimi libri lectio, ex qua nihil immutandum est aut sensus. quam ego pecuniam deposui Pompeius abstulit, quam tu, Sextius. quod uero de tua, qua Sextius est usus, solicitus est propterea ꝙ adscriptum cuperes à te iussu meo esse depositam. de hoc, inquit, ꝙ labores, nihil est. erit.n.S.C. erunt tuæ literę, quę pecuniam istam Sextio traditam esse testabuntur. [In pecunia exacta ita afferre) Ex uarietate duorum exemplarium hęc lectio sumpta est. cuius hic est sensus: Prouinciæ rationes Cicc. retulerat. id eius quæstor Rufus se absente fieri uoluerat, pecuniæ.n. nescio quid à se in prouincia exactum in libro rationum scribi cupiebat, existimās, nisi id cum reliquis Ciceronis rationib. referretur, eius rei potestatem se deinceps nō habiturum, quod ei fuisset inuidię quasi publicam pecuniam uoluisset auertere. itaq; commotus est. Cic. autem non esse ait, cur fatrascatur. nam licet ipse rationes. iam retulerit, Ruso tamen facultatem non adimi de pecunia referendi, quam exegisset. in pecunia, inquit, à te exacta non ęquum fuit, ex eo, ꝙ ego meas orationes retulerim, ut ita te efferres, itaq; mecū insolenter, & iracunde ageres. neq;.n. cur id facias, causa ulla est, nisi quid me fallit, sunt.n. alij petitiores. [Delatos esse] Magistratus è prouincia reuersi post relatas rationes, eorū nomina ad ærarium deferebant, deferebant aūt ex ijs, quorum opera reip. uideretur utilis fuisse. deferebant aūt ex ijs, quo secū adduxerant, in quo erat ambitio quædam, nam ostendere uolebant, cohortem apud se fuisse hominum lectissimorum, qui beneficia in rēp. contulissent ideoq; dicebatur, deferre in beneficijs, quod is, qui deferebat, quasi beneficiū aliquod deferre uidebatur. hinc illud in oratione pro Archi. in beneficijs ad ęrariū delatus est à L.Lucullo prætore & consule. Et pro Balbo: In prętura, in consulatu præfectum fabrum detulit. Quod autē infert: MOLESTE TVLI NON ILLA BENEFICIA TVÆ POTIVS AMBITIONI RESERVATA ESSE, QVAM MEÆ; ideo dicit, qa Rufus decernere & ipse uoluisset, ex quo apparet deferēdi ius & quæstores habuisse. qđ ēt declaratur mēbro proxime subse

quēti: DE CENTVRIONIBVS EST IN INTEGRO, q.d. poteris deferre, si uoles, nam delati à me non sunt, quoniam hos q̄dem triginta diebus deferre lex non cogebat. [Ex prouincia decessemus) Vetusti libri omnes, decessimus, habent. nos, una literar i, in e, commutata, decessemus, scripsimus. ante, decessissemus, legebatur.

ARGVMENTVM.

In tumultu bellorum ciuiliā, cū exercitus esset in Africa rebus inpotestatē Cæsaris Romæ redactis, L Messinius mœrore oppressa libertatis secesserat rus, ut interea molestijs urbanis leuaret. Scripserat aūt ad Ci se cupidū esse eius uidē di. Itaq; rescribēs Cicero, dicit se ita arbitrari, cū & ipse sit eius uidendi cupidissimus Nā si cū uim multorū amicorū haberet, tamē eius cōsuetudine oblectabatur multo magis nūc ea afflci debeat,: cū tot amicis orbatus sit p̄sertim cū in urbe nihil sit. quo delectetur præter literas, & rectam conscientiā. Deinde ad fortitudinem inuitat: & ut ocio fruatur in agro, admonet.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hortatur Messiniū, ut honestarum disciplinarum studio, tædiū malorum, & periculosorum temporū discutiat, & eum miserijs, & luctibus oppressum, consolando quanto potest, erigit. Suadet etiam ne in urbem redeat, sed dulci secessu Musarum fruatur.

M. CICERO S. D. L. MESSINIO. 21

GRATAE *mihi tuæ literæ fuerunt: ex quib. intellexi, q̄ etiam literis arbitrabar, uidendi mei te summa cupiditate affectum esse. qđ ego ita libenter accipio, ut tamen tibi non concedam. nam, tecum esse ita mihi cōmoda omnia, quæ opto cōtingant, ut uehementer uelim. etenim, cū esset maior, & uirorum, & ciuium bonorum, & iucundorum hominum, amantium mei copia, tamen erat nemo, qui cum essem libentius, quam tecum, & pauci, quibuscum æque libenter. hoc uero tempore, cum alij interierint, aly absint, alij mutati uolūtate sint; unum medius fidius tecum diē libentius posuerim, q̄ hoc oē tempus cum plerisq; eorum, quibuscum uiuo necessario noli.n. existimare, mihi non solitudinē iucūdiorem esse, qua tamē ipsa uti non licet, quē sermones eorum, qui frequentant domum meā, excepto uno, aut ad summum altero. itaq; utor eodem perfugio, quo tibi utendū censeo, literulis nostris. præterea ēt cōscientia consiliorum meorū. ego.n. is sum, quemadmodum tu facillime potes existimare, q nihil unq̄ mea potius, q̄ meorū ciuium, cā fecerim: cui nisi inuidisset is, quē tu nunq̄ amasti, (me.n. amabas) & ipse beatus esset, & oēs boni. ego sum, q nullius uim plus ualere uolui, q̄ honestum ociū. idemq. cum illa ipsa arma, q̄ semper timuerā, plus posse sensi, q̄ illū consensum bonorū, quē ego idē effeceram; quanuis tuta conditione pacem accipere malui, q̄ uirib. cum ualentiore pugnare. sed & hac, & multa alia corā breui tpe licebit. neq. me tamen ulla res alia Romæ tenet, nisi expectatio rerum Africanarū. uidetur.n. mihi res in propinquum adducta discrimen. puto autem mea nōnihil inter esse; quamquā, id ipsum quid intersit, non sanè intelligo. ueruntamen, quidquid illinc nunciatū sit, non longe abesse à cōsilijs amicorū. est.n. res ipsa iā in eū locū adducta, ut, q̄q̄ multum intersit eorū causas, qui dimicant, tamen inter uictorias nō multum: quē ēt superiores tuæ literæ confirmarunt: quibus intellexi; q̄ fortiter iniuriam ferres: iuuitq. me, tibi cum summam humanitatem, cum ēt tuas literas profuisse. uerum.n. scribā: teneriore mihi aīo uidebare, sicut oēs ferè, q, uita ingenua, in beata, et libera ciuitate uiximus. sed ut illa secūda moderate tulimus: sic hāc nō solū aduersam, sed etiam funditus euersam fortunam fortiter ferre debemus, ut hoc saltem in maximis malis boni consequamur, ut mortem, quam etiam beati contemnere debebamus, propterea quòd nullum sensum esset habitura, nunc sic affecti non modo contemnere debeamus, sed etiam optare. Tu. si me diligis, fruere isto ocio, tibq; persuade, PRAETER culpam ac peccatū, quo semper caruisti, & carebis, hoī accidere nihil posse, quod sit horribile, aut pertimescendum. Ego, si uidebitur*

bitur rectè fieri posse, ad te ueniam breui. si quid acciderit, mutandum consilium sit, te certiorem faciam statim. tu ita fac cupidus mei uidendi sis, ut istic te ne moneas tam infirma ualetudine, nisi ex me prius quæsieris per literas, quid te uelim facere. Me uelim, ut facis, diligas, ualetudiniq. tuæ, & tranquillitati animi seruias. Vale.

HVB. GRATÆ] In tumultu bellorum ciuilium cum exercitus eēt in Africa, rebus in potestatē Cæs. R. redactis. T. Messinius mœrore oppressᵘ libertatis secesserat rus, vt careret molestijs vrbanis tali tpe. Scripserat aūt ad Cic. se cupidū esse eum videndi. Itaq; rescribēs Cic. dicit se ita arbitrari, ꝙ Messinius fuerit cupidus eū vidēdi, ēt si nihil scripsisset, qa & ipse esset cupidissimus eū videndi. Nā si semper libentissime cū eo fuit, cū haberet maiorē copiā amicorū, multo magis nūc cū multos amiserit, dicit se desiderare eius cōsuetudinē, qa in vrbe dicit Cicero se nihil habere, quo delectetur, ꝑter literas, ad quas se retulit, & ꝑter cōsciētiā suorū rectè factorū, & cōsiliorū, quæ semper spectauerūt ad pacē, & vtilitatē reip. Deinde cōsolatur ipsum Messiniū, vt forti animo ferat fortunā aduersam. Postremo suadet, vt fruatur ocio secessionis, neq; veniat ad urbē. [Sine literis]. s. tuis. i. ēt te nihil scribēte, qa de tuo in me animo nunquā dubitaui. [Accipio] Admitto, credo. [Nō concedā tibi] Nō uincar à te, qa nō minus cupio te uidere, q̄ tu me. [Nā, tecū] sensus est, ita omnia, quæ opto eueniant mihi communia, ut uehementer uelim esse tecum. [Vt enim] facit Cic. argumētum ualidissimum, ꝙ cum Messinio esse cupiat, quia si libentius cum eo, quàm cum ceteris omnibus esse cōsueuit, cum erat maior copia bonorum uirorum amicorū suorum, nunc, cum plerosq; amiserit, dicit se libentius cōsumpturū cum eo unum diem, quàm totum illud tempus cum eis, quibus cōuiuere cogitur. [Æque libenter]. à libenter. s. q̄ tecum. [Absint] à patria, uel uoluntario, uel necessario exilio. [Mutati uolūtati] quia destiterunt mihi esse amici, & mutauerunt uoluntatē, postq̄ fortunam meam mutatam uiderunt. [Medius fidius] iurantis est. Signat aūt per Iouis filium. [Necessario] Necessitate coactus, nō autem uolūtate [Posuerim] Proponam. [Solitudinem] Locū desertum. [Quàm sermones] qui non multum habēt, quod me delectet [Perfugio] refugio. s. [Literulis]. i. studio literarum. [Cōscientia cōsilio meorum] subaudi, utor [Quàm meorum ciuium [Id. n. proprium est eius, qui reip. præsit, ut omnia, quæ faciat, ad utilitatem publicam, & suorum ciuiū referat, oblitus cōmodorū suorum. [Is] Cæs. signat potius, q̄ Clodius, uel M. Ant. [Ipse beatus esset] alij lib. hñt esses, quod magis probo, ut sit, & tu ipse, & oēs alij boni beati essetis [Vim] uiolentiam. [Ocium] pacem [Honestum] quod esset cū honore nostro. [Idem]. i. ego idem. [Illa ar.] ciuilia, quæ Cæs. mouit. [Illum consensum bonorum]. i. iudiciū, & uoluntatem bonorum ciuium. [Quem] consensum. [Effecerā] quia meis persuasionibus oēs uiri boni ad defensionē patriæ cōsentiebant. [Quauis pacem] quamlibet ēt satis honestam nobis. [Trita conditione]. i. oī cōditione. [Cū ual] cū potētiore. [Licebit]. i. dabit facultas. [Hæc] subaudi, dicere. [Expectatio rerū Africanarum] ut intelligam, qui finis sit illarum rerum, erant. n. tunc exercitus Romani in Africa. [Tenet Romæ] Facit nunc me esse in urbe. [Propinquum discrimen] In propinquū periculum, quia breui alter uincetur. [Interesse mea] ad me pertinere. [Quāq̄] correctio quædam. [Illinc] Ex Africa [Abesse] discedere subaudi, intelligo. [Causas] bellorum. [Multū inter] quia altera. s. Pomp. est honesta, utpote pro rep. alt. s. Cæs. turpis est cōtra patriā suā. [Inter uictorias] quia uterq; uicerit, uideo uictoriā fore crudelem. [Desperatis]. s. rebus. [Cōfirmatus] quia desperatio plerunq; addit fortitudinem. [Quem] animum meum. [Iuuit me] Placuit mihi, gauisus sum [Literas tuas] Quas didicisti. i. doctrinam tuarum literarum. [Profuisse tibi] ad te consolandum. Scripserat ad eum Mess. se accepisse magnum fructum ex studio literarum suarū, quæ eum multum consolatæ fuerant. [Verum. n. scribam] nō assentabor tibi, sed dicam tibi uerum. [Teneriore] ꝓ tenero. i. molli, & imbecillo ad resistendū doloribus. [Ingenua] libera, modestius. n. ferūt seruitutē, qui nati sunt ingenui, & duxerunt uitā ingenuā [Beata] opulenta, quæ alijs imperabat. [Fūditus] penitus, radicitus. [Euersam] deiectam. [Hoc bonū]. i. hoc bonum, & hoc commodum. [Contemnere] Paruifacere, nō timere. [Nullum. s.] Qui post mortem nihil mali sentire possemus [Sic affecti] sic dispositi, sic infelices. [Sed etiam optare] Eligere uel etiam desiderare, ita. n. uidetur suadere philosophia, ut supra dixit in multis locis. [Fruere] Delectare, fructum cape. [Isto ocio] quem habes, dū abes ab urbe. [Tibi persuade] simile est illud supra ad P. Sex. & illud adiunges, homines sapientes turpitudine, nō casu, & delicto suo, nō aliorum iniuria commoueri. [PRÆTER culpam, ac peccatum]. i. nisi qd deliquerit & peccauerit. [Nihil] Neq; amissionē fortunarū, neq; exiliū, neq; mortē, neq; cetera similia. [Mutādum cōsilium] Mutanda deliberatio. s. ueniendi ad te. [Tu ita fac] concludit epistolam ex sententia princip j, qa supra dixerat Messinius se esse cupidum uidendi Cic scribit Cic. ut ita sit cupidus eum uidendi, tamen non discedat ex loco, ubi erat præcipue, quia non bene habebat [Infirma] imbecilla [Quæsieris] Interrogaueris. [Per literas] Scribendo ad me. [Seruias] Indulgeas, sis intentus. [Tranquillitati animi] ut careas molestijs, & sis animo tranquillo.

Accipio. — Medius fidius. — Funditus. — Fruere.

PHIL. GRATÆ] Acceperat Tul. à T. Messinio ciue R. literas, quibus certior factus, quanta ille uidendi Cic. cupiditate fuisset affectus, his eum alloquitur, quibus talem erga se animum sibi uehementer gratum esse significat, dicitq. non minori desiderio se teneri uidendi eius. Et quoniam quæ acciderunt re p. non nisi moleste ferre poterat, non nihil de his miseris tēporibus querelarū adiungit Et rerum Africanarum exitum expectare. Illuc n. se cōtulerat exercitus Pomp. occupata rep. Et ob hanc rem solum R. detineri se dicit. Et ibi nihil aliud se habere cōmemorat, quo delectetur, quàm literas & conscientiam mentis suæ ad pacē spectātis, & utilitatē reip. Hortatur inde amicum, ocio fruatur suo, .i, quietè uiuat ruri, ne Romā ueniat, & ipse, si uidebitur rectè fieri posse, ad illum se iturū pollicetur. Secesserat. n. ab urbe Messinius, & ruri se tenebat, ne ea uideret, q̄ in urbe, oppressaq. repu. gerebantur [Accipio] admitto, intelligo. [Non concedā] Nō abs te uincar, ut magis tu me uidere cupias, quàm ego te. [Nā, tecū] ordo est: nam ita omnia, quę opto, contingant mihi cōmunia, ut uehementer uelim esse tecum. Vt enim: Argumentum à comparatione aliorum, qua demonstrant libentius cum eo esse uelle, q̄ cum omnibus alijs. Nam cum esset ei maxima amicorum copia, iucūdius erat ei cum Messinio uiuere, q̄ cum quouis alio. [Nunc uero in tanta paucitate amicorum multo magis, & libētius se cōsumpturum dicit unum diem cum Messinio, quàm omne tēpus cum plerisq; eorum, quib. cū necessario uiuere cogebatur. [Quā tecum] Præponit ipsius consuetudinē omnibus alijs. [Æque sic] uel tam. [Alij] repetitio. [Interierit] Maior pars perijt in bello ciuili. [Alij absint] In Hispania, & Lybia, uel alibi in exilio. [Mutati uoluntate] quod recesserunt ab amicitia, & se mutauerunt cū fortuna. Voluntatis autem effectus est ipsa ratio. Nec uolūtas dici potest sine ratione, & uoluntas pro fauore sæpe ponitur. Terē. Voluntas nostra, si ad poetam accesserit, date operā. At uoluptas cum, p, scriptum nomē, quo Greci ἡδονὴν uocant, tam in bonā, quàm in malam partem accipimus. cuius genera sunt tria. Vnū naturale & necessarium. [Alterum naturale & non necessarium. Tertium neque naturale, neq; necessarium, quæ neque à natura data sunt, & sine illis unā quisque posset uiuere. [Mediusfidius] iurantis aduerbium. & compositum uidetur μὰ. quod est apud Græcos per, ut μαδίως χοιρὸς, & δίως cuius nominatiuus est ῥύυς, ex fidius, quod antiq pro filius dicebāt. Nā loco, l, literā, d, ponebāt. Vnde mediusfidius significat per Iouis filiū, & intelligimus, Herculem plerique tamen intelligunt per diui fidē, non nulli per diuini temporis fidem, cuius opinionis est Pomp [Plerisque] antiqui plerus, ra, tum, dicebant. Iuniores uero, quę cōiūctionem adiunxerunt significatione nominis nō mutata, ut plerusque, pleraque, plerunque [Solitudinem iucundiorem] Iucundius esset mihi esse soli, quàm cum istis uersari, q frequētāt domum meam, & eos uitare non possum, illos intelligebat, qui cū Cæs. uictores fuerunt [Literulis nostris] studijs literarū. [hæc erāt profugia molestiæ Cic. & solamen mali. [Conscientia cōsiliorū] quæ semper fuerunt salubria reip. recordatio aūt multorum benefactorum iucundissima est. [Mei causa] ꝙ fecisset potius pro salute communi, quàm pro seipso, huiusmodi institutio esse debet regentis rempub. ut omnia ad rempub. & utilitatem communem pertinentia suis proprijs cōmodis præferenda existimet, ut Cicero facere consueuit, & Brutus patriæ libertatem filijs nō pepercit. [Quem tu nunquam amasti] Cæsarem dicit [Ipse beatus esset] Cæsarem intelligit. nam & ipse quoq, fuisset beatus in rep. non oppressa, & omnes homines boni publica libertate cōtenti. Multi legunt, esses, ut sit sensus, quòd tu, & omnes boni, beatiq. essetis [Vim] uiolentiam. [Ocium] pacem. [Honestum] ꝓ dignitate senatus. [Aut uim] potentiam. [Ego honestum ocium] Literarum studium, quod pluris faciebat, quam Cæs. potētiam, sed melior sensus prior. [Arma] Cæs. bella ciuilia [Bonorum] Senatorū. [Effeceram;] consilio enim Cic effectum fuit, ut omnes boni uiri ad defendendam patriam sentirent. [Quamuis pacem] quālibet pacem honestam, aut inhonestam ꝓ uoluntate uictoris. [Tota] pro omni [Quam uiribus cum ualentiore pugnare] rectum, & sanctum consilium, sed non auditum à Pomp. Melius enim erat quacunque cōditione pacem accipere, quam pugnare, & uinci.

Accipio — Æquo — volūtas Voluptas. — Medius fidius

[Licebit

Discretum [Licebit hæc]poterimus hæc alias dicere.[Rerum Africanarum] Illuc.n.Scipio,Iuba,Cato,ut renouarent bellum,accessere.[Discrimen]nũc periculũ,alias differentia significat. Vnde discretũ diuisum dicimus. In quo caue ne erres,& hominem discretũ dicas pro modesto,ut multi inepti in epistolis dicunt,ut: Paulo discreto uiro salutẽ.[Quamquã] correctio est.[Id ipsum expectare rerum Africanarum euentum,[Nõ sanè) Nõ valde intelligo, quoniam si illi in Africa uicissent,non tamen ex eorum uictoria libertas in rep.seruaretur ex uitio uictoriæ.[Quod)subiungit tamen inter uictorias,non multum interfuturum putem. [Quamquam]correctio est.[Illinc) Ex Afric.[Abesse]dissentire,& sup.intelligo.[Intersit) Differentia sit. [Causa) qm Põp.honesta, Cæs. inhonesta. [Desperatis) Vna salus uictis nullam sperare salutem.Desperatio enim confirmare,& fortes reddere uictos solet. [Iniuria]Magna & parua. Contumelia uero semper magna, iniuriæ sunt,ut inquit Cic. quæ aut pulsatione corpus, aut conuitio aures, aut aliquam turpitudinem uitam cuiuspiam uiolat.[Iuuitque me]Delectauit me.[Profuisset.) utilis fuisset ad consolandum. Nam Messinius Cice.scripserat, ꝙ ex studio literarum magnam ipse cõsolationẽ capiebat in ferenda iniqua fortuna.[Literas)idest,Doctrinam dicit, qua fortiter iniuriam perferendã didicit [Verum]nunc ueritatem.[Teneriore) quasi molli,& effęminato ad perferenda aduersa. [Ingenua) Grauius enim ferunt seruitutem,qui nati sunt liberi,quàm qui serui sunt.[Illa secunda]ut Sulp. Vidimus aliquoties secundam pulcherrime te ferre fortunam,fac aliquando intelligamus aduersam quoque te æq; ferre posse.[Aduersam,euersam) Agnominatio Agnominatio est cõmutatio literarum.[Hoc boni) Hoc bonum.Scilicet,ut mortem optemus, cum mors sit omnium malorum finis. Quam etiam debent contẽnere non solum miseri,& infelices, ut nos sumus. Saltem, Saltim. Saltem, & saltim differunt. Maxima profecto inest utilitas in cognoscẽdis uocabulorum differentijs, ut pro uerborũ qualitate eloqui possis. Saltem à captiuorum uoce sumptum, est qui cum salutem petere uolebant, ex festinantia sermonis saltem dicebãt. Saltim uero à saltu nominatum est. [Nullum sensum) ut epicurei sentiũt, quibus cum morte omnia extinguuntur, nec remanent sensus. [Sic affecti]Infelices,& dispositi, ut omnia ĩ reip. ornamẽta sint nobis extincta.[Pertimescendum]nihil potest, inquit, homini pertimescendũ accidere, nisi culpa, & peccatum, sed hoc tu timere non potes, in quo nulla unquam fuit culpa, nec futura est. eadem ferè sententia est ad Sex. Homines sapiẽtes turpitudine, nõ casu,& delicto suo non aliorum iniuria commoueri.[Mutandũ consilium] ueniendi ad te.[Tñ ita].s.admonet, quid pro sua ualetudine faciendum sit. Nanque cum non rectè ualere senserat, & quia dixerat se teneri cupiditate uidendi Cic. admonet ne discedat prius, quàm ab eo factus sit cerior.

ASC. *GRATÆ &c.*]In tumultu bellorum ciuilium, cum exercitus esset in Africa, rebus in potestatem Cæs. Romæ redactis, L. Messinius mœrore oppressæ libertatis secesserat rus, ut interea molestijs urbanis leuaretur, scripserat autẽ se Cic. uidere uelle, ad qđ Cic. amice rescribit dicens: Literæ tuæ fuerunt mihi gratæ, ex quibus intellexi, quod etiam arbitrabar sine literis, affectum te esse summa cupiditate uidendi mei, quod ego accipio libenter. ita tamen, ut non concedam tibi.i.non uincar à te in consimili cupiditate, vtpote tui uidendi. Nam ita contingãt mihi omnia communia, quæ opto.i.quæ ad remp.spectant, quibus nihil gratius Cice. esset, uel omnia, quæ opto eueniant mihi ita communia.i.mediocria, nisi commoda legẽdum putemus, aut priorem rationem amplectendam, ut uelim uehementer esse tecum. Vt enim.i.nã, uidetur.n. una particula, nam, ut aliter uacare uidetur. cum.i.quamuis, esset maior copia & uirorũ,& ciuium bonorum,& hominum iucundorum,& amantiora mei.i.quæ me amabant, tamen nemo erat, qui cum.i.cum quo ego essem, libentius, quã tecum,& pauci sup. erant, quibuscum.i. cum quibus essem æque libenter sup. ac tecũ, uero.i. sed hoc tempore, cũ alij.s.ex amicis interierint, alij absint mutati uoluntate, quia fortunam secuti, medius fidius .i.ita mehercules Iouis filius iudicet, aut mediante fide mea. ego posuerim libentius.i.cum uoluptate maiore tecum unum diem, quam hoc omne tempus cum plerisq; eorum, quibuscum.i.cum quibus uiuo necessario, quia tempori inseruiendum erat. aut qa alios non habebat. Ego.n. nolim te existimare solitudinẽ esse iucundiorem mihi, qua tamen ipsa non licet uti, q̃ sermones eorum, qui frequentãt domum meam, excepto uno, aut ad summũ altero.i.secundo. Itaque.i.& ita, quia nõ lubet uersari cum ijs hominibus, qui Romæ sunt, ego utor eodem ꝑfugio.i.lenimine curarum, ad quod profugium, quo cẽseo.i.iudico, utendum tibi, uidelicet literulis nostris.i. studijs philosophiæ potissimũ, q̃ literulas uocat, aut modestię gratia, aut ꝙ illis tẽporibus modica esse ꝑmittebantur, aut ꝙ plus literarũ si censeat in causis foresib, expedẽdum, si liceat. Preterea.i. pręter literulas nostras, utor et.s. ad sedandam animi molestiam cõscientia consiliorum meorũ .i. eo ꝙ mihi cõscius sum, nihil cuiq̃ cõsuluisse, unde resp. iacturã fecerit. Et e conuerso multa multis, quæ.q. sequi uoluissent, resp. adhuc staret. Ego.n. sum is, queadmodũ tu potes existimare.i. iudicare, facillime, q nihil fecerim vnq̃ potius cã mea.i. ꝓprij cõmodi gratia, q̃ causa ciuium meorũ, quod dicit, qa consul, & Imperator tãtum fuerat, aut quia vsitatũ est ciuiũ meorũ pro conciuiũ dici. Cui.s. mihi is.s. Clodius, ut opinor potius, q̃ Cęsar, quẽ tu nunq̃ amasti, amabas enim me, inuidisset, & ꝓcurasset.s. mittẽdũ in exiliũ, &.i.simul ipse esset beatus, & oẽs boni. Alij legũt beatus esses, eo ꝙ de Cæsare intelligunt, q. tũc beatus uidebatur, & ita nõ diceret beatus esset, sed esses: verũ de Cæs. nõ intelligi manifestũ est. nunq̃.n. Ci. apertas inimicitias cũ Cæs. habuit, quo circa potuit quis, vt ẽt pluries supra uidimus, vtrosq; amasse, cũ iã dictũ sit ideo Messiniũ nunq̃ amasse illum, quẽ Cic. amabat. Ego sup. is qui nullius.i. non ullius, non uolui uim.i. potentiam aut violẽtiam ullius ualere plusquam ocium honestum, ut est literarum, idemq;.i. ego idem cum sensi illa ipsa arma.s. Cęsaris, q̃ timuerã semper, posse plus, quam illum consensum bonorum.s. ciuium, quem.s. consensum, ego idẽ affeceram. Conuocatis.n. senatoribus Cic. ea fundamẽta pacis iecerat, q nunq̃ interrũpi posse uidebantur, malui accipere pacẽ conditione, quis.i. quantumuis torta.i. uiolenta, & iniqua, q̃ pugnare uiribus cum valẽtiore .i. potentiore viribus. Sunt qui legant tota, ut sit, quamuis tota conditione pacis.i. nihilo detracto de conditionibus pacis, quas Cęs. ꝓposuerit. Sũt ẽt q tum legũt. [Idemq; tum illa, &c. sed plures cum legunt. Sed licebit sup. nobis dicere, aut disputare corã .i. præsentia mutua, breui tpe.i. intra breue tps. hęc.s. iam dicta, & multa alia. Neq; tamẽ ulla alia res tenet me Romæ, nisi expectatio rerum Africanarum.i. quid Cato, & ceteri Pompeiani in Africa contra Cęs. fecerint. Enim.i. quia, res uidetur mihi adducta in discrimen.i. periculum ꝓpinquum, ita vt paucis diebus de summa rerum in Africa cõcertandum sit. Autem.i. sed, ego puto nonnihil.i. aliquãtulum interesse.i. referre mea.s. vtra pars victoriam habitura sit, q̃q̃ nõ intelligo sane.i. multum, quid id ipsum .s. vtra pars uicerit, intersit.i. discriminis habeat. Verumtñ quidquid nunciatum sit illinc.i. ex Africa, ego uelim non abesse cõsilijs amicorum. Res.n. adducta est in eum locum, ut q̃q̃ multum intersit.i. differentiæ sit inter causas eorum, qui dimicãt, quia melius est, Pompeianorum fuisse victoria: Sed plane.i. omnino, animus.s. meus, qui fuerit, permittamus, ut fuerit, forsitan infirmior rebus dubiis.i. cum res essent dubiæ, confirmatus est multũ reb. desperatis, quem sup. animum, literæ tuæ superiores cõfirmarũt etiam, quibus.s. literis, intellexi q̃.i. quantum fortiter ferres iniuriam, & iuuit.i. delectauit me, cum.s. ita sit, qđ iuuit me summã humanitatem tuam profuisse.i. utilem fuisse tibi, tum etiã sup. iuuit me literas tuas profuisse tibi. Scribam.n. uerum: Tu uidebare mihi fuisse animo teneriore.i. multum tenero, aut teneriore, quã decuit, sicut ferè nos omnes, sup. uidebamur fuisse, qui uiximus ita ingenua.i. nulla seruitute notata, in ciuitate beata.i. opulenta, ac felici, & libera. Sed, ut tulimus.i. portauimus, moderate.i. temperanter, illa secũda.i. prospera, & lęta, sic debemus ferre fortiter hanc fortunam, non solum aduersam, sed etiam euersam funditus.i. à primis fundamentis, quantum ad libertatem. Vt cõsequamur in maximis malis, saltem hoc boni, ut debeamus nũc affecti sic.s. desperatione salutis aut libertatis, non modo.i. non solum contemnere, sed etiam optare mortem, q̃.s. mortẽ, nos debebamus contemnere etiam beati, i. cum essemus beati, ꝓpterea quòd ipsa nullum sensum esset habitura, quod dicit secũdũ Epicureos, quos tamen alibi reprehendit, nisi forte putemus propterea dicere, ꝙ beatis tanta fuerat lætitia, ut tormenta mortis non sentiãt. Vnde non dicit se in morte, aut post mortem, nullum sensum habituros fuisse, sed mortẽ ipsã. Tu, si diligis me, fruere isto ocio.i. cape fructum, & uoluptatem ex isto ocio, qđ nactus es, & persuade tibi nihil posse accidere, aut accedere.i. addi homini, ꝙ sit horribile, aut pertimescẽdum, præter culpam, ac peccatũ: qua .s. culpa, tu caruisti.i. uacuus fuisti, & carebis semper. Ego veniã breui.s. tempore, ad te, si uidebit posse fieri rectè, sicquid acciderit, ut.i. ita, ut consilium sit mutandum, ego faciam statim te certiorem. Tu fac sup. ut sis cupidus mei uidendi ita, ut ne.i. non moueas te istinc, i. ab isto loco, ualetudine sup. tua, existẽte tã infirma, nisi quæsieris prius ex me per literas, qđ uelim te facere.i. ut tu facias. Velim, ut facias, sup. ut diligas me, & seruias.i. inseruias ualetudini tuæ, & tranquillitati animi.s. tui.

ETENIM cum esset maior]Alij, ut enim: quam lectionem nos non admodum probamus, particulę.n. ut, quę respondeat, uox non erit. ex lib. igitur scripto Bernardini Maffei, etenim, emendauimus. PAVL. MAN.

M. TVLLII CIC. EPISTOLARVM AD TORQVA. ET ALIOS, LIBER SEXTVS.

ARGVMENTVM.

AVlus Torquatus post Pharsalicam cladem dũ inter Pompeianos, et Cæsarianos adhuc bella sæuirẽt, se, ut pleriq; alij Athenas cõtulerat, ubi deflebat cõmunes miserias, & ualde angebatur, cũ de rebus suis priuatis (erãt.n. accisa, ac eperdita) tũ de rep. Eum itaque Cic. hac epistola consolatur fere ijsdẽ rationibus quibus supra Ser. Sulpitium, qui paulò ante ob consimilem causam etiã Athenas se contulerat, nunc tamen absuerat: quod se dolere dicit Cicero Torquati causa, cum, ex eius præsentia magnum fructum fuisset capturus. Operæprecium autem esset, pro huius epistolæ intellectione, legere epistolam prius ad Seruium scriptam, quæ incipit: Vehementer te esse solicitum, &c.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

A. Manlium Torquatum, qui cum alijs Pompeianis, in eadẽ erat naui, consolando hortatur, ut tempestates reip. æquo, bonoq; animo ferat.

M. CICERO S. D. A. TORQVATO 1

ETSI ea perturbatio est omnium rerũ, ut suæ quemque fortunæ maxime pæniteat, nemoque sit, quin ubiuis, quam ibi, ubi est, esse malit; tamen mihi dubium non est, quin hoc tẽpore bono uiro Romæ esse miserrimum sit. nam etsi quocunque in loco quisque est, idem est ei sensus, & eadem acerbitas ex interitu rerum, & publicarum, & suarum: tamen oculi augent dolorem, qui ea, quæ cæteri audiunt, intueri coguntur, nec auertere à miserijs cogitationem sinunt. Quare etsi multarum rerum desiderio te angi necesse est; tamen illo dolore, quo maxime te confici audio, quòd Romæ non sis: animũ tuũ libera. etsi.n. cum magna molestia tuos, tuaque desideras: tamen illa quidem, quæ requiris: suum statum tenent, nec melius, si tu adesses, tenerent, nec sunt ullo in proprio periculo, nec debes tu, cum de tuis cogitas, aut præcipuam aliquam fortunam postulare, aut communem recusare. De te autem ipso, Torquate, est tuũ sic agitare animo, ut non adhibeas in consilium cogitationum tuarum desperationem, aut timorẽ. nec enim is, qui in te adhuc iniustior, quam tua dignitas postulabat, fuit, non magna signa dedit animi erga te mitigati. nec tamen is ipse, a quo salus petitur, habet explicatam, aut exploratam rationem salutis suæ. Cumque OMNIVM bellorũ exitus incerti sint: ab altera uictoria tibi periculum nullum esse perspicio, quod quidem seiunctum sit ab omniũ interitu; ab altera te ipsum nũquam timuisse, certo scio. Reliquum est, ut te idipsum, quod ego quasi consolationis loco pono, maxime excruciet, commune periculum reip. cuius tãti mali quamuis docti uiri multa dicant, tamen uereor, ne consolatio nulla possit uera reperiri, præter illam, quæ tanta est, quãtum in cuiusque animo roboris est, atque neruorum. si enim BENE sentire, recteq; facere satis est ad bene, beateq; uiuendum: uereor, ne, eum, qui se optimorum consiliorum conscientia sustentare possit, miserum esse, nefas sit dicere. nec enim nos arbitror uictoriæ præmijs ductos patriam olim, et liberos, & fortunas reliquisse. sed quoddam nobis officium iustum, & pium, & debitũ reip. nostræq; dignitati uidebatur: qui neq;, cũ id faciebamus, tã eramus amẽtes, ut exploratа nobis esset uictoria. quare si id euenit, qđ ingredie ib. nobis in cãm propositũ fuit accidere posse: nõ debemus ita cadere animis, quasi ad aliqđ euenerit qđ fieri posse nunq̃ putauimus. Simus igitur ea mẽte, q̃ ratio, et ueritas p̃scribit, ut nihil in uita nobis p̃standum p̃ter culpã putemus; eaq; cũ careamus oĩa humana placare, et moderate feramus. atq; hæc eo p̃tinet oratio, ut pditis reb. oĩbus, tamen ipsa uirtus se sustẽtare posse uideatur. sed si est spes aliqua rebus oĩbus, ea, tu quicũq; status est futurus, carere non debes. atq; hoc mihi scribenti ueniebat in mentẽ, me eum esse, cuius tu desperationẽ accusa e solitus esses, quemq; auctoritate tua cunctantẽ, & diffidentẽ excitare, quo quidẽ t pe nõ ego cãm nostram, sed cõsilium improbabã. sero.n. nos ijs armis aduersari uidebã, quæ multo ante cõfirmata p nosmetipsos erãt: docebamq; pilis, & gladijs, non consilijs, neque auctoritatibus nostris, de iure publico disceptari, neq; ego ea, quæ facta sunt, fore cũ † dicebam, diuinabã futura: sed, quod & fieri posse, & exitiosum fore, si euenisset, uidebam, id ne accederet, timebam; præsertim cũ, si mihi alterutrum de euentu, atq; exitu rerum promittendum esset, id futurum, quod euenit, exploratius possem promittere, ijs.n. rebus præstabamus, quæ non pdeunt in aciem: usu autem armorum, & militum robore inferiores eramus. Sed tu illum animum nunc adhibe, quæso: quo me tum esse oportere cẽsebas. Hæc eo scripsi, q mihi nunc Philargyrus tuus, omnia de te requirenti, fidelissimo aĩo, ut mihi quidem uisus est, narrauit, te interdum solicitum solere esse uehementius. quod facere non debes; nec dubitare, quin aut, aliqua repu. sis futurus qui esse debes, aut, perdita, non afflictiore conditione, quàm ceteri. hoc uero tps, quo exanimati omnes, & suspẽsi sumus, hoc moderatiore animo ferre debes, quod & in ea urbe es, ubi nata, & alta est ratio, ac moderatio uitæ; et habes Ser. Sulpitiũ, quem semper unice dilexisti: qui te profecto & beneuolentia, & sapientia consolatur. cuius si essemus & auctoritatem, & consilium secuti, togati potius potentiam, quàm armati uictoriam, subijssemus. Sed hæc longiora fortasse fuerunt, quam necesse fuit. illa quæ maiora sunt, breuius exponam. Ego habeo, cui plus quam tibi, debeam neminem. quibus tantum debebam, quantum tu intelligis, eos mihi huius belli casus eripuit: qui sim autem hoc tempore, intelligo. sed quia NEMO est tam afflictus, qui si nihil aliud studeat, nisi id quod agit, non possit nauare aliquid, et efficere, oẽ meum consilium, operam, studium certe uelim existimes tibi, tuisq; liberis esse debitum. Vale.

† alia docebã

ETSI ea] Torquatorum gentem in urbẽ non obscuram egregie quadam gloria, & noĩs titulo illustrauit primus T. Manl. ob detractum aureum torquẽ Gallo cuidã, prouocatori, Torquatus cognominatus. Ex ea gẽte lõga ordinis serie fuit hic. A. Torqua ad quẽ nunc Cic. scribit. nam cum fuisset Põp. bello Pharsalico, & ob potentiã, tyrannidemq. Cęs. deductis rebus in magnã desperationem, cum adhuc per Pomp. & Cęs. assidue pugnaretur, cõtulerat se Athenas, ubi deflebat oẽs miserias, & ualde angebat tum de reb. suis tum uero de rep. Itaq, Cic. hac epi. eũ consolat, ijsdẽ uero rationibus, quibus supra consolatus est S. Sulp. fuerãt .n. ambo in eadẽ cã, ambo socij in bello, & ambo per ea tpa erãt Athenis. licet hac epist significet Cic. se intellexisse Seru. paulò ante Ahtenis discessisse, q dicit se dolere Torqu. cã. q ex eius cõsuetudine maximum fructũ percipere potuisset. Sẽsus totius ep. erit clarior inspicienti epistolam, quam supra diximus scriptam ad Ser. quæ incipit: Vehementer te esse solicitum. Et nos erimus minus uerbosi in explanatione, quia õ in multis superiorib. epistolis diximus superuacaneum uideretur sępius commemorare. Et si: Sẽsus est: Licet omnia ita sint perturbata, ut cuiq; displiceat fortuna, & cõditio sua, & nemo sit contentus loco, ubi est, sed potius cupiat esse in quolibet alio loco, q̃ in eo ubi sit, tñ non dubito, quin hoc tẽpore ita misero sit miserrimũ. uiro bono esse Romæ. [Omnium rerum] Et publicarũ, & priuatarũ [Fortunæ suæ] suæ conditionis. [Pœniteat] Pigeat. [Quin] Qui non. [Vbiuis] In quocunq; loco. [Bono uiro] Cui iniqua displicẽt, & maxime calamitas reip. [Nam etsi] Ratio est, quare uiro bono miserrimum sit esse Romæ. Nã licet quisq, quocunq; loco sit, habeat eundẽ dolorẽ ex amissione rerũ pub. tñ acerbius est uidere, q̃ audire. [Acerbitas] angor, dolor. [Idem] Similis [Oculi] .i. sensus oculorum, qui certior aure arbiter est oculus. [Intueri] Aspicere. [Auertere] Declinare, amouere. [Multarum rerũ) Sicut est uidere tuos, fratres fortunis

HVB.

Torquati

Quin

Vbiuis

Auertere

fortunis tuis, frui solita dignitate, uidere rep. in statu suo, & similium rerum. [Confici) Affligi. [Quod Romæ) Dolebat. n. præcipue Torq. q. Rom. non esset, quod quidem dicit Cice. ei non esse dolẽdum. [Tuos) Propinquos, & amicos. [Illa). s. tui, & tua. [Tenent) Retinent, & conseruant. [Adesses] Romæ [Proprio) Præcipuo, in quo alij nõ sint. [Postulare) Exigere. [Præcipuam). s. quæ alijs non accidat. [Cõem) quæ oĩb. accidat. [Recusare) spernere. [De te ipso) Iam demonstrauit Cic. quare Torq. angi nõ debeat, pp suos, aut sua. Nunc ostendit quo debeat de seipso cogitare, & qua eũ aĩum de seipso hr̃e debeat, dicit. n. eum non debere, aut desperare, aut timere, & adducit rationes. [Agitare) Versare, cogitare. [Nõ adhibeas desperationem). i. ne ita cogites de te ipso, ut spem amittas. [Nec. n.) ratio, quare non sit adhibenda desperatio, q̃a Cæs. qui fuit iniustus in ipsum Torq. dedit magna signa animi sui mitigati erga Torq. & quia ipse Cęs. non est certus salutis tuæ. [Is) Cæs. [Adhuc) Hactenus. [Iniustior) quia adhuc nõ reuocauit in patriam. [Nec tñ,) q. d. cum alij, ab eo petant salutẽ, & uitam, possent fortasse interire, itaq; non est desperandũ. [Exploratam) certam, nondum. n. erat finis bellorum ciuilium. [Cũque) posuit rationes, quare non debeat desperare, nunc uero declarat, quare non debeat timere, quia utra pars uicerit, uel Pompeiana, uel Cæsariana dicit Torquatum non dr̃e sibi timere [Ab altera) Cæs. [Seiunctum) Separatum. [Ab interitu oĩum) A cęde, & calamitate, imò pernicie omnium, ita nihil accidet tibi, quod non accidat omnibus. [Ab altera) Pompeiana, Nũquã timuisse, quia semper ei fauisti. [Reliquum est] Probauit Cic ꝙ Torq. neq; pp suos, neq; propter res suas, neq; pp seipsum dẽt uehementer dolere, nunc remouet ẽt ei dolorẽ ex parte reipu. de qua Torq. uehementer angebatur. [Id ipsum,) q. d. ut ex eo tu capias dolorem, & crucieris, quod ego pono loco consolationis, nam Torquatus excruciabatur, ꝙ periculum reip cõe esset, Cice. uero ex ea re cõsolationem capiebat, quia quod sæpius dixit, & dicet in epist. sequ. non debemus recusare id periculũ, quod est nobis cõe cum multis. [Tanti mali) quod periculum reip. sit cõe. [Docti viri) Philosophi. [Vera) Quæ possit omnino tollere dolorem, [Præter illa). i. excepta illa consolatione, quam quisq; sibi ipsi præstare põt ex fortitudine, & magnitudine proprij animi. [Quantum roboris) Quantum fortitudinis. [Neruorum) Constantiæ. Si. n. sñia est Stoicorum, qui dicũt rectam conscientiam, & actionem bonorum ẽt sine alijs adiumentis esse ad bene, beateq; uiuendũ, & ipsam uirtutem esse unicuiq; pro premio, quia uirtus propter seipsam expetenda est, hanc aũt sententiam Cic. frequenter vsurpat, & Virgil. 1. Æn. Dij tibi, si qua pios respectant numina, si qd Vsquam iustitiæ est, & mens sibi conscia recti. Præmia digna ferant. [Bene. s.) Rectam habere sententiam, neq; precio, neq, metu, neque alia re corrumpi, nec a ueritate deflecti [Rectè facere) Quia secundum Cic. in 1. Off. Virtutis omnis laus in actione cõsistit. [Non uereor, ne sit nefas). i. non dubito quin sit nefas. [Sustentare) Sustinere, defendere [Nefas) Iniquum, & indignũ. [Miserũ) Quia esset contra id, quod dixit, satis esse ad bene, beateq; uiuendum [Victoriæ præmijs) ut per ipsam uictoriam efficerentur ditiores, & potentiores. [Reliquisse patriam) Tũc cũ discessimus, ut bello interessemus cum Pomp. [Olim) Cum uideremus uires Cęs. metuendas. [Videbatur nobis officium) Actum, nobis congruum, & conueniens, nam, ut Cic. in 1. Offic. sæpe ostendit, prima officia debentur dijs immortalib. secũda patriæ, tertia parentib. &c. Dicit ergo, uidebatur esse quasi quædam obligatio, quam haberemus erga patriã. [Quod) q. d. præscriptum, & quod non liceret effugere, aut prætermittere sine reprehensione, quod declarat per adiuncta, cum dicit iustum, pium, nam, quæ iusta, & pia sunt, sine nefario scelere prætermitti non pñt. [Cum faciebamus id) Id, cum relinquebamus patriam, liberos &c. [Amẽtes). i. inconsiderati. [Explorata) Certa, & indubitata. Amens. n. est, qui cum bellum ingrediatur, confidat, & indubitate speret, uictoriã, qm̃, ut supra dixit omnium bellorum exitus sunt incerti. [Id, qd fuit) Pro id, quod cogitauimus. s. ut ita possemus uinci, sicut uincere. [Ingredientib. in cãm) cũ inciperemus resistere Cęs. temp. oppugnati. [In cãm). s. Defensionis patriæ [Ita cadere animis). i. deficere, & animos dimittere. [Quasi) Tanq̃. [Posse fieri] Posse accidere. [Nunquam putarimus) Pro nunq̃ putassemus, quæ. n. præter opinionem eueniunt, solent molestius ferri, q̃ ea, quæ existimata sunt posse euenire. [Simus) Hortatur Cic. Torquatũ, vt sit eo animo, ut existimet nihil esse præcipuè dolendum, nisi quod delicto, & culpa sua euenerit. [Simus) Impatiui est modi. [præscribit) Designat, proponit [Nihil præstandum præter culpam) sic super ad P. Sextiũ: Cũ tibi nihil merito accidisse reputabis, & illud, adiunges hoĩes sapientes turpitudine non casu, & delicto suo non aliorum iniuria commoueri. Item ad T. Messiũ cum epi. præcedenti: Tibi q, persuade, præter culpam, ac peccatum, quo semper caruisti, & carebis, homini accidere nihil posse, quod sit horribile, aut pertimescendum. [Præstandum) Debendum. [Eo) Ad id. [Vt perditis). i. vt ẽt intelligas, ꝙ amissis omnib. rebus, tñ ipsa uirtus seipsam sustentare põt. [Perditis) Amissis desperatis. [Sed si) Dixi, ꝙ ẽt rebus desperatis ipsa uirtus se sustentare põt, sed si est aliqua spes in rebus cõibus tu non debes ea carere. [Quicunque status est futurus) Siue imperent Cæsariani, siue Pompeiani. [Atque) Occurrit obiectioni Torquati: cogitabã, inquit Cice. ô Torquate, cum hæc ad te scriberem, & conarer consolari, tanquam haberem aliquam spem te solitum esse dicere, me unũ olim fuisse, qui in his bellis desperarem, & nostris rebus diffiderem. [Cunctantem) Tardantem ingredi in hoc bellum. [Excitare) Cõmouere, & quasi stimulare, & subaudi, solitus esse. [Auctoritate) Tua existimatione, quam non sequi mihi turpe existimabam. [Non improbabam) Non reprehendebam. [Causam) Quæ erat honesta pro defensione reipub. [Consilium). i. malum gerendi belli, quia rogati cõtra armatos pugnabamus, ut supra ad M. Marc. sed idem ẽt illa uidi, neq; te consilium ciuilis belli ita gerendi, neq; copias Cn. Pomp. nec genus exercitus probare, semperque summe diffidere. & paulò post: Non his rebus pugnabamus, quib. ualere poteramus, consilio, auctoritate, cã, quæ erant nobis superiora, sed literis, & uirtutibus, quib pares non eramus. [His armis) Cæs. [Confirmata nosmetipsos) Pomp. quia ei fauimus intercedẽte ẽt Pomp. ut ei prorogaretur prouincia in aliud quinquennium, quo tpe assumpsit tantum uirium, ut postea difficile fuerit ei obsistere. [Neq; ego di.) Prædicebam ex certa scientia, quasi Deus. [Sed) Dicit se ex prudentia, non aũt ex diuinatione hæc prædixisse fore, quæ euenerunt. [Posse fieri) Cum esset in potentia, ut fierent, dicebam fore. [Exitiosum) Pestiferum, & calamitosum. [Alterutrũ) Vtrũ essemus futuri uictores, an uicti. [Id, quod euenit) Vt Cęs. uinceret. [Exploratius) Certius. [Ijs. n. rebus) Vt diximus supra scriptum ad Mar. [Vsu) Experiẽtia. [Robore militum). i. robustis militib. [Sed tu illum aĩum) Sẽsus est: utere nunc in mœrore tuo ea animi fortitudine, qua hortabaris ut uterer, cum essem in desperatione, & differentia rerum, quam paulò ante dixi. [Adhibe) Assume, ad consolandũ te. [Censebas) iudicabis, hortabaris. [Phylargyrus) Nomẽ liberti, interpretatur autem Phylargyros auarus, uel amator argenti. [Requirẽti). s. mihi. [Quod) Quam rem. s. esse solicitum. [Aliqua). i. non omnino perdita retinente aliquam partem status sui. [Qui esse debes) s. ex primis nostrę ciuitatis, & qui retineas dignitatem tuam. [Aut perdita). i. omnino deleta. s. rep. [Afflictione) Tristiore, debiliori subaudi sis futurus. [Examinat) Consternati metu. [Suspensi] Soliciti. [Ea urbe) Athenis. [Alta) Nutrita, ab alendo, quia dicũtur omnes artes liberales Athenis, & natæ, & perfectę fuisse. [Ser. Sulpicium) Qui, ut uisum est lib 4. & ipse Athenis erat. [Sapientia) Erat. n. uir sapientissimus. [Cuius) Seruij. [Togati) Sine bello, nã consilia Seruij spectauerunt ad pacem, & cõcordiã, ut Cic. supra ad ipsum Seruium: Cognoram n. iam absens te hæc mala multo ante præuidentem, defensorem pacis, & in cõsulatu tuo, & post consulatum. [Maiora) Maioris momenti, & ponderis. [Casus belli) Calamitas belli ciuilis. [Eripuit) quia pleriq; interierũt, plerique me deserunt. [Qui sim) Quia sim paruæ auctoritatis, & parũ possum. [Sed quia] Sentẽtia, est exornatio rethorica, & est sensus, sed quia nemo est tam afflictus, qui si uni rei tantummodo intendat, non possit aliquid præstare, & efficere, uelim existimes quidquid consilio, opere, & studio efficere possim, id esse debitum, & obligatum tibi, & tuis. [Nihil aliud) Nisi id, quod agit, idest non intendant, nisi ei rei, quam agat. [Nauare) Diligenter præstare. [Debitum) Obligatum, & ideo nullo modo defuturum.

ETSI &c.] A. Torq post Pharsalicam cladem se Athenas contulit, ut plerique alij, interea dum bella adhuc sæuirẽt inter Cæsarianos, & Pompeianos, ipse cões miserias deflebat, & ualde de suis rebus angebatur, cum ergo Cic. hac epist. consolatur ferè ijsdem rationibus, quibus supra S. Sulpicium, qui paulò ante ob cõsimilem causam etiã Athenas se contulerat, & eũ à mœrore auocat, dicens: Etsi ea perturbatio est omnium rerum, ut quenq pœniteat maxime fortunæ suæ, ut nemo sit, quin malit esse ubiuis, idest ubilibet, q̃ ibi, ubi est, tamen non est dubium mihi, quin miserrimum sit bono uiro esse hoc tempore Romæ. Nã etsi quocunque in loco quisquis est, idem sensus est ei, & eadem acerbitas ex interitu rerum, & publicatum suarum. s. priuatim, tamẽ oculi. i. uisus, augent dolorẽ, quia cogant. s. nos intueri. i. inspicere ea, q̃ ceteri audiunt, nec. s. oculi, sinunt. i. permittunt, sup. nos auertere cogitationem à miserijs. Quare. i. quamobrem, etsi i. q̃q̃ necesse est te angi. i. premi, affici uehementer, de idest o, multarum rerũ, tamen libera. i. solue animum tuum illo dolore, quo tu l o te cõfici maxime. s. ꝙ non sis Romæ. Enim. i. qa, etsi desideras cũ magna molestia. i. magna molestia animi cõcomitante, tuos. s. ami-

Agitare

Excitare.

Exitiosum.

Censere

Nauare

Amens.

A S C.

eos,& necessarios, & tua.s. bona; tñ illa quidem, quæ requiris.i. exigis,tenent statum suum.i.sibi debitum,nec tenerent, melius si tu adesses,nec sunt in ullo periculo proprio. Nec tu debes,cũ cogitas de tuis.s.amicis,& rebus,aut postulare.s.à Deo, fortunam aliq̃ præcipuam.i.excellentem, aut recusare cõem.s.fortunã.Au tem.i.sed,ò Torquate,tuum est.i.officij tui agitare aĩo sic de te ip so,ut non adhibeas in consilium cogitationum tuarum desperationem.s.melioris fortunæ aliqñ habendæ, aut timorem.s.de peiore.Nec.n.is, videlicet Cæs.qui fuit adhuc iniustior in te, q̃ dignitas tua postulabat,non dedit,i.dedit, nam necnon affirmatiua uox est ; magna signa.i. iudicia animi.s.sui, mitigati erga te. Nec tñ is ipse,uidelicet Cæs. à quo salus petitur,hẽt rationem.i. uiam,& modum salutis suæ explicatam.i. promptam,aut exploratam.i.euidentem,quod paulò post patuit in senatu, q̧ tribus, & uiginti uulneribus interemptus est.Cumque i. & cum, exitus oĩum bellorum sint incerti,quia nondum finitum erat bellũ ciuile,q.d.ego perspicio.i.intelligo clare, nullum periculum esse tibi ab altera uictoria.s.Cæsa.qui tibi placato est animo.quidẽ.i. certè,quod periculum sit seiunctum.s. separatum ab interitu.s.li bertatis oĩum,& certo scio te nunq̃ timuisse ab altera.s.uictoria, vtpotè Pompeianorum. Reliquum est.i.restat,ut cõe periculum reip.excruciet maximè teipsum,quod.s. solũ à cõi periculo cruciari,ego pono quasi loco consolationis.Cuius,tãti mali,quamuis.i.licet docti viri,uidelicet philosophi, aut docti ciues,dicant multa.s.remedia,aut legamus multas,ut sit,quamuis dicant mul tas sup.consolationes ab eo,q̧ sequitur,tñ uereor ut illa consolatio uera possit reperiri,hoc est,uereor nullam ueram posse reperiri.Idem n. efficit uerbum uereor cum negatione,& sine ea,præ ter illam.s.consolationem,quæ est tanta, quantum roboris.i.for titudinis , atq; neruorum.i. uirium firmatum est in aĩo cuiusq;. Si.n.sentire bene,facere rectè est satis ad uiuendum bene,& beate,scdm Stoicos,qui in uirtute beatitudinem ponunt,nõ uereor ne nefas sit dicere eum esse miserũ, qui possit sustentare sese conscientia.i.eo quod sibi cõscius est optimorum consiliorũ.[Nec.n. arbitror nos ductos,inductos,præmijs uictoriæ.i. quam uictoria talis afferre solet, reliquisse olim.s.dum Pompeiũ secuti sumus, patriã & liberos,& fortunas.i.diuitias, sed uidebatur nobis quod dam officium iustum,& pium,& debitum reip. & dignitati nræ, qui nec cum faciebamus id.i. cum derelinquebamus nostros , & nostra,eramus tam amentes.i.insani, ut uictoria esset.i.reputare tur nobis explorata.i.certa.Quare si id,qđ propositũ fuit , posset accidere nobis ingredietibus cãm.i. qđ uidebamus ante oculos, hoc est,Cęsarem uictorem fore eueniret,nos non debemus cadere animis,ita quasi aliquid euenerit,qđ putauimus nunquam posse fieri.Igitur simus ea mente i.habeamus eam mentem,q̃ ratio,& ueritas pręscribit.i.statuit nobis,ut putemus.i. existimemus nihil præstandum.i.emendandum à nobis, in uita.s.ista.i.eorum,q̃ cõ tingunt,uita nr̃a durante, præter culpam.s.nr̃am,& cũ careamus ea.s.culpa (ergo caremus ẽt ijs,quę hr̃e nolimus) feramus oĩa hu mana.i. quæ oĩ homini accidere pñt incommoda,placate,& mo derate. Atq; hæc oratio.s.mea pertinet eo.i.ad id,ut perditis oĩbus rebus.i.licet oẽs res sint perditę,tñ ipsa uirtus uideatur posse sustentare i.se.Sed si aliqua spes est rebus.i. de rebus cõibus , tu non debes carere ea,s.spe, quicunq; status est futurus. Atq, ueniebat mihi scribenti hæc in mentem.i.cogitationem,me esse eum, cuius desperationem tu solitus esses accusare,quemque.i.& quẽ (sunt enim duæ partes) tu solitus esses excitare tua auctoritate , cunctantem.i.hęsitantem,& diffidentem.i.quasi desperantem de rep.Quo quidem tpe.s.quo tu me accusabas sic,& excitabas,ego non improbabam cãm nostram,quę semper iusta uisa est,sed cõsilium sup.nostrum,quia dixi nos male consultos esse, qui tantæ Cæsaris potentiæ aduersaremur, cum tñ iustissima esset rõ belli contra eum,unde addidit dicti sui rationem,dicens: Enim,idest quia,ego uidebam.i.intelligebam,nos aduersari sero.i.nimis tarde ijs armis,quæ erant confirmata per nosmetipsos multo ante, quia tunc cum Cæsa.decretum est imperium in Gallia,& dolebã disceptari de iure publico.i. de principatu Romano, pilis.i. telis longis,Romanorum proprijs,& gladijs, non cõsilijs,neq; auctoritatib.nostris.Neq; ego, cum dicebam ea fore.i.futura esse,& dimittere,quæ facta sunt,uidelicet nũc, diuinabam.i.quasi diuino inflatus spiritu prædicebam futura,sed timebam,ne id accideret, qđ uidebam,&.i.simul posse fieri,& fore exitiosum.i. pniciosum si euenisset,pſertim cũ si promittendum esset mihi alterutrum.i. alterũ duorũ,de euentu, atq; exitu rerũ,possem ꝓmittere exploratius,i.certius id,quod euenit, uidelicet Cæsarem uicturum in conflictu Pharsalico,aut simili,si contigisset confligere cũ Pompeianis. Nos enim, qui Pompeium secuti sumus, præstabamus , idest meliores eramus his,i. hmõi rebus, quæ non prodeunt in aciem,i.contra armatam manum hostium. Autem,idest sed,nos eramus inferiores usu armorum, & robore militum . Sed quæso tu adhibe nunc illum animum , quo censebas me oportere esse tunc. Ego scripsi hæc eo.i. propterea, q̧ Phylargyrus (nomen est liberti ipsius Torquati,quando autem appellatiuum est , dicitur amator agenti, hoc est auarus) tuus.s.libertus , narrauit mihi requirẽti omnia de te, narrauit dico animo fidelissimo,ut quidem uisus est mihi.s.narrare, quia fraus interdum occulitur, te solere esse interdum solicitum uehementius.i. uehementer, aut uehementius, q̃ deceat, quod non deberes facere, nec dubitare,qum sis futurus,supp.is,qui debes esse, aliqua repub.s. futura, aut rep. supp perdita.i.si sit perdita, futurus sis conditione,i.statu uitę,nõ afflictiore,q̃ ceteri. Vero.i.sed, tu debes ferre hoc tẽpus, quo nos oẽs sumus exanimati,i. priuati animo. Et suspẽsi.i. stupefacti,animo moderatiore.s.quam reliqui, hoc.i.pp hoc, q.i.quia, tu es.i.simul in ea vrbe.s.Atheniensi,ubi ratio,& moderatio uitæ est nata,& alta.i.nutrita. Et.i.simul,habes Ser.Sulpicium,quem dilexisti semper unice, qui profecto consolatur te, & beneuolentia, & sapientia, cuius si nos essemus secuti auctoritatem,& consilium, nos subissemus potius togati.i.in pace potentiam, quam armati uictoriam. Sed hæc.s.consolatoria uerba fuerunt fortasse longiora,q̃ fuit necesse,& ego exponam breuius illa, quæ sunt maiora. Ego neminem habeo, cui debeam plus,q̃ tibi.casus belli eripuit mihi eos,quibus debebam.s.si uiuant,tantum quantum tu intelligis. Aũt.i.sed,ego intelligo,q.i. qualis,& q̃ miser sim hoc tpe, sed quia nemo est tã afflictus,qui, si nihil studeat aliud,q̃ id, qđ agit, ubi studeo cũ accusatiuo construitur,non possit,& ita quilibet possit, nauare,& efficere aliqd.s.aduersus Cęs.Ego uelim sup. ut existimes,oẽ cõsiliũ, meã operã.s. meã oẽm, certe.i.haud dubie,studium supp.meum omne esse debitum tibi, & liberis tuis. Studeo cum accusatiuo.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Et hæc Consolatio eiusdem cum superiori argumenti , non esse cuiquam priuatim de tanto casu reip.dolendum, cum omnes ex æquo boni habeant quod conquerantur.

M. CICERO S.D. A. TORQVATO. 2

PETO à te,ne me putes obliuione tui rarius ad te scribere, quàm soleam,sed aut grauitate ualetudinis , qua tamen iam paululum uideor leuari, aut q̧ absim ab urbe,ut qui ad te proficiscantur,scire non possim,quare uelim, ita statutum habeas, me tui memoriam summa cum beneuolentia tenere, tuasq; omnes res non minori mihi curæ, quam meas , esse. Quod maiore in uarietate uersata est adhuc tua causa , quàm homines aut uolebant,aut opinabantur:mihi crede, nõ est pro malis temporum, quod molestè feras, necesse est.n.aut armis urgeri remp.sempiternis,aut his positis,recreari,aliquã do aut funditus interire.si arma ualebunt: nec eos : à quibus † reciperis,uereri debes,nec eos,quos adiuuisti, si armis, aut cõditione positis,aut defatigatione obiectis, aut uictoria detractis,ciuitas respirauerit: & dignitate tua frui tibi, & fortunis licebit.sin omnino interierint omnia, fueritq; is exitus , quem uir prudentissimus M. Antonius iam tum timebat, cum tantum instare malorum suspicabatur: misera est illa quidẽ consolatio,tali præsertim ciui, & uiro,sed tamen necessaria; NIHIL esse præcipue cuiquam dolẽdum in eo quod accidat uniuersis. quæ uis insit in his paucis uerbis, (plura enim commit tenda epistolæ non erant) si attendes , quod facis : profecto etiam sine meis literis intelliges , te aliquid habere quod speres : nihil , quod aut hoc, aut aliquo reip. statu timeas : omnia si interierint , cum superstitem te esse reipub. ne si liceat quidem , uelis ferendam esse fortunam , præsertim quæ absit a culpa.sed hæc hactenus. Tu uelim scribas ad me, quid agas, & ubi futurus sis: ut, aut quò scribam.aut quò ueniam scire possim. Vale.

† alias, recesseris.

Nihil esse præcipue (manuscript)

PETO à te]Eodem argumẽto scripta est hæc epistola, quo & superior,adducit enim Cic. multas rõnes,quibus ꝓbat nihil esse,quod Torquatus moleste ferat, q̧ adhuc nõ sit consecutus , quod uolebat,& q̧ causa sua uersata sit in maiore ueritate, quàm quisquam opinatus esset. In principio epi.excusat se Cic.de raritate literarum suarum ad Torquatum. [Peto te,]q.d.iure amicitiæ nostræ hoc a te exigo. [Obliuione] i.q̃ sum oblitus tui, aut amicitiæ nostræ.[Sed aut] Duas ponit causas, quare rarius scri- HVB.

bat

bat[Aut grauitate).i.magnitudine.[Valetudinis] ſ.malæ; & aduerſæ,& eſt prima cauſa,aut ſecunda cauſa.[Qui proficiſcantur) Qui ueniant,nam cum non ſim in urbe,multi, me inſciente, diſcedunt.[Quare) concludit Cic. ſe nulla obliuione prætermiſiſſe

Statutũ ſcribere.[Statutum) Indicatum,& certum. [Quod) Incipit nunc conſolari Torquatum.[Varietare) Diuerſitate fortunæ, quia fuiſti uarie exagitatus.[Volebant) Cupiebant. [Aut opinabantur].i. exiſtimabant,quia nemo unquam opinatus fuiſſet cauſam tuã. ita uarie uerſatum iri.[Pro malis temporum) .i. ſecundum mala temporum,quia quando tempora generaliter ſunt mala, minus moleſte ſolemus ferre incommoda, quæ nobis accidunt, quàm temporibus bonis.[Non eſt) Non habes.[Neceſſe eſt) Facit Cic. diuiſionem tripartitam,& ex ſingulis partibus probat nihil eſſe, quod Torq. moleſte ferat [Vrgeri) Premi.[Sempiternis]Perpetuis,ita ut nunquam amplius emergat, ut libertatem recuperet,

Recreari & eſt prima pars.[Poſitis]pro depoſitis,aphæreſis.[Recreari) Reſumere uires,& reſpirare.[Aliquando tandem) Eſt autem ſecunda pars.[Aut funditus]Radicitus. [Interire] Ita ut ne ueſtigia quidem reip.remaneant:eſt autem tertia,& ultima pars. [Si arma) Reſpõdet primę parti,& dicit,ꝙ ſi reſp.armis fuerit oppreſſa,nõ erit ꝙ Torquatum timeat,uel à Cæſarianis,uel à Pomp.[Eos) Cęſarianos.[A quibus receſſeris) quos nõ ſis ſecutus.[Nec eos) q.d. nec Pompeianos,quibus præſtitiſti auxilium. [Si armis) Rñdet ſecundæ parti dicens,ꝙ ſi aliqua ratione depoſitis armis reſp.recreata fuerit,ipſe Torquatus poterit retinere dignitatẽ, & fortunas ſuas.[Conditione) Aliqua conuentione.[Defatigatione) Tędio,cũ utraq; pars ita erit defatigata,ut cogatur deponere arma, quod ſępe ſolet accidere,cum diu durante bello neutra pars põt uincere,ſe æquo prælio ſe ſuſtinet.[Detractis]Ablatis,armis, nã uictores ſæpè ſolent detrahere armas uictis,ne poſtea poſſint amplius inſurgere [Reſpirauerit) Recreata fuerit,& eſt trãlatio ſũpta à corpore ſemianimo [Licebit tibi)Permittetur tibi ab omnibus.[Frui dignitate tua) Habere & poſſidere dignitatẽ tuã. [Sin) Tertia pars,quam propoſuerat.[Interierint] Delata fuerit. [Exi-

M.Ant. tus) Finis.[M.Ant.auus.) M.Antonij,inimici Cic orator ſũmus, & ciuis optimus,& ſapientiſſimus. [Iam) Tunc,tẽporibus ſuis. [Cum malis]Cum diſcenſionibus Marij, & Syllę pręuidebat malos regnaturos:dicebat.i.bella ciuilia non habitura finẽ, donec

Instare reſp.penitus eſſet euerſa,& deleta.[Suſpicabatur]Putabat.[Inſtare]Imminere,prope eſſe.[Illa quidem con].ſ. nihil eſſe dolẽdũ, pręcipue,quod omnibus accidat [Eſt miſera]Infelix,& quę ſolet extremis rebus dari,nam malũ aliorum nihil nobis prodeſſe uidetur ad conſolationẽ.[Neceſſaria) Quia aliter non feremus mala noſtra,niſi uideremus alios, uel eiſdem, uel maioribus malis uerſari. Sic Iuuen.conſolat Clauinum his uerbis.

Intercepta decem quereris ſeſtertia fraude
Sacrilega,quid ſi bis centum perdidit alter?
Hoc arcana modo maiorem terruit ille
Summam,quam patula uix cœperat angulus arcæ.

Et idem:

Te nunc diuitias extra communia cenſes
Ponendum,quia tu gallinæ filius albæ, &c.

[Quæ).i.quanta.[Vis) Poteſtas, & ſcientia. [Inſit) Includatur.i. quantum pondus habeant hæc pauca uerba.[Plura.n.]Parentheſis eſt.[Attendes]Diligenter conſiderabis.[Quod facis]Quia certe attendis,quid ſignificent hæc pauca uerba.[Etiam ſine meis literis]Etiam me nihil ſcribẽte[Nihil]ſubaudi, intelligeres te habere.[Hoc ſtatu]Talis,qualis nunc eſt.[Aut aliquo] Vt non omnino deleto ſed ex aliqua parte permanẽte.[Omnia ſi] Sẽſus eſt ſi omnia interierint,intelliges fortunam,in qua nõ ſit culpa tua ferendam eſſe ęquo animo,cum non uelis uiuere,etiam ſi poſſis repub.amiſſa.Ordo eſt,intelliges fortunam eſſe ferẽdam.pręſertim,quæ abſit à culpa.cum ne uelis te eſſe ſuperſtitem reipu.ſi liceat,ſi omnia interierint. [Super ſtitem reip.i. uiuere poſt remp. quia bono ciui,& magnanimo,qualẽ te ſemper pſtitiſti,ingrata oĩno nõ debet eſſe uita.amiſſa repub.[Si liceat].i.poſſis, ſi pmittaſ.[Fortunã ferendã eſſe]Subaudi,intelliges[Hæc hact.]Subaudi dicta ſint.[Vbi futurus ſis]Supra uidimus eũ fuiſſe Athenis,ſed fortaſſe decreuerat diſcedere.[Quo ſcribã] Ad quẽ locũ debeam mitte liras meas.[Aut quo ue.]Si uelim te uidere, & conuenire.

ASC. *PETO*]Argumentum eſt,quale ſuperioris epiſtolę.Adducit.n. Cic.multas rationes,quibus probat nihil eſſe,ꝙ Torquatus merito moleſte ferat,ꝙ non ſit.adhuc conſecutus id,quod uolebat,& cauſa eius ſit obſeruata in maiori uarietate, q̃ quiuis opinatus eſſet. purgat aũt in principio,ꝙ raro ad eum ſcripſerat,dicens:Peto à te ne putes me ſcribere ad te rarius,q̃ ſoleam obliuione.i.pp obliuionem tui,ſed aut grauitate ualetudinis.i.ægritudinis,qua tamen ego uideor leuari.i.liberari,iã paululum.i.modicum,aut modiculę,aut ſup.in eo,ꝙ abſum ab urbe,ut non poſſim ſcire, q. proficiſcantur ad te,ſ.Athenas.Quare ego uelim, ut ſup. habeas ſtatutum.i.conſtitutum,& firmatum,me tenere memoriam tui, cum beneuolentia ſumma.i.maxima,& omnes res tuas eſſe mihi nõ minoris curæ,q̃ meas.ſ.res; Quod.ſ.ut ſcribis,cauſa tua uerſata eſt adhuc in maiore uarietate,q̃ homines aut uolebãt, aut opinabantur,crede mihi non eſt ſup.aliquid tibi pro malis.i.ſecũdũ mala tẽporum,quod feras.i.ferre debeas moleſte. Neceſſe eſt.n. aut remp.urgeri armis ſempiternis,aut remp. recreari aliqñ his .ſ.armis poſitis.i.depoſitis,aut ſup.eam interire funditus.i.à fundo uel ad fundũ uſq;.Si arma ualebũt,nec debes uereri eos.ſ.Cęſ. & Cęſarianos,à qbus receſſeris,nec eos,quos adiuuiſti,uidelicet Pompeianos,ſi aut armis poſitis.i.depoſitis,conditione.i.pactione,aut abiectis defatigatione, aut detractis uictoria.ſ. alterius, partis.ciuitas.ſ.Romana reſpirauerit,licebit tibi frui, & dignitate tua,& fortunis tuis.Si oĩa.ſ. reip.iura interierint omnino.i.ex omni parte,& is exitus.ſ.bellorum fuerit.quem M.Antonius orator inſignis, q fuit auus illius M.Antonij,qui triũuir Ciceronẽ poſtea proſcribendum curauit,& proſcriptum comprehẽdendũ ac trucidandum præcipuè ob Philippicas orationes in eum ſcriptas,uir prudentiſſimus,timebat iam tum.i.tunc cum ſuſpicabatur tantum malorũ inſtare.Conſolatio illa eſt quidem miſera præſertim tali ciui,& uiro,ſed neceſſaria,uidelicet nihil eſſe dolendum,cuiquam præcipue.i.ſingulariter,aut peculiariter in eo, quod accidit uniuerſis.Quę uis,&c.Si tu attendes, quod facis, q̃ uis ſit in his paucis.ſ.proximo loco iã habitis,pauca autem ideo ſcripſit.Enim.i.quia,plura non erant committenda epiſtolæ, q̃ breuitate gaudet, tu profecto intelliges etiam ſine literis meis, te habere aliquid quod ſperes.i.ſperare poſſis,& nihil ſup.habere,quod timeas.i.timere debeas, aut hoc, aut aliquo ſtatu reip. ſup extante.Si omnia interierint,cum ne uelis quidem, ſi liceat te eſſe ſuperſtitem.i. ſuperuicturum reip. intelliges ſup.fortunã eſſe ferendam,pręſertim, quæ abſit à culpa.Sed hæc ſup.ſcripta ſint hactenus. Velim ſup.ut tu ſcribas ad me quid agas, & ubi ſis futurus,ut poſſim ſcire,aut quò ſcribam,aut quò ueniam.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Et hæc eiuſdem eſt argumenti epiſtola,in qua communi cum ſuperioribus conſolatione eſt uſus,idq; omnino a temporum, & loci ratione.

M. CICERO S. D. A. TORQVATO. 3

*SVperioribus literis beneuolentia magis adductus, quam quod res ita poſtularet,fui lõgior.neq. enim cõfirmatione noſtra egebat uirtus tua: neque erat ea mea cauſa,atque fortuna,ut,cui ipſi omnia deeſſent,alterum confirmarem.hoc itẽ tempore breuior eſſe debeo.ſiue enim tum nihil opus fuit tam multis uerbis; nihilo magis nunc opus eſt, ſiue tum opus fuit, illud ſatis eſt præſertim cum acceſſerit nihil noui.nam etſi quotidie aliquid audimus earum rerum,quas ad te perferri exiſtimo:ſumma tamen eadem eſt,& idem exitus,quem ego tã uideo animo,quã ea,q oculis cernimus. nec uero quidquam uideo,quod non idem te uidere certo ſciam.nam etſi, quẽ exitum acies habitura ſit,diuinare nemo poteſt:tamen, & belli exitum uideo: &, ſi id minus, hoc quidem certe, cum ſit neceſſe alterutrum uincere,qualis futura ſit uel hæc,uel ita uictoria.idq; cũ optime perſpexi,tale uideo, nihil ut mali uideatur eſſe futurũ.ſi id uel ante† acciderit,quod uel maximum ad timorem proponitur.*ITA *enim uiuere, ut non ſit uiuendum,miſerrimum eſt.mori autem nemo ſapiẽ miſerũ duxit, ne beato quidem.ſed in ea es urbe,in qua hæc uel plura, & ornatiora parietes ipſi loqui poſſe uideantur:ego tibi hoc confirmo:*ETSI *leuis eſt conſolatio ex miſerijs aliorum,nihilo te nũc maiore in diſcrimine eſſe, quam† quemuis aut eorũ qui diſceſſerint,aut eorũ, q remanſerint.alteri dimicant:alteri uictorẽ timent.ſed hæc conſolatio leuis;illa grauior,qua te uti ſpero, ego certe utor. nec enim dum ero, angar ulla re cum omni uacem culpa: &, ſi non ero, ſenſu omnino carebo. ſed rurſus †* γλαυκ' εἰς Ἀθήνας *qui ad te hæc. Mihi tu, tui, tua omnia maximæ curæ ſunt; &, dum uiuam, erunt. Vale.*

† alias, ceciderit

† alias quẽuis, auctorũ aut eorũ, qui diſceſſerunt, altari

†.inoctuam Athenas

HVB.

SVPERIORIBVS *literis*] Hæc ep.uidetur iure optimo pponenda ſuperiori,qa uidetur eſſe ſcripta,poſt primã,in qua plura ut uiſum eſt adduxit ad conſolandum ipſum Torq.propter quæ,

dixit se nunc debere esse breuiorem, consolatur tamen etiam eū hac ep. quantum potest, licet dicat eum esse in ea urbe ubi, uel ipsi parietes ornatiora loqui possint, quàm ipse Cice. quod dicit ad laudem Athenarum, in qua urbe maxime florebant studia philosophiæ: [Superioribus) Quas ante scripsi, puto autem eas esse, quæ incipiunt: Etsi ea perturbatio: Quanquam res ita postularet) Quàm quod esset opus apud te ita facere, et multis uerbis loqui, ut te consolarer. [Neque enim) Ratio, quare res non postularet, ut esset longior. [Virtus) Fortitudo animi tui. [Ea) Telis. [Cui ipsi.] scilicet mihi. [Siue enim) Quodam dilemmate, idest, duplici diuisione probat Cice. se hoc tempore debere esse breuiorem, dicit enim quòd siue tunc cum scripsit illam longiorem epistolam, non fuit opus uti multis uerbis, nihilo magis etiam nūc debet uti, si aūt tunc opus fuit, satis debet esse id, qđ semel facit, præsertim cū nihil noui additū sit ad id, qđ supra scripsit [Nihilo magis nunc) Non magis nunc, subaudi est opus tā multis uerbis. [Accesserit] Additum sit. [Nam etsi) Diluit obiectionē, q̄ posset facere Torquatus, qđ nō accesserit, dicit. n. qđ quāuis aliquid quotidie audiatur, tn̄ idē est in summa, quod auditū est superius. [Sūma eadem est) Ad idem redit, eadē est conclusio, ut puta si heri audiui remp. oppressam esse, & hodie uideatur nouū, idem tamen est in summa, quod fuerat id, quod fieri auditum est [Idem exitus) Quem ante prædixi. [Video) Cognosco. [Animo) Animi quadam prouidentia. [Nec uero) Sensus est, nec ego quidquam uideo, aut cognosco futurum, quod idem non certo sciam te uidere. [Nemo potest diuinare) Quia, ut supra dixit, omnium bellorum exitus incerti sunt. [Video) Quadam ratione, & prouidentia cognosco. Et si duæ partes sunt. [Minus) Non subaudi uideo.

Certe. [Id) Eā rem. i. exitus belli. [Certe) Saltem. [Hoc quidem) Subaudi uideo, quod sequitur. s. [Qualis futura) Sit &c. Ordo est: etsi minus uideo, certe hoc quidem uideo, qualis futura sit, uel hæc, uel illa uictoria, cū necesse sit alterutrum uincere. [Hæc uel illa]

Si Vel — Vel Pompeiana, uel Cæsariana. [Id]. s. qualis futura sit, uel hæc, uel illa uictoria. [Video] Cognosco tale quiddam esse. [Si) Quamuis. [Ceciderit] Acciderit, euenerit. [Vel]. i. ēt: ut, Vel Priamo miseranda manus. [Id] Quod proponitur ad timorē. i. etiam si euenerit mors quæ proponitur nobis à nostris inimicis, ut uehemēter timeamus. [Ita enim] ostendit Cic. uitam, quę non sit certa, & tuta, miseram esse [Vt sit vi. tum] Vt tunc tantummodo possis uiuere, tunc, cum sis in timore malorum, & bellorum ciuilium, neque postea expectatur uita libera. [Miserrimum] Infelicissimum pessimę conditionis. [Mori autem) Dicit à sapientibus mortem non existimari miseram. [Ne beato quidem) .i. nec etiam qui secunda fortuna utatur, multo ergo minus miserum erit homini infelici mori. [In ea urbe) Erudita, & docta, & intelligit Athenas. [Vel plura) idest etiam plura [Parietes) ipsi muri, prouerbialis hyperbole. [Leuis) Parua ut in præcedenti epi. Misera est illa quidem cōsolatio, tali presertim & ciui, & uiro, sed tamē necessaria, nihil esse præcipue dolendum cuiquam in eo, quod accidit uniuersis. [Alteri dimicant) Qui sunt cum Cæsa. [Alteri timent uictorem) qui discesserunt à bello, timent ne Cæsa. sit uictor. [Grauior) Maior. [Illa grauior] Sequitur. [Nec enim) hæc est illa consolatio, hoīem non debere uehementer angi ulla re, nisi culpa, & delicto suo, utitur autem sępe Cic. hac cōsolatione rectę cōscientię. [Angar) Excruciabor. [Dum ero) Dum uiuam. [Cum uacem) Cum caream [Omni culpa) Quia nihil sensi, aut feci unquam contra rempub. sed semper ei optime consului. [Si non ero). i. si non uiuam. [Omnino carebo sensu] Non sentiam hæc mala. Sed rursus, quia supra dixit, Sed in tali es urbe, in qua hæc, uel plura ornatiora ipsi parietes loqui posse uideantur. & postea rursus reuersus est ad consolandum Torquatum, ideo nunc dicit, se rursus: γλαῦκα εἰς ἀθήνας, i. noctuas ad Athenas, subaudi

Prouer. Noctua — porto. Erat autem prouerbium, quali solemus uti cum deferimus aliquam rem ad locum, ubi ea res abundet, ut dicamus aquam mari addis. Abundat enim Attica regio noctuis, unde finxerunt Poetæ noctuam esse in tutela Mineruæ, quæ maxime colitur Athenis. Dicit ergo nunc Cice. noctuas Athenas porto. s. pręcepta philosophica ad te scribo, qui es in urbe, ubi uel ipsi muri ea sciunt, γλαῦξ γλαυκὸς significat noctuam. [Qui) scilicet ego. [Ad te] subaudi, scribam. [Mihi] Concludit epistola dicens & ipsum Torqu. & omnia sua esse sibi maximæ curæ, foreque dum uiuet.

PHIL. *SVPERIORIBVS*] Multa superius dixi in epistola, cuius initium est: Etsi ea perturbatio: qua epistola A. Torquatum consolatus est, & maxime cōfirmauit ad omnia æquo animo tolerāda, quæ accidisse detrimenta reip. uidebantur, idē in hac tractat ep. sitq. breuior in dicendo, cuius breuitatis causas ostēdit, & qualis belli finis futurus sit, se uidere commemorat, illiusq; calamitatē sola morte uitari posse, simul, & in tali rerum ꝑturbatione uiuere dicit esse miserrimum, & mori esse miserū, sed q̄d felix, & beatū? Est is A. Torquatus ex illa illustri familia lōgo post tpe ortū dus. T. Manlij, q̄ ob torquem cuidam Gallo ad pugnam prouocanti singulari certamine abreptū, Torquati cognomē accepit, à quo postea omnes ex familia Torquati appellati sunt. cuius historiā P. Q. Claudius scripsit, nec obscurata gēs est Torquatorū hoc nomine, sed cum doctrina, tum ēt ceterarum eius uirtutum præstantia, & reb. est admodum illustrata, & bello ciuili Pōpeianas partes secutus acerrimum se reip. defensorem ostendit. Deuicto tādem eorum duce Pomp. oppressaq. libertate P.R. à Cęsare Athenas se contulit, ubi miserias reip. deplorabat. Cōsolatur autē ipsum nunc Cic. ut diximus, tametsi eū dicat Athenis esse, cuius ciuitatis, uel ipsi parietes magis sapere uideant, q̄ Ci. [Superioribus) In illis, quæ incipiunt. Etsi ea perturbatio [Neq;. n.) Ratio est quare nō esset opus, ut lōgior esset. [Virtus tua) Magnitudo animi, atq; despiciētia rerū humanarū. [Ea) Talis, & ꝓpterea siue causa, siue fortuna, ut alios cōsolari possem, quomodo mihi omnia desint, & aliorū cōsolatione indigeam. [Cui ipsi). s. mihi [Alterū te) Torquatū. [Breuior) Quā fuimus in superioribus literis. breuis, & item longus, tā ad oratorē, q̄ ad orationem referri possunt. Flaccus: Breuis esse laboro. Obscurus fio. &: Quidqd ꝓceperis esto breuis. Ci. ad Heren. Nunc ne nimiū longa nostra sumatur oratio, de re dicere incipiemus. i. ut breui oratione cōplectar. Qualia sint de breuitate præcepta. Cic. & Quint. ostēdunt [Siue) Dilema est, qđ duplici rōne colligitur. [Nā etsi) Confutatio obiectionis, q̄ facere potuisset Torquatus. [Tū) Ordinis est, tūc uero temporis, & sensus: si non fuit opus multis tunc uerbis scribere, minime est nūc opus his paucis scribere, aut si tunc opus fuit longis uerbis scribere, nō amplius est opus scribere, cū illud satis sit qđ scripsimus. [Nihil no. Cum maius malū euenire non posset, q̄ q̄ uenit, & id quotidie ad te perferri existimo. Vnde satis est, id qđ superius scripsit. Sūma eadem) Conclusio eadē, & idē finis. [Earum rerum] Calamitatum, & miseriarū. [Video animo) Oculis cernimus. uidere proprie animorum est, cernere oculorū Virg. Miscetq. uiris, neq; cernitur ulli. Et nati corā me cernere læta Fecisti. certo scio. melius q̄ certe scio [Et mi.) supp. uideo. & belli finem intelligit. [Hoc q̄ certe) Sup. uideo hoc uidelicet, qualis futura sit uictoria, q̄ nobis omnino futura est misera, ut in alia ad Torquatum: Si inter causas armorum aliquantulū interfit, tamen inter uictorias, non multum interfuturum, alterū propemodū iā sumus experti, de altero nemo est, quin cogitet, cum sit metuendus iratus, uictor, armatus. [Hæc) Pompeij. [Illa] Cęsaris. [Idque) Refert se tandem ad mortemꝗ, q̄ sola posset eos à miseriis liberare. [Ante acciderit) Vt moriamur, & dicit [Id]. s. qualis futura sit uictoria, vel hæc, vel illa [Video] Siquid tale futurū. [Si id, quòd proponitur ad timorē). s. mors, hæc. n. sola nobis proponitur ab inimicis nostris ad perterrefaciendū nos. [Ita. n. uiuere miserrimum est,) Hoc est, uita omnium hominum est miserrima, quando non tuta, & libera, & in timore malorum est. [Vt non sit uiuendum) Cum in timore malorū fueris, neq, expectatur libere posse uiuere, & q̄n omnia nobis patrię ornamēta defuerint [Ne beato quidem) Non modo infelici, sed ne beato quidem miserum est mori. Beatus uero ille dr̄ ꝓprie, q̄ multa possidet bona, ab habendo est appellatus. [Sed in ea es urbe) Quoniā ista quæ ad consolationē eius de morte toleranda in aduersa fortuna dicebat, magis philosophica uidebātur, q̄ ciuilia, dicit illū esse Athenis, ubi parietes ista sapere, & loqui uidebant. Multis in locis hanc laudē Athenis attribuit. [Nihil maiore discrimine] Confirmo, inquit, tibi hoc Aule, te nō esse in maiori periculo, q̄ quemuis illorum, qui in castris remanserint, aut illorū, q̄ recesserint. Caue dicas castrū pro loco, in quo tentoria sunt militū. ab eo diminutiuū dices castellū pro uico muris auctū, sine muris uero uicū dices. [Leuis] Vt alibi. Nihil est præcipue dolendū cuiquam in eo, quod accidit vniuersis. [Illa grauior] Maior, quæ sequit̄ uidelicet [Dum ero) Quoad uixero. [Angor ulla re] Cōmouebor aliquo dolore. [Cum omni uacem culpa) De hoc pluribus in locis mentionem facit, quod in suscipiendo bello ciuili nullā culpā cōmiserit, uel in alia ad Torq. ep. Cōscientiam rectæ uoluntatis maximam consolationem esse rerum incomodarū, nec esse ullum magnum malum ꝓter culpā, à qua q̄n tm̄ absumus, ut etiā optime senserimus, euentusq. magis nostri consilij, q̄ consilium reprehēdatur, & q̄n præstitimus, quod debuimus, moderate, qđ euenit feramus. [Non ero) Mortuus fuero [Sensu carebo) Nō sentiā amplius aliquid, uel mali, uel boni γλαῦκα εἰς ἀθήνας. Id ꝓuerbium in eos dici solet, qui sapientiorib. dare cōsilium uolut. Sonāt. n. uerba Latino sermone, noctuam ad Athenas, & supplēdum est uerbum porto, & sic dicēdum porto noctuas ad Athenas, hoc est philosophica præcepta ad te uirum sapientissimum mitto, qui es Athenis, ubi est studium sapientiæ, & in eos etiā tale pro-

Torquatus — Breuis — Tum. Tunc — Video Cerno — Beatus — Castrū Castellum Vicus

le prouerbium dici potest, qui res uenales aliquo deferunt nihil sibi fructus allaturas, tanquam si noctuas Athenas ducat ad uēdēdum, quod tñ nō multum facit ad rem γλαῦξ autem noctuam significat, qua plurimum abundare dicūtur Athenæ, hinc datus est locus huius prouerbij, & fabulæ, ut noctua in tutela Mineruæ, q̃ Athenis colitur, esse dicat, ut coruus in tutela est Apollinis, & pauo Iunonis, ciconia Concordię. Et tale prouerb. est illud, quod vt ait Cleāder in 2. prouerbiorum, Hercules Adonis statuam conspicatus dixit quod postea in eos dici cœpit, qui potentiorib. & sapientiorib. aduersari volunt. Qd Theocritus posuit in epolico, vt ὗς ὑπ' ἀθηναίαν ἐρίν ποτε, quæ nos Latinum fecimus, & hūc uersum ita traduximus: Cecropiā cōtra sus est, tenditq. Mineruā, est aliud, vt dr, Sus Mineruam docet. Et itē aliud ab Hercule tractū, ꝗ idem Theocritus scripsit. Is. n. cum in Macedonia. Dion vrbē intrasset, vidit multos ex quodā sacello prodeuntes, & uolens ipse etiam ingredi, cui nā dicatum esset, interrogauit. cūq; audiuisset Adoni, respondit οὐδ' ἐνθύμιαμα. i. nihil sacrū. quod est nulla re dignū. delectantur Græci hmōi prouerbiis multum, ut est illud: Ad Scolum nec ipse uades, nec altari comes ibis. Et enim Scolus in ora Æsopia Pagus sub Citherone locus iniucundus & asp. Item qui Crotoniatarum postremus est, is reliquorum Græcorū primus. Itē: Crotone salubrius asserit, & aduersus incredulos Tale prouerb. Te apud Sacrā gesta uerius est. Item hero est. Themesse higrium sibi dicat nemo, item in eos, q̃ dissimulāt scire, quod sciunt. Cretes nescit pelagus [Tu] Articulus, & ait Torquatum, & omnia eius sibi fore quoad uixerit, maximæ curæ.

ASC. *SVPERIORIBVS literis, &c.*] Hæc ep. inquit Huber. videtur præponēda superioribus, quia scripta vř post primam, in qua Ci. multa adduxit ad consolandum Torquatum, ꝑꝑ q̃ dicit se nunc breuiorem debere esse. Consolatur tñ eum etiā hac epistola, quātum potest, licet dicat Torquatū esse in ea urbe, vtpote Atheniēsi, ubi uel ipsi parietes ornatius, q̃ Ci. ipse loqui possint. Ordo est; Ego fui longior. s. q̃ decuit, ant aliquantulum longus superiorib. literis, quarum initium est: Etsi ea perturbatio, &c. adductus. s. ad hoc, magis beneuolentia, quam ꝙ res. i. necessitas, postularet ita. Neque. n. uirtus tua egebat confirmatione nostra. Neque ea. i. talis, erat causa, mea, atq; fortuna, ut cui ipsi omnia deessent, cōfirmare in alterum, debeo item. i. similiter, esse breuior hoc tēpore, enim. i. quia, siue nihil opus fuit, tum. i. tunc tam multis uerbis nihilo. i. in nullo est nunc magis opus. s. tam multis uerbis, siue tum. i. tunc, opus illud. s. quod tunc scripsit satis est præsertim, cū nihil noui acciderit. Nā etsi. i. quanquam nos audimus quotidie . i. singulis diebus, aliquid earum rerum, quas ego existimo pferri. i. complete nunciari ad te, tñ summa. i. finalis sniā, & cōclusio de statu reip. est eadem, & exitus est idem. i. ad eundē finem omnia tendunt, quem. s. exitum, ego uideo animo tam. i. tam perfecte, & euidenter, hoc est perspicio futurum, qui. i. quantum perfecte sup. uideo, aut uidemus ea, quæ cernimus oculis. s. exteriorib. Ex hoc loco traxerunt quidam drīam inter cerno, & uideo, dicētes cernere ad oculos exteriores, videre etiam ad interiores pertinere. Nec uero uideo quidquam, quod nō scio certe. i. pro certo, te uidere idem. Nam etsi nemo potest dīe, quem exitum acies . i. cōflictus duarum acierum sit habitura. s. in Philippicis, campo Pharsaliæ. tamen uideo, &. i. simul exitum belli. i. id, quod bellū sequetur, vt pote oppressionem Reip. & si sup. video minus. i. nō satis clare, id. s. quod dictū est, hoc est exitū belli, certe video, q̃ dē. i. saltem, hoc. s. ꝙ, cum sit necesse alterutrum, i. vnum duorū, aut Cęsarē, aut Pompeianos vincere, video sup. qualis victoria, uel hæc, scilicet Pompeianorū, vel illa. s. Cæsaris, sit futura, q. d. cum amissione libertatis, cū vtrique uelint opprimere aduersarios suos. Etenim. i. postquam, pspexi id, i. qualis futura sit victoria, optime, idest pfectissime, ego uideo sup. ipsum tale, vt nihil, idest non aliquid, vt aliquid mali non videatur futurū, si, vel, id est etiam id, quod proponitur. s. nobis ab inimicis, vel, idest etiā maxime ad timorem, idest ad incutiendum nobis timorem, hoc est mori, aut occidi, ceciderit ante, scilicet pfectā alterutrius uictoriam. Enim. i. quia uiuere ita, idest in seruitute quadam publica, vt, idest qualiter viuēdum sit; tūc. s. post alterutrius uictoriam est miserrimum. Autē, idest sed, nemo sapiēs dixit, aut duxit mori miserum. Vnde Maro: Vsque adeo ne mori miserum est? Ne q̃dē, idest non saltem, beato, hoc est cum, ut Flaccus dicit mors vltima linea rerum sit, & ita finis malorum saltē huius mundi, ita uidetur mors miseris optanda, beatis fugienda, unde Boethius mortem censet felicem. Quę se nec dulcib. annis inserit, & mœstis sæpe uocata uenit, tamen sapientes ne beato quidē miserum putant mortem interuenire, cum sit ineuitabilis, & citra culpam nostram, ob culpam tamē primi parentis accidere possit, uerum Christianis placet, quod dicitur: Preciosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius. &: Beati, qui in Domino moriuntur, & cōtra. Mors peccatorum pessima. Sed reuertamur ad ordinē. Sed tu es in ea vrbe, scilicet Atheniensi, in qua ipsi parietes uideanť possē (propter frequentem lectionem philosophiæ. unde Iuue: simili hyperbole vtitur Satyra 1. Frontonis platani conuulsaq; marmore clamāt, Semper & assiduo ruptæ lectore columnę) Loqui hæc, uel plura, & ornatiora. Ego confirmo tibi hoc, etsi, idest quā quam, consolatio ex miserijs aliorum est leuis. i. modici ponderis, & moment, quia licet Solatium est miseris sotium habere in pœnis, tñ non minus cruciant, q̃ cum multis cruciantur, q̃ si soli essent, te nihilo. i. nullo modo, esse nūc in discrimine. i. periculo, maiore, q̃ quemuis, aut eorū, qui discesserint. s. ab urbe, aut eorum, qui remanserint. Alteri. s. qui recesserint ab urbe, secuti alterum ducem dimicant. i. certant pro uictoria, & ita in periculo uitę sunt alteri. s. q̃ remanserunt tanq̃ neutrius factionē approbantes, timent uictorem, s. tam Cæs. q̃ Pomp. Sed ut iam dictum est, hęc. i. hmōi consolatio, est leuis. i. modici momēti, illa. s. q̃ dicet, est sup. grauior. i. maioris ponderis. qua. s. consolatione, ego spero te uti, ego certe vtor sup. ea Nec. n. angar ulla re, dū. i. donec, aut q̃diu ero. s. in hac uita, cum uacem. i. uacuus, & purus sim, omni culpa, etsi nō ero. s. in hoc mundo, carebo oīno sensu. i. perceptione earum rerum, q̃ hic gerenť. Est ergo magni momenti consolatio, quā dilemmate quodam cōuincit uirum bonum, & sapientem non debere angi pro rebus, q̃ hic accidant. Nam aut interierit malis huius uitæ, aut nō, si interierit, non angetur eis, quæ citra culpam suam contigerunt. vt mala belli ciuilis, cuius Cice. neutri fuerat auctor, aut non interierit, & ita non sentiet, saltem cū dolore, cū sine culpa sua, cōtigerint. vř tñ Epicurice innuere, nullū manere post mortē in hoīe sensum, cuius cōtrariū alibi docet. Sed rursus supp. mitto γλαῦκας. i. noctuas εἰς. i. ad ἀθήνας. i. Athenas, ubi maxima uis noctuarū, hoc ē prudētiorē me doceo, quasi sus Mineruā, qui. s. scribo hæc ad te. s. hoīem, tā doctū. tu, tui, & tua oīa sunt mihi curæ, & erunt, dum. i. q̃diu uiuā. Est autē Zeugma ab inferiori. nā per cōceptionem diceret, estis & eritis.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Et hæc est consolatoria perfectumq; exemplū eius argumenti epistolæ. Habet. n. exordiū aptum ad ipsam intētionē, a periculorū prædictione, & præcognitione. Deinde subijcitur ipsa cōsolatio à uarijs locis inuenta, sed plerisq; locis cōmunibus, & ijs, qui huic materiæ conueniunt. Epilogus autem simplex est, & officiosus, ut huic negocio adhibetur.

M. CICERO S. D. A. TORQVATO. I

NOVI, quod ad te scriberem, nihil erat: & tamen, si quid esset, sciebam te à tuis certiorem fieri solere. de futuris autem rebus, & si semper difficile est dicere, tamen interdum coiectura possis propius accedere, cū res est eiusmodi, cuius exitus prouideri possit, nunc tantum uidemur intelligere, non diuturnum bellum: etsi id ipsum nonnullis uideatur secus. equidem cum hæc scribebam, aliquid iam actum putabam† non quo ego certe scirem; sed ꝙ non difficilis erat coniectura. nam cum omnis belli Mars communis, & cum semper incerti exitus præliorum sunt: tū hoc tēpore ita magnæ utrunque copiæ, ita paratæ ad depugnandum esse dicuntur, ut, utercunq; uicerit, non sit mirum futurum. illa in dies singulorum magis, magisque opinio hominum confirmatur, etiam si inter causas amorum aliquantum intersit, tamē inter uictorias nō multū intersuturum. alteros propemodum iā sumus experti, de altero, nemo est quin cogitet, quàm sit metuendus iratus uictor armatus. Hoc loco si uideor augere dolorem tuum, quem consolando leuare debebam; fateor me communiū malorum consolationem nullam inuenire, præter illam, quæ tamen, si possis eam suscipere, maxima est, quaque ego quotidie magis utor; CONSCIENTIAM rectæ uoluntatis maximam consolationem esse rerum incommodarum, nec esse ullum magnum malum præter culpam, a qua quando tantū absumus, ut etiam optime senserimus, euentusq; magis nostri consilij, quàm consilium reprehendatur; & quando præstitimus, quod debuimus: moderatequod euenit, feramus. sed hoc mihi tamen non sumo, ut te consoler de communibus miserijs, quæ, & ad consolandum maioris ingenij, & ad ferendū singularis uirtutis indigent. illud cuiuis facile est docere, cur præcipue

† alias; nō quo sed ꝙ diffic.

pue tu dolere nihil debeas. eius enim qui tardior in te leuando fuit, quàm fore putaramus, non est mihi dubia de tua salute sententia: de alijs autem, arbitror te expectare, quid sententiam. Reliquum est, ut te angat, quod absis à tuis tandiu, res molesta, præsertim ab ijs pueris, quibus nihil potest esse festiuius: sed, ut antea ad te scripsi, tempus est huiusmodi, ut suã quisque conditionem miserrimam putet, & ubi quisque sit, ibi esse minime uelit. equidem, nos quod Romæ sumus, miserrimũ esse duco; non solum quòd omnibus malis acerbius est uidere, quàm audire: sed etiam quòd ad omnes casus subitorum periculorum magis obiecti sumus, quàm si abessemus. etsi me ipsũ consolatorem tuum non tantum literæ, quibus semper studui, quantum longinquitas temporis mitigauit, quanto fuerim dolore meministi. in quo prima illa consolatio est, uidisse me plus quàm ceteros, cũ cupiebam, quamuis iniqua conditione, pacẽ. quod etsi casu, non diuinatione mea, factũ est: tamẽ hac inani prudentiæ laude delector. deinde, quod mihi ad consolationem cõe tecum est. si iam uocer ad exitum uitæ, nõ ab ea rep. auellar, qua carendum esse doleam, præsertim cum id sine ullo sensu futurum sit. adiuuat etiam ætas & acta iam uita, quæ cũ cursu suo bene cõfecto delectat, tũ uetat in eo uim timere, quò nos iam natura ipsa penè perduxerit. Postremo is uir, uel etiã ij uiri hoc bello occiderunt, ut impudentia uideatur, eandem fortunam, si res cogat, recusare, equidem mihi omnia propono: nec ullum est tantũ malũ, quod nõ putem impendere: sed, cũ plus in metuendo mali sit, q̃ in illo ipso, quod timetur, desino; p̃sertim cũ id impendeat, in quo non mõ dolor nullus, uerũ finis etiam doloris futurus sit. sed hæc satis multa uel plura potius q̃ necesse fuit. facit aũt non loquacitas mea, sed beneuolẽtia logiores epist. Seruiũ discessisse Athenis moleste tuli non. n. dubito, quin magna leuationi sit solitus esse quotidianus congressus, & sermo cũ familiarissimi hoĩs, tum optimi, et prudẽtissimi uiri. tu, uelim, te, ut dẽs, & soles, tua uirtute sustentes, ego, q̃ te uelle, quæq; ad te et ad tuos pertinere arbitrabor; omnia studiose, diligenterq; curabo: q̃ cum faciam, beneuolentiã tuam erga me imitabor, merita non assequar. Vale.

HVB. NOVI, quod] Huius epi argumẽtum parum distat a superiorib. ostendit. n. Cic. magnum impendere periculum ex bellis ciuilibus, vtercunq; sit futurus victor: postea uero consolatur Torquatum ferè ijsdem rationibus, quibus cõsolatus est in alijs epistolis, & maxime in prima huius libr. [Si quid esset). s. noui. [Difficile) Quia futurorum nulla est scientia. [Possis) Pro possit aliquis [Accedere propius). s. non omnino diuinare, ueruntamẽ non longe aberrare. [Coniectura) Collatione multarum rerum, nam conijcere est simul iacere, inde coniectura dicitur, quoties multa concurrunt ad demonstrationem alicuius rei: uide Cic. 1. lib. Rhet. ad Heren. vbi tractat de partibus coniecturalis cõstitutionis. [Eiusmodi) Talis naturæ, & cõditionis. [Exitus] Finis, multa enim sunt, quorum exitus nõ potest coniecturis deprehendi, multa quorum potest. [Prouideri) Prospici, multo ante aduerti. [Non diut.] i. longum, idest fore [Secus) Aliter, qui putant fore diuturnum. [Mars communis) Subaudi sit [Vtrinq;) Ex utraque parte, & Pompeianorum, & Cæsarianorum. [Vtercunq;) Vel Cę. vel Pompeianis, quamuis multi sentiant eum iam interiisse, & filium, Quint. Pompeium suscepisse bellũ post mortẽ patris, nã in epist. seq. dicit Ci. [Postremo is uir interiit, &c] Non sit mirũ, qa utercũq; habet maximas copias. [Inter uictorias) Quia vter cũque vicerit, opinantur homines victoriam fore crudelem [Alteros) Pompeianos [Sumus experti) Re ipsa cognouimus, quam sint insolentes. [Iratus) quia negatus ei est triumphus. [Victor) qa etiam si sit bonus, necesse est quodam modo, ut fiat insolens, & immoderatus. [Armatus) Et ob id erit, crudelior, omnia em emphasim habent. [Hoc loco) Cum debeat Cic consolari Torquatum, & hęc dicit, quę dolorem afferant, exusat se, quare id faciat, & affert consolationem, quam diximus ab eo usurpari de cõsciẽtia rectæ uoluntatis. [A qua) Culpa. [Absumus) Sumus remoti. [Euentus) Quia quãuis bonum consilium cepimus, tñ nobis male euenit. [Præstitimus) Effecimus. s. patriæ, & ciuibus nostris. [Nõ sumo) Non assumo, nec capio. [Maioris ingenii] q̃ sit meũ, qa dixit ad Marcellũ: Sin tãta mala reip. te frangũt, nõ tã abũdo

Collige re Coniectura

ingenio, ut te cõsoler. [Virtutis] Fortitudinis. [Cuius) Cuilibet ẽt, q nõ sit ualde doctus. [Docere) Probare, ostendere rationibus [Eius) Cę. [Sñia] Iudicium, vel deliberatio. [Nõ est dubia] Quia non dubito, quin sentiat te oĩno restituendum in patriam. [De illis] Pompeianis [Nõ arbitror te exp.] Quia tu ipse scis, quid sentiam. Reliquũ est) Cũ nõ debeas desperare de salute tua, reliquũ est, ut nihil debeat te cruciare, nisi, ꝙ absis à tuis, & præcipue a filijs tuis, qui sunt iucundissimi pueri. [Ab his pueris) Filijs suis. [Festiuius] Iucũdius, lętius [Vt scripsi antea) In prima epist. [Videre, q̃ audire) Quia ut supra dixit, oculi augent dolorem. [Obiecti) Suppositi. [Literæ) Studium literarũ, ut sæpe supra dixit. [Lõginquitas temporis] Quia ut supra scripsit Ser. Sulpi. Nullus est dolor, quem longinquitas tẽporis non minuat, atq. molliat. [Me uidisse.] s. mala reipub. futura. [Quamuis] Quamlibet. [In qua cõditione] Etiam com aliquo damno nostro. [Casu nõ diuinatione mea) Non. n. ita euenit, quia diuinauerim, sed casu. i. quia, ita fortuna tulit. [Inani laude) Quo dicas ante alios præuidisse hæc futura. [Deinde] Alia consolatio, quę ad utrunq; pertinet, dicit Cice. ꝙ si esset moriturus, non uideret rẽp. ita florentẽ, ut pigeret eam relinquere: magis. n. inuiti deserimus res prosperas, & quib. delectamur, quam aduersas. Hor. si qd mirabere pones Inuitus. [Cõe tecum) Quia hęc cõsolatio ita pertinet ad me, sicut ad te. [Ad exitũ uitæ) Ad mortẽ. [Non auellar) Non abstrahar, non separabor. [Ab ea, a tali) Qua doleã esse carendum. qa est miserrima, & nullus est dolor carere reb. miseris. [Sine ullo sensu] Quia in p̃cedenti epi. dixit: Si non ero, sensu omnino carebo [Aetas) Sensu, quæ magis contemnit mortẽ, ut Anchises apud Virg. [Acta) cursu naturali functa. [Cursu suo] Est. n. uita hoĩs, quasi cursus quidam, ut Pau. Apost. Omnes quidem currimus, sed unus accipit brauium. [Vim) Violẽtiã. s. mortis. [In eo) In ea re, in senecta, ut ipse in Catone maiore inquit: Nihil est tã naturale, q̃ senib. mori. [Is uir) Pompeius. [Vel ij uiri) Correctio est, quia alij multi interierant, non ꝙ Pomp. in pugna sit interemptus, sed quod mortuus est tpe belli in Aegypto à Ptolomæo iussus interfici. bellũ autem pro toto tpe, quo pugnatur, & gerũtur plia, accipitur, ut bellũ Troianũ fuit x. ann. [Prælium uero est ipse conflictus.] Impudentia temeritas. [Recusare) Non accipere. [Propono mihi) Animo cogito. [Impendere) Imminere. [Desino). s. metuere. [Id impendeat) Id immineat, id sit futurũ. s. mors. [In quo) In qua morte. [Finis doloris) Quia ut dicit Hor. Mors ultima linea rerum est. [Plura, quã fuit necesse) Quia scio te esse animi fortissimi, & es in ea urbe, vbi hęc optime traduntur. [Loquacitas) Naturalis loquendi abũdantia. [Beneuolentia) Quia te complector: ex abundantia. n. cordis os loquitur S. Sulpi. [Leuationi) Diminutioni curarum, & recreationi. [Congressus) Consuetudo, cõuersatio. [Tum). i. & [Sustentes.] Fortem præbeas, non sinas te cadere animo. [Quæ cũ faciam] Vt studiose, & diligenter curẽ omnia, quæ ad te pertineãt. [Imitabor beneuolentiam tuam erga me) i. ostendam me beneuolum in te, sicut tu fuisti in me [Non assequar) Non ęquabo. s. studio, & diligentia mea [Merita) Officia mihi præstita. i. nũquã. potero facere tantum, quantum tu de me meritus es.

Sñia

Bellum Prœliũ

Cõgressus

ASC. NOVI quod ad te scriberem &c.) Consimili ferè argmento cũ superioribus osdit Ci magnũ impẽdere periculũ ex bellis ciuilib. siue Põp siue Cæs. uictor futurus sit. deinde cõsolatur Torquarũ ferè ijsdem rõnibus, qbus in superiorbus, & p̃cipue in 1. ep. Ordo est: Nihil noui erat, sup. mihi, quod scriberẽ ad te, & tñ si quid sup. noui esset, sciebã te solere fieri certiorẽ. i. te edoceri à tuis. s. familiaribus, & necessarijs. Aũt. i. sed, etsi. i. q̃q dicere de rebus futuris est semper difficile, præsertim de cõtingentibus, qualis est exitus belli, ad quẽ fortuna multũ põt. tñ tu possis. i. quilibet possit accedere. s. ad ueram cognitionem, propius, i. aliquantũ, aut multũ prope, coniectura. i. per coniecturã, tũc sup. cum. i. qñ res est eiusmodi, cuius. i. eius, vt exitus possit præuideri. Non videmur nunc intelligere tñ bellum nõ diuturnũ, sup. futurum, etsi. i. licet idipsum. s. bellũ non futurũ diuturnum, uideatur non nullis. i. aliquibus, aut quibusdã, secus. i. aliter, hoc est, etsi uideatur quibusdã diuturnũ fore, ubi, etsi, construitur cũ subiunctiuo uerbo, Equidẽ. i. ego quidẽ, cum. i. qñ scribebam hæc, putabã iam aliquid. s. de bello finiendo, actũ, nõ, sup. id scribo, quo. i. ꝙ, legã, aut quo. i. per qd, sciã certo, sed, ꝙ. i. quia coniectura erat haud. i. non difficilis, hoc est, quia facile poterã per cõiecturã cõsequi, quod sequentib. probat, vnde non subscribam fallentib. negationẽ, nã cũ omnis Mars. i. auctor uictorię, belli supp. sit cõmunis. i. neutri parti adiuratus, & cũ exitus prœliorũ sint semper incerti, tñ magnę copię dñr esse hoc tpe paratę utrinq;. s. ab utraq. parte, ad pugnandũ, ita vt vtercunq;. s. exercitus uicerit, nõ sit futurum mirũ. i. mirandũ, utercũq;. i. quicunq; duorũ, uicerit, quia uterq; exercitus optime instructus erit, illa opinio optima, quam dictu rus

ruseſt, confirmatur,i. augetur & roboratur in ſingulos dies magis,& magis,opinio aũt eſt,ẽt ſi.i.q̃uis,inſit.i.dr̃iç ſit aliquantũ inter cauſas armorum,qa Pompeiani iuſtiorem cauſam, eo ꝙ à Rep.ſtabant,habebant,tñ non multum interfuturum.i.dr̃iç futurũ inter uictorias,eo ꝙ utraque pars uictoria inſolenter uſura uidebatur. Nos ſumus experti propemodũ.i.quaſi,alteros ſ. Pompeianos, Nemo eſt quin cogitet de altero.ſ. Cæſare.ſ. quia inſolenter ſit uſus uictoria, cum ſit metuendus iratus eo ꝙ eſt iratus, ob negatũ triumphũ & imperij prorogationem , uictor.i. ſi fuerit uictor, eo ꝙ uictoria inſolentiores facere ſolet, armatus.i.cũ ſit uicturus vi armorum præditus. Si uero uideor augere dolorẽ tuũ hoc loco.i.dicto huius loci,quẽ.ſ.dolorem debebam,aut debeam leuare.i.minuere.Fateor me nullam.i.;non inuenire ullam conſolationẽ malorũ cõium.i. reip.præter illã quam dicet,quæ tñ eſt maxima,ſi poſſis,ſuſcipere.i. in uſum tuũ cõuertere eã, & qua ego utor quotidie magis,uidelicet conſcientiam uoluntatis rectæ , eſſe maximã conſolationẽ rerũ incõmodorũ.i. nociuarũ, hoc eſt,ſi quis ſibi conſcius ſit,ꝙ ad mala,q̃ euenerũt,nõ p̃buerit conſenſum,nec ullum malum eſſe magnum p̃ter culpam.i.ſi nõ adſit culpa,de qua.ſ. culpa,qñ.i.qm̃,nos abſumus tm̃,ut ẽt ſenſerimus optime,quia pacẽ qualẽcunq; potius,q̃ bellũ ſuſcipiẽdũ, & euentus conſilij nr̃i,quo diximus Cçſ. reſiſtendum,reprehendatur magis,q̃ conſiliũ.ſ.nr̃um,quia, licet male euenit, bene tñ conſulimus , unde Phyllis Ouidiana ægre ferens conſilũ ſuum dãnari ab illis,qui dicũt:Exitus acta probat.addit:Careat ſucceſſibus opto,Quiſquis ab euentu facta notãda putat.Qñ.i.qm̃, præſtitimus.i.exhibuimus , & effecimus , quod debuimus , feramus .i.patiamur,moderate.i.tẽperato animo id, ſup. quod euenit,licet malum ſit,ſed tñ ego non ſamo.i.non attribuo,& arrogo mihi,unde rectius dicatur uir ſibi multa ſumens,q̃ uir præſumptuoſus,ut vulgo dicũt,hoc,ut conſoler te de miſerijs cõibus,quæ.ſ. miſeriæ oẽs indigent maioris ingenij ſup. q̃ meũ ſit ad cõſolaudum.i.ut conſolentur, paſſiue hoc eſt,ut de eis cõſolemur, & indigent ſingularis uirtutis ad ferendum.i. ut ferantur. Facile eſt cuius.i.cuilibet, docere illud cur , tu nihil debeas dolere præcipue.i. p̃ter ceteros.Enim.i.quia,ſentẽtia de tua ſalute,eius.ſ.Cæſaris , qui fuit tardior in leuando.ſ.ab exilio,aut timore,q̃ putaremus fore.i.futurũ eſſe,nõ eſt dubiã mihi, hoc eſt,eſt mihi perſpecta,ſcio n. ꝙ te ſaluũ eſſe cupit.Aũt.i.ſed,nõ arbitror te expectare,quid ſentiam de illis.ſ.Põpeianis,ſi forte uicerint,qa omnes ſciunt te Pomp.ſemper fauiſſe.Reliquum eſt.i. ſolũ reſtat,ut ꝙ abſis tandiu à tuis,angat.i.cruciet, & torquat te , appoſitorie res moleſta.i. ꝙ eſt res moleſta,præſertim ſupp.abeſſe ab ijs pueris.i.filijs, quibus nihil poteſt eſſe feſtiuius.i.lætius, & lepidius. Sed,ut ſcripſi antea ad te,tp̃s eſt hm̃oĩ.i.tale,ut quiſq; putet conditionẽ ſuam.i.ſtatum uitæ ſuæ,miſertimã,ut quiſq; minime.i. nequaq̃,uelit eſſe ibi,ubi ſit.Equidem.i.ego quidem, hoc eſt certe duco.i.exiſtimo,miſerrimũ.i.rem miſerrimam eſſe, ꝙ ſumus Romæ,non ſolum, ꝙ.i.quia,in omnib. malis acerbius eſt uidere,ſup.ea q̃ audire,ſed etiã ꝙ nos,qui Romæ ſumus.ſumus magis obiecti ad oẽs caſus periculorum ſubitorum,q̃ ſi abeſſemus. Etſi literæ.ſ.ſcientiæ philoſophicæ literis commẽdatæ,quib.ſtudui.i.operã diligentem dedi ſemper,nõ ſup.mitigauerunt tm̃.i. intm̃,aut tantopere, me ipſum conſolatorem tuum. Valla diceret,tui, niſi quodãmodo poſſeſſio importetur quantum longinquitas.i.prolixitas tp̃is mitigauit meipſum &c. tu meminiſti.i. memoria tenes , ſup. in quãto dolore fuerim, in quo.ſ. dolore, illa eſt prima conſolatio,me uidiſſe prius,q̃ ceteri,ſup.uiderint. Aliter diceret, q̃ ceteros, cum cupiebã pacem conditione quãuis.i.quantumuis, iniqua,ſup.id , quod etſi i. q̃q̃ factum eſt caſu.i.alea belli,non diuinatione mea.i.Cæſ.uictorem fore,tamen ego delector hac inani.i.friuola laude prudentiæ.i.prouidentiç, ꝙ ita fore prouidebam. Deinde ſup.conſolatur me,aut mihi cõſolationi eſt id , quod eſt mihi commune tecum ad conſolationem,uidelicet,ꝙ ſi ego uocer iam ad exitum uitæ.i. ad mortem, ego non auellar inuitus ab ea.i. eiuſmodi rep.quæ.i. cuiuſmodi doleam carẽdum eſſe.i.quòd carere debeam,præſertim,cũ id ſit futurũ ſine ullo ſenſu. Videtur iterum Epicurice loqui,forte ꝙ Torquatus eius ſectæ erat.Epicurei.n. dictitabant omnem ſenſum hominis in morte perire . Nã Epicurus impie iactitabat ſe genus humanũ liberaſſe,duobus maximis malis, timore.ſ. deorum in uita. cum doceret deos non curare mortalia, & cruciatu poſt hanc uitam,cum doceret animos cum corporib.interituros more pecuino. Aetas.ſ.ſenilis adiuuat me, & uita iam acta.i. confecto.i.conſummato bene.i.decenter,tum.i. multo magis, uetat timere uim in eo.i.in morte,quo,ad quam ipſa natura produxerit iã penè nos. Poſtremo.i.ultimo loco,me cõſolatur. ꝙ is ſup. Pomp. occidit.i.occubuit.Vel etiã.i.tales uiri , occiderũt.i. cęſi, & mortui ſunt hoc bello.ſ.ciuili,ut impudentia uideatur,uel,ut

vir multa ſumens

uideatur impudentiç recuſare eandem fortunam,quam illi paſſi ſunt, ſi res cogat.Equidem .i. ego quidem propono mihi omnia .ſ.mala obeunda,nec ullum malum eſt, quod non putem impendere .i: in perniciem meam imminere , ſed cum plus mali ſit in metuẽdo.ſ. in metu mortis,q̃ in illo ipſo,quod timetur,hoc eſt, q̃ in morte ipſa,deſino, ſupp.metuere,præſertim.i.præcipue , cũ id impendeat.i.immineat, uidelicet interius . In quo non modo .i.non ſolum,nullus dolor ſit futurus, uerum etiam .i.inſuper,finis doloris ſit futurus. Sed hæc,ſup.ſunt ſatis multa,uel fortaſſe plura,quam fuit neceſſe.Autem.i.ſed,non loquacitas mea i. auiditas loquẽdi,ſed beneuolentia mea facit epiſtolas longiores .ſ. quàm alioqui eſſent.Ego tuli moleſte.Seruium .ſ. Sulpicium diſceſſiſſe Athenis . non enim dubito quin ſolitus ſit eſſe tibi magnæ leuationi.ſ.de miſerijs animi congreſſus,& ſermo quotidianus, tum.i.ſimul, hominis familiariſſimi.ſ.tibi, tum.i.ſimul uiri optimi,& prudentiſſimi.uelim,ſup.ut tu ſuſtentes te tua uirtute, ut debes,& ut ſoles,Ego curabo ſtudioſe,quæ,pro &,diligenter, omnia quç arbitrabor,te uelle,quçque.i.& quç arbitrabor,pertinere ad te,& ad tuos,quæ.ſ.omnia cum faciã,imitabor beneuolentiam tuam erga me,non aſſequar.i.nõ æquiparabo, merita.ſ. tua,erga me,conferendo.ſ.paria in te,quia id non potero.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Conſolatio amici exulis,& patria carentis,conſtans,& ſuis argumẽtis a Cacinæ,et Cæſaris,cuius potentiam fugerat attributis.Epilogus eſt adhortatorius ad fortunæ uim continendam conuenit , & hac orationis pars tractata,conſolationi.

M. CICERO S. D. A. CAECINAE. 5

Q*VOTIESCVNQVE filium tuum uideo, (uideo autem ferè quotidie) polliceor ei ſtudiũ quidem meũ, & operã ſine ulla exceptione aut laboris, aut occupationis, aut tẽporis; gratiã aũt,atq; auctoritatẽ cũ hac exceptione,quantũ ualeã, quãtũq; poſſim.Liber tuus,et lectus eſt,et legitur à me diligẽter, & cuſtoditur diligẽtiſſime.Res, & fortunæ tuæ mihi maximæ curæ ſunt,q̃ qdẽ quotidie faciliores mihi, & meliores uidẽtur.multisq. uideo magnæ eſſe curæ:quorũ de ſtudio,et de ſua ſpe filiũ ad te p̃ſcripſiſſe certo ſcio.ijs aũt de rebus,quas cõiectura cõſeq poſſumus, nõ mihi ſumo,ut plus ipſe † p̃ſpiciã q̃ te uidere,atq; intelligere mihi perſuaſerim. ſed tamẽ quia fieri poteſt,ut tu ea perturbatiore animo cogites:puto eſſe meũ , quid ſentiã,exponere,ea natura rerum eſt , & is temporũ curſus, ut nõ poſſit iſta aut tibi,aut ceteris fortuna eſſe diuturna,neque hærere in tam bona cauſa , & in tam bonis ciuibus tam acerba iniuria.quare ad eam ſpem , q̃ extra ordinẽ de te ipſo habemus non ſolũ propter dignitatẽ, & uirtutem tuam (hæc enim ornamẽta ſunt tibi ẽt cũ alijs communia) accedunt tua præcipua, propter eximium ingenium,ſummamque uirtutẽ: cui mehercule hic,cuius in poteſtate ſumus,multum tribuit: itaq; ne punctum quidem temporis in iſta fortuna fuiſſes,niſi eo ipſo bono tuo,quo delectatur,ſe uiolatum putaret.quod ipſum lenitur quotidie:ſignificaturq; nobis ab ijs,qui ſimul cum eo uiuunt, tibi hanc ipſam opinionem ingenij apud ipſum plurimum profuturam. quapropter primum fac animo forti,atque magno ſis:ita enim natus, ita educatus,ita doctus es, ita etiam cognitus , ut tibi id faciendum ſit : deinde ſpem quoque habeas firmiſſimam propter eas cauſas,quas ſcripſi.a me uero tibi omnia,liberisq. tuis paratiſſima eſſe confidas uelim: id enim & uetuſtas noſtri amoris, et mea cõſuetudo in meos, & tua multa erga mea officia poſtulant. Vale.*

† alias, nõ quo ſed ꝙ diffic.

Q*VOTIESCVNQVE*] A.Cçcina,uir præſtãtiſſimi ingenij Põpeianarũ partium ſtudioſiſſimus , ſcripſerat quæ ſuis tp̃ib. eſſent geſta, & laudauerat multos ciues , q reip. ſtudioſi fuiſſent,multos,q eã oppugnaſſent,notauerat,& damnauerat,& prçcipue Cæſ.q contra eã arma mouiſſet,& oppugnaſſet.Quam obrem Cæſ.interdixerat ei patriã, ſicut & multis alijs. Cũ igitur uehemẽter angeretur,& cruciaretur Cæcina deſiderio patriæ, & ſuorum, Cic.hac ep. eum conſolatur ferè ijſdem rationibus, quibus conſolatus eſt Torquatũ, oſtendens eum non poſſe eſſe diutius in his malis. Poſtremo pollicetur omnia ſua ipſi Cæcinæ,& eius filio.[Video autem fere quotidie) Parẽtheſis eſt,quia potuiſſet dicere Cæcina filium ſuum raro uideri à Cic.& ideo rarò p̃mitti ſtudium ſuum. [Studium) Diligẽtiam, & uoluntatem.[Sine ex-

ac exceptione).i.non excipiendo laborem, aut occupationē aliquam meam, aut tp̄s aliquod, quia nolo, ꝙ habeat respectum alicuius rei gratia) Quæ est mihi apud Cæs. & alios, subaudi, polliceor.[Cum hac exceptione).i.non absolute ei promitto, sed solum inquantũ possum, quia imminuta est aliquantulum auctoritas mea.[Liber tuus) Quem misisti mihi uidendũ. [Custoditur) Seruatur, ne exeat in manus alicuius.[Meliores).i.melioris conditionis.[Video magnę esse curæ).s.res, & fortunas tuas.[De studio quo).s.multorum, quibus res tuæ sunt curæ.[Filium) Tuum. [Fieri potest).i.est possibile.[Ea) Eas res tuas. [Perturbatiore).s. q̃ ego.[Quid sentiã) Quid iudicem, quid in animo habeã. [Cursus) Dispositio.[Is) Talis.[Ista) Mala, & aduersa [Et cę.) Qui sũt exules sicut tu. [Hærere) ꝑmanere, fixa esse. [Tã acerba) Vt priuet te patria, & aspectu tuorum [Extra ordinem).i.præter ordinem, & numerum aliorum. [Accedunt.) Adiunguntur. [Hæc.n. ornamenta).s.dignitas, & uirtus, est aũt parenthesis. [Præcipua tua] Quæ sunt tua peculiaria, & non cõia cum alijs. [Ingenium) Vim innatã ad omnia percipienda. [Virtutē) Hic accepit uirtutem pro animi fortitudine, ut sępe supra uidimus. est autē ordo: Quare tua præcipua ꝑꝑ eximium ingenium, atque uirtutē accedunt ad eam spem, quam habemus, &c. [Cui ingenio & uirtuti.) nam supra ad Marc.dixit. Sed, mihi crede, etiam is, qui omnia tenet, fauet ingenijs.[Hic) Cæs.[Tribuit) præbet auct.& ho.[Pun- Pũctus

Panctũ ctum) Momentum. punctus enim & punctũ, utrunque.n. dr̃, res est minima, itaque ponitur pro momento, & particulis tēporis uel horæ. Hor.in ep. Nihil propriam cuiq; pũcto, quod mobilis horæ. nunc prece nunc precio. nunc vi, nũc mo. su. Per. do. &c. [Bono tuo) Ingenio.[Se uiolatum) Se offensum. quia scripsisti cõtra eum. [Quod ipsum) Quæ ipsa.res. s. ꝙ putet se uiolatũ à te. [Lenitur) mitigatur, quia quotidie æquiori animo fert, quod in eum scripsisti [. Opinionem ing.) quam habet de ingenio tuo. [Ita natus) Ex tali genere ortus.[Educatus) Nutritus[Eas causas) .i.naturã rerum, cursum temporum, & opinionem, quam Cæs. habet de ingenio tuo.[Vetustas) Antiquitas, quæ maiorem debet habere uim, q̃ nouitas amoris. ponit autem tria, quib. ostēdit se id facere debere, uetustatem amoris sui in ipsum Cæs. cõsuetudinem suam in omnes amicos, quibus semper solitus est libenter esse paratus, & postremo beneficia sibi percepta à Cæ.

ASC. QVOTIESCVNQVE) A. Cæcina Pompeianæ factionis uir insignis, scribendo tēporis sui gesta laudauerat Põpeianos, & carpserat Cæsarem, quamobrē Cęs. ei urbem interdixerat, cuius cum desiderio angeretur, consolatur eum Cic. dicens: Quotiescunq; uideo filium tuum, uideo autem ferè.i. quasi quotidie sup. toties polliceor ei quidem.i. certe studium meum, & operã sine ulla exceptione, aut laboris, aut occupationis, aut temporis. Autem.i. sed, ego polliceor ei gratiã, atque auctoritatem, sup. meam, apud Cæs.s.cum hac exceptione.i.cum hac clausula exceptiua, aut restrictiua, quantum ualeam, quantumq.i. & quantum possum. Liber tuus s.de gestis tui temporis &.i.simul, lectus est, & legitur à me diligenter, & custoditur diligentissime, Res.i.negocia, & fortunæ, i. diuitiæ tuæ, sunt mihi maximę curæ, q̃.s.res & fortunæ, quidē.i.certe. uidētur mihi quotidie faciliores, & meliores, faciliores, quidem res.i.negocia. meliores aũt fortunæ, & ego uideo.i.animaduerto, supple res, & fortunas tuas esse multis magnæ curæ. De quorum studio scio certo filiũ.s.tuũ perscripsisse.i. complete scripsisse ad te, & de spe sua.s. quam habet de restitutione tui. Autem.i.sed, ego non sumo.i. attribuo, aut arrogo mihi, ut ipse.i.ego perspiciã plus de his reb. quas possumus cõseq.i.intelligere futuras, coniectura.i.per coniecturam, plus inq̃ q̃ persuaserim mihi te uidere, atq; intelligere. Sed tñ, quia fieri p̄t, ut tu cogites ea animo perturbatiore.s. q̃ ego, puto esse meum.i. mei officij, exponere.i.declarare tibi. quid sentiã. Ea natura rerũ & is cursus tēporum est, ut illa.s. aduersa fortuna nõ possit esse diuturna, aut tibi, aut ceteris. Neq; tã acerba iniuria, est exulare à patria, sup. ut possit hærere.i. firmiter inesse.ĩ tã bona causa, & in tã bonis ciuibus. Quare tua, sup. ornamenta præcipua.i. peculiaria, ꝑꝑ eximium ingenium, summamq; uirtutem sup. tuam, cui mehercule.s. ita iudicãte, ut ex animo loquor, hic.s.Cæsar, in cuius potestate nos sumus, tribuit multum. Accedunt.i. addunt ad ea spem, quam habemus de te ipso, extra ordinem.i.singulariter, non solum.i.nedum propter dignitatem, & uirtutem tuam, hæc .n.ornamenta.s.dignitas, & uirtus, sunt tibi communia etiã cum multis. Itaq;.i.& ita, quia Cæs. tibi tãtum tribuit, fuisse ne q̄dem .i. non saltem punctum.i. minimam partem temporis in ista.s. aduersa fortuna, nisi, s. Cæsar putasset se uiolatum eo ipso bono tuo.s.eximio ingenio in scribenda historia, quo delectatur, qđ .s.se uiolatũ putare ingenio tuo, lenitur.i. minuitur quotidie, ꝙ significatur nobis ab ijs, q̄ uiuunt simul cum eo.s.Cęs. hãc ipsam opinionem ingenij profuturam sup. tibi plurimum apud ipsum .s.Cæs. Qua propter fac primum, sup. ut sis animo forti, atq; magno. Enim.i. quia tu es natus, educatus ita, doctus ita & cognitus etiam ita, ut id sit faciendum tibi.i. ut te deceat ita facere.i. forti & magno animo esse. Deinde sup. fac, ut habeas quoq;.i.ẽt, spem firmissimam propter eas causas, quas scripsi. Vero.i.sed, aut pro uero uelim, sup. ut cõfidas omnia paratissima esse tibi, & liberis tuis à me. Enim.i.quia, &.i.simul uetustas amoris nostri cõsuetudo mea, in.i.erga meos, & multa officia tua erga me, postulant id.s.ut mea omnia sint tibi, tuisque liberis paratissima.

PAVL. MAN. QVARE ad eam spem &c.) Inconsequens, & obscura locutio, ex quo uereor, ne corrupte totus hic locus legatur. ac fieri tamē potest, ut ita scripserit Cicero, & inciderit in uitium, quod Gręci σολοικοφανὲς appellant. cuius generis nonnulla eum in reliquis eius scriptis, tum in libris maxime contra Verrem deprehēdũtur, quæ Pedianus notauit.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Et hac epistola eiusdem cum superiorib. est argumenti, Exordiũ est à sua persona sumptum, quo certam pollicitationē suã futurã cõfirmat. cõfirmatur ea argumẽtis notissimis à testibus, ab eruditione, ab usu, postremo exemplo tanquã certissimo iudicio, ubi narrat quid in Cæsaris, Põpeijq; causa prædixerit. Deinde ad consolationem dilabitur, reiectis cõiecturalib. argumentis à Cæs. clementia, humanitateq;, de qua nihil sibi non promittere audet. Postremo consolatur eum communibus argumentis à temporum, & rerum conditione, & Cæcinæ attributis, Conclusio est officiosæ particula.

M. CICERO A. CAECINAE S. D. 6

VEREOR, *ne desideres officium meum, quod tibi pro nostra, & meritorum multorum, & studiorum, & partium coniunctione deesse non debet: sed tamen ueror, ne literarum à me officium requiras, quas tibi & iam pridem, & sæpe misissem, nisi quotidie melius expectans, gratulationem, quam confirmationem animi tui, complecti literis maluissem nunc autem, ut spero, breui gratulabimur: itaque in aliud tempus id argumentum epistolæ differo: his autem literis animum tuum, quem minime imbecillum esse & audio, & spero, etsi non sapientissimi, & amicissimi hominis auctoritate etiam confirmandum etiam atque etiam puto, & nec ijs quidem uerbis, quibus te consoler ut afflictum, & iam omni spe salutis orbatũ, sed ut eum, de cuius incolumitate non plus dubitem, quam te memini dubitare de mea. nam cum me ex rep. expulissent ij, qui illã cadere posse, stante me, nõ putarũt: memini me ex multis hospitib. qui ad me ex Asia, in qua tu eras, uenerãt, audire; te de glorioso, & celeri reditu meo cõfirmare. si te ratio q̃dã Etruscæ disciplinæ, q̃ à patre, nobilissimo atq; optimo uiro acceperas, nõ fefellit: nec nos quidē nostra diuinatio fallet, quantũ sapientissimorũ uirorũ monimentis, atque præceptis, plurimoq; ut scis, doctrinæ studio, tũ magno etiã usu tractandæ reip. magnaq; nostrorũ temporum uarietate cõsecuti sumus. cui quidē diuinationi hoc cõfidimus, ꝙ ea nos nihil in his tam obscuris rebus, tamq; perturbatis unquã omnino fefellit. dicerē, quæ antea futurã dixissem, ni uererer, ne ex euentis fingere uiderer. sed tamen plurimi sunt testes, me & initio, ne cõiungeret se cũ Cæsare, monuisse Põpeium, & postea, ne seiungeret. cõiunctione frangi senatus opes, disiunctione ciuile bellũ excitari uidebam, atq; utebar familiarissime Cæsare: Põpeiũ faciebã plurimi, sed erat meum cõsilium cum fidele Põpeio, tum salutare utrique. q̃ p̃terea prouiderim, prætereo. nolo.n. hũc de me optime meritũ existimare, ea me suasisse Pompeio, quib. ille si paruisset, esset hic quidem clarus in toga, & princeps, sed tantas opes, quantas nunc habet, non haberet. eundum in Hispaniam censui. quod si fecisset, ciuile bellum nullum omnino fuisset. rationem haberi absentis, non tam pugnaui, ut liceret, quàm ut, quando ipso consule pugnãte populus iusserat, haberetur. causa belli orta est. quid ego p̃termisi aut monitorum, aut querelarum? cum uel iniquissimam pacem iustissimo bello ante ferrem. uicta est auctoritas mea non tam à Pompeio, (nam is mouebatur) quàm ab ijs q̃ duce Pompeio freti, peropportunam et rebus domesticis, & cu-*

piditat-

cupiditatibus suis illius belli uictoriam fore putabant. susceptum bellum est, quiescente me: depulsum ex Italia, manente me, quo ad potui. sed ualuit apud me plus pudor meus, quàm timor. ueritus sum deesse Pompeij saluti, cum ille † aliquando non defuisset meæ. itaq; uel officio, uel fama bonorum, uel pudore uictus, ut fabulis Amphiaraus, sic ego prudens & sciens ad pestem ante oculos positam sum profectus: quo in bello nihil aduersi accidit, non prædicente me. quando ut augures, et astrologi solent, ego quoque augur publicus ex meis superioribus prædictis constitui apud te auctoritatem augurij, & diuinationis meæ. debet habere fidem nostra prædictio. non igitur ex alitis inuolatu, nec a cantu sinistro oscinis, ut in nostra disciplina est, nec è tripudijs solistimis, aut somnijs tibi auguror, sed habeo alia signa, quæ obseruem, quæ etsi non sunt certiora illis, minus tamen habent uel obscuritatis, uel erroris. notantur autem mihi ad diuinandum signa duplici quadam uia: quarum alteram duco è Cæsare ipso, alteram e temporum ciuilium natura, atq; ratione. In Cæsare hæc sunt: mitis, clemẽsque natura, qualis exprimitur præclare illo libro querelarũ tuarum. accedit, quòd mirifice ingenijs excellentibus quale est tuum, delectatur. præterea accedit multorum iustis, & officio incensis, non inanibus, aut ambitiosis uoluntatibus. in quo uehementer eum consentiens† Etruria mouebit. cur hæc igitur adhuc parum profecerunt? quia non putat se sustinere causas posse multorum, si tibi, cui iustius uidetur irasci posse, concesserit. Quæ igitur, inquies, spes ab irato? eodem fonte se hausturum intelligit laudes suas, è quo sit leuiter aspersus. postremo homo est ualde acutus, & multum prouidens: intelligit te hominem in parte Italiæ minime contemnenda facile omnium nobilissimum, et in communi reip. cuiuis summorum tuæ ætatis, uel ingenio, uel gratia, uel fama populi Ro. parem, non posse prohibere à rep. diutius: nolet hoc temporis potius esse aliquando beneficium, quàm iam suum. dixi de Cæsare; nunc dicam de temporum, rerumq; natura. Nemo est tam inimicus ei caussæ, quam Pompeius animatus melius, quàm paratus, susceperat qui nos malos ciues dicere, aut homines improbos audeat. in quo admirari soleo grauitatem & iustitiam & sapientiam Cæsaris: nunquam nisi honorificentissime Pompeiũ appellat, at in eius personam multa fecit asperius, armorum ista, & uictoriæ sunt facta nõ Cæsaris. at nos quemadmodum est complexus? Cassium sibi legauit: Brutum Galliæ præfecit, Sulpicium Græciæ, Marcellum, cui maxime succẽsebat, cum summa illius dignitate restituit. quò igitur hæc spectant? rerũ hoc natura, et ciuilium temporum non patietur: nec manens, nec mutata ratio feret primum, ut nõ in causa pari eadem sit & conditio, & fortuna omnium. deinde ut in eam ciuitatem boni uiri, & boni ciues, nulla ignominia notati, non reuertantur, in quam tot, nefariorum scelerum condemnati, reuerterunt. Habes augurium meum, quo, si quid addubitarem, non potius uterer, quàm illa cõsolatione qua facile fortem uirum sustentarem, te. si explorata uictoria arma sumpsisse pro rep. (ita enim tum putabas) non nimis esse laudandum: sin ꝓpter incertos exitus, euentusque bellorum posse accidere, uinceremur, putasse; non debere ad secundam fortunam bene paratum fuisse, aduersam ferre nullo modo posse. Disputarem ẽt, quanto solatio tibi conscientia tui facti, quantæ delectationi in rebus aduersis literæ esse deberent. commemorarem non solũ ueterum, sed & horum etiam recentium, uel ducum, uel comitum tuorum, grauissimos casus. etiam externos multos claros uiros nominarem, LEVAT *enim dolorem communis quasi legis, & humanæ conditionis recordatio. exponerẽ etiã, quemadmodum hic, & quanta in turba, quantaq; in confusione rerum omnium uiueremus, necesse est enim minore desiderio perdita repub. carere, quàm bona. sed hoc genere nihil opus est. incolumen te cito, ut spero, uel potius ut perspicio, uidebimus. interea tibi absenti, & huic, qui adest, imagini animi, & corporis tui, constantissimo, atque optimo filio tuo studium, officium, operam laborem meum iampridem, & pollicitus sum, & detuli nunc hoc amplius, quòd me amicissime, quotidie magis Cæsar amplectitur, familiares quidem eius sic uti neminem. apud quem quidquid ualebo uel auctoritate, uel gratia, ualebo tibi. tu cura, ut cum firmitudine te animi, tum etiam spe optima sustentes. Vale.*

† alias, curia

NON *vereor*) Cum Ci. iandiu intermisisset literas suas ad A. Cęcinam, sperans quotidie se ei gratulaturum fore de restitutione, & reditu eius in patriam. postea quam uidit rẽ lõgius, quàm putabat ꝓtrahi, eũ hac epist. vel consolari, uel confirmare statuit, diuinãs eũ breui reditturũ in patriã acceptis augurijs suis, & à natura tẽporum, & à natura Cæsa. q̃ est clemẽtissima, & ꝓna ad indulgẽdũ, dicit aũt Cæs. hactenus distulisse eius restitutionẽ propter alios, quib. cũ esset iratus. nõ potuisset eis denegare reditũ in patriã, si cõcessisset Cæc. à quo magis fuerat offensus. Postremo cõsolatur eum à conscientia rectorũ cõsiliorũ, & factorum, & pollicetur Cæc. & eius filio omne studium, & operã suã apud Cæs. & familiares Cæsar. à quibus dicit se quotidie magis amari. [Desideres) Requiras, tanquam desit tibi [Meritorum) Beneficiorum, quæ mutua inter nos fuerunt. [Pro coniunctione) Respectu coniunctionis. [Studiorum) Voluntatum. [Partium) Pompeianarũ, & reip. q̃ ambo studuimus ijsdẽ partib. [Sed tamen) licet nõ debeat tibi. deest ꝑ supra dictas causas [Officium literarũ) Vt scribã ad te sæpius, sicut est officiũ amici, [Melius). s. aliquid de reb. tuis. [Complecti) Cõprehendere. [Gratulatione) Lętitiã quandã de rebus tuis melioribus. [Argm̃ epistolæ) Materiã epist. gratulatoriæ. [His literis) Quas nunc ad te scribo, [Minime imbecillũ) Non infirmũ, & debilẽ, sed fortẽ, & constantem. [Etsi non sapiẽtissimi]. s. mei, qui non sum sapientissimus. [At] i. certe, uel saltẽ, [Nec ijs) Verbis subaudi, puto confirmandum. [Vt) Tanquam: [Afflictum) Deiectum, & prostratum mœrore. [Orbatum) Priuatũ. Omni spe) Quia adhuc multæ, & magnæ spes tibi supersunt. [De mea]. s. incolumitate. i. salute, tunc cũ ego ẽt eram in exilio, sicut tu nunc es [Ii] Clodius, & alij scelerati, qui ei fauebãt. [Qui non putarunt]. i. cupidi euertendæ reip. putauerunt eam nõ posse cadere, si ego essem incolumis. [Me stãte) Me incolumi. [Cadere) Ruere, euerti. [Hospitibus] Peregrinis. [In qua tu eras] Illis. n. tẽporibus, quibus Cic. exulauit, Cęcina erat in Asia, ex qua multi hospites, q̃ ad Cic. ueniebant, dicebant, ipsum Cæc. nihil dubitare de eius salute, & de glorioso, & celeri eius reditu in patriam, quod idem dicit nunc se facere de Cæc. affirmat. n. fore, ut celeriter redeat in patriam. [Disciplinæ) Scientiæ auguralis. [Vetustæ) Antiquæ, quæ ab Etruscis habuit originem, vnde, & Tusci eius artis peritissimi fuerũt, quorũ libris, & cerimoniæ deorũ, & omnia dubia explicabantur, auctor est Val Max. lib. 1. c. 1. & Lucan. Hęc ꝑ placuit Tuscos de more vetusto Acciri uates. Et Oui. Augur erat; nomen longis intercidit annis, Nuper ab Etrusca uenerat exul homo. [A patre] Tuo, qui fuit peritissimus augur. [Acceperas] Didiceras. [Nõ fefellit te] Sed certissimam tribuit tibi cognitionem meæ salutis, fefelli autem dixit, quia multi fortasse non bene periti artis fallebantur, vnde Virg. Ni frustra auguriũ vani docuere parentes. [Diuinatio nostra) Quam faciemus de salute tua, & de celeri reditu tuo, in quam diuinationem non sum consecutus per disciplinam auguralem, sicut tu, sed per libros sapientissimorum hominum, qui scripserunt de uarietate, & mutatione temporum, rerum, & fortuna, & consecutus sum magna experientia tractandæ reip. & deniq; ex magna uarietate nostrorũ temporũ [Cum] Partim. [Monimentis) Scriptis. [Tum) Partim, & præcipue, nã plus significat, q̃ cum. [Vsu) Experientia. [Tractandę] Gubernandę [Nostrorum temporum] Quibus interdum florui, interdum fui in summa felicitate, &c. [Consiliũ) Credimus, & damus maiorẽ fidem. [Oscuris) Difficilibus iudicatu, de exitu bellorum Cæs. & Pomp. [Ex euentis] Ex ijs, quæ euenerunt, non autem quia ita præuiderim esse futura, quia. n. post factum dicit se aliquid præuidisse, credit fingere magis q̃a euenerit, q̃ ita euenisse præuiderit. [Seiungeret) Separaret. [Frangi) Imminui, si ipsi duo coniuncti essent, & consueuissent, obtinuissent multum contra senatum, ita quòd potestas senatus multum fuisse immutata, [Ciuile ƀ.) Sicut excitatum. [Salutare) Vtile, quia ambos hortabar ad pacẽ, [Hunc) Cęs [In toga) Inter togatos. [In p.) Sine bello. [Tantas opes) Tantas uires, q̃a omnia solus potest. [Eundum in Hispaniam) Vt Pomp. iret in His. quæ prouincia erat ei decreta, quod si Pomp. fecisset, dicebat Cęs. se uenturum ad urbem sine

exerc.

HVB.

exercitu.[Rationē) Respectum.[Absentis) Cæs.ut ei decerneretur consulatus sequētis anni.[Licet absentis) Hoc enim ipse per amicos suos petiuerat.[Vt liceret) Vt permitteretur, & concederetur etiam contra consuetudinem.[ipso consule) Paulo Æmil. quam Cæsar mille, & quingentis sestertijs facile corruperat,& in partes suas traxerat,cum ante aduersaret ei.[Anteferrem) Pręponerē.i.cum mallem,ēt pacem cum incommodo nostro, q̃ gerere bellum.[Iustissimum) Sic supra ad T.Mess quamuis tota conditione pacem accipere malui, q̃ uiribus cum ualentiore pugnare. [Mouebatur) Meis monitis.i.assentiebat meis suasionibus [Putabant uictoriam illius).i.putabant quod si Pomp.fuisset uictor, potuissent ipsi augere rem familiarem suam,& consequi omnia, quæ cupiebant.[Quiescente me).i.nihil agente,nec faciente uerba de hoc bello.[Manente]Remanente.[Domi] Cum nō exirem ad illud bel-ut sup.ad M. Mar.epist.quæ incipit: Etsi itaque,neq; tu multum interfuisti,& ego id semper egi, ne interessem.[Pudor) Verecundia,pudebat.n.me non sequi Pomp.& eius salutem non tueri,qui meæ saluti non defuisset, cum me in exilium eiectum restituendum curauit.[Aliquādo]Aliquo tempore [Itaq;] Dicit Cic. se honestis & excusabilibus causis motum profectum fuisse ad illud bellum sciens,& cognoscens omnes Pompeianos succubituros & comparat se Amphiarao uati filio Occlei, vnde Occlides dicitur ab Ouid. & à Stat. Hic cum sciret se esse periturum in bello Thebano latebris se occuluerat, id nemine sciente præter Eriphylem uxorem, q̃ corrupta à Polynice monili aureo Argiæ uxoris suæ, indicauit maritum, qui compulsus profectus est ad bellum Thebanum,licet sciret se esse periturum,& ibi hiatu terræ absorp us est,ut latè scribit Stat. Dicit ergo Cic.se imitatum fuisse Amphiaraum, qui licet uideret exitum belli, & sibi, & Pompeianis aduersum,tñ ad id ꝓfectus est.[Prudēs] Per me intelligēs.[Sciens) Per alios.[Pestem]Cladem [Prædictis) Superioribus diuinationibus,quas feci ante hęc bella.[Constitui) Collocaui.[Augures) Qui ex garritu auium futura prædicebant, hæc scientia nunc omnino interijt.[Astrologi) Quæ ex cursu, motuque,& natura astrorum plerunque futura deprehendunt,sed interdum etiā fallunt.dicit ergo Cic.[Non igitur) i.non facio tibi diuinationem meam de rebus tuis ex uolatu,vel garritu auium, vel ex alijs rebus, quas obseruant augures. Sed habeo alia signa multo certiora).s. naturam, & mores Cęs. & naturam temporū ciuilium.[Ex uolatu alitis) Virg. Et præpetis omnia penna [Oscinis) Volucris,quæ uoce,& ore det augurium.[Nam uolucres) Ex quibus capitur augurium,aut dicuntur oscines, quod ore canāt, aut præpetes,id est uolantes, quòd uolatu dent augurium.[Disciplina) Scientia augurali [Ex tripudijs) Ex saltationibus quibusdam,quæ quadam obseruatione in sacris fiebāt,vnde cum in dedicatione capitolij,ut scribit Liuius,nunciato aduentu hostium, ceteri omnes acceptis armis, relicto sacrificio, eis occurrissent, solus senex inuentus est saltans,quæ res effecit,ut piaculū admissum nō esset,vnde natum est prouerbium: Salua res est,saltat senex. Tripudium autem dicitur, quasi tritio pedum[Solistimis) Terrenis,à solo,quod in solo fierent huiusmodi tripudia,alij dicunt locum esse,vbi aues versantur. quod non satis probo. Solistimus autem dicitur,sicut legitimus, ubi additio nihil significat. [Somnijs) Quæ ut scribit Val. libr.1.certis interdum imaginibus velata sunt,sicut probat exemplis. De generibus eorum,quę vidimus in somnijs,scribit abunde Macr.[Obseruem) Inspiciam.[Illis).s.signis,quæ ex cantu,uel ex volatu auium capiunt,& ex ceteris,quæ supra dixit [Via) ratione.[Hæc sunt).s.signa [Clemēs] Dicitur qui etiā remittit de eo,quod posset persequi iure. [Querelarum tuarum) Nam Cæcina querebatur, illo libr.quod cum Cæsar esset tam mitis, & clementis ingenij,inductus esset ad occupandum rempu.[Delectatur) Cęs.[Cedit) Indulget, obtemperat.[Incēsis Officio) Quæ ex officio,& debito, proueniunt,sicut sunt,quæ ꝓ te à me & ceteris amicis tuis fiunt ex officio,quia ita tenemur[Non inanibus) Vanis,sine causa [Ambitiosis) Quæ ex ambitione proueniunt,nō autem ex officio.[Etruria) Tuscia,vnde est tuæ gentis origo[Consentiens) Potens nobiscum, vt tu restituaris[Mouebit) Flectet ipsum Cęs.[Cur hæc) Ponit obiectionem,quam posset facere Cæs.quare his rationibus,qnas supra dixit,adhuc non sit reuocatus [Profecerunt) Valuerunt.Quia) Responsio obiectionis.[Iustius) qua non solum fauisti Pompeio cōtra eum,sed etiam scripsisti in eum.[Quæ, spes ab irato?) Quid ergo sperare ab eo posses,si mihi iratus est? [Eodem) Responsio obiectionis,& dicit,cur spes sit habenda,qa Cæs. sperat se posse laudari aliquando ab eo, à quo notatus fuerat & vituperatus, & idem ingenium ei aliquando profuturum,à quo ante sit læsum. [Acutus) Subtilis ad intelligendum.[Parte Italię minime contēnenda) id est Etruria egregia regione,& industria hominum pręstanti,erat enim Cæcina Etruscus gente.[Parem) Cui uis summorum tuæ ætatis,id est,qui sis par cuilibet eorum, qui in ætate tua sunt summi.[Nolet) Sensus est,cum Cæs.intelligat se non posse diutius prohibere te patria,& necesse esse, vt te aliquando restituat,nolet,ne videatur magis facere ex necessitate tēporis,quàm ex beneficio suo [Dixi de Cæsare) id est de signis,quæ ex Cæcin. capiebam.[Melius animatus,quā paratus) id est maiori animo, & uoluntate defendendæ reip.quàm apparatu armorum & militum [Qui audeat dicere nos malos ciues) qui audeat dicere malè fecisse,& esse ciues malos,quamuis enim fortuna nobis malo responderit,tamen nemo audet reprehendere id, quod fecimus, licet sit inimicus causæ Pompeianæ.[Admirari) Cum quadā admiratione laudare.[Appellat) nominat.[Nisi honorificētissime) id est cum summo honore,quod quidem signum magnæ est grauitatis,nam ferè omnes solent de inimicis suis maledicere [At) Obiectio, q.d.quid prodest,quod eum honorificentissime appellet,si in eius personam multa acerba fecit, qa eā oppugnauit, & persecutus est ad mortem?[Armorum) Diluit obiectionem dicēs Cæs.ea fecisse contra Pomp non natura sua,sed natura bellorū, & uictoriæ,quę faciunt ut interdū insolentiores simus,quàm deceat.[Ista sunt armorum) id est ista ex armis proueniunt.[Nos) Me Cic.& alios,qui fuimus sibi aduersarij.[Legauit sibi) legatum suum fecit.licet fuisset Pompeianus [Brutum) M.Brutum.[Præfecit Galliæ).s.fecit pręfectum,& Pręotorē Galliæ, nam ei à Cæs. magna fides habebatur,qui hanc pręturam assecutus erat quartum in annum cōsul futurūs competitori Cassio pręlatus,auctor Plutarch.in uita Cæs.[Marcellum]M de quo supp.libro 4 [Restituit) Concessit reditum in patriam,ut supp. lib.4. ad Seru. Sulpicium epistola quæ incipit: Accipio excusationē. & epistola Seruij, quę incipit: Etsi non iucūdissimum.[Quo) Quorsum, ad qd. [Spectant) Pertinent [Hęc) Quę dixi.[Nec manens) permanens in eodem statu [Nec mutata) Nec tacens,sed loquens pro te.[Feret) Patietur.[Vt non in causa pari).i.vt cum Brutus, Marcellus, Cassius,& Seruius fuerint in eadem causa,& Cęs.eis placatus sit, in eadem causa non placetur & mitigetur etiā tibi, & eandē habeas fortunam,quā ipsi habuerun [Deinde) Subaudi nō faceret rō.[Notati) Infecti.[Nulla ignominia) Nulla infamia,qui nihil mali admiserunt.[In quam) Ciuitatem[Tot cōdemnati scelerū] ,i.tot homicidæ,& alij scelerati viri.[Quo non vterer).i.quod nō dicerem tibi,si de eo haberem aliquod dubium,sed potius consolarer te ex conscientia tuorū cōsiliorū,& factorum.[Explorata) Certa,non dubia.[Non minus laudandum] Quia non est magni animi offerre,se tñ his rebus,de qbus nullum oīno videt esse periculum,sed obijcere se periculis cum rōne vtilitatis.[Posse accidere,ut vinceremur).i.esse possibile,vt ita possemus vinci, sicut vincere [Non debere) Subaudi, vterer ea cōsolatione.s.te nō debere esse paratum &c.[Literę.i.studia literarum[Recentium) nouorum. [Externos) Peregrinos vtputa Græcos Carthaginienses, Athenienses,Thebanos,qbus pessimi, & infelicissimi casus euenerūt,sicut Annibali, Themistocli, Cimoni, Epaminūdæ, & alijs quāplurimis[Quasi) Tanq̃,& quodāmodo.[Cōis) Gn̄alis oībus cū videmus neminē esse immunē casuū fortunæ[Turba) Turbatione.[Hic) Romę[Pdita] Amissa.[Quàm bona) q̃ ꝓspera, q̃ si esset in flore.[Hoc gn̄e].s.consolationis[Huic fi.]habebat.n.filiū Romæ,cui Cic.dicit se pollicitum esse,& pstitit ipse oēm operā. [Animi]Quātū ad cōsilia,& cogitationes [Corporis) Eūdo.in senatum ad Cęsa. & ad alios,ꝓ eo. & agendo reliqua,quæ opus essent.[Detuli) Pręstiti.[Hoc amplius) Tanto magis,subaudi polliceor.[Amplectitur) Fouet,capit in numerū suorū [Familiares eius[Subaudi amplectuntur me [Sicuti neminē) .i.ita, vt neminē a iū sic amplectantur.[Adud quem].s.Cęs. [Quidqd ualebo) quidquid potero [Tibi] Pro te,in fauorem tuum.[Cum fortitudine.) Constantia,& fortitudine.[Spe optima) Quæ solet maxime sustinere homines.[Sustentes) Tuearis,te fortem præstes.

VEREOR &c.]Purgat se primo loco, ꝙ ad A. Cęcinam diu nō scripserat,ꝙ sperabat ob reditum Cęc. ei gratulatoriorias potius,q̃ consolatorias propediē scripturū. Deinde promisso ex augurali scientia cito reditu,cur reconciliatio eius tm̄ dilata sit,docet.uidelicet ꝙ Cæs.nollet una cum Cæcina reliqs Pōp. à quib. magis offensus erat,tā cito ignoscere,qđ tñ fieri decuisset,vtpote in pari ferè causa. Tum consolatur Cæcinam à conscientia rectorū consiliorum,pollicetur q demū Cæcinæ,& eius filio oēm, quam possit operam. Ordo est: Vereor ne, idem esset si dicerent, desideres offm̄ meum, hoc est ne dicas me nō functum esse offō meo in te,& aut confirmando, aut iuuando.desideramus.n. quæ non adsunt, quod s offm̄,non debet deesse tibi,pro cōiunctione nostra.i.pp coniunctionem nostram,& studiorū s literariorum, præsertim auguralis sciētiæ,& partium.s. bellicarū,quia uterq; Pōp. secutus fuerat. sed tñ uereor ne requiras.i. exigas. à me officiū lr̄arū.i.epistolarū ad te missarū,quas.s. literas, ego misissē

ASG

tibi

tibi pridiem, ēt Esedi. Sic quæ uidi exēplaria hñt omnia, sed cōmentarij nihil exponunt, ut aut loci nomen, cuius tñ Strabo, & pleriq; alij non meminerunt, neque si maxime locus esset rectè dici uideretur, nā si quò mittātur literæ significaret, diceret Esedum, si unde, Esedo nisi sit Esio legendum, quod oppidum Italiæ est, unde sunt, qui Essedis.i.uehiculis legēdum putent aut è sede, sicut è uestigio.i. statim, ut sedens scripserim literas, locus certe obscurus est, si certius qd inuenero, in tabula dicam in uocabulo Esedum, nisi ego expectans quotidie melius.s. quidam de te maluissem complecti lrīs.i.scribere gratulationem.s.de reditu tibi concesso, q̄ cōfirmationem.i.corroborationem animi tui cōtra dolorem de exilio cōtractum, nunc, ut spero, gratulabimur.s.tibi breui.i.inter paucos dies. Itaq;.i.& ita, argm̄.i.materia, epistolę.s.gratulatoriæ differretur in aliud tps. Aut.i.sed, ego puto animū tuū, quem, & audio, & spero esse minime.i.nequaq̄, imbecillem.i.fragilē, aut infirmum confirmādū esse his literis, ēt atque ēt auctoritate hoīs, etsi.i.q̄q̄, non sapientissimi, at.i.tñ aut certe, amicissimi, q d.auctoritate mea, sed modestius de se tāq̄ de alio loqtur. Nec qdem.s. puto animum tuum cōfirmādū, ijs.s. eiusmodi uerbis, quibus consoler te, ut afflictū, & orbatum iā omni spe salutis, talis.i.nō erat, sed ut eum, de cuius incolumitate.i. salute non dubitem.i.nō debeam dubitare, plus quàm memini te dubitare.i.cum dubitares de mea. Valla diceret dubitasse. Nā cū ij expulissent me ex rep.i.administratione eius q putarat.i. putauerat illam.s. rempub. non posse cadere, me stante.i. tantisper dum ego starem in ea, memini me, audire, iterum non præsenti, ponit memini iuxta regulam Agretianam, ex multis hospitibus qui uenerant ad me ex Asia, in qua tu eras, te confirmare.i.quòd tu confirmares, & assereres firmiter, de reditu meo, scilicet in urbem ab exilio glorioso & celeri. Si ratio quædā disciplinæ uetustæ.i.diu obseruatæ, uidelicet augurali apud Etruscos repertæ. Vnde Lucā. Hæc propter placuit Tuscos de more uetusto Acciri uates. Et Ouid. Augur erat nomen longis intercidit annis, Nuper ab Etrusca uenerat exul homo, &c. Quā acceperas à patre, sup. tuo uiro nobilissimo, atq; optimo, nō fefellit, cū diceres me cito reditmrū, nec qdem nostra diuinatio fallet nos.s.de reditu tuo, quam.s.diminutionem, hoc est diuinandi peritiam, nos consecuti sumus.i. obtinuimus tum.i. partim monimentis, atque pio, &, præceptis uirorum sapiētissimorū, & plurimo studio doctrinæ.s.auguralis. ut tu scis, tum.i. partim magna uarietate temporum nostrorum, in qua multa experiri licuit. Cui quidem diuinationi nos confidimus plus hoc.i. propter hoc ꝙ ea, nihil fefellit omnino nos unquam in his rebus tam obscuris, tamque.i. & tam perturbatis. Dicerem.i.recitarem tibi quæ dixissem antea futura, ni.i.nisi uererer, ne uiderer fingere, sup. ea ex euētis.i. ijs, quæ euenerunt. Sed tamen plurimi sunt testes, me &.i.simul cōmonuisse initio.i.ab initio belli, Pompeium ne cōiungeret se.s. per affinitatem cum Cæs. & postea ne seiungeret.i.separaret se à Cęs. quia sup. uidebam opes senatus frangi coniunctione.s. duorum principum uirorum, & bellum ciuile excitari disiunctione .i.dissensione eorū. Atqui.i.sed, quomodo ego utebar Cæs. familiarissime, & faciebam Pomp. plurimi. Sed meum consiliū erat tum.i.simul, fidele Pompeio, tum.i. simul salutare utrique.s. tā Pōp. quàm Cæs. ego.i. prætereo, quæ prouiderim.i. prænouerim, prætereà.i. præter iam dicta. Enim.i. quia, ego nolo hunc.s. Cæs. meritum optime de me, existimare me suasisse Pōp. ea, quibus si ille.s. Pomp. paruisset.i. obediuisset, hic.i. Cæs. esset quidē clarus in toga.i.in senatu pacifico, sed non haberet tantas opes, quātas nunc habet. Ego censui, dicit, quæ negauit se dicturum Pōp. eūdem, sup. fuisse in Hispaniā, quod si fecisset.i.si iuisset in Hispaniam, bellum ciuile nullum fuisset. Ego non tam.i. tātopere, pugnaui.i. quasi pugnando asserui, ut liceret haberi rationem.i. respectum beneuolū in consulatu conferendo, absentis.s. Cęsaris, quia Cęs. absens petijt sibi consulatum deferri, quod illi lege negatum est, quàm sup. pugnaui, ut haberetur.s. ratio absenti postquam licuit, quando ipse populus iusserat, ipso cōsule.s. Paulo Aemylio pugnante.i. acriter decertante pro eo, qa Cæsar eum pecunia in sententiam suam traxerat. Causa belli orta est eo, ꝙ cōsulatus, & prorogatio imperij Cæs. negata. Quid aut monitorum, aut querelarum ego prætermisi? q.d. nihil, cum anteferrem bello iustissimo, pacē, uel.i. etiam iniquissimam? Auctoritas mea est uicta.i. oppressa non tam à Pomp. nè is mouebatur.s. auctoritate mea, quam ab ijs, qui freti duce Pomp. ut Cato, Marcellus, Seruius, &c putabāt uictoriam belli fore peropportunam.i. ualde accommodatā, &.i. simul rebus domesticis suis, &.i. simul, cupiditatibus suis. Bellum est susceptum.s. contra Cæs. me quiescēte, bellum, sup. est depulsum ex Italia, quia in Epirum, & deinde in Pharsaliam translatum, me manente.s. in Italia, quoad.i. quandiu potui, sed pudor meus ualuit apud me plus, quā timor, hoc est plus feci propter pudorē, qui, ne deessem Pomp. me traxit ad bellum, quàm timor, quem de infelici exitu cōceperā, retraxit, nam sup. ueritus sum deesse saluti. Pompeij, cum ille.s. Pomp. non defuisset aliquādo meæ.s. saluti, quia, eo rogante, reductus sum. Itaque ego uictus, alij legūt inuitus, uel officio.s. Pompeio debito, uel fama bonorum.s. uirorum, qui Pomp. sequebātur, uel pudore, ergo ut Amphiraus, aut Amphiareus, sup. profectus est, ad bellū Thebanum, cū Argiuis, ut in fabulis.s. sicut habetur in fabulis, ꝙ coactus est ire ad id bellum, unde præuiderat se nō rediturum. Cum enim Amphiaraus Oeclei filius esset diuinandi peritissimus, & uidisset, si ad id bellū, quod Argiui Thebanis inferebant, iret, se non rediturum, occurrit se, sola uxore Eriphyle nomine conscia, quæ corrupta à Polynice monili aureo Argiæ uxoris eius indicauit maritum, atque ita compulsus ad bellum profectus est, in quo præuiderat se periturum, perijtque, nam ut Ouid. tangit, & ad longum in Thebaide Statius narrat, hiatu terræ ibi absorptus est, profectus sum sic prudens & sciēs ad pestem .i. perniciem, ante oculos.s. mētales positā, in quo bello nihil aduersi accidit, me non prædicente.i. quod non fuerit à me prædictum. Quare quando.i. quando quidem, aut quomodo.i. qm̄, ut Augures, & Astrologi solent, ego quoq;.i. ēt augur publicus, qa in augurū collegio sacerdos constitui apud te ex prædictis meis superioribus que.s. uera comperta sunt: auctoritatem augurij.s. scientiæ auguralis, & diuinationis meæ. prædicto.i. prophetia nostra debet habere fidem.i. credulitatem passiue. igitur ego nō auguror tibi ex uolatu alitis.i. auis, nec ex cātu sinistro.i. a sinistra parte, aut aduerso oscinis.i. ore canentis auis. Vt est in disciplina nostra.s. augurali, nec ex tripudijs solistimis.i. solo tenus, aut super solum factis, Aut ex somnijs, sed habeo alia signa, quæ obseruem. Quæ.s. signa, etsi.i. quanquam, non sunt certiora illis .s. auguralib. quod dicit, quia illi scientiæ iuratus erat, habent tamen minus, uel obscuritatis, uel erroris. hoc quoque astrologi ꝑtendere solent, scientiam, uidelicet, esse certissimam, sed multos per errorem propter obscuritatem labi, & cum uix quisquam sit, qui non erret, Deum excusant, qui astris imperet. Autem.i. sed, signa notātur mihi ad diuinandum quadam uia duplici, quarum .s. uiarum, ego duco alteram à Cęs. ipso.s. capite rei, alteram à natura, & ratione temporum ciuilium. Hæc.s. signa reconciliationis tuæ sunt in Cæs. natura mitis, & clemens, qualis exprimitur præclare illo lib. querelarū tuarum. accedit.i. additur, ꝙ Cæs. delectatur mirifice, ingenijs excellentib. quale est tuum. Prætereà Cæs. cedit uoluntatibus multorum iustis, incensis offō, nō inanibus, aut ambitiosis. In quo.s. proposito Etruria.s. prima tua consentiens.s. reductioni tuæ, mouebit, sup. eum uehementer. Igitur sup. dices, cur hæc.s. signa, quæ in Cæs. sunt profecerūt adhuc parum.s. ad te restituendum? Responsio. Quia Cæs. putat se non posse sustinere causas multorum, si cōcesserit tibi, cui uidetur posse irasci iustius.s. quàm illis, cum tamen minus irascatur. Igitur, inquies, quæ spes est ab irato.s. Cæsare? Responsio: Cęs. intelligit se hausturum laudes suas eodem fonte.s. ingenij tui, è quo sit aspersus.i. sparsim notatus, leuiter.i. modice. Postremo hō.s. Cęs. est acutus ualde, & prouidēs multū: intelligit, sup. se nō posse ꝓhibere diutius à rep. te hominem facile nobilissimum omnium in parte Italiæ contemnenda minime, uidelicet in Etruria, & intelligit in rep. cōi.s. Romanis, & Etruscis municipibus, hoc est Romana. Alij legunt in communi rep. te parem cuius.i. cuilibet, summorum.s. uirorū ętatis tuę, uel ingenio, uel grā, uel fama populi R. & nolet hoc.s. restitutum esse reip. esse aliquando.i. tandem, potius beneficium temporis, quia prohibere diutius, nō posse, q̄ suum, si, cum posset prohibere, noluerit. Dixi de Cæs. dicam nunc de natura tēporum, & rerum. duas.n. has diuinandi uias ꝑscripsit. Nemo est tam inimicus ei causæ, quam Pompeius susceperat.s. tutandam, sup. animatus me lius, quam paratus.i. instructus, qui audeat dicere nos.s. Pompeianos ciues malos, aut homines improbos, in quo.s. uerecundię genere, ego soleo admirari grauitatem, & iustitiam, & sapientiam Cęs. qui sup. nunq̄ appellat.i. nominat Pomp. nisi honorificentissime. At.i. sed dices sup. ꝙ Cęs. fecit in.i. aduersus personam eius.s. Pompeij, multa asperius.i. ualde, aut nimis aspere. Responsio. Ista.s. quę duriora sunt, sunt facta armorum, & uictoriæ, non Cęs. At.i. sed, contrario, quē admodum est complexus nos.s. Pompeianos, q d. humanissime, quia legauit.i. legatum constituit sibi Cassium, pręfecit Galliæ Brutum, à quibus duobus potissimū postea occisus est, pręfecit, sup. Græciæ, Sulp.s. Seruium, restituit Marcellum, cui maxime succensebat.i. irascebatur, cum summa dignitate illius.s. Marcelli, qui tamen patriā uidere nō potuit, à familiari suo Athenis interfectus. Igitur quo.i. ad quid, spectāt hæc? Natura rerū & tēporū ciuiliū.s. bellorū, quæ tādem se dari debent, non patietur, nec rō manēs.s. in pectoribus hominū, nec muta.i. quæ non est scripta,

pta,sed in oĩno locata, feret.i. patetur, primũ.i.id primum non patietur, nec feret, ut non sit eadem,& conditio,& fortuna oĩum in causa pari, deinde, ut uiri boni,& nulla ignominia notati, non reuertantur in eam ciuitatem, in quam reuerterunt. Ergo vtrũq; dr̃,& reuertor,& reuerto, sed reuertit quis, quasi se, hoc est sponte sua,& reuertitur quodammodo ab alio, sed ut ex hoc loco patet. confunduntur,tot.s.ciues condemnati,sup.crimine sceleruni nefariorum,hoc est in ciuitatẽ Rom. Tu habes.i.intelligis augurium meum,quo.s.augurio,non vterer potius si addubitarẽ qd.i. aliquid,quàm illa consolatione, qua sustentarem,ne labatur animo,facile uirum fortem. Consolatio autem est,te non esse nimis laudandum.si sumpsisset arma,uictoria parta pro rep.tu.n. putabas tunc.s.cum arma sumeres,ita.s.pro rep.arma te sumere, & à rep.victoriam statutũ.Sin.i.sed si putasse posses accidere, vt vinceremur,ꝑpter incertos exitus,& euentus bellorum,te nõ debere fuisse paratum bene.i.decenter,aut multum, ad fortunam secundam.i.prosperam,& sup.nullo.i.non vllo,non posse ferre vllo modo aduersam.s.fortunam. Etiam si quid addubitarẽ de augurio meo,disputarem.i.disputando adducerem contra te,quanto solatio conscientia.s.recta facti tui, sup.deberet esse tibi. Ve, pro uel, quantæ delectationi, literæ,idest sciẽtiæ,& doctrinæ tuę deberent esse tibi in rebus aduersis,quia maximę. Turpe.n.est homini docto id non posse facere, quod faciẽdum,ex philosophię præceptis didicerit,ac alij faciendum esse subinde præceperit,ꝑsertim in moralibus, quæ non discimus, vt sciamus sed ut boni efficiamur. Commemoratem, sup. etiam grauissimos casus non solum veterum scilicet ducum, sed etiam horum recentium vel ducum,vel comitum tuorum etiã nominarem multos claros viros externos,vt Lacedæmonios,Thebanos, Athenienses. Enim .i.quia recordatio,quasi communis legis,& cõditionis humanæ leuat.i. minuit,aut mitigat dolorem. etiam exponerem tibi quẽadmodum viueremus hic.s.Romæ,& in quanta turba,& in quãta confusione rerũ omnium.Enim.i.quia necesse est carere, sup. cum minore desiderio rep.perdita, q̃ bona.i.salua, & locuplete, sed nihil opus est, sup.tibi hoc genere.s.consolationis. nos videbimus (vt spero) vel potius (vt prospicio) te cito.i propediẽ incolumen. Interea ego iã pridem.i.iam à plusculis diebus,& pollicitus sum,& detuli.i.exhibui tibi absenti, & huic imagini animi tui,& corporis tui.s.filio tuo constantissimo.s. in paterna pietate,aut uirtute,& optimo,qui adest.i.præsens est nobis, studiũ, officium,operam,laborem meum. Nũc sup.deferam,uel est,hoc amplius, quòd Cæsar amplectit̃ me amicissime quotidie magis quidem.i.certe,familiares eius.s.Cæsaris sup. amplectuntur me, fuerit neminem.i.ita,vt neminem tantopere,apud quem.s.Cæsarem,quidquid valebo,uel auctoritate,vel gratia,ego ualebo tibi .i.ad utilitatem tuam. Tu cura,vt sustentes te,cum.s.ita sit, quòd sustentes te fortitudine animi tui,tum.i.tũc,magis decet, quòd sustentes te spe optima.s.de reditu habenda.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Scripserat in Cæsarem librũ Cæcina.meminit enim Suetonius in Cæsare Iulio libri à Cæcina edidi.ob hoc infensior illi multo Cæsar erat.Cũ autem reditum cuperet sæpe obliteratum eum esse desiderauit. Sed q̃n emissus reuocari non poterat è Cic limam illius,quæ cum nihil prodesse posse uidebatur,paucis uerbis rationem editionis, & defensionem præscribit. Postremo petit,ut officium Ciceronis illis non desit.

A. CAECINA M. CICERONI. S. 7.

QVod tibi non tam celeriter liber est redditus, ignosce timori nostro, & miserere temporis. Filius, ut audio, pertimuit,(neque iniuria) si liber exisset: quando non tam interest,quo animo scribatur,quàm quo accipiatur,ne ea res inepte mihi noceret;cum præsertim adhuc styli pœnas dem.qua quidem in re singulari sum fato. nam cum mendum scripturæ litura tollatur, stultitia fama multetur: meus error exilio corrigitur,cuius summa criminis est,quòd armatus aduersario male dixi,nemo † nostrum est,ut opinor,quin uota uictoriæ suæ fecerit:nemo,quin, etiam, cum de alia re immolaret, tamen eo quidem ipse tempore, ut quam primum Cæsar superaretur optarit. hoc si non cogitat, omnibus rebus felix est. si scit, & persuasus est,quid irascitur ei,q̃ui aliquid scripsit contra suam uoluntatem,cum ignorit omnibus, qui multa deos uenerati sint contra eius salutem? sed,ut eodem reuertar,causa hæc fuit timoris; scripsi de te, parce medius fidius,& timide,non reuocans me ipse,sed pene refugiens. genus autem hoc

† alias, nostrorum

scripturæ non modo liberum,sed incitatum,atque clarum esse debere, quis ignorat? solutum existimatur esse,alteri maledicere;tamen cauendum est, ne in petulantiam incidat. impenitum,seipsum laudare,ne uitium arrogantiæ subsequatur, solum uero liberum,alterum laudare.de quo quidquid detrahas,necesse est,aut infirmitati,aut inuidiæ assignetur. ac nescio,an tibi grauius,opportuniusq; acciderit. nam quid † præstare non poteram,primum erat non attingere:secundum beneficium:quam parcissime facere,sed tamen ego me quidem sustinui:multa minui,multa sustuli:complura ne posui quidẽ.

† alias, late

QVEMADMODVM igitur, scalarũ gradus si alios tollas,alios incidas, non nullos male herentes relinquas ruinæ periculum struas, non ascensum pares; sic tot malis tum uictum,tum fractum studium scribendi,quid dignum auribus, aut probabile potest afferre? cum uero ad ipsius Cæsaris nomen ueni,toto corpore contremisco,non pœnæ metu, sed ipsius indicij, totum enim Cæsarem non noui.quem patas animum esse,ubi secum loquetur?hoc probabit hoc uerbum suspiciosum est.quid,si muto?at uereor ne peius sit.age uero,laudo aliquẽ, num offendo? cum porro offendam, quid si non uult? armati stylum persequitur, uicti,& nondũ restituti quid faciet? Auges etiam tu mihi timorem, qui in Oratore tuo caues tibi per Brutum,& ad excusationem socium quæris.ubi hoc omnium patronus facis, quid me ueterem tuum nunc omnium clientem, sentire oportet? In hac igitur calumnia timoris, & cæcæ suspicionis tormento, cum plurima ad alieni sensus coniecturam,non ad suum iudicium,scribantur,quàm difficile sit euadere,si minus expertus es,quod te ad omnia summum,atque excellens armauit ingenium,nos sentimus. sed tamen ego filio dixeram,librum tibi legeret,et auferret,aut ea conditione daret,si reciperes te correcturum hoc est si totum alium faceres. De Asiatico itinere,quanquam summa necessitas premebat, ut imperasti,feci. Te pro me quid horter? uides tempus uenisse,quo necesse sit de nobis constitui. nihil est mi Cicero, quod filium meum expectes.adolescens est:omnia excogitare uel studio,uel ætate,uel metu non potest. totum negocium tu sustineas oportet.in te mihi omnis spes est. tu pro tua prudentia, quibus rebus gaudeat,quibus capiatur Cæsar,tenes. à te omnia proficiscantur,& per te ad exitum perducantur, necesse est. apud ipsum multum, apud eius omnes plurimum potes. unum si tibi persuaseris,non hoc esse tui muneris, si quid rogatus fueris,ut facias,(quamquam id magnum, & amplum est) sed totum tuum esse onus,perficies. nisi forte aut in miseria nimis stulte, aut in amicitia nimis impudenter tibi onus impono. sed utriq; rei excusationem tuæ uitæ consuetudo dat. nam quòd ita consueuisti pro amicis laborare,non iam sic sperant abs te, sed etiam sic imperãt tibi familiares. Quod ad librum attinet,quem tibi filius dabit;peto à te,ne exeat,aut ita corrigas,ne mihi noceas. Vale.

QVOD tibi] Eiectus fuerat in exiliũ Cæc.ut supra diximus, quia non solum secutus fuerat partes Pompeianas, sed et quia scripserat contra Cęs. petieuerat aũt Cic.sæpe eum librũ à Cæc. Itaq; Cęc.se excusat, q tardius hic liber redditus sit Cic.quia eius filius,ad quem miserat, non ausus fuerat eũ edere, ne fortasse noceret patri,si in alicuios ex inimicis suis manus ꝑuenisset. Postea uero ostendit, quàm difficile genus scribendi aggressus sit,& præcipue, cum nõ ausus sit laudare, quod debuerat, neque etiam reprehendere, quæ reprehendenda fuerant. Postremo orat Cic.ut eius defensionem suscipiat, neque respiciat filiũ suũ, q̃m est adolescens,& imperitus rerum, neque expectet, dum rogetur,sed sponte faciat quidquid putabit interesse ipsius Cęc. [Tã celeriter) Tam cito, vt uolebas.[Miserere tp̃is] Indulge cõditioni temporis.[Filius) Meus, ad quem miseram librum. [Pertimuit]Sensus,& ordo est, filius meus timuit ne ea res noceret mihi inepte, si liber exisset ex manibus suis.[Inepte] Stulte.[Ea res] .s.dare librum.[Quando)Q̃m.[Non tam interest) Non tam refert.[Quo aĩo) Multa.n.bono animo simpliciter scribuntur, quæ interdum HVB.

interdum in malam partem accipiuntur.[De pœnas] Patiar pœnas.[Styli) Scripturæ. [In qua re] s. q; dem pœnas styli. [Sum fato singulari) Sum infortuno præcipuo, & quod nulli alij euenit nisi mihi. [Mendum) Vitium, dicitur enim, & hoc mendum, &

Mendā Mendū

hęc menda fœminini generis.[Tollatur litura) Nam quoties ali qua scriptua habet mendam, solet tolli menda liniendo, & fœdãdo ipsam scripturam.[Stultitia) Subaudi, cum stultitia. [Mulctetur fama) idest patiatur pęnas fama, quia de stulto omnes libere loquuntur. [Fama).i. infamia maledicendo in ea. [Meus error) Quem admisi scribendo male de Cæs.[Corrigitur) Mulctatur.[Exilio) Quia eiectus sum è patria. [Cuius) Erroris [Summa est).i. uniuersa causa, & omnium rationum collectio[Armatus) Cum pugnarē aduersus eū. [Aduersario) Cæs. Maledixi) Scribendo. [Nemo) Probat se fuisse omniū infelicissimū, quia punitus sit ob minorem culpam, q̃ alij, dicit.n. omnes fecisse uota dijs, ut Cæs. uinceretur, & tamē de hmõi uotis neminem esse mulctatū, se aūt mulctatū sola scriptura.[Nostrorū) Ciuium Rom.[Quin) Qui non.[Victoriæ suæ) Vt essent uictores.[Cum) Quando.[Immolaret.) Sacrificaret dijs. De alia re) pp aliam rem.[Quin optaret).i. qui non optaret, & à deo peteret, ut optandū est, ut sit mēs sana in corpore sano.[Hoc) Quòd multi fecerint uota cōtra eū. [Felix in omnibus rebus.) Quia felix est, qui nulla re angitur.[Si scit) Si intelligit.[Et est persuasus]Et firmiter credit.[Quid) Cur. [Ignorit.) Pepercerit. [Venerari deos).i. cum ueneratione precari deos. [Contra salutem?) Quod plus est quàm scripsisse contra uoluntatē.[Eodem) Ad id, quod primo inceperā.[Parce) Modice, minus quàm debueram.[Non reuocans me) Non trahens me uolūtate mea à tua laudatione. [Sed penè) Ferè Refugiēs) Timore quodam recedens: ut, Quanquam animus meminisse horret, luctuque refugit. Et item Virg. Trepidusq; repente refugit. Attollentem iras.[Hoc genus scripturæ) Vituperandi aliquem. [Liberum) Sine respectu, & timore[Incitatum) Quasi etiā stimulatum.[Elatum) Amplum. [Solutum) Ostendit uituperandi genus non esse liberum, licet quibusdam uideatur esse, discurrit autē p tria genera scribēdi, primum contra alios, deinde de seipso, postremo de aliorum laudibus, quorum nullum liberū esse ostēdit, nisi alios laudare, quod tñ etiam ondit esse difficile. quia siue minus, siue plus dicas, non deest causa reprehēsionis, ut patet in textu.[Solutū) in libertate.[In petulantiam) In dicacitatem, ne forta ssenimiū maledicas.[Impeditum).i. inuolutum.[Assequatur) Compare.[Arrogantiæ) Quia de ipso prædicare arrogantiæ est. & ut inqt Seuerinus, Laus in proprio ore sordescit. [De quo).s. de aliena laudatione.[Detrahas) Minus dicas.[Infirmitati) Imbecillitati ingenij, quod non potuerit assequi tantas laudes.[Vel inuidiæ) Quod propter inuidiā nolueris dicere. [Assignetur) Attribuatur.[Gratius).s. id quod scripsi. [Non attingere) Qd nō poteram facere præclare.i. nullam omnino facere mentionē de eo, quod non possem præclare exequi, sicut Sal. Nam de Cartagine melius silere puto, quam parum dicere.[Secundum beneficium) secundum munus, quod tibi in hac facere poteram. Quam parcissime).i. doctissime, & elegātissime. [Facere).s. scribere de te. [Sustinui) Repressi, continui.[Quemadmodum) Ex similitudine quadā ostēdit Cæcina in pfectionē suorū scriptorū. dicit.n. q; sicut scalæ, quibus alij gradus male sunt fixi, alij desunt, alij incisi sunt potius ruinā, q̃ ascensum parant, & nihil tutum hñt, sic scripta sua, quib pp timorem multa sunt imminuta, multa sublata, multa ve posita, q; nihil hñt dignū auditu, & qd satis pbari possit.[Male hærētes) Male fixos. [Struas) efficias, & est secūda psona pro tertia, & struas, p strues, eleganter positū tps pro tpe. [Non pares) Non parabis. [Ascensum) Cuius causa maxime efficiūtur scalæ.[Sic Adaptatio similitudinis.[Victum) Fatigatum. [Et fractum) Penitus debilitatū. [Quid).q.d. nihil. Dignum aurib. [Dignum auditu.[Probabile) qd probari, & placere possit.[Veni) Ad nomen Cæs.i. cum fuit mihi nominandus Cæs. [Cōtremisco) pp timorem.[Non illius) Dicit se non tremere pp timorem pœnæ, quam expectat à Cæsare, sed pp timorem eius iudicij, de quo uoluntate, & proposito scriptorum ne fortasse aliam partem accipiat, quàm scripserit Cæcina, & iudicet aliter, q̃ ipse senserit.[Pęnæ) Punitiones.[Totum Cæs.).i. totum animum Cæs.[Loquetur secū) Dicit intra se ea, quę de eo scripsi.[Hoc probabit) Dicet esse bene scriptū esse.[Suspiciosum est) quia potest trahi ad uituperium suum.[Quid si) Ratiocinatur secū Cęcina, & dicit, se nō posse non timere iudicium Cæs. quia si ēt mutet id, quod est suspiciosū, uerer ne peius sit. [Age, laudo).s. Cæs. uel laudo aliquē .i. scribo de laudibus alicuius[Non offendo).s. Cum laudo aliquem.[Cum offendam).i. quis offendā.[Quid si.) Ratio est, quare offendatur, cū tñ non offendat, quia fortasse non vult Cæs. Cęcinam aliquem laudare. [Armati).i. mei, qui adhuc gero bellū cum eo.[Victi).s. mei.i. quid faciet, cum ero uictus.[Auges timorem] Facis me magis timere.[In Oratione] In li. quē de Oratione scripsisti.[Caues) prouides tibi.[Per Brutum) quē facis loqui de Cæs. times ne tu uidearis de eo locutus esse.[Socium] Nam quod multis peccatur, multum est, quęris ergo sociū Brutum, ne videaris solum eū offendisse.[Vbi] Sēsus est, si tu patronus, & defensor omnium times loqui de Cæs. quid oportet me facere, qui nullus sum patronus, sed verus cliens tuus, & à te sępe defensus?[Sētire] Existimare, iudicare, q.d. oportet me multo magis timere.[Calunia) Vexatione, calumniari.n. interdum significat per fraudē, & rationem subdolosam vincendi causa litibus alium uexare.[Tormento) Cruciatu.[Cæcæ) Occultæ.[Ad coniecturā) Ad existimationē.[Alieni sensus] alienæ interpretationis, & intellectus.[Euadere] Effugere ne quenquam offendam, & periculum incurrem. [Minus) Nō.[Sentimus) Cognoscimus cum damno nostro.[Auferret) A te postquam legisses, reciperes, & promitteres, & susciperes onus corrigēdi.[Hoc est) Declarat quā correctionē vellet fieri libro suo à Cic. ut totus fieret nouus.[De itinere Asiatico) Habebat Cæcina quædam negocia in Asia, ut in seq. epist. videbimus, ad quæ perficienda cupiebat proficisci. quo quidem itinere dicit se supersedisse, quia Cic. ita iusserat.[Feci, vt imperasti].i. supersedi eo itinere, sicut tu uoluisti.[Quid horter?[q.d. nihil, quia scio non esse opus.[Tempus).i. ita infelix.[Cōstitui] Cępi consilium, & deliberationē aliq̃.[Nec expectes) Filium meum.i. ne respicias filium, & speres, ut ipse pro me agat.[Omnia] Dicit filiū suum uarijs rebus impediri, quo minus possit oīa cogitare, q̃ debet pro patre.[Ætate) Quia puer est, & imperitus rerum.[Studio literarum) quo est occupatus.[Tenes] Intelligis.[Capiatur) Delectetur, & maxime inuescetur. Horat. in Serm. Te coniux aliena capit meretricula Dauū.[Proficiscantur] Exeāt, & initiū capiāt. [Per te] opera tua. ēt autem sensus, oportet, ut omnia incipias, & finias.[Tui muneris] Tui officij.[Vt facias, rogatus] Vt facias pręcibus vel meis, uel filij mei. nam ut ipse Cic. in Læl. certandū est beneficijs, nec expectādum rogemur,[Magnum).s. q; rogatus facias. de differentia magni & ampli diximus, lib. 1. epi. 3. ad P. Lēt. [Sed totum tuum) onus, subaudi persuaseris, autē ordo, pficies .s. omnia de me, si pesuaseris tibi non esse tuum munus, ut facias si fueris rogatus, id q̃q̃ &c. sed psuaseris tibi totum onus esse tuū, &c.[Nisi forte] Modestissimus est excusationis modus.[Stulte] Insipienter.[In miseria) Quæ facit hoīem minus consideratū[Aut impudenter in amicitia].i. nimis audacter fretus amicitia nostra. [Vtriq; rei).i. stultitię in miseria, & impudētiæ in amicitia.[Cōsuetudo tuæ uitę.i. uita tua, quæ consueuit esse humanissima.[Laborare p amicis[Suscipere negocia, & cās, amicorum causa.[Nō iam sic sperant).i. non habent spem amici tui, ut eos defensas, sed qd plus est imperāt tibi.[Ne exeat) Ille liber à manib. tuis.[Aut) Subaudi si uis, q; exeat.[Ita corrigas] Ita amoueas omnia errata. [Ne noceat mihi) Etiam si venerit in manus inimicorum.

QVOD tibi &c.] Excusat q; libros à Cic. expetitos ei nondum exhibuerat, eo quòd filius eos edere non ausus fuerat. ostenditq; quàm difficile genus scribēdi aggressus sit, ac demum Cic. patrocinium implorat. Ordo est: Ignosce timori nostro, quòd liber.s. de historijs belli ciuilis, nō est redditus tibi tam cito.s. ut volueras, & miserere tpis.s. calamitosi, & suspecti. Vt audio, filius pertimuit .i. multum timuit, si liber exisset.s. in manum Cæs. neque iniuria qsi quidem non interest.i. refert, tam.i. tantopere, quo animo scribatur.i. descriptio rerum fiat, quam.i. quantopere interest, quo.s. animo accipiatur.s. ab ijs, de quibus scriptū est, pertimuit, inquā, ne ea res.i. editio libri noceret mihi inepte, quia potuissem cauere pręsertim, cum adhuc pœnas styli.i. patiar adhuc incōmoda, & addam male, ob styli immaturitatem, in qua quidem re, ego sum fato, idest infortunio singulari, nam cum mendum.i. vitium aut erratum scripturæ tollatur litura.i. deletione eius, quod male scriptum est, & cum stultitia.s. scribentis, mulctetur.i. puniatur fama.i. per infamiam, error meus, quo dicor nō bene scripsisse, corrigitur exilio, cuius criminis summa.i. principalis ratio est, qd armatus.i. cū essem armatus p rep. contra Cæs. maledixi aduersario.s. Cæsari, quē iure belli tunc interficere licuisset, si potuisset, nedū uerbis lacessere. Nemo nostrorum.i. de nris, dr ēt nemo nostrum.i. de nobis, est, ut opinor, quin fecerit vota victorię suę, qn etiā cū imolaret de alia re.i. ob aliam rē, tñ optaret quidē.i. certe, eo ipso tpe, vt Cæs. superaretur quam primū. Si sup. Cæs. non cogitat hoc.i. oēs cōtra se uota fecisse, ipse est felix in oīb. rebus, qa in bello vbi superauit, & post bellum ubi nulla cura ang. tur, si scit sup. omnes contra se uota fecisse, & psuasus est.i. firmiter credit, quid.i. ad qd irascit ei, q scripsit aliquid cōtra volūtatē suā? cū ignorit.i. veniā dederit oīb qui uenerati sunt.i. venerãdo pcati deos, multa contra salutem eius. Sed ut reuertar eodem.s. quo cęperam, hoc est, ad purgandum, q; nō celerius est tibi liber redditus, hæc cā fuit timoris. Scripsi mediusfidius.i. ita me Iouis

A S C.



filius,iuuet Hercules,aut Deus fidei ita me iudicet,ut uerũ dicã scripsi de te.i.de gestis tuis parce.i.modice & timide,quia nõ audebat Cæsa.taxare,ipse non reuocans.i.excitans me ad pristinos aĩos,sed penè refugiens. Aũt.i.sed,qui ignorat hoc genus scripturæ,quo publice gesta scribuntur,debere esse non modo.i.nõ solũ liberum.s.ab omni formidine,& pauore,sed supp.ẽt incitatum.i.stimulatũ,& uehemens,atque latum.i.diffusum?q.d.nemo.Male dicere,alteri putatur esse solutum.i.liberorũ legib. tñ cauẽdũ est ne incidas in petulantiam.Laudare se ipsum putatur esse impeditũ,ne uitiũ arrogantiæ subsequat᷑,verum.i.sed solũ laudare,alterũ putat᷑ liberum,de quo.s.genere laudãdi quidquid detrahas,necesse est sup.ut assignetur,aut infirmitati,aut inuidiæ. At nescio an acciderit tibi ò Cic.gratius.i.vtilius & opportunius.s. ꝙ parce,q̃ si prolixe te laudarim.Nam primum.i.prima lex aut primũ decorum erat,non attingere,quod nõ poteramus.s. perficere præclare,quales putat laudes Cic.secundum sup.erat facere beneficium quam peritissime.i.calidissime. hoc autem fit dissimulãter laudãdo,nam qui in laudem ꝓpensior est,minus ꝓficit,ꝙ deunctus putatur, sed tñ,ego quidem sustinui me.i. ꝑsonam historiographi iussi minui multa,& me quidem.i.nõ saltem posui.i.attigi cõplura.Quemadmodũ,&c.Probat se in ea ꝑturbatione nõ potuisse seruare decorũ scribendi,dicens:Igitur quẽadmodũ si gradus scalarum tollas.i.auferas,alios.i.quosdã,& incidas alios, relinquas non nullos male hærentes.i.infixos,tu struas periculum ruinæ,& non pares ascensum,sic studium scribendi tũ.i. partim victum,partim.i.fractum,tot malis.i.aduersis rebus, quid potest afferre dignum auribus, aut probabile? q.d.nimirum nihil. Vero.i.sed,cum ueni ad nomen ipsius Cæs.ego contremisco,plus ẽ, quàm si dicat: ego contremui?q d. adhuc timorem perseuerare. toto corpore,non metu pœnæ,inferendæ à Cæs.sed iudicio,aut metu iudicij ipsius,i.propter iudicium faciendum de seipso Cæsa.non enim noui totum Cæsa.i. animum eius,aut propter iudicium,quod de scriptis meis facturus sit Cæs.Nam quem animum putas esse sup.scriptori,vbi loquitur secum,dicens sup.Cæs.probabit hoc uerbum. hoc uerbum est suspiciosum.i.quod in malã partẽ interpretari possit,quod sup erit si ego muto hoc.s.uerbũ, at vereor ne sit peius.s.quod in illius locum infertur. Age vero, ẽ in deliberãdo adhortãtis,& disputãtis,cõtra remorsum cõsciẽ si ego laudo aliquẽ,nũ.i. nunqd offendo? q.d.nõ,alij textus hñt nõ.& in idẽ redit.Porrò.i.sed,cum.i.quãuis offendã.quod supp. fiet,si nõ vult.i non admittit genus scribendi. Ipse ꝑsequitur stylum armati.s.adhuc cõtra se,& ita publici hostis,qd faciet supp. de stylo victi,& nõdũ restituti,q d multo magis ꝑsequet᷑. Tu ẽt ò Cic.auges mihi timorẽ,qui caues.i.ꝓspicis tibi in Oratore tuo .i.in lib.de Ora.per Br.& q̃ris sociũ ad exusationẽ.s.scripti. Vbi tu p̃ronus.i.defensor hoĩum.s. reorũ, facis hoc.i.quæris socium ad excusationẽ,qd oportet me veterẽ clientẽ tuũ, nunc clientẽ oĩum,qa oĩum egenrẽ patrocinio sentire? Igitur cum plurima scribantur,in hac calũnia timoris,& in tormento suspicionis cæcę.i.occultæ,ad cõiecturã sensus alieni,nõ ad iudiciũ suum.i.ꝓpriũ, q̃.i.quãtum, difficile sit euadere.s.culpã,si es minus.i.nõ satis expertus,q.d.difficillimum,sed nos,sentimus ꝙ ingeniũ summũ & excellens,armauit.i.minuit te ad oĩa.s.q̃ uelis scribẽda, & obcũda.Sed tñ ego dixerã filio sup.ut legeret tibi librũ, & auferret.s.lectũ,aut daret.s.tibi, ea cõdõne si reciperes.i. ꝓmitteres te correctũ,hoc est,si faceres totũ alium, hoc ꝑ modstiã dicit. Ego feci de itinere Asiatico.qđ in Asiã mihi assignasti vt.i. quemadmodũ,impasti,q̃q̃.tametsi,summa necessitas.i.penuria rerũ præmebat me. Quid horter te sup.facere ꝓ me,tu vides tp̃s venisse, quo sit necesse cõstitui de nobis,aut reducendo, aut ꝑpetuo exilio dãnãdo.O Cice.nihil est,qđ.i. ꝑꝑ quod expectes filium meũ .i.officiũm filij mei.Ipse est adolescẽs,nõ oĩa põt excogitare,vel studio,aut qa,alijs rebus adhuc studet,aut, qa nondum satis studuit,uel ætate,qa ꝑ ętatem nõ licuit.Sensibus.n.maior est rerum experientia,uel metu.i.quia metuit Cęsarem,vt quem,pati iratũ scit,oportet sup.vt tu sustineas totum negocium.sup.meũ, aut đ me restituẽdo. Oĩs spes est mihi in te,cum tenes.i. intelligis pro tua prudẽtia.i.ꝑꝑ prudẽtiã tuã,quib.reb Cæsar gaudeat, & quib. capiatur.i.afficiat᷑, oblectet᷑ uehementer ita ut captus uideat᷑,necesse est,sup.vt oĩa.s.quæ pro me fiãt,proficiscant᷑.i. originem capiãt,& veniãt, & ꝑducãtur ad exitum.i.optatum finẽ ꝑ te, Tu potes multum apud ipsum.s.Cęsarẽ,& potes plurimum apud amicos eius,qđ Cic.ipse scripserat epist.superiore his uerbis; Nunc hoc amplius, ꝙ me amicissime quotidie magis Cęsar amplectit᷑, familiares quidem eius sicuti neminem. Si persuaseris tibi unum .s.hoc quod sequit᷑,hoc nõ muneris tui.i.nõ ꝑtinere ad munificẽtiã tuã,vt facias,si fueris rogatus,qd.i.aliqd,& supple aliter nõ, q̃q̃ id.i.facere,quod rogatus fueris est magnum & amplum, sed si ꝑsuaseris tibi,oẽ onus esse tuum,tu ꝑficies.s. uotum meum de reditu,nisi forte ego impono tibi onus, nimis stultum in miseria .i.eo,quòd sum miser,& miseris vicina est stultitia.i. nimia affectio felicioris status,aut nimis impudenter.i.inuerecũde ĩ amicitia.i.eo.ꝙ sum tibi cõiunctus vetere amicitia, licet aũt amicorũ deberẽt oĩa esse cõia,impudẽtis, tñ esset oĩa expostulare.Sed cõsuetudo tuæ uitæ, q facilis & bñficus in oẽs esse soles,dat utriq; rei.s.& stultitiæ,& impudentiæ excusationem.Nam ꝙ.i. quia tu consueuisti laborare pro amicis ita.i.tam attente,& accurate, vt omnia ꝓ ipsis audeas,vt putauit de Milone,& alijs multis,quos in causa difficillima defendit, & absolutos reddidit, familiares .s.tui non sperant, iam sic.s.te pro se facturo, quod tñ magnum esset,nam non speramus nisi de quibus spes sit, sed imperant ẽt tibi,sic.i.& stulte,& impudenter,& tñ feliciter, quia, quæ imperant,impetrant.Est ergo epistola imitatione digna,& ideo à Tyrone Cic.liberto cum Ciceronianis collecta, & perpetuitate donata.Nam non est dubiũ longe plures responsiuas,à Cic.scriptas fuisse,sed eas duntaxat cõseruatas,in q̃bus aut dicendi maior est venustas,aut ad eas,quæ cõseruatæ sunt,intelligendas,maior opportunitas.Quod attinet ad librum.s. historiarum bellorum ciuilium,quem filius dedit tibi,peto ne exeat à te,aut ut corrigas ita, ne noceat mihi.Prius autem dictum est.Sed tñ ego filio dixeram librum tibi legeret, & auferret,aut ea conditione daret,si reciperes te correcturum,hoc est si totum aliud faceres. Modestius ergo in sua persona de libro statuit in filio,nam non auferendum, sed si duntaxat corrigendum, vt non noceat,monet.

MVLTA deos venerati] Nihil est immutandum,ut alij crediderunt nam etiam alibi nomen pro aduerbio positum est, vt cũ dicitur,multa peccas, & multa eges. Cice.de nat. deorum 3.& ꝓ Muræna, Topicorum autem initio,Cum, inquit, mihi,meisque multa sępe cauisses.Gel.lib.13.c.23.[Elatum) Antea,latum,nos. elatum meliorem,vt opinamur,sensu,nostram autem lectionem accepimus ex libro manu scripto Bernardini Maffei. PAVL. MAN.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Fuerat in Sicilia Cæcina usq; ad præstitutum à Cæs. tempus,cum iã id adesset, ueritus Cæcina, ne Cæsaris animum ab alienaret,consuluit Ciceronem,an relicta Sicilia in Asiam se transferret Huic consultationi Cicero respondet, suadens, suo consilio in Sicilia maneat, idq; argumentis à loci natura sumptis,& ab utili.

M. CICERO A. CAECINAE S. D. 8

CVM esset mecum Largus,homo tui studiosus, locutus, Kal.Ian.tibi præfinitas esse: ꝙ omnibus in rebus perspexeram,quæ Balbus & Oppius,absente Cæsare, egissent,ea solere illi tãta esse,egi uehementer cũ his,ut hoc mihi darent, tibi in Sicilia,quoad uellemus,uti esse liceret. qui mihi cũ suessent aut libenter polliceri. si quid esset eiusmodi, ꝙ eorum aĩos non offenderet,aut etiã negare,et afferre ratione,cur negarẽt; huic meæ rogationi potius nõ cõtinuo responderũt: eodẽ die tamẽ ad me reuerterũt,mihiq; hoc dederunt;ut esses in Sicilia, quoad uelles se† præstituros nihil ex eo te offensionis habiturũ. Quãdo,quid tibi permittatur,cognouisti: quid mihi placeat, puto te scire oportere.actis his rebus,literæ a te mihi sunt redditæ:quib.à me cõsilium petis, quid sim tibi auctor in Sicilia, subsidas, an ut ad reliquias Asiaticæ negociationis proficiscare.hæc tua deliberatio non mihi conuenire uisa est cum oratione Largi.ille enim mecum,quasi tibi nõ liceret in Sicilia diutius commorari,ita locutus erat:tu autem,quasi concessũ sit: ita deliberas.sed ego,siue hoc, siue illud est,in Sicilia censeo cõmorandum. propinquitas locorum uel ad impetrandum adiuuat crebris literis,& nuncijs;uel ad reditus celeritatem, re aut impetrata,quod spero,aut aliqua rõne cõfecta.quamobrẽ censeo magnopere cõmorandũ. T.Fursano Postumo,familiari meo;legatisq; eius,item meis familiaribus, diligentissime te commendabo,cum uenerint.erãt.n.omnes Mutinæ. uiri sunt optimi,& tui similiũ studiosi,& mei necessarij. Quæ mihi ueniunt in mentem,quæ ad te pertinere arbitrabor,ea mea sponte faciam. si quid ignorabo, de eo admonitus omnium studia uincam. Ego, etsi coram de te cũ Fursano ita loquar,ut tibi literis meis ad eum nihil opus sit;tamẽ, quoniam tuis placuit, te habere meas literas,quas ei redderes, morem eis gessi.earũ literarum exemplum infrascriptum est. Vale.

Cum

HVB. CVM esset] Cæcina, ut supra diximus, urbe prohibitus edicto Cæs. erat in Sicilia, consuluerat autẽ Cic. censeret ne ei diutius commorandum in ipsa Sicilia, an in Asiam proficiscẽdum, quasi permitteretur rei esse in ipsa Sicilia, si uellet, cum per edictum Cæsa. non liceret esse ultra Kal. Ian. Id enim tempus præfinitum ei fuerat à Cæsa. Cicero, qui interrogauerat Balbũ & Oppium intimos Cæs. qui eius mẽtem nossent, & exequeretur, scribit, quod ei liceat facere, quantum audiuit ab istis. Deinde dat consilium suum, ut commoretur in Sicilia potius, quam eat in Asiam, & adducit rationes huius consilij. Postremo pollicetur se commendaturum eum T. Furfano, & ceteris familiaribus suis cum primum Mutina redierint. dicit ex petitione amicorũ Cæcinnæ scripsisse literas commẽdatitias ad Furfanum pro ipso Cæcinnæ, quorum exemplum infra scribit. [Studiosus) Tui amator. [Præfinitas) Assignatas, determinatas. [Quòd) Quia. [Rata) firma, stabilita. [Illi) Cæsari. i. Cæsarẽ approbare omnia, quæ illi egissent. [Egi cum his) Rogaui eos. [Darent) Concederent, facerent mihi hanc gratiam. [Liceret tibi) Permitteretur tibi, daretur tibi licentia. [Esse) Commorari. [Quoad) Quousque, quandiu. [Qui mihi) Subaudi ipsi. [Non offenderet,) id est qui non cõsueuissent mihi promittere, & concedere libenter, si quid esset, qđ non displiceret eis. [Et afferre rationem) Quod signum grauium uirorum & amicorum. [Huic) Rogationi. quam de te fecerã, ut liceret tibi esse in Sicilia. [Non continuo) Non statim, responderunt, ut solebant. petiuerunt enim spacium ad respondendum. [Tamen) Licet non continuo respondissent. [Eodem die) Quo de te rogaueram [Dederunt) Vel dixerunt, ut Virg. Sed tamẽ iste deus q sit da Tityre nobis, id est dic, uel permiserunt, & concesserunt, nam supra dixit, ut darent hoc mihi. [Præstaturos) Effecturos [Nihil offensionis habiturum,]id est quod nemo te offendet. [Et eo,) scilicet quod moreris in Gallia, quandiu uoles. [Quando) Quoniam. [Oportere) Dicere. [Quid placebat mihi) Quid cẽseam tibi esse faciendum. [Actis his rebus) Impetrata à Balbo, & Oppio commoratione tua in Gallia. [A te) Nomine tuo. [Sum auctor tibi) Cõsulam tibi, & dicitur, sum tibi auctor huius rei, & huic rei. Terent. in Adelph. His rebus quis auctor. [Subsidas) Remanes. Virg. Ima galea subsedit Acestes. Licet eo loco alij sensus afferãtur. [Reliquias,) id est ad ea quæ, ex negociatione, quã habes in Africa, tibi restant agenda, ut epist. superiori de Asiatico itinere, &c. [De liberatio) Vtrũ remaneas in Sicilia, an proficiscare in Asiam. [Conuenire) Concordare, consentire, ut illud Ouidianum: Nõ bene conueniunt, nec in una sede morant Maiestas, & Amor. [Ille) Largus locutus est mecũ, tanq̃ non permitteretur tibi remanere in Sicilia, tu uero petis consiliũ, quasi sit in tua potestate remanere, uel non. [Siue hoc) Quod tibi sit concessum. Siue illud) quòd non liceret tibi diutius commorari, uel locutus est mecum Largus. [Censeo) Iudico, consulo [Propinquitas) Ratio quare censeat cõmorãdum in Sicilia, & est duplex, q pp propinquitatẽ crebriores literas, & nuncios mittere poterit ad impetrandum reditũ, deinde quia impetrato reditu celerius poterit Romam redire ex Sicilia, quã ex Asia, [Impetrandum,) Obtinẽdum, scilicet reditũ tuũ à Cæsare. [T. Furfano) Is erat ea tempestate prætor in Sicilia. [Legatis) Qui dabantur prætoribus consulibus, procõsulibus, & imperatoribus. [Mutinæ) Quæ urbs est Italiæ non longe à regione Lepidi. [Similiũ tui,) id est doctorum, & bonorũ, [Studiosi) Amatores. [Venient in mentem) Cogitabo [Mea sponte) Per me ipsum. [De eo,). s. qđ ignorabo. [Admonitus) Factus certior, uel à te, uel ab alijs. [Vincam studia oĩum] ero oĩum studiosissimus, & diligentissimus pro te. [Corã) Verbis, & ut ita dixerim, præsentialiter. [Ita ut nihil sit opus literis meis] id est & si ita diligenter de te ei dicam, ut non sit necesse me scribere ad eum literas, cõmẽdatitias de te. Tñ, ut tuis morẽ gererem, scripsi literas, quas ei redderes. [Earum literarũ) Mearũ [Exemplum aũt, posterius, exemplar prius, unde exẽplũ sumit.

Dede runt

Auctor Subsidas

ASC. CVM esset mecum &c.) Cæcinna urbe prohibitus, & in Sicilia ad Kal. usque Ian. manere permissus, consuluerat Cic. an contra prohibitionem Cęsaris in Sicilia amplius maneret, an in Asiam proficiscatur. Cicero itaque cum amicis Cæsaris se egisse significat, ut illic manere possit, licet non bene impetrarit, consulit tamen, ut potius immoretur, polliceturque se commendaturum Cæcinnam familiaribus Cæsa. & pro eo ad ipsum scripturum. Ordo est: Cum Largus hõ studiosus tui, id est studens, multum saluti & utilitati tuæ, & esset locutus mecum, Kal. Ian. esse præfinitas, idest limitatas, & præfixas tibi, ne amplius esses ĩ Sicilia, quòd idest, quia, ego pscripserã, idest cognouerã, ea quæ Balbus, & Oppius egissent. Cæs. absente, solere esse rata, idest firma & approbata illi, scilicet Cęs. ego egi uehementer cum ijs, ut darent, idest concederẽt tibi hoc, uti liceret tibi esse in Sicilia, quoad, idest quãdiu uellemus. Qui, scilicet Balbus, & Oppius cõsueuissent, aut polliceri mihi libenter, si quid esset eiusmodi, quod nõ offenderet aĩos eorum, aut ẽt negare, & afferre rationem, cur negarent, potius, idest libẽtius, non responderũt huic rõni meç, ipsi tamen reuerterunt eodem die ad me, & sup. dederunt, idest pmiserunt, aut concesserunt mihi hoc, ut esses in Sicilia, quoad uelles, & sup. se pstaturos (dicitur ergo utrunq, præstaturus, & pstiturus) te nihil offensionis habiturum sup. esse, ex ea re. Quãdo idest quoniã, tu cognouisti, quid permittatur tibi, puto oportere te scire, quid placeat mihi, his rebus actis, idest postquã hæ res essent actæ, literę sunt redditæ mihi à te, idest quæ missę erant à te, quibus petis consilium à me, q sim tibi auctor, idest approbator, & cõsultor, ne. i. an subsidas, idest locum manendi capias in Sicilia prouincia, an ut proficiscare ad reliquias negociationis Asiaticę, idest quę in Asia obeunda susceperas. Hęc deliberatio tua non est uisa mihi conuenire cũ oratione, idest sermone Largi, ille enim locutus erat mecum ita, quasi non liceret tibi commorari diutius in Sicilia. tu autem deliberas ita, quasi cõcessum sit tibi. Sed siue hoc, scilicet quod tu innuisti, siue illud quod Largus dixit, est: ego censeo commorandum tibi in Sicilia. Nã sup. propinquitas locorum adiuuat, uel ad impetrandũ, scilicet reditum, crebris literis, & nũcijs, uel ad celeritatem reditus, re aut impetrata, aut confecta, idest transacta, quod spero, aliqua ratione. Quamobrem censeo magnopere commorandũ, sup. esse in Sicilia. Ego commendabo te diligentissime T. Furfano Posthumio familiari meo, & legatis eius, itẽ, idest similiter familiarib. meis, cum uenerint, scilicet in urbem. Erant enim, scilicet cũ hæc scriberem, omnes Mutinę, idest ea urbe Italiæ nõ longẽ à Bononia, ubi uiri sũt optimi, & studiosi similium tui, ingeniosi, & necessarij mei, id est necessitate disiuncti. Ego faciam mea sponte. i. ẽt nõ rogatus à te, ea quæ arbitrabor pertinere ad te. Si ego ignorabo quid, idest aliquid, scilicet pertinens ad te, ego admonitus. i. cum fuero admonitus, uincam, idest superabo, studia omnium. Ego etsi loquar cum T. Furfano, scilicet Posthumio de te, coram, idest in pręsentia eius, ut nihil opus sit tibi literis meis ad eum, tamen quoniam placuit tuis, scilicet necessarijs, & amicis, habere literas meas, quas redderes ei, ego gessi ita his, scilicet tuis morem, idest illis, obsecutus sum. Exemplum earum literarum est scriptum infra, idest quod sequitur.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Commendatio Cæcinnæ à iustis causis, à familiaritate, quam cum illius patre habuit, à necessitudine, quã cum Cæcinna a pueritia eius annis exercuit, deinde à communibus studijs, Postremo petitio, quæ est tanquam umbra commendationum omnium

M. CICERO T. FVRFANO PROCONS. S. D. 9

CVM *A. Cæcina tanta mihi familiaritas, consuetudoque semper fuit, ut nulla maior esse possit. nam, & patre eius, claro homine, & forti uiro, plurimum usi sumus: & hunc à puero, quòd & spem mihi magnam afferebat summæ probitatis summæque eloquentiæ, & uiuebat mecum coniunctissime, non solum officijs amicitiæ, sed etiam studijs communibus, sic semper dilexi, ut non ullo cum homine coniunctius uiuerem: nihil attinet me plura scribere, quam mihi necesse sit eius salutem, & fortunas, quibuscunq, rebus possim, tueri, uides. reliquum est, ut, cum cognorim pluribus rebus, quid tu, & de bonorum fortuna, & de reip. calamitatibus sentires, nihil à te petam, nisi ut ad eam uoluntatem, quam tua sponte erga Cæcinam habiturus esses, tantus cumulus accedat commendatione mea, quanti me à te fieri intelligo. hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.*

HVB. CVM A.] Hæc epist. Cic. commendat. Tito Furfano Cæcinnã, ostendẽs causam esse sibi iustissimæ cõmendationis, & ex amicitia, quæ sibi fuit cum eius patre uiro claro, ex consuetudine, & familiaritate, quã cum eo habuerit usq; à pueritia, & postremo oratione communium studiorum. Itaque rogat Cice. T. Furfanum, ut ad id, quod sua sponte esset facturus erga Cæcinnam, tantus cumulus accedat eius commendatione, quanti scit se fieri ab ipso Furfano, id fore sibi gratissimum. [Consuetudo) Conuersatio. [Et spem) Rhetorice de puero spem dixit, non autẽ facta. [Eloquẽtię) In eo futuræ. [Probitatis) Virtutis. [Studiis cõmunibus) Literarum, quib. ambo operam damus. Attinet) Opus est. [Necesse est) Pro amicitia, quæ mihi cũ eo est. [Salutẽ) Vitam, incolumitatem eius Cæcinnę. [Fortunas) Res, patrimonium.

nium.[Tueri] Defendere [Reliquum est] Restat.[Bonorum) Ciuium.[Fortuna) Statu, conditione.[Sentires] Iudicares, quia cognoui te existimare indignum esse, bonos uiros aduersa fortuna vexari.[Voluntatem] Benefaciendi Cæcinæ [Cumulus] Augmētum [Accedat) Adiungatur.[Quāti]...quāti me facis, & quantū me amas, tanto, plus causa mea augeas voluntatem, quantum ꝑ te ipsum.[Habiturus esses] Erga ipsum bene dispositum.

ASC. *CVM A &c.*] Commendatio est, quam in fine superioris epistolæ promisit. Ordo est. Tanta familiaritas, & consuetudo fuit mihi semper cum A. Cæcina, vt nulla esset maior. Nā nos vsi sumus plurimum patre eius homine claro, & uiro forti, & semper dilexi à puero, hunc.s. Aulum ꝗ.i.quia, & .i.simul, afferebat mihi mihi summæ eloquētiæ, &.i.simul uiuebat mecū cōiunctissime, nō solum officijs amicitiæ, sed etiam studijs communibus s. eloquentię, & postea auguralis scientię, sic inquam dilexi, ut cū nullo homine uiuerem coniunctius, nihil attinet.s.ad rem, me scribere plura, ꝗ necesse est mihi tueri.i. ꝓtegere, salutē & fortunas eius qu buscunque rebus possim, vt uides. Reliquum est, ut cum .i.postquam cognorim.i.cognouerim, pluribus reb. quid tu sentires de fortuna bonorum.s.viroū, & de calamitatib. reip. nihil petam a te, nisi ut tantus cumulus accedat commendatione mea ad voluntatem, quam habiturus es tua sponte erga Cæcinam, quanti ego intelligo me fieri.i. æstimare a te, q. d. quidquid pro me facturus sis pro illo facies. Nihil gratius potes facere mihi, quam hoc.i. habere Cæcinam tibi quam commendatissimum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Consolatio Trebatij. Exorditur à prædicatione sui amoris, & officij erga Trebatium, quem, ut melius declaret, nihil sibi omittē dum dixit, quod illius causam iuuare posse existimet. Postremo argumentis consolationum superioribus utitur, à Trebatij Cæsarisq; attributis, a temporum qualitate ab exilij conditione, &c.

M. CICERO † TREBATIO S.D. 10

† alias, Trebiano, vel Trebelliano

EGO, quanti te faciam, semperque facerim, quanti me à te fieri intellexerim, sum mihi ipse testis. nam & consiliū tuum, uel casus potius diutius in armis ciuilibus commorandi, semper mihi magno dolori fuit: & hic euentus, quòd tardius, quàm est æquum, & quam ego uellem, † recuperes fortunam, & dignitatem tuam, mihi non minori curæ est, quā tibi semper fuerint casus mei itaque & Postumuleno, et Sextio, & sæpissime Attico nostro, proximeq; Theudæ liberto tuo totum me patefeci: & his singulis sæpe dixi, quacunque re possem, me tibi, & liberis tuis satisfacere cupere: idque tu ad tuos uelim scribas, hæc quidem certe, quæ in potestate mea sunt, ut operam, studium, consilium, rem, fidem meam sibi ad omnes res paratum putent. si auctoritate, & gratia tantum possem, quantū in ea rep. de qua ita meritus sum, posse deberem: tu quoque is esses, qui fuisti, cum omni gradu amplissimo dignissimus. tum certe ordinis tui facile princeps. sed quando eodem tempore, eademque de causa nostrum uterque cecidit: tibi & illa polliceor, quæ supra scripsi, quæ sunt adhuc mea, & ea quæ præterea uideor mihi ex aliqua parte retinere tanquam ex reliquijs pristinæ dignitatis. neque enim ipse Cæsar, ut multis rebus intelligere potui, est alienus à nobis: & omnes ferè familiarissimi eius, casu deuincti magnis meis ueteribus officijs, me diligenter obseruant, & colunt. itaque si quis mihi erit aditus de tuis fortunis, idest, de tua incolumitate, in qua sunt omnia, agendi, quod quidem quotidie magis ex eorum sermonibus adducor ut sperem: agam per me ipse, & moliar. singula persequi non est necesse: uniuersum studium meum: & beneuolentiam ad te defero. sed magni mea interest, hoc tuos omnes scire, quod tuis literis fieri potest, ut intelligant, omnia Ciceronis patere Trebatio. hoc eo pertinet, ut nihil existiment esse tam difficile, quod non, pro te mihi susceptum, iucundum sit futurum. Vale.

† alias, receperis

HVB. EGO,) Trebatius ciuis Rom. eadem causa, qua Marcellus, Sulpicius Figulus, & plerique alij, & patria, & fortunis suis carebat, prohibebatur autem eo magis a Cæsare redire in patriam, quia non statim discesserat à bello Pomp. sed diutius perseuerauerat, licet semper maluisset pacem, quam bellum. Itaque Cic. declarat, quam cupidus sit satisfacere, & eius liberis quacunque re possit. Deinde dicit, quòd posset tantum gratia, & auctoritate, quantum deberet posse in ea patria, de qua est optime meritus, nō passus esset Trebatium diutius carere patria, & fortunis suis, pollicetur autem, quidquid potest apud Cæsa. & eius familiares. [Sum testis mihi,) idest scio. [Quanti faciam) Quanti existimē. [Vel casus potius] Correctio, q. d. quodam casu, & infortunio potius commoratus es in bellis ciuilibus, quàm consilio, quod dolui. [Euentus) Hoc est mala fortuna. [Quod) quia, & est declaratio huius euentus. [Æquum) Iustum, & debitum. [Recuperes) Recuperares. [Minori curæ) Minori molestiæ. [Quam fuerint casus mei tibi,) idest quàm fuerint tibi infortunia mea, cum iniuste eiectus sum è patria. [Postumuleno, & Sextio) Hi omnes amici erant Trebatio, quibus Cic. aperuit, quo animo asset in ipsum Trebatium. [Proxime) Nuperrime. [Patefeci) Me totum iudicaui, omnem animum meum aperui, ut ita dixerim, pectus meum. [Singulis) Omnibus, ad unum, omnibus separatim. [Satisfacere) Officium meum præstare, facere quod à me expectas: [Id] scilicet a me cupere satisfacere tibi, & tuis liberis quacunque re possim. [Hæc) .s. quæ sequuntur, operam, fidem &c [Quæ in potestatę mea sunt) Quæ possum præstare. [Paratum] Eleganter per neutrum genus adiect. respondetur pluribus substātiuis, vnius uel diuersi generis, vt hic & Salust. in Iug. Plerosq; uelocitas, & regio hostib. ignara tutata sunt, & multis alijs locis inuenitur similis cōstructio. [Ita meritus sum) pp immortalia mea in ea beneficia. [Is] Talis. [Qui) Qualis. [Cum) Etc. [Tum] Maxime. [Ordinis) Senatorij [Princeps] Primus. [Eadem causa) Defendendæ patriæ [Cecidit) Et gradu, dignitatis suæ delapsus est. [Illa) Quæ supra scripsi, operam, consilium, rem, fidem. [Ex aliqua parte) Non integre, neq; plene in potestate mea. [Ex reliquijs pristinæ dignitatis.i. ex ijs, quę mihi de pristina dignitate sunt relicta. [Pristinæ) Prioris, solitæ. [Neque.n. arguit] A persona Cęs. à qua dicis non esse se alienū. [Deuincti] Astricti, obligati. [Casu] Quia eis præstiteram beneficia nulla tali intentione, & causa. [Obseruant) Respiciunt, reuerentur [Si qs aditus erit) Si potero ipsum adire, & alloqui. [Incolumitate) Salute, ut restituatur tibi, ꝗ pria, & pristina dignitas. [Quod) Quā rem, vt ꝓ tua incolumitate agā. [Adducor) Persuadeor [Per me) Mea spōte. [Et moliar) .i. enitar, & oībus viribus utar. [Ordo est.] Itaq; si qs aditus erit mihi, ipse agam per me, & moliar de tuis fortunis.i. de tua incolumitate in qua sunt oīa agenda, quod quidem, vt sperem, adducor magis ex sermonib. eorū. [Persequi) Dicere. [Singula) Pro te facturus sum. [Vniuersum studium) Totā diligentiam, & fauorem meū [Defero ad te) Tibi attribuo. [Interest mea] Magni est momenti, multū ad me attinet. [Quod) .s. oēs tuos scire. [Potest fieri] Lris tuis, si tu ad eos scripseris. [Patere) Exposita eē, parata [Eo] .i. ad id. [Tā difficile) Tam graue, & laboriosum. [Pro te) Causa tui.

ASC. *EGO, quanti &c.*) Trebatius ciuis Romanus egregius, ob eādem causam, ob qua Marc. Sulp. Figulus, Cæcina & plerique alij patria, & fortunis suis carebant, exulabat, a qua prohibebatur eo magis, quod, victo Pompeio, eius causam non deseruerat. Hunc Cic. docet, quātum cupidus sit, & satisfaciendi, & eius liberis subueniendi, pollicetur q; se pro eo intercessurum, purgans ꝗ non prius scripserit. Ordo est: Ego ipse sum mihi testis, quanti faciā te, & semper fecerim, & quāti intellexerim me fieri a te. Nam & cōsilium tuum, vel potius casus manendi semper.s. post uictū Pomp. in armis, fuit mihi magno dolori, & hic euentus.i. opinatus exitus, ꝗ receperis fortunam & dignitatem tuā tardius, quā æquum.i.iustum est, & quam ego uellem, est mihi minori curæ, quàm casus mei.i. ęrumnæ meæ, fuerit tibi semper. Itaq; .i. & ita, ego patefeci me totum.i. aperui penitus animū meum Postumuleno, & Sextio, & sæpissime Attico nostro.s. intimo amico, & ꝓximè.i. diebus proxime præteritis, Theudę liberto tuo.i. à te liberta te donato, & dixi sæpe his singulis hæc, me cupere satisfacere tibi, & liberi, quacunq; re possim. Et velim sup. vt tu scribas id ad tuos, vt putent quidē.i. salutē hæc certe.i. indubitāter, quæ sunt ī potestate mea, vtpote operam, studium, cōsilium, rem.i. diuitias, fidem, meam esse supp. paratam sibi ad omnes res. Si ego possem auctoritate, gratia tantum, quātum deberem posse in ea rep.s. Romana, de qua sum meritus ita.i. tam egregie, tu quoq. esses is, qui .i. talis, qualis fuisti, cum s. ita esset, ꝗ esses aut ꝗ es dignissimus omni gradu amplissimo, tum certe sup. esses, aut dignissimus es, ꝗ esses facile princeps tui ordinis.s. senatorij, aut potius iurisperitorum. Sed quoniam aut quando.i. quoniam, uterq; nostrū occidit eodem tempore, & eadem de causa, ego polliceor tibi illa, q scripsi supra, operam, studium, consilium, rem, fidem, quæ sūt adhuc mea.i. mihi nō erepta, & ea, quę uideor, pręterea retinere ex aliqua parte, tanquam ex reliquijs dignitatis pristinæ. Neq; .n. ipse Cæsar, ut potui intelligere multis rebus, est alienus à nobis, & omnes

omnes ferè familiariſſimi eius, ubi rurſus omni cũ ſuperlatiuo, quaſi deuincti.i.obligati, magnis meis officijs ueteribus, ubi duo adiectiua ſine cõiunctione media, & obſeruant.ſ. ne offendãt, & colunt diligenter me. Itaq; ſi quis aditus erit mihi.ſ. ad Cæſarẽ, ipſe agam, & moliar.i.cum difficultate nitar, per me.i.ſine interceſſore, & precatore, de fortunis tuis, i.de incolumitate.i. ſalute tua.in qua ſ incolumitate tua omnia ſunt agenda. Non eſt neceſſe perſequi ſingula.ego defero ad te.i.in poteſtatem aut utilitatẽ tuam, uniuerſum ſtudium meum, & beneuolentiam.ſ.meam. Sed magni intereſt mea.i.in re mea eſt omnes tuos.ſ.familiares, & amicos ſcire hoc.ſ.quod, omnia defero ad te, quod.i.quæ res, põt fieri tuis literis, ut intelligant omnia, ideſt omnes facultates Cic. patere Trebatio. Hoc ſ. dictum pertinet eo.i. ad id, ut ſupple tui nihil exiſtiment eſſe, tam difficile, quod non ſit futurum iucundum mihi, ſuſceptum.i.ſi fuerit pro te.

MAN. PAVL. *RECVPERES*] Antea, receperis: nos, recuperes, aliquot iã annis emẽdauimus, & impreſſimus. liber uetuſtus habet, reciperes, & in alijs etiã exemplaribus, i, literã Pro, u, ſæpiſſime reperias.

M. CICERO TREBATIO S. D. 11

ANTEA miſiſſem ad te literas, ſi genus ſcribendi inuenirem. tali enim tempore aut conſolari amicorum eſt, aut polliceri, Conſolatione non utebar, quòd ex multis audiebam, quam fortiter, ſapienterque ferres iniuriam temporum, quamque te uehementer conſolaretur conſcientia factorum, & conſiliorum tuorum, quod quidem ſi facis, magnum fructum ſtudiorum optimorum capis: in quibus te ſcio ſemper eſſe uerſatum; idque ut facias, etiam atque etiam te hortor. Simul, & illud tibi, homini peritiſſimo rerum, & exemplorum, & omnis uetuſtatis, ne ipſe quidem rudis. ſed in ſtudio minus fortaſſe quam uellem, at in rebus, atque uſu plus etiã, quam uellem, uerſatus, ſpondeo tibi acerbitatem iſtam, & iniuriam non diuturnam fore. nam & ipſe, qui plurimum poteſt, quotidie mihi delabi ad æquitatem, & ad rerum naturam uidetur: & ipſa cauſa ea eſt, ut iam ſimul cum rep. quæ in perpetuum iacere non poteſt, neceſſario reuiuiſcat, atque recreetur, quotidieq; fit aliquid leuius, & liberalius, quàm timebamus. quæ quoniam in temporum inclinationibus ſæpe paruis poſita ſunt, omnia momenta obſeruabimus, neque ullum prætermittemus tui iuuandi, & leuandi locum. itaque illud alterum, quod dixi literarum genus quotidie mihi, ut ſpero, fiet procliuius, ut etiam polliceri poſſim id re, quam uerbis, faciam libentius. Tu uelim exiſtimes, & plures, te amicos habere, quam qui in iſto caſu ſint, ac fuerint, quantum quidem ego intelligere potuerim; & me concedere eorum nemini. fortem fac animum habeas, & magnũ: quod eſt in uno te, quæ ſunt in fortuna, temporibus, regentur, & conſilijs noſtris prouidebuntur. Vale.

HVB. ANTEA] Excuſat ſe Cic. cur antea non ſcripſerit, qđ neq; putabat eum conſolandum, qui fortiter, & ſapiẽter ferret fortunam, neq; erat quod polliceretur, qđ nunc ſe habere dicit [Genus) argumentum materiam. [Inuenirem) Pro inueniſſem. [Tali tempore) Tam miſero, eadem ſentẽtia Cic. lib. 4. ad P. Nigidium epiſt. quæ incipit Quærenti Mihi. [Polliceri) Promittere aliqđ auxilium. [Iniuriã temporum) fortunam aduerſam, quam fers his temporibus, quibus Cæſ plurimum poteſt, & omnia ſub poteſtate ſua tenet, quæ n. uel bene uel male fiunt, interdũ temporibus aſcribuntur. [Conſcientia) Vſitatiſſima conſolatio Cic. ad omnes amicos, ad quos ſcribit in calamitatibus poſitos. [Quod ſi facis) Vt conſcientia tuorum, & factorum, & conſiliorũ te cõſoletur. [Capis fructum) Colligis, & accipis magnum fructũ, ex ſtudijs literarum, quibus operam dediſti, quæ nihil aliud præcipiunt, quàm res aduerſas fortiter ſapienterq. ferre. [Etiam atque etiam) Vehementer. [Vt facias id) Vt cõſolationem capias ex bona cõſcientia tua. [Simul) Etiam, & præterea, & eſt ſenſus, præterea homini doctiſſimo, & rerum, & exemplorũ, ego qui nõ ſum omnino rudis, ſed fortaſſe minus uerſatus in eis, quã uellem, polliceor, & affirmo iſtam acerbitatem, & iniuriam, quã nunc patẽs nõ fore diuturnam. [Rerum) Quas uidiſti. [Exemplorũ] Quæ maxime ſunt demõſtratiua rerum & plurimum ualẽt ad imitationem, ſic ad Sulpicium, cuius epiſt. in lib. 4. Nec. n. clarorum, quorum ſimilis eſſe debemus, exempla, nec doctiſſimorũ, quos ſemper coluiſti, pcepta fugiũt [Ipſe) Cæſ. [Delabi) Deſcẽdere [Ad naturam rerum) Quæ tempore ipſo maturantur, & quotidie minores fiunt. [Ipſa cauſa) Quam ſecuti ſumus. [Reuiuiſcat) reſuſcitetur quaſi iam mortua, eſt autẽ tranſlatio ſumpta ab animalibus. [Leuius) Mitius. [Quam timebam).i. quã id quod timebamus [Paruis inclinationibus temporum) Paruis mutationibus temporũ, quia breui tpe hõ mutatur. [Momenta) Puncta. Perſius: Momento temporis exijt Seruus Dama. [Obſeruabimus).i. diligenter inſpiciemus, quid in ſingulas horas mutetur, & fiat. [Leuandi) Minuendi tibi labores. [Locũ) Occaſionem, opportunitatem [Illud alterum).ſ. pollicẽdi aliquid. [Procliuius) Pronius, magis raptũ, quia cũ hæc ſit natura Cæſ. quam dixit & rerum quotidie, ut ſpero, magis potero polliceri. [Id).ſ. qđ poſitum polliceri. [Re) Effectu. [Quam uerbis).ſ. libentius faciam, q̃ dicã. [Tu uelim) hortatur ipſum Trebatiũ, ut ſibi pſuadeat ſe plures amicos hẽre, q̃ alios oẽs, q ſunt, uel fuerint ĩ tali caſu. Eſt aũt mos ita dicẽdi eis, quos uolumus conſolari. ẽt ſi ita non ſit. [Quantũ) Pro inquãtũ. [Et me cõcedere] ſ. uelim exiſtimes inter tot amicos, me nemine eorũ eſſe inferiorẽ. [Quod).ſ. habere animum fortem, & magnũ. [Eſt in te uno) Eſt poſitum in te ſolo, quia eſt ex bonis aĩs. [Quæ ſunt in fortuna) Quæ ſunt ex bonis externis, vtputa, qđ reſtituaris & recipias dignitatẽ tuã [Tẽporibus) Quæ ſolẽt mitigare res oẽs. [Conſilijs nr̃is) Quibus utemur, ut rebus tuis prouideamus.

EGO] miſiſſem ante literas ad te, ſi inuenirem genus ſcribendi. Enim.i.quia, aut cõſolari eſt amicorum. i. pertinet ad amicos tali tempore.ſ.tam calamitoſo, aut polliceri.ſ. opem, aut operã, & gratiam. Ego non utebar conſolatione.ſ.tui, hoc eſt non ſum te conſolatus, ꝙ audiebam ex multis, quàm.i.quãtum fortiter, & ſapienter ferres.i. patereris, & portares iniuriã tpm, quàmq;.i.& quam uehementer, conſcientia factorum, & conſiliorũ, tuorũ.ſ. rectorum conſolaretur de, Quod quidem ſi facis. i. conſolationem rectorum conſiliorũ, & factorũ recipis: Tu capis magnum fructum.i. utilitatem ſtudiorum optimorum. quibus in faciũdũ didiciſti, in quibus, ſ. optimis ſtudijs, ego ſcio te eſſe uerſatũ ſemper, idq;.i.& id, & hortor te ẽt atq; etiam, ut facias id i. magnum fructum ſic capias. Simul ipſe nequidem.i.nõ, ẽt erudis.i. minus exercitatus, ſed eruditus, & ſatis tritus, ſed minus.i. rarius in ſtudio, fortaſſe, quàm uellem, & uerſatus ĩ rebus, atque uſu fortaſſe etiã plus, q̃ uellem, ſpõdeo tibi homini peritiſſimo rerũ, & exẽplorũ, & oĩs uetuſtatis, iſtam acerbitatem, & iniuriam non fore diuturnam. nã & ipſe Cæſ. qui poteſt plurimum, vr̃ mihi delabi quotidie ad æquitatem, & ad naturam rerum, quæ bonis bene eſſe vult, ipſa cauſa, ſcilicet exilij eſt ea, ideſt talis, ut reuiuiſcat, atque recreetur neceſſario iam cum rep. quæ non poteſt iacere in perpetuum, & aliquid ſit quotidie leuius, & liberalius, quàm timebamus, ſcilicet à Cæſ. faciendum eſſe. Quæ ſcilicet leuia, & liberalia: quoniã poſita ſunt ſæpe in paruis inclinationibus, ideſt ut dicunt, influentijs temporũ. Vnde Iuue. Plus etenim fati ualet hora benigni. Quam ſi te Veneris commendet epiſtola Marti. Ad hos autem tempeſtiuos Cæſa. aditus putatur alluſiſſe, Virg. in 4. Æn. cum ad Annã dicit Dido de Ænea: Sola uiri molles aditus, & tempora notas. Nam obſeruabimus omnia momenta, neque prætermittemus ullum locum, ideſt oportunitatem, iuuandi, & leuandi te. itaque illud alterum genus literarum, quod dixi ſcilicet quo polliceamur auxilium, duo enim propoſuit, alterũ, quo cõſolamur, alterum, quo pollicemur opem, fiet mihi, ut ſpero, quotidie, procliuius, i. facilius, ut poſſim etiã polliceri, Sed ſupple ego faciã id, quod, ſcilicet quæritur in eo genere, hoc eſt auxiliabor libẽtius re, quàm uerbis. Velim ſupp. ut tu exiſtimes &.i. ſimul, te habere plures amicos, quam qui ſint, ac fuerint in iſto caſu, ideſt in quo tu es, hoc eſt in exilio, propter fauorem Pom. præſtitum, quantum quidem, ideſt certe ego potuerim intelligere, & ideſt ſimul, tu exiſtimes me cõcedere, ideſt locum dare tanquam uictum, hoc eſt ſuccũbere nemini eorũ, Fac, ſupple, ut habeas animum fortem, & magnum, quod ſcilicet habere animum fortem, & magnum, eſt in te uno.i. in poteſtate tua ſolius, ea quæ ſunt in fortuna.i. in poteſtate fortunæ, regentur temporibus, & prouidebuntur conſilijs noſtris.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Epiſtola partim gratulatoria, quod Trebatius reſtitutus ſit, partim hortatoria, ut rei familiaris diſpendium non æſtimet. Eſtque hoc argumentum a comparatione ſumptum.

M. CICERO TREBATIO S. D. 12

DOLABELLAM *antea tantummodo diligebam: obligatus ei nihil eram. nec enim acciderat mihi opus eſſe.*

ille mihi debebat, quod non desueram eius periculis. nunc tãto sum deuinctus eius beneficio, quod, & antea in re, & hoc tempus in salute tua cumulatissime mihi satis fecit, ut nemini plus debeam. qua in re tibi gratulor ita uehementer: ut te quoq; mihi gratulari, quam gratias agere, malim, alterũ omnino non desidero: alterum uere facere poteris. quod reliquum est, quando tibi uirtus, & dignitas tua reditum ad tuos aperuit: est tuæ sapientiæ, magnitudinisq; animi, quid amiseris, obliuisci: quid recuperaueris, cogitare: uiues cum tuis: uiues nobiscum. plus acquisiuisti dignitatis, quàm amisisti rei familiaris: quæ ipsa tum esset iucundior, si ulla res esset publica. Nestorius, noster familiaris, ad me scripsit, te mihi maximas gratias agere. hæc prædicatio tua mihi ualde grata est: eaq; te uti facile patior cum apud alios, tum mehercule apud Sironem nostrum amicum. quæ enim facimus, ea prudentissimo cuique maxima probata esse uolumus. Te cupio uidere quam primum. *Vale.*

HVB. DOLABELLAM] Cũ fauore, & intercessione Dolabellę apud Cęs. Trebatius obtinuisset reditum in patriam. Cic. ita sibi hanc rem gratam esse ostẽdit, ut se etiã Dolab. obligatum dicat, cuius opera id impetrauerit, Deinde ei gratulatur, & hortatur, ut obliuiscatur eorum, quæ amisit. Postremo dicit se gaudere ea, esse grata Treb. q̃ pro eo fecit. [Obligatus) Quia nullum in me beneficium contulerat. Nec enim hoc subiunxit Cice. ne uideretur non esse obligatus Dolabel. eius culpa, sed quod non acciderat Cic. ut opus esset eius opera, & officio [Opus esse,]. s. eius. [Beneficio] In me. [Debebat) Erat obligatus. [Eius periculis) Cum eum defendi bis, ut lib. 4. epist. quę incipit. Cum est ad nos allatum. Illud uero permirum accidit, tantam temeritatem fuisse in eo adolescente, cuius ego salutem duobus capitis iudicijs summa contẽtione defendi, licet eo loco alij alium intelligant. [Deuinctus) Astrictus. [Tanto] Tam magno. [Quòd] Quia, & est cã obligationis, & alias in re, & nunc in salute Trebatij fecit ipse Dolabella, quod Cic. optauit. Satisfacit mihi] Respõdit uoluntati meę. [Cumulatissime) Plenissime, ita ut nihil desit C. subaudi, ita vt. [Gratulor) Gaudeo cã tua [Malim) potius velim. [Alterũ non desidero,] scilicet te agere gratias mihi. [Alterũ facere potius]. s. gratulari mihi. [Quod reliquum est] Quod restat. [Dignitas, & uirtus,) id est qm̃ propter uirtutem, & dignitatem tuam est concessus tibi reditus ad tuos. [Quãdo) qm̃. [Est tuæ sapientię] pertinet ad sapientiam tuam. [Quid recuperaris) Quia plus recuperasti, quàm amisisti. [Viues) Ecce quod recuperauit. [Quę) Dignitas. [Si res publica esset ulla,] id est si haberet aliquẽ statũ. [Nestorius] Proprium uiri [Agere gratias. [Quòd in rebus tuis fuerim diligentissimus. [Prędicatio tua) commendatio tua de me, quod prędices, & aperte fatearis me fuisse in rebus tuis promptissimus. [Facile patior) Permitto libenter, & vt dicam, sum contentus. [Sironem] Hic fuit epicureę sectę philosophus, pręceptor Virgilij, vt ostendit Seru. in Buc. [Maxime probata esse) Maxima placere, & laudari.

ASC. *DOLABELLAM &c.*] Cum per intercessionẽ Dol. qui intuitu Cice. partes Cæsaris secutus fuerat, Trebatius reditum in vrbem obtinuisset, dicit Cic. sibi gratum esse, gratulaturque Trebatio, monens eum, ut amissorum obliuiscatur, ac demum dicit se gaudere, quòd grata essent Treb. quæ pro eo fecerat. Ordo est: Ego diligebam tantummodo, idest duntaxat, quod minus est, quam amasse, Dolabellam, scilicet generũ Cicer. quòd idest, quia nihil eram obligatus ei, nec enim acciderat mihi esse opus, scilicet auxilio illius, & ille, scilicet Dolabella debebat mihi, ꝙ idest, quia non defueram, imò auxilio aderam periculis eius. Nunc sum deuinctus, idest obligatus tãto beneficio eius, quòd idest, quia ipse satisfecit mihi cumulatissime, & idest, simul antea in re, scilicet tua seruanda, & hoc tempore in salute tua, sup. ita vt nemini debeam plus, scilicet quam ipsi debeo, licet alijs etiam debeam. In qua re, scilicet in salutis tuæ receptione ego gratulor tibi ita uehementer, vt malim te quoq, gratulari mihi ob rem lætam, quæ mihi in salute tua contigit, quam agere gratias, quòd per generum meum contigit, quia non desidero omnino alterum, scilicet te agere gratias mihi, & tu possis facere uere alterũ, scilicet gratulari mihi ob uerum gaudium, quod contigit. Quod reliquum est, idest quantum ad hoc, quod adhuc restat, quando .i. quando quidem uirtus & dignitas tua, aperuit tibi reditum ad tuos est sapientiæ tuæ, & magnitudinis animi, idest pertinet ad sapientiã tuam & magnitudinem animi, obliuisci quid amiseris, & cogitare quid recuperaueris. Tu uiues cum tuis, uiues nobiscum, tu acquisiuisti plus dignitatis, quam amisisti rei familiaris, quæ ipsa res, scilicet familiaris, esset tamen iucũdior, si ulla resp esset. Nestorius familiaris noster scripsit ad me te agerẽ mihi maximas gratias. Hæc prædicatio tua, scilicet de meritis meis in te, est mihi ualde grata, patior facile, idest libenter fero, uti ea, idest eiusmodi re, cum, scilicet ita sit, quòd alios, tum mehercule, apud Syronem amicum nostrum. Enim id est, quia, nos uolumus ea, quę facimus, esse probata, idest approbata maxime, cuique prudentissimo, idest omni valde prudenti. Ego cupio uidere te quam primum, idest citissime.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Consolatoria est epistola, ut exiguum illud tempus, donec literas restitutionis accipiat, fortiter ferat, quamuis omnem consolationem Cic. inutilem nunc ferè dicit, cum potius ei gratulandum sit. Prius autẽ narrat cur audacius, & apertius causam Balbi egerit deinde, de restitutionis literis quid actum sit, ostendit.

M. CICERO AMPIO BALBO S. D. 13

GRATVLOR *tibi mi Balbe, uereque gratulor; nec sum stultus, ut te usura falsi gaudij frui uelim, deinde frangi repente atque ita cadere, ut nulla res te ad æquitatem animi postea possit extollere. egi tuam causam apertius quàm tempora nostra ferebant. uincebatur enim fortuna ipsa debilitate gratiæ nostræ, tui caritate, & meo perpetuo erga te amore, culto à te diligentissime. omnia promissa; confirmata, certa, & rata sunt, quæ ad reditum, & salutem tuã pertinent. uidi, cognoui, interfui: etenim omnes Cæsaris familiares satis opportune habeo implicatos consuetudine, & beneuolentia, sic ut, cum ab illo discesserint, proximum habeant. hoc Pansa, Hircius, Balbus, Oppius, Matius, Postumius planè ita faciunt, ut me unice diligant, quòd si mihi pro me efficiendum fuisset, non me pœniteret pro ratione temporum ita esse molitum. sed nihil est à me inseruitum temporis † causa. ueteres mihi necessitudines cum his hominibus intercedunt: quibuscum ego agere de te non destiti: principem tamen habuimus Pansam, tui studiosissimum, mei cupidum: qui ualet apud illum non minus auctoritate, quàm gratia. Cimber autem Tullius mihi planè satisfecit. ualent tamen apud Cæsarem non tam ambitiosæ rogationes, quam necessariæ, quas, quia Cimber habebat, plus ualuit, quàm pro illo alio ualere potuisset. diploma statim non est datum; quòd mirifica est improbitas in quibusdam, qui tulissent acerbius, ueniam tibi dari, quem illi appellant tubam belli ciuili: multaque ita dicunt, quasi non gaudeant id bellum incidisse. quare uisum est occultius agendum, neque ullo modo diuulgandum, de te iam esse perfectum: sed id erit per breui: nec dubito, quin, legente te has literas, confecta iam res futura sit. Pansa quidem mihi, grauis homo, & certus, non solum confirmauit, uerum etiam recepit, perceleriter se ablaturũ diploma. mihi tamen placuit, hæc ad te perscribi. minus enim te firmum sermo Appuleiæ tuæ, lacrimæq; † Ampiæ declarabant, quam significant literæ tuæ. atque illæ arbitrabantur, cum à te abessent ipsæ, multo in grauiore te cura futurum. quare magnopere putaui, angoris, & doloris tui leuandi causa, pro certis ad te ea, quæ essent certa, perscribi oportere. Scis me antea sic solitum esse scribere ad te, magis ut consolarer fortem uirum, atque sapientem, quam ut exploratam spem salutis ostenderem, nisi eam, quam ab ipsa repu. cum hic ardor extinctus esset, sperari oportere censerem. recondare tuas literas, quibus, & magnum animum mihi semper ostendisti, & omnes casus ferendos constantem, atque paratum, quod ego non mirabar; cum recordarer te et a primis temporibus ætatis in rep. esse uersatum; & tuos magistratus in ipsa discrimina incidisse salutis, fortunarumq; communiũ;*

† alias, causa

† alias, ipsæ

& in

& in hoc ipsum bellum esse ingressum, non solum ut uictor beatus, sed etiam, si ita accidisset, uictus ut sapiens esses. deinde, cũ studiũ tuum consumas: in uirorum fortiũ factis memoriæ prodendis; considerare debes, nihil tibi esse committendũ, quamobrem eorum, quos laudas, non te similem præbeas. sed hæc oratio magis esset apta ad illa tempora, quæ iam effugisti. nunc uero tantum te para ad hæc nobiscum fereda, quibus ego si quam medicinam inuenirem, tibi quoque eandem traderem. sed est unum perfugium, doctrina, ac literæ, quibus semper sumus: quæ secundis rebus delectationem modo habere uidebantur, nunc uero etiam salutem, sed ut ad initium reuertar, caue dubites, quin omnia de salute, ac reditu tuo perfecta sint. Vale.

HVB. GRATVLOR] Balbus hic, ad quem nunc Cic. scribit, alius est ab eo, de quo ult. epist. ad Cæcinã mẽtionẽ facit, ille enim amicissimus Cæs. & eius uices in multis rebus gerebat. hic autẽ cum Pompeianas partes secutus iandiu exulasset a patria, tãdem reditum a Cæs. impetrauit. intercedẽtibus Pansa Hirtio, Oppio, & Balbo, & quibusdã alijs familiaribus Cæsa. simul cum Cice. licet nondum essent impetratæ literæ restitutionis in patriã. Itaque Cice. ei gratulatur primum. deinde ostendit, quam aperte egerit eius causam contra temporum conditionem. Postea uero dicit quare Cæs. statim concesserit literas restitutionis, quas quidem affirmasse dicit Pansa se celeriter allaturum Deinde ostendit eum semper fuisse magni animi, ut significet ita etiam nunc esse oportere, licet subdat ea talis consolatione potius alio tẽpore opus fuisse quam nũc. [Vere).i. ex uera causa propter impetratam promissionem Cæs. de restitutione tua. [Stultus) insipiens. Falsum gaudiũ [Vt te usura).i. ut te uelit in falsum gaudium conijcere. Falsum enim gaudium dicitur, cũ sine iusta causa gaudemus. [Frui) Fructum, & uoluptatem capere. [Vsura) usu. [Deinde) Postquã usus fueris falso gaudio. [Frangi) Rũpi, ubi cognoueris gaudiũ esse falsũ. [Cadere) Prosterni [Vt nulla res possit extollere ad æquitatẽ) quia qui cognoscit se semel falso gauisum esse, nõ facile potest postea erigi, ut æquo animo ferat, quę accidunt. [Extollere) erigere. [Æquitatem) moderationem [Apertius] Prõptius. [Mea tẽpora) Quæ non erant satis felicia, quia carebant dignitate, gratia, & auctoritate solita. [Ferebant) Exigebant. [Tuam causam) Restitutionis tuæ. [Vincebat) Ratio, quare apertius egerit eius causam, quàm sua tẽpora ferebant, & est sensus: Fortuna debilis gratiæ meæ uincebatur à caritate tua, & beneuolentia mea erga te ita, ut plus cogeretur facere, q̃ posset. [Fortuna) s. mala [Gratiæ debilitatę).i. imminutæ. [Caritate tui).i. beneuolentia tua in me. [Culto) obseruato. [Promissa) A Cæs. [Certa) Indubitata. [Rata) Firmata, stabilita. [Reditum) In patriam. [Salutem] Incolumitate. [Cognoui) Intellexi, est autem articulus. [Opportune) Cõmodo. [Implicatos) Alligatos, astrictos. [Cũ ab illo discesserint) Modus est dicendi.i. post illum, utitur autem interdum Cic. etiã alio loco hoc genere dicendi. [Ab illo).s. Cæs. [Proximum).i. me Ab illo discedere amment post Cæs. nullo ante me posito. proximus enim dicit, cui nullus interponitur. [Pansa, Hircius) hi omnes, quos enumerat Proximus in textu, erant familiarissimi Cæs. & apud eum plurimum poterant, a quibus Cic. dicit se uehemẽter amari. [Ita faciunt, ut me, &c.).i. me unice diligunt. Est etiam genus dicendi ornate, ego faciam, ut te plurimum amem.i. plurimum amabo, faciam, ut tibi prosim.i. prodero. [Quòd) Dicit Cic. se tãtum fecisse pro Balbo, q̧ si pro salute sua efficiendum fuisset, non uideretur sibi parum ita fecisse, sicut fecit pro Balbo. [Non pœniteret) Non parũ uide- Pœnitet retur. Terent. Quantum hic operis fiat, me pœnitet. Virgil. Nec te pœniteat calamo triuisse labellum. [Pro ratione temporũ).i. secundum considerationem, & conditionem tpm. [Esse molitũ) moliti .i. fecisse, nã moliri īter cetera facere significat. Virg. Moliri ve moram [Nihil est inseruitum) Nullum commodum tibi factũ, nulla opera tibi præstita [Necessitudines) Amicitiæ, coniunctiones. [Intercedunt) sunt [Cum his omnibus) Pansa, Hirtio, & ceteris supra memoratis [Agere de te) Tuam causam tractare. [Cymber) Alias est nomẽ gentis. Sũt. n. Cymbri populi Galliæ, quos Cymbri Celtæ Galatæ Marius apud aquas Sextias uicit. Idem auct. Appiano in lib. qui Illyrius inscribit, Celtæ dicti sũt a Celto filio Polyphemi, & Galathæ, alij tamẽ malunt à claritudine dictos. hic autem Cymber proprium est uiri [Satisfecit) Functus est officio suo, fecit quod ab eo expectabam. [Valent tamen.) h d. Cæs. moueri magis iustis precibus amicorũ, & propinquorũ alicuius, quàm ambitiosis, & inanibus, sicut supra A. Cæcina. Præterea cedit multorũ istis, & officio incensis, non inanibus, aut ambitiosis uoluntatibus.

[Necessariæ) Quæ ex officio perueniunt. [Quas) Necessarias rogationes. [Quia Cymber habuit) Erit. n. propinquus Balbi [Plus ualuit] Pro te. [Diploma] Pro literis restitutionis ponit hic diploma, licet generaliter significet oẽs literas, à uerbo græco διπλῶ .i. duplico, inde δίπλωμα, duplicatio literæ, eo q̧ duplicent [Nõ est datum) Nobis à Cæs. (Mirifica) Maxima. [Veniam dari tibi) Tibi indulgere tibi concedi reditum. [Quem) Te. [Appellant tubam).i. dñt incitatorem belli ciuilis, nam cubæ usus incẽdendorum militum gratia repertus creditur. [Quasi) Tanquam. [Non gaudeant) Cum te uehementer læti sint [Id bellum) Ciuile [Incidisse) Euenisse. [Quare) Quamobrem quia multi erãt, qui moleste tulissent, si tibi per literas cõcessus esset reditus. [Occultius) Secretius, ne omnes intelligerẽt de reditu tuo tibi promisso. (Diuulgãdum) Publica fama spargendum. [Esse perfectum de te).i. iam esse impetratum quod de te uoluissemus. [Id) ut diuulgetur de te esse perfectum [Perbreui).s. tpe, sed absolutũ est per se, ut perbreui ad te ueniam, subauditur, tpe, quod tñ interdũ additur à Cic. & ab alijs. [Legente te).i. cum habueris has literas in manibus, & eas leges. [Certus) Fidelis, cui uere est credendũ. [Recepit) Promisit, & suscepto hoc onere in se. [Tñ) Licet res adhuc occulte agatur, & nondum allatũ sit diploma [Appuleię) Vxoris tuę, cum qua locutus sum [Minus fir.) In ferẽda iniuria, & exilio isto. [Quam] Literæ tuæ declarabanr.i. q̃ scripseras ad nos [Ampiæ) Filię. [Cum à te abe.).i. eis remotis à te multo maiori solitudine futurum cum illis pręsentibus esses in magna [Leuãdi] Minuendi. [Pro certis) Quæ essent certa.i. ut sint certa, ita certa ad te perscribenda putaui. [Exploratam) Certam, quia antea non habebam certam spem salutis tuæ sicuti nunc, sed ita scribebam, ut consolarer. [Nisi eam) s. spem salutis. [Hic ardor) Hoc incendium belli ciuilis. [Esset extinctus) esset deletus, quia amoto bello uidebam sperare remp. allaturũ salutem, & tibi, & alijs bonis ciuibus. [Recordare) Redigere ad memoriã [Animum magnum) quem nunc non seruare eundem tibi turpe est [Quod).s. te habere talẽ animum. [A primis temporibus) nam ut Macrob. inquit adeo à teneris consuescere multum est. [In discrimina) In pericula quibus es assuefactus ad labores ferendos. [In hoc bellum) Ciuile. [Victor beatus).i. ut non solum esses fortunatus uictor. [Sed sapiẽs uictus).i. etiam uictus sapienter ferres fortunã, & in hoc ostenderes sapientiam tuam. [Prodendis) Tradendis. [Memoriæ prodẽdis).i. cum scribas facta uirorum fortium. [Cõmittendum, efficiẽdum. [Quamobrem) propter quod. [Quos laudas) In tuis scriptis. [Similem) Forte, sicut ipsi fuerunt. [Quæ effugisti) quæ præterierunt, quibus indigebas cõfirmatione. [Hæc ferenda) quòd resp. nostra iacet, & oppressa sit. [Vnum) Solum. s. doctrina, & literæ.i. doctrina literarum. [Modo) Tantummodo. [Hunc) His tẽporibus aduersis.] Etiã salutem) Quia sine eis non possemus uiuere [Caue dubites) Vide ne dubites. Caue. n. negationem in se habet, ut, Caue facias.i. uide ne facias. potest ẽt addi ne. Caue.

Diploma

Tubæ vius

GRATVLOR &c.] Scribit ad Balbum, non quidem eum, de ASC. quo ultima in epistola ad Cæc. meminit, vtpote, qui Cæs. partes secutus fuerat, sed ad alterum alienũ à Cæsare, exulantẽ prius, nunc autem restitutum patriæ, quanquam literas restitutionis nondum haberet. Gratulaturque ei de restitutione, docens qũo contra temporis qualitatem pro eo orauerit, & cur literæ restitutionis dilatæ sint. Ordo est: O mi Balbe, ego gratulor tibi, & gratulor uere.i. ob ueram causam. Nec sum tam stultus, ut uelim te frui usura.i. fructu immodico falsi gaudij, deinde.i. postq̃ pcepe ris te deceptum, te frangi repẽte, atq; cadere ita, ut nulla res possit extollere te postea ad æquitatem animi. Ego egi causam tuã apertius, q̃ tpa.s. periculosa, ferebant.i. exposcebant, aut patiebãtur. Enim.i. qa ipsa fortuna uincebatur debilitate gratiæ nostræ. Alij legunt debilitate, ut sit participium genitiui casus sic: Fortuna gratiæ nostræ debilitata uincebatur caritate tui.i. q̃q̃ debilis erat mihi gr̃a, tamẽ pp caritatẽ tui ipsa resumpsit uires, & amore meo perpetuo erga te, culto diligentissime a te. Oĩa quæ pertinent ad reditum, & salutem tuam sunt promissa, confirmata, certa, & rata. Ego uidi, cognoui, interfui.i. dum tibi reditus concederet. Et. n. ego habeo satis opportune oẽs familiares Cæsaris implicitos cõsuetudine.i. familiaritate, & beneuolẽtia sic, ut cũ discesserint ab illo.s. Cæsare, habeant me proximũ.i. coniunctissimum sibi. Pãsa, Hirtius Balbus, Oppius, Marius, Postumius, qui oẽs sunt Cæsaris amici, faciunt hoc ita, ut diligãt me unice.i. singulariter. Quod.s. factum Pansæ, Hirtij, Balbi, & ceterorum pro te si efficiendum fuisset mihi per me.i quod dñt in propria persona. Hubertinus exponit pro me.i. pro salute mea, sed ueri textus hñt per me. nõ pœniteret.i. non uideretur mihi parũ esse molitum.i. q̧ essem molitus ita pro rõne tpm, quia illis tpibus non erat opportunitas instandi, ẽt si quis uellet urgentius anniti. sensus aũt est, ita amicos illos p Appio Balbo intercessisse, ut si ipse Nta.

Cic. ita fecisset, contentus esse potuisset. Sed nihil est inseruitũ à me. vbi impersonale ablatiuum habet loco suppositi. i. nihil iu seruiui, nec cuiquam supplex fui causa temporis, nam consuetudines veteres videlicet ante ciuile bellum contractæ, intercedũt. i. sunt cõciliatæ mihi cum his oĩbus, quibuscum. i. cũ quib ego nõ destiti agere de te, tñ nos habuimus Pansam principem. i. prę cipuũ, vtpote studiosissimum tui, cupidum mei, qui. s. Pãsa valet apud illũ, videlicet Cæsarẽ, nõ minus auctoritate, q̃ gratia. Autẽ. i. sed, Cymber, vir ille Tullius cognomẽto, satisfecit mihi plane. i. omnino. Tñ. i. nihilominus, quãuis urgẽter illi intercessérint, rogationes ambitiosæ. i. ambitiosæ factæ, valent tam. i. tm̃ apud Cęs. quàm. i. quantum valent rogationes necessariæ, quas. s. rogationes, quia Cimber habebat, ipse valuit. s. pro te plusquam potuisset valere pro vllo alio. Diploma. i. duplũ actorũ, nõ est datũ statim. s. postquam reditus tibi cõcessus est. ꝙ. i. quia, mira improbitas est in quibusdã, qui tulissent acerbius. i. nimis acerbe ueniã dari tibi, quam illi, appellãt tubã. i. buccinatorem, & prouocatorem summũ belli ciuilis, & dicunt multa, ita, i. in detestationem belli ciuilis, quasi non gaudeant id bellum incidisse, cũ tñ in tanto honore non essent. Quare uisum est, sup. nobis tibi fauentibus agendum sup. esse occultius, neq; diuulgandum esse ullo modo, sup. negocium de te. i. de reditu tuo, esse iam pfectũ, sed id. s. ꝙ nõ diuulgabitur, aut ꝙ diuulgabitur, vtrunq; .n. in idẽ recidit, erit pbreui, sup. tpe, nec dubito quin, te legente. i. cum legebas has literas, res sit futura iam confecta. i. penitus transacta. Quidem. i. certe. Pausa homo gratus mihi, & certus, non solum cõfirmauit, verunetiam recepit. i. promisit, & ad se onus accepit, se ablaturũ. s. è manibus inuidulorum diploma. vt dixi duplum, instri, quo cõtinetur veniam tibi datam esse perceleriter. i. valde cito. Tñ placuit mihi hæc perscribi ad te. n. i quia sermo Appuleiæ, alij legũt Epuleiæ tuæ. s. vxoris, & lacrymę Ampiæ. s. filiæ tuæ, declarabat, te sup. esse minus. i. non tam firmam. i. forti animo ad ferendum longum exilium, q̃ i. quãtum firmũ literæ tuę sigñabant te esse, atque illæ. i. vxor & filia, arbitrantur, cum ipsę abessent à te, futurum in cura multo gratiore. Quare ego putaui magnopere ea q̃ essent certa pscribi ad te pro certis. i. tanquã certa causa angoris. i. angustiæ animi, & doloris tui leuandi. i. minuendi. Tu scis me solitum esse scribere antea ad te sic, vt magis cõsolarer uirum fortem, atq; sapientem, q̃ vt ostenderem spẽ salutis. s. tuæ, exploratã. i. certam, & compertam mihi, eã. s. spẽ, quã censerẽ oportere sperari ab ipsa rep. cum hic ardor. s. belli ciuilis, & irarũ inde contractarũ esset extinctus. Recordare. i. reduc ad memoriã, literas tuas quibus ostendisti mihi semper, & . i. simul magnum aĩum, & . i simul cõstantem, atq; paratũ ad oẽs casus ferendos. Quod ego nõ mirabar, cum recordarer te, & . i. simul, esse uersatum a primis tpibus ętatis. s. tuę in rep. & . i simul, magistratus tuos incidisse in ipsa discrimina. i. pericula salutis, & fortunarum cõium, & esse ingressum in hoc ipsum bellum non solum vti. i. vt esse uictor beatus, sed ẽt, si accidisset, ita esses uictor. & . i. ẽt, sapiens. i. sapienter laturus aduersitatem. Deinde cum consumas studiũ tuũ in factis virorum fortiũ prodendis memorię. i. in scribendis gestis uirorũ fortiũ, tu debes considerare nihil esse committendũ tibi, q̃obrẽ. i. ob quod non prabes te, similem eorum, quos laudas hoc est fortium uirorũ. Sed hæc oratio esset magis apta ad illa tpa. s. ante reconciliationem, q̃ effugisti. i. euasisti, & transegisti sine incõmodo. vero. i. sed para te nũc tm̃ ad ferenda. i. toleranda nobiscũ hęc. s. incommoda reip. oppressę, quibus si ego inuenirem. i. inuenire possem quam. i. aliquam, medicinam. i. aliquod remediũ, ego traderem quoq; . i. etiam tibi eãdem, sed vnum est perfugiũ. s. a pñtibus miseris doctrina, ac literæ, qbus fuimus semper usi, quę videbantur habere modo. i. solummod, delectationem rebus secũdis. i. cum res essent prosperę, uero. i. sed vñr nunc habere etiam salutem. Sed, ut ego reuertar ad initium. i. ad id, quod in initio dixi, aut dicere institui, caue dubites, quin omnia sint perfecta. i. plene transacta, & compromissa de salute, ac reditu tuo. s. in vrbem.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Ligarium consolatur à Cæsaris cum animo, item natura, & ratione temporum, cum officij sui commodatione, & hortatione, ut iniuriam temporis fortiter ferat.

M. CICERO Q. LIGARIO S. D. 14

ETSI tali tuo tempore me aut consolandi, aut iuuandi tui causa scribere ad te aliquid pro nostra amicitia oportebat: tamen adhuc id non feci, quia neque lenire uidebar oratione, neque leuare posse dolorem tuum. postea uero quam magnam spem habere cœpi, fore, ut te breui tempore incolumen haberemus; facere non potui quin tibi, & sententiã, et uoluntatem declararem meam. Primum igitur scribam, quod intelligo, & perspicio non fore in te Cæsarem duriorem. nam, & res eum quotidie, & dies, & opinio hominum, &, ut mihi uidetur, etiam sua natura mitiorem facit, idq; cum de reliquis sentio, tum de te etiam audio ex familiarissimis eius: quibus ego ex eo tempore, quo primum ex Africa nuncius uenit, supplicare una cum fratribus tuis non destiti: quorum quidem, & uirtus, & pietas, & amor in te singularis, & assidua, & perpetua salutis tuæ cura tantum proficit, ut nihil sit, quod non ipsum Cæsarem tributurum existimem: & ; si tardius fit, quam uolumus magnis occupationib. eius, à quo omnia petuntur, aditus ad eũ difficiliores fuerunt: & simul Africanæ causæ iratior, diutius uelle uidetur eos habere solicitos à quibus se putat diuturniorib. esse molestijs conflictatum. sed hoc ipsum intelligimus eum quotidie remissius, & placatius ferre. quare mihi crede, & memoriæ manda, me tibi id affirmasse, te in istis molestijs diutius non futurũ. quando, quid sentirem, exposui: quid uellem tua causa, re potius declarabo, quàm oratione. & si tantum possem, quantum in ea rep. de qua ita meritus sum, ut tu existimas, posse debebam: ne tu quidem in istis incommodis esses. eadem. n. causa opes meas fregit, quæ tuam salutem in discrimen adduxit. sed tamẽ, quidquid imago ueteris meæ dignitatis, quidquid reliquæ gratiæ ualebunt, studium, consilium, opera, gratia, fides mea nullo loco deerit tuis optimis fratribus. Tu fac habeas fortem animum, quem semper habuisti; primum ob eas causas, quas scripsi; deinde quòd ea de rep. semper uoluisti, atque sensisti, ut non modo nunc secunda sperare debeas, sed etiam, si omnia aduersa essent, tamen conscientia, & factorum, & consiliorum tuorum, quæcunque acciderent, fortissimo, & maximo animo ferre deberes. Vale.

ETSI tali) Q. Ligarium ante bellorum ciuilium initia, cum C. Consid. o cõsul legatus in Africam profectus est. Deinde Cõsidio ex prouincia discedente, Ligarius prouinciæ præfuit. Postea uero inter Cęs. & Põp. ciuilibus discordijs, & bellis, Ligarius nullo negocio se implicuit, sed arrepto imperio prouincię à P. Varrone prætore, Ligarius in ipsa prouincia ex necessitate pmãsit, ad quam cum L. Tubero iusto sibi imperio à senatu dato uenisset, phibitus est à Q. Ligario, ut ipse Tubero asserebat, qui postea ad Pomp. ad Maced. se contulit, se postea restituto L. Tuberone in patriam Q. T. L. filius apud Cæs. Lig. accusauit, ꝙ contra eum in Africa fuisset, ob quam causam Ligarius exilio multabatur, eius tamen fratribus Romæ manentibus, ita Cicer. hac epistola excusat tarditatem suarum ad eũ literarum, quam ideo fuisse dicit ꝙ nõ uidebat quo pacto posset lenire eius dolorum. Sed postea quam cœpta est haberi spes eius incolumitatis, dicit se parasse aliquid ad eum scribendum. Scribit igitur se prospicere Cæs. non futurum in eum diutius durum, aut acerbum, idque arguit ex eius natura, quam mitem esse dicit, & ex tempore ostendit se cũ fratrib. Ligarijs ita fecisse apud Cæs. vt nihil sit quod eũ tributurum non speret, adducitq; rationes, quare tardius hoc fecerit, pollicetur autem omnem operã suam fratribus Ligarij pro eo. Postremo hortatur eum ut forti animo sit, & eum consolatur maxime ex conscientia recte factorum pro hoc Q. Ligario extat oratio egregia Cic. qua eum defendit apud Cæs. [Tali tempore) Tam misero, quo exulas à patria, & a tuis [Non feci) non scripsi. [Quia] Ratio, quare nõ scripserit. [Lenire] Mitigare [Oratione) Meis uerbis. [Fore] Futurum esse [Haberemus) In patriam reciperemus. [Sententiam] Opinionem, iudicium. [Dies) Tempus. [Opinio hominum) Quam videt erga se bonam. [Mitiorẽ] molliorem, benigniorem. [Quibus] Familiarissimis eius. [Ex eo tempore) Post id tempus [Quorum) Fratrum tuorum. [Virtute) Fortitudine animi. [Pietatem] Incredibili in te affectu. [Tantum pfecit] Tantum ualuit. HVB.

ETSI tali &c.] Scribit ad Q. Ligarium, qui ante bella ciuilia cum Considio consule in Africa legatus eius profectus fuerat, & post cõsulis obitum prouinciæ præfectus fuerat, post bella exilio damnatus, fratribus eius in urbe manentibus. Eum itaque docet cur tardius scripserit, pollicetur q. Cæs. placatiorem futurum, & se intercessurũ eidem, monens ut forti sit animo. Extat aũt Cicero ASC

pro hoc Ligatio oratio. Ordo est: Etsi .i. q̄q̄ oportebat pro nostra amicitia .i. pp nostram amicitiam, me scribere aliquid ad te, tali spe tuo .s. tam calamitoso causa tui, aut consolandi, aut iuuandi, tn̄ ego nō feci adhuc, quia neq; uidebar posse lenire, neque leuare dolorem tuum oratione .s. mea. Vero .i. sed postea q̄ cœpi, hfe magnam spem, fore .i. futurum esse, ut haberemus te incolumem breui tpe, non potui facere, quin declararem tibi, & sn̄iam, & voluntatem meam. Igitur ego scribam primum quod intelligo, & perspicio .i. deprehendo, Cæsa. non fore .i. futurum duriorem .s. quàm est, aut multū durū iu te, nam & res .i. vtilitas, & status rerum, & dies .i. tpis prolixitas, & opinio hoīum, qui censent iram remittendam, & ut vr̄ mihi ēt natura sua facie tum .s. Cæs. mitiorem quotidie, & cum .s. ita sit, ꝙ sentio id de reliquis .s. exulibus, tum .i. multo magis est, ꝙ etiam audio ex familiarissimis eius .s. Cæs. de te, quib. .s. familiarissimis eius, ego non destiti supplicare una cum fratribus tuis ex eo tpe .i. statim post illud tempus quo nūc eius .i. tuus, venit primū ex Africa, quorum .s. familiarissimorum eius quidem .i. certe, & uirtute, & pietate, & amor singularis in te, & assidua, & perpetua .i. non intermissa cura salutis tuę, profecit tm̄, ut nihil sit, quod non existimem ipsum Cæs. tributurū, sup. esse tibi, etsi .i. q̄q̄, sit tardius, quā uolumus, quia sup. magnis occupationibus .i. pp magnas occupationes eius .s. Cæs. à quo omnia petūtur, aditus ad eum fuerūt difficiliores, & simul, sup. fuit iratior .s. q̄ ceteris, causæ Africanæ .i. iis, qui deuicto Pomp. bellū in Africa, reparauerunt. ur̄ uelle habere solicitos diutius eos, à quibus putat se esse cōflictatū molestiis diuturnioribus. Sed nos intelligimus ipm ferre hoc quotidie remissius, & placatius. quare, crede mihi, & mādā memoriæ, me affirmasse tibi id .s. te nō futurum diutius .i. multū diu in istis molestiis .s. in quibus nūc es. Qn̄ .i. quādoquidem .ego exposui, quid sentirem, declarabo potius re, quàm oratione .i. quam uerbis quid uelim causa tua .i. pro utilitate tua. Etsi ego possem tm̄ quantum debeam posse, ut existimas in ea rep. de qua sum meritus, ita .i. tam bene, ut parēs patriæ primus meruerit appellare, ne quidem .i. non saltem, aut nō etiam tu esses in istis incommodis. Enim .i. quia, eadem causa .s. fauor in remp. fregit opes meas, quæ adduxit salutem tuam in discrimen .i. in periculum. Sed tn̄ quidquid imago, q.d. aliud non restare, veteris .i. pristinæ dignitatis meę, & quidquid gratiæ reliquæ .i. quæ restant, adhuc ualebunt, studium, cōsilium, opera, gratia, fides mea nullo loco deerit fratribus tuis optimis .s. in causa tua. Tu fac, sup. vt habeas fortem animum, quem habuisti semper: primum ob eas causas, quas scripsi, deinde ꝙ .i. quia tu uoluisti, & sensisti, semper de rep. ea .i. eiusmodi res, ut debeas nō modo .i. non solum sperare, secunda .i. prospera. sed etiam si omnia essent aduersa, tamē deberes ferre animo fortissimo, & maximo quæcunque acciderent, conscientia .i. propter conscientiam, & .i. pariter factorum, & consiliorum tuorum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Nunciatoria est epistola. Exordiū est officiosum, deinde quid spes habeat de reditu Ligarij à Cæsaris uoluntate, uultu, natura aperit. Postremo hortatur, ut exilium fortiter ferat.

M. CICERO Q. LIGARIO S. D. 15

ME scito omnem meum laborem, omnem operam, curā, studium in tua salute cōsumere. nam cū te semper maxime dilexi, tum fratrum tuorum, quos æque, atque te, summa beneuolentia sum complexus singularis pietas, amorque fraternus nullū me patitur officij erga te, studijque munus, aut tempus prætermittere. sed, quæ faciam, fecerimq; pro te, ex illorum te literis, q̄ ex meis, malo cognoscere. quid aut sperem, aut confidam, & exploratum habeam de salute tua, id tibi à me declarari uolo. nam si quisquam est timidus in magnis, periculosisq; rebus, semperq; magis aduersos rerum exitus metuens, quam sperans secundos, is ego sum: &, si hoc uitium est, eo me non carere confiteor. ego idem tamen, cum ad II. Kal. intercalares priores rogatu fratrum tuorum uenissem mane ad Cæsarem, atq; omnem adeundi, & conueniendi illius indignitatem, & molestiam pertulissem: cum fratres et propinqui tui iacerent ad pedes, & ego essem locutus, quæ causa, quæ tuum tempus postulabat: non solum ex oratione Cæsaris, quæ sane mollis, & liberalis fuit, sed etiam ex oculis, & uultu, & multis præterea signis, quæ facilius perspicere potui, quam scribere, hanc in opinionem discessi; ut mihi tua salus dubia non esset. quamobrem fac animo magno, fortique sis; &, si turbidissima sapienter ferebas tranquilliora læte feras. ego tamen, tuis rebus sic adero, ut difficilimis, neque Cæsari solū, sed et amicis eius omnib. quos mihi amicissimos esse cognoui. pro te, sicut adhuc feci, libentissime supplicabo. Vale.

ME scito] Ostendit Cic. se diligenter laborare pro salute Ligarij, idque facere sua in eum ueteri beneuolētia, & in eius fratres, à quibus assidue dicit se rogari pro eius salute. Deinde declarat, quam spē & fiduciam de eius reditu, & incolumitate acceperit non solum ex uerbis Cæs. sed etiam ex uultu, & multis alijs signis, & hortatur, ut eundem animum præstet rebus redactis in tranquilliorem locum, quem animum prǽstitit rebus turbidissimis [Me scito,) q.d. noli dubitare. [Consumere) Ponere. [In tua salute) Vt incolumis restituas in patriam. [Cum) Copulatiua est particula, ut supradiximus. significat autem, &, sed minus significat, quam tum, & iungitur indicatiuo. [Aeq;) tam [Atque) quam [Patitur) sint, quia assidue me monet, ut omnia ꝓ te agam, quæ debeo. [Munus) Onus [Malo) Potius uolo Honestius enim puto officium meum ab alijs laudari quàm à me ipso. [Cōfidam] Certum habeam, & credam [Exploratum) Cognitū. [Nam si) Videatur Cic. temere hæc sperare de Ligario, dicit se esse timidum in rebus magnis, & periculosis, & semper magis timere aduersa, quam sperare secunda, sed cum audiuisset Cæs. se cognouisse ex eius uerbis, & multis, alijs signis nihil esse dubitandū de salute Ligarij [Aduersos) infelices. [Exitus) fines. [Is) .s. timidus. & magis metuens aduersos exitus, quam sperans secūdos. [Hoc uitium) In magnis rebus, &c. [Et uitium) Quia vr̄ esse contra fortitudinem, quæ à se amouet oēm desperationem. [Ego idem) qa sum timidus & c. [Kal. intercalares) de rōne intercalationis Macr. in Satur. abunde scribit. itaque non puto hic esse opus tam multa referre. Appellabatur aūt mēsis intercalarius siue intercalaris, utrunque .n. dr̄, quo interserebantur dies, qui deerant ad complēdum annum, diuersis quidē rōnibus diuerso tpe, ut idem Macr. ostendit Is autē mensis erat Februarius, qm̄ erat ultimus mensis anni, non tn̄ intercalabant in fine mensis, sed post uigesimum, & tertium terminalibus iā pactis, deinde reliquos Februarij mensis dies, qui erant quinque, post intercalationem subiungebant ueteres religionis suę more, ut Februarium omnino Martius sequeretur. Intercalares igitur Kalendæ dicūtur Kal. men. intercalaris .i. Februarij. [Alij intelligunt etiam appellatas Kal. intercalares: Kal. Martias, non ꝙ eo mense intercalarentur dies, sed ꝙ essent proxime diebus intercalaris, i. ꝙ statim sequerentur intercalationem quinque tantum diebus interpositis, ut dicimus, Intercalarium autem mēsem dici Februarium, & Macr. (ut ostēdimus) declarat, & Asc. Pedianus his uerbis. Pomp. interrogatur à S. Sulp. v. Kal. Martias intercalario mēse cōsul creatus est, statimque cōsulatum iniit. [Indignitatem) Quia non habita est maior ratio mei, quam si fuissem minimus ciuis. [Et molestiæ) Quia difficillimum habui ad eum aditum. [Iacerent) Prostrati essent, ut est mos supplicantium, sicut uisum est supra. S. Sulp. de restitutione Marcel. & cum Marcel. se ad Cęsa. pedes abiecisset, &c. [Tuum tempus] conditioni temporis [Mollis] Non acerba. [Liberalis) Benigna, & quę ueniæ se promptam ostendere. [Oculis] uultu, quibus sępe cognoscimus animi qualitatem, & iram, uel placabiliorem. Iuuen. Deprehendas animi tormenta latentis in ægro Corpore deprehendas, & gaudia, sumit utrunque. Inde habitum facies. [Quam scribere) Quia nō facile est scribere omnia signa. [Turbidissima) Infelicissima, plena pertubationis. [Tranquilliora læte feras) .i. ut antea sapienti animo tulisti aduersa, ita nūc prosperioribus lætare. [Adero) Fauebo, subueniā [Vt difficillimis) .i. tanq̄ difficillimis .i. licet res tuæ factę sint trāquilliores, non tn̄ minori cura, & diligentia in eis utar, q̄ esset difficillimę.

HVB.

Interea laris mē bs

ME scito, &c.] Rursus ostendit se totis uiribus contendere pro salute Ligarij, deinde spei suę causas aperit, ac demū, ut fortior sit, monet. Ordo est: Scito me consumere omnem laborem meū, oīum operam, curā, studium supp. oē, in salute tua .s. procurāda. Nam cum .s. ita sit, q̄ dilexi semper maxime te, tū .s. magis, uerū est, ꝙ singularis pietas, & amor fraternus .s. in te, fratrē tuorum, quos sum cōplexus summa beneuolentia, æque .i. qualiter, atque in hac te nullū .i. nō ullum, nō patitur me ꝑtermittere vllū munus officii, & studij erga te, aut vllum tempus. Sed malo te cognoscere ex literis illorū .s. fratrū tuorū, q̄ ex meis, qd faciā .s. modo, & quid fecerim ꝓ te. Aūt .i. sed qd sperem, aut confidā & habeā exploratū .i. compertū de salute tua volo id declarari tibi à me, Nā siqs q̄ timidus in rebus magnis, & periculosis, & semper metues magis exitus rerum aduersos, quam sperans secūdos .i. ꝓsperos, ego sum is .i. talis, etsi hoc est uitiū .s. meticulositatis, aut pusil-

pusillanimitatis, ego cōfiteor me nō carere eo. Ergo, ut alibi nota ui, caremus et ijs quae habere nolimus. Ego tn̄ idem. s. qui ꝓpensior ad timorem sum, cū uenissem ad ſm Kal. intercalares. i. bissextiles, priores. i. in Febr. locus uidetur non satis integer, nā secundo Kal. negant dicendum eo, ꝙ pro illo dicimus pridie, uerū illud facile purgatur, nam licet aptius dixeris prid. Kal. q̄ secundo, non ꝙ, ut dicūt, Kalendae, praecedunt, & secundus à sequēdo dicitur, nā licet secundus dies Kal. precedat, sequitur tn̄ tertiū, sed ꝙ magis proprium est, uocabulum. tn̄ pro eo qd est ſm Kalē. non recte dixeris pridie Kalend. tunc. n. ad secundum dicit, cum iuxta secūdū sis. siue ipso secundo, siue tertio, pridie aūt duntaxat de die immediate ꝑcedente. Praeterea cū intercalatio. i. unius diei, qui bissextus dicitur interpositi, duntaxat in Febr. fiat, vr̄ nō recte addi priores, praesertim cū Kalen. Feb. sint ꝑter primū diē in Ianua. unde vr̄ ideo additum priores, vt Kalen. precedētes intercalationē intelligamus, & ita de pen. Mart. cuius sunt priores intercalares Kal. licet in Febr. sint preter primū diē, & posteriores sit April. sed in Martio, ad Cęs. mane rogatu, id est ex rogatione, & requisitione fratrū tuorū, atque pertulissem oēm indignitatem, id est humiliationem cōtra dignitatē meam, & molestia illius, scilicet Cęs. adeundi, & conueniendi, idest colloquēdi, & cū eo agendi, gratia uisitandi, cum fratres, & propinqui tui iacerent ad pedes, & ego essem locutus, supple ea, quę cā, & tps postulabat tum, id est tunc ego discessi non solum, ex oratione Caes. quę fuit sanè, id est ualde mollis, & liberalis, sed ēt ex oculis, & uultu, & ꝑterea ex signis mutis. i. tacitis, q̄ potui, s. tūc perspicere. i. agnoscere facilius, quàm scribere. s. nunc discessi, inquit, in hanc opinionē, ut salus tua non esset mihi dubia. Quamobrē fac sup. ut sis animo magno, & forti, etsi tu ferebas sapiēter turbidissima, feras lęte tranquilliora. Ego tamē adero. i. auxilio ero, rebus tuis sic, ut difficillimis, q. d. uigilantissime, neque. i. & non, & supplicabo pro te, non solum Caes. sed etiam amicis eius, quos ego cognoui amicissimos mihi, sicut feci adhuc libentissime.

CICERO BASILIO. S. 16

TIBI *gratulor: mihi gaudeo. te amo: tua tueor. à te amari, & quid agas, quidque istic agatur, certior fieri uolo. Vale.*

HVB. TIBI *gratulor:*] Basilius ciuis Romanus debuerat aliquid praeclari in aliqua prouincia, cui praeesset, fecisse. unde Cic. ei nunc gratulatur.

ASC. *TIBI &c.*] Breuis est gratulatio, & admonitio de rescribēri, & lecturo duntaxat nota. Ordo tn̄ est: Gratulor tibi. s. pro re feliciter gesta, aut q̄ feliciter euenit gaudeo mihi. i. ꝓ cōmodo meo eo, ꝙ tua bona mea sunt. ego amo te, tueor, i. protego tua, uolo amari à te, & fieri certior, qd agas, & quid agatur. s. ab alijs q̄ istic sunt. Vale. Ex hoc loco trahi pōt nota differētia inter gratulor, & gaudeo, quia gratulamur alienis commodis, gaudemus nostris.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Reddit causam Bithynicus, cur iuste à Cicerone petere debeat, deinde quid petat subijcit.

BITHYNICVS CICERONI. S. 17

SI *mihi tecum non & multae, & iustae causae amicitiae priuatim essent, repeterem initia amicitiae ex parentibus nostris: quod faciendum ijs existimo, quia paternam amicitiam nullis ipsi officijs prosecuti sunt. itaque contentus ero nostra ipsorum amicitia: cuius fiducia peto à te, ut absentem me, quibuscunq; in rebus opus fuerit, tueare; si nullum officium tuū apud me inter moriturum existimas. Vale.*

HVB. SI *mihi*] Cum abesset Bithynicus ab urbe, rogauit Cic. hac epistola, ut absentem, quibuscunq; rebus posset, tueretur, idque eum facere debere ostendit ex amicitia non solum parentū ipsorū, sed multo magis ex amicitia utriusq; ipsorū multis, & iustis causis cōfirmata. [Si non]. i. nisi. [Et iusta) Honestae, utputa causę uirtutis & morum, & similitudinis studiorum. [Repeterem) reuocarem, resumerem. [Ex parentibus nostris) Qui inter se fuerunt amicissimi. [Quid) Quam rem. s. ut reputantur initia amicitiae à parentibus. [Sunt prosecuti nullis officijs). i. qui paternae amicitiae nulla propria, & sua officia addiderunt, sicut nos addidimus per ipsam amicitiam paternam, multis officijs prosecuti sumus, [Nostra ipsorū)'. i. nostrorum metipsorum, neq; nun per amicitiam paternam aliquid à te petam. [Cuius). s. amicitiae nostrae ipsorum. [Fiducia] bona, est confidentia mala, licet Virg. fiduciā pro cōfidentia posuerit. Tanta ne uos generis tenuit fiducia uestri. Officium] Beneficium, quod in me sit, collatū. [Intermoriturum) Periturum, tanquam conferatur in ingratum.

Fiducia Condētia

ASC. *SI mihi, &c.*] Commendat se, & sua Bithynicus Ciceroni, lepide quidē, ac docte, dicēs: Si causae amicitiae, & multae, & iustae, non essent mihi tecum, repeterem initia amicitiae ex parentibus. i. progenitoribus nostris, quod. s. petere initia amicitiae ex parentibus, id est proprijs personis, nullis officijs prosecuti sunt, idest continuauerunt, ego existimo faciendum ijs, qui ipsi amicitiam paternam, Itaque idest & quia aliter inter nos est, ego contentus ero amicitia nostra ipsorū, & idest q̄ nobis est ꝓpria. Sic dicimus nostra oīum, mea unius & c. cuius. s. amicitiae uostrę, ipsorū fiducia. i. p cuius fiduciā ego peto à te, ut tueare. i. ꝓtegas me absentē, in qbuscunq, rebus opus fuerit, si existimas nullū officium intermoriturū. i. peritueū, & obliuioni ꝑpetuę dādum apud me.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Inter causas cur remp constitutam uelit. & hanc quoque affert, uti eum Bithynico uiuere familiarius posset. Laudat deinde eius uolūtatē & quantopere illi faueat, dicit.

M. CICERO BITHYNICO. S. 18

CVM *ceterarum rerum causa cupio esse aliquando rēp. cōstitutam: tum uelim, mihi credas, accidere id ēt, quo magis expetā promissum tuū, quo in literis uteris. scribis. n. si ita sit, te mecū esse uicturū. gratissima mihi tua uolūtas est: facisq; mihi alienū necessitudine nostra, iudicijsq; patris tui de me, summi uiri. nā sic habeto, beneficiorū, magnitudine eos, q̄ tpibus ualuerunt, aut ualeāt, coniūnctiores tecū esse, q̄ me necessitudine neminem, quāobrem grata mihi est, & memoria tua nostrae coniunctionis, & eius etiam augēdae uolūtas. Vale.*

HVB. CVM *ceterarum*] scripserat Bithynicus ad Cice. se cupere cum eo uiuere, si aliqñ resp. quae diu agitabatur, cōstitueretur. Itaque Cic. rescribit se uehemente cupere ut resp. tandem constituatur, & in bonum statum reducatur, & aliarum cā, & hac praecipio, ut possit exigere Bithynico ꝓmissum, ut secū uiuat. Deinde dicit Ci. esse aliquos, qui qa plurimum potuerūt sint coniunctiores Bithynico magnitudine officiorum q̄ ipse Cic. necessitudine uero, & beneuolentia neminē esse coniunctiorem. [Ceterarū) Aliarū multarū [Constitutam] firmatā, in statu suo collocatā. [Aliquando] Tādem, aliquo tpe. [Tū) Praecipue [Accedere] Adiūgi ad illa ceteras res. [Id) quod sequitur. s. [Quo). i. ut [Expetam) Exigam à te. [Quo). s. promisso. [Si ita sit]. s. ut resp. sit constituta. [Tua uoluntas) Viuendi mecū. [Alienum necessitudine nostra) i. nihil facis contra necessitudiē nostram. i. nihil facis, quod si cōtra amicitiam nostrā cū petis mecum uiuere. [Nā sic] Sensus est: Credo eos, qui habuerunt gratiā, aut auctoritatē, his tēporibus, contulisse in te maiora beneficia, q̄ ego, qui nō ualui, sed necessitudine, & beneuolentia neminē esse tibi cōiunctiorem. [Necessitudine neminem) Subaudi, coniunctiorem esse. [Eius) coniunctionis. [Augendae uoluntas). i. cupio eam augere.

ASC. *CVM ceterarum &c.*] Respondet epistolae Bithynici, non quidem superiori, sed alteri, quae nō extat, significans gtatam sibi cū eo consuetudinem, sit resp. uigeret, fore. Ordo est: Cum. s. ita sit, ꝙ cupio causa ceterarum rerum remp. constitutam, sup. esse aliquando. i. tandem, tum. i. multo magis uelim credas mihi, id etiam accidere. i. addi, aut accidere. i. contingere, ut resp. sit cōstituta. i. stabilita, quo. i. ideo. ut expetam. i. exigā à te magis promissum tuū quo. s. promisso, uteris in literis tuis non tamen, (ut dixi in superioribus) scribis enim si sit ita te esse uicturū mecū. [Voluntas tua est gratissima mihi & facis nihil alienū]. i. diuersum à necessitudine nostra, & iudicijs pr̄is tui, uiri summi, de me. i. q̄ habuit de me. Nam habeto sic. i. teneto id ratissimum, eos, q̄ ualuerunt temporibus. i. qbus tempora fuerunt secunda, aut qui ualeant. s. modo temporibus, esse coniunctiores tecū magnitudine beneficiorum, q̄ me, qa cum illis tempora essent prospera, potuerunt facilius in te conferre beneficia. q̄ ego sed, sup. neminem, sup. esse cōiunctiorem tecum, quàm me necessitudine. i. uinculo necessariae coniunctionis ex parentibus contractae. Quamobrem. i. simul memoria tua. s. actiue coniunctionis nostrę, passione. i. quam habes coniunctione nostra, & grata mihi, & uoluntas. s. coniunctionis nostrae etiam augenda est mihi. i. habeo eam. Sępe Cic. uni substantiuo potissimum uerbali adiungit aut duos genitiuos aut loco alterius pronomen possessiuum, quorum alter passiue, alter, siue alterum actiue, aut passiue significat, ut studium Seruij iuris ciuilis prior genitiuus actiue, posterior passiue accipitur.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Mista hac epistola est. Primum enim respondet de iure aruspicum legēdorū in decuriones deinde de rebus Hispanicis, qd certi habeat, edisserit, mox Oratoris sui laudē liberaliter agnoscit, et ut Lepta filius eo delecte-

delectetur exoptat. Postremo ad gloriæ, & uirtutis studium Leptæ filium exhortatur.

M. CICERO LEPTAE S. D. 19

SIMVL ac accepi à Seleuco tuo literas, statim quæsiui è Balbo per codicillos, quid esset in lege. rescripsit eos, qui facerent præconiũ, uetari esse in decurionibus; q̃ fecissent, non uetari. quare bono animo sint, & tui, & mei familiares. neque enim erat ferendum, cum, qui hodie haruspicinam facerent, in senatu Romæ legerentur, eos, qui aliquando præconium fecissent: in municipijs decuriones esse non licere. De Hispanijs noui nihil: magnum tamen exercitum Pompeium habere constat. nam Cæsar ipse ad nos misit exemplum Paciæci, literarum, in quo erat, illi xi. esse legiones. scripserat etiam Messalla Q. Salasso Q. Curtium, fratrem eius, iussu Pompeij, inspectante exercitu, interfectum; quòd consensisset cum Hispanis quibusdam, si in oppidum nescio quod Pompeius rei frumentariæ causa uenisset, eum comprehendere, ad Cæsaremq́; deducere. De negocio tuo quòd sponsor es pro Pompeio; si Balbus consponsor tuus redierit, homo in re familiari non parum diligens, non desinam cum illo communicare, si quid expediri possit, quod uidebatur mihi ille confidere. Oratorem meum tantopere à te probari, uehementer gaudeo. mihi quidem sic persuadeo, me, quidquid habueram iudicij de dicendo, in illum librum contulisse. qui si est talis, qualem tibi uideri scribit; ego quoque aliquid sum: sin aliter; non recuso, quin quantum, de illo libro, tantundem de mei iudicij fama detrahatur. Leptam nostrum cupio delectari iam talibus scriptis. etsi abest maturitas ætatis: iam tamen personare aures eius huiusmodi uocibus, non est inutile. Me Romæ tenuit omnino Tulliæ meæ partus. sed, cum ea, quemadmodum spero, satis firma sit, teneor tamen dum à Dolabellæ procuratoribus exigam primam pensionem. et mehercule non tam sum peregrinator iam, quam solebam. ædificia mea me delectabant, & ocium. domus, est, quæ nulli uillarum mearum cedat: ocium omni desertissima regione maius. itaque ne literæ quidem meæ impediuntur; in quibus sine ulla interpretatione uersor. quare, ut arbitror, prius hic te nos, quàm istic tu nos uidebis. Lepta suauissimus ediscat Hesiodum, & habeat in ore.

†Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα, &c.

† uirtutis uero sudorē. HVB.

SIMVL ac accepi] Interrogauerat Lepta Cic. utrum præcones, & haruspices possent per leges fieri decuriones municipiorum, de quo Cic. scribit se cõsuluisse Balbum iuriscõsultum, exponitq́. eius sententiam, deinde facit eum certiorem, quid audierit de rebus Hispanis. erãt enim eo tẽpore in Hispania exercitus Cæs. & Pomp. deinde quia Lepta laudaret opus Cic. de Oratore, dicit Ci. uehementer gaudere, dicitq́. se cupere, ut Lepta filius Leptæ eo delectetur. & postremo hortatur eum, ut filium ad ediscẽdum Hesiodũ inducat, & præcipua quatuor eius carmina, quæ in fine epistolæ subdit. [Simul ac accepi) posteaquã, cũ primum. [Quæsiui) interrogaui. [E Balbo) Pro ex Balbo iuriscon. qui nouit quid leges statuant [Codicillos) Breues literas, ut lib. 4 in epis. Sulpicij de morte Marcelli: Puer Acydini obuiam mihi uenit cum codicillis, est enim diminutiuum à diminutiuo, codex enim facit codiculus, inde codicillus. Iurisconsulti pro genere quodam testamentorum, accipiunt [Quid esset in lege. i. qd lex statuerit de eo, quod petisti. [Qui facerent præconium) Qui nunc essent præcones in municipijs. præcones autem, qui publice aliquid ore, & uerbis denunciant, ut apud Virg. in 5. Aen.

Simul

Codicilli

Codiculus

Præcones

Victorem Aeneas, præconis uoce Cloantum.

Declarat.

Tubicines Cornicies

Ijdem tubicines, & cornicines dicuntur, quòd sonitu tubæ populum ad se ducant. Iuuen.

Quondam hi cornices, & municipalis arenæ.

Perpetui comites, notatq́; per oppida buccæ.

Dicũtur aũt à p̃ræ & cano, q̃ ante canũt, & denũciẽt quod est faciendum, hi aũt uiles erãt, unde nũc dicit rescriptum esse à Balbo, qui exercent præconium, uetari per leges esse in decurionibus, decuriones aũt [auctoribus Festo, & Nonio) a numero militiæ, cui præerant, dicti sunt, q̃ denis equitibus præessent, sicut centuriones. Erant tñ decuriones, alij urbani, alij municipales. Vrbanus decurio turmæ præerat, quæ duobus triginta equitibus constabat, neque uero belli solum, sed domi quoq; Decurio dicitur, nomen quoddam præpositur æ turmæ significans, ut Suet. in Domit. uita: Saturius Decurio cubiculariorũ. In municipijs autem decurio idem creditur, qui & Senator. nam qui in senatu, & concilijs reip. municipalis interesse poterant, Decuriones erant, ut Ci in oratione pro P. Sextio. Recitata quæstio Sextij, qd decreuerint Capuæ decuriones. Romanorum aũt & municipalem decurionem differre, declarat Plin. iunior epist quadam lib 1. puto autem uerius dictos decuriones, ut sensit Pomp. iurisconf. de uerb. signifi. quod initio deducerentur coloniæ consilij publici gratia decima deductorum cõscribi solita sit. Decuriones igitur in hoc loco non pro equitibus, aut qui præessent decem equitibus accipiũtur, sed pro ijs, qui in senatu & concilijs reip. municipali interessent. ut declarat Cic. ipse hac epistola, decurias aũt nobiliorem, centurias inferiorem dici Pędianus uoluit, ergo. [Esse in decurionibus). i. esse in senatoribus municipalib. [Quid fecissent) Subaudi, præconium, nam quidam frustra, & falso addunt, qui haruspicinam fecissent, cum haruspicina superfluum esse constet, hoc. n. sentit Cic. rescripsisse Balbum eos, qui nunc facerent præconium, prohiberi esse in decurionibus. qui uero alias fecissent, & nunc non facerent non prohiberi. [Familiares) Amicos, propter quos fortasse quæsiuerat hoc Lepta à Cic. [Neq;. n.) Arguit à minori ad maius. q̃ si illi, qui in pñti faciunt haruspicinã pñt eligi senatores in urbe Roma, multo magis poterunt eligi Decuriones, qui in municipijs præconium fecissent, & in pñti non faciant, cum minus sit esse Decurionem in municipijs, q̃ senatorẽ Romanũ. [Haruspicinam fecerunt). i. qui essent Haruspices Haruspicina erat diuinandi disciplina per inspectionem extorum, & uiscerum animalium, quæ non satis honesta putabatur, ergo dicit. non erat tolerandum, cum illi eligerentur in senatu Rom. qui facerent hoc tpe haruspicinam, q̃ illi non possent esse Decuriones in municipijs, quia antea fecissent Præconium. [Legerentur) Eligerentur. [In senatu Romæ) Vt possent esse Romæ Senatores. [Aliqñ) Aliquo tpe, non nunc. [Non licere) Vetari p leges [Esse decuriones in municipiis) q̃ minus est, q̃ eligi in Senatu Romano [Constat) Apparet. manifestum est [Illas). s. legiones Pompe. [inspectante exercitu) In conspectu totius exercitus. [Consensisset) Coniurasset [Nescio quod) Ita solemus dicere, cum ignoramus nomen. [Causa rei frumentariæ). i. causa prouisionis frumenti [Comprehẽdere) Capere, ligare. [Quo) Nescio. [Et sponte pro Pompeio). i. quo Pompeio fideiussisti, fideiusserat enim Lepta simul cum Galba quodam pro Pom. dare pecuniam, & quærebat se liberari illa fideiussione, scripseratq́, ad Cic. ut id communicaret cum Galba. quod se facturum dicit [Consponsor) Simul sponsor [Expediri) Explicari, & liberari. [Oratorem) Alii uolunt esse oratorem quem ad Brut. scripsit, ego sentio esse libros de oratore, de quibus fecit mentionem epistola pen. 1. lib. quos dialogo scripsisse dixit, & magnopere cõmendauit sicut et hic, utrunque tamen opus elegantissimum. [A te probari) Tibi placere. [De dicendo) De arte dicendi [Contulisse) Posuisse [Aliquid sum). i. alicuius precii [Detrahatur) Dominatur. [Leptam) Filium tuum. [Etsi) Quanquam. [Maturitas ætatis) Quia iudiciũ non potest esse maturum adolescentibus, propterea q̃ per ætatẽ non sunt multa experti. [Abest) deest ei. [Personare huiusmodi uocibus]. i. audire assidue huiusmodi uoces. Nam quo semel est imbuta recens seruabit odorẽ Testa diu [Partus) Quia nuper peperit, nec propter id licuit mihi honeste discedere. [Satis firma) Satis ualida. [Teneor) Impedior uenire. [Procuratoribus Dolabellæ) Qui gerunt negocia Dolabellę, aberat enim eo tpe Dolabella, & mãdauerat Cic. ut a procuratoribus suis exigeret primã pensionem rerum suarum. pensio autẽ à pendendo dr, quę datur pro usu alicuius rei, ut agri, aut domus. [Et mehercule) Alia causa, quare moratus sit diutius Romę. dicit enim Cicero se non ita delectari peragrare loca multa, & ire peregre, sicut ante delectatus, est enim magis iuuenũ, quàm senum. [Aedificia mea me delectabãt). i. delector esse domi meæ. [Ociũ domus) Quies domestica. [Quæ) Domus. [Cedat). i. sit inferior, quia non minus ociũ est mihi domi meæ, quàm in meis uillis. Maius omni regione desertissima, idest ocium maius, quàm ubi ferè nulli habitant, loca enim minus habitata plus habent ocii. [Interpellatione) Intermissione temporis. i. assidue. [Quare) concludit Cic. ex supradictis causis, quod potius ueniet Lepta Romam, quam Cic. eat ad eum. [Ediscat] Non solum cognoscat, sed & memoriæ mandet, id enim significat ediscere. [Hesiodum; Poetam,] quem quidam uolunt antiquiorem fuisse Homero, scripsit autem de agricultura apud Græcos, quem noster Virg. in Georg. Cum magna laude imita-

Decuriones

Haruspicina

Pensio

Edisce re.

Hesiodus.

imitatur creditur superasse. Fuit autem ex Ascra, uico Bæotię, ad modum paruo, & aspero, ut scribit Strabo. unde Maro noster.

Ascræumque cano Romana per oppida carmen. Et alibi:

Ascræo quos ante seni.

[Habeat in ore] i. assidue memoret, & pronunciet carmina, quæ sequutus, quia maxime hortantur ad amplectendas virtutes.

Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάρονθεν, ἔθηκαν
Ἀθάνατοι μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτήν.
Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον, ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ὄκηται,
Ῥηιδίην δ' ἤπειτα τὰ πέλει καλεπτητερ ἐοῦσα,

Horum autem carminum, vt ferè verbum de uerbo interpretemur. Hic est sensus: Virtutis sudorem dij immortales ante posuerunt, longa autem, & ardua uia ad ipsam, & aspera primum, ubi enim in cacumen ventum est, facilis est, quæ dura, & aspera extiterat, ea carmina multi varie traducunt versibus, sed non interpretantur verum sensum, Poetę, nos igitur ita traduximus.

Versus

Virtutem posuere dei sudore parandam.
Arduus est ad eam, longusque per ardua callis.
Asper & est primum, sed, ubi alta cacumina tanges,
Fit facilis quæ dura prius fuit inclyta uirtus.

ASC.

SIMVL ac accepi, &c.) Interrogauerat Lepta Cice. vtrum præcones possent per leges fieri Decuriones municipiorum. De quo dicit se cōsuluisse Balbum iurisconsul. exponitque eius sententiam. deinde scribit quid audierit de rebus Cæsaris, & Pomp. in Hispania, & hortatur vt filius Leptę ediscat lib. de oratore, & carmina illa Hesiodica, quæ ponit. Ordo autem est: Simul ac accepi literas tuas à Seleuco, statim quæsiui è Balbo. s. iurisconſ. per codicillos, id est per literulas, quid esset in lege, scilicet quid iuris esset, de eo, quod quæsiuisti. Rescripsit eos, qui facerent præconiū, id est, præcones publicos adhuc officiū exercentes, uetari esse in Decurionibus, id est, in numero Decurionū, eos sup. qui fecissent, s. pręconiū, & nō amplius facerēt, nō uetari. Quare & tui mei familiares sint bono animo. Neque enim erat ferēdū, id est, tolerādū, eo quod esset iniquū cū supple, id est qui facerent hodie haruspiciuā. i. qui essent haruspices. i. inspectores oblatorū, legerent Romę in senatu. i. ut sint in numero senatorū, & nō licere eos, qui fecissent aliquādo pręconiū, esse Decuriones in municipijs. i. in vrbibus Italię: quorū ciues essent munerū Romanorū capaces. Nihil noui sup. est de Hispaniis, cōstat tñ Pōp. habere magnū exercitū. Nā Cæsar. ipse misit ad nos exēplū i. diploma, aut duplū literarū Patiatii. i. quas Patiatius ex Hispania miserat, in quo. s. exēplo erat, illas legiones. s. quas Pompeius in Hispania habebat, esse undecim. Enim. i. quia, Messala scripserat. Q. Salasso, Pompeium Curium fratrem eius interfectum iussu Pomp. exercitu inspectante, quod i. quia ipse interfectus consensisset cum quibusdam Hispanis, si Pomp. uenisset causa rei frumentariæ. i. ad obtinendum frumentum in nescio quod oppidum. i. in oppidū, cuius nomen ignoro, comprehendere eum. i. Pomp. & deducere ad Cæs. qui inimicus eius erat, q. i. quia, sponsores pro Pompeio, si Galba consponsor tuus. i. qui tecum sponsor pro eodem est homo, non parū. i. multum diligens in re familiari redierit, non desinam cōicare cum illo de negocio tuo. Si quid possit expediri. i. transigi, & absolui, quod ille. s. Galba videbatur mihi confidere. s. quod aliquid posset expediri. Ego gaudeo vehementer, oratorē meū. i. opus de oratore, siue quod ad Brutum scripsit, siue potius alterum, probari. i. approbari, tantopere à te quidem. i. certe, ego persuadeo mihi sic, me contulisse in illum librum quidquid habuerim iudicii de dicendo. i. de arte loquendi, qui. s. liber, si est talis, qualem tu scribis, sup. eum uideri tibi, ego quoque sum aliquid. Sin autem. i. sed, si aliud sup. est. i. si non est talis, ego non recuso quin quantum detrahatur de illo libro. i. de laude illius libri, tantundem detrahatur de fama iudicii mei. Ego cupio Leptam nostrum. s. filium, tibi per naturam, mihi per curam, & amorem, delectari iam talibus scriptis. etsi. i. quanquam, maturitas ętatis abest. s. in illo, tamen, non est inutile aures eius personare huiusmodi vocibus. Vnde errant qui barbaris, & ineptis uocibus vtentes rhetoricem, aut poeticem, aut etiam grammaticem doceant. Partus Tulliæ meæ. s. filiæ, tenuit me omnino Romæ. Sed cum ea sit satis firma, quemadmodum spero, Tamen ego teneor. s. Romæ dum. i. donec ego exigā à procuratoribus Dolabellæ mariti eius, primam pensionem. i. precium pro usu rerum eius quod à pēdendo, dū reponitur, pensio dicitur. Et mehercule, ego iam nō sum tam. i. tantopere, peregrinator, q. i. quantopere, aut quantum solebam. Aedificia mea delectant me, & ocium domus, quę nulli uillarum mearum cedat, idest, quæ nulli inferior sit cum ocium maius omni regione desertissima. Itaque. i. & ita ne quidem. i. non saltem, literæ meæ impediuntur. s. strepitu, aut uulgo. in quibus. s. literis ego uersor sine ullo interpellatore. i. obturbatore. Interpellator. n. est qui in medio opere aliquem compellit, ac turbat.

Quare (vt arbitror) nos sup. videbimus te hic. i. Romę, vbi nos fuimus, priusquā, tu uidebis nos istic. s. ubi tu es, ubi inuenitur differentia, q̃ ponit Valla inter hic, & istic, & Lepta suauissimus. s. filius tuus, ediscat. i. memoriter discat. Hesiodum. s. poetam Græcum, qui opera, & dies, & deorum generationem scripsit, & habeat in ore sup. illud carmen Hesiodicū, quod de uerbo ad uerbum translatum subieci. Conferat, qui uelit, Latina Græcis, sed Græcorum penitus ignatus sciat τῆς esse articulum, quo Latini carēt δὲ significat autem, sed sequente uocali colliditur, & dicitur pro de aretis, daretis. uertitur ergo τῆς δ' ἀρετῆς. uirtutis, autem ἱδρῶτα, sudorem, θεοὶ, idest Dei, & ita consequenter. Carmina autem sic uertit Hubert.

Virtutem posuere dei sudore parandam.
Arduus est ad eam, longusq. per ardua callis.
Asper & est primum, sed ubi alta cacumina tanges:
Fit facilis, quæ dura prius fuit, inclyta uirtus.

SIMVL accepi.] Vetustorum librorum hæc est lectio, & est simul, pro simul ac. cuius uocis ex ijs, qui soluta in oratione scripserūt, exempla non afferam: (nam si quis erit, qui locū ubique deprauatum esse contendat, & pro simul uel simul ac, uel simul atque, legendum dicat: quibus argumentis contra pugnabimus?) sed è poetis; in quibus eam uocem in aliam mutari carminis ratio non patitur. dixit igitur Virg. lib. 4 Georg. PAVL. MAN.

Taygete simul os terris ostendit honestum:
Pleias:

Et Lucret. lib. 1.

Cui simul infula uirgineos circundata comptus;
Ex utraque pari malarum parte profusa est.

Et Horat. ep. 10. li. 1. uiuo, & regno simul ista reliqui, & Catullus non semel quibus in locis, simul, dictū esse pro, simul ac, licet animaduertere. Quā consuetudinē loquēdi qui nō agnouerūt, temere locum immutarunt. quod alijs quoq; locis cōmissum uideo.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hortatur Leptam, ne ambitiosius Cæsaris amicitiam ambiat.

CICERO LEPTAE. S. 20

MACVLAM officio functum esse gaudeo, eius Falernū mihi semper idoneum usum est diuersorio, si modo recti satis est ad comitatum nostrum recipiendum. cetero qui is mihi locus non displicet. nec ea re Petrinum tuum deseram. nam & uilla, & amanitas illa commorationis est, non diuersorij. De curatione aliqua munerum regionum cū Oppio locutus sum. nam Balbus, posteaquam tu es profectus, non uidi. tantis pedum doloribus afficitur, ut se conueniri noluit. omnino de tota re, ut mihi uideris, sapientius faceres, si non curares. quod enim eo labore assequi uis, nullo modo assequere. tanta est enim intimorum multitudo, ut ex his potius aliquis effluat, quàm nouo sit aditus, præsertim qui nihil afferat præter operam: in qua ille se dedisse beneficium putabit (si modo ipsum sciet) non accepisse. sed tamen aliquid uidebimus, in quo sit spes. aliter quidem non modo non appetendum, sed etiam fugiendum puto. Ego me Astura diutius arbitror cōmoraturum, quo ad ille quandoque ueniat. Vale.

MACVLAM] Macula, quidā ciuis Romanus, inuitauerat Leptam, & Cic. ad uillam suam, itaq; Cic. eum laudat, erat autem in Falerno Campaniæ loco optimi uini, & ocissimo: deinde quia Lepta cupiebat esse in familiaribus. Cæsa. ob eam causam parauerat munera, & Cæs. & ceteris, qui apud eum plurimum poterat, hortatur Cic. Leptam, ut neque curet esse apud Cæsa. nec faciat ea munera, & adducit rationes, pollicetur tamen, si quid fuerit, in quo sit spes, se tentaturum, & facturum, quod poterit. [Functum officio] Non finiuisse officium quoddam, quod gesserat, ut quidam male interpretantur, sed fecisse officium, & debitum suum. [Falernum eius] Vbi habet uillam, inter sex enim loca, quæ scribit M. Varro, præcipuis quibusdam rebus abundare, affirmat Falernum uini feracissimum esse, quæ ut facilius memoriæ mandētur, infrascripto epigrammate meo placuit cōplecti, quod iam multis annis scripseram ad Octauianum Vicomercatum, nunc Iurisconsultorum Mediolanensiū decus, & ornamentum maximum, quem mihi discipulum fuisse, & meorum elegātia, & literarum doctrina facit, ut me non pœniteat. HVB. Falernū

Versus

Sex cognosce suis, insignes fructibus agros.
Carminibus uates, quos celebrasse leges.
Dat cererem Campanus ager, dat uina Falernus:
Cassinas olea dicitur esse ferax.

At de

At de Tusculeo moles tibi sumere ficus.
Deque Tarentino dulcia mella potes.
Precipuos Tyberina dabunt tibi flumina pisces.
Has tibi, quam malis, nat lupus inter aquas:
Pisce lupo melius multi nihil esse probarunt:
Inter si pontes uixerit ille natans.

Diuersorium [Diuersorio].i. iucundo & grato hospitio, diuersorium.n. locus
quilibet dicitur, quo hoĩes de uia quiescendi, aut reficiẽdi corpo
Diuortia ris cã ad tp̃s diuertere solent, nã diuortia, & diuerticula, alia di-
cunt, ut supra alio loco diximus [Si modo satis recti est).i. si hẽt
Diuerticula tantum recti, quantum sufficit ad recipiendos comites nostros,
quos nobiscum ducemus. [Cetera).i. per cetera, uel secundum ce
tera. Virg. Cetera graius Horat in epist.
Hac ego dictabam post templum putre uacunæ.
Petrinũ [Petrinũ] Nomẽ uillę apud Sinuesam. Hor. in epi. Sinuesanumq;
Petrinum. [Nam & uilla Iulia) Comparat nunc uillã Iuliã Faler
no, & Petrino, quas uillas dixit esse aptas diuersorio, Iulię aũt uil
læ amœnitatem, nõ diuersoriũ solum esse, sed & cõmorationis
.i. habitationis, & permansionis. [Regiorũ] Quæ Cæs. pars, sed in
uidiose dicit regionũ, qm̃ & illud nomẽ erat inuisum Rom. [Cu
curatio Cura ratione) Improprie dixit, quia ꝓprie, ut uoluit Donatus, curatio
est medicorũ, cura reliquorũ [Tãtis] Tam magins. [De tota re].s.
neq; de dandis muneribus, neq; de quærendo locũ apud ipsum
Cæsarẽ. [Tanta est multitudo intimorũ).i. tã multos habet apud
se intimos, & familiarissimos. [Effluat) Eijciatur ab ipso Cæsare.
[Aditus) Subaudi, ad ipsum Cæs. [Qui].s. nouus [Nihil afferat] Ni
hil p̃stet Cæsari. [In qua ille se) Opera. Nõ accepisse).s. operam.
tuam qui putabit te sibi obligatum, si non acceperit operã tuam,
quam ei allaturus esses, est enim hæc natura potentum, & diuitũ
uirorum, ut ostendit Cic. lib. 2. Off. Videbimus, experiemur. [In
quo sit spes] In quo speremus posse aliquid tibi prodesse. [Aliter)
Si non erit spes. Sed etiam fugiendum, quia turpius repelli, quã
non tentasse [Asturæ) Oppidum est nõ lõge à Terracina, & eius
Astura cognomine fluuius. [Quoad] Quousque. [Ille) Cæsar.
ASC *MACVLAM &c*] Macula, ciuis Rom. inuitauerat Leptam, &
Cice. in uillam suam. Itaq; Cicero eum laudat. Dehortatur autẽ
Leptam, ne se insinuet in amicitiam Cęsaris, & Cæsarianorum
per munera. Ordo est: Ego gaudeo Maculam (proprium est no
men ciuis R.) esse functum officio.i fecisse (ut dicunt) Debitum
suum. Falernum eius.i. hospicium, ꝙ habet in Falerno agro uici-
no Campaniæ, optimi uini feracissimo. Visum est semper mihi
idoneum diuersorio.i ut sit nobis diuersorium. Modo.i. dummo
do, satis tecti.i. ædificij est, supp. in eo ad recipiendum comitatũ
nostrum. Ceterum.i. sed quidem.i. certe locus non displicet mi-
hi, nec deseram ea re, i. pp eam rem, Petrinum tuum.s. hospitium
apud Sinuessam: vnde Hor. in ep. Sinuessanumq; Petrinum. Nã
& uilla i. domus in agro, & amænitas illa.s. quæ est præcipue in
Falerno Maculæ, est commorationis.i. ad commorandum apta,
non diuersorij.i. ad tempus illic agẽdi, ut in diuersorio solemus.
& ita Petrinum non deseret: pro uocabulo, illa, legit Huber-
tinus, Iulia, sed non recipitur. Ego locutus sum cum Oppio,
amico Cæsaris, de curatione munerum regiorum, quæ Cæsari
parasti tanquam regi donãda. Nam non uidi Balbum posteaquã,
tu es profectus.i. discessisti hinc, & ita non potui cum eo loqui.
supp. Balbus afficitur tantis doloribus pedum, ut nolit se conue-
niri.s. uisitari. Tu faceres omnino de tota re sapientius, ut uide-
tur mihi, si non curares & ita nihil faceres. Tu enim nullo modo
assequere.i. obtinebis, id sup. quod uis assequi eo labore i. ut sis
de familiaribus Cæsaris. Enim.i. quia, multitudo intimorum.s.
amicorum Cæsar. est tanta, quòd aliquis affluat. i. dematur ut li-
quor è uase nimis pleno potius ex ijs.s. qui sunt. quàm aditus.i.
accessus sit nouo: pręsertim qui nihil afferat præter operam.i. la-
borem, & industriam suam, in qua ille.s. Cæsar, putabit se dedisse
beneficium, si modo sciet se non accepisse ipsum.s. beneficium
operæ tuæ. Sed tamen nos videbimus.i. experiemur aliquid, in
quo sit spes, aliter quidem puto non modo non appetẽdum, sed
etiam fugiẽdum. Ego arbitror me commoraturum diutius, Astu-
rę.i. in eo oppido non longe a Terracina, quoad.i. donec, ille, s.
Cæs. ueniat, quandoque, idest aliquando.
PAVL. NAN. *MVNERVM regionum*] Aliquot iam annis ita impressimus,
eum ex antiquissimis exemplaribus hæc lectio sumpta esset. in
quibusdam tamen libris, regiorum, cuius uocis quæ possit esse
sententia, non intelligo. de munerib. autem regionum, i. de ludis
regionatim urbe tota edendis. Suet. in Cæs. [in quo sit spes] Non
uideo, cur quidquam mutari debeat: cum & ita legatur in libris
vetustissimis, & sensus meo iudicio sit apprime commodus. nam
cum dixisset, quod eo labore assequi uis, nullo modo assequere;
intulit, aliquid uidebimus, in quo sit spes. i. quo nos assecutu-
ros sperare possimus, deinde illud: Alter quidemq, &c.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Mouet Thoranium, ut in Sicilia maneat, nec aliquò discedat, propter opportunitatem loci, ubi omnia Cæsaris facta, uoluntatem, animumq; facile percipere possit & quid de reditu sperãdum sit intelligere. Postremo consolatur notissimis argumentis.

CICERO THORANIO S. 21

DEDERAM *triduo ante pueris Cn. Planci literas ad te: eo nunc ero breuior. teque, ut antea consolabor, hoc tempore monebo. Nihil puto tibi esse utilius, quam ibidẽ opperiri, quoad scire possis, quid tibi agendum sit. nam præter nauigationis longæ, & hiemalis, & minime portuosæ periculum, quod uitaueris: ne illud quidem non quamuis subito, cum certi aliquid audieris, te istinc posse proficisci: nihil est præterea, cur aduenientibus te offerre gestias. multa præterea metuo, q̃ cum Chilone nostro communicaui. quid multa? loco opportuniore in his malis nullo esse potuisti, ex quo te, quocunq; opus erit, facilime, & expeditissime conferas. quod si recipiet ille se, ad tempus aderis. sin, quoniam multa accidere possunt, aliqua res eum uel impediet, uel morabitur, tu ibi eris: ubi omnia scire possis. hoc mihi prorsus ualde placet. De reliquo, ut re sæpe per literas hortatus sum, & ita uelim ibi persuadeas; te in hac causa nihil habere, quod timendum sit, præter communẽ causam ciuitatis. qui etsi est grauissimus, tamen ita uiximus, & id ætatis iam sumus, ut omnia, quæ non nostra culpa nobis accident, fortiter ferre debeamus. Hic tui omnes ualent summaq; pietate te desiderant, & diligunt, & colunt. Tu & cura ut ualeas: & te istinc ne temere commoueas. Vale.*

DEDERAM] Thoranius eandem causam secutus, quam Cę- HVB.
cina, & plerique alij, cum exilio mulctaretur, essetq; ut pu-
to in Sicilia, sicut & Cęcina decreuerat inde discedere, qđ Cic. sua
det ne faciat propter opportunitatẽ loci uicini; ex quo facile po
terit intelligere quidquid de restitutione sua actum fuerit, & su-
bito discedere. Deinde quia Cæsari ex Hispania redeũti uolebat
Thoranius se offerre, idq;, Cice. ei dissuadet. Deinde consolatur
eum, ut forti animo ferat communem casum. [Triduo] Ante tri-
bus diebus superioribus [Pueris) Seruis. [Eo) propter id, quia de-
di literas pueris Planci ad te deferendas. [Vt) Sicut. [Antea] Su-
periori tempore. [Monebo) Dabo consilium. [Ibidem) idest, ibi,
scilicet ubi tu es. [Operiri) expectare, ut Virgil. Reginam oppe- Oppior
ries, scribitur, autem gemino p, & est deponens. nam opperio a- Opperio
ctiuũ simplici p, scriptum tegere significat. [Præter periculum)
Excepto periculo [Hiemales] Tẽpestuosæ. [Minime portuosæ]
Quæ non habẽt multos, & idoneos portus. Incommodissimum.
est enim nauigare per ea loca, ubi non reperiuntur portus. [Qđ)
Periculum. [Vitaueris) Si expectaueris ibidem. [Ne illud qui-
dem] non negligendum, nõ contemnendum, est autem liptote,
idest, illud quoque plurimi faciendum. [Quamuis, subito) idest,
valde subito, ponit.n. pro q̃tumuis. [Proficisci] Discedere istinc.
[Aduenietibus) Cæsarianis. [Gestias) uehemẽter cupias. Est.n. ge Gestire
stire motu quodam corporis animi lætitiam significare. Virgil.
Incassum uideas studio gestire lauandi.
[Offerre te] Obuiam dare, occurrere. [Nostro communicaui) Fa-
miliari, & amico. [Opportuniore in his malis) Commodiore re-
bus tuis. [Quocunque) aduerbium est, in quemcunque locum. Qocunque.
[Opus erit].s. te conferre. [Ille) Cæsar. [Recipiet se) Redierit.s.
in patriam. [Omnia scire) Quę de te agentur, & ad te pertinebũt.
[Hoc mihi).s. ꝙ sis tibi [Prorsus ualde placet) Omnino. [In hac
causa) Quam secutus est simul cum Pomp. & multis alijs. [Com-
munem] Cuius nemo est expers, aut immunis. [Ita uiximus) cũ
ea honestate, & rectitudine, est autem consolatio à conscientia,
qua Cic. sæpe utitur. [Id ętatis sumus).i. in ea ætate sumus, est au
tem ornatus quidam dicendi modus, quasi dicat ita sumus iam
senes, ut fortem animũ omnibus rebus præstare debeamus, quæ
nostra culpa non acciderunt, senes enim magis debent contem-
nere mortem, quàm iuuenes; propterea quòd parum uitæ super-
est eis, qui uiuere possint [Hic) Romæ.
DEDERAM &c.] Thoranius eandem cum Cęcina causam se ASC.
cutus, & cũ eo in Sicilia exulans decreuerat inde discedere, à quo
Cicero eum dehortatur, suadensq; ne Cęsari ex Hispania redeũ-
ti obuius fiat, fortitudinis eum admonet. Ordo est: Dederam tri-
duo ante.s. quàm hæc scriberet pueris scilicet seruis Cn Plancij,
literas ad te, eo.i. eam ob rem, ego ero nũc breuior, & ut cõsola-
bar te antea.s. in dictis epistolis, ita, sup. monebo te hoc tempore.

Ego nihil puto utilius tibi, quā opperiri. i. expectare, ibidē. s. ubi nunc es, quoad. i. donec, possis scire, quid sit agendum tibi: nam præter periculum nauigationis longæ, & hiemalis, & minime portuosæ. i. ubi paucissimi sunt portus, quod. s. periculum tu uitaris. i. uitaris opperiendo, & manendo in Sicilia, ne quidem. i. non etiam aut non saltem illud. s. quod dicam, est negligendū, te posse proficisci. i. discedere istinc. i. ab isto loco, ubi es, quauis. i. quantumuis cito, cum audieris aliquid certi. Præterea nihil est. i. nulla est causa, cur gestias. i. nimium cupias, ita, ut gestu cupiditatem iudices, offerre te aduenientibus. s. Cæsarianis ex Hispania. Præterea ego metuo multa, quæ communicaui cum Cilone nostro. s. amico. Quid sup. scribam tibi multa? Tu nullo loco opportuniore potuisti esse, in his malis. i. durantib. his malis, q̄ supple ubi es, conferas. i. traducas te facillime, & expeditissime ex eo. s. loco quocunque erit opus. i. utile, aut expediens quoquo. i. ad quem locum, si ille. i. quem metuis, hoc est Cęs. recipiet. i. tanquam in locum tutiorem conuertet se, tu aderis ad tempus. Sin. i. sed si, quoniam multa. s. impedimenta possunt accidere, aliqua res impediet cum uel morabitur. i. retinebit, cum tu eris ibi ubi possis scire omnia, hoc. s. consilium placet mihi prorsus. i. omnino, ualde. De reliquo, ut sum hortatus te sæpe per literas, uelim supp. ut persuadeas tibi ita, te nihil habere in hac causa, quod sit timendum præter communem casum ciuitatis. s. Romanę, quæ. s. casus communis, etsi est grauissimus, tamen nos uiximus, & sumus iam id ætatis. i. in ea ætate, ut debeamus ferre fortiter omnia, quæ non accident culpa nostra. Omnes tui. i. necessarij, & amici ualent hic. s. Romæ, & desiderant te summa pietate. i. caritate cum obseruantia, quam debent inferiores, maioribus, ut liberi parentibus, & nos omnes Deo, & diligunt, & colunt te. Tu cura, &. i. simul, ut ualeas, &. i. simul, ne commoueas te istinc. i. a loco, ubi nunc es, temere. i. inconsulte.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Consolatur Thoranium, in eadem cum reliquis Pompeianis conditione existentem, primum quod nihil inordinatum acciderit, ut qui cum aliis hac euentura prouidisset, deinde a morte, quæ sit omnium malorum extrema defunctio. Postremo à conscientia rectè factorum.

CICERO THORANIO S. D. 22

ETSI, cum hæc ad te scriberem, aut appropinquare exitus huius calamitosissimi belli, aut iam aliquid actum, & confectū uidebatur: tamē quotidie cōmemorabam, te unū in tanto exercitu mihi fuisse assensorem, me tibi: solosq́, nos uidisse, quantū esset in eo bello mali, in quo spe pacis exclusa, ipsa uictoria futura esset acerbissima; quæ aut interitū allatura esset, si uictus esses, aut si uicisses seruitutē. itaq́, ego, quem tū fortes illi uiri, & sapientes, Domitij, & Lentuli timidū eē dicebant, (& eram plane: timebam enim, ne euenirent ea, quæ acciderunt) idem nunc nihil timeo, & ad omnē euentū paratus sum. cum aliquid uidebatur caueri posse, tū id negligi dolebā. nunc uero, euersis omnib. rebus, tum cōsilio profici nihil possit, una ratio uidetur, quidquid euenerit, ferre moderate: præsertim cū omniū rerū mors sit extremū, & mihi sim cōscius, me, quoad licuerit dignitati reip. consulisse, &, hac amissa, salutē retinere noluisse. Hæc scripsi, non ut de me ipse dicerem, sed ut tu, qui coniunctissima fuisti mecū & sententia, & uolūtate, eadem cogitares. MAGNA enim consolatio est, cū recordare, etiā si secus acciderit, te tamē recte, uereq́, sensisse. atq́, utinā liceat aliquādo aliquo reip. statu nos frui, interq́, nos cōferre solicitudines nostras, quas pertulimus tum, cum timidi putabamur, quia dicebamus ea futura, quæ facta sunt. De tuis rebus nihil esse, quod timeas, præter uniuersæ reip. interitum, tibi confirmo. De me autem sic uelim iudices: quantum ego possim, me tibi, saluti tuæ, liberisq́, tuis summo cum studio præsto semper futurum. Vale.

HVB. ETSI cum] Cōsolatur Cic. hac epi. Thoraniū, ut forti animo ferat ea, quæ acciderūt, præsertim cū ipsi soli præuiderūt qd esset futurū. siue Pōp. siue Cęs. uicturus foret, ostenditq́; fuisse timendū, cū aliquid caueri potuit. Nunc uero cū nulla spes rebus euersis superest, oia ferēda moderate. præcipue cum mors sit omniū extremū, & finis laborū, & miseriarū. Postremo addit cōsolationē sibi assuetam rectę conscientię. [Calamitosissimi) Perniciosissimi. [Belli) Africani, nā mortuo Pōp. Cato in Africa se cōtulit ad Iubā, cōtra quē postea pugnauit Cæsar. [Confectū) Finitum. [Commemorabā) Referebā, dicebam. [Assensorem) Quia idē dicebas, quod ego [Nos solos) Duos, me, & te. [In eo bello) Ciuili, quod gerebatur inter Cęs. & Pōp. [Exclusa) Eiecta, qa nulla erat spes pacis. [Ipsa uictoria) utriusq; futura esset, siue Cęs. siue Pōp. [Interitum maximum, cladem, & perniciem ciuiū. [Domitiū) Cn. Domitiū dicit, & Lent. q Cic timidū appellabant, qa bellum timeret, dicit aūt Cic. se nō timuisse bellū, sed euentum belli, & ne ea acciderent, quæ acciderūt [Eram planè). s. timidus. [Idem) Ego [Ad oēm euentum) i. ad oia, quę euenerint. [Caueri) uitari, aut prouideri. [Dolebam negligi) Dolebā, quod nō prouideretur aliqd, & pro non curaretur. [Euersis) Prostratis, tractū ab ędificijs [Consilio) Prudētia, qa nullus est adeo sapiēs, q amplius possit prouidere. [Vna ratio) Vna uia, unus modus, [Ferre moderate) Quidquid erit, tale illud Maronis: Quidquid erit superanda oīs fortuna ferendo est Extremum Hor. Mors ultima linea rerum. [Mihi sim conscius) Scio. [Quoad licuerit) Quantum potuerim. [Consuluisse) Prouidisse. [Hac amissa) dignitate reip. oppressa, & perdita. [Eadē cogitares) Eandem consolationē acciperes. Recordare. i. recordaris, & in memoriā redigis. [Etiā si acciderit se) i. et si aliter, euenerit, q̄ uolebas, & sentiebas. Conferre solicitudines nostras, ut enim Cic. superius dixit ad Lucceiū: Habet præteriti doloris secura recordatio delectationem. Virg.

Forsan & hæc olim meminisse iuuabit. Idem:

Iuuat euasisse tot urbes

Argolicas, mediosq́, fugam tenuisse per hostes.

[Cōferre) Simul colloqui. [Tum) Eo tpe. prę̄ter interitū uniuersę Reip. i. prę̄ter id, quod oib. accidit, & præter cōem calamitatē, & perniciem reip. [Futurum præsto). i. paratum, & promptum.

ETSI, &c) Consolatur eundē Thoraniū ferè cōsueto modo consolandi dicēs: Etsi. i. quanquā, cum ego scribā hæc ad te, aut exitus huius belli calamitosissimi, qa ciuilis, & in perniciem reip. uergentis, uidebatur appropinquare, aut aliquid uidebatur iā actum, & cōfectum s. de bello, tamen ego cōmemorabā. i. memoria reuoluebā, quotidie te unum fuisse in tāto exercitu assensorem mihi, & me tibi quia ambo sentiebāt potius pacis iniquæ cōditiones suscipiēdas, quā bellum obeundū, & nos solos uidisse. i. cōsiderasse, quantum mali esset in eo bello, in quo spe pacis exclusa, ipsa uictoria utriusq; s. partis esset futura acerbissima, q̄ aut esset allatura tibi interitum, si esses uictus, aut seruitutem sub dominationē Pōpeianorū, si uicisses, aut accipiatur generaliter secunda psona pro quacunq;, nō utriusq; partis uict. interitum passuri erāt, & uictores seruitutē cum alteruter uictor uidebatur rēp. oppressurus. Ita quod ego, quē illi uiri. s. nobilissimi Domitij, & Lentuli fortes, & sapientes tum, id est, ut tunc uidebatur, dicebant esse timidum, eram plane, scilicet timidus. Timebā enim ne ea, quę acciderunt, euenirent. Loquitur ergo de bello Africano, aut alio post Pharsalicum cōflictum, gesto, idem nunc nihil timeo, & sum paratus ad oēm euentum. Causam affert, cur tūc timuerit, & nūc nō timeat. Cum. i. quādiu, aliquid uidebatur posse caueri, tum. i. tunc, dolebā. i. ægre ferebā illud negligi, nūc uero oībus rebus euersis, cum nihil possit profici. i. nullus possit fieri perfectus consilio, una. i. sola ratio uidetur. s. amplectenda, ut pote ferre moderate quidquid euenerit: præsertim cum mors sit extremum oīum rerum, unde Flaccus in epistola: Mors ultima linea rerum est, & sup. cum sim conscius mihi me consuluisse reip. quoad licuerit, & uoluisse retinere salutē, hac. s. rep. amissa. Ego scripsi hæc, non ut ipse dicerem de me, sed ut tu, qui fuisti, & sententia, & uoluntate coniunctissima mecum, cogitares eadem Magna enim consolatio est, cum recordare. i. recordaris, & etiam si acciderit secus. i. aliter, te tamen sensisse recte, & uere. i. iuste. Atque utinam liceat aliquando nos frui alieno statu reip. & cōferre inter nos solicitudines nostras, quas pertulimus. Id enim iucundum esse innuit Aeneas apud Maronem sic:

Forsan, & hæc olim meminisse iuuabit.

Tunc, cum putabamur, timidi supp. ideo quia dicebamus futura ea, quæ facta sunt. Ego confirmo. i. firmiter assero tibi nihil esse, quod timeas. i. timere debeas, de rebus tuis, præter interitum uniuersæ reip. q. d. non esse specialiter notatum, aut inuisum cuiquam. Autem. s. sed ego uelim sup. ut iudices de me si me futurū semper præsto i. paratum auxilio tibi saluti tuæ, & liberis tuis, cum summo studio. i. summo studio concomitante, si enim pro instrumento acciperet, non adderet præpositionem. ASC.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Domitius hic in bello Pharsalico fuerat, atq́, acerrime pro Pompeio dimicauerat, ut ex Lucano constat. Deuicto autem Pompeio, & Catone mortuo, Domitius se in Italiam receperat, ut in patria, in amorem patria animam funderet. itaq; sibi ipse manus inferre statuerat, nisi Her-

tilia

tilia coniuge prohibente, & Cicerone dissuadente in aliam sententiam perductus fuisset Eius dissuasionis exemplum hæc est opistola.

CICERO DOMITIO S. D. 23

NON ea res me deterruit, quo minus, posteaquam in Italiam uenisti literas ad te mitterem, quòd tu ad me nullas miseras; sed quia nec quid tibi pollicerer, ipse egens rebus omnibus, nec quid suaderem, cum mihi metsi ipsi consiliũ deesset, nec quid cõsolationis afferrem in tantis malis, repe riebam. hæc quanquam nihilo meliora sunt, nunc etiam atq; ẽt multo desperatiora: tamen inanes esse meas literas, quàm nullas, malui. Ego si te intelligerem plus conatum esse suscipere reip. causa muneris, quàm quantum præstare potuisses, tamen quibuscunque rebus possem, ad eam conditionem te uiuendi, quæ daretur, quaque esset hortarer, sed cum cõsilij tui bene, fortiterque suscepti eum tibi finẽ statueris, quem ipsa fortuna terminum nostrarum contentionum esse uoluisset: oro, obtestorque te pro nostra detere, coniunctione, ac necessitudine, proque summa mea in te beneuolentia, & tua in me pari, te ut nobis, parenti, coniugi, tuisque omnibus, quibus es, fuistique semper carissimus, saluum conserues; incolumitati tuæ, tuorumque qui ex te pẽdent, cõsulas; quæ didicisti, quæq;, ab adolescentia pulcherrime à sapiẽtissimis uiris tradita, memoria, & scientia comprehẽdisti, ijs hoc tempore utare; quos coniunctos summa beneuolentia, plurimisque officijs amisisti, eorũ desideriũ si nõ æquo animo, at forti feras. Ego quid possim nescio, uel potius me parum posse sentio. illud tamen tibi polliceor, me quæcũq; saluti, dignitatiq; tuæ cõducere arbitrabor, tãto studio esse facturũ, quãto semper tu & studio, & officio in meis rebus fuisti. hæc meã uolũtatẽ ad matrẽ tuã, optimã fœminã, tuiq; amãtissimã, detuli. si quid ad me scripseris, ita faciam, ut te uelle intellexero. sin autem tu minus scripseris; ego tamen omnia, quæ tibi utilia esse arbitrabor, summo studio, diligenterque curabo. Vale.

HVB. NON ea) Post cladem Pharsalicam, cum hic Domitius in Italiam se recepisset, neque Cic. ad eum quidquã scripsisset, hac epistola se excusat, ostẽdens eam solam fuisse causam, quòd in tantis malis nullam haberet consolationem, quam ad eũ scriberet, cum ipse consolatione indigeret: nunc tamen eum cõsolatur, quòd hoc bellum ingressus sit ea intentione, ut reipub. prodesset, quantum potest, quòd si secus acciderit, statuisse sibi finẽ propositi sui, quem ortum ab ipsa dedisset. hortatur deinde eum ut curet diligenter salutem, & incolumitatẽ suam. Postremo pollicetur ei Cic. quidquid pro eo efficere poterit. [Nã nõ ea me res,) h. d. Cicero se nõ prætermisisse scribere ad ipm Domitiũ ob eam cãm, quia nullas ab eo accepisset literas. [Deterruit] Detinuit, remouit. [Quo minus] Vt nõ [Suaderẽ] Consulerẽ [Hæc] s. tẽpora, uel cõditiones horũ temporũ. [Nihilo meliora] Quã erant ante. [Etiã atque ẽt multo desperatiora] Sine cõparatione, magis sine spe; & in deteriori cõditione, & vt apertius declarẽ, qđ uulgo dicimus cẽties millies magis sine spe. [Inanes] Vacuas, sine eo põdere, uel pollicitationẽ, uel suasionẽ, uel cõsolationem, quas uoluissẽ posse afferre [Quã nullas] Quã nihil scribere. [Ego] adducit rationes validissimas quare debeat ferre ea, quę acciderũt, pfertim cũ secutus sit illud bellũ ea mẽte, ut sibi cõstitueret eũ finẽ, quẽ fortuna uoluisset. [Conatũ] Tẽtauisse. [Muneris] Honoris. [Pręstare] Efficere. [Terminũ] Finẽ. [Nostrarũ cõtentionum] Nostrarũ discordiarũ, & bellorũ [Qui pẽdent ex te] Qui sine te non possũt esse incolumes, quia eorũ incolumitas est ex te. [Quæ didicisti] Hortať, vt vtať ijs præceptis, quę ex philosophia didicit. [Si non æquo] Si non quieto, & contento. [At certe] Saltem. [Forti] Constanti, & magno, qui uincat perturbationes omnes. [Vel potius] Correctio. [Conducere] Vtilia esse. [Detuli] Significaui [Minus scripseris] Non scripseris aliquid.

ASC. *NON ea me res, &c.*) Cum Domitius post cladem Pharsalicã in Italiam se recepisset, neque Cic. quidquam ad eum scripsisset, hac se epistola excusat, & operam suam illi pollicetur, dicens: Ea res, qꝰ tu nullas literas miseras ad me posteaquam venisti in Italiam, nõ deterruit me quo minus mitterem literas ad te, hoc est, non ideo misi ad te postea literas. Sed quia neq; reperiebam quid pollicerer tibi, ipse egẽs rebus omnibus, nec quid suaderem tibi cum consilium deesset mihi metipsi, nec quid cõsolationis affer rem in tantis malis. Hæc s. omnia iam dicta, quanquam nihilo, .i. in nullo sunt meliora nũc, & sup. sunt ẽt, atque ẽt. i. cumulate, desperatiora multo, tñ malui meas literas esse inanes. i. friuolas, & inefficaces, q̃ nullas. Ego si intelligerẽ te conatũ esse suscipere cã reip. plus muneris. i. obsequij, & laboris, q̃ quantũ potuisses. s. uerisimiliter præstare, i. exhibere. tñ. i. nihilominus, ego hortarer te, quibuscunque rebus possem, eam conditionem uiuendi, q̃ daretur, i. cõcederetur tibi, & quæ esset, sed cũ tu statueris tibi eum finem consilij tibi suscepi bene, i. decẽter, & fortiter, quẽ ipsa fortuna uoluisset esse terminũ, idest exitum contentionũ nostrarũ. Ego oro & obtestor te pro nostra uetere cõiunctione, ac necessitudine, & ꝑ summa beneuolentia mea in te, & pariter tua. s. beneuolẽtia in me, ut cõserues te saluũ nobis, parenti, coniugi, & oĩbus tuis. quibus es, & fuisti semper carissimus, & sup. ut cõsulas, .i. consilio tuo, auxilio sis, & ꝓspicias incolumitati tuæ, & tuorũ qui pendent. i. quorũ salus pẽdet ex te, & sup. ut utare hoc tpe ijs, quæ didicisti, cõprehendisti memoria & sciẽtia pulcherrime ab adolescentia. s. tua tradita. s. tibi, à uiris sapientissimis, hoc est feras desideriũ. i. mortẽ, & absentiã eorum, quos coniunctos. s. tibi summa beneuolentia. & plurimis officijs amasti, feras inq̃, si nõ æquo aĩo, at. i. saltẽ forti. s. aĩo. ego nescio q̃d possim, uel potius sentio me posse parũ, tñ ego polliceor tibi illud me esse facturũ, quęcũq; arbitrabor cõducere. i utilia fore saluti, & dignitati tuę, tanto studio, q̃to studio, & officio tu fuisti semper in rebus meis. Ego detuli, i. denũciaui, hãc uoluntatẽ meã, ad matrẽ tuã, fœminã optimã amantissimã tui. Si scripseris quid, i. aliq̃d ad me, ego faciam ita, ut intellexero te uelle. Sin aũt, i. sed si, tu minime. i. nequaquã scripseris, ego tamen. i. nihilominus curabo summo studio, & diligenter omnia, quæ arbitrabor esse utilia tibi.

M. TVLLII CIC. EPISTOLARVM AD MARIVM, ET ALIOS, *LIBER SEPTIMVS.*

ARGVMENTVM.

REspõsoria ad petitionẽ Marij, pro ludorũ, & spectaculorũ descriptione, à Cicerone sibi mittenda, in qua quantũ põt elegantissime oẽm istarum rerum uoluptatem extenuat, sed tamen quales fuerunt, interim scribit: ostenditq;, quam possit melioribus uoluptatibus tranquillus animus se oblectare.

M. CICERO M. MARIO. S. D. I



I te dolor aliquis corporis, aut infirmitas ualetudinis tuæ tenuit, quo minus ad ludos uenires: fortunæ magis tribuo, quam sapientiæ tuæ. sin hæc, quæ ceteri mirantur, contemnenda duxisti, & cum per ualetudinem posses, uenire tamen noluisti: utrunque lætor, & sine dolore corporis te fuisse, & animo ualuisse, cum ea, quæ sine causa mirantur alij, neglexeris: modo ut tibi constiterit fructus ocij tui: quo quidem tibi perfrui mirifice licuit, cum esses in ista amenitate penè solus relictus. neque tamen dubito, quin tu ex illo cubiculo tuo, ex quo tibi Stabianum perforasti, et patefecisti Seianum, per eos dies matutina tempora lectiunculis consumpseris. cum illi interea, qui te istic reliquerunt, spectarent cõmunes mimos semisomni. reliquas uero partes diei tu consumebas ijs delectationibus, quas tibi ipsi ad arbitrium tuum comparas. nobis aũt erat ea perpetiẽda, quæ s. P. Metius probauisset. omnino, si quæris, ludi apparatissimi, sed non tui stomachi: coniecturam enim facio de meo, nam primum honoris causa in scænã redierant ij, quos ego honoris causa de scæna discessisse arbitrabar. deliciæ uero tuæ, noster Aesopus eiusmodi fuit, ut ei desinere per omnes homines liceret. is iurare cum cœpisset, uox eum defecit in illo loco: Si sciens fallo. quid tibi ego alia narrem? nosti enim reliquos ludos: quid? ne id quidem leporis habuerunt, quod solent mediocres ludi. apparatus enim spectatio tollebat omnem

nem

uem hilaritatem, quo quidem apparatu, non dubito, quin animo æquissimo carueris. quid enim delectationis habent sexcẽti muli in Clytemnestra? aut in Equo Troiano craterarum tria millia? aut armatura uaria peditatus, & equitatus in aliqua pugna? quæ popularem admirationem habuerunt, delectationem tibi nullam attulissent. quòd si tu per eos dies operam dedisti Protogeni tuo; dummodo is tibi quiduis potius, quã orationes meas legerit, ne tu haud paulo plus, quã quisquam nostrum, delectationis habuisti. non enim te puto Græcos, aut Oscos ludos desiderasse; præsertim cum Oscos ludos uel in senatu nostro spectare possis, Græcos uero ita non ames, ut ne ad uillam quidem tuam uia Græca ire soleas. nam quid ego te athletas putem desiderare, qui gladiatores contempseris; in quibus ipse Pompeius confitetur se, & operam, & oleum perdidisse? Reliquæ sunt uenationes binæ per dies quinque, magnificæ, nemo negat; sed quæ potest esse homini politico delectatio, cum aut homo imbecillus à ualentissima bestia laniatur, aut præclara bestia uenabulo transuerberatur? quæ tamen si uidenda sint, sæpe uidisti: neque nos, qui hæc spectauimus, quicquam noui uidimus. elephantorum extremus dies fuit: in quo admiratio magna uulgi, atque turbæ, delectatio nulla extiiit: quin etiam misericordia quædam cõsecuta est, atque opinio eiusmodi, esse quandam illi belluæ cũ genere humano societatem. his ego tamẽ diebus ludis scenicis, ne forte uidear tibi nõ modo beatus, sed liber omnino fuisse, dirupi penè me in iudicio Galli Caninij familiaris tui. quòd si tam facilem populum haberem, quam Aesopus habuit, libẽter mehercule artem desinerem, tecumque, & cum similibus nostri uiuerem. nam me cum antea tædebat, cũ & ætas, & ambitio hortabantur, & licebat denique, quem nolebam, non defendere: tum uero hoc tempore uita nulla est. neque enim fructum nullum laboris expecto, & cogor nonnunquã homines non optime de me meritos, rogatu eorum, qui bene meriti sunt defendere. itaque quæro causas omnes aliquãdo uiuendi arbitratu meo, teque, & istam rõnem ocij tui & laudo uehementer, & probo: quodq́; nos minus interuisis, hoc fero animo æquiore. quòd, si Romæ esses, tamen neque nos lepore tuo, neque te, si quis est in me, meo frui liceret propter molestissimas occupationes meas: quibus si me relaxaro: (nam ut planè exoluam, non postulo) te ipsum quidem, qui multos annos nihil aliud cõmẽtaris, docebo ꝑfecto, quid sit humaniter uiuere. Tu modo istam imbecillitatẽ ualetudinis tuæ sustẽta, & tuere, ut facies; ut nostras uillas obire, & mecum nostra simul lecticula concursare possis. Hæc ad te pluribus uerbis scripsi, quàm soleo, non ocij abundantia, sed amoris erga te, quòd me quadam epistola subinuitaras, si memoria tenes, ut ad te aliquid eiusmodi scriberem, quo minus te prætermisisse ludos pœniteret. quod si assecutus sum; gaudeo. sin minus, hoc me tamen consolor, quòd posthac ad ludos uenies, nosque uises, neque in epistolis relinques meis spem aliquam delectationis tuæ. *Vale*

H VB.  *I te dolor*] M. Marius ciuis amplissimus, cum podagra laboraret, receperat se rus, uerum cum intellexisset interea Romæ celebratos esse magnificentissimos ludos, scripserat ad Cic. ut aliquid ad se scriberet, quo minus eos ludos prætermisisset, neq; eis interfuisse pęniteret. Itaque Cic. hac epi. attenuat uoluptaté illorum ludorum, quãtum potest, non tamen ꝙ neget eos magnificẽtissimos fuisse, sed qđ uiris grauibus, qui & alijs studijs grauiorib. delectari solẽt, dicit potius fuisse allaturos molestiam, quam uoluptatẽ: esseq; animi magni, & excelsi ea contemnere, quæ ceteri admirantur. Laudat autem ocium ipsius Marij, sicut modo id transtulit in literarum studia, & lectiones rerum egregiarum. Describit autem ferè totũ apparatum, & magnificentiam ipsorũ ludorum. Postremo dicit se cupere ita leuari quibusdã negocijs, quibus impeditur, ut possit cum eo in uilla victitare. [Si te) Facit argumentum in duas partes diuisum. est autem sensus: Si nõ uenisti ad ludos, quia per ualetudinem malam tibi non licuerit, non attribuo id sapiẽtię tuę, sed fortunæ potius quæ te infirmitate detinuit. si autem nõ uenisti, quia ea contemnenda, & paruifacienda putaueris, quæ ceteri admirantur, etsi propter hanc causam, ꝙ ea contemnas non uenisti, cum non, impediente ualetudine, uenire posses, duplici causa lætor, & quòd sine dolore corporis fueris, & quòd magnum animum habueris ad hæc contemnenda. [Infirmitas] Debilitas, qa potest etiam esse bona ualetudo [Fortunę] Casui. [Quã sap. tuę) quia si impeditus mala ualetudine propter eam ꝑtermisisti uenire, non autem quia, ut sapiens non curaueris, nõ consilio, sed fortuna hoc fecisse uideris [Sin) Alia pars. [Ceteri) quàm uulgares: [Duxisti] Existimasti. [Per ualetudinẽ) Valetudine permittẽte, & non impediente. [Tamen) Quamuis posses [Vtrunque] idest vtraque causa [Et sine dol.) Prima causa. [Et animo ualuisse] idest habuisse animum magnum, nec victum ab huiusmodi inanibus cupiditatibus, & est secunda causa: [Sine causa) Quia sunt res uanæ, neque admiratione dignæ. [Neglexeris) Non curaueris. [Modo] Vt pro dummodo, uel sic distinguendum, cum neglexeris ea, quæ alij mirantur. modo pro dummodo. s. neglexeris. s. ita. [Vt fructus) Vt utilitas [Constiterit) Pro extiterit, uel apparuerit, uel suppetierit. [Quo) ocio. [Licuit tibi] Permissum est tibi, potuisti. [In ista) In ea ubi tu es. [Neque) h d. Cic. quod quamuis Marius parasset sibi uillas, ad amęnitatem aptas, non tamẽ dubitat, quin consumpserit tempora matutina in lectiunculis aliquibus. [Cubiculo) Locus ubi cubatur, & dormitur, & cubiculũ dicitur. [Stabianum, & Seianum) Nomina sunt uillarum. [Perforasti] Fecerat enim fenestras, ut ex cubiculo longe posset prospicere. [Patefecisti) Aperuisti deiecto aliquo muro. [Lectiunculis) Vsus est diminutiuo, ut ostendat eũ uel aliquid legere debuisse. [Interea] Dum tu legebas. [Illi) Amici tui. [Istic) ruri. [Semisomni) Cũ enim spectamus aliquid, quo nõ delectamur, obrepit nobis somnus. [Cõmunes) Vulgares, quotidianos. [Mimos) Histriones, gesticulatores, scœnicos. [Reliquas partes] Pręter matutina tempora. [Ad arbit.) Vt uolebas [Compararas) Cõstitueras. [Nobis) Qui eramus Romæ, & spectabamus ludos. [Perpetienda) Cũ magna molestia ferenda [Scilicet) Ironice dictum & indignationẽ, & stomachationem animi ostendit. [P. Mæc.] Is erat prętor, qui & histriones & cantores, & alios huiusmodi conducebat ad ludos celebrãdos. Iuuen. Nullius fibula durat Vocem uendentis prætoribus. [Si quæris] Modus est dicẽdi, pro si scire vis. [Tui stom.) idest appetitus animi tui, qui tibi potuissent placere, est autem translatio à corpore. [Coniecturam enim facio] idest conijcio ex stomacho meo, cui non placuerit ista, quòd non placuissent etiam tuo. [De meo stomacho] Nam primum ostendit, quare hæc nõ placuerũt. dicit enim quòd quidam, qui discesserant ex scœna, & putabantur discessisse, & esse amoti honoris causa, ne essent dedecori, redierunt postea in scœnam, ut honestarent ludos. [Discessisse cã ho.] idest discessisse, ne dehonestarent ludos [Deliciæ tuæ] quẽ habes carissimum [Æsopus) Mimi, & actoris scœnici nomen est hoc loco, nam alius fuit fabulator ĩ Phrygia, de quo scribit Gel. cuius extant suauissimi apologi. [Eiusmodi fuit) Ita se gessit. [Vt liceret ei per omnes homines deh.) idest, ut omnes essent cõtẽti qđ desineret à recitatione, quia male se gessit. [Is) Declarat, quare oẽs æquo animo ferrent, ut desineret. [Cum cœpisset iurare) Erat locus in tragœdia, quam pronunciabat, ubi erat aliqđ iuramentum, quod cum ille incepisset, statim uox eũ defecit. i. dereliquit, ita quòd non potuit pronunciare. [In eo loco) Dicit q fuerit locus tragœdiæ. [Si sciẽs fallo) Hic erat locus, in quo incipiebat iurare, cum uox eum defecit. [Reliquos ludos) In quibus nõ recitabantur comędię, sed fiebant, aut gladiatorũ certamina, aut uenationes aliquæ: [Leporis) Suauitatis. [Apparatus enim] Dicit tantum fuisse rerum apparatum, quòd ludi ipsi spectari cũ delectatione nõ poterant. [Animo æquissimo) idest ualde libenter, sine dolore aliquo [Quid enim) Iam describit apparatum. [Clytẽnestræ?) Clytemnestra uxor Agamemnonis maritum interfecit, de qua tragœdia facta est, & ab ea appella, taquam nũc intelligit. dicitur igitur repræsentatione huius tragœdiæ fuisse apparatum sexcentorum mulorum, sicuti uisum est Mediolani, sæpe in oblationibus portorum, ubi uel currus, uel equi multi, & multi etiã onerati auro, & argento, & uestibus sericis ducuntur. [In equo Tro.) Alia tragœdia, quæ cõtinebat proditionem, quam fecerũt Græci Troianis per equum æteũ, siue ligneum, sicut scribit Virgil. lib. 2. Æn. [Craterarum) Paterarum. uidi ẽt Mediolani quã plurimas crateras ferri ad pompam, cũ fiunt oblationes [Varia) diuersi generis. [Popularem admirationem habuerunt) idest, q populus tantum admiratus est. [Tibi) uiro grauissimo. [Protogeni) Nomen est liberti. [Anagnostæ Marij,) idest qui Mario legebat. [Quiduis) Quamlibet. [Potius, quam) uitat arrogantiam. [Dedisti operam) Intendisti. [Ne) Hic non ponitur pro certe, ut

Cubiculum.

Stabianum

Seianũ

Æsopus

Clytemnestra

quidam

quidam putant, quia ſenſus non patitur, ſed ſic: [Næ haud paulo
plus].i.paulo plus, nã duę negationes aſſirmãt. [Nõ enim] Occur
rit obiectioni, ne fortaſſe diceret Marius ſe deſideraſſe alios for-
taſſe ludos utputa gręcos, & oſcos, rñdet Cic. ſe nõ credere eũ ta-
les ludos deſiderare, & adducit rationes cũ ioco, aut ẽt ſcõmate
quodam, dicit.n. Cice. ꝙ non credit Mariũ deſideraſſe ludos, uel
oſcos, uel græcos, quia oſcos nõ mõ in theatro, ſed ẽt in ſenatu
ipſo ſpectare poſſit. tangit aũt quoſdã ſenatores, qui fœde, & ob-
ſcœne loquerent, quos dicit quodãmodo repſẽtare ludos Oſcos
Oſci ſcęnicos. Nã Oſci, qui & Capuẽſes dicunt, appellati sũt, auctore
Oſce Feſto, ab oris fœditate. Dicit ergo Cic. credo te nõ deſideraſſe lu
dos Oſcos, qa eos ſpectare potes in ſenatu noſtro, ubi sũt, qui o-
ſce loquunt, id eſt fœde. Addit ꝑterea eũ nõ deſiderare Græcos
ludos, qa ita oderat Marius Græcos, ut cum eſſet uia, quæ ad uil
lã eius ducebat, quæ gręca appellabat, ꝓpter odiũ Gręcorũ nol-
let ire p eã uiã. Romani autem ludorum morem ex diuerſis gen
tibus, & patrijs acceperũt. [Athletas] certatores. [Pugiles] Lucta-
tores. [Qui cont. glad.] Qui paruifeceris ſpectare gladiatores, in
quibus poterat eſſe maior delectatio, quam in Athletis [Operã,
Prouer. & oleũ] Prouerbium eſt, quod Macr. ſcribit, quendam docuiſſe
picam proferre. Eſt autem tractũ, uel à palæſtritis, quibus daba-
tur oleum, vt ungerentur, uel ab ijs, qui multum, & fruſtra vigilã
tes oleum conſumunt, unde eſt in prouerbio ſtudioſorum: Plus
olei, quàm uini cõſumpſi, unde Iuuen. de hiſtoriographis. Veſter
porrò labor fœcundior hiſtoriarum ſcriptores, parit, hic plus tẽ
poris, atq; olei plus. [Binę] Duę, quod in vſu, & apud Cic. & apud
Quin. & Liuium inueni etiam cum iis, quę declinantur in ſingu-
lari. [Magnificę]. ſ. fuerunt. [Sed quæ] Quamuis fuerint magni-
ficæ, dicit tñ eas homini ciuili non fuiſſe allaturas delectatio-
nem. [Politico] Ciuili, nam Polis, ciuitatẽ ſignificat. [Valentiſſi
ma] Vt Leone, aut Vrſo, qui ſæpe in eiuſmodi ſpecta cula ducebã
tur. Horat. in epiſt. Ducũt aut Vrſum, aut pugiles, plebecula gau-
det. [Tranſuerberatur?] Transfigitur. [Videnda] Digna ut uideã-
tur. [Sæpe] Alio tempore. itaque nũc debes minus ea deſiderare.
[Quidquid noui] ideſt aliquid, quod non uiderimus alio tempo-
re. [Extremus dies].i. ſpectaculorũ. [Fuit elephãtorũ] Fuit quod
elephanti exhibiti ſunt. [In quo] In qua re.i. ꝙ elephãti exhibiti
ſunt in ſpectacula. [Vulgi] Quod omnia etiam minima ſolet ad-
Quinẽt mirari, & ſtupere. [Quin etiam] Inſuper, imò. [Miſericordia] Cõ-
motio quædam animi. [Eiuſmodi] Talis [Quandam ſo.].i. quan
dam conuenientiam. [Cum genere hu.] ideſt cum hominibus.
Elephã- De elephantibus Solinus ſic ſcribit: Elephanti iuxta ſenſum hu-
ti manum intellectus habent, memoria pollent, ſiderum ſeruant di
ſciplinam, & poſt multa de eis miranda rurſus, ſic inquit: Propter
fęminas nunquam dimicant, nulla.n. nouerũt adulteria, ineſt in
illis clementię bonum. Quippe ſi deſerta uagabũdum hominem
forte uiderint ductus ad vſq; notas uias prębẽt, vel ſi cõſortis pe-
corib. occurſitent, itinera ſibi blanda, & placida manu faciũt, ne
que animal interimunt, conflictu fortuito. Si quando pugnatur
non mediocrem habent curam ſauciorũ, nã feſſos, uulneratosq;
in medium receptant, cum captiuitate uenerint in manus homi
num, manſueſcunt hordei ſucco, maria tranſmeaturi naues non
prius ſubeunt, q̃ de reditu illis ſacramentum luatur. Dicit ergo
nunc Cic. ꝙ in illa uenatione, vbi exhibiti ſunt elephanti, cogni
tum eſt, ꝙ elephanti uiderentur habere quandam conuęniẽtiam
cũ hominibus. De elephantis etiam multa ſcribit Pli. [His ergo]
Dicit nũc ſe his dieb. quibus ludi ſcęnici acti sũt, nõ tñ caruiſſe
moleſtia, qa neceſſe fuit. ut defenderet cauſam Caninij cuiuſdã.
[Scenicis] Theatralibus, nam ſcęna pars eſt theatri. [Sed li.] quia
fui in officio alieno, & non in arbitrio meo. [Dirupi] Nimia con
tentione dicendi vexaui. [Iudicio] Cauſa iudiciali. [Tam fa. quã
Æſ.].i. ſi ita mihi permitteretur à populo deſinere ab agẽdis cau
ſis, ſicut permittitur Æſopo deſinere ab actione hiſtrionica, ꝓfe-
cto libenter deſinerem. [Artem]. ſ. dicendi, & agẽdi cauſas. [Deſi
nerẽ] i. omitterem. [Similibus noſtri].i. uiris doctis, & literarum
ſtudioſis. [Nam cum] Probat quòd libenter deſineret artem ſi li-
ceret ei per populum, dicit.n. ꝙ cum tęderet eum ante agere cau-
ſas, cum erat iuuenis, & ambitioſus, & cum non cogebatur defen
dere, quem nolebat, nunc multo magis tædet eum, quia, & nullũ
fructum capit ex eis, quos defendit, & ſępe cogitur defendere ini
micos ſuos rogatu amicorum [Licebat non d.].i. poteram nõ de
fendere. [Tum uero] Multo magis. [Hoc tpe] quo ætas eſt matu
tior, & minus ambitioſa, & uiuo ad arbitrium multorũ. [Vita nul
la eſt].i. ingrata, & inſuauis. [Peto] Capio. [Non optime].i. peſſi
me. [Rogatu] Præcibus [Qui bene meriti]. ſ. de me, q mihi bene-
ficium præſtiterũt, quibus non liceret vllo pacto negare. [Arbitra
tu meo].i. ut uolo, meo modo [Rationem] Propoſitũ, [Laudo, &
probo] laudamus uerbis, probamus etiam re. [Interuiſis] interdũ
viſitas. [Lepore) Suauitate, & facetijs [Neque l.) Quia uterq; ſu-
mus occupatiſſimi. [Moleſtiſſimas) Grauiſſimas. [Relaxaro) Le-
uauero, & imminutus fuero. [Exoluam planè).i. Libere, penitus.
[Nõ poſtulo] quia ſcio, ꝙ non poſſem. [Commentor) Exerceo, co
gito, meditor. [Humaniter) More hominũ. [Imbecillitatem] In-
firmitatem. [Obire) adire. [Concurſare) cõuenire, frequentare.
[Non ocij ab.]. i. non ꝙ ſuperſit mihi tempus, quo caream ne-
gocijs. [Sed am.]. ſ. abundantiam. [Sub inuitaras) Latenter inuita-
ras, ſignificaras. [Si aſſecutus ſum] Si effeci, ut non peniteat te prę
termiſiſſe ludos. [Sin minus). ſ. aſſecutus ſum. [Neq; relin. ſpem)
.i. uenies ad uidendos ludos, neque expectabis, ut ego meis lite-
ris tibi afferam delectatiouem, ſed eam quæres ueniendo ad ip-
ſos ludos uidendos.

SI te dolor, &c.] M. Marius ciuis ampliſſimus podagra laborãs A S C.
ruri agebat, quo circa, cũ audiſſet Romę celebratos eſſe ludos ma
gnificentiſſimos, abſentiã ſuã ęgre ferens, ſcripſerat ad Cic. ut de
eis ad ſe ſcriberet. Cui nunc rñdens Cic. extenuat illorũ magni
ficentiam, laudatq; ociũ Marij, deſcribitq; fere totum appara-
tum ludorũ ſuperuacuũ. Et poſtremo dicit ſe uelle expeditis ne-
gocijs cum eo in uilla ocio uacare. Ordo eſt: Si aliquis dolor cor
poris, aut infirmitas.i. debilitas ualetudinis.i. ſanitatis tuæ tenuit
te, quo minus.i. ut non uenires ad ludos. ſ. Romæ exhibitos, ego
tribuo magis fortunæ tuæ, quæ nolit te fruſtra acciri Romã, q̃ ſa
pientiæ tuæ, quia per ipſam non ſteteris, ꝙ non ueniſti. Sin.i. ſed
ſi, tu duxiſti.i. exiſtimaſti hęc. ſ. ludicra, quę ceteri, vtpote plebeij,
mirantur, eſſe contemnenda, ego lætor utrũque.i. & ſimul te fuiſ-
ſe ſine dolore corporis, et.i. ſimul, te ualuiſſe aĩo cũ neglexeris ea
quæ alij mirentur ſine cauſa, eo, ꝙ non ſunt admiratione digna,
modo, ut.i. dummodo ita ſit, ut fructus.i. utilitas ocij tui, conſtite
rit.i. notus fuerit tibi, qui non omnes, qui beati eſſe poſſunt, con
tinuo beati ſunt eo, quod neſciunt. vnde Maro: O fortunatos ni
miũ, ſua ſi bona norint, Agricolas. Quo. ſ. ocio, licuit tibi perfrui
.i. ad plenũ frui mirifice. cum eſſes relictus pene.i. quaſi ſolus in
iſta amœnitate. ſ. rurali. Neque tñ dubito, quin conſumpſeris per
eos dies tpa matutina lectiunculis. i. legendo ſubinde libros ali
quos, ex illo cubiculo tuo, ex quo perforaſti mihi.i. ad uotũ meũ
alij, tñ habẽt tibi, Stabianum, partem uillæ ſic nominatam, & pa
tefeciſti Scyanum, alterũ locum uillæ, forte à σκιὰ ſcia.i. umbra
dictum, unde patefecit eum faciendo feneſtras, cũ ante eſſet um
broſus, cũ illi, qui reliquerũt te iſtic.i. ruri, aut in uilla tua, ſpecta
rent interea cões.i. uulgares, mimos.i. hiſtriones, & actores ludo
rum, geſtu corporum. Exiſtentes ſemiſomni.i. qui non niſi ad di
midium ſatis dormierãt, aut propter lentam actionẽ ſomno op-
preſſi. Vero.i. ſed, ut cõſumebas reliquas partes diei.i. præter ma
tutina tpis, his delectationib. quas tibi ipſi compararas.i. conqui
ſiueras ad arbitrium tuum. Ea aũt quæ. ſ. Spurius Mæcius, prętor
Vrbanus. Prætor.n. ludos celebrãdos cõducebat. Iuuen. Nullius
fibula durat. Vocem uendentis prætorib. interdũ tñ Ædiles cur.
ludos curabant, ut patet de comœdijs Terentianis. Sunt qui pro
Spurio Publium legant. ſ. aũt per indignationem ponitur, q.d. ſi
dijs placet, probauiſſent, erant nobis perpetienda ea, q̃ indoctis
placẽt, ſunt doctis cruciatui. Si quæris omnino. ſ. ſcire, quales fue
rĩt ludi, ludi ſup. fuerũt apparatiſſimi.i. maximo ſumptu, & appa-
ratu inſtructi, ſed non ſup. fuerũt ſtomachi tui.i. qui tibi ſaperẽt
ac placerent. facio.n. coniecturam de meo, ſ. ſtomacho, cui nõ ſa
puerunt. Nam primum ij, quos ego arbitrabar deceſſiſſe de ſcæna
.i. de proſcenio, hoc eſt loco, in quo agebantur ludi cã honoris,
ne. ſ. præſentia ſua ludos dehoneſtẽt, cum eſſent inhoneſti, redie-
runt in ſcęnam cauſa honoris.i. ut ludos honorificẽt. Vero.i. ſed
Æſopus noſter.i. Hiſtrio nobiliſſimus, appoſitorie delitię tuę.i. ĩ
quo tantopere oblectaris, fuit eiuſmodi.i. talis in agendo, ut lice
ret ei per omnes homines.i. nullo reclamante, cum oẽs ſatiati eſ
ſent ante finem ludorum, deſinere. ſ. ab agẽdo, is cũ cœpiſſet iura
re, ut fit in fabulis, uox defecit.i. deſeruit eum in illo loco.i. cũ di-
ceret illa uerba: Si ſciens fallo. Quid.i. ad quid ego narrẽ tibi alia,
Tu.n. noſti reliquos ludos, in qbus. ſ. parum decoris eſſe ſolet.
Quid? ſup. dico reliquos, hi ſup. ne quidẽ.i. non ſaltẽ habuerũt
id decoris, quod ludi mediocres ſolent. ſ. habere. Enim.i. quia, ſpe
ctatio.i. frequẽs inſpectio apparatus, tollebat oẽm hilaritatem.
Quo quidem apparatu non dubito quin carueris æquiſſimo ani-
mo. Enim, i. quia, quid delectationis habent ſexcenti muli in Cly
temneſtra. ſ. per pompam deducenda in fabula, aut tria milia cra
terarum.i. id genus poculorum. Dr̃ hic crater, in accuſatiuo hũc
cratera, unde fit nominatiuus hæc cratera. Hmõi aũt craterę oſtẽ
tabantur pro incluſis in equo ad vſum potandi, niſi ſit legendum
cratiũ, quib. equus intrinſecus intexebatur. Certum eſt, ꝙ Clytẽ-
neſtra eſt nomen fabulæ, ſicut equus Troianus, q̃ denoĩatur à re
præcipua in eis acta. Clytemneſtra aũt erat vxor Agamẽnonis,

Principis exercitus Grecorum, q̃ cũ Ægistho adulterium cõmisit absente marito, & reuersum eius cõsilio interfecit, uñ ab Oreste filio interfecta est. Cũ ergo ageret imperatricẽ sexcentis mulis in Fabula usa fingebať. In equo aũt Troiano, quã plurimi Græcorũ fuerãt inclusi, uñ ad pompã illis tria millia crateraũm in fabula assignabantur, aut armatura uaria peditatus, & eqtatus in aliqua pugna, qd delectationis hẽt? q. d. nihil. Quę. s. supradicta in apparatu supfluo cõsistentia, aut ea, q̃ habuerunt admirationẽ popularẽ, nullã detractionẽ attulissent tibi, ꝙ si tu operã dedisti, p eos dies. s. qb. ludi tales exhibebanť: Protogeni. s. Liberto, & Anagnostæ. i. lectori tuo, sonat aũt Protogenes id, ꝙ primus gñis, dũmodo is, s. Protogenes, Anagnostes tuus, legerit tibi potius quiduis. i. quãcunq; aliã rẽ, q̃ orõnes meas, ne. i. certe, tu habuisti haud. i. nõ paulo plus, imo multo plus delectationis, q̃ quisquã nostrũ. Modeste aũt dicit q̃ orõnes meas, quasi uero in illis aut operã pdidisset, aut minus delectationis habuisset. Nõ. n. puto te desiderasse ludos Græcos, aut Oscos. i. aut apud Græcos inuẽtos, ut sunt ferè comedię, & tragedię, aut Oscos, ut sunt Attellanę fabulæ, sed p iocũ rõnes affert. cur tales nõ dẽat desiderare, psertim cũ possis spectare ludos Oscos. i. ab obscęnitate oris denoĩandos, uel. i. ẽt, in senatu nr̃o. i. Romano, in quo uterq; erat, q. d. illic esse, q obscęnitate loquẽdi Oscos repſentent. Vero. i. sed, cũ tu ames Græcos. i. tãto odio psequaris, ut ne quidẽ. i. non saltem, soleas ire ad uillã tuã uia Græca. Nã quid. i. ad quid ego putẽ te desiderare athletas. i. pugiles, & luctatores, qui contẽpserit gladiatores, quorũ tñ spectaculũ videť delectabilius, cũ sit periculosius, & artificiosius, i. in quib. s. gladiatorib. ipse Põp. qui eis plurimũ oblectari solebat, cõfitetur se pdidisse, & operã, & oleũ. i. impensam & laborẽ. Reliquæ sunt. i. pter dictos apparatus sunt uenationes per dies quinq;, binæ. i. singulis a quinq; dieb. duæ, & ita x. magnificę, q. d. dices forte ex aliorũ relatu, ꝙ fuerint magnificæ, nemo negat. s. magnificas fuisse. Sed q̃ delectatio põt esse hoĩ politico. i. ciuili, cũ aut homo imbecillis laniať a bestia ualẽtissima, aut bestia pclara transuerberatur uenabulo. i. cuspide uenatoria? q. d. nulla talia autem fiebant in uenationibus in arena exhibitis. nam ad bestias damnati obijciebantur bestijs, aut ad hoc exercitati sese locarũt ad trãsfigendas feras. Quæ. s. spectacula, tñ. i. nihilominus si sint uidenda, tu uidisti sæpe. Neq; nos, qui spectauimus, hæc uidimus q̃dq̃ã noui. Extremus. i. ultimus dies ludorũ, fuit elephãtorũ. s. exhibitorũ spectaculo, in quo. s. die magna admiratio uulgi, atq; turbæ extitit, nulla delectatio extitit, i. emersit, quin etiã quædam misericordia est consecuta, atq; opinio eiusmodi, quandam societatẽ esse illi belluæ. i. elephanto, cũ gñe humano, quia cũ potuissent sæuire in homines uictos, noluerũt: vnde Soli. Elephanti iuxta sensũ humanũ intellectus hñt, memoria pollent, siderum seruant disciplinam. inest illis clementiæ bonum, quippe si per deserta uagabundum hominẽ forte uiderint, ductus ad notas usq; uias pbent, uel si consertis pecoribus occursitẽt itinera sibi blanda, & placida manufaciunt, neq; animal interimũt cõflictu fortuito. Si qñ pugnatur, non mediocrem hñt curam sauciorũ, nam fessos, uulneratosq; in mediũ receptãt, &c. Tñ ne uideat tibi fuisse his dieb. non modo. i. non solum beatus ludis scęnicis. i. pp ludos scęnicos, sed omnino liber. s. ab omni cura ego dirupi pene me, in iudicio Galli Caninij familiaris tui, quẽ defendi, ne contra eum iudicium fieret, quod si hẽrem populũ tã facilẽ, quã. i. quãtum, facilem habuit Æsopus, qui ob malã actionẽ statim dimissus est, mehercule, ego libẽter desinerẽ artẽ. s. causidicorũ, & uiuerẽ tecũ, & cum simil. b. nostri. i. uiris studiosis. Nam cum. s. ita sit ꝙ tædebat me antea. s. solicitudinis in causis dicendis, cũ. i. qñ, & ætas. s. ualida, & iuuenilis & ambitio. i. cupiditas, & perueniendi ad magnos honores, hortabantur me. s. tali officio, per quod emergere possem, incumbere, & licebat deniq; nõ defendere, quem nolebam, s. defendere, quia nulli erat obnoxius. tum uero. i. tunc ita est pro uero, ꝙ uita est mihi nulla hoc rpe, hoc est ꝙ sic crucier agendo tot causas inuite, ut uideat mihi non uiuere. Neq;. n. spero ex his ullum fructũ laboris, & cogor nonnunquã. i. interdũ, defendere homines non optimos, imò nequaquã meritos de me, rogatu. i. ppter pces eorum, qui bene meriti sunt. s. de me. Itaq;. i. & ita q̃ro, aut q̃so. s. a dijs omnes causas. i. uiuas, uiuendi aliqñ. i. tandem arbitratu meo. & laudo uehementer, & pbo. i. approbo te, & istam rationem ocij tui, quodq;. i. & ꝙ minus. i. non, interuisis. i. interdum uisitas nos, fero hoc animo æquiore, ꝙ. i. quia, si tu esses Romæ, tñ non liceret nos frui lepore. i. uenusto sermone tuo. neq; te meo, si quis. s. lepor est in me, propter occupationes meas molestissimas, quib. s. occupationibus, si relaxaro. i. leuauero me, nam non postulo, ut exoluam. i. liberem me planè. i. omnino, & quidem. i. certe, commentor. i. animo, agito multos annos, ipsum. i. ut absolui possim, nihil aliud. Alij legunt sic: & ipsum quidem, ꝙ multos annos nihil aliud commentor, docebo te, pfecto, & c. sed non placet, ut dicat se talem uirum docere, uelle psertim id, quod non ipse faciat, docebo pfecto, i. reuera, quod, quid sit uiuere humaniter. i. benigne, & ut homine dignum est. Tu modo. i. solũmodo, aut nunc sustẽta, & tuere. i. ptege, nequid deterius patiatur, ista. i. tuam imbecillitatem. i. infirmitatem ualetudinis, ut facis, ut possis obire. i. circunuenire nostras uillas. i. domos in agro positas, & concursare mecum simul lecticula, in qua senes, & potentes portabanť a seruis. Ego scripsi hoc ad te plurib. uerbis, quàm soleo, nõ abundãtia ocij, sed amoris erga te, quo i. per quem amorem, tu subinuitaras. i. occulte inuitaueras me quadã epistola, si tenes memoria, i. si nõ es oblitus, ut scriberem ad te aliquid hmõi, quo, i. per quod minus, i. non, aut non tantopere pœniteret te prætermisisse ludos, s. Romæ celebratos. Quod, s. scripsisse, quo te minus pœniteret, si sum assecutus, i. si obtinui, & effeci gaudeo, sin minus, i. si nõ sum assecutus, tamen ego consolabor me, hoc, i. hac re, ꝙ uenies post hæc ad ludos, & uises nos, neque relinques aliquam spem delectationis tuæ in epistolis, i. quam capies, ex eis, cum hæc non delectent.

Elephãti

P. MAECIVS] Hic est P. Mæcius cognomento Tarpa, qui ea, q̃ in scena recitanda erant, prius iudicabat: eius meminit Hor. in epis. de Arte Poetica, & Sat x. li. 2. [Hoĩ politico] uetustos libros, in quib. ita legatur, ego habeo, hẽt Vbaldinus Bandinellus, Ioannes Scala, Hieronymus Ferrarius, Bernardinus Maffeus, Paulus Botus, hñt & alij, quos nõ necesse est commemorare. itaq; nihil muto. quibusdã tñ placuit reponere Polito. [Fructum ullum labor s expecto] ueteres oẽs libri pro, expecto, hñt: ex his peto. alij legũt, ex his expecto. mihi nostra lectio magis probatur, ut quæ a ueteri scriptura minus recedat: nã, & exspecto, & exscribo, & exsupero, & alia huiusmodi cum s, litera ueteres scribebãt, ut ex antiquis monumentis licet cognoscere. uide Quinct. lib. 11. PAVL. MAN.

APVD Festũ Pompeiũ legi, iuraturos p Iouẽ Lapidẽ, tenere silicem solitos, eiusmodi ferè uerba enũciãtes: Si sciens fallo, qui me despicit, salua urbe, arceq;, bonis eijciat, ut ego hũc lapidem. Ad quã uerborũ conceptionẽ amplius, pensitatiusq; inspicięti, allusisse M. Tulliũ liquet Epistolarum Familiarium septimo, p maximã interpretum hallucinationẽ. Ita. n. scriptum inuenias: Deliciæ uerò tuæ noster Æsopus eiusmodi fuit, ut ei desinere p omnes homines liceret. Is iurare cum cœpisset, eum uox defecit, in loco illo: Si fallo sciens. Meminit T. Liuius ab urbe cond. li. 1. & xx. Eaq. inquit, ut rata scirent fore, agnum læua manu, dextra silicem retinens: Si falleret, Iouem cęterosq. precatus deos, ita se mactarent, quemadmodum ipse agnum mactasset, & secundũ precationẽ, caput pecudis saxo elisit. Sed, & alibi T. Liuius idem huiusmodi iusiurandi formulam latius exequitur. Cęl. Rh. Antiq. Lect. li. 11. c. 42.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Respondet petitioni amici de prædio emendo per Ciceronem.

M. CICERO M. MARIO. S. D. 2

MANDATVM tuũ curabo diligenter. sed homo acutus ei mandasti potissimum, cui expediret illud uenire quamplurimo: sed uidisti multũ, quod præfinisti, quo ne pluris emerem. Quòd si mihi permisisset: qui meus amor in te est, cõfecissem cum cohæredibus. num quando tuum precium noui, licitatorem potius apponam, quàm illud minoris ueneat. sed de ioco satis est. Tuum negocium agam sicuti debeo, diligenter. De Bursa te gaudere certo scio. sed nimis uerecunde mihi gratularis: putas enim, ut scribis, propter hominis sordes minus me magnam illam lætitiam putare: credas mihi uelim, magis me iudici hoc, quam morte inimici lætatum. primum enim iudicio malo, quam gladio; deinde gloria potius amici, quàm calamitate. in primisq́, me delectauit tantum studium bonorum in me † extitisse contra incredibilem contentionem clarissimi, ac potentissimi uiri. postremo, quod uix uerisimile fortasse uideatur; oderam, multo peius hunc, quam illum Clodium. illum enim oppugnaram; hunc defenderam. & ille, cum omnis respubl. in meo capite discrimen esset habitura, magnum quidem spectauit, nec sua quidem sponte; sed eorum auxilio, qui me stante stare non poterant; hic simiolus animi causa me, in quem inueheretur, delegerat; persuaserat q; nonnullis inuidis meis, se in me emissarium semper fore. quamobrẽ ualde iubeo gaudere te. magna

† alias, stetisse

res

res gesta est nunquam ulli fortiores ciues fuerũt, quam qui ausi sunt eũ contra tãtas opes eius, à quo ipsi lecti iudices erãt condemnare: quod fecisent nunquam, nisi ijs dolori meus fuissent dolor. Nos hic multitudine, et celebritate iudiciorum & nouis legibus ita distinemur, ut quotidie uota faciamus, ne intercaletur, ut quam primum te uidere possimus. Vale.

HVB. M*ANDATVM tuum*]Scriptus fuerat Cic. testamẽto cuiusdã prædij hæres cum quibusdam alijs cohæredibus. hoc prædiũ cũ Marius emere cuperet, mãdarat Cic. ut illud emeret. præfinieratq; ei præcium, quod nõ præteriret, uel ꝙ impenderet pro eo prædio, quare Cic. iocans, eũ carpit imprudentię. qđ mãdasset id negociũ ipsi Cic. cuius interesset illud prædiũ uẽdi, q̃plurimũ. serio tñ postea dicit se curaturum diligenter eius negociũ. Deinde scribit se uicisse in iudicio Bursam quendã, de quo dicit se scire Mariũ vehemẽter lætari, quia conatus fuerat oĩ vi oppugnare Cice.[Mandatum tuũ) Id quod mihi mandasti, & cõmisisti, ut ꝑ te facerem.[Sed homo acutus) Subaudi es, ironice dixit.[Potissimum) Præcipue præter ceteros, quia maximam habeo in partẽ, & minus debueras mihi mandare, quàm alijs, quia erat in parte res mea. [Expediret]vtile esset.[Venire) Vendi, est enim infiniti-

Venire uus à veneo uenis.[Quamplurimo) quanto maximo precio posset.[Illud) vel prædiũ, uel absolute illud, illa res, ut nolit declarare quid fuerit. Sed eo, quia dixit eum errasse in hoc, qđ mandasset negocium ei, cuius interesset illud uendi, quàm maximo pręcio posset. dicit tamen, quod in hoc fuit cautus, quia pręfiniuit ei præcium, quod non præteriret, in quo temen irridet ipsum, quia si permisisset ipsum precium in potestate Cice. dicit, quòd iam emisset. [Eo) propter id, uel in eo.[Vidisti multum) Fuisti multũ cautus, & prudẽs,[Præfinisti) Præscripsisti, determinasti, vt tantum impenderet, quantum scripsisses, non plus. [Quo) vt. [Ne) Nõ [Pluris]Quã scripsisses.[Permisisses]Reliquisses in potestate mea. [Confecissem cum cohæredibus) idest conclusissem cum alijs, qui sunt instituti hæredes mecum, quod tibi reliquissent ipsum prædium.]Qui meus amor est in te) idest per eum amorem, qui meus amor est in te, est autem constructio vsitata apud Cice. ut sæpe ostendimus.[Nũc) adhuc iocať Cic. & dicit, quod nunc, cum intelligat precium Marij, quod uult impẽdere pro eo prædio, potius adhibebit licitatorem. i ęstimatorem, quã quod uẽdatur minoris.[Tum precium) summam tui precij, qđ vis impendere.[Licitatorem) æstimatorem, q̱ precium facit, à liceor uerbo, quòd significat æstimare, precium deferre, inde licitator. Cic. 3. Offic. Non licitatorem uenditor, nec contra sequi liceatur emptor apponet. (Veneat]uendatur.[Minoris) Quam, scilicet præfinisti mihi.[Sed de loco] Hoc subdit Cice. ne uideatur nescio dixisse, & uelle id carius emere, quia præfinitum esset sibi precium.[Tuum neg.) Emendi quod mandasti mihi. [De Bursa) Quẽ superaui in iudicio.[Nimis uerecũde) Nimis parce, & modice, ut scribit, scribebat Marius se putare Cic. non multum gaudere, quòd uicisset Bursam, quia erat homo uilis, & sordidus, laus autem uictorię pendet ex pretio hominis.[Hoc iudicio) Quo uici Bursam.[Inimici) Vel Clodij, ut quidam uolũt uel ipsius Bursæ, ut sit sensus, magis lætatus sum uicisse inimicũ meo iudicio, quam si esset mortuus. [Primum) Vna ex multis rationibus.[Malo) .s. uincere. [Gloria amici) Quis fuerit hic amicus non satis constat, sed intelligimus aliquem esse oppugnatum ab illo Bursa.[Studium) Fauorem [Contentionem) Orationem aduersariã. [Clarissimi uiri) M. Crassũ significat, q̱ hũc Bursam tuebať. [Postremo) Vltima ratio, quare vehemẽter lætatus sit hoc iudicio.

Peius ꝑ magis [Multo peius) Multo magis, multo uehementius. Ouid. Quæ uenit exacto tpe peius amat.[Illũ ipsum,] q.d. inimicissimũ meũ. [Illum]Clodiũ.[Hunc) Bursam.[Habitura discr.]Habitura periculũ, & cladẽ.[In capite meo) .i. in uita mea, si ego perissem.[Spectauit) Superauit, considerauit.[Quiddã magnũ) Quandã rẽ magnam.[Sua sponte) Per se ipsum.[Illorum) Inimicorũ meorũ, & reip.]Auxiliorũ) .i. fauore illorũ.[Qui stare nõ poterant)¦Me stãte, q̱ non potuissent obtinere statũ suũ me incolumi, & obtinere statũ meũ.[Hic Simiolus] .s. Bursa, per contemptum aũt appellauit eũ Simiolum. [Delegerat amicum) Acceperat sibi Clodium amicum. (Causa mei) Quia sciebat eum inimicum meum. [In quem) .s. me.[Inueheretur].i. quem insequeretur. & criminationibus laceraret.[Emissarium) Promptum, & paratum ad hoc, nã

Emissarij emissarij dicuntur equi, qui seruantur ad procreãdam sobolem, & emittuntur ad equas, inde translatiue emissarij in aliquos dñt qui sunt parati inuehi in aliquos.[Iubeo) Volo.[Gesta est] Cum uictus est hic Bursa.[Fortiores) Maioris animi.[Eius) Crassi, qui elegerat iudices, & tamen illum condemnauerunt contra fauorem Crassi. [Nisi meus dolor fuisset dolori ijs) Nisi doluissent, meo dolore. i. nisi doluissent, quia ego dolebam.[Multitudine, & celebritate). i. multis, & celebribus. hoc est claris iudicijs, q̱a semper uincimus.[Detinemur) Sumus occupati. [Intercaletur] Fiat intermissio. nam intercalare est interferre, siue interponere, siue interuocare, vt supra declarauimus plenius.

MANDATVM tuum, &c.]Cic. acceperat ex testamẽto prędiũ **ASC.** de quo Marius scripserat, ut sibi ematur à Cicer. quàm minimo queat, unde iocans Cic. dicit sua interesse, ut quam maximo uẽdatur, dicit tamen se curaturum eius negocium, ac demum dicit se uicisse aduersarium suum nomine Bursam, de quo sperat Marium gauisurum. Ordo est: Ego curabo diligenter mandatum tuum. s. ut prædium tibi ematur, sed tu homo acutus, quod iocose dixit, tu mãdasti. s. prædium tibi emi, quam minimo potissimum. i. maxime ei, cui expediret. i. utile esset, illud. s. prædium, uenire. i. uendi, quamplurimo. i. maximo ꝓcio, hoc est mihi, eius ex testamento possessori. Sed tu uidisti. i. prospexisti multũ, eo ꝙ ꝓfinisti ne emerẽ pluris. s. q̃ scripserat, quod si scripsisset, eme q̃ minimo poteris, sine quibus paulo, aut quanti quibus potuisset Cic. maximo uendidisse precio, ipse tamen per iocum dicit sese contra fuisse facturum, addens ꝙ si permisisses mihi. i. arbitrio meo, & non præfiniuisses mihi precium, q̃ meus amor est in te. i. ſm amorem, quo te prosequor, ego fecissem. s. emptionẽ cũ cohęredibus, quia ipse nõ erat solus hęres. Nunc qm̃ ego, qui sum in parte hæres, noui precium. i. quanti tibi sit, ego ponã potius in licitationem. i. uenditionẽ, q̃ cedat plus ceteris offerenti, q̃ illud. s. prædiũ, ueneat. i. uẽdatur minoris. s. q̃ præfiniuisti: sed satis est de ioco. Ego agã negocium tuũ diligẽter, sicut debeo, q.d. ꝑꝑ partẽ meã nõ curabo, ut pluris ueniat, qua par sit. Ego certo scio te gaudere de Bursa i. ꝙ Bursam uicerim scio, sed tu gratulacis mihi nimis verecũde. Putas. n. ut scribis, me putare illã lætitiã minus magnã ꝑꝑ sordes hominis. s. uicti. Velim, sup. ut credas mihi, me magis lætatũ hoc iudicio, quod contra Bursam latũ est, q̃ morte inimici. Enim. i. q̱a, primũ malo. s. victũ esse, iudicio, q̃ gladio. deinde gloria. i. cum gloria amici, pro quo Cic. contra eũ egit, q̃ calamitate, quę secuta fuisset, si gladio vindictã sumpsisset. Et in primis delectauit me tantum studium bonorum extitisse in me cõtra incredibilem contentionem uiri clarissimi, & potentissimi Crassi, qui pro Bursa steterat. Postremò, quod videtur fortasse incredibile, ego operam multo peius. i. grauius, & cum maiore execratione, & mali in illum optione, hunc. s. inimicum, q̃ illum ipsum Clodiũ. s. singularem inimicum, & huius amicum. Enim. i. quia oppugnaram. s. prius illum. s. Clodium, & ita merito inimicus fuit, & defenderam hunc. s. Bursam, q̱ postea factus est inimicus. Et ille. s. Clodius cum oĩs resp. esset habitura discrimen i. periculum in meo capite. i. si ego in periculo essem, spectauit. i. prętendit, quiddam magnum. i. quoddam emolumentum singulare, nec quidem sua sponte. i. ꝓprio ingenio, aut naturali industria, sed auxilio eorum, qui non poterant stare me stante. i. si ego mansissem in statu meo. Hic. s. Bursa, Simiolus. i. turpis imitator Clodij, delegerat causa animi. i. ut satisfaceret malitię animi sui, me, in quem inueheretur, & ꝑsuaserat nonnullis inuidis meis se fore semper emissarium in me. i. qui inueheretur in me, & semper propius esset, ut emittatur in me. Quamobrem ego iubeo. i. uolo, sed tamen aliquantulũ imperiose, quod ex gaudio dicit. Seruius autem ad illud Aen. Infandum regina iubes, dicit. i. uis, sed tamẽ Aeneas modeste potuit dicere Reginam iubere, te gaudere ualde, quia sup. magna res gesta. nunquam fuerant ulli ciues fortiores, q̃ qui ausi sunt condemnare eum. s. Bursam, contra tãtas opes eius. s. Crassi. à quo ipsi erant lecti iudices, quod ipsi nunquã fecissent, nisi dolor meus fuisset ijs dolori. Nos detinemur hic multitudine, & celebritate iudiciorum, & nouis legibus, ita ut faciamus quotidie uota, ne intercaletur. i. ne fiat intermissio, & suspensio iudiciorum, ut possimus uidere te quãprimum, quod nõ liceret, nisi iudicijs absolutis.

DE Bursa] Hic est T. Plancus Bursa, frater L. Planci, ad quem **PAVL. MAN.** sunt epist. lib. 10. accusatus est ui, & cõdemnatus à Cicerone, cui antea trib. pl. in caussa Milonis aduersatus fuerat, & in concionibus magnam inuidiam concitarat. postea rerũ potitus Cęsar eũ, & oẽs lege Pompeia damnatos restituit. Dio, Pedianus, & alij.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Cõsolatoria est epistola, sed alioqui multa dicũtur, que ad prudẽtiã Ciceronis magis referenda uidentur, utpote tota ista narratio belli, quã dicit, quã prudenter omnia pracogitarit, & prauiderit, & quo consilio Pompeium deseruerit, & in urbem redierit. Postremo ipsa eadem cõsolatione qua usum esse dicit, Marium solatur.

CICERO M. MARIO, S. D. 3

†alias, illius tẽporis recordatio

†alias, reliquos

PER SAEPE mihi cogitãti de cõibus miserijs, in quibus tot annos uersamur, & ut uideo, uersabimur, solet in mẽtem uenire † illius temporis, quo proxime fuimus una. quin etiam ipsum diem memoria teneo, nam ad iij. idus Maias Lẽtulo, et Marcello cos. cum in Pompeianum uesperi uenissem, tu mihi solicito animo praesto fuisti, solicitum autem te habebat cogitatio tum officij, tum etiam periculi mei. si manerem in Italiam; uerebare, ne officio deessem si proficiscerer ad bellum, periculum te meum commouebat, quo tempore uidisti profecto me quoque ita conturbatum, ut non explicarẽ, quid esset optimum factu. pudori tamen malui, famaeq. cedere, quam salutis meae rationem ducere. cuius me mei facti poenituit, non tã propter periculum meum, q̃ propter uitia multa quae ibi offendi, quo ueneram: primum neque magnas copias, neque bellicosas: deinde, extra ducem, paucosque praeter ea, (de principibus loquor) † reliqui primum in ipso bello rapaces, deinde in oratione ita crudeles, ut ipsam uictoriam horrerem, maximum autẽ aes alienum amplissimorum uirorum. quid quaeris? nihil boni praeter causam. quae cum uidissem, desperãs uictoriam, primum coepi suadere pacem, cuius fueram semper auctor. deinde, cum ab ea sententia Pompeius ualde abhorreret, suadere institui, ut bellum duceret, hoc interdum probabat, et in ea sententia uidebatur fore, & fuisset fortasse nisi quadam ex pugna coepisset suis militibus confidere. ex eo tempore uir ille summus, nullus imperator fuit. signa tirone, & collectitio exercitu cum legionibus robustissimis contulit, uictus, turpissime, amissis etiam castris, solus fugit. hunc ego belli mihi finem feci, nec putaui, cum integri pares non fuissemus, fractos, superiores fore. discessi ab eo bello, in quo aut in acie cadendum fuit, aut in aliquas insidias incidendum, aut deueniendum in uictoris manus, aut ad Iubam cõfugiendum, aut capiendus tanquam exilio locus, aut consciscenda mors uoluntaria. certe mihi fuit praeterea. si te uictori nolles, aut non auderes committere. Ex omnibus aũt ijs, quae dixi, commodis nihil tolerabilius exilio, praesertim innocenti, ubi nulla adiũcta est turpitudo: addo etiam, cum ea urbe careas, in qua nihil sit, quod uidere possis sine dolore. ego cum meis (si quidquam nũc cuiusquiam est) etiam in meis esse malui. quae acciderũt, omnia dixi futura. ueni domum, non quòd optima uiuendi cõditio esset, sed tamen si esset aliqua forma reip. tanquam in patria ut essem; si nulla, tanquam in exilio mortẽ mihi cur consciscerem, causa nulla uisa est; cur optarem, multae causae. uetus est enim, VBI non sis qui fueris, nõ esse, cur uelis uiuere. sed tamen VACARE culpa, magnum est solatiũ: p̃sertim cũ habeã duas res, quibus me sustẽte, optimarũ artiũ sciẽtiã, & maximarũ rerũ gloriã, quarũ altera mihi uiuo nunquã eripietur, altera ne mortuo quidem. Haec ad te scripsi uerbosius, & tibi molestus fui, quòd te cum mei tum reipub. cognoui amantissimum. notum tibi omne consilium meum esse uolui, ut primum scires, me nũquam uoluisse, plus quẽquam posse quam uniuersam remp. postea autem quam alicuius culpa tantum ualeret unus, ut obsisti nõ posset, me uoluisse pacem: amisso exercitu, & eo duce, in quo spes fuerat uno, me uoluisse, etiam reliquis omnibus; postquã non potuerim, mihi ipsi finem fecisse belli; nunc autem si haec ciuitas est, ciuem esse me: si non, exulem esse non in commodiore loco, quàm si me Rhodum, aut Mytilenas cõtulissem: Haec tecum coram malueram. sed quia lõgius fiebat, uolui per literas eadẽ, ut haberes, quid diceres, si quãdo in uituperatores meos incidisses. sũt enim q, cũ meus interitus nihil fuerit reip. p̃futurus, criminis loco putẽt esse, q̃d uiuã. q̃bus ego certo scio non uideri satis multos perisse; q, si me audisset, q̃uis iniqua pace, honeste tamẽ uiueret; armis. n. inferiores, non cã fuisset. Habes epistolã uerbosiorẽ fortasse, quã uelles, q̃d tibi ita uideri putabo, nisi mihi longiorem remiseris. Ego si, quae uolo, expediero, breui tempore te, ut spero, uidebo. Vale.

HVB.

PERSÆPÆ) Quo tpe Cęs. ab illo uniuersae Galliae bello reuersus est, creati erã t cõsules. L. Lent. & M. Marc. infesti, & aduersi eius dignitati, q cũ in Italiã profectus intellexisset duas legiones ad se remissas, quę ex. S. C. ad Parthicũ bellũ duci deberẽt per M. Marc. Cn. Pomp. traditas, atq; in Italia retẽtas esse, postea quam aliquantulum passus est. tamen multis acerrimis in se Põpe. & aliorum sentẽtijs, tum infamia duarum legionum, quas diximus à Pompe. in Italia retentas rem ad arma deduci studebat. Itaq; data sibi opportunitate, & discessu fuga tribunorum, qui se ad eum Rauennam cõtulerant, incensis oratione sua militũ animis, tandem occupato Arimino bellum incepit, q̃d postea extra Italiam translatum est in Thessaliã, ubi Pomp. superatus est, cui bello dicit Ci. se interfuisse magis officio, q̃ uolũtate. discessisse autem posteaq̃ uidit nullã esse spem uictoriae. elegisse ex multis conditionib. potissimum esse Romae, q̃uis id quoq; miserum sit. ostendit aũt se maximam cõsolationem capere ex cõscientia rectorum cõsiliorum suorũ, habereq. duas res, quib. maxime in his aduersitatib. se substẽtet, sciẽtiam liberalium, & optimarũ artiũ, & gloriã rerum gestarum. [Tot annos) Postq̃ Cęs. reuersus è Gallia incepit esse contra patriam [Versabimur) quia victo Põp. Cato ad Iubam cõfugit. ubi reparabat exercitum, itaq; nõdum erat finis bellorum ciuiliũ. [Proxime) nõ nuperrime, nã iã multũ tps erat, quo non fuerant una, sed p̃xime postq̃ nõ conuenimus, nec simul fuimus, nã proximum dr̃ quod ẽt longe positum est longe interueniẽte, unde si duob. annis p̃teritis à te literas acceperim, post quas nihil postea scripseris, rectè dicã p̃ximas literas tuas, qa re uera sunt p̃ximę, si nullas alias post eas misisti. [Quin ẽt) bellorum ciuiliũ cõsules erãt. [In Pompeianum) .i. uillam meã; (Praesto fuisti) Statim uenisti, obtulisti te mihi. Solicito) Anxio. [Solicitum) Dicit Cic. Marium fuisse anxium duplici de cã, & pp periculũ Cic si p̃fectus fuisset ad bellũ, & pp eius officiũ, q̃d videbatur negare Põp. & patria si in Italia mãsisset, neq; ad bellũ iuisset. [Tũ officij) .i. & officij mei .i. eius, q̃d deberẽ facere. [Tũ ẽt) Et praecipue. [Ne officio deesse) Vt facerẽ, q̃d deberẽ, & erga patriã, & erga Põp [Non explicarẽ] Non discernerẽ, nec cognoscerem. [Pudori] Verecũdiae, honestati, quia pudebat me, & deesse à quo in salute fuissẽ adiutus. [Et f.] quia fuissẽ dictus malus ciuis, nisi saluti reip. subuenissẽ. [Cedere) obsequi, obtemperare. [Cuius facti] Q̃d p̃posuerim pudorẽ, & famam meae saluti. [Vitia multa) Multas cãs uitiosas. [Offendi) inueni. [Ibi) In castris Põp. Primũ enumerat uitia, q̃ inuenit in castris Pomp. [Neq; bellicosas) neq; fortes in bello, ut scribit Appius [Extra ducẽ) .i. excepto duce. s. Põp. [Paucosq.) s. extra paucos. i. exceptis paucis. ẽ aũt ornatũ dicendi genus apud Cic. ut sic dixero, extra Homerũ nullus poeta Graecus Virg. antefertur. i. excepto Home. [Praeterea) Prę ter eũ. s. ducẽ. [De prin.) De primis, & optimatib [Rapaces] Auari, p̃datores. [Crudeles) In orõne, minabantur. n. multis Cęs. cędẽ [Horrerẽ) Vehemẽter timerẽ. [Æs alienũ) Pecunia, q̃ alijs debetur, nam aes alienum dicitur, quod non nostrum est, cum alijs debemus ob causam. [Quid quaeris,] q. d. ut paucis concludam. [Nihil boni) Subaudi erat in castris. [Praeter causam] Excepta cã, quę est honestissima p̃ defensione patriae [Auctor) Suasor. [Abhorreret) Alienus esset, neq; ullo pacto, uellet ei assentiri [Duceret] p̃traheret, ne descenderet, ad pugnam cum Cęs. [Ex quadã pugna) qua uisus est habere fortunam fauentem. [Vir. ille) Pomp. (Summus) tot uictorijs, & triũphis insignis [Nullus fuit]. i. amisit quidquid antea fecerat [Contulit signa) Congressus est, cõseruit manũ. (Tyrone) Pro tyronibus i. nouis militibus, & inexercitatis. [Collectitio] Vndiq; cõtracto, ex omni gñe hoĩum. [Cum legionibus]. s. Cęs. quę erant exercitatae decẽnali bello in Gallia, & robustissimae. [Turpissime) Cum magno dedecore. Amissis castris) Quia nõ potuit ẽt tutari locũ, ubi erant milites. [Solus fugit] Vsque ad tpa Thessalica, ut scribit Plut. & Luc. deinde p tpa ad mare delatus est, &c [Hunc fi.) Cũ Põp. est superatus. [Nec putaui) sensus est, cum nõ potuissemus esse pares Cęsarianis, qñ eramus integri, & nondũ clade affecti, putaui nõ esse possibile, ut essemus superiores, postq̃ essemus fracti & diminuti. Itaque putaui bello discedendũ. [Superiores) Victores. Aut in acie cadendũ). i. moriendũ pugnãdo. Cõmemorat aũt multas cõditiones malas, quae fuerant necessariae, nisi discessisset ab eo bello. [In manus uictoris] In captiuitatẽ. [Iubã) Regẽ Numidiae amicissimum P. R. [Cupiendus] Eligendus à me spõte mea. [Tanq̃ exilio]. i. tanq̃ missus

miſſus ſim in exiliũ.[Conſcindenda) Tribuenda,capienda.[Nihil fuit pterea) .i.nihil fuit ultra pdictas cõditiones.[Si te) ponit unã cõditionẽ,quæ poterat eſſe cũ reliqua.ſed oſtẽdit eam,neq, tutã,neq; honeſtã fuiſſe.[Nolles) p noller aliqs more ſuo ponit ſecundã pſonã p tertia.[Innocẽti).i.ei,q̃ nulla eẽt culpa. [Vbi) Vel qñ,uel in quo innocẽti.]Addo).i.accedit & alia cauſa,quod exiliũ ſit tolerabilius, qa ſi exul ſis, nihil ſit quare debeas carere urbe R.in qua oĩa ſint miſera.[Si quidquã) Correctio.[Cuiuſpiã] Quia nemo põt dicere quidquã eẽ ſuũ.[Duxi) Exiſtimaui.[Optima) Feliciſſima,quia ſciebã cãm mihi eſſe nõ poſſe. [Tãquã in patria) quaſi ĩ patria,quia Cic. nõ audet amplius uere noĩare Romã patriã,ſed tãquam patriã.[Si nulla) Subaudi eſſet forma reip. [Tãquã ex).i. tãquã fuiſſet exul, & extra patriã. [Nulla uiſa eſt cã).ſ.idonea,ut me ipſum interficerẽ.[Optarẽ) Cuperẽ.[Multæ) quia amiſeram ea,pp quę maxime iuuabat me uiuere.[Vetus eſt .n.) Subaudi dictum, uel prouerbiũ,& eſt rõ,quare eſſent multæ cauſæ,cus optaret ſibi mortẽ,quia qñ homo deſinit eſſe is,qui cõſueuit,non eſt quare multum debeat appetere uitam. [Vbi) Qñ. [Qui fueris) Qualis eſſe cõſueueris.[Cur uelis uiuere) cur optes uitã,qa uiuimus pp honores,& dignitates, quib. amiſſis deficit cã optandæ uitæ.[Vacare) Carere. [Altera ne erip.) Vt.ſ.ſcientia optimarum artium,quia remanet & hoĩs uitã nunq̃ deſerit,quocũq; ierit,ſola.n.morte aufertur.[Altera ne mortuo quidẽ) quia gloria rerum geſtarum,eſt ęterna,& immortalis.[Verboſius) pluribus uerbis. [Plus quenq̃ poſſe).i.me uoluiſſe,ꝙ aliquis tãtum poſſet,ut ipſa reſp. nõ retineret ſtatum, & dignitatem ſuã.i.plus amaui Rẽp q̃ quenq̃ aliũ. [Vnus Cæſ.) quia omnia ſolus poterat. [Alicuius) Non dicit,qui fuerit,ſed innuit ipſum Pomp.qui antea tantũ ſtuduerat partibus Cæſ.ꝙ poſtea cognouit ſe malefeciſſe. eius enim cauſa fuerat Cæſ. cõfirmata prouincia in alterum quinquẽniũ.[Eo duce) Põp.[In quo uno) In quo ſolo.[Voluiſſe) Eſt ordo:uolui ut ſcires me ẽt uoluiſſe feciſſe finẽ belli mihi ipſi. [Poſtq̃ non potuerim reliquis oĩb).ſ.feciſſe finẽ belli.i.poſtquã nõ potui facere,ut reliqui oẽs diſcederent a bello,uolui ego ipſe diſcedere, hęc oĩa declarãtur in uita Cic.ſcripta a Plut.[Ciuẽ eẽ me) Subaudi,uolui ut ſcires me uoluiſſe eſſe ciuẽ, &c. [Si nõ).ſ. hęc ciuitas.[Exulem) ẽt Romæ. [Mitylenas) Lesbũ,de Rhodo, & Mitylenis diximus abũde alio loco.[Maluerã) Subaudi loqui. [Fiebat lõgius).i.trahebatur in lõgũ, ut tecũ corã loqui poſſem. [Eadem).ſ.dicere, q̃ dicturus fuerã corã.[Nihil profuturus) nullã utilitatem allaturus,imò potius nociturus.[Loco criminis).i. putẽt me peccare,quia uellent ꝙ potius me interimerem,quàm uincerem. [Satis mul.) quia uellent & alios perire. [Quãuis iniqua) Quia iniqua pax eſt,ubi qui meliorem habet cãm ſubdit cõditiones.eius quàm iniuſtam cãm fouet. [Niſi longiorem remiſeris) Nam ſi tu quoq; ad me multa reſcribes,intelligam meam epiſtolam non uiſam fuiſſe tibi nimium uerboſam.

ASC. *PERSÆPE,&c*]Cõmemorat quo cõſilio aduerſus Cæſ.in bellũ Pharſali cũ abiuerat,& ſe poſt uictoriã Cæſ. in urbem receperat, docens miſerũ eſſe illic uerſari,ſed alibi lõge miſerius,maximã tñ ſe cõſolationem capere cõſcientia rectorũ conſiliorũ,habereq.quib.ſe cõfirmet,ſciam bonarũ artiũ,& gloriã rerũ geſtarũ,quib.argumentis in oĩb.fere epiſtolis ſemp cõſimili re cõſolatorijs utitur.Ordo eſt:Solet uenire mihi cogitãti pſæpe de miſerijs cõibus,in quibus uerſamur tot annos,& uerſabimur,ut uideo,i.quãtũ perſpicio,in mentem.i.mentionem,& memoriã illius temporis, quo fuimus proxime. i.pxime elapſis diebus,unà .i.ſimul, & in uno loco, quin etiam teneo.i.cõplector memoria ipſum diem. Nam ad.i.circiter tertium.ſ.diem Idus. i.qui eſt inter Idus,aut ante idus Maias, & ita eſt 11.dies Maij Len.& Marcello conſulibus,cumueniſſem ueſperi in Pompeianum.ſ.agrũ, tu fuiſti mihi præſto.i.affuiſti mihi, animo ſolicito.i.habens animum ſolicitum, dicerem habenti animum ſolicitũ niſi ſequeretur. Aũt.i.ſed,cogitatio tum officij,tum etiam periculi mei habebat te ſolicitum. Nam ſup.tu uerebare ne deeſſem.i.non ſatisfacerem officio,ſi manerem in Italia,& periculum meum commouebat.i.anxietate afficiebat te, ſi proficiſcerer ad bellum,ſ.i.Pharſalicum cum Pomp. Quo tempore tu uidiſti, profecto. i.reuera me quoque,i.etiam conturbatum,ut non explicarem.i.dijudicarem,quid eſſet optimum factu. uidetur optimum de duobus dicere. Nam duo erant,aut eundum in bellum. aut manendum in urbe.malui tamen cedere.i.ſuccumbere pudori,& famę.i.facere, quod pudor & fama exigebant, quam ducere rationem .i.habere reſpectũ ſalutis meæ,cuius facti mei pęnituit me non tam pp.periculum meũ,q̃ pp multa uitia,quæ offendi.i.præter ſpem reperi,ibi,quò ueneram.Primum ſup.offendi copias,neque magnas, neq; bellicoſas, deinde reliqui extra. i.præter ducem & præterea .i.eum,paucos.Loquor de principibus.i.ut dicunt nũc de capitaneis,ſup.fuerunt primum rapaces in ipſo bello, deinde ita crudeles in oratione,ut horrerem ipſã uictoriã,quia ſi uictores euaſiſſent,multo crudeliores futuri uidebantur.Aũt.i.ſed,ſup.offendi, aut ibi fuit maximũ æs alienũ. i.debitũ, uirorũ ampliſſimorũ,ſ. ante bellũ.Quid q̃ris?.ſ. plura,Nihil boni,ſup.fuit illic,pter cauſã,q̃ cõtra Cæſ.iuſta erat. Quem cũ uidiſſem,ego deſperãs uictoriã,cępi primũ ſuadere pacẽ, cuius fuerã ſemp auctor.i.approbator. Deinde cũ Põp.abhorreret.i.alienus eſſet & diſſentiret ualde ab ea ſnĩa,ſ.pacis cõponendæ,inſtitui.i.cępi ſuadere,ut duceret.i.pduceret,& extenderet bellũ,donec meliorẽ haberet exercitũ.Põpeius,pbat interdũ hoc.ſ.pducendũ. & uidebať fore ĩ ea ſnĩa,& fuiſſet fortaſſe,niſi cœpiſſet cõfidere ſuis militib ex quadã pugna.ſ.proſpere cõtra Cæſarios geſta. Ex eo tpe.i.poſt illud tps,uir ille ſũmus.ſ.Põpeius,fuit nullus.i.nullius ualoris imperator cõtulit ſigna.ſ.militaria.i.uexilla ad cõmittendũ prælium, exercitu tyrone.i.nouitio,& collectitio.i.ex uarijs collecto,cũ legionib. robuſtiſſimis,quia ueteranorum,& ex Galliga gente bellicoſiſſima,& ipſe uictus turpiſſime ẽt caſtris amiſſis fugit ſolus, ut Lucanus cecinit,ad Regẽ Ægypti, cuius aſſenſu obtruncatus eſt. Tunc ego feci mihi,finem belli,nec putaui,ſup.nos fractos, fore.i.futuros ſuperiores,cum non fuiſſemus pares integri. Ego diſceſſi ab eo bello,in quo aut fuit cadendũ.i.moriendum cadẽdo in acie,aut incidendum in aliquas inſidias,aut deueniendũ in manus uictoris, aut cõfugiendum ad Iubam.ſ. Regem in Africã, aut locus.ſ.aliquis erat capiendus. i.eligendus tanquã exiliũ,aut mors uoluntaria.i.propria manu,aut iuſſu illata,cõficienda.i.peragẽda ſup.erat.Certe nihil fuit pręterea.i.pręter dictas cõditiones belli,ſi nolles, aut non auderes committere uictori.ſ. Cæſarite.Aũt.i.ſed,nihil eſt tolerabilius,ex oĩbus his incommodis,quę dixi,exilio.i.q̃ exilium,pręſertim innocenti,ubi nulla turpitudo .ſ.proprij peccati eſt adiuncta.addo etiam cum careas ea urbe.ſ. Roma,in qua nihil ſit quod poſſis uidere ſine dolore.Ego maluĩ eſſe cum meis.ſ.neceſſarijs, etſi quidq̃ nunc eſt cuiusq̃, malui eẽ ẽt in meis.ſ.regionibus. Ego dixi oĩa futura, q̃ acciderunt. Veni domum,non ꝙ optima cõditio uiuendi eſſet.ſ.domi, ſed tñ ſi eſſet aliqua forma reip.ut eſſem tanq̃ in patria,ſi nulla.ſ.forma reipub.eſſet,eſſem tanq̃ in exilio. Cauſa.ſ.iuſta,non eſt uiſa.ſ.mihi cur conſciſcerem.i.accelerarem,& cõcitarem mihi mortem.multæ cauſę ſup.uiſæ ſunt,cur optarẽ.ſ.mortem honeſtã. Eſt.n.uetus .ſ.dictũ,ubi.i.poſtq̃ nõ ſis,qui fueris.i.in ea dignitate in qua fueris non eſſe.ſ.cauſam,cur uelis uiuere,aut ibi,aut ſimpliciter. Sed tamen licet triſte ſit amiſiſſe dignitatem,tñ magnũ ſolatium eſt uacare.i.uacuum, & purũ eſſe culpa præſertim cum habeã duas res,quibus ſuſtentem me.ſ.ne in deſperationem, aut ſummã miſeriam cadam,uidelicet ſcientiã optimarũ artiũ,ut legalis,auguralis,oratoriæ,& philoſophicæ,& gloriã maximarum rerũ.ſ.geſtarum in conſulatu, in quo in toga nõ minus gloriæ nactus eſt, q̃ quiuis imperatorũ in armis,præterea Ciliciã prouinciam glorioſe rexerat.Quarũ.ſ.duarũ rerũ altera.ſ.optimarũ artiũ ſciẽtia, nunq̃ eripitur mihi uiuo,quin ẽt bonæ ſcientiæ,quib. hic Deum ueneramur,ne mortuis quidẽ eripiuntur, unde Hieronymus noſter: Diſcamus ſciẽtiã in terris,q̃ nobiſcum manebit,& in cęlis. Caſu tñ ut uulnere capitis,aut morbo põt labi memoria,& perire ſcĩa in terris,altera ſ.maximarum rerum gloria, nunq̃ eripietur mihi ne quidem.i.non ſaltem mortuo,imò mortuis augetur gloria,q̃ quiuis detraxerat liuor.Hæc &c.Ego ſcripſi hæc.ſ.ſupra dicta uerboſius.i.nimis uerboſe ad te,& fui moleſtus tibi.ſ.multitudine uerborũ,ſed ſcripſi iõ ꝙ cognoui te amantiſſimum.i.maximum amatorem,cum mei,tum.i.pariter reip. Ego uolui omne conſilium meum eſſe notum tibi,ut ſcires primum me nunq̃ uoluiſſe quemquam neq; Pomp.neq; alterum poſſe plus q̃ uniuerſam remp.licet in rep.uoluerit unum plus poſſe q̃ alium. Aũt.i. ſed,poſteaq̃ unus. ſ.Cæſ.ualeret culpa. i.ppter culpã alicuius,q.d.unius quiſqs ille fuerit,certũ tñ eſt, ꝙ de Pomp. loquatur,cuius primum fauore in Cæſ.Cæſari confirmata erat puincia in alterũ quinquennium,deinde eius culpa ut uidimus, male pugnatum fuerat. maluit tñ alicuius q̃ cuiuſdam dicere, ne de certo uideatur loqui,ut non poſſet obſiſti.ſ.illi,ſcires me uoluiſſe pacem exercitu amiſſo,& eo duce.ſ.Pomp. amiſſo,in quo uno ſpes ſ.uictoriæ fuerat, ſcires ẽt me uoluiſſe feciſſe finem belli mihi ipſi, poſtq̃ non potuerim.ſ.feciſſe pacẽ reliquis oĩbus. Nunc autem ſi hæc ciuitas eſt:repete,ſcires me eẽ ciuẽ.ſi non,ſup.eſt ciuitas,ſcires me eſſe exulẽ loco non incommodiore.i.nõ magis in cõmodo,ſed æque cõmodo,q̃ ſi cõtuliſſem me Rhodũ,aut Mitylenas: Mitylenæ in Lesbo ſunt inſulæ. Rhodus autẽ,& urbis,& inſulæ nomen notũ.Ego maluerã,ſup.agere,aut narrare tecũ hæc,corã .ſ.te.i.pñtia tua, ſed quia.ſ.corã agere fiebat longius. i.differebatur,nimis uolui. ſ agere aut cõminiſci eadẽ per literas, ut hęres

q̄d, aut, q̄d diceres, si q̄n incidisses in uituperatores meos. Valla diceret mei.i.q me ppea uituperát, ꝙ post Pharsalicum cõflictũ me Romam contulerim. Sunt.n.qui, cum.i.q̃uis, interitus meus nihil fuerit profuturus reip putant esse loco criminis.i.pro crimine habendum, ꝙ uiuam. Quibus ego certo scio uideri non satis multos perijsse, qui.s.extincti, aut interempti, si audiuissent me.i.obediuissent mihi. Nõ.n.semper audio ꝓ obedio datiuo iũgitur, sed audiẽs participium frequẽtius, q̃uis uiuerent pace iniqua.i.iniquis conditionibus comparata, uiuerent tñ.i.nihilominus honeste, fuissent.n inferiores armis non causa. Si dicas non modo fuissent, sed, & nunc fuerũt res, quia pro iusta causa perierunt, dicam, ut fuerunt ita fuisse si audiuissent Cic.sed honeste uixissent, quod cum uincere nequirent, pacem accepissent. Habes epistolã fortasse uerbosiorem, q̃ uelles, quod ego putabo uideri tibi ita.i.ꝙ uerbosior sit hęc epistola, nisi miseris mihi longiorẽ. Ego uidebo te breui tẽpore, ut spero si expediero, sup. ea, quę uolo.s.prius expedire.i.transigere, & consũmare.

PAVL. MAN. *OPTAREM, multa causa*] Sic antea. nos ex libris antiquis uocem, causæ, sustulimus, ut purior, & elegantior sit lectio. [Me uoluisse etiam reliquis omnibus, posteaquam non potuerim, mihi ipsi finem fecisse belli] Hic locus antea in omnibus impressis ꝑperam distinctus sensum peruertebat.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hortatur Marium, ut cum podagra paciscatur, ne uexetur ab ea dũ cum Cicerone uiuat, & illi ob id operam dare non possit.

M. CICERO M. MARIO. S. D. 4

AD 8. Kale. in Cumanum ueni cum Libone tuo, uel nostro potius, in Pompeianum statim cogito: sed faciam te ante certiorem. te cum semper ualere cupio, tum certè, dum hic sumus, uides enim quanto post una futuri simus. quare, si quod constitutum cum podagra habes, fac in alium diem differas. cura igitur, ut ualeas, & me hoc biduo, aut triduo expecta. Vale.

HVB. *AD 8. Cal.*] Iocatur Cic. cum Mario, qui laborabat podagra, nam cum dicat se ad eum iturũ hortatur, ut constituat cũ podagra, ut per id tp̄s eum non uexet. [Tuo) Amico uel propinquo [Cogito). s.uenire. [Ante) Quam ueniã. [Cũ semper) Et semper, & omni tp̄e. [Dũ sumus hic] In Cumano. [Quanto põt,] q.d. non multo.i.quam cito [Quare) Nunc iocatur cũ eo, ut si habet constitutionem aliquam cum podagra differat eam constitutionem in aliud tempus. constituere autem est locum uel tempus determinare [Biduo, aut triduo) Intra duos, aut tres dies.

Constituere ASC. *AD 8. &c.*) Scribit ex agro ad Marium ad quem se profecturum pollicetur, monens, ut cum podagra paciscatur, ne ab ea, dũ adierit, uexetur. Sanè quia nondum erant Kal. Iuliæ, sed Sextiles. aut certe etiam Cęsare uiuẽte Iuliæ cœperant appellari. sunt qui Iunias legant. Ordo est: Ego ueni cum Libone tuo, uel potius nostro i.communi amico, in Cumanum.s.agrum, ubi Cic. uillã habebat, ad 8 Kal. Iulias, aut Iunias, cogito supp. ire aut proficisci statim in Pompeianum, ubi Mario erat uilla, sed faciam certiorem ante.s.q̃ uenero. Cum.s.ita sit, ꝙ cupio te ualere semper tũ.i. tunc maxime ita est, ꝙ dum.i.quandiu, nos sumus hic.i.in agro. Tu.n.uides quanto.s.tp̄e post.s.hoc tp̄s nos sumus futuri una.i. pariter, in unis ædibus. Quare si habes, q̄d constitutum cũ podagra.i.habes aliquod cõmercium transigendũ cum ea, hoc est cũ dolore pedum tuorũ, & ita cõstitueris ei diẽ, fac differas in aliũ diem. Igitur, hoc est, ut aperte dicam, cura, ut ualeas, & expecta me hoc biduo, aut triduo.i.intra biduum, aut triduũ proximum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Commendat Cæsari Trebatium diligentissime.

M. CICERO C. CAESARI IMP. S. 5

VIDE quam mihi persuaserim, te me esse alterũ, nõ modo in ijs rebus, q̃ ad me ipsum, sed ẽt in ijs, q̃ ad meos pertinet C. Trebatiũ cogitarã quocunq; exire, mecum ducere, ut eum meis oĩbus studijs, et beneficijs q̃ ornatissimum domũ reducerem sed posteaq̃, et Pompeij cõmoratio diuturnior erat, q̃ putaram: & mea quædam tibi nõ ignota dubitatio aut impedire profectionẽ meã uidebatur, aut certe tardare; uide, q̄d mihi sumpserim: cœpi uelle ea Trebatium expectare à te, quæ sperasset a me: neque mehercule minus ei prolixe de tua uoluntate promisi, quam eram solitus de mea polliceri. casus uero mirificus quidam interuenit, quasi uel testis opinionis meæ, uel sponsor humanitatis tuæ. nã cum de hoc ipso Trebatio cum Balbo nostro loquerer accuratius domi meæ, literæ mihi dãtur à te, q̃bus in extremis scriptum erat: † M. Furiũ: quẽ mihi cõmendas, uel regẽ Galliæ faciam, † uel hunc Leptæ delegã: si uis tu, ad me alium mitte, quẽ ornẽ. Sustulimus manus, et ego et Balbus: tanta fuit oportunitas, ut illud nescio q̄d nõ fortuitũ, sed diuinũ uideretur. mitto igitur ad te Trebatiũ, atq; ita amitto, ut initio mea sponte, post aũt inuitatu tuo mittendũ duxerim. hunc, mi Cæsar, sic uelim oĩ tua comitate cõplectare, ut oĩa, quæ per me possis adduci, ut in meos conferre uelis, unũ hunc conferas. de quo tibi hoĩe † hoc spondeo, nõ illo uetere uerbo meo, q̄d, cum ad te de Milone scripsisẽ iure lusisti, sed more Romano, quo modo hoĩes non inepti loquũtur, ꝓbiorẽ hoĩem, meliorẽ uirũ, pudẽtiorẽ esse neminẽ. accedit ẽt, ꝙ familiã ducit, in iure ciuili singularis memoria, summa sciẽtia. huic ego neq; tribunatũ, neq; præfecturã, neq; nullius beneficij certum nomẽ peto: beneuolentiã tuã, & liberalitatẽ peto, neq; impedio, quo minus, si tibi ita placuerit, ẽt hisce eũ ornes gloriosæ insignibus. totũ deniq; hoĩem tibi trado de manu, ut aiunt, in manũ tuam istam, & uictoria, & fide præstantẽ. sumus.n. † putidiusculi, quam per te uix licet, uerum, ut uideo: licebit. Cura ut ualeas: & me, ut amas, ama. † alias, hic † alias, impudẽtiusculi HVB.

VIDE] Cæsar semper megnificẽt Cic. itaque cupiens ei gratificari, humanissime scripserat sibi esse uehementer gratum M Myrtium quendam, quem Cic. ad eum miserat. ꝙ si haberet alium, aliquẽ amicum, ad se mitteret, se.n. ornaturum eum. Inuitatus igitur Cic hac humanitate Cęs. commẽdat ei hac epi. C. Trebatiũ iurisconsultũ. Vtiturq; singulari quodam genere cõmendationis [Persuaserim mihi) Confisus sim. [Te esse alterum me]. i esse mihi uere amicissimum, nã uetus amicus dicitur alter ego. [Quocunque exirem) Quocunque, mitterer extra urbẽ. [Mecum ducere) Occulta quædam commẽdatio hominis. [Studijs] Fauoribus. [Beneficijs] commodis. [Domum) Romam. [Cõmoratio] Tardatio [Nõ ignota tibi) Quã tu optime nosti: [Profectionem) Discessum ab urbe in ꝓuincia. [Aut certe] Correctio. [Quid sumpserim) Quid attribuerim mihi, q̄d de te mihi sumpserim. [Expectare à te quę à me) .i. speraret te ei facturum eadẽ, q̃ ego ei fecissem si eum mecũ duxissem. [Prolixe) Large, nã prolixus largũ significat. Teren. in Eun. Accipit nemo melius neque ꝓlixius. [Casus) Opportunitas fortuita. [Opinionis) Spei, quã de te habebam. Quibus in extremis) Pro quarum in extremo elegãter dictum.i.in fine quarum. [Vel regem Galliæ) Erat enim in potestate Cæsa. tanquam imperatoris Romani facere regem Galliæ. [Quem ornem) Cui dem aliquam dignitatem. [Sustulimus] Eleuauimus ad cœlum, quasi agentes gratias dijs. qui nobis tam optatum casum attulissent mittẽdi ad te Trebatium, q̃a petebas, ut mitteretur ad te alius, quem ornares. [Non uideretur] non putaretur à nobis. [Fortuitum) A casu, & fortuna datum. [Sed diuinũ] Sed ex diuina quadam institutione. [Mitto igitur) Optime ꝑparato, & lenito animo Cęs. Cic. ei commẽdat Trebatium. [Inuitatu] Inuitatione, & petitione. [Comitate) Humanitate, facilitate. [Complectare) Suscipias. [Per me) Causa mea. [Adduci] moueri, incitari. [In hunc unum) In hunc solum, quæ ꝓ omnibus meis amicis faceres, uelim ꝓ hoc solo facias. [Spondeo] Promitto, & quasi fideiubeo. [Verbo) Sn̄ia. [Lusisti) derisisti me. [Iure) Scripserat enim Cic. Milonem esse uirum bonum, & fortẽ, pp quod Cæsar. eum iuuaret. Cæs. autem rescripsit hanc cõmendationem esse uulgarem, quæ simpliciter amicũ laudaret. Itaq; nunc laudat Trebatium comparatiue, & ostẽdit eo neminem esse meliorem, uel prudentiorem [Accedit) Additur ad illa uirtutes eius. [Ducit familiã) .i. ducit genus, neq; placet, ut dicatur. ducit.i.nutrit, quia habere familiã pauperem, q̃ ipse nutriet, q̃a est inepta sententia, neq; significatio uerbi id patitur [Singulari mem.] fuerãt .n. multi ex familia iuris. [Huic ego) Hac modestia petitionis qua se nihil certum petere dicit; plus obligat Cæs. ad præstandũ quam si diceret quid ab eo uellet [Neq; impedio) Significat Cic. se contentum esse, ut Trebatius ornetur à Cæs. Tribunatum uel ꝑfecturã, licet dixerit se nihil certi petere [Insignibus) Ornamẽtis. [De manu in manum) prouerbialiter dictum. [Istam) Tuam. [Victoria) quam consecutus es in isto bello gallico. [Et fide) Qua plurimum polles. [Sumus enim) Quia tantopere extulit

Cæsa.

Putidiusculus Cæsar.subdidit. [Sumus putidiusculi] Hic locus, ut plurimum ita legitur,& exponitur. [Putidiusculi,]Id est fastidiosi, & auribus tristiores, insuaues, austeri, rancidi, sicut scribit No. Mar. uerum hic sensus non uidetur conuenire: melius ergo legitur pudentiusculi, vt sit à pudendus pudentiusculus idest, uerecundiusculus, puto aūt factum errorem in transmutatione literarū. [Quàm licet per te].i.q̄ postulet facilitas, & humanitas tua.[Verum licebit]Significabat enim se aduertere, quo spectaret Cæsa.

ASC *VIDE &c.*) Vt Cæsar, ut Ciceroni gratificaretur, ante bellum ciuile scripserat sibi M. Myrtium aut potius M. Ruffum à Cice. missum gratum esse, monueratq́. si aliū amicum hēret, quē ad se mitteret, se eundem ornaturum, qua beneuolentia fretus Cic.cō mendat eidem C.Trebatiū iurisc.utiturq́; exquisito commendationis gñe,ppea, q̄ doctus ad doctū & de homine docto scribit. Ordo est:Vide.i.cōsidera, agnosce ò Cæsar quā.i.quantum,psuaserim mihi te esse alterū me.i.vt uerū amicū, unū uelle,& nolle me cum non modo.i.non solum in ijs rebus. q̄ pertinent ad meipsū,sed et in iis,quę pertinēt ad meos.s.amicos,& necessarios. cogitaram ducere mecum quocunq; irem, tāquam fidelissimū, & iucundissimum hominem,unde dixi, callide est commendaturus C.Trebatium,ut reducerem eum domum.s. suam, ornatissimum oībus studijs,& beneficijs meis.Sed posteaq̄,&.i.simul cōmoratio.i.tardatio Pompeij,q̄ tunc adhuc amicus cōmunis erat, erat diuturnior,q̄ putaram.s.futuram. Et quædam dubitatio forte de uoluntate Pompeij,nō ignota tibi.i.quam bene nosti,uidebatur aut impedire pfectionē meam, aut certe.i.saltē, tardare.i.differre, uide quid.i.quantum sumpserim.i. arrogauerim mihi.cępi uelle Trebatium expectare ea.s.beneficia, & ornamēta à te,quæ expectasset à me,si.s.mecū profectus fuisset. Neq; meher cule promisi ei minus prolixe.i.ampliter de volūtate tua.s. erga eum,q̄ eram solitus polliceri de mea.i.uoluntate. Vt cum res sit eadē pro eodē accipere, promittere,& polliceri. Nisi forte rogatus à Trebatio promiserit, quæ sponte de se pollicitus fuerat. Casus uero quidam mirificus interuenit.s.inter supra dictas cogitationes, quasi uel testis opinionis meę, qua opinabar te esse alterū me, & facturum q̄ me Trebatio, quantū facturus fuissem, uel spōsor.i.quodammodo obses humanitatis tuæ. Nam cum loquerer accuratius.i.diligētius cum Balbo nostro.s.cōi amico de hoc ipso Trebatio.s.de quo nūc mentio est, literæ dantur mihi domi, id est cum essem domi à te.s.missę, quibus.s.literis scriptum erat in extremis.s.partibus M.Ruffum,&c.uerba sunt Cæs.usq; ad eū locū:Sustulimus manus,&c. Ordo est:Ego faciam, inquit Cæsar M.Ruffum, quem commēdas mihi, uel regem Galliæ, qui Gallos regat nomine Imperatoris Rom. ut reges eos suo nomine regere solebant, uel legatū Leptę, quē in Galliam Imperatorē mittere constituerat. Si tu uis, mitte alium ad me, quem ornem.s.honoribus,& magistratibus. Nos, hoc est,& ego,& Balbus, qui tunc aderat sustulimus.i.sursum, hoc est ad cœlos, extulimus manus, ut faciūt q̄ Deo gratias agunt, tanta opportunitas fuit.i.munificentiæ oblatę, ut illud nescio quid.i.incertū oblatū tuum, q̄a de quocunq; uellē, uideretur non fortuitū.i. à fortuna cecidisse, sed diuinū.i.à diuina prouidentia datū. Nā Dei propriū est prouidere, unde interdum prouidentia pro Deo ponitur, & Deus græce θέος, theos à theoro, quod est inspicio, quia oīa uidet, dr̄. Igit, q̄a ita polliceris, mitto ad te Trebatiū, atq; mitto ita, ut dixerim.i. iudicauerim, initio mittendum spōte mea.i.pprio, ut dn̄t, instinctu, autem.i. sed post.i. postq̄ legi.i.literas tuas, tuo inuitatu.i. quia ad hoc me inuitasti. O mi Cæsar, ego uelim, sup. vt complectare hunc omni comitate.i.benigna affabilitate tua, hūc.i. Trebatiū sic, vt cōferas in hunc vnū oīa, q̄ vt velis cōferre in meos, possis adduci.i. persuaderi per me. De quo hoīe.s. Trebatio ego spondeo hæc non illo uetere.i.cōsueto uerbo meo, q̄d cum scripsissem ad te de Milone, tu lusisti.i.ludendo risisti iure.i. merito, sed more Romano, quo hoīes non inepti loquūtur, uidelicet neminem esse hoīem pbiorem, uirum meliorē, pudētiorē.s.q̄ Trebatium. Accedit.i.additus etiam ad eius commendationē singularis memoria in iure ciuili,& summa scientia, quod.i.quæ res, inducit familiaritatem, quia ex tali hoīe, quia si ex promptuario quodam possis quælibet haurire. Ego neq; peto huic tribunatū, neq; præfecturā, neq; certum nomen.i.insigne vllius officij, peto beneuolentiam,& liberalitatem tuam. Neque impedio.i. obsto, quo minus.i.ut non, ornes, eum etiam hisce.i. huiuscemodi insignibus gloriæ, ut sunt tribunatus, & præfectura, si placuerit tibi ita. Denique.i.ut uno uerbo concludam, ego trado tibi totum hominem de manu, aut(vt aiunt) in manū tuā istam pstantem. i. q̄ manus tua præstat,& uictoria,& fide. Sumus.n. pudentiusculi.i. aliquanto plus pudentes,& uerecūdi, q̄ uix licet per te, uerum licebit ut uideo.i.considero. Locus vr̄ mihi obscurus. Nā pp illud, uerum licebit, putem legendū impudentiusculi.i.aliquanto plus impudentes, q̄ uix licet p te, uerum licebit, aliqñ prioris tamen clausulæ bonus est sensus legendo pudentiusculi, ut sit, quia omnia obtulisti, ut licet nobis esse pudentibus, sed quomodo licebit? nisi ad aliud referas? Cura, ut ualeas,& me ama, ut amas.

PAVL. NAN. *M.FVRIVM.*] Varie legitur in libris scriptis, M.Insiniū, Mirsium, Idsium, M.Lisium, ut difficilis ad deligēdam, aut inueniēdam ueritatem coniectura sit. alij.M.Orfium, impresserunt, arbitrati eum esse, de quo in epist.xj.lib.2. ad Q.F. qd̄ mihi secus uidetur. ex hac.n.epistola, qua Trebatium commendat, aut ante Trebatium iuisse ad Cæs.manifestum est (cū autem ad Q.F.scribit dicit se eas literas M.Orfio dedisse, cum iā Trebatius in exercitu Cæs. esset. quod in ijsdem literis postea significat.cum inqt, Trebatium, ut ualde ames, vehementer te rogo.[Hunc Lepta de legam) Ita uideo scriptum esse in quatuor antiquis libris.locus pspicue mendosus, nec mihi ipse assentior in uetere coniectura: infirmo.n.nititur argumento.nec mirum est, nō probari aliquid iam senescenti, quod scripserim adolescens. [Quod familiam ducit) Quod caput est, quod in eo summum est, ut referatur non ad Trebatium, sed ad id, quod dicit, in iure ciuili singularis memoria, summa scientia.cum.n.Trebatium à multis rebus laudasset, memoriam, & scientiam in iure ciuili ceterarum laudum, quibus Trebatius abundaret, quibus familiam dixit ducere, translatione sumpta à rectoribus familiarum, quos domestici omnes, ueluti duces sequuntur.[Putidiusculi) Paulò, quàm satis est, diligentiores.excusat enim se, q̄ in Trebatio commendando plura uerba consumpserit, q̄ Cæsaris humanitas patiatur. putidum autem appellat Cic. in quo nimia diligentia reprehendi possit, ut de oratore lib.3.Nolo exprimi putidius, nolo obscurari diligentius.& de offic. lib.1. Literæ neque expressę, neque oppressæ, ne aut obscurum esset nimis putidum. legitur autem in nonnullis uetustis libris, blandiusculi, sed in antiquioribus, quos secuti sumus, putidiusculi.[Didicisse)Hoc dicit, quia Trebatius Cornelij auditor fuerat in iure ciuili, digestorum.lib.2. Titulo.2.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hortatur Trebatium, ut in prouincia perseueret, nec in patriā redire festinet.

M. CICERO TREBATIO S. D. 6

IN omnibus meis epistolis, quas ad Cæsarem, aut ad Balbum mitto, legitima quædam est accessio commendationis tuæ, nec ea uulgaris, sed cum aliquo insigni indicio meæ erga te beneuolentiæ. tu modo ineptias istas,& desideria urbis,& urbanitatis depone; et, quo cōsilio profectus es, id assiduitate,& uirtute cōsequere. hoc tibi tā ignoscemus nos amici, q̄ ignouerunt Medeæ quæ Corinthū arcem altā habebant, matronæ opulētæ optimates: quibus illa manibus gypsatissimis persuasit, ne sibi illæ uitio uerterent, quòd abesset a patria. Nā MVLTI suam rem bene gessere,& publicam patria procul. Multi, qui domi ætatē agerent, propterea sunt improbati. quo in numero tu certe fuisses, nisi te extrusissemus, sed plura scribemus alias. Tu qui ceteris cauere didicisti in Britānia ne ab essedarijs decipiaris, caueto.& quādo Medeam agere cœpi, illud semper memento: QVI ipse sibi sapiens prodesse nequit, ne quidquam sapit. Cura, ut ualeas.

HVB. IN *omnibus*] Pœnituerat Treb. profectum fuisse in Galliam. scripserat se cupere reuerti R. quod cum Cicero.displiceret, a quo fuerat missus, hortat̄ eū, ut deponat huiusmodi cupiditates,& ineptias redeūdi.R.& quo animo profectus est, eo uelit perseuerare, laudabiliusque esse ostendit rem bene foris agere, quam male domi. [Ad Bal.] Qui plurimum potest apud Cęsar. [Legitima]Iusta. (Accessio) Adiunctio, nam pterea, q̄ de alijs rebus ad eos scribo, addo etiā cōmēdationes de te.[Inditio) declaratione:[Ineptias) Stultitias. [Vrbanitatis) Ciuilitatis cōmorandi in ciuitate.[Consequere)Perfice.[Id) Consilium. [Profectus es) Discessisti R.in Galliam [Hoc) ut quo consilio discessisti, id pficias.[Ignoscemus) Cōcedemus.[Medeę) Adducit fabulā, Medea.n.cum a patre fugisset, interempto fratre secuta Iasonem, ab eo deinde et expulsa, Corinthum peruenit, ubi admirantibus mulieribus Corinthiis, q̄ mulier regia domo abesset,& p alienas urbes uagaretur, Illa eis persuasit sese rectè facere, q̄ patria abesset.[Medeæ]Filiæ Oetæ regis Colchorum.[Matronæ]Mulieres.[Habebant]Habitabāt.[Chorinthū]Vrbem Achaię in Isthmo sitam, ut alio loco diximus.[Altam arcem]Quam, & Acrocorinthon appellauerunt, est aūt Corinthus locupletissima Isthmo imminēs.

Chorintus. ut scr. Str. eius ascensus est ad stadia xxx. in acutū terminatū cacumen: Acrocorinthon autē eam nominant, cuius quidem pars in Aquilonem uersa maxime in arduum recta consurgit. [Opulentæ) Diuites [Manibus gyp.) Notanda est distinctio, non. n. dicendum est persuasit manibus gypsatissimis, sed illa manibus. i. hūs manus gypsatissimas. i. edidātissimas gypsus. n genus est cretæ, in de Tibullus. Nota loquor, regnum ipse tenet, quem sæpe coegit Barbara gypsatos ferre catasta pedes. Alij malunt intelligi gypsatissimis rapacissimis, nam gypsos uulturem signat, sed magis ꝑbo priorē sēsum. [Ne uerterēt uitio.) Ne culparēt, ne uitio darent. [Nā m.) sententia est ad cōfirmationē allata. [Propterea) ꝑp id ca causa. [Improbati) uituperati. [In quo numero) Eorum, ꝗ domi ętatem agētes improbātur. [Extrusissemus) Eiecissemus, & quasi inuitū emisissemus extra domū. [Cauere) Verbū est legale. i. date cautiones in iure. [In Britannia) Tunc. n. Cæsa. erat in ea prouincia. [Essedarijs) carrucarijs, i. ab ijs, ꝗ esseda uehūt, aut ducūt, est. n. essedum genus uehiculi gallici. Horat. Esseda ducuntur pilenta petorita naues, Inde essedarij dr̄, sicut, & carrucarij, ꝗ carrucas ducunt. [Cœpi agere Medeam). i. cœpi facere mentionem de Medea. [Qui ipse) Sententia, exornatio. sensus aūt est, qui sapiens sibi non prodest, frustra sapiens est, ut ostendit Cic. sapientis esse primum sibi prodesse præcipue, deinde alijs, hoc autem prouerbium sic grçce dicitur μὴτ' ἐςὶν οὐ σοφὸς οὐχ αὐτῷ σοφός.

Gypsus

Cauere

Essedū Essedarius Carrucarius

ASC. *IN omnibus*] Pœnituerat Trebatium profectionis in Galliā, quod Cic. damnat, docens honestius esse rem bene curare foris, quam domi male. Ordo est: Accessio. i. augumentatio quędā legitima. i. iusta, commendationis tuæ est in omnibus epistolis meis, quas mitto ad Cæs. aut ad Balbum nec ea. s. accessio est uulgaris, sed cū aliquo insigni. s. singulari indicio. i. signatione beneuolentiæ meæ erga te. Tu modo. i. solummodo depone istas. s. tuas ineptias & desideria urbis. s. Romæ. & urbanitatis. i. urbanæ ciuitatis R. & cōsequere assiduitate & uirtute, id, qd. i. ꝗ ꝓfectus es cōsilio s. tuo. Nos amici. s. tui, ignoscemus tibi, hoc. s. ꝗ rē bene geras foris, tam. i. tm̄, quam. i. quantum matronæ opulentæ. i. diuites optimates. i. inter optimas habitæ. Quæ habebant. i. habitabant, Corinthū, urbem Achaiæ in Isthmo altā, Vnde Acrocorinthus ea pars dr̄, ignouerunt Medeæ. s. ꝗ extra patriam ageret, prodito. n. thesauro paterno, seu aureo uellere, & interfecto fratre, Iasonem secuta est, ꝗ Creusam Corinthi regis superduxit filiam, quibus. s. matronis illa. s. Medea, manibus gypsatissimis. i. maxime indicātibus eā esse, quasi seruā uenalem, eo, ꝗ tali amatori inseruiret, nā serui dum uenundabantur, habebant pedes gypsatos, unde Tibullus: Nota loquor, regnum ipse tenet, quē sępe coegit Barbara gypsatos ferre catasta pedes, Ingenui autē ligulā nigræ alutæ intexebāt, ancillæ uero uñr, ne inhonestum sit pedes ostentare, manus habuisse gypsatas, aut gypsatas itelligemus ex opere assiduo persuasit. i. ad hoc induxit, ne illæ. s. matronæ uerterent sibi uitio, ꝗ abesset à patria. docuit. n. ꝗ mores hominum multorum uiderint, & urbes, meliores euadere. Nā multi bene gessere rem suā. i. propriam, procul patria, multi ꝗ agerent ætatem domi sunt improbati propterea. In quo numero. s. improbatorum, tu certe fuisses, ni extrusissemus te. i. ui quadam exire coegissemus. Sed nos scribemus alias plura. Tu qui didicisti cauere ceteris, eo ꝗ sit iurisperitus, in Britannia, ubi tunc Cæsar agebat, nunc dr̄ Anglia, caueto ne decipiaris ab essedarijs. i. carrucarijs, hoc est qui esseda. i. uehicula ducunt, quibus hoīes in Anglia uehuntur de oppido in oppidum, quod genus hominū ubiq; cautilosum esse solet, nedum in Anglia. Et qñ. i. qm̄, cœpi agere Medeam. i. citare, quæ in fabula Medeę hñr, memēto semper illud; Qui sapiēs nequit ipse ꝓdesse sibi, sapit nequidq̄. i. nullo modo sapiens. Cura ut ualeas.

Ex miscella'neis Angel. Po. ca. 27. Hoc tibi tam ignoscemus nos amici, quàm ignouerunt Medeæ quæ Corinthum altam arcem habebant matronæ opulentæ optimates, quibus illa manibus gypsatissimis persuasit, ne sibi uitio illæ uerterent, quod abesset a patria,

Nam multi suā rem bene gessere, & publicam, patria procul.

Multi qui domi ætatē agerent, propterea sunt improbati. Nemo ex his, quorum edita sit sententia, suspicatus est adhuc non esse ista planè Ciceronis uerba, sed poetæ alicuius magis, cui liceret uti uocibus istiusmodi, figurisq;, ceu sunt illa: Quæ Corinthum arcem altā habebāt, & matronę opulentæ optimates, neq; saltē hoc uiderunt, iambos adhuc in his uersibus extare integros duos aliorumq; quasi discerpta mēbra ueluti noscitari. Nos hæc ex Ennij Medea uerba esse collegimus. nō quidē suo prorsus ordine, sed quo commodissimum Cic. fuit, allegata. Nā cū de Græca Euripidis uersam ab Ennio Medeā in Latinū cognouissemus, sententia protinus horū uerborum de ipsa nimirū Euripidis tragœdia (quando illius Ennianæ iacturam fecimus) libuit aucupari. Sic igitur in ea fabula cum matronis Corinthijs loquens inducitur Medea, ut persuadeat nō sibi uerti uitio oportere, ꝗ absit a patria, qñ multi, inquit, honesti etiam procul a patria, multi cōtra, domi fuerunt inglorij. Nā male audiebant peregrinæ fœminæ. Vnde illud Comicum: Adeon est demens, ex peregrina? Similiter taceri posse. Ait Parmeno, Samiam fuisse Thaidis matrem, tunc Athenis uictitantis. Versiculos, autem Euripidis ipsos, ex Medeæ persona, nequis fortasse desideret. hic adscribemus:

Κορίνθιαι γυναῖκες ἐξῆλθον δόμων,
Μή μοί τι μέμψησθ', οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν
Σεμνοὺς γεγῶτας τοὺς μὲν ὀμμάτων ἄπο,
Τοὺς δ' ἐν θυραίοις· οἱ δ' ἀφ' ἡσύχου ποδὸς
Δύσκλειαν ἐκτήσαντο, καὶ ῥᾳθυμίαν,

Plura uide apud ipsum Politianum, loco iam indicato.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Epistola familiaris, & iocosa. Exponit enim qua diligentia Trebatium commendet. Dat & rationem, qua in Cæsaris familiaritatem citius asseri possit.

M. CICERO TREBATIO S. D. 7

EGO te commendare non desisto: sed, quid proficiā, ex te scire cupio. spem maximam habeo in Balbo: ad quem de te diligentissime, & sæpissime scribo. Illud soleo mirari, non me toties accipere tuas litteras, quoties a Q. Fratre mihi afferuntur. in Britannia nihil esse audio neque auri, neque argenti: id si ita est, essedum aliquod suadeo rapias, & ad nos quamprimum recurras. sin autem sine Britānia tamen assequi id, quod uolumus, possumus: perfice, ut sis in familiaribus Cæsaris. multum enim in eo frater adiuuabit meus, multum Balbus, sed, mihi crede, tuus pudor, & labor plurimum. imperatorem liberalissimum habes, ætatem opportunissimam, commendationem certe singularem: ut tibi unum timendum sit, ne ipse tibi defuisse uideare. Vale.

EGO te.] Exponit Cice. diligentiam suam in commendando Trebatio. Deinde cum eo iocatur, petitq́. ab eo, ut studeat, quam plurimum Cæsa. commendatus esse, quod facile posse facere probat. [Quid proficiam). s. commēdationibus meis. i. quid ualeant meæ commendationes. [A Q Fratre) Is enim erat legatus Cęsa. & in Britannia, sicut Trebatius. dicit igitur, ꝗ miratur, ꝗ Trebatius non scribat ad se toties, quoties. Q. Fr. suus. [In Britannia) Iocatur Cic. quia sciebat Trebatium auidiusculum pecuniæ. [Si id ita est) Quod non sit aurum, aut argentum. [Repias essedum) Id est celeriter capias Vehiculum.]Recurras) Reuertaris. [Id quod uolumus) Vt dicetis. [In eo) Sis in familiaribus Cæsa. [Frater meus) Qui est legatus Cæs. & apud eum plurimum potest [Pudor, & labor plurimum,) Id est magis proderit tibi, & honeste uixeris, & laboraueris multum. [Pudor) Honestas. Imperatorem) Ostendit Cic omnia ita esse Trebatio opportuna, ut debeat timere ne ipse solus sibi defuisse uideatur. [Imperatorem) Cæs. per quem poteris omnia maxima consequi [Ætatem) Iuuenilem, & aptam laboribus. [Commēdationem) Meam, quam de te apud eum feci, & quotidie facio [Singularem) Egregiā, & non uulgarem [Vnum) Vna sola. [Ipse) Tu met, quia reliqua omnia habes opportunissima, ita quod si non consecutus fueris Cæsa. gratiam, & fortunam bonam, uidebitur fuisse culpa tua. HVB.

EGO te commendare.] Declarat diligentiam suam in commēdando Trebatio, iocaturq́. cū eo, ut legēdo patere poterit. Ordo est; Egō non desisto commendare te. s. Cæsari, sed cupio scire ex te quid proficiam. i. quantum commendatus sis Cæsa. ego scribo sæpissime, & spem maximam habeo. s. de te conceptam. Soleo mirari illud uidelicet, me nō accipere toties literas tuas, quoties afferuntur mihi, supp. literæ non tuæ, sed illius, a Q. F. ego audio nihil eē in Britānia, neq, auri, neq; argenti, q. d. ꝑ iocū te illic nihil lucrari, id si est ita. i. si nihil est auri, ac argēti, suadeo, sup. ut capras aliquod essedū. i. pilentū, aut uehiculum, & recurras ad nos quāprimū. i. ualde cito. Sin aūt. i. sed si tñ. i. nihilominus, nos possumus asseq qd uolumus. i. te ꝑ Cæsa. ad gloriā, & honorē ꝓmoueri, ꝑfice, ut sis in familiarib. i. in numero familiariū Cæs. Enim. i. qa, frater meus. s. Quintus, adiuuabit te multū in eo. s. ut sis in familiarib. Cæs. Balbus adiuuabit te multum, sed crede mihi, pudor. i. uerecūdi mores, & labor tuus, sup. iuuabūt te plurimū ī eo. Tu hēs imperatorē. s. Cæs liberalissimū, ætatē. s. tuā iuuenilē, opportunissimam. s. ad laborem, habes certe. i. haud dubitanter, cōmendationem singularē. s. a me, ut unum sit timendū tibi, uidelicet ne ipse. i. tute uideare, pro uidearis, defuisse tibi. i. utilitati tuę. ASC.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Obiurgat Trebatium quod commoda tribunatus contempserit.

M. Ci-

M. CICERO TREBATIO S. D. 8

SCRIPSIT ad me Cæsar perhumaniter, nondum te sibi satis esse familiarem propter occupationes suas, sed certe fore. cui quidem ego rescripsi, quàm mihi gratum esset futurum, si quàm plurimum in te studij, officij, liberalitatis suæ contulisset. sed ex tuis literis cognoui præproperam quandam festinationem tuam: & simul sum admiratus, cur tribunatus commoda, dempto præsertim labore militiæ, contempseris. querar cum Vacerra, & Manilio. nam Cornelio nihil audeo dicere, cuius tu periculo stultus es, quando te ab eo sapere didicisse profiteris. quin tu urges istam occasionem, & facultatem, qua melior nunquã reperietur? Quod scribis de illo Prætiano iureconsulto, ego te ei non desino commendare. scribis ẽt ipse mihi te sibi gratias agere dẽre. de eo quid sit cura ut sciã. Ego uestras Britannicas literas expecto. Vale.

HVB. SCRPSIT] Accusat Cic. latenter Trebatium, quod nondũ insinuauerit se Cæs. Cui dicit se cõmendasse, deinde eundem reprehendit, qd tribunatum à Cæs. sibi oblatum spreuisset, præsertim, cum posset habere ipsius tribunatus commoda sine labore, in quo iocatus ostendit eum stulte fecisse. [Sed certe fore]. s. te ei familiarem scripsit. [Studij) Amoris, & fauoris [Officij] Beneficij. [Præproperã) Nimis ꝑperam, & subitam. [Festinatiõnẽ] quia non potes expectare tp̃s. [Tribunatus cõmoda] Vtilitates, & stipendia, quæ dantur tribuno. Potuerat n. Trebatius fieri Tribunus militum, habereq́, commoda ipsius magistratus sine labore, sed spreuit. Vacerra, & Manilio) Erant n. amici, ut propinqui ipsius Trebatij [Querar) De stultitia tua, qui spreueris magistratũ sine onere. [Cuius] Cornelij [Periculo) Experientia, cõsilio [Stultus es] Quia tibi consuluit, ut eum magistratum sperneres. [Qñ) Quoniam. [Sapere didicisse). i. didicisse sapientiam, cum nullam habes. [Quin) Hortatur eum Cic. vt omnino accipiat hunc magistratum, neq; omittat hanc opportunitatem, quia fortasse nõ poterit eum consequi alias ita facile, cum voluerit. [Quin) Cur non. [Vrges) Arripis, sequeris. [Occasionem] Opportunitatem habendi nunc tribunatus [Prætiano) Aut nomen proprium, aut deriuatum a loco. [Britannicas) De rebus Britannicis.

ASC. *SCRIPSIT ad me, &c.*) Argumentũ patet. Ordo est: Cæsar scripsit ad me perhumaniter, sed nondum esse satis familiarẽ tibi ꝑp occupationes suas, sed fore. i. futurum certe. i. infallibiliter. Cui quidem ego rescripsi, q̃. i. quantum gratum esset futurum mihi, si contulisset in te. i. si benefice tribuisset. quamplurimũ. i. valde multum studij, officij supp. & liberalitatis suæ. Sed ego cognoui ex literis tuis quandam festinationẽ tuam præproperam. i. nimis properantem, & admiratus sum simul, cur cõtempseris cõmoda tribunatus, præsertim labore militiæ dempto. Hoc per iocum dicit. quia Trebatius tribunatum affectauerat priusquã meruerit, alijs serio dictum placet. Querar cum Vacerra, & Manilio. s. communibus amicis, quibus te cõmendaui. s. ꝙ te permittunt ita desipere. Nam nihil audeo dicere Cor. cuius cum periculo tu stultus es, qñ. i. qñquidẽ, tu profiteris te didicisse sapere ab eo, & ita si tu erras, etiam ille errat, vnde cum periculo eius stultus es, si ue eo consultore tribunatus oblatum spreueris, siue immeritum affectaueris. Quin. i. cur non, cur tu non vrges. i. instanter persequeris istam occasionem, & facultatem. s. obtinendi tribunatus, qua nunq̃ reperietur melior? Quod scribis de illo Prætiano, aut proprium est nomen, aut à loco, aut à pretio deductum notum Trebatio, qui petit se ei cõmendari iureconsulto: ego nõ desino commendare ei te. Ipse etiam scribit mihi te debere agere gratias sibi, eo quod de te bene meritus sit. Cura, ut sciam, de eo quid sit. Ego expecto literas uestras Britannicas. i. è Britannia, & de rebus Britannicis, à te, & à fratre scriptas.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hæc epistola respondit superiori, cuius initium. In omnibus meis epistolis, &c.

M. CICERO TREBATIO S. D. 9

IAMDIV ignoro, quid agas: nihil enim scribis: neq; ego ad te his duobus mensibus scripseram. quia cum Q. fratre meo non eras, quò mitterem, aut cui darem, nesciebam. cupio scire quid agas, & ubi sis hiematurus. equidem uelim, cum Cæsare; sed ad eum propter eius occupationes nihil sum ausus scribere: ad Balbum tamen scripsi. tu tibi deesse noli. serius potius ad nos, dum plenior. Quod huc properes, nihil est, præsertim Vacerra mortuo. sed tibi consilium non deest: quid constitueris, cupio scire. Cn. Octauius, an Cn. Cornelius quidem, tuus familiaris, summo genere natus, terræ filius. is me, quia scit tuum familiarem esse, crebro ad cœnam inuitat. adhuc non potuit perducere: sed mihi tamen gratum est. Vale.

HVB. IAMDIV] Hortatur etiam Cic. Trebatiũ, ne festinet Romam redire, primum tñ dicit se exoptare eius literas. [Non erras) Cum Q. F. meo, ad quem cum sæpe scriberẽ, misissem etiam aliquas ad te literas. [Quò) Ad quem locum, quia nesciebam ubi esses. [Hiematurus) Futurus in hybernis, moratutus in hieme. [Cũ Cæs.] s. te hiemare. [Noli deesse tibi) Noli esse negligens, & amittere opportunitates, quas habes amplificandæ fortunæ tuæ. [Serius) Tardius [Ad nos) Subaudi, reuertere. [Dum] Dummodo. [Plenior) Ditior & magis pecuniosus. [Quod, propter quod. [Vacerra] In eo fortasse plurimum confidebat, & sperabat Trebatius. [Quid constitueris] Venire, an remanere in prouincia cum Cæs. [Cn. Octauius) Ita debet esse solũ. nam superfluo additũ est [An Cn. Cornelius Terræ filius) Alij legunt Leræ, vt sit nomẽ ꝓpriũ. puto tñ ironice & iocose dictum esse summo genere natum, qa esset ignobilis, deinde additũ terræ filius, vt ostendatur nouus, & ignobilis esse, nam terræ filij dñr, quorum ferę parentes ignorãtur, & qui nullis maiorib. claris nati sunt: alij uolunt terræ filios dici, quorum origo maiorum ignoratur propter longam seriem prosapiæ. Pers. Sat. 6. Pręsto est mihi Manius hęres Progenies terræ. Et paulò post: Adde etiam vnum. Vnum etiam terræ est filius. Terræ

ASC. *IAMDIV ignoro, quid agas*[Nihil. n. scribis, neque ego scripseram ad te his duobus mensibus, quia nõ erras cum Q. F. meo: nesciebam quò. i. ad quem locum mitterem, aut cui darem. cupio scire, quid agas, & ubi sis hiematurus. i. hyberna tempora transacturus. Equidem. i. ego quidem, uelim sup. ut sis hiematurus cum Cæs. sed nihil ausus sum scribere ad eũ ꝓpter occupationes eius, scripsit tamen ad Balbum. Noli tu deesse tibi. i. utilitati tuæ. Redi sup. ad nos potius serius. i. tardius, quàm sup. citius, dum. i. dummodo, sup. redeas plenior. s. rebus, & honorib. Nihil est quod. i. ꝓpter ꝙ, aut quid. i. cur, properes. i. festines huc. i. Romã pręsertim Vacerra, qui tibi prodesse poterat, mortuo. Sed consilium non deest tibi. Cupio scire quid constituerit, supp. facere Cn. Octauius, natus summo genere, quia filius terræ. i. homo minime generosus, qui nescit an se Octauiorum, an Corneliorum familiæ mentiatur, cum proximiorem nesciat citate propinquitatẽ, q̃ ꝙ sit filius terræ, filij autem terrę habebantur, qui originem suam nesciuerunt ignobilissimi, ut gigantes, qui cum uasto essent corpore, filij terræ dicebant: ad quod alludens Iuuen. dicit: Vnde fit ut malim fraterculus esse gigantum. i. ignobilissimus, q̃ ob nobilitatẽ periclitari. Is. s. homo uanus, quia scit me esse familiarem tuum, inuitat me crebro ad cœnã, sed sup. non potuit adhuc ꝑducere. s. me ad cęnã suã. Sed tamẽ gratũ est mihi ꝙ eo. s. animo sit. multa autem ad Treb. sic scr. Cic. ut nescias ioco ne, an serio loquatur.

PROPTER eius occupationes nihil sum ausus scribere) In duobus uetustissimis libris nõ est uox illa, occupationes, sed eius loco spacij aliquantulum est relictus, ex quo credimus, à recentiorib. quorum inscientia, deprauati leguntur veterum scriptorum libri, uocẽ, occupationes, esse repositam. nos, quid ea dictio, quã in exscribendo librarius omisit, significare potuerit assequi cõiectura nõ possimus. Græcã quidẽ deesse crediderim. id n. uerisimilius est, q̃ latinam: ut etiã alibi cognoscitur in ipsius Ci. scriptis, ubi Græcum desideratur ex librariorum inscitia, qui cum id legere non possent, omittebant, relicto spacio, ut ab alijs aliquando reponeretur. in Vbaldin. lib. apparet spacium fuisse. quo in loco reposita est vxor, occupationes, non eiusdem librarij manu. PAVL. MAN.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Vrbanis quibusdam locis subinuehitur in arrogantiam, auaritiã, timiditatemq; Trebatij. Deinde petit, vt à Trebatio certior fiat, quo in statu res illius sint, quidq; commendationes apud Cæsarẽ promouerint.

M. CICERO TREBATIO S. D. 10

LEGI tuas literas, ex quibus intellexi, te Cæsari nostro ualde iureconsultum uideri. Est quod gaudeas, te in ista loca uenisse, ubi aliquid sapere uiderere. quod si in Britanniã quoq; profectus esses, profecto nemo illa tanta insula peritior te fuisset: ueruntamen (rideamus licet: sum. n. à te inuitatus) subinuideo tibi, ultro te etiam accersitum ab eo, ad quem ceteri, non propter eius superbiam sed propter occupationẽ aspirare non possunt. sed tu in ista epistola nihil mihi scripsisti de tuis

tuis rebus: quæ mehercule mihi non minori curæ sunt, quam meæ. ualde metuo, ne frigeas in hibernis. quamobrẽ camino luculento utendũ censeo. idẽ, & Mucio, & Manilio placebat, præsertim qui sagis non abundares. quanquam uos nunc istic satis calere audio, quod quidem nuncio ualde mehercule de te timueram, sed tu in re militari multo es cautior, quam in aduocationib. qui neq; in Oceano natare uolueris studiosissimus homo natandi, neq; spectare essedarios, quẽ † andabatã quidẽ defraudare poteramus. Sed iã satis iocati sumus. Ego de te ad Cæsarẽ quam diligenter scripserim, tute scis quàm sæpe ego. sed mehercule iam intermiseram, ne uiderer liberalissimi hominis, meiq; amantissimi uoluntati erga me diffidere: sed tamen his literis, quas proxime dedi, putaui esse hominẽ commonendum. id feci quid profecerim, facias me uelim certiorem, & simul de toto statu tuo consilijsq; omnibus. scire. n. cupio, quid agas, quid expectes, quàm longum istum tuum discessum à nobis futurum putes. sic. n. tibi persuadeas uelim, unum mihi esse solatium, quare facilius possim pati te esse sine nobis, si tibi esse id emolumento sciam. sin autem id nõ est, nihil duobus nobis est stultius; me, qui te non Romã attrahã; te, qui non huc aduoles. una mehercule nostra, uel seuera, uel iocosa cõgressio pluris erit, quàm non modo hostes, sed etiã fratres nostri Edui. quare omnibus de rebus. sic, ut quãprimũ sciam: Aut consolando, aut consilio, aut re iuuero. Vale.

† alias, anabata

HVB. LEGI tuas) Scripserat Treb. magnam esse de se apud Cæs. opinionẽ, seq; existimari ab eo in iure ciuili peritissimũ, in quo Cic. iocatur cũ Treb. & eum familiariter irridet de multis rebus. Deinde, quia sæpius commendauerat eum Cæs. dicit se cupere intelligere quid profecerint eius commendationes. Postremo dicit se ferre æquo animo eius absentiam, si est ei emolumẽto, & utilitati. Sin minus, suadet, vt Romam reuertatur. [Valde iur.] valde sapientem in iure ciuili. [Quod] pp quod. [In ista loca] Galliæ. tunc. n. nondum ierat in Britanniam, qđ aut superius dixit expecto uestras lr̃as Britãnicas, non est mirum, q̃a nõ sunt epistolæ positæ eo ordine, quo sunt scriptæ, nã ex ijs, q̃ sunt in hoc volumine, alias in Galliam, alias in Britanniam missas cõstat. [Insula] i. Britannia, est. n. insula. [Peritior] s. iuris. [Rideamus licet] Significat Cic. se iocaturum cum Trebatio. [Sum inuitatus à te] Dedisti mihi causam, ut riderem. [Subinuideo] Aliquãtulum inuideo. [Accersitum] vocatũ, admissum [Ab eo] Cæs. [Non pp superbiã] Nam est humanissimus. [Aspirarẽ] accederẽ. [Ne frigeas] Iocauit Cic q̃a sciebat Trebatium esse auarum. [Camino luculento] i. magno foco, & splendido igni. nam caminus dr̃ fornax ubi ignis fit, alij legunt Camino, vt sit nomẽ propriũ. sed male. [Sagis) Vestimentis, est. n. sagum uestis militaris. [Satis calere) vel pp timorẽ belli, vel pp auaritiã, q̃ magis placet. [De te) pp te, q̃a scito te esse auidum, & rapacẽ, & isti populi capitales sunt, ut infra dicet. [Sed tu) Quasi diceret, non est opus timere, q̃a cum sis cautus in aduocationib. & consolationib. cãtum, es tñ cautior in re militari & hoc ironice dictum. [Natare) exercebant. n. iuuenes ad natandum. ut aptiores essent militiæ. Hor. in 1. car. Cur. timet flauum Tyberim tangere, & ẽt milites interdum natabant. qui ẽt erant periti natandi, dicit nunc Trebatium noluisse natare, qđ ali q̃d uolũt allegorice intelligi. i. noluisse sumere res magnas, sed placet melius, ut intelligimus, simpliciter rẽdi, ut significet eũ timidũ neq; aptũ rei militari. [Quẽ) te. [Ne Andabatã q̃dẽ) apud solũ. S Hier. memini legere hoc nomẽ, q̃ significat andabatas quosdã fuisse fortasse populos, q̃ oculis clausis pugnarent, sic. n. inquit ep. i. cõtra Iouinianũ. Melius est qđ dicit oculis causis andabatarũ more pugnare, q̃ directa spicula clypeo nõ repellere ueritatis. dicit ergo, quẽ ne claudentẽ q̃dẽ oculos decipere poteramus, q̃to ergo minus aperiẽs oculo, & tibi cauẽs fraudari poteris, alij dñt à Plin. mẽtionẽ fieri de is populis, sed nõ memini. [Quã sæpe]. s. scripserim. [Ego]. i. scio. [Intermiserã]. i. minus raro scribere inceperã [Diffidere) Si ei fuissẽ molestus multitudine literarũ. [Cõmouendũ] reuocãdũ in memoria tui. [Vnũ] solũ. [Quare]. i. pp q̃ solatiũ. [Id]. s. te esse sine nobis. [Emolumẽto, utilitati.) Nõ est. s. molumẽto. [Nihil nobis duobus est stultius]. i. nos duo stultissimi sumus. [Me]. s. nihil est stultius. Qui ego. [Te) Nihil est stultius. [Aduoles huc) celeriter huc uenias, si nõ est tibi utile abesse. [Vna) Dicit Cic. quãti facienda sit ipsorũ cõsuetudo. [Cõgressio) Collocutio, conuersatio. [Non modo hostes] Quos magnifacis, posse superari. [Edui] primi Galliæ, de quib. Cor. Tac. li. 11. sic inquit. Edui) primi senatorum ius in urbe adepti sunt, datũ ad federi antiquo, & q̃a soli Gallorum fraternitatis nomẽ cũ. P. R. usurpant, & Plut. in uita Cæs. deinde receptis in fidẽ, quos facti pigeret haud destitit, quoad Eduorũ gentem, qui aduersus bellum susceperãt, deuicit, in superiore tẽpore, fratres se Rom. prædicantes magnificentissimis habebant honoribus, &c. [Aut consolãdo) Siquid fuerit quod doleas. [Aut consilio) Si quid agendum deliberabis. [Aut re) id est, opera, si quid minus per te efficere poteris. [Iuuero) Pro iuuabo.

Sagum

Andabatæ

ASC. *LEGI literas, &c.*] Scripserat Trebatius magnã esse de se apud Cæs. opinionẽ peritia iuri ciuilis, in quo Cic. iocatur nunc cũ Trebatio, & eũ familiariter ridet multis de rebus, deinde dicit se uelle scire quãtum pfecerint cõmẽdationes suæ, ac demũ cõsulit, ut utilitati suæ cõsulat, aut manendo diutius cum Cæs. aut redeundo q̃primum. Ordo est: Legi literas tuas, ex quibus intellexi te uideri Cæsari nostro. s. communi amico, & patrono, ualde iurisc. i. consultũ in iure dicendo, aut consultum. i. peritum iuris. Est qđ. i. pp qđ gaudeas. i. gaudere possis, te uenisse in ista loca, ubi uideare sapere aliquid, q. d. per iocum, cũ, si Romæ esses, nihil sapere uidereris. Quòd si profectus esses quoq;. i. etiã in Britanniam, profecto nemo fuisset peritior te in illa tua tãta insula, quæ reuera maxima, & potentissima est. Veruntamen licet. i. licitum est, sup. ut uideamus. i. loco loquamur, sum. n. inuitatus. s. ad ridendum à te. s. per literas tuas ridiculas. Subinuideo. i. latenter aut aliquantulum inuideo tibi te esse accersitum. i. aduocatũ, & assumptum in familiaritatem ab. s. Cæsare, ad quem ceteri non possunt aspirare. i. ipsum perueniendi habere, non propter superbiam eius, sed pp occupationem eius. Sed tu nihil scripsisti mihi de tuis rebus in ista epistola. s. tua, q̃ s. res tuæ sunt mihi, mehercule non minori curæ q̃ meæ. s. res. Ego metuo ualde, ne frigeas. i. torpeas potius ocio quàm frigore in hybernis. i. locis, ubi hiemabis. quamobrem censeo utendum. s. tibi camino. i. igni luculẽto. i. claro, allegoricos, ut reor, aut adhortatorem ad uirtutẽ intelligit, aut igniculum gloriæ. Est autẽ caminus ignis ipse in foco non fumarium, quod vulgus caminum uocat. Idem. s. ut camino utaris, placebat Mutio, & Manilio cõmunib. amicis meis, p̃sertim sup. tibi, qui non abundares sagis. i. tegminibus militaribus quæ uillosa sunt, q̃q̃ ego audio uos satis calere istic. s. ubi estis, calore quidẽ auaritiæ aut potius metu nauigationis, & belli, quo licet pcordia frigeat, facies tñ sudare solet. Quo nũcio. s. de metu belli iucũdi, ego mehercule timueram ualde de te. Sed tu es multo cautior in re militari, q̃ in aduocationibus. Quia in re militari, nõ cõmisit se piculo aut labori, in aduocationibus pstãdis sæpe operam pdiderat, q̃a melius alijs, q̃ sibi, pspexit, vñ addit Ci. Qui neq; uolueris natare in Oceano, hõ. i. cum sis hõ studiosissimus natãdi, sed in Tyberi. Oceano aũt natare non solẽt, nisi qui naufragiũ fecerit, vñ sẽsus mihi vr̃. Trebat. nõ cẽ ingresũ Oceanũ, nec in Britãniam pfectũ timore naufragij, vñ prius dixerat. Quod si in Britãniam quoq; pfectus esses, &c. Neq; uolueris expectare Essedarios. i. gubernatores currũ, q̃ cõtumeliosi, & iniuriosi ferè sunt, quẽ nos antea ne q̃dẽ. i. nõ saltẽ. Andabatã. i. more Andabatarũ, qui (auctore Hier. in epist. ad Iou.) oculis clausis pugnãt. clausos oculos hñtẽ, poteramus defraudare, cũ esses callidissimus, vñ nũc cautior factus uider̃, eo q̃ ne uidẽs q̃dẽ ausus sit expectare, Essedarios Britãnicos. ridet ergo, q̃ non sit pfectus in Angliã, aut pp piculũ maris, aut pp petulantiã Essedariorũ, q̃ sunt in Britãnia. Sed nos sumus iã satis iocati. p iocum locuti. Tute. i. tu ipse scis, q̃. i. quantũ diligenter ego scripserim de te ad Cæs. q. d. tu scis quantũ id tibi q̃ fuit. qđ si multũ pfuit ẽt me multũ diligenter scrpsisse scis, aut iudicas. Ego scio quàm. i. quãtum sæpe sup. scripserim. q. d. sæpissime. Sed mehercule ego iã itermiserã. i. ad tps omiserã ad Cæs. describere, ne uiderer diffidere, uoluntatis erga me, hominis liberalissimi, & amãtissimi mei. s. Cæsa. sed tñ putaui hominẽ esse cõmonẽdum his literis, quas dedi. s. ad eum pxime. i. nuperrime, & feci. i. cõmoui eum. Velim sup. ut facias, me certiorẽ qđ pfecerim. i. utilitatis tibi fecerim, mittendo ad eum literas commonitorias, & simul sup. facias me certiorem de toto statu tuo, & consilijs oĩbus. Cupio. n. scire quid agas, quid expectes. i. quid boni speres tibi futurum, quàm lõgũ putes futurũ istũ discessum tuum à nobis. Velim. n. supp. ut persuadeas tibi. i. firmiter credas sic, unum solatium esse mihi. i. me habere unũ solatiũ de abñtia tua, quare. i. ob qđ, possim pati facilius. i. minus moleste, te esse sine nobis, si uidelicet sciam id, uidelicet te sine nobis esse, esse tibi emolumento. i. lucro, & cõmodo. Sinaũt. i. sed si, id non est. i. nullũ est tibi emolumentum ex absentia nihil est stultius nobis duob. me. s. nihil est stultius, q̃ non attrahã Romã, & te, q̃ nõ aduoles. i. quã celerrime uenias Romã. Mehercule una cõgressio nostra uel seuera, uel iocosa, erit pluris

i. m-

.i.maioris pcij ac ualoris seu æstimationis, pp uoluptatē, q ex ea capiemus. quã sup. sint nõ mõ.i. nõ solũ hostes. s. Britãni quorũ cõgressio, si uicti fuerint, plurimi esset facienda: sed ridet Treb. q uisus est eorũ cõgresũ uitauisse, sed etiam Hedui populi in Burgundia fratres nostri, idest P. R. antiquo iure unde grata deberet esse Treb. congressio hospitalis cum illis, ut sensus est, pluris faciendum Cicer. & Treb. congressum, quàm illius, & hostium, aut sociorum popu. Ro. cum hostes timeat, socijs parum carus sit. Sane ut Cor. Tacitus lib. 11. scrib. Hedui primi senatorum ius in urbe adepti sunt, datum id fœderi antiquo, & quia soli Gallorum fraternitatis nomen cum P. Rom. vsurpant, quod etiam Plut. in uita Cæsar. attestatur: Quare fac, ut sciam quàm primum, idest ualde cito, de rebus tuis, nam sup. in uero, te aut consolando, aut consilio, aut re.i. auxilio, & ope. Vale.

MAN. PAVL. *AVT consolando, aut consilio, aut te iuuero*] Senarius integer, à Terentij Heautontimorumeno translatus in hunc locum. sic enim in ea fabula, actu.i. scena. cum Menedemo loquens Chremes inducit; Istuc, quidqd est, fac me, ut sciam. Ne retice; ne uerere; crede, inq, mihi: Aut consolando, aut consilio, aut re iuuero. Terē. porro, ut opinor, à Plauto, paucis immutatis, accepit apud quem in Pseudolo. actu.i. ita loquitur Pseudolus seruus, Fac me certum, quid tibi sit, iuuab o aut te, aut opera, aut consilio bono.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hortatoria est epistola, qua consuluit Trebatio, ut ad urbem non temere se conferat.

M. CICERO TREBATIO S. D. II

NISI ante Roma profectus esses, nunc eam certe relinqueres: quis enim tot inter regnis iureconsultum desiderat? ego omnibus, unde petitur, hoc consilij dederim, ut à singulis interregibus binas aduocationes postulent. Satis ne tibi uideor abs te ius ciuile didicisse? Sed heus tu, quid agis? ec quid fit? uideo enim te iam iocari per literas. hæc signa meliora sunt, quam in meo Tusculano. Sed quid sit scire cupio. consuli quidem te à Cæsare scribis: sed ego tibi ab illo consuli mallem. quod si aut fit, aut futurum putas, perfer istam militiam, & permane. ego.n. desiderium tui spe tuorum commodorum consolabor. sin ista sunt inaniora, recipe ad nos. nã aut erit hic aliquid aliquando, aut si minus, una mehercule collocutio nostra pluris erit, quàm omnes Samarobrinæ. denique, si te cito retuleris, sermo nullus erit: sin frustra diutius abfueris, non modo Laberium. sed etiam sodalem nostrum Valerium pertimesco: mira enim persona induci potest Britannici iure consulti. Hæc ego non rideo, quamuis tu rideas: sed de re sæuerissima tecum, ut soleo, iocer. Remoto ioco, tibi hoc amicissimo animo præcipuo, ut istic mea commendatione tuam dignitatem obtinebis, perferas nostri desiderium; honestatem, et facultates tuas augeas. sin autem ista frigebunt, recipias te ad nos. animo tamen, quæ uis, & tua uirtute præfecto, & nostro summa erga te studio consequere. Vale.

HVB. NISI] Hortatur Cice. Treb. hac epistola, sicut & superiori, ut libenter absit ab urbe, presertim tot seditionibus, & tumultibus ciuilibus: deinde latenter innuit, ut agat diligēter rem suã. [Profectus esses] Discessisses. [Ante] Et alias superiori tempore. [Quis desiderat] q.d. nullus [Tot interregnis] Tot seditionibus, quæ fiunt interrognorum causa. Interreges autem dicti sunt proprie apud maiores centum patres, præmortuo rege Romulo, donec alius rex crearetur, remp. gubernabant, ex ijs.n. unus auct. Fenestella, decernebatur, cuius quinq; dierum spatio finiretur imperium, & ita per totum annum omnes finiebant imperium, apud minores uero Rom. cum reipu. causa abessent consules, neq; comitijs interesse, possent, qui initio creati consules essent, si dictatorem comitiorum causa dici non potuisset, res ad interregnum deducebatur, ac per interegem consularia comitia habebantur. hic igitur interregna nunc intelligit Cic. in quibus cum essent discordiæ, dicit non desiderari alios, iurison. quia eorum dictis, & rẽsis non pareretur [Vnde] A quibus: aduerb. pro nomine, ut genus, vnde latinum. [Dederim] Pro dabo [A singulis] Quoniam cũ multi eligerentur, singuli tamen imperabant, & ius reddebãt. [Binas] Iocatur, cum uix una per quinque dies possit peti. [Satis) Quia fortasse hoc non poterat per legem fieri. [Sed heus] Iam incipit familiarius agere, & iocari cum Treb. scripserat.n. quemadmodũ ei magna fides à Cæs. haberetur. [Hęc signa] Quod uideo te iocari. [Meliora, q in meo Tuscu] Vbi erras tristior, & non poteras iocari. [Quid]. i. q ita ioceris. [Cõsuli]. i. de iure, vnde iurisc. dñr, & iurisc. rñsa, quia interrogabãtur, & rñdebant. [Consuli ab illo) Allusit ad uerbum, quod duo significat interrogari, & consilium dare, siue prouidere, sed in postremo iungitur datiuo. hoc aũt dicit mallem quod Cæs. consuleret tibi, id est prouideret tibi, q interrogaret te: facile autem iocamur per huiusmodi uerba homonyma, tale est in Neronem distichon: Quis negat Æneæ magna de stirpe Neronem? Sustulit hic matrem, sustulit ille patrē. nam sustulit, & portauit, & interfecit signat. [Quod) Quæres, ut tibi consulat. [Perfer.] Tolera. [Istam militiam) Istum laborem militiæ, & commorandi in castris. [Ego enim) Talis fuit in superiore epist. sñia. Sic enim tibi psuadeas uelim, unũ mihi esse solatium, quare facilius possim pati te esse sine nobis, si tibi esse idemolumento sciam. [Desiderium) Absentiam tuã. [Ista sunt inaniora]. i. sine emolumentis. [Recipe te) Reuertere [Aut erit hic aliquid]. i. aut hic aliqd commodi cõsequeris. [Aliqñ) Tandem aliquo tpe. [Aut, si minus). s. erit aliqd emolumēti. [Samarobrinæ] .i. quasi oēs urbes, talis qualis est Samarobrina, si multæ essent Samarobrinæ, est.n. Samarobrina urbs Britanniæ. [Retuleris] Receperis in patriam. [Sermo nullus erit) nemo de te loquetur, oībus linguam auelles. [Diutius) Per longum tempus. [Frustra) qn aliquod emolumentũ consequeris. [Non mõ Lab.] Equitē R. uirũ magnæ libertatis in loquendo, qui neq; Cæs. pepercit acerrimis uerbis in eũ inuectos, cum iam admodũ senex iussus esset à Cæs. agere mimos, ut scribit Macr. in Satur. [Sed ēt Valerium) Qui licet sit molestior in loquēdo, tñ si diu abfueris, qn aliquid agas, te maledictis lacerabit. [Mira.n.) h. d. sicut restræ portantur personæ ex comœdijs ad locum, & delectationem, ita sumēt psonam tuã ad ridendum, q. d. poterunt facere de te comœdiam, & abducere personã tuã, quasi pro persona comica, quã rideant. [Britãnici iuriscõsulti]. i. tui, qui in Britãnia fuisti. [Sed de re sæuerissima]. i. de re grauissima, & nõ negligēda. [Remoto ioco]. i. sine ioco. i. serio loquar [Pręcipio] Nõ iubeo, sed potius admoneo te, do tibi hoc præceptum. [Mea commendatione) Quia Cæs. propter commēdationē mea te carũ habeat. [Perferas desiderium nostri] .i. æquo animo feras nobis carere [Honestatem) Honorem, & dignitatē. [Facultatem) vtilitatē. [Isti) Dignitas, & facultas. [Frigebunt) Cessabunt, deerunt tibi. Teren. Nimirum hi hoīes frigent. [Oīa quæ uis]. i. quæcunq; cupis ēt maxima, & difficillima. [Studio) Amore, & fauore, qui non desistemus te cõmendare Cæsari.

Cõsuli Iurisc sultus

Sustulit

Samarobrinæ

Laberius

ASC. *NISI*] Hortatur Treaatium ut libēter absit ab urbe, quia si ad esset, cuperet abesse, pp seditiones ciuiles, monetq; ut res suas diligenter curet. Ordo est: Nisi profectus esses. i. discessisses Roma, tu certe relinqueres nunc eam. Quis.n. desiderat iurisconsultum tot interregnis. i. vocationibus regnorum, cum omnes in senatu regnare uelint, & nulli ab alijs admittantur, aut uacationibus in cõsulatu, cum qui consules, dicerentur interreges, inter se cõcordari non possit? Ego dederim. i. uelim dedisse oībus, vnde. i. à quibus petitur sup. cõsilium supp. hoc consilij, ut postulent binas ad uocationes. s. patrocinia aduocatorum, aut iure aduocandi, à singulis interregibus. i. magistratibus, ad quos consulatu, & olim in regno uacante ius cõsulis, ac regis ptinebat, ideo aũt binas, quia cv toties mutarētur per seditionē singulæ nõ sufficeissent, & tñ dicit, ut dicit Hab. uix una pro quinq; dieb. aduocatio peti posset, vñ iocando addit: Videor ne tibi didicisse satis ius ciuile abs te, hoc est dederim ne tale consilium satis ex sñia iurisconsultorum? Sed heus tu, qd agis? ecquid fit. s. à te? Video.n. te iã iocari per literas. Hæc signa. i. indicia animi tui sunt maiora, quã sup erant in Tusculano meo. s. agro cum uilla, ubi tristis Trebatius lōge aberat à iocis. Sed cupio scire, qd fit. s. q ita animum mutasti. Scribis quidē te consuli. i. consilium peti a Cęs. sed ego mallē consuli. i. prospici, & prouideri, ac rem utilē fieri tibi à Cæs. Quod. s. à Cæs. tibi cõsuli, si aut fit, aut putas futurũ: perfer. i. ad finē usq; fer istã militiam, & pmane. s. apud Cæs. usq; ad finem belli. Ego.n. consolabor. i. quasi per consolationē medicabo, & sustinebo desiderium tui. i. quod habeo ex absentia tua spe tuorũ cõmodorũ. i. quã habuero de cõmodis tuis. Sin aũt. i. sed si, ista. s. q sperē, sunt inaniora. i. nimis inania, recipe. i. reduc quasi in locũ tutiorē te ad nos, aut aliquid. s. cõmodi erit hic. s. Romæ aliqñ, aut si minus. i. si nõ supp. erit hic aliqd, mehercule una collocutio nra erit, plurís. i. amoris, emolumēti, & uoluptatis, q oēs Samarobinę. i. ciues eius urbis in Britannia, si fuerint à te capti, aut cæsi. Denique si retuleris. s. è Britannia te cito, sermo. s. de te, ac constantia tua, erit nullus, qa oēs putabũt te remissum à Cæs. aut noluisse suscipere cõditiones ab illo oblatas, si abfueris diutius frustra. i. nihil cõcesso à Cęs.

Interreges

Vnde

à Cæs. ego pertimesco nō mō Laberiū equitē Ro. in loquendo, & mordēdo liberrimū, qui ne Cæs. quidē pepercit acerrimis uerbis in eū inuectus, cū iā admodum senex iussus esset à Cæsa. mimos agere, ut auctor est Macr. in Sat. sed & Valeriū sodalē. i. conuictorem nostrum, quia mira. i. multum ridicula persona iurisconsf. Britannici, hoc est tui: potest induci. s. in fabulā de te factam. Ego nō rideo. i. non ridenda puto, aut non dico ioco, quā uis tu rideas, sed iocor tecum, ut soleo de re seuerissima, q. d. illud Horatianum: Quanq̃ ridentem dicere uerum, Quid uetat? Ego p̄cipio tibi hæc animo amicissimo, ioco remoto. i. cum remitto, ut si obtinebis. s. apud Cęs. ubi nūc es, tuam dignitatem. i. locū honoris te digni cōmendatione mea. i. per cōmendationē meam, perferas. i. ad finem usque feras desiderium nostri, & sup. augeas honestatē, & facultates. Sin autē. i. sed si, ista. i. dignitas, & facultates frigebunt. i. frigide obuenit tibi, recipias te ad nos. Tu. n. cōsequere. i. obtinebis. s. Romæ, omnia quæ uis profecto, &. i. simul virtute tua, & studio nostro summo. i. maximo, erga te.

PAVL. MAN. *OMNIBVS unde petitur*] Debitoribus, ita etiam de oratore li. 1. Homo ex disertorum numero postulabat, ut illi, unde peteretur, uetus atq; usitata exceptio daret̃, cuius pecunię dies fuisset, apud iurisconsultos frequens est locutio.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Iocatur Cicero in dissentientes Trebatij professiones. fieri n. non potest, ut Epicureus, qui utilitatis gratia omnia facit, recte iustitiam administrare possit.

M. CICERO TREBATIO S. D. 12

MIRABAR, quid esset, quòd tu mihi literas mittere intermisisses. indicauit mihi Pansa meus, Epicureum te esse factum. o castra præclara, quid tu fecisses, si te Tarentum, & non Samarobrinam, misissem? iam tum mihi nō placebas, cum idem intuebare, quod & Titius, familiaris meus. Sed quonam modo ius ciuile defendes, cum omnia tua causa † facias. non ciuium? ubi porro illa erit formula fiduciæ, VT *inter bonos bene agier oportet? quis enim est bonus, qui facit nihil, nisi sua causa? quod ius statues communi diuidundo, cum commune nihil possit esse apud eos, qui omnia uoluptate sua metiuntur? Quo modo autem tibi placebit Iouem lapidem iurare, cum scias Iouem iratum esse nemini posse? Quid fiet porro populo Vlubrano, si tu statueris* † πολιτεύεσθαι *non oportere? Quare si plane à nobis deficis, moleste fero, sin Pansæ assentari cōmodū est, ignosco: modo scribas aliquādo ad nos, qd agas, & à nobis qd agi, qd fieri, aut curari uelis. Vale.*

† alias, facias sua

† i. re. sp. reg.

HVB. MIRABAR] Intellexerat Ci. Treb. effectum Epicureum, qd quidem ostendit esse turpissimum, præsertim iurisc ōsulto quem æquum esse dicit, quod esse nō poterit, si omnia sua utilitate metitur, sicut faciunt Epicurei, & licet simulet se iocari, tamen serio loquitur. [Epicureum) Et hæc erat causa quare literas intermiserat, quia ista secta nullum omnino vult laborem. [O castra prælata) Ironice, q. d. ubi cum deberes esse factus laboriosus, tradidisti te delicijs, & uoluptatibus. [Quid tu fecisses) q. d. multo mollior & delicatior factus esses. [Si te Tarentum misissem?) Quæ ciuitas est Calabriæ, primum à Taro filio Neptuni condita, & nominata, ut uoluit Ser. deinde à Phalanto octauo ab Hercule expulsus ueterib incolis occupata, & habitata. Inde Vir.

Tarentum

Hinc sinus Herculeus, si uera est fama, Tarenti Cernitur.

Sunt aut ciues eius urbis admodum deliciosi. Inde Iuuē. dicit:

Atque coronatum, & petulans madidumque Tarentum.

[Non Samarobrinam) Quæ est magis barbara, & rustica, & quæ minus inuitat ad uoluptates. [Idem intuebare) Idem spectabas, habebas eādē sniām. [Quod & Titius) Hic enim sentiebat uoluptatem esse appetendam. [Quonam modo,) q. d. nullo modo. [Tua causa) Epicurei. n. dn̄t fugiendas esse multas amicitias, qm non possint esse sine laboribus, & esse cōsulendum ocio, & utilitati propriæ. [Nō ciuium) . s. causa, cum decet omnia referri ad utilitatē ciuium, & obliuisci cōmodorū nostrorū, si uolumus uiri boni, & iusti esse, ut ipse Cice. in 1. Off. [Porro) Deinde. [Illa formula fiduciæ) . i. lex fiduciaria [Inter bonos bene agier.) . i. ut inter bonos seruetur æquitas, & iustitia, uitetur iniuria, formula aūt pro lege, & institutione ponitur. Cic. in 3. Off. Nondum. n. Aquilius protulerat de dolo malo formulas [Inter bonos bene agier) Verba sunt iuris, ut idem Cic. ostendit loco supradicto in 3. off. ubi tractatur plenius hæc materia. [Quis est) Pro qualis est, quasi diceret simillimus pecoribus, quæ natura prona, & uētri obedientia finxit. non. n. interrogat de substantia, sed de qualitate, ergo non est qs, quasi diceret nullus, sicut quidam male interpretantur, nam multi sunt [Cōi diuidundo) Diuisioni rerum cōium, quæ quo iure diuidebant, tractant iurisc. tit. de rerū diuis. [Quod ius) quasi diceret pessimum, & iniquissimum. [Nihil cōe) sed potius omnia ꝓpria. [Iouem lapidem) lapidem silicē tenebant iuraturi p Iouem, hæc uerba dicentes. Si sciens fallam, me Diespiter, salua urbe, arceq. bonis eijciat, ut ego hūc lapidē. Auctor Festus Pōp. dicit ergo nūc Iouē lapidem. i. q̃ rep̄ntat Iouē [Iouem esse iratū nemini posse?) quia Epicurei tenent, & acrē defendunt, deos non curare mortalia: ut: Nec curare deū credas mortalia, nec p̄cibus, aut ira moueri. Vlubrano (Est. n. Vlubræ ciuitas Italiæ, ubi fortasse habebat Treb. agros, & res suas. de ea Iuuen. Vacuis ædilis Vlubris. Horat. Est Vlubris aīus, si te non deficit æquus. [Quid fiet) . i. à te, q. d. pessime, & iniustissime. [Πολιτεύεσθαι) . i. administrare remp. uersari in rebus ciuilibus. [Si deficis, à nobis) Tractum est à subditis, q dn̄r à dn̄is deficere, cū discedūt ab eorū gubernatione, & imperio. [Planè) Oīno. [Sin cōmodum] Si tibi est utile. [Assentari Pansæ) Blandiri Pansæ, & ei dicere, ꝙ sis factus epicureus, cum nō sis, ut eis cōplaceas, qm̄ & ipse gaudet uoluptate, uel si Pāsæ est cōmodum assentari. s. mihi, sed hūc posteriorem sensum minus ꝓbo. [Modo) dummodo.

Iouem Lapidē

Vlubræ

ASC. *MIRABAR &c*] Intellexerat Cic. Trebatium effectum Epicureum, qd detestatur, dicens: Mirabar, quid esset, ꝙ tu intermisisses, mittere literas mihi. Pansa meus. s. amicus uetus indicauit mihi te factum esse epicureū. i. uoluptati studentē, & oīa ad cōmoda propria referentem. O castra præclara. Ironia est, q. d. ō p̄clare tecum in castris actum, cum in tantam dementiā deuenerìs. Quid fecisses, si misissem te Tarētum. i. in eā ciuitatē Calabriæ, vbi uoluptuose uiuitur? unde Iuuen. Atque cornatum, & petulans madidumq; Tarētum. Non Samarobrinā. i. in eā urbē Britāniæ regionis frigidæ, & bellicosæ. Tu non placebas mihi tm̄. i. ab eo statim tpe, cum intuebare. i. inspectabas inhiando, qđ &. i. & Titius, alij legunt Ethitius, familiaris meus i. ad luctum aut uoluptatē ut ille. Sed quonā modo defendes ius ciuile. s. qđ ꝓfiteris? cum facias oīa causa tua. i. proprij cōmodi, nō ciuium, cū ius ciuile dictum sit, eo ꝙ ciuium utilitati consulat. Porro. i. sed ꝓfecto, ubi erat illa formula fiducię. i. illa lex, & regula iuris, è qua fiduciā habemus, uidelicet inter bonos, &c. Quidā textus hn̄t, ut inter, &c sed uidet particula, ut, redundare, nisi sit oportet agier. i. bene, ut. i. ueluti inter bonos. i. proinde ac decet inter bonos agi. Formula autem est ut dixi, lex autem regula, ut lib. 3. Off. Nōdum. n. Aquilius ꝓtulerat, de dolo malo formulas. Qui . n. est sup bonus, qui nihil facit nisi causa sua? q d. nullus, & ita formulæ illi nō esset locus, aut quis. i. qualis est? q. d. inhumanus & auarus est, &c. Qđ ius statuere sup de cōi diuidūdo, cum nihil possit esse cōe apud eos, qui metiuntur oīa. s. bona sua uoluptate . i. qui nihil dicunt bonum, nisi unde singulariter capiēt uoluptatem? q. d. nullum. Autem. i. sed quomodo placebit tibi. s. ex iure Romano, iurare Iouem lapidē. i. representatum per lapidē, quē iurans in manu tenebat? Sicut. n. nunc quidā iurant, brachiū S. Antonij, aut ignē sacrū, ita olim Iouem lapidem, tenētes. s. lapidē, ac dicentes, ut Festus Pōpeius dicit: Si sciens fallā, me Diespiter, salua urbe, arceq. bonis eijciat, ut ego hūc lapidē. quo dicto, lapidē eijciebāt. cū scias. s. ex paradoxo Epicuri, qui dicebat Deū nō curare mortalia, & ꝙ deus, ut dicit Luc. Nec bene ꝓ meritis capiat, nec tāgit ira Iouē nemini posse esse iratū? Porrò qđ fiet populo Vlubrano. i. colēti Vlubras, oppidum Italiæ satis desertū, de quo Hor. Est Vlubris, aīus si te non deficit æquus. Si tu statueris nō oportere πολιτεύεσθαι. i. administrare rēp. q. d. ab oī Politia deseretur. Quare fero moleste, si deficis. i. desciscis, planè à nobis. s. Stoicis. sin. i. sed, si commodum est. s. tibi assentari Pansæ. s. Epicureo, ignosco, modo. i. dummodo scribas aliquando, qđ agas & quid uelis agi, quid fieri, aut curari à nobis. Vale.

Nota.

FIDVCIÆ inter bonos bene agier: quis] Ita legitur in uetere lib. & sanè crediderim, non aliter hunc locum esse scribendum, etsi priorem lectionem conseruarem. uoces. n. illæ VT, & OPORTET, quæ sunt in impressis, additæ sūt ab imperito, qui locutionem parum integram crederet: cum alibi à Cicerone iurisc ōsultorum formulas sine uerbo citari non animaduertisset, ut de off. li. 3. In fiducia, inquit, inter bonos bene agier. uetusti enim libri non habent, VT. & ibidem paulò post: Cum dicitur: Inter bonos bene agier, quidquam agi dolose, aut militiose potest? Libro et topicorum, ubi eadem hæc usurpantur uerba, ueteres libri ab impressa lectione dissentientes, nostram scientiam confirmant, q̃ etiam Romæ doctissimis hominibus probauimus.

Formula

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Diuturni silentij causam dicit, quam cum Trebatius non accipere uelle uideatur, ex occasine in aptissimā iocandi materiam descendit.

CICERO TREBATIO S. D. 13

ADEO ne me iniustum esse existimasti, ut tibi irascerer, quod parum mihi constans, & nimium cupidus decedendi uiderere, ob eam causam me arbitrarere literas ad te iandiu non misisse? mihi perturbatio animi tui, quam† primis literis perspiciebam, molestiam attulit. neq; alia fuit ulla causa intermissionis literarum, nisi quod, ubi esses plane nesciebam. Hic tu me etiam insimulas, nec satisfactionem meā accipis. audi me Testa: utrum superbiorem te pecunia facit, an qđ te Imperator consulit? moriar, ni, quæ tua gloria est, puto te malle à Cæsare consuli, quam inaurari. si uero utrunque est: quis te feret præter me, qui omnia ferre possum? sed, ut ad rē redeam, te istic inuitum non esse, uehementer gaudeo; & ut illud erat molestum, sic hoc est iucundum. tantum metuo, ne artificium tuum tibi parum prosit. nam, ut audio istic,

Non ex iure manu consertum, sed mage ferro
Rem repetunt.

Et tu soles ad uim faciendam adhiberi? neque est, quòd illam exceptionem interdicto pertimescas, quòd tu prior ui hominibus armatis conueneris. scio enim te nō esse procacem in lacessendo. Sed, ut ego quoque te aliquid de nostris cautionibus admoneam, Treuiros uites censeo: audio capitales esse: mallem auro, argento, ære essent. Sed alias iocabimur. Tu ad me de istis rebus omnibus scribas uelim quam diligentissime. Ad iij. non Mart. Vale.

HVB. ADEO ne] Quia reprehenderat Cic. Trebatium, ꝙ esset iam cupidus redeundi Romam, & postea intermiserat diu ad eū literas, Existimauit Treb. eum sibi iratum fuisse, & propterea intermisisse ad eum scribere. ꝙ quidem ostendit Cic. nō fuisse causam suæ intermissionis literarum, sed ignorabat ubi esset. Deinde cum eo iocatur, appellans eum superbum. Postremo hortatur, ut caueat illos populos, & præcipue Treuiros, quos audit esse feros. [Parum constans) .i. aliquantulum instabilis. [Perturbatio animi tui) Quem pœnitebit in ista loca profectū esse. [Hic] Nūc vel in hoc [Insimulas) Accusas. [Satisfactionem) Excusationem. [Audi mi Testa) Blanditur ei, ut æquius ferat, ꝙ superbus appelletur, [Testa) Appellabatur enim Treb. Testa, ut infra: ego tamē Scæuolæ & Testæ assentio. [Vtrum) .i. es ne magis superbus, qa factus es diues, an quia Cæsar te consulit, i. interrogat, & à te consilium capit? [Pecunia facit superbus) Sic Terent. Quia paulum tibi accessit pecuniç, elati sunt animi. [Moriar) Dicit Cice. se cognoscere Treb. ita esse gloriosum, ut malueris consuli à Cęs. quā ditari [Moriar] Mos est dicendi, cum uolumus aliquid affirmare ita esse. [Inaurari) Auro impleri, uel ditari. [Si uero utrunq; est) .s. & te consulat, & te inauret. [Quis te feret?) Quis te tolerabit? q. d. nullus, quia efficieris superbissimus. Qui possum ferre omnia?) Quia sum patientissimus [Non inuitum) .i. libenter, scripserat enim postea Treb. se libēter esse foris, cum initio longe aliter scripsisset [Vt illud] .s. quòd esses aīo perturbato, & inuito. [Sic hoc) ꝙ nunc non sis inuitus. [Tantum) Solum [Artificium] Industria, vel scientia legum. [Tuum) Ius ciuile. [Istic) In istis regionibus, ubi tu es. [Non ex iure manu consertum]. i. non ex legitimis actionibus, & ex iure ipso Ex iure manu consertum, inquit A. G. lib. vlt. noct. Atticarū, uerba sunt ex antiquis actionibus &c. qui vult uidere causam, & originem horum uerborum uideat ipsum Gel. li. ꝑdicto, à quo multis uerbis declarantur. [Sed mage) Potius [Ferro) Armis [Adhiberi facundiam?) Ad uim, quæ non hĩt locum, ut Ennius: Pellitur è medio sapientia, ui geritur res. Spernitur orator bonus, horridus miles amatur. Haud. doctis dictis certantes, nec maledictis. Miscent inter se inimicitiā agitantes [Non ex iure manu consertum) Sed mage ferro rem repetūt regnumq; petunt, uadunt solida vi, à quibusdam legitur. Et tu soles ad uim faciendam adhiberi, quod minus probo, neque enim est consentaneum iurisconsultum ad uim inferendam adhiberi, sed, potius, facundiam, eloquentiam ornatum, & grauitatem uerborum, quæ nō prosunt inter arma, ut ex uerbis Ennij declarat, & Cic. Silent enim leges inter arma. [Neque est) .i. non oportet.

Margin: Ex iure manu consertum — Facūdia

[Exceptionem) Sunt enim exceptiones quædam prætoriæ, ut iurisconsulti declarāt. [Interdicto) Interdicta dicebantur formæ, & conceptiones uerborum, quibus ꝑtor aut iubebat aliquid fieri, aut prohibebat, & dr̄ interdū ꝓhibitio à possessionis turbatione. Prior, antequam prouocaueris, nā grauius puniendus est, qui incipit contentionem aliquam, quàm qui superuenit iā inceptę. [Procacem) Impudentem. [In lacessendo) In prouocando, & irritando alios. [De nostris cautionibus) Quia cautiones propriæ dicuntur, legales, ideo nunc Cic. dicit de nostris, q. d. quæ non sunt legales, sed tantum oratoriæ [Treuiros) Ineptias taxo quorūdā, qui hoc loco exposuerunt treuiros quosdam fuisse, qui auctoritatem iudicādi nō haberent nisi tres simul essent, & præerant rebus capitalibus. ò supremam ignorantiam, hi trium uiri non treuiri dicebantur, nam treuiri de quibus nunc Cicer. dicit, populi sunt Galliæ Transalpinæ. Lucan. Te quoq; lætatus uenisse in prœlia Treuir. Et de his Cęs. in Commentarijs) Capitales) idest, manu promptas ad cędem, id enim significat iuterdum capitalis interdum autem dignum puniri capite. [Mallem auro) Non est intelligendum mallem esse capitales auro, sed mallem auro contenderent, uel carerent. [Alias) Alio tempore.

Margin: Exceptiones — Interdicti — Cautiones — Treuiri — Capitales

ASC. *ADEO ne*] Dicit se intermisisse dare literas ad Trebatium, non quia irascebatur illi, sed quòd nesciebat ubi nam ille esset, iocāsq; uocat eum superbum, monetq;, ut Treuiros præsertim ꝓuocare timeat. Ordo est: Ne. i. an, existimasti. i. iudicasti me esse adeo iniustum, ut irascerer tibi, ꝙ uiderere. i. uidereris mihi parum cōstans, & nimium cupidus decedendi, & arbitrarere me nō misisse iandiu literas ad te ob eam causā. s. ꝙ tibi irascerer. Perturbatio animi tui, quam perspiciebā primis literis tuis, attulit mihi molestiā, neq; ulla alia cā intermissionis literarū fuit, nisi ꝙ nesciebā plane. i. oīno ubi esses. Tu īsimulas. i. occulte arguis, & accusas ēt hic. i. in hac purgatione mea, nec accipis satisfactionē meā. i. purgationē qua tibi conor satisfacere. O mi, blādiendi vox. Testa. i. tu Trebati, qui & Testa appellaris. appellatur. n. Trebatius Testa, sed affectanter Testā nunc uocat, quasi durū, & fragilē. & ita inaniter de iurib. superbientē, audi sup. quod quęro, & dic utrum. i. qđ duorū facit te superbiorē, pecunia, an ꝙ Cæsar cōsulit te. i. petit consiliū à te? Moriar ni. i. nisi, puto te malle cōsuli .i. consiliū peti, à Cęs. q̃ inaurari. i. totus aureus fieri, hoc est locupletari, ita ut auro tegaris, aut inaurari. i. honore portandi aurei ornamenti decorari, quæ. i. quia, ita magna est gloria. i. cupiditas gloriæ tuæ. Si uero utrunq; est. s. ꝙ pecenia, & ꝙ Cæsar te cōsulit, te superbū facit, quis feret. i. tolerabit te præter me, qui possum ferre oīa. i ēt superbissimos mores tuos? q. d. nemo. Sed ut redeā ad rē, ego gaudeo uhemēter te non esse istic inuitū, & ut. i. quēadmodū, illud. s. te superbū factū esse, erat molestū, sic hoc sup. ē iucundū. Ego tm̄. i. dūtaxat, metuo, ne artificiū tuū. i. peritia iuris prosit tibi parū. Nā vt audio, non manu consertū ex iure supp. est istic. i. in Anglia, hoc est nō iudicātur res legitime ex iniectione manus per legitimas actiones, more ciuili, sed repetūt rem. s. ablatā, aut debitā alioqui, magis. s. frequētius, ferro. i. vi armorū, & tu soles adhibere facūdiā. i. naturalē eloquētiā tuā. ad uim. i. uiolentiā, hoc est tu soles uim aliorū reprimere eloquētia tua. Neq; est sup. causa, aut legitima rō, hoc est non oportet, ꝙ tu pertimescas. s. agendo in Britānia, illā exceptionē. i. prohibitionē quę nota est in actionib. Romanis, ꝙ tu nō veneris prior in oībus armatis. i. vt non occupes rē vi armata, sed ex iure, ꝓcedas, quia ui illic oīa aguntur. Scio. n. te non esse procacē in lacessendo. i. prouocādo, hoc est petulantē, & nimis molestū prouocatorē ad iram. Sed ut ego quoq; moneam te aliquid de cautionibus. i. vt dicunt, cautelis nostris, censeo sup. ut uites Treuiros. i. populos illos Germaniæ trās Rhenum, qa audio sup. eos esse capitales. s. hostes, hoc est caput potius quam rem hostium petētes Mallem sup. eos esse capitales. i. perniciosos in auferendo, non capite, sed auro, argento, ære, aut malle eos esse ex auro, argento, ære. i. materia, unde fierent (quas amas) pecuniæ, tunc enim facilius, & libentius eos inuaderes. Sed nos iocabimur alias, i. alio tēpore. Velim sup. ut tu scribas ad me, de omnibus rebus istis quam diligentissime, Scriptum supple Romę, ad 3. non. Martias.

PAUL. MAN. *TREVIROS uites censeo, audio capitale; esse*) Vt unicuique, quod suum est, tribuamus, Petri Bembi, hominis & dignitate, & omnium laude uirtutum pœne clarissimi, epistolam, qua huius loci sententiam diligentissime, & ornatissime exposuit, adscribemus. non enim eos imitari placet, qui ex aliena industria sibi laudem aucupantes, quæ ab alijs didicerunt, edunt pro suis.

Petrus Bembus Bernardino Sandro. S Quod hodie mane quærenti tibi à me de illis Ciceronis ad Trebatium uerbis: Treuiros uites censeo: audio capitales esse. mallem, auro, argēto, ære essent. respondi, iocum esse & multiplicem, & festiuum: q. quidem iocus

eus in antiquis & nummis, & scriptoribus deprehēderetur: itaq; qm̄ eramus in uia, ut neq; libros, neq; nummos haberemus, reie ci te in alium diem. id, ne te diutius torqueat est eiusmodi, ut ioci causa, quod quidem Cic. ad illū scribens more suo ferè semper facit, & Treuiri, & capitales in ambigui gñe bnt posita. nam cum uideatur mone si illum, ut uitet Treuiros Galliæ populos, qui ca pitales bellicosiq; sint; ludit cum in Treuirorum, tum in capitalium uerbo. erant. n. Romæ magistratus, trium uiri capitales, qui etiam Treuiri dicebātur. sed qm̄ hoc ipsum Triumuirū nomen iterum in ambiguo poni poterat, cum essent ēt apud Romanos Triumuiri pecuniæ cudendæ, quos ita inscribebant, A.A.A. F.F. hoc est Auro, Argento, Aere Flando Feriundo, iocatur iterū in hoc uerbo, luditq; Cicero, ut mihi quidem vr̄, bellissime, addēs, mallē Treuiros istos esse pecuniosos, q̄ bellicosos; vt Cæsare eos uincēte tu ditesceres. itaq; infert, mallem esse treuiros auro, argē to, ære, q̄. s. capitales. Triumuiros aūt Treuiros solitos dici, Liuius satis loculples esse testis potest. cuius sunt hæc in li. xl. Colonia Grauisce eo anno deducta est in agrum Etruscum, de Tarqui niensib. quondam captum, quina iugera agri data. Treuiri deduxerunt C. Calpurnius Piso, P. Claudius Pulcher, C. Terentius Hister. Qd̄ uero Triūuiri pecuniæ sic, ut dixi, inscriberent, est apud me nummus æreus perantiquus ita inscriptus: C. PLOTIVS III VIR. A. A. A. F. F. sunt & alij nummi aliorum nominum, eiusdem tamen tituli, quos inspicies, cum uoles. Hęc ad te scripsi cum domum rediissem, & nummos, ac librum sumpsissem amore tui admonitus. Vale. Prid. idus Iun. M. D. XXXII.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Accusat iocose Trebatium, quod nihil ad eum scribat.

CICERO TREBATIO S. D. 14

CHRYSIPPVS Vettius, Cyri architecti libertus, fecit, ut te non immemorem putarem mei: salutem enim mihi uerbis tuis nunciauit. ualde iam lautus es, qui grauare literas ad me dare, homini præsertim prope domestico. quòd si scribere oblitus es, minus multi, iam te aduocato causa cadēt sin nostri oblitus es: dabo operam, ut istuc ueniam ante, quàm planè ex animo tuo effluam. sin æstiuorum timor te debilitat, aliquid excogita, ut fecisti de Britannia. Illud quidem perlibenter audiui ex eodem Chrysippo, te esse Cæsari familiarem. sed mehercule mallem, id quod erat æquius, de tuis rebus ex tuis literis quamsæpissime cognoscere. quod certe ita fieret, si tu maluisses beneuolentiæ, quam litium, iura perdiscere. Sed hæc iocati sumus, & tuo more, & non nihil etiam nostro. Te ualde amamus, nasque à te amori tum uolumus, tum etiam confidimus. Vale.

HVB. CHRYSIPPVS] Ostendit se conqueri Cic. iocose, & familiariter de Treb. quòd nihil ad eum scriberet, sed tamen re uera serio eum accusat. [Architecti) Principis fabrorū. [Tuis uerbis) Tuo nomine. [Valde iam lautus es]. i. ualde delicatus, & irridet eum Cic. & latenter accusat. [Qui grauare] Quem pigeat. [Quòd si) h. d. Cic. si omnino oblitus es scribere ita. ut amplius nescias, non eris amplius aduocatus, & pauci perdent litem te aduocato, sin autem es oblitus tantummodo scribere ad me, ueniam ad te, antequā excidā penitus ex memoria tua. [Minus multi) Nō mul ti, pauci. [Cadent causa] amittent litē, quod faciunt qui non rectè egerint. [Te aduocato) Te litem agente. [Nostri) Mei Cice. [Effluam) Excido. [Sin æstiuorum) Confutat aliam causam quā posset afferre Trebatius. [Timor ęstiuorum] Timor commorandi in æstiuis. [Excogita) Inueni, meditare. [Vt fecisti de Britannia) In qua, ne morareris causas inuenisti. [Mallē ex tuis literis) quàm ex uerbis aliorum. [Cognoscere) Deest, vt cognoscerem. [Id qd̄ erat æquius). i. id quod magis decebat. nā debuerat potius scribe re de reb. tuis [Iura beneuolentię, quàm li.]. i. ita si uoluisses stude re, quo seruetur beneuolentia, sicut didicisti, quō agantur lites.

ASC. CHRYSIPPVS &c.] Conqueritur, ut vr̄, ioco, sed tñ serio, q Treb. nihil scripserat dicens: Chrysippus Vettius libertus Cyri architecti. i. princip:s ædificatorū, fecit, vt nō putarē te immemo rē mei. nunciauit. n. mihi uerbis tuis salutē. Tu es iam ualde lautus. i. delicatus, q grauare. i. grauaris, dare literas ad me pręsertim homini prope. i. quasi domestico, uidelicet Chrysippo. Quòd si oblitus es scribere, minus multi cadent, sup. à cā sua. i. amittent rem in lite, te aduocato, cum aduocati soleant defensiones scribe re. Sin tu es oblitus nostri, dabo operam, ut ueniā istuc. s. ubi tu es. anteq̄ effluam. i. celeriter elabar, planè. i. oīo, ex animo tuo. Sin. i. sed si timor æstiuorum. i. bellorū, quæ proxima æstate gerēda sint debilitat te, excogita aliquid. i. aliquā occasionē nō proficiscēdi ad locū prœlij, ut fecisti de Britannia, iam. n. in Germaniam res translata era. . Audiui quidem illud libenter ex eodem Chrysippo te esse familiarem Cæsa. sed mehercule mallem id, quod erat ęquius. i. iustius uidelicet, me cognoscere quā sępissime ex tuis li teris, q̄ ex relatu aliorū, de rebus tuis, qd̄ certe fieret ita. i. quod tu faceres, si maluisses perdiscere, iura beneuolentię. s. in amicos, quàm litium. i. si ēt legem amicitiæ, quàm iuridicā calleres. Sed nos iocati sumus hæc, & tuo more, qui libenter iocaris, & non ni hil etiam nostro. s. more. Nos amamus ualde te, & tum. i. simul vo lumus, tum. i. simul confidimus etiam nos amari à te.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Familiaris epistola, qua dicit se absentia Trebatij propter amorem torqueri. Gratulatur deinde illi, quod Mario se insinuauerit.

CICERO TREBATIO S. D. 15

QVàm sint morosi, qui amant, uel ex hoc intelligi potest. Moleste ferebam antea, te inuitum istic esse: pungit me rursus, q scribis te esse istic libenter. neque. n. mea commē datione te non delectari, facile patiebar: & nunc angor. quidquam tibi sine me esse iucundum. sed tamen hoc malo nos ferre desiderium, quam te non ea, quæ spero consequi. Quòd uere in C. Marij suauissimi, doctissimiq; hominis, familiaritatem uenisti; nō dici potest, quam ualde gaudeā: qui, fac, ut te quā maxime diligat. mihi crede, nihil ex ista prouincia potes, quod iucundius sit, deportare. Cura, ut ualeas.

QVAM sint] Primū moleste tulerat Ci. ut uisum est superius, q Trebatius inuitus esset in Gallia, nunc autem sibi etiam molestum esse dicit, quòd scripserit se libēter esse, q̄ qui dem uidētur esse cōtraria, sed hoc ex amore fieri esserit. [Quam) Quantū. [Morosi) Varijs moribus mutabiles. [Qui amant) Qui prosequuntur aliquem amorem. [Vel). i. maxime. Pungit) Offendit displicet mihi. [Neque enim) Ratio primæ partis, quare molestè ferret, q inuitus esset cū Cæs. Non delectari commendatio ne mea]. i. non hr̄e commendationem meam gratam, quod ita esse uidebatur, qñ uolebat ea uti. [Et nunc) Ratio secundæ partis. [Sine me). i. me absente, uellem enim, ut essemus una [Malo] Potius uolo. [Hoc desiderium) Absentiæ. [Quę spero] Honorem, & facultates. [Venisti familiaritatem] Iudicio tuo, non casu, fecisti cum tibi amicū, & es familiaris. [Qui] Marius. [Quid iucundius sit]. s. ut diligaris ab ipso Mario tali uiro. HVB.

QVAM sint. &c.] Iocādo dicit se moleste ferre id, quod prius placuit, Galliam uidelicet placere Trebatio, deinde laudat, & cō mendat familiaritatem eius, cum C. Mario, quam, ut ex superioribus epist. patet, Cic. ipse magnopere obseruabat. Morosus à moribus prima longa dicitur, qui difficilis est, & uarius & moribus, ut cuius mores alij ferre nō pñt, ut pote cui nunc hoc, nunc illud placet, & utrunque sine comitate. Sed ordo est: Potest intelligi, utrunq. impersonaliter capitur, quam. i. quantum morosi. i. anxij & uariorum, & difficilium morum sint supp. i. qui amant, uel. i. ēt ex hoc. i. ex hac re, quam dicturus est. Ego ferebam. s. antea moleste te esse istic. i. in Gallia, aut apud Cæs. inuitum, pungit. i. dolore afficit me rursus. i. ē contrario, q scribit te esse istic libenter. Probat utrunq; addes. Neq; . n. patiebar facile te non delectari commēdatione mea. s. qua te commēdabam Cæsari, hoc aūt ideo fiebat, quia inuitus apud illum erat, quod Cic. tunc moleste ferebat, & ego angor nunc, quidquam esse iucundū tibi sine me. sed tamē ego malo. i. magis uolo, nos ferre. i. pati, hoc desiderium. s. tui absentis, quàm te nō consequi. i. obtinere à Cęs. ea quę spero. s. te cō secutum. Verò, pro sed, non potest dici, quam. i. quantum, ualde gaudeam, quia uenisti in familiaritatem Caij Marij hominis sua uissimi, & doctissimi, q. s. Marius, fac ut diligat te quā maxime. Satis consueto more ponitur. Qui, sed non construitur cū uerbo fac, sed cum diligat. Consuetius diceretur, sed nō elegantius, fac igitur ut, is, te quā maxime diligat, &c. Crede mihi tu nihil potes portare ex ista prouincia. s. in qua apud Cæs. militas, quod sit iucundus. s. quàm diligi à tali uiro. Cura ualeas. i. sis sanus. ASC.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Iocatur in Trebatium, qui conquestus fuerat, se non sine honorum, quos Romæ adipisci cuius potuerat, damno in prouincia hærere. Deinde petit, ut scribat Trebatius, quando in urbem sit uenturus.

CICE-

CICERO TREBATIO S. D. 16

IN equo Troiano scis esse in extremo: SERO SAPIVNT. tu tamen mi Vetule, non sero. † *primum illas rabiosulas, sat fatuas dedisti. deinde, quod in Britania non* † *nimis φιλοθέορων te præbuisti, plane non reprehendo, nunc uero in hibernis iniectus mihi uideris; itaque te commouere non curas.* VSQVEQVAQVE *sapere oportet. id erit telum acerrimũ. Ego, si foris comitatem, Cneo Octauio, familiari tuo, non defuisse: cui tamen dixi: cum me aliquoties inuitaret, oro te quis tu es? sed mehercule, extra iocum, homo bellus est: uellẽ eum tecum adduxisses. Quid agatis, ecquid in Italiam uẽturi sitis hac hyeme fac plane sciam, Balbus, mihi confirmauit te diuitem futurum. id utrum Romano more locutus sit, bene nummatum te futurũ, an, quo modo Stoici dicunt, oẽs esse diuites, qui cœlo, & terra frui possunt, postea uidero. Qui istinc ueniunt, superbiam tuam accusant, quòd negent te percunctantibus respondere. sed tamen est, quod gaudeas: constat. n. inter omnes, neminẽ te uno Samarobrinæ iuris peritiorẽ esse. Vale.*

† alias, primas † alias, minus quam Philoctetem

HVB. IN equo Troiano] Cupiebat Trebatius cito consequi aliquem magistratum, quod cum fieret serius, quàm uolebat, quæstus fuerat de Cic. qui eum misisset in prouinciam, ubi tantopere nihil adhuc egisset, ad quod Cice. respondet satisfacere. Deinde petit, ut scribat quando in Italiam uenturus sit. Postremo se intellexisse à Balbo eum futurum diuitem, sed cupere intelligere quomodo intelligat diuitẽ, an opinione philosophica, an opinione communi, & maxime Romanorum. [In equo Troiano) Nomen est tragediæ, ut diximus supra in epist j. huius lib. 6. [In extremo) In fine. [Sero Sapiunt). i. homines sero cognoscunt quid utile sit, cum non pñt prouidere. est aũt sententia in oẽs, quos facti minus considerati pœnitet, sicut Troianis accidit, qui sero cognouerunt non fuisse fidendum equo, & hostibus. Hanc sententiã Græci sic dicũt, ἀφονήπτεις ἔγνω. i. passus stultus cognouit. [Tu tñ) Accõmodata sententia Trebatio p contrarium. Pigebat .i. eũ expectare opportunitatem temporis, quod sibi à Cæs. prouideretur, quare dicit eũ nõ sero sapere, quia cito uellet rebus suis consulere. [Non sero) Subaudi sapis, deest. n. uerbum. [Primum illas). s. literas tuas. [Rabiosulas) Asperas, mordaces, & pro me conquerentes uehementius. [Fatuas) Insipidas, neque enim erat iusta causa querelæ. dicuntur enim fatui multum loquentes, & qui nec quod ipsi, nec quod alij fantur, intelligunt. Deinde scripserat Trebatius se fuisse Cæsari in Britannia fidelissimum, sicut olim fuerat Philoctetes Herculi, cui fuerat amicissimus, nota ẽ fabula. [Nõ minus, quàm Philocteten). i. non minus fidelem, & sociũ Cæs. q̃ Philoctetes Herculi. [Non reprehendo). i. laudo, liptote. [Iniectus] Impositus, inclusus. [Vsquequaque) Assidue, semper. [Telum) Translatio est, telum enim pro defensione ponitur, & tutamine. [Acerrimum) Validissimum. [Foris) apud alios extra domum meam. [Non defuissem) In cœna, idest ei obtẽperasse. [Cui) Cn. Octauio. [Aliquoties) Sæpiuscule. [Oro te) Interrogantis est. [Quis tu es?) scilicet qui uelis haberi in cœna apud te talem, qualis ego sum. [Sed mehercule) Vt uitet arrogantiam ostẽdit Cic. se potius ea uerba ioco, quàm seriò dixisse. [Extra iocum). i. sine ioco. [Bellus) Nõ pulcher intelligitur, sed bonus, est .n. bellus diminutiuũ à bono. [Ecquid). i. an, uel ne, uel nũquid. Don. in Eun. [Romano more) Romani. n. qui pecunijs abũdant, eos diuites dicũt. [Bene nummatũ] Bene pecuniosum. Horat. At bene nũmatũ decorat suadela, Venusque. [Frui cœlo, & terra). i. uita. Virg. Quẽ si fata uirũ seruãt, si uescitur aura Ætherea. Percũctãtib.) Interrogantib. sic supra ad L. Val. Qui istinc ueniunt partim te superbũ dicũt, q̃ nihil respõdeas. [Sed tamen est] Deridet eũ Cic. nulla. n. aũt parua laus est inter imperitos peritissimũ iudicari. [Samarobrinæ) Vbi nullus est, q̃ iuris cognitionẽ habeat. [Iuris peritiorem). i. qui melius intelligat ius ciuile, is. n. dr̃ iurisperitus. Horat. Agricolam laudat Legum, iurisque peritus.

Bellus Ecquid

Iurisperitus

ASC. IN equo Troiano &c.] Questus fuerat Trebat. quòd nondum magistratum assecutus erat, cui respondet Cic. ac epist. iocando, disputatque quomodo intelligat Trebat. futurum diuitem. Sanè controuersia est inter doctos de lectione huius epistolę. Angelus .n. Polit. homo anxie doctus non Philotectẽ, sed Philocteorum legẽdũ esse cõtendit, quod eius imitatorem Petro Chrin. nõ placet. qui li. 3. c. 12. disciplinæ honestæ ita scribit: M. C. locus expo nẽdus est in epi. ad Trebat. iuriscõs. quo loco de Philoctete agit cui similem dicit Trebat. in locis uarijs peragẽdis, deinde in Britãnia, inquit, nõ minus quã Philocteten te pbuisti, plane nõ reprehẽdo. Quibus uerbis Cic. significat Trebat. ipsum parũ certo loco cõsistẽr, sed pegre uagari, & spectacula cõplura q̃ritare ad exẽplũ Philoctetis, ut ex Græcis quoq; fabulis colligimus, in quibus Philoctetes inducit̃ post acceptã iniuriã p uarias urbes, ac regiones d̃ferri. Sed eiusdẽ Ci. uerba repetẽda sũt ex epistola ad Q. fr. ut apertius intelligamus, q̃ sit absurda hoc loco mẽtio de Philocteoro, de rep. inquit, nimiũ te laborare doleo, & meliorũ ciuẽ esse q̃ Philocteten, qui accepta iniuria illa spectacula q̃rebat, qui tibi, acerba esse uideo. Ex his autem uerbis nemo est, qui non uideat Philocteten esse legendum, non Pilotheorum, quando, & ueteres quoque codices huic sententiæ astipulantur. Qđ ego cum Politiano retulissem, ingenue quidem, & amice professus est, non fines modo se hac in re, sed ipsam quoque possessionem concedere. Hæc ille. quibus astipulandum censeo. Ordo autem est: Tu ò Trebati, scis esse in equo Troiano, in ea fabula, q̃ ab equo Troiano nomẽ sumpsit, in extremo. i. in extrema parte fabulæ. Sero sapiunt supp. Phryges, quod in prouerbium abijt, de ijs, qui post rem prudentes fiũt, cum serum est. Vnde nascitur in Similem sententiam alterum adagium. Passus stultus cognouit. hoc est accepto uulnere, aut incommodo cognouit primũ se male agere. prudentis autem est, ut Cic. alibi docet, non cõmittere. ut dicẽdum sit, non putaram. Sed ordinem prosequamur. Tamẽ tu mihi uetule. i. aliquantulum ueterane, & experte, nõ serò sup. sapuisti, primum sup. q̃ dedisti illas, &c. aut non sérò. i. nõ minus tarde dedisti, illas primas. s. tuas resolutas. i. mordaces Rabulas uocãt, sat. i. satis, fatuas. i. insulsas, & sine ratione mordentes. Deinde non reprehendo plane, quod prębuisti te in Britannia non minus, quã Philoctetẽ. i. solertem comitem Cęsaris, ut Philoctetes erat Herculis, & indagatorẽ locorũ minorũ, & uariorũ spectaculorũ, ut ex uerbis à Crinito citatis iam clare patuit. Vero. i. sed, tu uideris mihi nunc in hibernis. cum sis in hibernis. i. locis tuis ubi milites hiemare solent. dum p tempestatem rem gerere non licet iniectus. i. torpens, & immobilis, ut iniectus, aut in saccum, aut in antrum suum tpe hiemali, qđ dormitando absumit. Itaque. i. & ita cũ sis quasi iniectus securus & torpens, tñ non curas te commouere, quod laudabile nõ est, quia oportet sapere usquequaque. i. oĩ loco & tpe, id telum. i. id uerbum reprehẽsorium erit acerrimũ. s. cui resistere nequeas, cũ nõ possis inficiari, quin uerum sit, etsi uerũ est, nullus erit locus, nullũq; tps inertiæ, & ignauiæ. Nunc redit ad aliã partem epistolæ Trebatianæ. scripserat. n. Trebatius gratum sibi fore, si Ci. familiaritatẽ cũ Cn. Octauio contraheret, ad quod apud Cic. more suo iocaus dicit: Si ego cænitarẽ. i. essem eius cõsuetudinis, ut cœnarem frequenter foris extra domum meã, nõ defuissem s. in cęna Cn. Octauio familiari tuo, cui tñ dixi. s. satis superbe, & cõtumeliose, cũ inuitaret me. s. ad cœnam aliquoties. i. aliquantulum frequenter, oro te. i. quæso, dic mihi, quis es tu? s. ut apud te cœnẽ. Sed mehercule extra iocum supp. loquor, aut dempto ioco, quo uti nescis, ipse est homo bellus. i. aliquantulũ bonus, & lepidus. uellem adduxisses cũ tecũ. s. in expeditionẽ, ut oblectet. q. d. mihi. n. uoluptatem afferre nequit. Fac sciam plane. i. oĩno, quid agatis. s. uos oẽs, Cæsar, tu, & reliquus exercitus. & ecquid. i. an ne uẽturi sitis hac hieme in Italiam. Balbus cõfirmauit mihi. i. firmiter asseruit te futurũ diuitẽ, ego uidero. i. disquisiuero, hoc est disquirã, aet pmitte, ut disquirã postea, utrũ. s. Balbus locutus sic te diuitẽ futurũ more Ro. i. quo Romani aliquẽ diuitẽ censent, vtpote te futurũ bene. i. multum nũmatum, i. nũmis abundantem, an quo mõ Stoici dñt oẽs esse diuites, q pñt frui cęlo, & terra. i. hac uita, in qua uescimur, & aura ætherea, & terra crescẽtibus, aut q̃cunq; cõtingunt, & in hac uita quæ per terram significatur, & futura, quæ p cęlum, si modo dixero: Stoicos cognouisse uitã hoĩum in cœlo futuram. Sup. hoĩes aut nunci j, qui ueniunt istinc. i. è Gallia, ubi tu es, accusant. i. arguũt, & reprehendunt superbiam tuam, q̃ negent te respondere. i. quia dicunt te non respondere percũctãtibus. i. te sciendi causa aliquid interrogantibus Sed tñ est, quod i. pp quod gaudeas. Enim. i. quia, constat. i. sine controuersia tenetur inter oẽs, neminẽ esse peritiorem iuris te uno. i. solo, Samarobrinæ. i. in ea urbe Britanniæ, per quam totam insulam ittelligit.

PAVL. MAN. NON nimis φιλοθέορων] Aliter antea in omnib. impressis. nos, ut in nostro libro legitur, emendauimus, & impressimus septimum abhinc annum. iocans. n. ut solet, dicit se Trebatium non reprehendere, q̃ non nimis spectandi cupidus fuerit. i. q̃ in Britanniam profectus non sit, ut essedarios spectaret, tacite autẽ ut ignauum, & pusilli animi subaccusat, qui Cæsarem in Britanniã sequi ad bellum noluerit. [Respondere) Negant, inquit, esse qui percunctentur, cum homines te iureconsultum imperitum existiment.

sument. iocatur enim in uerbo respondere, q.d. negant te habere, cui respondeas, cum.s. nemo te consulat.

Ex miscellaneis Angel. Po. c. 87.

IN equo Troiano scis esse, in extremo: Sero sapiunt) Ita scriptum ferè in cunctis exemplaribus inuenitur. [Deinde, quod in Britannia non minus, quàm Philocteten te præbuisti, plane non reprehendo] Diu me torseram, maceraueramq; eliciendo sensum de uerbis his, neque procedebat. Quorsum enim de Philoctete hic Cice.? Sed enim postea codicem illum uetustissimum Laurentij Medices opera sum nactus, quem, & superius citaui, minus multo, quàm ceteri, deformatum, inquinatum, peruersum, conturbatum, nam in eo sic erat. [Deinde, quòd in Brittannia non minus Philotheorum te præbuisti, planè non reprehendo] Nam Philotheorus is est, qui spectationum studiosus, qualem se Trebatius in Britannia præbuerat, dum prœlium fugitans ocio se asserit, in armis medijs. Ex quo Ciceroni materia ioci, & cauilli.

Pe. Cri. lib. 3. cap. 12.

M. Ciceronis locus exponendus est in epistola ad Trebatiũ iurecõsultũ, quo loco de Philoctete agitur, cui similem dicit Trebatium in locis uarijs peragendis. [Deinde, ꝙ in Britãnia, inquit non minus, quàm Philocteten te præbuisti, planè non reprehendo] Quibus uerbis Cicero significat Trebatium ipsum parũ certo loco consistere, sed peregre uagari, & spectacula complura q̃ritare, ad exemplum Philoctetis, ut ex Græcis quoq; fabulis colligimus. in quibus Philoctetes inducitur, post acceptam iniuriã per uarias urbes, ac regiones deferri. Sed eiusdem Ci. uerba repetenda sunt ex epistola ad Q. F. vt apertius intelligamus, quàm sit hoc loco absurda mentio de Philotheoro: De rep. inquit, nimiũ te laborare doleo, & meliorem ciuem esse, quàm Philocteten, q accepta iniuria, illa spectacula quærebat, quæ tibi acerba esse video. Ex his autem uerbis nemo est, qui non uideat Philocteten esse legendum, non Philotheorum, quando, & ueteres quoque codices huic sententiæ astipulantur. Quod ego cũ Politiano retulissem, ingenue quidem, & amice professus est, non fines modo se hac in re, sed ipsam quoque possessionem concedere.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Laudat Trebatium, quod iam constantiam quandam induerit, & in prouincia libenter maneat. deinde Trebatij præsentia se agere posse carere dicit; et, quantum illum Cæsari commendaret, exponit. postremo hortatur, ut commode Cæsare fruatur.

CICERO TREBATIO S. D. 17

EX tuis literis, & Quinto fratri gratias egi, & te aliquando collaudare possum, quòd iam uidebis certa aliqua in sententia constitisse. nam primorum mensium literis tuis uehementer commouebar, quòd mihi interdum (pace tua dixerim) leuis in urbis, urbanitatisq́, desiderio, interdum piger, interdum timidus in labore militari, sæpe autem etiam, quod à te alienissimum est, subimpudens uidebare. tanquam enim syngrapham ad imperatorem, non epistolam, attulisses, sic pecunia ablata, domum redire properabas: nec tibi in mentẽ ueniebat, eos ipsos, qui cum syngraphis uenissent † Alexandriã, nullum adhuc nummum auferre potuisse. Ego si mei commodi rationem ducerem, te mecum esse maxime uellem: non .n. mediocri afficiebar uel uoluptate ex consuetudine nostra, uel utilitate ex consilio, atque opera tua: sed cum te ex adolescentia tua in amicitiam, & fidem meam contulisses; semper te non modo tuendum mihi, sed etiam augendum, atque ornandum putaui. itaque quoad opinatus sum me in prouinciam exiturum; quæ ad te ultro attulerim, meminisse te credo. Posteaquam mea mutata ratio est: cum uiderem me à Cæsare honorificentissime tractari, & unice diligi hominisq́; liberalitatem incredibilem, & singularem fidem nossem; sic ei te commendaui, & tradidi, ut grauissime, diligentissimeq́; potui quod ille ita, & accepit; & mihi sæpe literis significauit, & tibi uerbis, & re ostendit, mea commendatione sese ualde esse cõmotum. Hunc tu uirum nactus, si me aut sapere aliquid, aut uelle tua causa putas, ne dimiseris: & si qua te forte res aliquando offenderit, cum ille aut occupatione, aut difficultate tardior tibi erit uisus, perferto, & ultima expectato, quæ ego tibi & iucunda, & honesta præstabo. pluribus te hortari non debeo; tantum moneo, neq; amicitiæ confirmandæ clarissimi, ac liberalissimi uiri, neque uberioris prouinciæ, neque ætatis magis idoneum tempus, hoc si amiseris, te esse ullum unquam reperturum. hoc quemadmodum uos scribere soletis in uestris libris, idem Q. Cornelio uidebatur. In Britanniam te non esse profectum, uehementer gaudeo; quòd & tu labore caruisti, & ego te de rebus illis non audiam. ubi sis hibernaturus, & qua spe, aut conditione, perscribas ad me uelim. Vale.

HVB.

EX tuis] Opera Q. fratris Cic. Trebatius, qui antea inuitus fuerat in Gallia, mutauerat animum, & scripserat se libenter esse, de quo dicit Ci. se egisse gratias Q. fratri suo, & laudare ipsum Trebatium, qui constantis animi esse cœpit. Deinde dicit se ferre eius desiderium ꝑpter eius utilitatem, & commemorat q̃ diligẽter eum commendauerit Cæs. & quanti fecerit Cæs. cõmendationes suas. Itaq; eum hortatur, ut fruatur commoditate hoís, tpis, & loci. [Ex tuis literis] pp tuas literas, quib. ad me scripsisti te ab eo adiutum fuisse. [Aliqñ) Tandẽ. [Constitisse) Fecisse constantiam, confirmatum esse [Primorum mensium] Quibus in prouinciam profectus fueras. [Cõmouebar] Indignabar. [Pace tua dixerim) Honestius reprehẽdẽdi mos, prius captata uenia. [Pace tua] idest, tua uenia, te non irascente. [Leuis] Mutabilis. [Vrbanitatis] Vitę ciuilis uiuẽdi in urbe. [Impiger] Promptus. [Timidus] Ecce leuitas, quia qui impigrum se interdum ostendebar, interdum timidus uidebatur. [Sæpe etiam] Subaudi, commouebar. [Alienissimum à te). i. extra te, & ferè sine ratione, neque is, qui esse cõsueueras. [Subimpudẽs]. i. aliquantulum sine uerecundia. [Tãquam .n.] Probat ꝙ uideretur subimpudens. quia uoluisset statim ditari à Cęs. tanq̃ attulisset ad eum cedulam, & scriptum aliquod de accipiẽdis pecunijs, & non literas cõmendatitias. [Syngraphã) Scriptum de capiẽda pecunia faciens fidem. [Ablata) Quasi abrepta, & subito accepta [Nec ueniebat in mẽtem]. i. nec cogitabas. [Alexandriam) Vbi scripti fuerant milites. [Ego) Ostendit Ci. se ferre desiderium Trebatij propter eius utilitatem. nam si suam respiceret, deberet magis optare eius pñtiam. [Ducerẽ rõnem mei cõmodi). i. si respicerem, & ęstimarem cõmodũ meum. [Mecũ) Apud me. [Ex cõsuetudine) Ex cõuersatione, & cõsilio, quod mihi dabas utilissimum [Opera) Auxilio, quod mihi pręstabas. [Cõtulisses te, dedisses te. [Tuendum) Defendendum. [Ornandũ) Dignitatibus decorãdum. [Quoad). s. tempore [Opinatus sum] Existimaui. [In prouinciam] Quæ erat mihi decreta. [Exiturũ. [Profecturum Roma. [Ratio] Institutio. [Est; cum) qa decreui nõ exire, in prouinciam. [Tradidi) Eius fidei credidi. Virg Nuper mihi tradidit Ægõ. Horat. in epist. Scilicet ut ubi se laudare, & tradere coner. & ipse supra ad Cæs. Totum denique hominem tibi trado. [Grauissime] Honorificentissime. [Quod) quam rem. s. ꝙ ei recõmendauerim, & tradiderim. [Accepit) carum habuit. [Verbis] Dicendo tibi. [Et re). i. effectu, quia te multum subleuabit. [Hunc) talem Virg. Hunc ego te Euryale aspicio. [Nactus] Qui inuenisti. [Ne dimiseris) Pro ne dimittas. s. ne reli. quas. [Et, si qua] duæ partes sunt. [Offenderit te) Displicuerit tibi, affecit te molestia. [Occupatione) Cum erit intentus maioribus negocijs [Aut difficultate) Cum erit durior in te admittendo, & cum non ita tibi assequetur, ut uelles. [Perferto) Tolerato. [Vltima) Finem. Est ãt optimum præceptũ ad eos, qui apud magnos uiros uiuunt, ut tolerẽt si qua in principio minus prospera eueniũt, & expectent finem, quia modo bene agas, quod differtur, non aufertur, cũ agas apud uiros liberales, qualis erat Cæs. [Iucunda & honesta]. i. & læta plena honoris. [Præstabo) Efficiam [Tãtum) Solummodo. [Moneo te] Dico tibi. [Vberioris] Ditioris. [Neque ætatis] Quia nunquam eris aptior laboribus, quã nunc. [Vt uos] Iuriscõsulti. [In uestris lib.] Legalib. ubi soletis ita dicere, hoc Scæuolæ placet, & affirmatis sentẽtias uestras auctoritate aliorum. [Idẽ uidebatur Q. Cornel.]. i. idem existimabat Q. Corn. s. ut tu expectares ultima, & finem rerum, quem tibi lætum, & honestum reddam. Te nõ profectum] Non iuisse, scripserat. n. Trebatius se noluisse ire in Britanniam, sed remãsisse in Gallia, Quod & dicit duas causas esse, quare gaudeat Treb. non iuisse in Britanniam, quia Treb. labore caruit, qui fuisset ferendus in Britãnia, & ipse Cic. nõ audiuit Treb. quærentem, de illis rebus Britãnicis. [De reb. illis] Asperis, & periculosis. [Hibernaturus] Mansurus ac hyeme. [Qua spe). s. melioris, uel deterioris fortunæ. [Conditione, Præsenti statu.

ASC.

EX tuis literis &c.] Laudat Cic. quòd Treb. ex consilio Q. fratris sui Gallis placebat, monetq́. ut utilitati suæ consulat, & vtatur commoditate temporis, & Cæs. cui eum diligenter commendat. Ordo autem est: Ego, &. i. simul, egi, ex literis tuis. i. postquã legi literas tuas, ex ijs, q̃ in literis tuis erant, g̃ras Q. fratri. s. meo. est. n. Cic frater, & possum collaudare te aliquando. i. tandem, ꝙ

uideris iam constitisse in sentẽtia certa.i.proposito firmo. Nam ego commouebar uehementer literis primorum mẽsium.i.quas primis mẽsibus,postquam hinc profectus eras,ad nos dedisti, ꝙ videbare mihi interdũ,dixerim.i.liceat mihi id dixisse, pace tua .s.salua,leuis.i.mobilis,& inconstans,in desiderio urbis.s.Romæ, & urbanitatis.i.urbanæ uitæ,& politiæ Romę, & uidebare interdũ impiger.i.acer,& strenuus.interdũ timidus ĩ labore militari, & ita incõstans, ac leuis fuit,autem.i.sed, uidebare etiã sępe sub impudens.i.aliquantulum,licet non plane impudens, quia ea, q̃ non debebat petebat ut supra patuit tribunatus cõmoda sine labore militiæ,quod.s.esse impudentem, est alienissimum à te.i. à consuetis moribus tuis.Probat impudentem fuisse.Enim.i.quia tu ꝓperebas pecunia.s.ex stipẽdio assignata,ablata ꝓperabas domum sic,tanq̃ attulisses ad Imperatorẽ.s.Cæs.syngraphã.i.schedulam,expectatione cõscriptã,in qua obligatus esset Cęs.eam afferenti statim pecuniam numerare,& non sup.attulisset epistolã .s.commendaticiam,qua te illi cõmendauerã, ut in militia te humaniter tractaret, nõ ut recepta pecunia statim abires. Hoc ueniebat tibi in mẽtẽ eos ipsos,q uenissent Alexãdriã.i.in eam urbẽ,ubi scripti fuerant milites,cũ syngraphis.i.scriptis obligatorijs nullũ potuisse adhuc auferre nummũ.Ego si ducerem rõnẽ.i. haberẽ respectũ cõmodi mei,uellẽ maxime te esse mecũ,non.n. afficiebar mediocri, uel uoluptate,ex cõsuetudine.i. cõuersatione,& cõione nostra,uel utilitate ex cõsilio.s.tuo,& opera tua.s.labore & industria. Sed cum cõtulisses te ex.i ab adolescẽtia tua in amicitiã,& fidẽ meã,ego putaui te semper, non mõ tuendum.i. ꝓtegendum mihi.i.à me,sed ẽt augendum, atq; ornandum.s.honorib.& diuitijs.Itaque.i.& ita, quoad.i quandiu, opinatus sum exiturũ in prouinciam,credo te meminisse, quæ attulerim ultro .i.non rogatus,ad te,q.d.promisi te mihi Legatum, aut Quæstorem fore.Posteaq̃ mea ratio.i.condõ est immutata,quia ꝓuincia nõ erat mihi cõmissa,cũ uiderẽ me tractari honorificentissime à Cæs.& diligi unice.i.singulariter,ut parentes unicũ diligũt filiũ. & nossem.i.cognouissem liberalitatẽ hoĩs.s.Cęs. & incredibilẽ, & singularẽ,fidem.i.fidelitatẽ, in amicitia cõseruanda,aut pollicitis exequẽdis.Ego commẽdaui, & tradidi.i.fidei commisi,ei .s.Cæs.te sic, vt potui,grauissime,& diligentissime, qđ.i. quã cõmendationem meã,ille.s.Cæs.&.i.simul,accepit ita.s.grauissime & diligentissime a me factã, & significauit.s.indicauit mihi sępe literis.s.suis,& ostẽdit tibi uerbis,& re,sese esse ualde commotũ .i.affectum erga te,cõmẽdatione mea. Tu nactus.i. adeptus hũc .i.talem uirũ,ne dimiseris.i.caue dimittas,si putas me,aut sapere aliquid,aut uelle aliquid cã tua.i.ꝓ utilitate tua. Vr̃ hoc loco, aut,copulatiue debere accipi,nam alterũ non sufficeret.Si.n.maxime saperet Ci. & nõ bene uellet Tr b stultus esset si illi acquiesceret.& contra si optime uellet,nec quidq̃ saperet,nõ esset illius cõsilio stãdũ. Et si qua.i.aliqua res offenderit.i.lęserit,& displicẽtia affecerit forte aliqñ te.s.apud Cæs.Cũ ille.s.Cęs.erit uisus tibi tardior.s.ad uota tua perficienda,aut occupatione.s.sua,aut difficultate.s.rei, quã petieris,pferto.i.ad finẽ usq, ferto, & expectato ultima.i.exitũ rei,quę.s.ultima,ego p̃stabo.i.efficiã,aut exhibebo tibi,iucũda,& honesta.Ego nõ debeo exhortari te pluribus .s.verbis tm̃.i.duntaxat,moneo.s.te tp̃s supp. nullum esse aut fore,magis idoneũ.i.aptũ,neq; amicitiæ uiri clarissimi,ac liberalissimi,uidelicet Cæs.cõfirmãdæ.i.stabiliẽdę,neq; ꝓuinciæ uberioris.i.pingioris,ĩ qua tibi posset cõsulere,neq; ætatis,cũ sis in ætate in qua,& labores obire,& gratiã ꝓmereri facillime possis. Si tu amiseris hoc.s.tpis.i.hanc opportunitatẽ,& occasionem,quia Frõte capillata post hęc occasio calua,sup.moneo te,te nullũ reperturũ eẽ unq̃.s.aliud tp̃s rãtæ cõmoditatis.Hoc idẽ.s.qđ te moneo,uidebatur Q.Cornelio uiro prudenti & tibi amico,qđ supp. per eius auctoritatem confirmo,quemadmodum uos.s. iurisconsulti,soletis scriber̃ ĩ libris.i.instr̃is uestris, dũ opiniones uestras cõfirmatis opinionibus aliorũ iurisconsultorũ subscribentiũ uobis.Ego gaudeo uehementer,& tamẽ prius risit,te nõ esse profectum in Britanniam,superius tñ iocando dixit eum Philoctetẽ, ob talem deambulationem, quod & .i.simul caruisti labore. Et ego,si illic esses,non audiam te de rebus illis, quas illic agas, velim,sup.ut pscribas.i ad perfectũ,& planè scribas, ad me ubi sis hiematurus.i.hiemẽ in hibernis transacturus,& qua spe,aut conditione.i.quam conditionem tib.Cæs.obtuleris,de qua speres.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Scopus epist. adhortatorius est,ut Treb in ꝓposito perseuerãdi in prouincia maneat. Aspersi sunt aliquot ioci suis ex locis petiti,ijsq; notis.

M. CICERO TREBATIO S. D. 16

ACCEPI *à te aliquot epistolas uno tempore,quas tu diuersis temporibus dederas.in quib.me cetera delectarũt:significabant.n.te istam militiam iam firmo aĩo ferre, & esse fortem uirum,& constantem: quæ ego paulisper in te ita desideraui,non imbecillitate animi tui,sed magis ut desiderio nostri te æstuare putarem.quare perge.ut cœpisti: forti animo istam tolera militiã.multa mihi crede,assequere: ego.n renouabo commendationem,sed t pe.sic habeto,non tibi maiori esse curæ:ut iste tuus à me discessus fructuosissimus tibi sit,q̃ mihi.itaq;,quando uestræ cautiones infirmæ sunt, Græculam tibi misi cautionem chirographi mei.Tu me,uelim,de ratione Gallici belli certiorem facias: ego enim ignauissimo cuiq; maximam fidem habeo.Sed ut ad epistolas tuas redeã,cetera belle:illud miror: quis solet eodem exemplo plures dare, qui sua manu scribit? Nam quòd in palimpsesto, laudo equidem parsimoniam:sed miror,quid tu illa chartula fuerit, quod delere malueris,quàm† hæc scribere:nisi forte tuas formulas,nõ enim puto te meas epistolas delere,ut reponas tuas, an hoc significas, nihil fieri, frigere te,ne chartam quidem tibi suppeditare? iam ista tua culpa est,qui uerecundiam tecum extuleris, & non hic nobiscum reliqueris. Ego te Balbo, cum ad nos proficiscetur, more Romano commendabo. Tu,si interuallum longius erit mearum literarum,ne sis admiratus,erã enim absuturus mense Apr.has literas scripsi in Pontino,cum ad uillam M. Aemilij Philemonis diuertissem, ex qua iam audiueram fremitũ clientium meorum, quos quidem tu mihi conciliasti; nam Vlubris honoris mei causa uim maximam ranunculorum se commosse constabat. Cura ut ualeas.6.id. Apr. de Pontino.*

† alias, ex

ACCEPI] Cum antea Trebat.inuitus esset in prouincia,& Ciceroni ad quẽ scripserat, de hac re molestiam attulisset. Postea multis epistolis eodem exemplo scriptis,ut saltẽ una redderetur, ei significauit se iam forti animo ferre labores militiæ, & libenter esse cũ Cę. quod quidẽ rescribit Cic. sibi esse gratum, & sæpe ab eo desiderasse,non quòd æstimaret eũ esse animo imbecilli,sed fortasse,quia nimio amore ipsius Cice.abesse nu posset. Itaque eum hortatur, ut perseueret in proposito, se enim denuo,cum opus fuerit,commendaturum eum Cęs.Postea uero iocatur cum ipso Treb. qui raserat quãdam chartam, ut in ea rursus scriberet.Postremo quædam de seipso cum laude dicit,simulans iocari.[Aliquot) Multas [Cetera) Pendet sensus usq; ad eũ locum,sed ut ad epistolam &c [Significabant) Ostendebant literę meę.[Fortem)In toleranda militia.[Constantẽ) In perseuerãdo proposito [Paulisper) Aliquantulum.[Desideraui) A te optaui te facere. [Non imbecillitate) Excusat Treb. ne uideatur eum accusare leuitatis.Dicit enim se ab eo ita desiderasse, nõ propter imbecillitatem eius animi,sed ꝙ putaret eum uehementer incẽsum esse eius amore,ita ut nõ facile posset abesse [Vt putarem) .i.quod putarem.[Æstuare) ardere,incẽdi.[Vt cœpisti) Ferre istã militiam,& seruare constantiam.[Assequere) Adipisceris,cõparabis.[Renouabo commendationem) .i.rursum, & denuo te cõmendabo Cæs.[Sed tempore]Subaudi renouabo commendationem.i.cum uidebo esse opus.[Fructuosissimus) Vtilissimus.Quã mihi).s.est curæ.[Itaque) Dicit se manu propria scripsisse gręce cautionem quandam ad ipsum Treb. quia uidebat eius cautiones legales non multum ualere ad consequenda ea, quæ cupiebat.[Cautiones] Scientiæ legales [Cautionem Græculam].i præceptum,& institutionem græce scriptam. [Chirographi) Scripti manus meæ. nam χεῖρ, manum significat, γράφω scribo.[De rõne Gallici belli).i.quo geratur istud bellum in Gallia.[Cetera) Illud est,supra dixit cetera me delectarunt.[Belle) .i.satis bene, est autem eclipsis,deest enim scripsisti,uel fecisti.[Plures).s.literas uel epistolas.[Nam quòd in palimpsesto) Quidam habiti nõ eruditi exposuerunt palimpsestum librum esse, in quo Treb. de parsimonia scripsisset. Quidam autem uir doctrina,& fide grauis,mihique familiaris,& literis notauit,& mihi dixit,atque affirmauit se uidisse, scriptum manu Guarrini Veronensis uiri eruditissimi, in quodam eius codice epist. 6. genus ciborum quos confortinos appellant.Palimpsesta autem cõfortinos recoctos. quod quidem miror dictum esse à tali uiro, quia nulla est huius sensus ratio, & tamen ut ab eo dictum credam, facit auctoritas eius,qui retulit,& codici suo ab illius manu inseruit, quasi Delphici Apollinis responsum.Sed nõ omnia possumus oẽs, & qñque

HVB.

Palimpsesta

que bonus dormitat Hom. Verus igitur est hic sensus: psestũ tabulam dici siue carthā, quæ raditur, postq̃ est scripta nā ψάω, rado significat, inde ψεστος tabella rasa qualis solet esse tabella abaci, palimsestus aũt tabella iterũ rasa, nā πάλιν iterũ significat coijcimus igitur Treb. rasisse cartham quæ semel fuerat rasa. Latenter autem Cic. notat eum auaritiæ. Quod in palimpsesto sub audi scripsisti .i. in cartha iterum rasa. [Parsimoniam) Parcitatē, diligentiā in cõseruandis rebus, nā parsimonia est uirtus diligenter res suas seruans, est aũt medium inter auaritiam, & prodigalitatē, ironice tñ locutus est. [Delere) Tollere, abradere. [Nisi forte) Iocať Cic. dicit se credere epist. suas, deleri à Treb. ut illis carthis reponat Treb. non epist. suas, sed formulas legales .i. capita uel titulos legum. [Reponas) Scribas, iterum ponas. [Tuas) .s. epist. ubi erant meæ. [An hoc) Dicit Cice. fortasse hoc fieri à Treb. ut significet se nihil facere, & nihil lucrari in prouincia, ꝙ si ita est, dicit hoc fieri ex eius uerecundia, q̃ nõ audeat petere è Cæs. [An significas hoc) An fortasse uis hoc mihi significare, & ostēdere. [Nihil fieri) A te. [Frigere te) Te cessare, te ociosũ esse. Terent. Nimirũ hic hoĩes frigēt. [Ne charthā quidē] Ergo multo minus maiora [Suppeditare] Subaudi te suppeditař tibi .s. suggerere, sufficere, subministrare. [Tua culpa) Quod nihil facias. [Extuleris) Exportaueris. [Verecundiam) Pudorem & timorem quendam in petendo. [More Rom.) .i. diligentissime. sicut etiā supra dixit [Te) Petit excusationē tarditatis, & dilationis suarũ ad eum literarum. Ordo est. [Tu ne sis admiratus) Pro ne admireris si interuallum meatum literatum erit longius. [Absuturus] .i. discessurus ab urbe [In Pontino) rus in sinu Cumano, ubi, & Põtina palus erat, de qua Iuuen. Et pontina palus, & Gallinaria pinus. Illuc enim se contulerat ad uillā amici, ut ipse dicit [Diuertissem) gratia recreationis iuissem. [M. Æmilij Phillemonis] Nomen propriũ uiri. [Ex qua uilla Æmilij. [Cliētium meorũ) Qui moleste ferrent discessum meum. [Quos cõciliasti mihi) Quos tu mihi coniunxisti ante discessum tuum Galliam. [Vlubris) Oppido Campaniæ, ut supra diximus [Vim) .i. copiam. [Ranunculorum) Iocatur Cic. uocat enim per iocum ranũculos. [Vlubrēses, qui de Cic. loquerentur, eo, ꝙ clamarent tam quam ranæ, q̃ proprie dicũtur coaxare. [Constabat) Manifestũ erat. [Cõmosse) Pro cõmouisse, à rana aũt cũ diminutiuũ deberet esse ranula usurpatũ est ranunculus, quod neque formationem, neq; genus seruat.

ASC. *ACCEPI à te, &c.*] Aegre tulerat Cic. quòd Treb. significauerat se inuitum esse in prouincia, qđ cum accepisset, scripsit multas epist. Cice. significans se fortiter militiam ferre, & libenter, cum Cæs. esse. Quod Cice. nunc sibi placere dicit, iocose tamen more suo cum eo agens. Ordo est: Ego accepi à te uno tempore aliquot epistolas, quas tu dederas .s. miseras ad me, aut dederas tabellarijs diuersis tēporib. in quibus cetera .i. præterquā ꝙ non essent suo tempore perlatæ, placebant mihi. Significabant .n. te ferre iā animo firmo istam militiam .s. sub Cęsa. & esse uirum fortem, & constantem quæ .s. duo iam dicta ego desideraui paulisper .i. per parum temporis, ita ut nõ putarē te æstuare imbecillitate animi tui .i. pusillanimitate, sed magis putare te æstuare .i. ardere, desiderio nostri. Quare perge .i. procede, & perage inceptum, ut cępisti, & sup. tolera istā militiā aĩo forti, ut crede mihi assequere multa .s. cõmoda ꝑ eam. ego .n. renouabo cõmendationem .i. tui apud Cęs. sed tpe .i. tēpestiue. Habeto sic .i. firmiter tibi ꝑsuade non esse tibi maiori curę, q̃ mihi, ut iste discessus tuus à me sit tibi fructuosissimus .i. utilissimus. Itaq; qñ .i. qñquidē cautiones uestrę .i. quas uos milites facitis imperatori uestro de militia perferēda, sũt infirmę .i. parũ creditæ apud imperatorem, misi tibi quam Cæs dares, cautionē græculā more Græco, non literis, ut Hub. interpretatur scriptā, hoc est, qua ꝑ te me, & mea obligo. Nā Gręci nulli solent adhibere fidem, nec quidq̃ uendere nisi pñti pecunia qua q̃ quid emunt dñt se apud Comicos Græca fide mercari, chirographi mei .i. obligatorij manu mea scripti. (Græcorũ fides) Ego uelim sup. ut tu facias me certiorem, de rõne, .s. forma & cõdõne belli Gall. Ego .n. habeo fidē maximā .i. maxime credo, cuiq; ignauissimo .i. nihil ualenti ad rem bellicā. Sed ut redeā ad epist. tuas cetera sup. scripsisti, aut scripta sũt belle .i. bene, & decēter, illud miror .s. ꝙ plures uno exemplo scriptas ad me dedisti lras. quis .n. q̃ scribit sua manu, & nõ dictat quę alij excipiāt, & scribant solet dare plures .i. epist. aut lras, eodē exemplo .i. eisdē uerbis, & forma scriptas? q.d. nemo, accidit tñ aliqñ dum tabellarij sunt. Nā sup. ꝙ scripsisti ĩ palimpsesto .i. in iterũ raso, siue tabella, siue chartula, aut mēbranula, equidē .i. ego certo laudo parsimoniā tuā, qui noluisti tabellas nouas ꝑdere, dādo eas ad me, & ita tacite, notat Treb. auaritiæ. Sanè psao, rado significat, inde psestos, res ut tabella, aut alia rasa, & palin, iterũ signat. Vñ palimpsestos, res iterũ rasa miror qđ fuit in illa chartula .s. rasa quod malueris delere, q̃ scribere huc .i. ad nos, nisi forte malueris delere formulas tuas .i. regulas iuris, aut formas instrorum cõficiēdorum. Non .n. puto te delere epist. meas radēdo .s. membranas. in quib. scribo, ut reponas .i. iterũ in ijsdē scribas tuas .s. epist. An significas hoc nihil fieri. s. lucrorum tibi in exercitu? te frigere .i. ociosum esse? nec quidē .i. & non saltem, suppeditare .i. administrare tibi cartam? aut si est suppeditari, lege, ne quidem .i. nõ saltem cartā suppeditari .i. subministrari tibi, ad scribendum? Iam ista culpa .s. qua te tā prudenter taxo, est tua, q̃ extuleris .i. extra urbem tuleris tecum, & nõ reliqueris hic nob. scum uerecũdiam. Ego commendabo te Balbo more R .i. ingenue, & fideliter, ut Rom. decet, cum .i. qñ, sup. Balbus ꝓficiscetur .i. istinc discedet ad nos. Tu, si interuallum .i. intercapedo, & intermissio lrarũ mearũ, erit lõgius .i. diuturnior, ne sis admirat⁹. erā .n. absuturus .s. domo mēse Apr. ego scripsi has lras in Pontino .i. agro illo in sinu Cumano, cũ diuertissem .i. cā hospitij à uia me uertissem ad uillam .i. domum in agro sitā, Metrilij Philemonis, uiri sic dicti, & utrique noti. ex qua .s. uilla, ego audieram iam strepitum clientum meorum .i. hominũ liberorũ me colentiũ, ut illis patrocinium præstarem, quos qdem cliētes tu cõciliasti .i. cõparasti mihi eo ꝙ pro eis Cic. Treb. cõsulere solebat. Nam constabat .i. manifestum, & in confesso erat maximam uim i. multitudinē, ranũculorũ .i. paruulorũ hoĩum, rustice simul loquētiũ more ranarũ, cõmosse .i. cõmouisse, se Vlubris .i. in eo oppidulo ĩculto, cā honoris mei, ut me honorifice acciperēt, cura ut ualeas. Scriptũ sup. de Põtino .i. de eo loco 6. id. Apr.

GRÆCVLAM tibi misi cautionem chirographi mei] Puto sensum esse. commendaui te Cæs. lris græce scriptis. (PAVL. MAN.) [Quam hæc scribere) Suspicor mendum subesse. mihi .n. perobscurus est sensus. & ut libere dicā, qđ sentio, legendum crederem, q̃ ex scribere, nulla propemodũ mutatione facta. deprauationis .n. origo, ut opinor, ea fuit, describendis lib. sępe duos ꝑficimus, qui legat, & de legente accipiat, ut .s. celerius, & certius id muneris cõficiať. cum aũt is, qui legeret, ꝓtulisset, ex scribere; credidit scriptor, ex scribere, dictum esse, itaq; fecit in libro, alius deinde errorē, quē ꝑ imprudētiā commissum debuit tollere temeritate auxit, reposuitq;, una dictione in duas diuisa, hæc scribere. sensu, ut dixi, mihi ꝑobscuro. Sunt ēt, qui addendũ putent, Non: ut, legatur Hæc nõ scribere. à quib. æque dissētio. ꝙ si legatur, ex scribere, hoc dicet, uideo te parũ ditescere, cui charta desit, in qua tuas formulas aut aliud quippiam exscribas. ea .n. si suppeditaret, nunq̃ profecto ad nos in palimpsesto. infert .n. An hoc significas, nihil fieri, friget te, ne chartam quidem tibi suppeditare? dixit aũt, Qđ delere malueris, quàm rescribere, ꝑ iocũ significans, nõ habuisse. Treb. in quo exscriberet id, qđ delerat? itaq; se mirari, quid fuerit ĩ illa chartula, quasi moleste ferat id perijsse, chartæ .n. inopia oñdi, cũ scribat in palimpsesto. idē error in 3. epist. 8. li. ad Att. irrepserat ubi .n. antea legebatur, fasces laureatos hæc ferre ex Italia, nemo non uidet legendum esse, efferre. [M. Æmilij, Phil) Cum in lib antiquis uarie legeretur: quidam .n. Meuilij, quidā Metilij, alij Metrini, habent. ausus sum emendare, M. Æmilij. procul .n. dubio libertus fuit, adoptatus in Romanam familiā, ut alij multi. cum aũt Metiliorum mentionem nõ dum inuenerim, & uetustorum exemplarium uarietate, quibus ueræ lectionis, quasi quædā uestigia cernũtur (quid .n. distat, Meuilij, a M. Æmilij?) & Pediani uerbis, q eiusdē, ut opinor, liberti meminit, adductus sum, ut M. Æmilij, reponerem. libet autem ipsius Pediani locũ recitare, ut studiosis quærēdi labor absit. is igitur ita in argumento orationis pro Milone: Munatius Plāchus trib. pl. produxerat in concionem M. Æmilium Philemonem, nouum hominem, & libertum M. Lepidi, ita tamē hoc sentimus, ut afferentibus alijs meliora, perlibenter de nostra sententia discessuri simus.

M. CICERO TREBATIO S. D. 19

EPISTOLAM *tuam quam accepi ab L. Aruntio, conscidi innocentem: nihil .n. habebat, quod non uel in concione recte legi posset. sed & Aruntius ita te mandasse aiebat & tua adscripseras, uerum illud esto. nihil te ad me postea scripsisse demiror, præsertim † tam nouis rebus. Vale.* († alias, tantis HVB.)

EPISTOLAM] Mandarat Treb. epist. quandā, quā ad Ci. scripserat, lacerari, qđ Ci. se fecisse scribit, licet nihil liset pp qđ dēretur lacerari. [Cõscidi) Laceraui. [Innocentē) Sine culpa, nõ merentē lacerari, quia in ea nihil erat male scriptum [Vel) .i. ēt. [In cõcione] ĩ medio populo, palā [Mādasse] Et dixisse. [Ita) Vt laceraretur. [Illud est] Cõcedentis est, q d factũ sit nõ curemus.

EPISTOLAM &c.] Mandarat Treb. epist. quandam, quam ad Ci. scripserat, ab eo lacerari, qđ se Cice. fecisse dicit cum nullam agnosce-

agnosceret causam,cur rescindi deberet,suspicās forte aliā misisse,q̄ ad se nō sit plata. Ordo est: Ego cōscidi.i.dilaceraui,innocēter.i.sine culpa mea, ac epist.nisi sit legendum innocentem.i. rē sic meritā. Illa.n.nihil habebat.i.scriptū cōtinebat,qđ nō posset legi recte.i decēter, & impune, uel.i. ēt in cōcione.i.cōcilio, & coetu totius populi,&.i.ēt Aruntius,& q eā attulit, aiebat te mādasse ita.i.ut ita facerē,& tu adscripseras.i. ad cetera mādata tua in fine epistolæ scripseras,sup.ita. Verū esto illud.s. q̄ mādaras, illam à me rescindi sine causa q̄ non potius aliam, quam nō uiderim,demiror.i.multum miror.[Nam de]Nunc auget,nunc diminuit,nunc cōtrarium indicat.te nihil scripsisse postea ad me, præsertim rebus tam nouis.i.cum res tam nouæ contigerint.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

PAVL. MAN. *Petierat Trebatius,ut Aristotelis Topica Cicero Latine interpretaretur,quod per occasionem à se factum Cicero rescribit.*

M. CICERO TREBATIO S. D. 20

VIDE quanti apud me sis.etsi iure id quidem: nō enim amore te uinco. ueruntamen quod præsenti tibi prope subnegaram, non tribueram certe, id absenti debere non potui. itaque ut primum Velia nauigare cœpi, institui Topica Aristotelica conscribere, ab ipsa urbe commonitus,amantissima tui. eum librum tibi misi Rhegio, scriptum, q̄ planissime res illa scribi potuit. sin tibi quædam uidebuntur obscuriora; cogitare debebis, NVLLAM artē literis, sine interprete, & sine aliqua exercitatione percipi posse.non longe abieris.nū ius ciuile uestrū ex libris cognosci potest? qui quanquā plurimi sunt,doctorem tamē lumenq; desiderant. quanquā tu.si attē te leges si sæpius,per te omnia cōsequere,ut certe intelligas.ut uero etiā ipsi tibi loci ꝓposita quæstione occurrant, exercitatione cōsequere:in qua quidē nos te continebimus, & salui redierimus,et salua ista offenderimus.Vale. 5.Ka.Sex.Rhegio.

HVB. VIDE] Dicit Cic.q̄ id,quod ferè negaret, uel certe non retribueret Treb. si pñsens esset, tribuit absenti, nā cū Velia in quo oppido Treb.Vehemenrer diligebat,discederet,Ci.recordatus Treb. ꝓp illud oppidū trāstulit illud opus in latinū,qđ quidem uehemēter cōmēdat.dicitq.eū nō dr̄e mirari,si.aliqua uidebuntur obscuriora,quia in qualibet arte necesse est hr̄e interpretes.Ostēdit tñ eū posse multa p se cōsequi,si nō uoluerit se exercere.[Quanti apud me sis).i.q̄ti te faciam.[Id quidē].s.est.[Iure) Merito.[Nō uinco te amore]quia par est amor nr̄.[Prope) Fere: [Subnegarē) Aliquo mō negarē.[Certe) Saltē. [Nō tribuerē) Nō cōcederē,nō facerē.[Nō potui non dēre tibi absenti).i.nō potui facere quin absenti tibi deberē, & tribuerē.Alij cod.habēt solam negationem,& delere,ut sit nō potui delere.i.tollere tibi,sed me lius placet prior sensus.[Velia) ex Velia,est aūt oppidū Lucaniç. [Institui) Decreui, proposui.[Cōmonitus) In memoriam tui adductus. [Eum librū) Librū Topicorum ἀπὸ τῶν τόπον.i. à locis,de quibus in eo opere tractatur,non tamen intelligēdum terrarū, sed logicis & ad Philosophos pertinētib [Rhegio) Ex Rhegio oppido Siciliæ, nam aliud est Rhegium Lepidi in Italia non longe à Mutina.[Quam planissime]quam apertissime.[Illa res) Quæ natura sui est obscura,& difficilis. [Obscuriora) aliquantulū obscura.[Sine interprete) Quātū pertinet,ad artes liberales.[Sine exercitatione) Tā ad liberales, q̄ ad mœchanicas,q̄m utræque exercitatione indigēt [Percipi) Intelligi [Nō lōge abieris) Nō longe discedas,q d.exempla petantur[Nū an) Ex libris.s.solis sine interprete,q.d.non pōt intelligi.[Desiderāt] .s.libri iuris ciuilis. Doctorem) Qui uiua uoce declaret.[Lumē) Expositionem aliquam,& commentationem,q̄ aperiat mentē iurecōsultorū,quasi lumen quoddā.[Si attente,si sæpius) Duo dixit,q̄ necessaria sunt discere uolēti,ut studiose,attēteq. legat, & sæpe,neq;.n.satis est oculo pcurrere,sed mēte respicere, neq; semel,sed sæpius.[Per te] Sine doctore,& lumine aliquo[Ipsi loci] Tractat̄ i eo libro de locis artis,ut supra notauimus. [Occurrēt) Sint obuij,& prompti.[Exercitatione) Quę uincit,oīa præcepta magistrorum.[In qua exercitatione [Continebimus te Quia interdū de his rebus tecū agā.[Redierimus) Romā.[Ista) res Romanas.[Salua) Integra,in statu suo.[Offenderimus.] Inuenerimus.

ASC. VIDE &c.] Dicit Cic.q id,qđ ferè negaret,uel certe nō tribueret Treb.si pñs esset,tribuit abñti. Nā cū Velia, in quo oppido Treb.uehementer diligebatur,discederet,Cic. recordās Trebatij,ꝓp illud oppidū,transtulit Topica Arist. in latinū,qđ opus ad Treb.missum uehementer commendat, dicitque eum nō dr̄e mirari si aliqua uidebūtur obscuriora, cum in qualibet arte opus sit interprete,& doctore, ōndit tñ Treb. posse multa consequi p se si modo uoluerit se exercere. Ordo est: Vide.i.considera, quāti.i.q̄ magnæ æstimationis tu sis apud me, etsi.i. quāquā id qdem sup.sit iure.i. merito tuo,nō.n. uinco te amore.i. nō plus te amo q̄ amer à te. Verūtamē quod prope.i. quasi subnegarem.i.aliquātulum negarem tibi pñti,certe.i.saltē, aut qđ certū est nō tribuerē.i.nō spōte offerrē,tibi pñti,nō potui sup.negare,aut,ut aliqui hñt nō delere. Alij tñ hñt nō dr̄e,sed nō placet,tibi absēti id.Itaque ut primū.i.cū primū,aut ubi primū.i. statim postq̄ cœpi nauigare.i.discedere nauigādo Velia.i. ab eo oppido, in quo Treb. ut dictum est,multū diligebat̄,institui cōscribere.s.latino sermone,Topica Aristotelica.j.lib.Arist.philosophi nobilissimi de totis locis argumentationū cōmonitus ab ipsa urbe amantissima tui.Ego misi tibi eum librum.s. Topicorum à me translatorum, scriptum Rhegij.i.in eo oppido,q̄.i.quantum potuit illa res scribi plenissime.Sin.i.sed si,q̄dam uidebunt̄ sup.in eo obscuriora.s. ad intelligendum prima lectione,tu debebis cogitare nullam artem posse pcipi literis.i.ex scripto sine interprete, & sine aliqua exercitatione.Nō abieris longe a ꝓfessione tua ad cōfirmādum, qđ dixi in exemplo. Num.i. nunquid ius ciuile uestrum, qđ uos iureconsulti ꝓfitemini,pōt cognosci.i.pfecte disci ex libris?q.d. scio,q̄ nequaquā,vñ addit.Qui.s.libri q̄q̄ sunt plurimi,tñ desiderant doctorem & lumen.i.elucidationē, q̄q̄.i.tametsi, tu si leges .s.librū Top.attente.i cum accuratione,& diligentia,& sup.si leges sępius,quia qđ prima lectione capere non possumus,iterata lectione,non raro consequimur.tu consequere.i.obtinebis per te .i.sine interprete,aut doctore,certe,ut itelligas oīa,qa pspicacissimo erat ingenio, & ex legali sciā ad Topica uiam muniuerat, uero.i.sed,ut etiā qōne ꝓposita,i. postq̄ qō ac materia aliqua fuerit tibi ꝓposita,ipsi loci occurrant tibi,sic ut eis statim uti possis. consequere sup.id exercitatione.s.sola,in qua qdē.s.exercitatione,nos cōtinebimus te,quia qñ aderis,quotidie te exercebimus & quæstiones tibi proponemus, ad quos locos congruos applices si,&.i.simul redierimus.s.Romā,salui,& offenderimus.i.quasi pter spē inuenerimus,ista.s.q̄ sunt, ubi nūc es.i.res urbanas,salua.i.nō corrupta nec occupata bello ciuili,qđ iā tunc instare formidabat.Iā.n.Treb.à Gallia redierat,& Romæ agebat,ut sequentes ēt epist.indicabūt. Vale. Rhegio.i.ex eo oppido. Scribit aūt Cic.ferè locum è quo,non in quo,& ita in ablatiuo.V.Kal.Sext.

DOCTOREM tamen lumenq; desiderant] Omnino in oībus antiquis lib. ꝓ lumenq. legit̄, unumque. ego tñ libentius legerim usumq;.i. exercitationēq. ut dicat idem, qđ supra, nullā artem literis sine interprete, & sine aliqua exercitatione pcipi posse.ita enim unius litterulę mutatione,apta in primis,& pspicua efficit̄ snīa.Mouet oīno me,si quē aliū,librorū ueterū auctoritas, neq; tñ ita,ut non eos quoq; ipsos interdū coniectura,& ingenio modice adiuuandos putem,quæ uero nuper alij attulerūt,ad ueterē illam scripturā confirmandum, etiamque exemplo, ut ipsis uisum est, simili comparandum, leuiora sunt,quàm ut aut me,aut quenquam,qui rem ipsam ex ueritate pendat,mouere debeant. PAVL. MAN.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Dissuasoria est epistola. Dehortatur enim Trebatium à Veianarum possessionum, quod ille in animo habebat, uenditione.

M. CICERO TREBATIO S.D. 21

AMABILIOR mihi Velia fuit,qđ te ab ea sensi amari. sed quid ego dicā te,quē quis non amat? Rufio medius fidius tuus ita desiderabatur,ut si esset unus è nobis sed ego te nō reprehēdo, qui illum ad ædificationem tuam trāsduxeris. quanquā.n. Velia non est uilior, quàm Lupercal, tamē istuc malo,quam hæc omnia. tu si me audies, quē soles,has paternas possessiones tenebis, (nescio quid.n. Velienses uerebātur) neq; Helethem nobilem amnem relinques, nec Papirianam domum deseres: quanquā illa quidē habet lucum,à quo etiā aduenæ teneri solent: quem tamen si excideris,multum prospexeris, sed in primis opportunum uidetur his præsertim tēporibus habere perfugium,primum eorum urbē, quib. carus sis,deinde etiam tuā domū tuosq; agros, eaq; remoto,salubri, amœnoq; loco.idq; etiam mea interesse,mi Trebati, arbitror. sed ualebis. meaque negocia uidebis, meque dijs iuuantibus,

ante brumam expectabis. Ego à Sex. Fabio Niconis diſcipulo, librum abſtuli † Νίκωνος περὶ πολυφαγίας. *ò medicum ſuauem, meq́; docilem ad hanc diſciplinam. ſed Baſſus noſter me de hoc libro celauit: te quidem non uidetur. Ventus increbreſcit. Cura, ut ualeas. xiij. Kal. Sex. Velia.*

HVB. AMABILIOR]Laudat Cic. Veliã, ut Treb. magis perſuadeat ne uendat ea, q̃ Veliæ habebat, quẽadmodũ illum facturũ ſeſe intellexiſſe dicit. Deinde more ſuo iocãs dicit ſe uidiſſe librũ quendã Niconis de uoracitate, ſeq; eo delectatũ, cum longe aliter ſit, quia Cic. ſemp fuit cibi parciſſimus. [Velia) vrbs Lucaniç, ut ſupra dictũ eſt. [Amabilior) Magis amore digna. [Sed qd dicã te) .ſ. amari. [Quem) Te [Quis nõ amat?) q.d. quilibet. [Rufus) Vel, ut alij, ut cod. hñt Rufius [Traduxeris) Trãſmiſeris. [Ad ædificationem) Quã facias, cui uis eum pẽſſe. [Vilior) Abiectior [Quẽ Lupercal]Locus Romæ ſub monte Palatino, de cuius nois ratione, & deriuatione, uide Quint. & Varr. & Ser. in 7. Æn. In eo loco fortaſſe ædificabat domum Treb. [Iſtuc) Vel pronomen ſit iſtud .ſ. Lupercal, uel aduerb. & ſubauditur uenire. [Quã hæc omnia) quç habeo Veliæ. [Tu) Hoc pronomẽ in princ. huius clauſulæ, hẽt hãc uim, ut ita intelligat Ci. licet malim Lupercal, quã hæc omnia, tamẽ tu conſilio meo non uendas has poſſeſſiones, quas pr̃ tuus tibi Veliæ reliquit. [Si me audies) Si parebis cõſilijs meis. [Verebantur) Timebãt. [Neſcio quid) De uenditione tuarum poſſeſſionum, alij cod. habent. [Neſcio qui) .i. quidã Veliẽſes. [Helethem) Fluuium Lucaniç, iuxta quem erãt poſſeſſiones Trebatij. Papirianam) quæ olim fuit Papiria & adhuc retinebat nomen. [Quẽ) Locũ. [Excideris) Patefeceris, uel ut ego puto, iocans Cic. ei bene concluſit. Dicit. n. ſi excideris .i. deieceris, uel dirueris, ab eo quod eſt excido, ut illud Vir. Et negat exciſam uitã producere Troia. [Multũ proſpexeris) Vſus eſt uerbo ambiguo, nam ſignificat, & uidere, & prouidere, re uera autẽ intelligit multum prouideris .i. magnum tibi commodum feceris, quia dixit aduenas ab ea loco teneri i. eo loco delectari, qui erant ei magnç impenſæ, ideo per iocum conſulit, ut eum diruat ad cõmodum ſuum. [Præſertim his temporibus) .i. talibus temporibus, quibus multa triſtitia vñr imminere. [Tuam domum) in qua ſine reſpectu poſſis eſſe, ſi aliqd accidat. [Salubri) Sano. [Intereſſe mea) ut poſſim interdum tecum eſſe, ſi opus fuerit, & iſtis cõmodis frui. [Dijs iuuãtibus) Dijs concedentib. & fauentib. [Abſtuli) Extorſi, & cum difficultate habui. [Νίκωνος]Niconis [Περὶ πολυφαγίας Voracitate, & multa comeſtione]O medicum ſuauem .i. facetũ, & iucundum, qui præceperit uoracitatem [Docilẽ) Attentũ. [Cçlauit me) Nihil mihi dixit, cum ſciret iã eſſe ſcriptũ. [Te nõ vr̃] .ſ. celaſſe. [Ventus increbreſcit .i. felix eſt, & me uocat. erat. n. Cicer. ſcripta epiſtola, nauigaturus ex Velia, ideo dixit uẽtus increbreſcit, q.d. iam nauigaturus ſum. Virg. Crebreſcunt optatæ auræ.

Cicero cibi parciſſim

Amabilior Lupercal.

ASC. *AMABILIOR &c.*]Laudat Veliam urbem Lucaniç, in qua Treb. domum amænam habebat, eo ut vr̃ aio, ne Trebat. eã uendat. Ordo eſt: Velia .ſ. urbs, & portus. Vñ Æn. 6 Portusq́ue require Velinos, fuit mihi amabilior .i. magis amabilis. ꝙ ſenſi amari ab ea .i. ab eius incolis. Sed quid ego dicã te .ſ. amari ab ea quẽ qs nõ amat? q.d. nemo, & ita nõ eẽ mirũ, ſi ab ea amar̃. Buſius aut vt alij legũt Rufius, tuus medius fidius .i. ita mehercules Iouis filius amet, aut deus fidei, ut uerum dico, deſiderabatur ita, ut ſi eſſet unus è nobis .ſ. q illic poſſeſſiones habemus. Sed ego nõ reprehẽdo te, qui traduxeris illum .ſ. Buſium, aut Rufium ad çdificationem tuã Enim .i. quia, q̃q̃ Velia nõ eſt uilior, q̃ Lupercal .i. locus ille Romæ ſub Palatino mõte, tñ ego malo iſtuc .ſ. iſtud ipſũ Lupercal, quam hæc oĩa .ſ. quæ Veliæ ſunt, & ita nõ reprehendit, ꝙ ad illius ædificationem traduxerit Buſium. Tu ſi audies me .i. ſi obedies mihi, quẽ ſoles .ſ. audire, tenebis .i. non uẽdes has poſſeſſiones paternas .i. à patre obtentas, qđ ſup. ſcribo. n. ideſt quia Velienſes uerebantur neſcio quid .ſ. ꝙ audierint te uelle alienare, neque relinquens Alecem ab alet alecis, ut Strabo legi, aut Halethem, ab hales, ut Theocritus amnẽ nobilem iuxta domum tuã, nec deſeres domum Papirianam .i. q̃ olim Papirij fuit, q̃q̃ illa .ſ. domus quidem .i. certe habet locum, a quo aduenæ ſolent teneri .i. immorari delectatione capti, aut inſidijs, quem .ſ. locum, aut periculoſũ, aut delectabile, ſi excideris .i. diuerſis, proſpexeris .i. porrò inſpexeris è domo tua multũ, aut conſulueris utilitati tuæ, ſi periculum dempſeris. Sed vr̃ opportunum in primis .i. præcipue præſertim his temporib. periculoſis, aut pp ſeditiones, aut ꝓpter peſtes, hr̃e profugium .i. locum, ad quem confugias, primum urbem eorum quib. ſis carus, deinde ẽt domum tuam, & agros tuos hr̃e ea loco remoto .ſ. à ſtrepitu populari, aut ab urbe, ſalubri & amçno, & arbitror ò mi Trebati id .ſ. te tenere, eas poſſeſſiones, ĩtereſſe .i. in re & utilitate eſſe, ẽt mea, ut .ſ. tecum habeam confugiũ. Sed tu ualebis, & uidebis mea negocia, & expectabis me ante brumã .i. ſolſtitium hyemale, quo dies ſunt breuiſſimi, dijs iuuantibus .ſ. me ſine quo adiecto quidquã de ſe polliceri turpe ſit Chriſtiano homini, cum ethnicus id adijciat. Ego abſtuli à S. Fabio diſcipulo Niconis librũ. Νίκωνος .i. Niconis, περὶ .i. de πολυφαγίας .i. multa comeſtione. O medicũ .ſ. Niconem ſuauẽ, & me docilem ad hãc diſciplinam .ſ. multæ comeſtionis, quo dicto potius Trebatium taxat, quam ſe. Sed Balbus noſter .ſ. amicus cçlauit me de hoc li. .j. nullam mihi mentionem fecit quidem .i. certe, non uidetur ſup. celaſſe te, de hoc lib. q.d. tu eius diſciplinam egregie calles. Ventus .ſ. auſter, aut alius, uẽtri cibis onuſto perniciosus, increbreſcit .i. fit crebrior. Cura, ut ualeas. Velia, id eſt, ex ea urbe 13. Kal. Sex. id eſt, quæ nunc Aug. ſunt.

RVFIO medius fidius tuus] Tuus, inquit, ꝙ eiuſdẽ eſſet gentis: Rufio. n. Trebatiorum cognomen fuit. id ex lapide conſtat, qui Romæ eſt in porta Latina: ſic. n. in eo ſcriptũ legit: C. VIBIVS, C. F. MACER. C. TREBATIVS RVFIO FACIVND. CVRAVERVNT. [Habet lucũ]Sũt, qui, lucũ, ideo male legi credãt. ꝙ neque luci capax eſſet priuata domus, & luci, qui ſacri eſſent, nõ ſine ſcelere incidi poſſent. nos exiſtimamus lucum nõ intra parietes, ſed ante ædes Trebatij fuiſſe; neq; Ciceronem impie conſuluiſſe, qui eum à Trebatio cædi uellet. quo modo. n. recte, & ſine piaculo id fieri poſſit, docet M. Cato in 1. de re ruſtica. PAVL. MAN.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Commendat Silium Trebatio, &, ut cauſam illius curet, diligenter poſtulat.

CICERO TREBATIO S. D. 22

SILII *cauſam te docui. is poſtea fuit apud me. cum ei dicerem, tibi uideri ſponſionem illam non ſine periculo facere poſſe,* † *Si bonorum Turpilliæ poſſeſſionem Q. Cepio prætor ex dicto ſuo mihi dedit: negare aiebat Seruiũ tabulas teſtamenti eſſe eas, quas inſtituiſſet is, qui factionem teſtamenti non habuerit. hoc idem Offilium dicere: tecum ſe locutũ negabat, meq́; rogauit, ut ſe, cauſamq́; ſuã tibi commendarẽ. nec uir melior mi Teſta, nec mihi amicior P. Silio quiſquã eſt, te tamen excepto. gratiſſimũ igitur mihi feceris, ſi ad eum ultro ueneris, eiq́; pollicitus eris. ſed, ſi me amas, quam primũ. hoc te uehementer etiam atque etiam rogo. Vale.*

† alias, N I, ex Bud. in Pand.

HVB. SILII]Silius quidam amicus Cic. habebat litẽ de hæreditate quadã, eum Cic. hac epiſt. commẽdat Treb. rogatq. ut ad eũ ultro ueniat, eiq. polliceatur, operã ſuã. [Docui) planè aperui. [Spõſionẽ) Obligatoriã promiſſionem. [Videri tibi) Te exſtimare, tuã eſſe ſnĩam. [Si bonorum) Ponit uerba de qbus erat lis, & erat futura ſponſio. [Prætor) Ad pretorẽ enim pertinebat date, & bonorum poſſeſſionem, & poſſeſſionẽ bonorum. Hęc. n. inter ſe, & ſecundum iuriſc. dr̃nt, quia bonorum poſſeſſio eſt iuris. Poſſeſſio uero bonorum eſt facti. [Ex dicto) .i. ex cõſtituto pretorio. Negare aiebat. Sẽſus eſt, aiebat Silius, ꝙ S. Sulp. dicebat illud teſtamentum eſſe nullum, ꝙ eſſet factum ab eo, qui nõ habuiſſet factionẽ teſtĩ .i. qui iure non potuiſſet facere teſtm̃. Tredecim autem ſunt caſus ſecundum iuriſconſultos quib. nõ licet facere teſtamentum, quos qui uelit uidere, legat inſtituta in titulo quib. non eſt pmiſſum facere teſtm̃, & in gloſſa Accurſij eiuſdẽ tituli. [Eas eſſe tabulas teſtim) .i. eas tabulas hr̃e uim teſtamẽti. [Factionem) Poteſtatem faciẽdi. [Vtro) Non rogatus ab eo. [Pollicitus erit) Operam & conſilium tuum. [Quamprimum) Subito.

Bonorũ poſſeſſio Poſſeſſio bonorum,

ASC. *SILII cauſam &c.*] Cõmendat Silij amici cõis cãm Trebatio dicẽs: Ego docui te cãm Silij .i. quid iuris hr̃et. Is .ſ. Silius poſtea apud me, cum dicerẽ ei uideri tibi .i. ꝙ uideretur tibi nos poſſe, facere illam ſponſionem .ſ. quam uolebat facere, ſine periculo, ſi Cæpio prætor dedit mihi ex edicto ſuo bonorum poſſeſſionem, quæ iuris eſt, cum poſſeſſio bonorum ſit facti, unde præpoſuit genitiuum bonorum. [Turpilliç .ſ. mulieris teſtãtis, aiebat .ſ. Silius, Seruium .i. Sulpitium iuriſperitiſſimum, negare eas tabulas eſſe teſtamẽti .i. habere uim legitimæ legationis, quas is inſtituiſſet, qui non habuerit factionem .i. ius faciendi teſtamenti, & aiebat .ſ. Officilium .i. iuriſperitum, dicere hoc negabat ſe locutũ ſup. eſſe tecum, & rogauit me ut commendarem tibi ſe, & cauſam ſuã. Nec ò mi Teſta .ſ. T. Trebati, quiſquam eſt melior uir, nec amicior, mihi Silio, te tamẽ excepto. Feceris igitur mihi gratiſſimũ, ſi ueneris ultro .i. non requiſitus ab eo ad eum, & pollicitus fueris ei, ſup. operam, aut conſilium tuum, ſed quamprimum .i. ſtatim, ſi amas me, ego rogo uehementer etiam, atque etiam hoc.

GIBER-

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Disputatoria est epistola, qua adductis auctoribus, Trebatij sententiam reprehendit Cicero.

CICERO TREBATIO S. D. 23

ILLVSERAS heri inter scyphos, quòd dixeram controuersiam esse, posset ne hæres, quod furtum antea factum esset, recte furti agere. itaq; etsi domum bene potus, seroq; redierā. tamen id caput, ubi hæc controuersia est, notaui, & descriptū, tibi misi: ut scires, id, quod tu neminem sensisse dicebas, Sex. Aelium, M. Manilium, M. Brutum sensisse. ego tamen Scæuolæ, & Testæ assentior. Vale.

HVB. ILLVSERAS] Cū cœnasset Cic. apud Treb. proposuerat hoc dubium, utrū qui esset institutus hæres ab aliquo, hr̄et actionē furti, quod fuisset factum, anteq̃ ipse esset institutus hæres. negauerat Trebatius, & dixerat neminem id sentire cōtra. cuius opinionem affert Cic. sniās quorundam iurisconsultorū. [Illuseras] Deriseras, cōtēpseras quasi uel ignarū iuris uel ebriū. [Inter scyphos] Inter cyathos. i. in conuiuio. [Factū antea) De bonis eius à quo esset institutus hæres. [Bene potus) Vino plenus. [Id caput) Eum titulum. id capitulum. [Notaui) Signaui. [Neminē sensisse) Neminē sniā sua, & opinione sua tenuisse. [Sextum Helium, M. Maniliū) Hæc oīa sunt noīa iuriscōsultorū. [Scæuolę) qui tenet sniām tuam. [Testæ. i. tibi, nam Treb.] etiam Testa dicebatur, vt præcedenti epistola patet, & superioribus epistolis alio loco.

ASC. ILLVSERAS &c.] Cum cęnasset Cic. apud Treb. proposuerat ei hoc dubium, utrū q esset institutus hæres ab aliquo, hr̄et actionē furti, qđ fuisset factū anteq̃ ipse esset institutus hęres, ad quod Treb. negatione rn̄dit, additq. neminē iurisconsultorū id sentire, contra cuius opinionē affert nunc Cic. sniās quorundā iurisconsultorū. Ordo est: Illuseras. i. irriseras heri īter scyphos. i. pocula hoc est inter potandum, qđ dixerá esse controuersiam. i. rem dubiā, ad utranq; partem ꝓbabilē, ne. i. an, hæres posset agere recte furti. i. aliquē furti accusare in iudicio, qđ futurū esset factum antea. s. q̃ hr̄s institutus esset. Itaq; etsi redierā domū bene. i. multū potus. i. potu oppletus, & sero. i. tarde, tn̄ notaui id caput. ubi hęc cōtrouersia. i. disputatio, & misi tibi descriptū, ut scires Sex. Æliū M. Maniliū. M. Brutū sensisse id, qđ tu dicebas neminē sensisse, Ego tn̄ assentior Scæuolæ, & Testę. i. Trebatio, qa cōtra sentiunt.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Grata sibi scribit fuisse signa, quæ emerit Gallus in ornamētū bibliothecæ gratiora tamen futura fuisse si ea emisset, quæ Cicero mandasset. Fuisset autem per studiosus signorum elegantiam Cic. præsertim eorū, quæ eruditionis antistitum erant. vt lib. 1. epist. ad Atti. declarauit.

M. CIC. M. FABIO GALLO S. D. 24

TANTVM † ex Arpinati ueneram, cū mihi à te literæ redditæ sunt: ab eodēq; accepi Auiani literas in quibus hoc erat liberalissimum, nomina se facturum cū uenisset, qua ego uellē die. fac q̃so, qui ego sum esse te. est ne aut tui pudoris, aut nostri, primum rogare de die, deinde plus annua postulare? sed essent mi Galle omnia facilia, si & ea mercatus esses, q̃ ego desiderabam, & ad eam summam quam uolueram. † ac tamen istæc ipsa, quæ te emisse scribis, non solū rata mihi erūt, sed etiam grata. plane. n. intelligo, te non modo studio, sed etiā amore usum, quæ te delectarint, hominē, ut ego semper iudicaui, in omni iudicio elegātissimum. quæq; me digna putaris, coemisse. sed uelim maneat Damasippus in sententia. prorsus. n. ex istis emptionibus nullam desidero. tu autē ignarus instituti mei, quanti ego genus omne signorum omnium non æstimo, tāti ista quatuor, aut quinque sumpsisti. Sed Bacchas istas cum Musis Metelli comparas; quid simile? primum ipsas ego Musas nunquam tanti putassem: atque id fecissem Musis omnibus approbantibus. sed tamen † erat aptum bibliothecæ, studijsq; nostris cōgruens: Bacchis uero ubi est apud me locus? at pulchellæ sunt. noui optima, & sæpe uidi. nominatim tibi signa mihi nota mandassem, si probassem: ea enim signa ego emere soleo, quæ ad similitudinem gymnasiorum exornent mihi in palæstra locum. Martis uero signum quo mihi pacis auctori: gaudeo nullum Saturni signum fuisse. hæc enim duo signa putarem mihi æs alienum attulisse. Mercurij mallem aliquod fuisset: felicius, puto cum Auiano transigere possemus. Quòd tibi destinaras Trapezophoron: si te delectat habebis. sin autem sententiam mutasti: ego habebo. s. ista quidem summa ne ego multo libentius emerim diuersorium. Tarracinæ, ne semper hospiti molestus sim. omnino liberti mei uideo esse culpam, cui plane res certas mandaram; itemque Iunij; quem puto tibi notum esse, Auiani familiarē. Exhedria quædam mihi noua sunt instituta in porticula. Tusculani: ea uolebam tabellis ornare. etenim si quid generis istiusmodi me delectat, pictura delectat. sed tamē si ista mihi sunt habenda, certiorē uelim me facias, ubi sint, quādo accersantur quo genere uecturæ. si. n. Damasippus in sniā non manebit; aliquē pseudo Damasippū uel cū iactura reperiemus. Quod ad me de domo scribis iterum. iam id ego proficiscens mandaram meæ Tulliæ. ea. n. ipsa hora acceperam tuas literas. egeram etiam cum tuo Nicia; quod is utitur, ut scis, familiariter Cassio. ut redij autē prius, quā tuas legi has proximas literas, quæsiui de mea Tullia quid egisset, per Liciniam se egisse dicebat. sed opinor † Cassium uti non ita multū sorore: ea porrò negare se audere, cum uir abesset, (est. n. profectus in Hispaniā Decius) illo & absente, & insciente migrare est mihi gratissimū, tanti à te æstimatam consuetudinem uitæ, uictusq; nostri, primū ut eam domū sumeres, ut non mō prope me, sed plane mecū habitare posses: deinde ut migrare tantopere festines. sed ne uiuam, si tibi concedo, ut eius rei tu cupidior sis, quam ego sum. itaq; oīa experiar: uideo enim quid mea intersit. quid utriusq; nostrum. si quid egero, faciam ut scias, tu & ad omnia rescribes; & quando te expectem, facies me. si tibi uidebitur, certiorem. Vale.

† alias, ꝙ ex

† alias, attamē

† alias, erant

† alias, Crassū

HVB. TANTVM] cum instituisset Ci. ornare bibliothecam suam aliquibus imaginibus mandarat Fabio Gallo amico, ut eas sibi, emeret ille uero emit Bacchas, hoc est Baccharum imagines quas Cicer. ostendit professioni suæ non conuenire, quia potius conueniunt ijs, qui uino & ebrietate delectantur, deinde dicit se cupere exornare etiam porticum quandam picturis, quibus maxime fatetur se delectari. Postremo, quia Gallus erat empturus domum iuxta Cic. ædes ostendit quantam operam dederit, ut fieret, deinde quàm gratum sibi futurum sit, quòd eam domum habeat. [Ex arp.]. i. ex agro Arpinati, absolute posuit, & substantiue, vt si dicam: Veni ex Mediolanensi, subauditur agro, Arpinum autem Volscorum oppidum, vnde Ci. oriundus fuit. [Tantum) Solummodo proxime tunc. [Ab eodem]. s. qui reddidit mihi literas tuas. [Liberalissimum) Plenum liberalitatis. [Se facturum nomina). i. debita, nam nomē, ut supra alio loco diximus, significat & debitum, & debitorem, de quibus autem rebus essent hæc nomina. utrum de signis, an de alijs rebus ambiguum est, puto tamen de signis quantum ex hoc textu coniicimus [Fac te esse, qui sum ego]. i. fingi te eē me, pone te loco mei. [Est ne tui pudoris) Tuæ modestiæ, & uerecundię. q. d. non. [Rogare de die). i. rogare ut detur nobis spatium, aut terminus aliquis, ad soluendum. [Plus annua). i. die. i. postulare terminum ultra annum. [Ad eā summam] Videam quantitatem. [Rata) Firma, accepta. [Studio diligentia: [Coemisse) Intelligo. [Damasippus is, ut cōiicio fecerat ea signa & se acquieturū honesto p̄cio, aut recepturum signa sua promiserat. [In sniā) In proposito, aut accipiēdi honesti p̄cij, aut recipiēdi signa sua. [Instituti) Voluntatis, ꝓpositi. [Sūpsisti] Emisti. [Genus oē sig.]. i. signa, & statuas cuiuslibet gn̄is. [Bacchas] Scripserat Gallus ista signa baccharū, q̄ emerat, nō minus esse pulchra, q̃ musarū signa, q̄ emerat Metellus. Itaq; Cic. dicit nullā esse cōparationē, neq; signa baccharū, suæ bibliothecę cōuenire. [Quid simile?] q. d. nihil tāti; q̄ti cōstiterūt bacchę. [Approbātib.] Affirmātib. sniām meā. [Sed tn̄ erit aptū Bibliothecę]. s. hr̄e musas, q̄ cōueniūt ꝓfessorib. lr̄arū. [Vbi est, locus apud me?] q. d. nusq̃, cū bacchę cōueniāt ebriosis, & ego sim modestissim⁹: & parcissim⁹ vini, hoc aūt Ci. cū quadam stomachatione dixit. [At pul.] s. sūt, & est obiectio ex parte Galli. [Noui) Scio. s. esse pulchellas. [Nominatim] Per noīa [Ad similitudinē gy.] sicut ī gymnasijs solet fieri, ubi ponunt signa secūdum ꝓfessionē exercitij. Iuuen. Quanq̃ plena oīa gypso Crysippi inuenias, nam perfectissimus horum est. Siquis Arist. similē uel Pittacon emit, &c. [In palæstra) In bibliothe-

Arpinū

Nomen

Mars Saturni

bliotheca,trāſlatiue poſuit.Martis)Scripſerat Gallus ſe noluiſſe emere ſignum Martis, qđ quidem Cic. dicit ſibi non conuenire, quia Mars deus eſt belli,ipſe uero auctor pacis. Quò mihi) Subaudi,conuenit,q.d.nullo mō.[Saturni) eſt.n.triſtis deus,& dānoſus.Perſ.Saturnumque grauem nr̄o Ioue frangimus una.Iuuen. Hæc tn̄ ignorat quos ſidus triſte minetur Saturni. Et Maro nr̄: Frigida Saturni ſeſe quò ſtella receptet. [Hæc duo ſi.) Et ma tris & Saturni.[Attuliſſe mihi æs alienum).i.attuliſſe mihi debitum pecuniæ. [Aliquod) Signum. [Mercurij) qui eſt deus lucrorum. Oui.5.Faſt.Te quicūq; ſuas ꝓfitetur uēdere merces. Thure dato tribuas,ut ſibi lucra rogat. Et poſt aliquot uerſus. Da mō lucra mihi, da facto gaudio lucro, &c.Idem ēt ſentit Horat.in Serm. [Cū Auiano) De nominib.q̄ ſe facturum dixit.[Trāſigere) Cōuenire,concordare quia darem ei pecunias; neq; peterem terminū ad ſoluendum.

Trapezophoron

[Trapezophoron) Alij exponunt menſiferum a deriuatione græca , ſed quid ſit neque intelligunt,neq; alijs declarant,alij dn̄t eſſe uas,quod cacabum. ſiue caldare appellāt.re autem uera ſignum erat ſacerdotis cuiuſdā huius noīs, qui cum alio [Coſmo noīe oīa ſacra) Mineruę adminiſtrabat,auct.Suida.

Næ Terracina Trachina Exhedra

[Ne).i.certe. [Terracinæ]apud Terracinā,aduerbialiter ponit̄, eſt autem urbs Circęo proxima,ante Trachinia.i.aſpera uocata. [Hoſpiti) Apud quē ſępius diuerto. [Moleſtus) Grauis,odioſus. [Eſſe culpā) ꝙ nondum emerim diuerſorium Terracinæ. [Item Iunij].ſ.culpā eſſe uideo[Exhedra) Sedile,codex quidā uetuſtiſſimus habebat exhedria, qđ ſic intelligemus, uideo eſſe culpā Iunij familiaris Auiani.exedria.i. qui eſſet hedriaticus, ſed magis ꝓbo ſuperiorē ſn̄ıam.[Inſtituta]Inchoata. [Tabellis] Pictis. [Inſtituta]Inchoata.[Tabellis]Pictis [Iſtiuſmodi gn̄is).i.tale,ut puta pictura,uel ſcriptura.[Iſta]Talia.ſ.tabellę pictæ.[Qn̄ acc.]Qn̄ trahāt̄ & ducant̄ ad me [Quo genere uecturę) Qua cōdōne.ſ.an naui,an curru,an in aliquo iumēto.[Damaſippus) De quo ſupra ēt mētionē fecit[Pſeudo) Fallacē,eſt aūt nomē cōe triū generū, & inuariabile per mutationes caſuū. [Cum iactura) Cum dāno meo.[De domo]Quā es empturus hic,[Proficiſcēs) Diſcedēs Roma [Mādarā) Dabā negocium.[Meæ Tulliæ) Filiæ meæ.[Quęſiui)Interrogaui [De mea Tullia).i. à mea Tullia [Egiſſe p Licinīū).i. ſe uſā eſſe Licinio ad hanc rē.& p eū tractaſſe [Caſſiū) Is frater erat uxoris eius, qui erat uēditurus domū,neq;.n. ꝓbo qđ qdā dn̄t Caſſiū nomē ꝓpriū mulieris declinatū ſicut, Glyceriū. [Eā) Sororē [Illo) Caſſio.[Primum) Duas adducit cās qb. oñdit plurimo æſtimatā cōſuetudinē eius uitæ à Fabio Gallo. [Sed plane mecū] Quia ita eſt contigua domui meę,ꝙ nō mō erimus uicini,ſed planè ī eadē domo.[Deinde) Scd̄a cauſa.[Migrare]diſcedere,ut ad hanc domū uenias.[Sed ne uiuā).i. moriar.eſt aūt iurātis. [Experiar) Tentabo,ut habeas hāc domū. [Quid int. mea &c.[Quātū]utilitatis,& mihi et utriq; nr̄um hęc res ſit allatura.

ASC. *TANTVM &c.*] Cum inſtituiſſet Cice. ornare bibliothecam ſuā imaginibus,mādarat Fabio Gallo amico ſuo,ut eas ſibi emeret,ille uero emit Bacchas hoc eſt Baccharum Bacchi ſacerdotularum imagines , quas Cic.ſtendit profeſſioni ſuæ non conuenire,quia potius cōueniat ijs,qui uino & ebrietate oblectātur. Deinde dicit ſe uelle exornare porticum picturis. Poſtremo qa Gallus erat empturus domum iuxta Cic.ædes, oſtendit quātā operā dederit,ut id fieret.deinde quā gratum ſibi futurum ſit,ꝙ eā domum Gallus habeat.Ordo eſt:Ego tm̄.i. ſolummodo uenerā ex Arpinati, ſ.agro cū literæ redditæ ſunt mihi à te.ſ.miſſæ,& accepi ab eodē. ſ. tabellario literas Auianas, in quibus hoc erat liberaliſſimum ſe facturum nomina.i. debitores inſcriptis nominibus,eorū ī libro debitorū aut debita, hoc eſt ſe crediturum mihi pecuniā,cum.i.poſtquā ueniſſet,qua die ego uellem.Quæſo fac .i.finge te eſſe ſup.eum,q ego ſum,eſt ne pudoris tui,aut nr̄i primum rogare de die.i. ut credatur nobis uſq; ad certum diem.Deinde poſtulare ſup.diem.i.dilationē,plus.i. lōgiorē annua.ſ. die .i.quæ poſt annum ueniret.Sed ò mi Galle omnia eſſent facilia, ſi &.i.ſimul mercatus eſſes ea.ſ.ſigna,q̄ ego deſiderabā, & ad eā ſummam , quam uoluerā, q.d. ſe ea poſſe pn̄ti pecunia ſoluere. Attamē.i.licet,aliam q̄ deſiderabam emeris,tn̄ iſta ipſa quæ ſcribis te emiſſe,erūt mihi non ſolū rata.i.approbata,q.d. nolim reſcindere,qđ per te factū eſt,ſed ēt grata.i.utilia,& accepta. Intelligo.n.planè te uſum modo.i. non ſolū, ſtudio.i. diligenti mihi obſequendi conatu,ſed ēt amore,emiſſe,q̄ delectāt te hominē, ut ego iudicaui ſemper elegantiſſimum.i.curioſiſſimum & politiſſimum in omni iudicio,quæque.i.quę , putaris pro putaueris digno me.i.ſtatu meo,& dignitate mea.Sed uelim,ſup.ut Damaſippus, q eadē ſigna redimeret.aut reciperet,ſi Ciceroni nō placerēt, ꝓmiſit maneat, in ſn̄ıam.i. ꝓpoſito.Ego.n. nullā prorſus .i.oīno deſidero ex omnibus iſtis emptionibus.i. ex omnibus q̄ emiſti mihi.Tu aūt ignarus inſtituti.i. moris & ꝓpoſiti mei,qa tu ſumpſiſti.i.accepiſti , mihi ꝑſoluēda, certa die, iſta quatuor, aut quinq; ſup.ſigna tāti.i.tam caro precio,quanti.i.quā magno precio ego non ęſtimo.i. apprecior omnino genus oīa ſignorū. Tu cōparas iſtas.ſ.quas emiſti Bacchas.ſ.imagines Bacchi ſacerdotū,& cōparas ſup eas muſis Metelli.i.imagines, aut ſigna muſarum,q̄ Metellus cōparauerat ſibi. Quid ſimile ſup. eſt inter ipſas?q.d.nihil,qđ & ſequentibus probat. Primū ergo nunquā putaſſem ipſas muſas i. muſarū imagines.ſ. quanti emiſti Bacchas lōge uiliores, atq; feciſſem id oībus muſis approbantibus,cū.ſ. uerū ſit,ſe tn̄ ſup.hr̄e muſas, erat aptū bibliothecæ & congruēs ſtudijs noſtris.Vero pro ſed,ubi eſt locus Bacchis.i.ſacerdotibus Bacchi apud me?q.d.nuſquā.At.i.ſed ſup.Bacchę ſunt pulchellæ .i.aliquātulū pulchræ. Ego noui optime,& uidi ſup. eas ſæpe,ſi ꝓbaſſem.ſ.emptionem,mandaſſem tibi nominatim.i. ꝑ propria nomina ſigna nota mihi.Ego.n. ſoleo emere ea ſigna, quæ exornēt mihi locū in Paleſtra.i.exercitatorio meo,hoc eſt in bibliotheca mea, ad ſimilitudinē gymnaſiorū.i. locorū exercitationis publicę ſiue literarię,ſiue alterius. Vero.i.ſed,qđ.i.ad qd,aut quē uſum,ſignū Martis ſup.eſt, aut ſi mihi auctori pacis?.i. cū Mars ſit Deus belli,ego autem ſemper amator pacis. Gaudeo nullum ſignum Saturni ſup. fuiſſe inter ea q̄ emiſti . Ego enim putarem hæc duo ſigna.ſ.Martis & Saturni attuliſſe æs alienū.i.debitum, aut qa Martis & Saturni Planetarū ea uis eſt, aut qđ per bellum, cui Mars præeſt pecuniæ,ſępe exhauriunt̄, & Saturnus,tanq̄ ſenex & auarus ęrarium publicum in æde ſua cōſeruet.Mallem aliqđ ſup. ſignum Mercurij.ſ. Dei Mercatorum,recōciliationum, facūdiæ,factorum &c.fuiſſe.puto ſupp. ꝙ ꝑꝑ Mercurium poſſemus tranſigere.i. paciſci, cum Auiano felicius.i.cum minore dāno.Tu habebis Trapezophorō.i. ſignū cuiuſdā ſacerdotis , q cū alio ſacerdote noīe Coſmo oīa ſacra Mineruæ adminiſtrabat, auct.Suida.dicit̄ aūt quaſi menſifer.i. mēſam numulariorū ferēs qđ.ſ.ſignū tibi deſtinaras.i.oīno adiudicaueras tibi.Sin aūt.i.ſed ſi mutaſti ſn̄ıam.i.ſi nō amplius petis,ego habeo ſup.ipſum.Scilicet.i.ut ſcire licet.iſta q dē ſumma ſup. eſt.i.p̄cipua ſn̄ıa. Næ.i. certe,ego emerim libentius multo diuerſorium,i. hoſpitiū , aut ædes, ad quas ab itinere me diuertā Tarracinæ.i. apud Tarracinā uibem iuxta circeū , ne ſim ſemꝑ moleſtus hoſpiti.ſ. meo ad quem frequenter accedere ſolebat iure hoſpitalitatis non mercede apud eū uicturus.Nā tunc paucæ erant cauponæ mercenariæ, aut diuerſoria oībus precio patentia . Ego uideo culpā ſup. aliquam eſſe oīno liberti mei, cui mandaram planè.i. apertè res certas,hoc eſt,ut aut cunctanter domum emeret ,aut res certas, quas tu mihi emeres,itemq; .i.& cōſimiliter uideo culpā eſſe Iunij,quem familiarē Auiani,ego puto eſſe notum tibi.Quædā noua ſunt inſtituta.i.incepta mihi exhedra.i. in ſedili, aut loco ad ſedēdum ī porticula.i.parua porticu,Tuſculani.i.uillæ Tuſculanæ dici poſſet quædā exhedra, niſi exhedra fęmininum ſit. ego uolebam ornare,tabellis.ſ.depictis ea uidelicet noua . Et.n.ſi qd iſtiuſmodi generis,qđ ad ornatum pertinet, delectet.ſup.me delectat.Sed tn̄ ſi iſta.ſ.ſigna q̄ emiſti ſunt,habenda mihi.i. ſi debeo ea habere,uelim ſup.facias me certiorem ubi ſint, qn̄ accerſant̄ .i.afferātur,& quo genere uecturæ. Si.n. Damaſippus nō manebit in ſn̄ıa,quia dicebat ſe ea uelle retinere, nos reperiemus aliquem pſeudo.i. falſum Damaſippum.i. qui ea ſigna recipiet,uel .i.ēt cum iactura.i.dāno , rei noſtræ , qa minoris illi uendemus q̄ nobis conſteut.Qđ ſcribis iterū ad me de domo.ſ.tibi emenda aut potius conducenda, ego iam ꝓficiſcens mandarā id Tulliæ meæ.ſ.filiæ.Ego.n.acceperā literas tuas ea ipſa hora,ſcilicet qua proficiſcebatur.Egeram etiā cum Nicia tuo.ſ.liberto,aut amico, ꝙ.i.quia,is.ſ. Nicia,utitur familiariter Caſſio,ut ſcis.Autē.i.ſed, ut.i.poſtquam redij,prius q̄ legi has literas tuas proximas, quæ ſiui de Tullia mea,ſ. filia quid egiſſet.ſ. de negocio tuo dicebat ſe egiſſe per Licinium.Sed opinor Caſſium.ſ.familiarem Niciæ, non uti ita multum ſorore.ſ.ſua,aut tua.Res inter eos,nota nobis ꝓpterea obſcurior eſt,Porrò.i.ſed ea.ſ. ſoror,negare.i. negabat,audere ſe cum uir abeſſet.Decius enim.i.uir maritus eius ꝓfectus eſt in Hiſpaniam, migrare.i. mutare habitationem.ſ.uiro,& abſente,& inſciente Gratiſſimum eſt mihi cōſuetudinē uitæ,uictusq; nr̄i æſtimatam ſupereſſe,à te tāti.[Primum ut ſumeres eā domum).i.tā uicinam domui meæ,ut non mō poſſes habitare ꝓpe me,ſed plane.i.oīno mecum: qa frequēter una ſint futuri,deinde ut feſtines tantopere migrare.i.mutare habitationē, & immigrare in eā domū.ſed ne uiuā, i. nolim ut uiuā ſi cōcedo tibi,ut tu ſis cupidior eius rei.ſ.ut mecum,aut ꝓpe me habites,q̄ ego ſum.[Itaq; ego experiar).i. tētabo, oīa.i.q ad hoc cōducere poterunt[Enim].i.qa:ego uideo.i. cognoſco, q̄d interſit mea.i. quātū ſit mihi utile,& qd interſit utriuſq; noſtrū.i.qd utilitatis utriq; afferat.[Ego ſiqd egero].ſ.de ea re faciā,ut ſcias.[Tu &].i.

pariter

pariter,te scribes ad omnia, & facies me certiorem,si uidebit sci
licet utile futurũ.Quando expectem) idest expectare debeam te.
PAVL. MAN. *MANEAT Damasippus in sententia*] Vt emat à me,quemad-
modum dixit, quæ mihi non placuerunt: est aũt is, de quo Hor.
Sat.3.lib.2.Insanit ueteres statuas Damasippus emendo.
Cę.Rh. Antiq. lect.li. 4.c.12. *CVM* M. Tullij epistolas familiares enarrarem Patauij maxi
ASC. *MEMINI,&c*]Dicit se laudare absentiam Curij pp acerba,q̃ Romæ cõtingebant,licet prius eam cõdemnauerat,dicitq; se ad lr̃as cõtulisse. Ordo est: Memini i.memoria teneo ꝙ uidebare.i. videbaris mihi desipere.i.male sapere, ꝙ uiueres potius istic.s.in Græcia,ubi nũc es, q̃ nobiscũ,hoc est Romæ.Enim.i.quia,domicilium.i.habitatio huius urbis.s.Romæ,quidem.i.certe, cum.i. qñ, hæc sup.erat urbs,& non spelunca latronum, ut regũ, dñorum, aut quid simile intelligit aptius humanitati,& suauitati tuæ, q̃ tota Peloponnesus.i.insula à Pelope dicta,nedũ.i.nõ solum,sup. q̃ patriæ,q̃ sunt in ea urbe una. Nunc contra.i.econtrario tu uideris mihi,&.i.simul,vidisse.i.perspexisse multum , cũ cõtulisti te in Græciam his rebus s.urbanis,prope.i.quasi,desperatis, &.i. simul uideris hoc tpe non solũ sapiens,qui.i.quod absis,hinc.i.ab his malis,sed ẽt beatus, q̃q̃ quis, qui sapiat aliquid potest nunc esse beatus,q.d.nemo.insipientes aũt qui nesciũt quantũ amiserũt rep.oppressa sibi beati frustra uidẽtur.Sed qđ tu cui licebat.s. abire consecutus es pedib.i.abeundo, hoc est ocium securum , ut esses ibi,ubi, nec Pelopi,qui insulam à se denominauit,datũ est, secure uitã agere, aut quid simile.nosti cetera.s. quæ ad historiã Pelopis pertinent. Nos consequimur idẽ propemodum.i.quasi, Alia rõne.s.q̃ pedibus Enim.i. quia, cum.i. postq̃ dedimus.i. adhibuimus nos salutationi amicorũ , q̃ prima diei hora fiebat, q̃ salutatio amicorum fit etiam freqũetius,q̃ solebat hoc i. pp hoc ꝙ.s.diuites amicis quos saluto,vñr uidere ciuẽ bene sentientẽ.s. de rep.quasi autẽ albam.i.auspicatissimam,ut est Cygnus nautis, ꝙ nunq̃ mergitur,aut rarissimam,ut est, coruus albus,abdo.i.abscondo, & includo,me in bibliothecam,quam librariam dicunt. Itaq; efficio tanta opera,quãta tu senties i. percipies fortasse,q̃a missurus erat ad Curium.intellexi.n.quodam sermone tuo,cum accusares mœstitiã meã,& desperationem.s.de salute reip.te dicere.i.ꝙ tu diceres,domi tuæ.i.inter familiares tuos te desiderare aĩum meũ ex libris meis.ut talẽ aĩum hr̃em,qualem scribẽdo ostenderẽ,aut potius ut aĩum meum scribẽdo iudicarem.Sed mehercule ego lugebã,&.i.simul,tũ.i.tunc,temp.quæ erat carior.s. quã reliquis non solum beneficijs suis erga me,quia per eã consulatũ,obtinuerat . Sed ẽt meis erga se, quia in cõsulatu eam ab iniuria coniuratorum defenderat, res aũt quibus multa impedimus nobis cariores sunt,&.i.simul sup.lugeo, hoc tẽpore q̃q̃ nõ solum ratio.i.prudentia,quæ debet ualere plurimũ.sed ẽt dies .i. diuturnitas , quę solet m deri quoque.i.etiam stultis consolatur me.tamen doleo rem cõem.i.publicam,ita delapsam,ut ne spes q̃dem relinquatur, fore.i.futurũ esse,sup. aliquid melius. Nec vero culpa est nunc in eo, in cuius potestate sunt omnia,hoc est in Cæs. nisi forte idipsum .s.ut omnia in eius potestate sint,non debuit esse,sed alia acciderunt casu,alia etiã culpa nostra,sic ut nõ sit quęrendum de pręteritis.Ego nulla spem uideo reliquã.i.relictam,quare ego redeo ad prima.i quæ in principio epistolæ tibi commendaui,& in te laudaui. Tu reliquisti hæc. s. urbana, sapienter,si reliquisti ea consilio,& feliciter,si casu.

PAVL. MAN. *NON solum suis erga me*]Has uoces uetustis in libris alij dixerunt se non inuenisse , nos inuenimus in lib. Bernardini Maffei, Hieronymi Ferrarij, Ioan. Scalæ.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hæc epistola partim officiosa,partim petitoria,qua literas petit commendatitias ad Sulpicij successorem in Græcia.

M. CVRIVS M. CICERONI SVO S. D. 30

†.i.usu quidem †.i. mãcipio ãt *SI uales,bene est:sum.n.†χρήσει μὲν tuus,† κτήσει δὲ Attici nostri. ergo fructus est tuus, mancipium illius. quod quidem si inter senes exemptionales uenale proscripserit, egerit non multum. at illa nostra prædicatio quanti est? nos , ꝙ simus,quòd habeamus,quòd homines existimemur , id omne abs te habere, quare Cicero mi persevera constanter nos conseruare: & Sulpicij successori nos de meliore nota commenda, quo facilius tuis præceptis obtemperare possimus , teque ad † urbem lubentes uidere & nostra desigere, deportareque tuto possimus sed amice magne noli hanc epistolam Attico ostendere. sine eum errare, & putare me uirum bonum esse , nec solere duos parietes de eadem fidelia dealbare , ergo patrone mi bene uale, Tironemque meum saluta nostris uerbis. D. A. D. IIII. Kal. Non.*

†alias, Ver

HVB. SI uales] Curius cũ esset in Græcia,ut supra diximus, cupiebat impetrare à Cic. literas commendaticias ad eum qui erat successurus Seru. Sulpicio , qui præfuerat ipsi Græciæ , ut supra in epistolis ad eum scriptis uidimus,quare blanditur Cic. & ostendit qua se illi obligatum putet, deinde ab eo petit literas cõmendatitias ad ipsum successorem Sulpicij,postremo iocans cũ Cic. dicit ne ostendat has literas Attico;ne intelligat se deceptum , quia credebat se magis amari à Curio,quam alium quemlibet, qđ cognosceret, non ita esse ex hac epistola,in quam Curius fatetur se debere Cicer.quidquid sit. [Sum enim) Enim , hic non male locatur, quia non est principium epistolæ, sed iungitur cum superiori clausula sic: Si uales bene est. [Sum enim,&c)Sicut diximus in ultima epi. t. li.[χρήσει) usu,à χρῶμαι,idest utor [μὲν) Quidẽ. [κτήσει μὲ) Possessione autem.[Fructus est tuus).i.tu es fructuarius, quia habes me ad usum tuum. [Mancipium) Seruitus,obligatio, proprietas [Illius) .s. Attici , quia habet possessionem tantum iuris non etiam facti,dicitur autem mancipium, quod manu capitur.[Quod) Mancipium . [Si inter nos] Vidi in quodam libro nõ infideli scriptum, qui inter nos. [Qui proscripserit] Proposuerit,subhastauerit, proscribebãtur.n. bona uenalia,ut ẽt nunc.[Cõcionales)Qui delectamini cõcionibus,in lib. uetustissimo scriptũ erat cõpertionales,sed nõ placet,nisi intelligamus,q̃ ambo partẽ habetis de mea,alter in usu,alter in Possessione.[Nõ egerit multũ) q̃a sum parui precij, neq; multũ potẽrit de me lucrari. [Quãti est]quasi dicat plurimi faciẽda.[Perseuera) vt cœpisti.[De meliora nota) De meliori scriptura,& ut dr̃ de meliori atramento, nam nota pro literis ponitur. Ouidius: — Mancipium

Incipit acceptas hostis ab hoste notas.

[Obtemperare) Obsequi,obedire:[Ad urbem) Pro in urbe: [Desigere] Collocare, firmare. [Tuto)Sine periculo. [Sed amice) Iocatur Curius. (Non uis errare] esse in errore . [Et putare] Subaudi uis.[Nec solere)Prouerbialiter dixit,q.d.si uis eum putare me nõ solere eundem amorem duobus promittere,sicut qui de uno colore duos muros dealbat.[Fidelia]Genus est uasis Persius:

Disce nec inuideas,quod multa fidelia putet

In loco pen.hic ponitur pro vase,ubi tenent colores,ad pingendũ.[Tyronẽ]Libertũ tuũ.[Nostris uerbis] Meo noĩe, mea parte.

ASC. *SI uales,&c.*]M.Curius Cic. blandiens dicit se totum esse ipsius,& Attici, petitq. literas commendaticias,iocans in fine principium autem epistolę exponit uir doctissimus Guliel mus Bud. in anno.in Pand.legales argute dicens.Mancipium,& κτῆμα significat i.ἀνδράποδον,& αἰχμάλωτον, hoc est hominem in bello captum,& seruituti mancipatum, & κτῆσιν.i.dominij comparationem possidendiq.ius atque etiam δεσποτείαν.i.dominum,& χείρωσιν.i.mancipationem . Mancipium latine dici debet id qđ Sesinam lingua uernacula dicimus,& mancipare Sesinæ. cum.s. aliquem rei sibi titulo iusto quæsitæ possessorem efficere uolemus &c.Ordo est:Si uales , bene est,q.d. omnes ualemus. Sum enim μέν.i.quidẽ, χρήσει.i. usufructu tuus,quia tueris me quãdo uales δὲ.i.aũt κτήσει.i.mancipio,hoc est dñio, & iure possessionis,Attici nostri.s.cõis amici. Ergo fru.i.usufructus est tuus,mãcipium i.ius possidendi & dominium mei illius.s.Attici est. Qđ .s.dominium,& ius posidẽdi,quidem.i.certe, is qui ꝓscripserit uenale inter uos concionales,id est,qui frequentatis cõciones,& præconia,scitisq; q̃ uenalia sunt,egerit nõ multum,quia neuter vestrum uelit me emisse. At quanti est.i.æstimatur a te illa prædicatio.i.confessio nostra?q.d.merito plurimi, prædicatio aũt est, nos ꝙ simus in rerũ natura,quid habeamus.s. aliquid quid existimemur,homines, habere id omne abs te. Quare ò mi Cice.persevera constanter nos conseruare,& cõmendare nos de meliore nota.i.qua uinum optimũ signari solet.i.uerbo ex animo prolato, Sulpitio successori.s.tuo , quo.i. ut possimus facilius obtemperare ꝓceptis tuis,& uidere te lubenter ad i.prope uer.alij urbẽ legunt & desigere.i.transmutare , & deportare tuto nostra. i.res nr̃as.i.ad alium dñm transigere. Sed ò magne amice noli ostẽdere Attico hanc epistolam,sine.i.permitte,eũ errare,& putare me esse uirũ bonũ,nec solere dealbare de eadẽ fidelia,i.testa, qua colores cõtinentur. duos parietes.i.duobus inseruire,ergo ò ꝓtone mi bene uale,& saluta Tyronem libertum tuũ uerbis nostris.&c.

GVL. BVC. *SED* amice magne,noli hãc ep.Attico ostẽdere,sine eũ errare, & putare,me bonũ uirum esse,nec solere duos parietes de eadem fidelia dealbare) uolebat.n.Curius pariter & Attico,& Cic. uideri sũmus,ac de se uno fructũ qdẽ Ci. mãcipiũ aũt Attici facere.

SI vales, bene est,sum.n. χρήσει μὲν tuus κτήσει δὲ Attici, nostri:

ſtri:ergo fructus eſt tuus,mancipiũ illius)uſu quidẽ,inquit tuus ſum,poſſeſſione uero,Attici. Mancipium autem pro iure dominij poſuit,quod ab uſu diſtinguitur. Vide Budęi annotationes.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Narrat quid geſſerit in campo Martio, & ad petitoriam commendatitia reſpondet.

CICERO CVRIO S. D. 31

EGO uero iam te nec hortor, nec rogo, ut domum redeas: quin hinc ipſe euolare cupio. & aliquo peruenire, ubi nec Pelopidarum nomen, nec facta audiam. incredibile eſt, quàm turpiter mihi facere uidear, qui his rebus interſim: nec tu uideris multo ante prouidiſſe, quid impẽderet, tum cũ hinc profugiſti. quanquã enim hæc etiam auditu acerba ſunt; tamẽ audire tolerabilius eſt, quàm uidere. in campo certè nõ fuiſti, cũ hora ſecũda, comitijs quæſtoris inſtitutis ſella Q. Maximi, quem illi conſulem eſſe dicebant, poſita eſſet. quo mortuo nunciato, ſella ſublata eſt. ille autem qui comitijs tributis eſſet auſpicatus, centuriata habuit, conſulem hora ſepeima renunciauit, qui uſque ad Kal. Ian. eſſet, quæ erant futuræ mane poſtridie, ita Caninio conſule ſcito neminem prandiſſe. nihil tamen eo conſule mali factum eſt: fuit enim mirifica uigilantia, qui ſuo toto conſulatu ſomnum non uiderit: hæc tibi ridicula uidentur: non enim ades: quæ ſi uideres lacrymas non teneres. quid. ſi cetera ſcribam? ſunt enim innumerabilia generis eiuſdem: quæ quidem ego non ferrem, niſi me in philoſophiæ portum contuliſſem, & niſi haberem ſocium ſtudiorum meorum Atticum noſtrum. cuius quando proprium te eſſe ſcribis mancipio & nexu, meum autem uſu & fructu: contentus iſto ſum: ID ENIM *cuiuſque eſt proprium, quo quiſque fruitur, atque utitur. ſed hæc alias pluribus. Acilius, qui in Græciam cum legionibus miſſus eſt. maximo meo beneficio eſt: bis enim eſt à me iudicio capitis rebus ſaluis defenſus, & eſt homo non ingratus, meque uehementer obſeruat. ad eum de te diligentiſſime ſcripſi, eamq; epiſtolam cum hac coniunxi. quam ille cum acceperit, ecquid tibi pollicitus ſit, uelim ad me ſcribas. Vale.*

HVB.

E*GO vero*]Sicut alia ep.3.ab hac Cice. laudat propoſitũ Curij qui in deſperatione reipu. malit abeſſe Roma, quam uidere multa quæ inique fiunt, cum etiã dicat ſe cupidum abeundi, ne ea uideat. Deinde narrat quędam ridicula facta in cãpo Martio comitijs quæſtorijs: dicitq; ſe tantis perturbationib. contuliſſe ad portũ philoſophiæ, habereq; ſocium ſtudiorum Atticum uirum doctiſſimum. Poſtremo ſcribit ſe eum commendaſſe diligenter Attilio, qui proficiſcebatur in Græciam cum exercitu. [Iã uero hortor) ſicut antea feci cum mittebar, & accuſabã te ꝙ abeſſes. [Quin].i.imò[Euolare]celeriter diſcedere.[Hinc) Roma.[Pelopidarum]diximus ſupra in epiſtola ante præcedente.[Quam turpiter).i.contra dignitatem, & honorem meum. [His rebus) quæ Romæ inique, & inhoneſte fiunt. [Næ) Certe.[Quid impenderent) quid imminerent, quod mali futurum eſſet.[Audire tolerabilius]Sententiæ pro locis uariantur, hic enim dicit tolerabilius audire, q̃ uidere, quia vult perſuadere Curio, ut abſit. Supra uero lib.4.ad M.Marcellum, cui uolebat perſuadere, ut reuerteretur in patriam, dixit: Sed dum leuiora nõ multo eſſent, quæ audirentur, quam quæ uiderẽtur. Idem alio loco ad eundem: Nõ eſt porrò tuum uno oculorũ ſenſu moueri, cum illud idẽ auribus percipias, &c.[In cãpo] ſ.Martio ubi cõgregabatur populus ad comitia.[Inſtitutis comitijs quęſtoriis).i.paratis comitijs quęſtorum cauſa.[Sella]ſedes.[Sublata]Remota. [Qui eſſet auſpicatus) qui cœpiſſet auſpicia.[Centuriata].ſ.comitia, de quib. diximus abũde li.1.Conſulẽ].i.Caninium [Renunciauit]declarauit.[Qui eſſet].i.futurus.[Quæ]Kalendæ[Mane poſtridie).i.mane ſequentis diei.[Scito neminẽ prandiſſe Canino conſule) quia fuit tantum modo conſul per unam noctem, quo tpe nullum eſt prandium. [Nihil tñ mirifica] Iocatur Cic. fuit.n.uigilãtia mirifica.i.ualde vigil. eſt aũt ſcõma in hunc Caninium, qui tam breui tpe conſul fuit, ut nunquã in cõſulatu ſuo dormierit. hmõi.n.ſcõmatibus, & Plut. & Macr. ſcribunt Ci. prõptiſſimam fuiſſe, [Ridicula] digna riſu.[Nõ teneres lacrymas]uõ putares ridicula, ſed lacrymabilia quia oſtendũt ciuitatẽ male gubernari.[Generis eiuſdẽ).i.talia. [Portum]quaſi profugiũ quoddam, & locum quietis, qualis ſolet eſſe portus nauib.[Cuius]Attici.(Qñ]Qm̃ [Scribunt) ut in præcedenti ep.viſum eſt.[Nexo]vel nexu.utrumq;.n.dr in obligatione.Cic.pro Mur. Quod in his repetundis, quæ mancipij ſunt ijs periculũ iudicij præſtare debet, qui ſe nexu obligabit, &c [Cõtẽptus iſtorum ex ſequẽti clauſula, quæ nõ recte huic cõiungitur, uidetur hic aliquid deeſſe, ſiue.n.cõtentus ſiue contemptus legas, non poteſt perfectus elici ſenſus.[Iudicio capitis]in pœna capitali.[Reb.ſaluis).i.ſine diminutione, aut amiſſione rerum ſuarũ. [De te) propter te, ad commendationem tui.[Coniunxi) allegaui, poſui in eodẽ faſciculo. [Ecquid pollicitus ſit) Quod promiſerit ſe pro te facturum propter meam commendationem.

EGO vero, &c.]Laudat iterum ꝙ Curius tanta mala, quanta Romæ contingebant, non uideat, recitatq; ridiculum facinus in comitijs eueniſſe, & ſe ad philoſophiæ portum collatum. Ordo eſt: Ego uero.i.pro uero, & certo, nec cohortor, iã te, nec rogo, ut redeas domum.i.in urbem, quin.i.quinimo, ipſe.i.egomet cupio euolare.i.celeriter diſcedere hinc.i.ab urbe ubi ſum, & peruenire aliquo, ubi nec audiam nomẽ Pelopidarum.i. nepotum Pelopis Thyeſtis, & Atrei, de quibus frequens in Peloponneſo fit mentio, nec facta.eo ꝙ turpiſſimo inter ſe odio, inter ſe certarunt, cũ eſſent fratres, Thyeſtes Æropem Atrei coniugem inceſtu polluit, & Atreus Thyeſti proprios filios epulandos appoſuit. Simile aũt quiddam inter Cæſarẽ ſocerum, & Põpeium generũ eius contigit, & quotidie tunc inter Cæſarianos, & Pompeianos contingebat, incredibile eſt quam .i. quantum turpiter uidear mihi facere, qui interſim his rebus.ſ.penè tragicis: Næ.i. certe tu uideris prouidiſſe multo ante, quid.ſ. mali, impenderet.i.immineret. ab impendo, unde media eſt longa, tracta metaphora à gladio in caput familiaris Donyſij tyranni. Syracuſani impendente tum .i.tunc, cum.i.quando, profugiſti hinc, quanquam hęc.ſ. quæ Romæ fiunt, licet ea non uideas, ſed etiam acerba auditu.i. dum audiuntur uel ad audiendum, tamen tolerabilius eſt audire ſupp. ea quam uidere. Certe licet forte audiſti quid actum ſit, tu non fuiſti in campo.i.Martio tpe comitiorum, cum .i. qñ comitijs quæſtorijs.i.conuocationibus populi ad eligẽdos quæſtores, ſella Q. Maximi, quem illi.ſ. fautores eius dicebant eſſe conſulem, eſſet poſita hora ſecunda, qua.ſ.Q Maximo nunciato, mortuo, ſella.i. ſedes illi poſita, eſt ſublata.i. clauſula ablata. Autem.i. ſed ille q eſſet auſpicatus.i.per auſpicia initiatus, & habilis factus, comitijs tribunitijs.i. ad comitia tribunitia habenda. Habuit centuriata .i.comitia.i.per centurias, plebe uocata ad conſules legendos, renunciauit.i.ſuffragijs declarauit cõſulem, ſcilicet Caninium hora ſeptima .ſ. diei. Renunciare dicitur, qui ab quod alijs accepit, alijs renunciat. Qui.ſ.cõſul, eſſet futurus uſque ad Kal. Ian.i. primum Ianuarij diem, quę.ſ. Kalendæ erant futuræ poſtridie.i.die ſequente diẽ electionis mane.i.prima luce, & ita paulò una nocte plus conſul futurus erat. Itaque ſcio neminẽ prandiſſe.i.prãdium feciſſe, Caninio conſule, quia poſt prãdium erat creatus, & ante prandium ſequens abrogatus. Prima.n.hora in ortu Solis erat, & ad quintam ea tempeſtate meridies erat, tamẽ nihil mali factum eſt eo cõſule, quod difficile eſſet probare. Enim.i.qa mirifica uigilantia fuit.ſ. Caninij, qui curis diſtentus, non oiderit.i. perceperit ſomnum toto cõſulatu ſuo. Hæc uidentur tibi ridicula.i.digna riſu, non.n ades, quæ uideres, nõ teneres.i. contineres lacrymas. Quid ſup. faceres ſi ſcribam cetera? Sunt.n. innumerabilia eiuſdẽ generis, quæ ego quidem non ferrem.i.tolerarẽ, niſi contuliſſem in portum philoſophiæ.i.ſtudium eius, & niſi haberem Atticum noſtrum, ſocium ſtudiorum meorum, cuius qñ.i. quoniam, tu ſcribis te eſſe proprium mancipiũ.i.dominio, & nexu.i.deuinctione meum autem uſu & fructu, id enim eſt cuiuſq; proprium, quo quiſq; fruitur. Sed ſup. Scribã hæc alias pluribus .ſ.uerbis. Acilius qui miſſus eſt in Græcia cum legionib. affectus eſt maximo beneficio meo. Enim.i.quia, defenſus eſt bis à me iudicio capitis.i.in uitæ periculo, rebus ſaluis. & eſt homo non ingratus, & obſeruat.i.ueneratur me. Scripſi ad eum diligentiſſime de te, & coniunxi eam epiſtolam cum hac, quam uelim ſcribas ad me, quomodo ille acceperit, & quid ſis pollicitus tibi, aut quãdo accepit, ecquid.i.quid ſit pollicitus tibi &c. ASC.

SALVIS rebus) Potius, rep. nondum afflicta, q̃, ut quidam, uolunt, ſine bonorum imminutione. ſic enim dixit etiam ad Sulp. epiſt.1.li.4. Vtinam Serui, ſaluis rebus, colloqui potuiſſemus inter nos. & Acad.lib.2. Deli fuiſſe permultos ſaluis rebus illis. MAN. PAVL.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Reſponſoria ad Epiſt. Curij, & hortatoria iocoſa, ut in urbem redeat.

CIC.

CICERO CVRIO S. D. 32

FACILE perſpexi ex tuis literis, quod ſemper ſtudui, & me à te plurimi fieri, & te intelligere, quam mihi carus eſſes. quod quando uterque noſtrum conſecutus eſt: reliquum eſt, ut officijs certemus inter nos: quib. æquo animo uel uincã te, uel uincar abs te. Acilio non fuiſſe neceſſe meas dari literas, facile patior. Sulpicij tibi operam intelligo ex tuis literis: non multum opus fuiſſe, propter res tuas ita cõtractas, ut quẽ admodum ſcribis, nec caput, nec pedes: equidem uellem uti pedes haberent, ut aliquando redires. uides enim exaruiſſe iam ueterem urbanitatem, Vt Pomponius noſter ſuo iure poſſit dicere, niſi nos pauci retineamus gloriam antiquam Atticam. ergo is tibi: nos ei ſuccedimus ueni igitur, quæſo; ne tantum ſemen urbanitatis una cum rep. intereat. Vale.

HVB: FACILE] Teſtatus fuerat Curius ſuis literis ſuam erga Cic. beneuolentiã, admonueratq; ſe eum oĩa fuiſſe obtenturum ab Attilio, quæ uoluiſſet, etiam ſine literis Cic quibus omnibus rñdet Cic. ſe gaudere. Deinde cum eo iocatur, hortaturq; ,ut domũ redeat, ne omnino illa urbanitas, & Attica dicendi gratia, quã ſe Curium, & Atticũ pręcipue ualere dicit amittatur. [Studui) Optaui. ſ [Et me] &c. [Quod) Quam rem. ſ. ut ego intelligerẽ me a te plurimum fieri, & tu intelligeres, quam mihi carus eſſes: [Eſt cõſecutus] Effecit. [Officijs] Beneficijs. [Certemus] Amice contẽdamus, & uideamus vter utri poſſit plura præſtare. [Quibus) Officijs, declarat autem qũo ſit certandum. [Facile patior) Valde contentus ſum [Meas literas de te cõmendaticias] quas in pręcedenti epiſt. uidimus eſſe ſcriptas. [Non fuiſſe) Opus, nõ fuiſſe neceſſarium. [Operam) Fauorẽ, laborẽ. [Cõtractas) Implicatas. [Nec caput, nec pedes. ſ. habeãt, prouerbialiter dixit. i. nullum ordinẽ, nec principium, nec finem, [Equidem] Iocatur &c. [Haberẽt pedes [Vt eis poſſes uti ad redeundũ. [Exaruiſſe) Exiccaſſe, & exhauſtã eſſe, & defeciſſe, metaphora ab aquis. [Põponius) Qui cognominatus eſt Atticus; [Suo iure) Merito, quodã & quadã Pręrogatiua. [Atticã] Cultã, terſam, quali utũtur Attici, q ceteris oĩb. gręcis cultiores hñt, vñ & eloquẽtia Attica κατ᾽ ἐξοχὴν, dr̃. i. p excellẽtiã [Ergo is]. ſ. Atticus [Tibi). ſ. ſuccedit, q a tu es primus in urbanitate. [Nos ei) Attico ſuccedimus poſt ipsũ. [Semẽ] Materia, copia. [Tñ). ſ. q̃tum. ſ. ẽ ĩ te. [Intereat) Pereat. & penitus amittať.

ASC. *FACILE perſpexi ex literis tuis*] Sup. id, qđ ſtudui. ſ. aſſequi ſemper, uidelicet, & i. ſimul, me fieri plurimi à te, & te intelligere quam: i. quantum carus eſſes mihi. Quod qñ. i. qm̃. uterque noſtrum eſt aſſecutus reliquum eſt. i. reſtat. ut certemus officijs inter nos. i. mutuis, quib. ego, uel uincã te, uel uincar à te, æquo aĩo. i. inoffenſo. Facile patior non fuiſſe tibi opus multum opera. i. labore, & induſtria Sulpicii pp res tuas contractas ita. i. attractas, ut nec hrẽnt caput nec pedes. i. nec principium, nec finem, quemadmodum, ſ. Sulpicius ſcribit. Equidem. i. ego quidem uellem uti. i. ut hrẽnt pedes, ut redires aliqñ, ideſt tandem. Tu uides enim ueterem urbanitatem. i. leporẽ, & ſales urbis exaruiſſe iam, ut Põponius noſter. ſ. Atticus, poſſit dicere iure ſuo auctoritate ſibi debita, qđ aliqñ dixiſſe vr̃. Niſi nos pauci retineamus gloriã antiquã Atticam. i. Athenienſem: Ergo is, ſ. Atticus, ſuccedit tibi, ſ. in urbanitate, nos ſuccedimus, ſ. Attico. Veni igitur quæſo, ne tantum ſemen urbanitatis intereat una cum repub.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Ad iocoſam epiſtolam partim iocoſa reſpõdet partim etiam ſeria. quæ re petit, ut Volumnius ſæpius ad ſe ſcribat.

CICERO VOLVMNIO S. D. 33

QVOD ſine prænomine familiariter, ut debebas, ad me epiſtolam miſiſti: primum addubitaui, num à Volũnio ſenatore eſſet, quo cum mihi eſt magnus uſus: deinde † ἐυτραπελία literarum fecit, ut intelligerem tuas eſſe. quibus in literis omnia mihi periucunda fuerunt, præter illud, quod parum diligenter poſſeſſio ſalinarum mearum à te procuratore defenditur. ais enim ut ego diſceſſerim omnia omnium dicta, in his etiam Sextiana, in me conferri. quid? tu id pateris? non ne defendis? non reſiſtis? equidem ſperabam ita notata me reliquiſſe genera dictorum meorum, ut cognoſci ſua ſponte poſſent. ſed quãdo tanta fœx eſt in urbe, ut nihil ſit tam ἄκυδυρον, quod non alicui uenuſtum eſſe uideatur: pugna; ſi me amas, niſi acuta † ἀμφιβολία, niſi elegãs † ὑπερβολὴ, niſi † παρά γραμμα bellũ, niſi ridiculum † παρὰ προσδοκίαν, niſi cetera, quæ ſunt à me in ſecundo libro de oratore per Antonij perſonam diſputata de ridiculis: † ἔντεχνα etiam arguta apparebunt, ut ſacramento contendas mea non eſſe. Nam de iudicijs quod quereris, multo laboro minus: trahantur per me pedibus omnes rei: ſit uel Selius tam eloquens, ut poſſit probare ſe liberum: non laboro: urbanitatis poſſeſſionem, amabo, quibuſuis interdictis defendamus. in qua te unum metuo, contemno ceteros, derideri te putas? nunc demum intelligo te ſapere, ſed mehercule, extra iocum, ualde mihi tuæ literæ facete, elegantesque uiſæ ſunt. Illa, quamuis ridicula eſſent, ſicut erant, mihi tamen riſum non mouerunt. cupio enim noſtrum illum amicũ in tribunatu quàm plurimum habere grauitatis, idque cum ipſius cauſa, (eſt enim mihi, ut ſcis, in † amoribus) tum mehercule etiam reip. quam quidem, quamuis in me ingrata ſit, tamen amare nõn deſinam. Tu mi Volumni, quãdo & inſtituiſti, & mihi uides eſſe gratum, ſcribe ad me quàm ſæpiſſime de rebus urbanis. de rep. iucundus eſt mihi ſermo literarum tuarum. præterea Dolabellam, quem ego perſpicio, & iudico cupidiſſimum eſſe, atque amantiſſimum mei cohortare, & confirma, & redde plane meum nõ mehercule quo quidquam deſit, ſed quia ualde cupio † non uideor nimium laborare. Vale.

† i. feſtiuita
† i. alienum
† i. ambiguũ
† i. ſuplatio
† i. commutatio lr̃æ
† i. præter expectationem
† i. artificioſa
† alias, maioribus
† alias, uideor nõ mirum

HVB. QVOD ſine] Laudat Cic. Volumnium facetiarum præſtantia, cum enim duo eſſent Volumnij, alter ſenator, & hic, qui ſcripſerat epiſt. de Cice ſine prænoĩe, dicit Cicero ſe cognouiſſe epiſtolam tantummodo ex facetijs, deinde commendat etiam Cic. facetias ſuas, quas oſtendit eſſe non ineptas, ſed artificioſas, & quales. 1. lib. de Cra. dicit eſſe oportere, quas dicit ſe uelle à Volumnio defendi. quem ceteris oĩbus anteponit. Poſtremo petit ab eo, ut ſępe ab ſe ſcribat. ſibi. n. gratiſſimas dicit eſſe eius literas. [Sine prænomine] Sine præpoſitione prænominis tui, quod ad differentiam ponitur, ſunt enim propriorum nominum ſpecies quatuor. Nomen, quod unicuiq; eſt neceſſarium, p̃nomen quod ponitur differentię cauſa, ut puta filij Cn. Pomp. Magni, cum proprio nomine dicerentur ambo Pomp. ut diſcernerentur prænominibus. Alteri fuit p̃nomen Cn. alteri Sext. Reliquæ duæ ſpecies cognomẽ, & agnomẽ, & quorum primũ eſt familię alterũ fortunę, licet interdũ abutanť auct. & p̃cipue poetę. Vir. Cui nunc cognomen Iulo. [Debeas] quia ſcribebas ad amiciſſimum. [Eſſet). ſ. epiſt. miſſa, uel data [Vſus) cõſuetudo, cõuerſatio. Deinde poſt hãc dubitationẽ. [ἐυτραπελία] urbanitas, uel feſtiuitas, uel faceta comitas. [Tuas eſſe) quem ſciebam natura facetiſſimũ: [Poſſeſſio) proprietas, trãſlatio à rebus de quibus ꝓprie poſſeſſio dr̃. [Salinarum] Salina ꝓprie dr̃ locus ubi ſal fit, ſed qm̃ ſal pro facetijs ponit Cice. intelligit ſalinas trãſlatiue apophthegmata, & facetias ſuas. [Te procuratore). i. à te, quẽ reliqui quaſi ꝓcuratorem mearũ facetiarũ. [Vt) poſtq̃. [Omnia oĩum dicta). i. omnia apophthegmata cuiusq;. ſ. cõmata, & facetias omnium mihi attribui, cũ mea dicta poſſint ab alijs facile diſcerni, pp quãdam elegantiam. [Etiam Sextiana] i. ẽt dicta Sextijs, quæ nullam hñt comparationẽ cum eis. [Quid?) cur. [Pateris id;] ut oĩa omnium dicta attribuantur mihi, & præcipue Sextiana. q̃ maxime ſunt inepta. [Reſiſtis?) Ijs, q ea in me conferũt, & negas eſſe mea. [Ita nota) ita ſignata. [Sua ſpõte) per ſe ipſa, ut qui ea uideret, aut audiret ẽt ſine inſcriptione mei nominis poſſet noſſe, & dicere, hæc ſunt Cic. [Tanta fęx] tanta uilitas, & ſordes. [Tã ἀκύδυρον] hæc eſt communis lectio, ſed quid ſignificet ἀκύδυρον nec ex libris, nec ex uiris gręcis, ſatis mihi cognoſci potuit, puto autem melius legi, uel ἄκυρον i. abrogatũ, nõ autẽticũ. impropriũ, abſonum, uel ἄκαρτον. i. ſordidum, impurum, immũdum [Pugna) Ehitere Ordo eſt: Pugna, ut contendas ſacramento, nõ eſſe mea. ſ. dicta niſi acuta &c. [ἀμφιβολία] Ambiguitas [Acuta) Ingenioſa, qualis fuit in eũ cuius matrẽ cũ uellet ſignificare impudicã, & quæſitum eſſet, quis fuiſſet eius pater, rñdit Cic. rñſionem hãc difficiliorem efficit mater tua. [Elegãs) nõ uulgaris. [ὑπερβολὴ) Superlatiuo: [παρά γραμμα). i. inſcriptio [Ridiculũ) Res ridicula, ut in eũ, qui tres filias deformoſiſſimas habebat, de quo cũ ſibi obuius eſſet, ita ſubmiſſa voce apud quoſdã dixit, hic haud oriẽ-

Nomen
Prænomen
Cognomen
Agnomen
Poſſeſſio
Salina

te

te sole liberos genuit.[παρὰ προσδοκίαν] præter expectationē. [Per Antonij personā).i.introducto Antonio, q in eo lib. de his disputat.[εὔτεχνα] Artificiosa[Arguta]subtilia, callida, quoddā certo iudicio ꝓbata.[Sacramento]Iureiurando.[Contendas) Asseras.[Nam de iudicijs) Dicit se his urbanis dictis delectari, in dicijs uero, hoc est causis iudicialibus non multum.[Amabo]blādientis est.[Quibusuis interdictis)Tractum à iure, quo quidem solet fieri interdicta ad prohibendā turbationē possessionū, vnde dicit facienda esse interdicta, ne quispiam usurpet vrbanitatē suam.[In qua]vrbanitate [Te unum]Te solū, ne a te uincar.Cōtemno]paruifacio.[Ceteros]Quos non uideo multū ualere [De rideri]quia dico te solum à me metui.[Extra iocū]Siue ideo .i.ut serio loquar.[Illa, quamuis ridicula]Scripserat, ut conijcimus de aliquo qđ leuissime aliqđ egisset, de quo Cic. dicit se non risisse, licet uideretur fuisse ridendum.[Illum amicū) Ignotum, de quo dicet reip.s.causa, cuius interest hr̄e uiros & graues, & optimos. [Quā]rep [Ingrata)quia nō cognoscit, & quantū ei profuerim, & ꝓdesse possim.[Sermo tuarū literarū].i.quod mecū colloquaris, per literas [Cohortare, ut in amore meo pseueret.[Redde]Effice.[Quidquam desit.Quominus sit meus.[Laborare]Curare.

ASC. QVOD &c.]Laudat Volmnium ob facetiarum præstantiam. cum.n.duo essent Volumnij, dicit se cognouisse utrius esset epistola ex solis facetijs, quas cōmendans innuit libros suos de oratore uelle defendi à Volūnio, monetq; ut ad se scribat. Ordo est: Quod misisti ad me epistolam familiariter, ut debebas, sine pnomine, & quo eiusdem nominis homines discerni solebāt, primū addubitaui, num.i.nūquid, supp. epistola esset à Volumnio senatore, cum quo est mihi magnus usus.i.magna consuetudo uiuendi.Deinde εὐτραπελία.i.faceta urbanitas & comitas literarū, facit ut intelligerem esse tuas. In quibus literis omnia fuerunt mihi periucunda præter id quod possessio.i. ius possidendi, siluarū mearum, aut salinarum.i.locorū in quibus sal fiebat, sed malim siluarum legere, & pro uariarum rerum congerie, in unum li potius, quam pro siluis arboreis, defenditur parum diligenter à te ꝓcuratore. Ais.n.oīa dicta.i.apophthegmata, & scōmata omnium conferri in me, ut.i.postq̄ ego discesserim, & ais in his.s.dictis, ēt Seatiana.s.dicta conferri.i.iaculari, in.i.contra me. Quid? modus interrogandi ex indignatione, tu pateris id? q.d. non deberes pati, nonne defendis? non resistis? Equidem.i. ego quidem sperabam me reliquisse genera dictorum.i.urbanorum, ita notata.i. signa, ut possent cognosci sua spōte.i.per se sine defensore, cuius ēent possessoris, hoc est, ut possent agnosci mea, vñ de Siluis dictū prius locutus est. Sed quādo.i.qm̄.tāta sęx.i corruptio, & infectio lingua Romanę est ī vrbe.s. Roma, ut nihil sit ἄκυρον AKirō .i.abrogatum, aut ἄκτιστον AKistō idest, in fabricatū, aut ἄκριτον AKriton.i.imperfectum, quod non uideatur alicui esse uenustū, pugna.i.acriter ista.si amas me nisi, sup in dictis meis sit amphibolia.i.dubia locutio, sut ambiguitas sūę acuta.i.subtilis, & nisi sit hyperbole.i.superlatio sūę, seu locutio per hyperbolē, elegās .i.apta & culta, nisi paragramma.i inscriptio uenusta, nisi bellū, nisi ridiculum.i.risum excitans, παρὰ προσδοκίαν i. præter expectationem nisi cetera, quæ sunt disputata à me in 2.lib. de Orat. per personā Antonij s.oratoris clarissimi, de ridiculis dictis apparebunt εὔτεχνα.i.artificiosa& arguta .i. subtilia, & callida, ut cōtendas sacramento.i.affirmes iuramento non esse mea. Nā qđ quereris de iudicijs.i.q in eis dicar dormitasse, laboro multo minus, non laboro, trahantur.i.etiam si trahantur, omnes rei.i.accusari per me.i.quantum est de iudicijs per me traditis, pedibus .s. anterioribus iniecto unco, uel.i.etiam, Silius tamen eloquens, vt possit probari, sicut iactat, se liberum sup. Amabo, blādientis uox ò Volumni, defendamus possessionem urbanitatis.i. ut nostra dicatur propria, quibusuis interdictis, in qua.s.possessione, metuo te unum s.ne eripias eam mihi, contemno ceteros. Putas te derideri?q.d etiam. Vnde dicit: Ego intelligo nūc demum te sapere, sed mehercule supp-loquor extra iocum, tuæ literæ uisæ sunt mihi ualde facetę & elegātes. Illa.s.alia in epistola tua scripta, quā uis essent ridicula, sicut erant, tamen nō mouerunt mihi risum. Cupio.n. illū amicū nostrū habere quā plurimū grauitatis in tribunatu, cum.s.ita sit, ꝙ uelim id cā ipsius. est enim mihi, ut scis in maiorib.s.amicis, tum mehercule etiā reip.s.cā, quā.s.rep.quā uis sit ingrata in me, tñ non desinam amare. Tu ò Volumni, qñ .i.qm̄, &.i.simul instituisti, id est incepisti, & uides esse gratū mihi, scribe ad me q̄ sæpissime de rebus urbanis, de rep. Sermo literarū tuarum est iucundus mihi. Præterea cohortare & confirma & redde planè meū Dolabellam .s.generū meum, quē ego uideo esse cupidissimum atq; amantissimum mei. Mehercule, non sup. id peto, quo legam quod, quia, scilicet amoris eius in me, sed quia cupio ualde, non uideo desit laborare nimium.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Primo respondet ad capita quadam epistola Curij, deinde aduentū Volumnij, se desiderare dicit, & de amatoribus suis Cassio, Dolabellaq; item q; de studijs narrat.

M. CICERO VOLVMNO S. D. 34

QVod declarationibus nostris cares, damni nihil facis. Quod Hirtio inuideres, nisi eum amares: non erat causa inuidendi: nisi forte ipsius eloquentiæ magis, quam q me audiret, inuideres. nos enim plane mi suauissime Volumni, aut nihil sumus, aut nobis quidem ipsis displicemus, gregalibus illis, quibus, te plaudente, uigebamus, † amissis: ut, etiam si aliquando dignum nostro nomine emisimus, ingemiscamus, quod hæc panigero, non armigero in corpore tela exerceantur, ut ait Philoctetes apud Attium, abiecta gloria, sed tamē omnia, mihi erunt, si tu ueneris, hilariora: quanquam uenias, ut ipse intelligis, in maximarum quasi concursum occupationum: quas si, ut uolumus exceperimus; ego uero multam salutem et foro dicam, et curiæ; uiuamq; tecum multum. & cum communibus nostris amatoribus: nā & Cassius tuus, & Dolabella noster, uel potius uterque noster, studijs isdem tenentur, & meis æquissimis utuntur auribus. opus est huc limatulo, & politulo tuo iudicio, & illis interioribus literis meis, quibus sæpe uerecundiorem me in loquendo facis. mihi enim iudicatum est; si modo hoc Cæsar aut patietur, aut uolet deponere illam iam personam, in qua me sæpe illi ipsi probaui, ac me totum in literas abdere, tecumque & cum ceteris earum studiosis honestissimo ocio perfrui. Te uellem, ne ueritus esses, ne perinuitus legerem tuas literas, si mihi quemadmodū scribis, lōgiores forte misisses. ac uelim, posthac sic statuas, tuas mihi literas longissimas quasq. gratissimas fore. Val.

† alias, emissis

HVB. QVod declamationibus] scripserat Volumnius ad Cic. se cupidum eius declamationum. Deinde quod nisi esset amicus Hircij, ei inuideret, quia esse auditor Cice. itaq; Cic. rescribit declamantiones suas non esset tales, ut damnū sit Volumnio eis carere, & nullam esse causam, quare inuideat Hircio, qđ sit auditor suus, quia non sit ipse Cic. ꝑtor inuidiosus, sed potius fortunam suam talem dicit, ut sibi ipse displiceat, maxime amissis sodalibus, & æqualib. suis, quorum cōsuetudine frui solebat. Deinde dicit se desiderare aduētum Volumnij, seque habere auditores etiam Cassium, & Dolabellam, quibus ipse Volumnius suo polito iudicio plurimum prodesse possit. [Postremo ostēdit se cupidum relinquendi tandem causas, & negocia ciuilia, & tradendi se totum literis. [Declamationibus] Declamationes dicuntur exercitationes ad dicendum ficto themate, sumuntur autem interdum ex fabulis, nonnunquam etiam ex historia, ut de Iasone, & Medea. De Annibale, ut ostendit Iuu. I nūc, & sæuus curre p alpes. Vt pueris placeas. & declamatio fiat. [Damni nihil facis] Nullum est tibi damnum, quia non sunt tantæ utilitaatis. [Inuidendi) Ei quod me audiret [Displicemus nobis) Non sumus cōtēti forte nostra. [Gregalibus) soldalibus æqualibus ex eodē grege [Te plaudēte]Te gaudente, & gratulāte nobis. [Vigebamus] stabamus in statu nostro. [Emisimus] Edidimus, diuulgauimus. [Pænigero]pleno pęnis, & cruciatibus, quidam legunt penigero .i.apto pennæ.i.calamo, hoc est ad scribendum, sed priorem sensum uerum puto. [Philoctetes] is fuit Pæantis filius, Herculis socius, & eius sagittarū hæres, quarum una lapsa ita pedem lernęo veneno, quo erat infecta, corrupit, ut odor ferri non posset, ob q̄. causam à Græcis in Lemno relictus est, ut ostendit Ouid. libr. 14 Metam. cum autem in tragœdia quadam inducit Accius poeta dicētem tela exerceri in corpore suo pennigero, non aūt armigero. [Abiecti). s. nos. [Concursum) cōgregationem, multitudinem quia undiq; ad te cōcurrēt. [Exceperimus) superauerimus, vt: Excipit incautum [Dicam salutem] salutabo .i. dicam curiæ, & foro valere. [Iisdem studiis) quibus ego quoque delector. [Vtuntur meis ęquissimis auribus) idest me libentissime audiunt, & sine vlla molestia [Limatulo) Terso, & subtili. blandimenti gratia usus est diminutiuo. [Quibus sæpe me uerecundiorem) quia eas tātū laudas, vt plerunque erubescam loqui. [Iudicatum) decretū [Personam) Oratoriam. [Probaui) cum laude, honeste. [Ocio literarū quo nullum potest esse honestius. [Ac velim) Dicit literas Volūnij non posse sibi videri nimis longas, sed quāto fuerunt longiores,

Decramationes

Pœniger

Philoctetes

res, tanto gratiores fore. Hoc autem dixit, qa scripserat Volum. se uereri, ut Cic. fastidio quodam non legeret epistolas suas, si forent longiores, ideoque se breuiores scribere dicit.

NON minore equidem aliorum utilitate, quàm labore meo Bone Accursi mi doctissime, atque optime: puto me septem M. Cic. Epist. Fam. libros explicasse, ut te, & nosse, & prędicare audio, in quo nõ tam mea, quam communi oĩum causa tibi gratias ago. Non enim tam nostra causa, qua te multum uelle scio, quã communi omnium utilitate studium, laboremque nostrum à te probari intelligo, quòd uides me adolescentibus nostris, q̃ prius fragili, inermique quadam cymba fluitabant, nunc remigiũ, & tutam firmamque nauẽ ædificasse, atque dedisse, quam per hoc ingens, & dubium epistolarum pelagus non modo nauigare: uerum etiam ad optatum portum peruenire possit, ex quo non tã mihi gratiam haberi opto, quàm ne inuidia magis, q̃ merito meo in detractores incurram, ut si opus hoc minime laudãdum putabitur, certe studium, uoluntasque mea non improbetur: quę profecto tantum negocij non suscepisset, nisi magis pub. quam priuatę utilitatis causa suasisset, atque impulisset. Quamobrem, qui meam causam aduersus inuidos, obtrectatoresque meos nõ tuebitur, is communis utilitatis se non amicum esse arguet, qui non magis fauore digna existimabit, si quibus locis defecimus, quàm repręhensione. Nam cuiusuis hominis castigationem æquissimo animo me acceptur ũ polliceor, si modo liuore caruerit, si existimauerit quanto plura bona, quam mala in hoc tempore sint, si quæ alij scripserũt, ita cum nostris comparaũet, ut ad iudicãdum non hominum, sed rerum ratio habeatur. sunt enim qui magis auctoritate quorundam, quàm rerum ueritate ducantur, qui, ut sine ratione mouentur, ita & contemnendi sunt. itaque eos omittamus, atque ad reliqua pergamus, in quibus uelut obex quidam se nobis offert octauus hic liber epistolarum non Cic. sed Cœlij, qui & rerum plurimarum obscuritate, & uitio librariorum ita difficilis, atque confragosus est, ut iter nostrum, cuius celeritate exigis, non impediturus, sed certe aliquantulum tardaturus uideatur. Accelerabimus tamen quantum fieri poterit, & quoniã utilitati consulimus, nõ quolibet scopulo immorabimur, sed altum petemus & remis, uelisq; (ut spero) plenius, ad portum properabimus, ut qui studijs nostris fauent, eis aliquando, & fui, & gaudere possint, qui uere dolẽt ueram dolẽdi causam habeant, inuidia rumpantur, ut ilia Codro. Tu interea uale, & nos ama, nos ad instituta pergemus.

ASC. *QVOD declamationibus &c.*] Scripserat Volumnius se cupidum esse declamationũ Cic. & quod nisi esset amicus Hircij, ei inuideret, q̃ esset auditor Cic. Respondet igitur Cic. se, & sua nõ esse tãti. Ordo est. Quòd cares declamationibus nostris, nihil facis damni. Quòd inuideres Hircio, nisi amares eum: non erat cã inuidendi, nisi forte inuideres magis eloquentiæ ipsius, quàm q̃ audiret me. Sunt aũt declamationes orõnes in scolis rhetorũ habitæ, qbus oratorię studẽtes ad utrãq; partẽ argumẽtãtes se exercẽt in fictis causis, ut ad ueras habiles fiãt. Se aũt extenuat, dicẽs. Enim. i. qa, ò mi suauissime Volũni, nos aut nihil sumus. i. nulli⁹ artificij, aut displicemus nobisipsis, & hoc gregalibus. i. sodalibus illis gregatim nos frequẽtare solitis, qbus uigebamus te plaudẽte. i. applaudẽte, amissis. i. postq̃ eos amisimus, ut ingemiscamus ẽt, si qñ. i. aliqñ emisimus aliquid dignum noĩe nostro, qd tũc celebre erat & nũc celeberrimũ est, ingemiscamus inq̃. Qd hęc tela, allegoricos loquitur alludens ad uerba Acciana in Philoct. vn de dupliciter exponã primo ẽm historiã accipiẽda sunt, deinde ut ẽm allegoriã. Scdum historiã igit sic. s. fatalia adeuersionem Troię destinata exerceant, ut ait Philoctetes apud Acciũ poetã Tragicũ, in corpore pẽnigero. i. auibus sagitta petẽdis, nõ in corpore armigero. i. belligero gloria abiecta, quia aũt deiecisse parũ est gloriæ, uirũ bellicosum multũ. Alij in corpore pennigero legũt, quia in suo corpore erũnoso exercuit. Scdum allegoriã aũt sic, q̃ hęc tela. i. uerba acuta, & oratoria, exerceant in corpore pẽnigero. i. in adiutorio molli, et indocto, et nõ ĩ corpore belligero. i. adiutorio acri, & ad oratoriã apto gloria amissa. ut ait, licet in alio sensu Philoctetes comes Herculis apud Accium in fabula. Sed tamen omnia erunt mihi hilariora. i. lętiora, quã nunc sint, si tu ueneris, quanquam uenies. ut. i. quemadmodum, ipse. i. tu te intelligis quasi in concursum maximarum occupationum, quas. s. occupationes si exceperimus. i. superauerimus, ut apud Virg. Excipit incautum, aut expleuerimus, ut uolumus. Ego dicã uero. i. ex animo, & pro uero multam salutem, & foro. i. iudiciali, & curiæ i. senatui. coram illis enim orandum est et in concione, & uiuam tecum, & cũ omnibus amatoribus. i. quos possidemus, aut nostri. i. qui nos amant. Nam & Cassius tuus. s. amicus, & Dola-
Not bella noster, uel potius uterque noster tenentur eisdem. i. ijs ipsis studijs, & utuntur me auribus æquissimis i. libentissime audiunt me opus est huic, uidelicet Dolabellę, iudicio tuo limatulo, idest bello, limato, & terso, & pro. i. polito, quia non est tanto iudicio, ut tuo, & illi s. Cassio opus est literis meis interioribus. i. secretis & arcanis, quas non omnibus communico, aut quas non omnes imitari possunt, quibus. s. literis, & facis me sæpe uerecũdiorem in loquendo, ut q̃ ea sic imiteris, ut me superes, aut q̃ me incõmode ob eas extollas. Enim. i. quia iudicatum. i. penitus decretũ est mihi, si modo. s. dum modo, Cæs. patietur, aut uolet hoc deponere iam. i. deinceps illam personam. s. oratoriam, & causidicam, in qua. s. persona, ego probaui. i. commendatũ feci me sæpe illi ipsi. s. Cęsari, ac iudicatum est mihi abdere. i. abscondere me totũ in literis. s. ocio literario, & perfrui honestissimo ocio tecum, & ceteris studiosis earũ. s. literarum, pcipue ethicarũ. Vellẽ ne. i. ut nõ, esses ueritus, ne. i. q̃ non legerẽ literas tuas, pluribus sup uerbis scriptas, si forte misisses mihi longiores, queadmodũ scribis aut plurib⁹ sup. uic b⁹, & nõ semel, ac uelim statuas. i. cõstituas, & psuadeas tibi posthac sic lr̃as tuas lõgissimas quasq;. i. ut q̃q; erũt longissimę, fore mihi gratissimas. i. ita futuras mihi gratissimas.

PENNIGERO, non armigero in corpore) Non dubiũ est intelligi de auibus, quas Philoctetes cõfigebat tardus celeres, stans uolãtes. alij tñ, pinnigero maluerunt, contra Quinctiliani sñiam, qui pinnas de auibus dici non uult. [Illis interioribus literis meis, q bus sæpe uerecundiorem me in loquendo facis] Iamdiu suspicatus sum, hũc locũ esse deprauatũ. neque. n. si ita legatur, sensus elici bonus possit. Hieronymus aũt Ferrarius Corrigensis arbitratur esse legendũ, illis interioribus literis, eis, quibus sæpe uerecundiorem me in loquendo facis. cuius sententiæ nos facile acquiescamus. ita. n. & aptus colligetur sensus, & erit locutio sanequam elegãs, qua in suis scriptis ita frequenter Cicero est usus, ut eius exempla hunc afferre putidum prope sit. PAVL. MAN.

EPISTOLARVM COELII AD CIC.

LIBER OCTAVVS.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

PEtierat à Cœlio Tullius, ut acta omnia urbana ad illum scriberet, quod eum fieri uix posse uideretur, respondet Cœlius se Ciceroni librum, misisse ex quo eorum partem exciperet. Postremo qui sint rumores de Pompeio, & Cæsare nunciat.

M. COELIVS M. CICERONI S. D. 1

QVOD tibi decedens pollicitus sum me omnes res urbanas diligentissime tibi perscripturũ: data opera paraui, qui sic omnia persequeretur, ut uerear, ne tibi arguta nimium hæc sedulitas uideatur: tam etsi tu, scio, q̃ sis curiosus, & quam oĩbus peregrinantibus gratum sit, minimarum quoque rerum, quæ domi gerantur, fieri certiores. tamen in hoc te deprecor, ne meũ hoc officium arrogantiæ cõdemnes, q̃ hunc laborem alteri delegaui: nõ quin mihi suauissimũ sit & occupato, & ad literas scribendas, ut tu nosti, pigerrimo tuæ memoriæ dare operam, sed ipsum uolumen, quod tibi misi, facile, ut ego arbitror, me excusat nescio, cuius ocij esset, nõ modo perscribere hæc, sed oĩno animaduertere: oĩa. n. sunt tibi S. C. edicta, fabulæ rumores, qđ exemplum si forte minus te delectarit; ne molestiã tibi cum impensa mea exhibeã, fac me certiorẽ si quid in rep. maius actum erit, qđ isti operarij minus commode persequi possint: & queãdmodũ actũ sit, et existimatio consecuta, quæque de eo spes est, diligenter tibi pscribemus. Vt nunc est, nulla magnopere expectatio est. nã & illi rumores de comitijs transpadanorũ † Cumarũ tenus caluerunt. Romã cũ uenissem ne tenuissimam quidem auditionẽ de ea re accepi. pterea Marcellus quidẽ adhuc nihil retulit de successione puinciarũ Galliarum in Kal. Iun. ut mihi ipse dixit, eã distulit relationẽ. saneguã eos sermones repressit, q̃ de eo tum fuerant, cum Romæ

nos eſſemus. Tu, ſi Pompeium, ut uolebas offendiſti, qui tibi uiſus ſit: & quam orationem habuerit tecũ q̃que oſtenderet uoluntatem, (ſolet.n. aliud ſentire, & loq, neq. tamen tantũ ualere ingenio, ut non appareat, quid cupiat) fac mihi perſcribas. Quod ad Cæſarẽ attinet, crebri, & nõ belli de eo rumores, ſed ſuſurrationes dũtaxat ueniunt. alius equidẽ perdidiſſe, qđ opinor certe factum: alius ſeptimã legionẽ uapulaſſe. ipſum apud Bellouacos, circunſideri, intercluſum ab reliquo exercitu. neque adhuc certi quidquã eſt, neque hæc incerta, tamẽ uulgo iactantur, ſed inter paucos, quos tu noſti planè, ſecreto narrantur. at Domitius, cum manus ad os appoſuit? Te ad 9. Kal. Iun. ſubroſtrani, quod illorum capiti ſit, diſſiparãt periſſe: ita ut in urbe, ac foro toto maximus rumor fuerit, à Q. Pompeio in itinere occiſum. ego, qui ſcirem Q. Pompeiũ Baulis † embæneticam facere, & uſque eo, ut ego miſerer eius eſuriei, non ſum commotus: & hoc mendatio, ſi qua pericula tibi impenderent, ut defungeremur, optaui. Plac us quidẽ tuus Rauennæ eſt, & magno congiario donatus à Cæſ. nec beatus, nec bene inſtructus eſt. Tui politici libri omnibus uigẽt. Vale.

† alias, ſchœnobati cũ

HVB: VOD tibi] Hic eſt Cęlius, ad quẽ Cic. multas epſcripſit lib. 2. cui cum Cic. mandaſſet, ut ad ſe diligenter perſcribere quęcunq; in urbe fierent, hac epi. ſcribit Cœlius ſe uſum omni diligentia, ut cũ ipſe manu propria ſcribere non poſſet, per quoſdã oĩa ẽt minutiſſima ad ipſum Cic. pſcriberẽtur, dicit tamẽ ſe ad eum miſiſſe uolumen quoddã, in quo omnia cõplexus ſit, quod ſi minus ei placuerit, rogat ſe fieri certiorem. Deinde ſcribit qui rumores ſint in urbe de Pomp. & Cæſa. & poſtremo, ubi ſit Plancus, quem Cic. Plurimum diligebat. [Decedẽs] A te data opera] Adhibito ſtudio. [Perſequeretur) Tractaret. [Sedulitas] diligẽtia. [Arguta) Studioſa, calida. [Curioſus] Diligẽs inueſtigator rerũ. [Peregrinantibus) abſentibus à patria. [Arrogãtiæ) Superbię, elationis. [Delegaui) Mandaui, tradidi. [Excuſat me] qa teſtatur, ꝙ ego nõ dedignor ad te ſcribere. [Neſcio cuius ocij eſſet,) q. d. nullius, aut certe paucorũ. i. neſcio cui poſſet tm̃ ocium. [Ibi) In uolumine meo ad te miſſo. [Oĩa S.C.] qcq̃d ſenatus cõſultauit & decreuit. [Fabulæ) Sermones uulgi, à fando. Iuuen.

It noua nec triſtis per cunctas fabula cœnas.

Rumor — [Rumores] rumor fama ẽ ſine certo auctore. [Qđ exemplũ) Quę copia uoluminis mei. [Moleſtiã). i. tediũ. [Exhibeã] Prębeã. [Cũ ea impenſa] Profundendũ laborem, & chartã. [Iſti operarij] Iſti, quibus dedi negocium, ut ad te ſcribant, & qui à me ſunt cõducti ad hãc operã. [Exiſtimatio] Opinio. [De eo) Quod erit actũ magis in rep. [Tranſpadanorũ). i. eorũ qui colunt tranſpadũ. [Caluerũt) Feruerũt, frequẽtati. & celebre fuerũt. [Cumarũ tenus.). i. uſq; Cumas. Tenus ãt genitiuo iunxit more gręco ſic Vir. 3. Geo.

Et crurum tenus, à mento palearia pendent.

Venas — [Tenuiſſimam auditionem). i. audiuiſſe. Marcellus). ſ. M. Marc. qui conſuluerat. [Retulit) Propoſuit in Sen [De ſucceſſione Galliarum) ideſt, q ſucceſſor mitteretur in Gallias, quibus iam multos annos pręfuerat Cæſ [Repreſſit] Aperuit, declarauit. [Offendiſti] Inueniſti [Qui) Qualis. [Aliud ſentire, & loqui) ideſt, aliud habere in animo, & aliud dicere. [Valere tantum ingenio) ideſt eſſe ita ingenioſum. [Vt non appareat quid cupiat) Vt non detegatur eius uoluntas. Multi enim ſolent ſimulare ita, ut non appareat quid cupiant, quod Pomp. non poſſe facere dicit. [Quod ad

Suſurrator — Cæſ.] ſcilicet, attinet. [Non belli] non boni. [Suſurratores] Murmuratores, qui non audent aperte dicere, nam ſuſurrus dicitur

Suſurrus — parum, & ſubmiſſum murmur. [Dũtaxat) tantumodo. [Alius) ſcilicet ſuſurrator, ſubaudi dicit. [Vapulaſſe] Cæſam & percuſſã

Bellouaci — eẽ ab hoſtibus. [Bellouacos] Populos Gallię in Belgis, auct. Strabo. [Circunſideri] Obſideri. [Neq; iactantur uulgo). i. neque paſſim, & ubique dicuntur, & ſparguntur. [Inter paucos) Inimicos Cæſ q̃ vellẽt ita eſſe. [Secreto) occulte, nõ multis pñtib. [At Domitius cum manus) Irridet hunc Domitiũ, cuius erat mos cũ loqueret, manus ad os opponere. [At Domitius] Deeſt uerbũ, quaſi

Subroſtrarij — dicat qd iactat [Subroſtrani) Qui erant infra ſenatores, hoc eſt, q ſub roſtris ſedebant. [Diſſiparãt) Diuulgauerant, diſparſerãt famã. [Quod) Quę res. ſ. ut pateãt. [Sit] Accidat. [Capiti) Vitę. Vir.

Quod dij prius omen ipſum conuertant.

Roſtra — [Illorum]. ſ. ſubroſtrariorum. Roſtra. n. erant ſedes ante curiam, ubi concionabantur, à roſtris nauium captarum, de quibus pri-

Bauli — mo fixæ ſunt auct. Varr. Põp. [Q. Põp. Baulis). i. locus apud Baias dictus, quaſi boauli, ꝙ illic Hercules boum ſtabulũ fecit, quas Geryoni abſtulit. [Embæneticam facere) artem. i. qui ſcirem eum propter paupertatem factum ſchœnobatem. i. funãbulum, nam ſchœnobates dicit̃, qui per funes graditur, nam ſchœnos, funem ſignificat, βαίνω, gradior. [Vſq; eo) Adeo, in tãtum. [Eſuriei] Inediæ, famis. [Et hoc mẽdacio). i. ẽt hoc mẽdacio. [Impẽderẽt] Imminerent. [In defungeremur) Alij codices habent, ut defungeremur optaui. [Defungeremur) Non moreremur: ut quidam interpretantur, ſed potius liberaremur: ut apud Virg. O tandem magnis pelagi defuncte periclis. Et Terent. Defunctus iã ſum. [Rauennæ) Quæ urbs eſt Italię à Theſſalis condita, auct. Str [Congiario] Congiarium proprie dicit̃ munus principum, ſiue imperatorum, ut ſæpe apud Trãquillum in uitis Cæſ. Macr. in Satur. Auguſtus cum ab eo. [Pacuuius) Tantus congiarium peteret, diceretq; iam hoc homines uulgo loqui: non paruã ſibi ab illo pecuniã datã, ſed tu, inquit, noli credere. [Nec beatus). ſ. illo cõgiario. [Nec bñ inſtructus) Quia pluribꝰ eget. [Politici] De rep. quos ſcripſiſti, nã πόλις ciuitatẽ, ſignificat, inde libri politici dicũt̃ q̃ de ciuitate & adminiſtratione reip. tractãt. [Vidẽt] Puto melius legẽdũ, ut eſſe uigẽt, ut ſic tui libri politici uigẽt oĩbus. NE mireris lectos, ſicubi uariat hic & itẽ deinceps epiſtolarũ ſeries, aut uerborũ, ab exẽplarib. ceteris, cãm uero intelliges, ac ꝓbabit arbitror, ſi 25. caput primę Cẽturię miſcellanorũ Politiani legeris. — Schœnobates; Rauẽna; Cõgiario; Politici libri

ASC. *QVOD tibi decedens &c.*] Totus hic octauus liber eſt M. Cælij, eius uidelicet, ad quem lib. 2. à Cic. ſcriptæ ſunt cõplures epiſtolæ. uerum, quia ad C. ſcriptæ ſunt, & ad Ciceronianum ſtylum accedunt, inter Ciceronianas computantur. Huius aũt argm̃ eſt huiuſcemodi: Cum Cic. manens in ꝓuincia mandaſſet Cœlio ꝓficiſcenti Romã, ut ad ſe diligenter ſcriberet quæcunq; in urbe fierent, ſcribit ſe paraſſe, q̃ oĩa etiã minima quæq; ſcriberet quã diligentiã, ſi Cic. non probaret, monet ut reſcribat. Deinde quæ ab illo p̃termiſſa putat, ſcribit ꝙ rumores ſunt in urbe de Pompeio, & Cæſ. & poſtremo ubi ſit Plãcus, quẽ Cic. plurimũ diligebat. Ordo eſt: Quòd. i. quia, ego decedens. ſ. à te in urbem, pollicitus ſum me perſcripturũ tibi diligentiſſime oẽs res urbana. i. quæ in urbe fierent, paraui. i. cõparaui & diſpoſui opera data. i. ex cõpoſito & deliberato propoſito, ſup. ſcribã, qui perſequeretur. i. planè perſcriberet hæc omnia, ſic ut uerear, ne hæc ſedulitas. i. diligentia mea, & fidelitas in ſeruandis promiſſis: (dicitur. n. quaſi ſeorſum à dolo) uideatur tibi nimium arguta, i. callide interpretata mandatũ tuũ. Tametſi ſcio, q̃. i. quantum, tu ſis curioſus. i. rerũ, nouarũ & q̃. i. quantum gratũ ſit oĩbus peregrinãtibus. i. in externis regionibus agẽtib. ſup. eos fieri certiores quoq;. i. etiã minimarũ rerum, quæ gerantur domi in ſua cuiuſque patria. Tamen ego deprecor te in hoc ne cõdemnes hoc officiũ meum arrogantiæ. ſ. uitio, qđ delegaui. i. commiſi alteri, hunc laborem. ſ. ad te ſcribendi, quæ hic gerantur. Nõ ſup. delegaui alteri hoc officiũ, quin. i. ꝙ nõ ſit ſuauiſſimũ mihi, &. i. ſimul, aut licet occupato, & pigerrimo ad literas ſcribendas, ut noſti. ſ. experientiã, dare operã tuæ memoriæ. ſ. exercitandæ. Sed ipſum uolumen. ſ. rerum urbanarũ, qđ miſit tibi, excuſat facile, ut ego arbitror, q. d. alia ſcripta in eo eſſe, ut Cic. non cenſeat ea à Cęlio fuiſſe ſcribenda. Nã neſcio cuius ocij eſſet. i. quis tanto ocio redundaret, ut uacet, nõ modo. i. nõ ſolum perſcribere hæc. i. huiuſmodi nugas & res nullius momenti, ſed oĩno animaduerte. i. animo complecti, & cõſiderare. Omnia enim ſunt ibi. i. in eo uolumine, vt pote Senatuſconſulta. i. decreta, fabulæ dictæ. ſ. in ſenatu, rumores. ſ. in certo auctore perlati. Quod exemplũ. i. quæ forma ſcribendi res urbanas etiã minimas, ſi non delectat te, fac me certiorem. i. ne exhibeam tibi moleſtiam. i. tædium, cum impenſa mea. i. pecunia, q̃ his rebus ſcribendis impendi & impendam. Siquid. i. aliquid maius, i. maioris momẽti erit actum in rep. quod iſti operarij. i. ſcriptores rerum leuium, poſſint perſequi minus. i. nõ ſatis commode &. i. ſimul quemadmodum ſit actum, & quæ exiſtimatio. i. opinio ſit conſecuta. i. actionem talem, & quæ ſpes eſt de eo. ſ. quod inceptum eſt nos perſcribemus tibi ſup. hæc omnia diligenter. Vt nunc eſt. i. ſecundum ꝙ res nunc hñt, nulla expectatio. ſ. magnæ rei eſt magnopere. Nam & illi rumores. i. ſermones ab incerto auctore orti, de comicijs Tranſpadanorum. i. eorum qui trans Padum incolunt, hñdi. ſ. an deberent in ciuitatem recipi, aut ad bellum mitti, aut quid ſimile, caluerũt. i. increbuerunt Cumarũ tenus. i. uſque ad Cumas, quæ urbs eſt in litore Tyrrheni maris. Cum ego ueniſſem Romam, ne quidem. i. non ſaltem, accepi auditionem tenuem i. quantumuis exilem de ea re. Præterea Marcellus quidem nihil retulit. ſ. ad ſenatum. i. nihil egit adhuc in ſenatu, de ſucceſſione ꝓuinciarum Galliarum, & diſtulit eam relationem, ut ipſe dixit mihi, in. i. uſq; ad Kal. Iunij ſ. menſis, qui. ſ. Marcellus expreſſit. i. explicauit, ſanè. i. omnino, ſermones meos.

qui fuerant de eo, tum.i.tunc, cum.i.quando nos essemus Romę. Tu si offendisti.i.conuenisti obuiam habitum Pompeij, ut uolebas, fac perscribas, mihi, q.i. qualis sit tibi uisus, & quã orationẽ qualem sermonẽ habuerit tecum, & quam.i. qualem uoluntatẽ .s.suam, ostenderit.s.uultu & alijs indicijs inter loquendum. Solet.n.aliud sentire, & loqui, neq; ualere ingenio tm.i.tam multũ .i.non esset tam calidus, & cautus, ut non appareat quid cupiat. Quod.s. attinet, aut spectat ad Cæs. crebri & nõ belli.i. non boni sermones, sed duntaxat susurrationes.i. quæ in aures dñr, ueniũt .i.afferunt, ad nos de eo. alius sup. dicit Cæsarẽ perdidisse equitẽ .i.equitatum, quod opinor certe factũ esse, alius sup. dicit aut sustinet septimã legionẽ uapulasse.i. cæsam aut pcussã esse & sup. ipsum circũsideri.s. à Gallis interclusũ ab reliquo exercitu apud Bellouacos populos Galliæ olim iã bellicosos, quorũ fama & nomen adhuc durat, neque quidquam certi est adhuc, neque tamen hæc incerta iactantur uulgo, sup. narratur secreto inter paucos, quos tu nosti plane, q.d. Cæs. inimicos. At.i. sed Domitius supp. talia narrat, fingens se nolle, aut nõ audere talia dicere, cũ apposuit manum ad os.i. cum digito compescuit labellũ, ne qd quam perperam dicat. subrostrarij.i.qui sub rostris sedent nouarum rerum captatores. nam à rostris omnia Romæ dicebantur, dissi parant.i. in uulgum disseminauerãt te perisse ad nonũ Kal. Iunij, qđ.s.perijsse, sit.i.eueniat, capiti.i. in caput eorũ, ut Æn. 2. Quod dij prius omen in ipsum Conuertant. ita sup. dissiparãt, ut maximus rumor fuerit in urbe ac foro, toto, atque sup. dissiparãt Pompeium.s.Q.non Cneum occisum, in itinere. Ego qui scirẽ Q. Pompeium facere Baulis, i. in eo loco, apud Baias ubi Hercules bouum stabulũ fecit, unde Bauli quasi Boauli.i. bouum aula .i.caula, dicti sunt facere scœnobaticam.i.artem funãbulorum. i. ambulantium ac gradientium super funem extentum σχοίνος scenos.n. dicitur funis, βαίνω bęno gradior ambulo qui talia facit, Græce scœnobates, latine funãbulus dicitur. & scirem eum facere schœnobaticã usq; eo.i. in tantum artificij, qđ nullum illi erat, ut ego misererer esuriei.i.famis eius. nõ sum cõmotus.s.ex tali rumore, & optaui supp. ut nos defungeremur hoc mẽdacio. i. liberaremur & absolueremur, ut apud Maro. O tandẽ magnis pelagi defuncte periclis.i.illis transactis liberate. Credebant aũt miseri gẽtiles malũ, quod dij pararent, alio malo posse deuitari, ut mẽdacio pręuiso qđ impẽderẽt malũ sup. periculis, si qua pericula impenderent tibi. Plancus tuus quidẽ.i.certe, q.d. qđ sine mendacio dicitur, est Rauennę, in ea urbe Italię à Thessalis condita, & donatus à Cæsare magno congiario.i.munere, ut à Principe, & Imperatore in eum collato, nec beatus est, nec bene instructus. libri tui policiti, quos de rep. & politia scripsisti, uigẽt oĩbus. i. omnibus eos legentibus sunt in uigore, hoc est placent & tractãtur.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Nũciat, quemadmodum absoluto Messala, Hortensius sinistre defensionem illius susceperit, deinde petit, ut pãtheras in Cilicia ad ornandã ædilitatẽ Cic. conquirat. Huic epistolæ respondet lib. 2. Putares ne, &c.

M. COELIVS CICERONI S. D. 2

CERTE, inquam, absolutus † est. me repræsentante ꝓnũciatum est, & quidem omnibus ordinibus, sed & singulis in unoquoq; ordine sententijs. uide modo, inquis. nõ mehercules. nihil enim unquam tã præter opinionem, tam quod uideretur omnibus indignum, accidit. quin ego cum pro amicitia ualidissime fauerem ei, & me iam ad dolendum præparassem: postquam factum est, obstupui, & mihi uisus sum captus esse. quid alios putas? clamoribus, scilicet maximis iudices corripuerunt: & ostenderunt planè esse, qđ ferri non posset. itaq. relictus lege Licinia, maiore esse periculo uidetur. accessit huc, qđ postridie eius absolutionis in theatrum Curionis Hortensius introijt: puto, ut suũ gaudiũ gauderemus. hic tibi strepitus, fremitus, clamor tonitruũ, & rudẽtũ sibilus. hoc magis aĩaduersum est, qđ intactus à sibilo puenerat Hortẽsius ad senectutẽ: sed tũ ita bene, ut in totã uitã cuius satis esset, et pœniteret cũ iã uicisse. De rep. qđ tibi scribã, nihil habeo. Marcelli impetus resederũt, nõ inertia, sed, ut mihi uidebatur, cõsilio. De comitijs consularibus incertissima est existimatio. Ego incidi in cõpetitorem nobilẽ et nobilem agentẽ. nã M. Octauius, Cn. F. & C. Hirrus mecũ petit. hoc ideo scripsi, ꝗ scio te acriter, propter Hirrum, nũcium nostrorum comitiorum expectaturum. tu tamen simul ac me designatũ audieris, ut tibi curæ sit, quod ad pãtheras attinet rogo. Syngraphã Sitianam tibi cõmendo. Cõmentarium rerum urbanarũ primũ dedi L. Castrinio Pæto, secũdũ ei, ꝗ has literas tibi reddet.

† alias, est mat. repręhẽsãte, vel me rephensante

HVB.

CERTE] Scribitur primo quendam absolutum esse præter omnium opinionem, ex qua ostendit Hort. oratorem, qui eius causam susceperat multũ exsibilatum. deinde quia petebat ędilitatẽ, dicit quem cõpetitorem habeat, & rogat Ci. ut cũ primum intellexerit eum designatũ ædilem, quærat pantheras, de quibus ad eum scripserat, ut patet lib. 2. epist. quæ incipit: Putares ne unquã. Dicit.n. Cic. de pantheris per eos qui uenari solent, agitur mandato meo diligenter. Postremo quia Cic. ad eum scripserat, ut se certiorẽ faceret de rebus urbanis, dicit se fecisse cõmentarios rerum urbanarũ, dedisseq; primũ L. Castrinio, secundũ uero ei, qui attulit has literas ad ipsum Cic. [Certe inquã] q.d. admiratiue affirmat absolutũ quendam, quem non nominat. potest tñ intelligi Messalla. de quo dicit in ep. quæ incipit. Inuideo tibi. [Pronunciatũ est] De eius absolutione. [Omnibus ordinibus] .s. iudicũ, uel ordinib. senatorio, equestri & plebeio, licet iudices eligerẽtur maxime ex ordine equestri. [Singulis] Nõ.n. sentẽtia fuit uniuersalis pronũciata ab oĩbus ordinibus, sed singulæ sententiæ ab uno quoque ordine decem sunt. [Vide modo] Inueni hunc locũ ita mendosum & uarie scriptum, ut non putẽ esse frustra laborandũ ad interpretandũ. [Præparassem ad dolendũ] Instituissem fortiter pati dolorem, ꝙ putarem illum nõ posse impetrare, qđ uellet. præparassem autẽ dixi, quia leuius dolet, cum ita est oĩno institutum. unde Dido apud Virgil. Dum mea me uictam doceat fortuna dolere. [Obstupui] Fui quodãmodo alienus à me ipso. [Quid alios putas fecisse] cũ ego qui ei fauebam pro amicitia ita obstupuerim? [Scilicet] Certe. [Corripuerunt] Accusauerunt, rephẽderunt. [Iudices] Qui eum absoluissent. [Esse qđ ferri nõ posset] idest, nõ tolerabile quod egissent [Lege Licinia] Nescio an fortasse hic quæret ius ciuitatis Romanæ, idest fieret ciuis R. id qđ prohibebatur per legẽ, quã Licinius Crassus tulerat. [Hortensius] Orator, qui egerat causam eius, qui fuerit absolutus. [Suum gaudium] Gaudium ad æmulationem Terent. qui in Andr. sic inquit: Nam hunc scio mea Solide solum gauisurũ gaudia [Hic] Tunc. [Strepitus] Dicit multos infremuisse & sibilasse uiso Hort. quod animaduersum est, maxime quia Hort. nũquam antea tota uita sua fuerat exsibilatus. [Tonitruum] idest quasi tonitruũ.i.magna uoce clamabant. [Et rudentum] Vel est participium, & significat asinorum more rudentium.i. clamãtiũ. nam rudere asinorum est. Persius: Findor ut Arcadiæ pecuaria rudere dicas. Quod magis probo substantiuum est & exponitur rudentum, idest funium, ut quasi stridor funiũ Virgi. 1. Æneid. Insequitur clamorque uirum, stridorq; rudentum [Sibilus] Exsibilatio, sibilo enim maxime cõtemnebãtur homines, unde exhibilari dicebantur histriones aut actores imperiti, cum è scæna ꝑ cõtemptum expellebantur, & Horat. 1. Serm. Populus me sibilat, At mihi plaudo Ipse domi, simulac nũmos cõtemplor in arca. [Animaduersum] Cognitũ. [Intactus à sibilo] .i. nunquã exsibilatus & sibilo derisus. [Sed tot bene] Et mẽdosus & obscurus textus. [Pœniteret uicisse] .i. obtinuisse causam illius, qui fuerat absolutus, quia propter hoc exsibilabatur, uel uixisse, quia uidebat se in senectute exsibilari, qđ nunquã ei ante acciderat [Resederunt] Qui euenerunt, ut Omnisque repente Resedit flatus. [Non inertia] Nõ quia ei desit animus. [Cõsilio] Prudẽtia. [Existimatio] Opinio: nescitur.n. quando sint futura [Cõpetitorem] Qui simul ędilitatẽ mecum petit. [Agentem] Alij libri habent egentẽ. [Comitiorũ] .i. quæ fient causa nostræ ædilitatis. [Simul ac] Vt primũ, postquã. [Designatum] .s. ædilem curulẽ. [Ad pantheras] Quas à te petiui mihi mitti. [Syngraphã] Bulletam, notã [Commẽtariũ] Dicit misisse duos cõmentarios rerũ urbanarũ, & primum dedisse Castrinio. [Secundum,] Scilicet cõmentariũ. &c.

Rudere

Sibilus Exsibilor

Simul ac Syngrapha

ASC.

CERTE inquam] Scripserat Cic. se mirari quendam utrique notum absolutum, unde cõfirmans id dicit Cœlius. Certe inquã absolutus est, pronunciatum est.s.iudicium de eius absolutione, me repræsentante.i.exhibente reum, aut supplicationem, & quidem sup. absolutus est, omnibus ordinibus.i. ab iudicibus omnis ordinis, sed &.i.etiam singulis sententijs, in uno quoque genere .s.iudicum. Vide modo inquis.s.an ne quid utrum uerum addas, aut quod simile. Responsio. Non, ne mehercule supp. quidquam addo, aut mentior, nihil etiã accidit unquam tam pręter opinionem, & quod uideretur omnibus tam indignum. Hæc est uera lectio quam nõ intelligentes, credebãt deesse uerba, quæ alij sup. posuerunt sic: uide modo, inquis, mihi literis, ostendens me isto missu-

missurum alios.alijs sic:uide modo,inquis mihi &c. habentq; an te hanc epistolas octo,quas aliis postponunt. Quin.i. quinetiam ego cum fauerẽ et ualidissime pro amicitia s.nostra & præparassem me ad dolendũ.s. cõmendatione eius obstupui.i. de eius absolutione,& uisus sum mihi esse captus.i. priuatus sensu, aut intellectu præ stupore. Quid putas alios sup. fecisse? Respõsio, alii sup. corripuerunt.i. reprehẽderũt iudices maximis clamoribus, & ostenderũt planè s. iudicatum,aut iudiciũ,aut facinus, qđ nõ posse ferri.i. tolerari,æquis animis. Itaque supp absolutos illo iudicio, relictus s.à iudicibus uidetur esse maiore periculo,lege Licinia per quam contra sententiã populi absoluti iterũ in iudiciũ uocabantur. Accessit hic.i.ad hanc rẽ. quod Hortensius. s. orator insignis, qui absolutũ defenderit, introijt postridie eius absolutionis,idest die qui proxime absolutionẽ eius secutus est,in theatrum Curionis:puto sup. introisse ut gauderemus gaudiũ suum, idest,ut sibi gratularemur. Sic & Comicus in Andria locutus est: Nullũ est.n.uerbum, quod non regat accusatiuũ proportionabilis significationis,ut gaudeo gaudiũ,eo iter, curro cursum, uiuo uitã miserã,&c. Hic sup. factus,& factum est tibi. uacat tibi,,qđ tñ ex more loquendi apte additum est,quo modo diximus: Hic mihi sẽper dormit,&c. strepitus.i. pedũ,fremitus.s. oris clamor tonitruum.i. tantus sonus ex reflexione uocũ in theatro,ut tonitruũ puteretur, & sibilus rudentũ.i. more asinorũ obstrepentium. Hoc animaduersum.i. annotatũ est à populo magis, q Hor. peruenerat ad senectutẽ.i.senex factus erat,intactus à sibilo.i. nunquã adhuc explosus exsibilatus , aut irrisus ob turpe, aut iniq̃ actionem. Sed sup. egerat tot bene.i. decẽter,ut satis esset.s.ei laudis in totam uitã, quamuis.i. quantumuis supp. longã, & pœniteret eũ uicisse iã. i. in causa illius rei inique absoluti, quia nisi uicisset, sibilum passus non esset. Nihil habeo de Rep quod scribam tibi, aut si est quid, legi sit. Quid scribam tibi de Rep. nihil habeo Impetus Marcelli resederunt.i. sedati sunt, non inertia. s. Marcelli, sed consilio,ut uidebatur mihi. Existimatio.i. dijudicatio de Comitijs consularibus.s.habendis est incertissima Ego incidi in cõpetitorem, scilicet ædilitatis mecum,nobilem & ignobilẽ, quia egentem,alij legunt,& nobilem agẽtem, scilicet præ se ferẽtem. Nam M. Octauius filius Cnei , & Caius Hirrus, petit mecum.s. ædilitatem Ego scripsi hoc ideo,quod scio expectaturum acriter propter Hirrum,nuncium comitiorum nostrorum .s.ædilitiorũ Tu tamen simulat.i.eodem tempore, quo aut statim post, quam audieris me designatum.s. ædilem, fac, sup.alij habent rogo , sed sic diceretur te, nisi Græco more, quem Comici sequuntur proximo dederit, quod sequentis est. dicunt enim me scis,quid uelim, pro quod est, scis quid ego uelim. Hoc autem loco, quia Cælius multa subaudire solet, credam uerbum omissum, ut curæ sit tibi supp. id quod attinet ad pantheras.s.in Cil. capiendas, & ad ædilitatis pompam Cœlio mittendas, de quibus lib. 12. sæpe meminit Cic. ego commendo tibi, ut.s. absoluas syngrapham Sitianam, .i.quam Sitius ad te afferret petiturus pecuniam, uulgus Buletã, aut Schedulam obligatoriam uocat, ut li.7. in epist. ad Treb. patuit. Ego dedi primum cõmentariũ, rerum urbanarũ Lucio Castrinio Peto . secundum supp. dedi ei, qui reddet tibi has literas.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Ex stipulatione scribit Cælius, se diligentius scribere, & nunciat quæ integra gesta sint. Postremo hortatur ad mutuum officium scribendarum literarum.

M. COELIVS M. CICERONI. S. D. 3

EST ne? uici, & tibi sæpe, quod negaras discedens curaturum, literas mitto? est, si quidem perferuntur, quas do. atque hoc eo diligentius factito, quòd, cum ociosus sum, planè, ubi delectem ociolum meum, non habeo. tum cum Romæ eras, hoc mihi certum, ac iucundissimum uaganti negocium erat, tecum id ocij tempus consumere: idque non mediocriter desidero: ut non modo mihi solus esse, sed Romæ, te profecto, solitudo uideatur facta: & qui, qua mea negligentia est, multos sæpe dies ad te, cum hic eras, non accedebã, nunc, quotidie non esse te, ad quem cursitem, discrucior. maxime uero, ut te dies, noctesque quæram. competitor Hirrus curat, quo modo illum putas auguratus tuum competitorem dolere, & dissimulare, me certiorem, quam se candidatum, de quo ut quem optas quamprimum nuncium accipias, tua medius fidius magis, quã mea, causa cupio. nam mea, si fio, † forsitan cum locupletiore referam: sed hoc usque eò suaue est: quod si acciderit, tota uita risus nobis deesse non poterit. sed tanti? sed est mehercules. nec multum M. Octauius eorum odia, quæ Hirrum premunt, quæ per multa sunt subleuat. Quod est Philotimi liberti officium, & bona Milonis attinet; dedimus operam, ut & Philotimus quam honestissimi Miloni absenti, eiusque necessarijs satisfaceret, & secundum eius fidem, & sedulitatem æstimatio tua conseruaretur. Illud nũc à te peto si eris, ut spero ociosus, aliquod ad nos, ut intelligamus nos tibi curæ esse, σύνταγμα conscribas q tibi istuc, inquis, in mentem uenit, homini non inepto? aliquid, ex tã multis tuis monumentis, extare quod nostræ amicitiæ memoriam posteris quoq; prodat, uelim cuiusmodi, puto quæris. tu aptius, q oẽm nosti disciplinam, quod maxime conueniat, excogitabis: genere tamen, quod & ad nos pertineat, & † διδασκαλίαν quandam, ut uersetur inter manus, habeat. Vale.

†alias, si forsitã

†.i. disciplinã

HVB.

EST ne?] Primum Cœlius scr. se eo diligentius ad Cicer. scribere, quod nihil habet quo ocium suũ delectet, accusatque seipsum, quòd, cum esset apud eum, non usus sit frequẽtius eius consuetudine, deinde scribit de competitione Hirri, & post quædam alia eum hortatur, ut aliquid scribat, quod testificetur eorum amicitiam. [Est ne] Cum discederet Cic. ab urbe dixerat Cœlium nõ curaturum, ad se scriberet, & dixerat se curaturum, & intelligimus eos, quasi spõsionem de hac re fecisse: unde cum Cœlius nunc ad eum scriberet, & quasi conuincat Cic. mendacij dicit. [Est ne). .i. ut tu dixeras, quod ego non curarem ad te scribere? [Vici] Sum uictor sponsionis, quam fecimus. [Quod] Quam rẽ. .s.mittere literas [Curaturum). s.me. [Et quidem] Pro si. [Tu) ordo est, cũ tu eras Romæ, hoc negocium erat certum, ac iucũdissimum mihi uaganti consumere tecum id tempus ocijs, puto tñ melius legi uacanti. s. ocioso, [Id). s. consumere tecum tẽpus ocij. [Et mihi] Sensus est, non solum uidetur mihi me esse solũ, sed te absente solitudo uidetur esse facta Romę. i. Roma uidetur esse deserta. [Te profecto). i. te digresso Roma postquam es profectus. i. discessisti. [Quæ mea negl.) .i. ea negligentia. i. pp eã negligentiã quę negligentia est mea. i. ea erat negligẽtia mea, q ad te nõ accedebã, cũ eras hic. [Discrucior) Valde crucior. [Te nõ esse). s. hic. [Auguratus tuũ competitorẽ). i. fingens esse cõpetitorem tuum. [Quo putas dolere]. i, quo dolore eũ affici putas. [Et dissimulare se incertiorem). i, magis incertũ de eo, qđ intelligit se non posse obtinere. [Quẽ optas] Qualẽ desideras ut ille habeat repulsam, & ego designer ędilis. [Nã mea, si fio) sic est legendũ. [Nã mea] s. cã [Si fio). s. ædilis, nã quidã cod. mẽdose habent. nã me, si fio. [Forsitan, &c.) Ex uerbis non uideo posse elici sensum, q mihi satisfaciat. [Vsque eò] In tãtũ. [Quod si acciderit]. s. est, ut possumus ridere tota uita nostra. [Sed mehercule] Iuratis est [M. Octauius,] h.d. q M. Octauius, qui ẽt erat competitor, multũ subleuat, & sustinet odia eorum qui premebant Hirrum. [Officium) Debitum erga Milonem. [Æstimatio) Auctoritas. [Illud) Nũc petit à Cic. si erit ociosus, ut aliqđ scribat, ut intelligat se ei curę esse. [Aliquod syn.] Aliquam ordinationem rerum, nam syntasso, ordino, constituo. Inde syntagma, id est ordo, cõstitutio. [Quid tibi) Obiectio, q.d. quomodo hoc, cogitasti, quia es homo nõ ineptus. [Aliquid, ex tam] Quasi responsio obiectionis. [Tuis monumentis) Tuis scriptis. [Prodat) Tradat. [Cuiusmodi uelim) .i posses fortasse quærere cuiusmodi, & quale monumentũ uelim a te .pdi in memoriam amicitię nostrę. [Tu aptus) Dicit Cœlius Cic. melius posse cognoscere quo genere scriptorum debeat uti, qui optime nouerat omnem disciplinam [Genere]. i. in generali. [Habeat q. pertineat ad nos) Quod sit accommodatum. [διδασκαλίαν) Doctrinã. didasco. n. doceo significat: inter didascalos. i. doctor, magister, & didascalia, doctrina: [Vt uersetur inter manus). i. ut multi delectentur habere in manibus, & frequenter legere.

Syntagma

Didascalia

ASC.

EST ne?] Cœlius gestit, & penè exultat ex uoto suo, ut constituerat, uenisse, & uicisse. Cic. enim abiens dixerat, & quasi spõsionem fecerat & deposuerat nonnihil, Cœlius ad se absentem non daturũ literas, quod cum Cælius curasset faciẽdum, se uicisse gestit, & causam affert cur diligentius scribat, uidelicet q aliud nõ habeat, quo ocium suum oblectet. Nam cum Cic. Romę esset, interdum negligebat uti eius consuetudine, qua nunc uti uelit, demum nonnihil de competitore Hirro locutus est monet Cic. ut ad se scribat. Ordo est: Etsi ne. i. euenit ne, ut dixerã, hoc ẽ scribo ne ad te? q.d. planissime, unde addit uici, & pro. i. mitto literas tibi, quod tu discedens negaras, supp. me curaturum, respõdet aũ t ipse ad interrogatum illud. est ne? dicens: Est. i. euenit, ut dixerã, quidem. i. certe, si supp. literæ, quas do. i. mitto ad te, perferũtur. Atque facio hoc. i. curo ad te literas dandas, eo. i. pptcrea liben-

tius, ꝙ cum.i.qñ, sum ociosus, nõ habeo plane.i.omnino, ubi delectem.i.cum delectatione transigam ocium meum. Cum.i.quãdo tu eras Romæ, hoc negociũ erat mihi uacāti .s.a ceteris negocijs certũ, ac iucundissimũ, uidelicet consũmere tecũ id tps ocij .i.uacationis a publico præsertim negocio, & desidero, nõ medio criter, imò vehemẽter, id, uidelicet cõsumere ociũ tecũ ita supp. ut non mõ.i.ut nõ solũ, supp. uideat mihi esse solus, sed solitudo uideatur esse facta Romę, te ꝓfecto.i.postq̃ tu es profectus, & discessisti Roma, q.d. quia tecũ non sum. solus mihi esse uideor. & est adamanter dictũ. Et qui, quæ negligentia mea est, nõ accedebã ad te, sæpe multos dies.i. per spatiũ multorũ dierũ, cum eras hic.i.ubi nunc sum, hoc est, Romæ, discrucior.i.uarijs tormentis animi, & quasi cruciatibus quibusdã torqueor, nunc quotidie, te non esse.s.Romę.i.non adesse, ad quẽ cursitẽ.i.frequenter currã. Id aũt frequenter usu uenit, ut dum copiã rerũ habemus, eas cõtemnamus, quas eis carentes desideramus postea, uero.i.sed, Hirrus cõpetitor.s.ædilitatis mecũ, curat.i.efficit ẽt, si non curet, maxime.i.præcipue, ut quærã te dies & noctes. Qũo putas illũ.i.temerariũ & insanum competitorẽ tuũ Auguratus. i. qui ausus est tecum petere Auguratũ, uidelicet Hirrũ dolere, & dissimulare? q.d. ægerrime, licet plurimũ conetur, me candidatũ, i. designatũ futurum ædilitatis competitorem, accepto cãdido habitu quem accipiebat præcipuè duabus de causis, altera ut cãdido animo, & è rep. petere indicarent, altera ut non ex meritis tuis, quæ in uestibus insignibus conspici poterãt, sed ex mero populi dono sperare profitentur. De quo.s.Hirro, ut accipias nunciũ sup. eum talem, quem, idest qualem, optas, hoc est eum esse à me uictũ, ego cupio medius fidius magis tua causa, quam mea, q.d. scio te magis gauisurum, quam me ipsum. Nam, affert causam dicti superioris, quæ sanè obscura est, dicens, si forsitan fio.s.ædilis, mea.s. quantum ex ea re utilitatis capiam, ego feram.s. utilitatem cum re locupletiore.i.abundantiore utilitate, aut si referam, una est dictio sic, referam.i.recensebo, & commemorabo forsitan cũ locupletiore.i. tecum, qui plus commodi ex ea re capies, quàm ego, eo quod ultus fueris etiam inimicum tuum in petitione auguratus. Sed hoc.s.uicisse Hirrum, est suaue.i.delectabile, usque eò.i. ualde, ꝙ si acciderit risus.i.occasio ridendi, nõ poterit deesse nobis tota uita.i.per totam uitam. Alij legunt possit, & ꝙ sic, usque eò.i in tantum, quòd si acciderit.s.Hirrum uinci, risus nõ possit deesse nobis tota uita, sed tanti sup. fuerit risus.i.tanti momenti, ut semper ridere uelimus. Sed mehercule, M. Octauius, q. etiam competitor erat, & ita odio habendus, tamen non multum sublevat.i.imminuit odia eorum qui premunt.i.opprimunt Hirrum, quæ.s.odia sunt permulta, & tamen minus solet esse odiũ in aliquẽ, si socium habuerit culpæ, q̃ si solus peccauerit, parcit enim sæpe multitudini. Quod attinet ad officium, idest debitum obsequiũ, Philotimi liberti.s.tui, & ad bona Milonis.s.amici tui, quos contra Clodium defenderat Cic. nos dedimus operam, idest curauimus, ut &.i.simul, Philotimus satisfaceret, quam honestissime.i.decentissime, Miloni absenti & necessarijs eius, &.i.simul existimatio tua.i.auctoritas, & reputatio, conseruaretur secundũ fidem.i.fidelitatem, & sedulitatem eius.s.Philotimi, hoc est, ut si des quidẽ eius & sedulitas agnosceret, sed tñ totũ officiũ tibi acceptũ ferretur. Ego pero nunc illud a te si eris, ut spero ociosus, ut scribas ad nos aliquod syntagma.i.aliquã ordinationẽ rerũ, & aliquod opus ꝓceptorium, ut intelligamus nos esse tibi curæ. Inquis.s.scio ꝙ modo dicis, q.i.qũo, istuc.i.ista res, ut istud petas, uenit in mentẽ tibi hoĩni nõ inepto. Rñdet Cœlius, uenit sup. in mẽte aliquid ex tã multis monimẽtis tuis.s. literarijs, hoc ẽ scriptis tuis, extare.i.ut aliquid extat, ꝙ ꝓdat.i.manifestet, quoq; i. ẽt posteris.i. post nos uẽturis hominibus, memoriã amicitię nostræ. Puto sup. ꝙ tu nũc quæris, cuiusmodi uelim sup. scriptũ, aut syntagma. Rñsio, tu qui nosti oẽm disciplinã, excogitabis aptius supp. id, quod cõuenit maxime supp. nobis, tñ sup. id habeat, genere.i.ĩ generali, aut sit in eo genere scribẽdi, ut habeat sup. illud aut aliquid, ꝙ, &.i.simul pertineat ad nos, &.i.simul, habeat q̃dã didascaliam.i.doctrinã, ut uersetur inter manus.i. sit nobis tanq̃ enchiridion. Nã libri, in quibus bonę doctrinę cõtinentur, debẽt nobis assidui esse in manibus. Sanè διδάσκω didasco, dicitur doceo διδάσκαλος magr̃, doctor; hypodidascal⁹ submagister, hoc est sub alio docens. Didascalia doctrina, διδασκαλικος didascalic⁹ ꝓceptori⁹, doctrinalis, didascalic⁹ liber doctrinã tradẽs, &c.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Nunciationis, perfectum exemplum, dũ ea exponit, quæ Romæ gerũtur item de Pompeij, Cæsarisq; rebus certiorẽ facit Ciceronẽ postremo & ipse uicissim certior fieri cupit de Ptolomæi morte, rebusq; Aegypti.

M. COELIVS M. CICERONI S. D. 4

I*NVIDEO tibi: tam multa quotidie, quæ mirere, istoc perferuntur: primum illud, absolutum Messalã, deinde eundem condemnatum: C. Marcellum consulem factũ M. Claudium à repulsa postulatum à Gallis duobus: P. Dolabellam XV. uirum factũ, hoc tibi nõ inuideo, caruisse te pulcherrimo spectaculo, & Lentuli Cruris repulsi uultũ non uidisse, at qua spe, q̃ certa opinione descenderat? q̃ ipso diffidẽte Dolabella? & hercules, nisi nostri equites acutius uidissent, pene cõcedente aduersario superasset. illud te non arbitror miratũ. Seruium tribunũ pl. des. cõdemnatũ. cuius locũ C. Curio petijt. sanequã multis incutit, qui eum, facilitatemq; eius nõ norũt, magnũ metũ: sed, ut spero, & uolo, & ut se fert ipse bonos, et senatũ mallet. totus, ut nũc est, hic scaturit. huius aũt uoluntatis initiũ, & cã est, quod eũ non mediocriter Cæs. qui solet infirmorum hominũ amicitias sibi qualibet impensa adiungere ualde contẽpsit. qua in re mihi uidetur illud perquã uenuste cecidisse, ꝙ a reliquis quoq; usq; eò est aĩaduersum, ut Curio q nihil consilio facit, ratione, & insidijs usus uideretur in euitandis his consilijs, qui se intenderant aduersarios in eius Tribunatum: Lælios, & Antonios, & id genus ualẽtes dico. Has ego tibi literas eo maiore misi interuallo, ꝙ comitiorum dilationes occupatiorẽ me habebant, & expectare in dies exitũ cogebãt, ut, confectis omnibus, te facerem certiorẽ. ad Kal. Sext. usque expectaui. prætorijs mora quedã inciderunt. mea porro quem euentũ sint habitura, nescio: opinionem quidem, q̃d ad Hirrum attinet, incredibilem ædilium pl. comitijs nacta sunt. nam M. Cœlium Vicinianum mentio illa fatua, quam deriseramus olim, & promulgatio de dictatore subito deiecit, & deiectum magno clamore insecuta est. inde Hirrum cuncti iã non faciendum flagitare. spero te celeriter, & de nobis, quod sperasti, & de illo, q̃d uix sperare ausus es, auditurũ. De rep. iã nõ quiquam expectare desieramus: sed, cum senatus habitus esset ad Apollinis ad II. Kal. Sext. & referretur de stipendio Cn. Pompeij; mentio facta est de legione ea, q̃ expensam tulit C. Cæsari Pompeius, quo numero esset, quo appeteretur, cum ex Gallia coactus esset dicere Põpeius se regionem abductură, sed non statim sub mentionem, & conuicium obtrectatorum. inde interrogatus de successione C. Cæsaris, de qua, hoc est, de prouincijs placitum est, ut, quàm primum ad urbẽ reuerteretur Cn. Pompeius; coram eo de successione prouinciarum ageretur. nam Ariminum ad exercitum Põpeius erat iturus, & statim ut puto idib. Sex. de ea re factũ iri, profecto aut trãsigetur aliquid, aut turpiter intercedetur. nã in disputando coniecit illam uocem Cn. Pompeius, omnes oportere senatui dicto audientes esse. ego tamen sic nihil expecto, quomodo Paulum cos. des primum sententiam dicentem. Sæpius te admoneo de syngrapha Sittiana. cupio.n. te intelligere, eã rem ad me ualde pertinere. itẽ de pantheris, ut Cybiratas accersas, curesq; mihi ut uehantur. Præterea nunciatũ nobis, & pro certo iam habetur, regẽ Alexandrinum mortuũ. quid mihi suadeas, quomodo regnum illud sese habeat, quis procuret diligenter mihi perscribas. Kalend. Sext. Vale.*

I*NVIDEO tibi*] Scripserat Cic. ad se multa deferri facta esse in urbe, quę quidẽ enumerauerat. Itaq; Cœlius scribit se ei inuidere tam multa ad eum deferri, quæ ipse miretur, & dicit q̃ sint ea, deinde multa narrat, quæ Romæ agantur, & de rebus Cæs. & Pomp. Postremo ab eo petijt pantheras ad se mitti, & se certiorẽ fieri, quomodo habeat se Ægyptus post mortem Ptolomæi. quẽ dicit se audiuisse esse mortuum. [Inuideo tibi] Placet mihi sors tua. [Quod] Quia, [Istoc] Pro istuc. [A repulsa] Post repulsam. [Quindecim uirum] Nomen magistratus. sicut enim dicimus trium uirum, & decẽ uirum, ita, & quindecim uirum, ideo ꝙ HVB.

in eo

in eo magiſtratus 15.eſſent [Caruiſſet te).i. quod carueris.[Et nõ vidiſſe uultũ) quia erat triſtiſſimus,uidebatur.n. lacrymari pp repulſam.[At qua ſpe,) q.d.certiſſima,non.n.dubitauerat,quin impetraret.[Diffidentẽ) Non ſperantẽ ſe impetraturum quindecimuiratum.[Deſcenderat) Ad petẽdum quindecim uiratũ cõtra Dolabellam.[Noſtri equites] Fauebãt Dolab.[Quã acutius) Codex vetuſtus habebat,quæ acutius, ut ſit ſenſus, niſi noſtri uidiſſet q̃.i.aliqua.[Concedente aduerſario) Non repugnante Dolabella eius aduerſario.[Seruium) Nomẽ proprium, alibi ſcriptũ eſt Serneũ.[Cuius]Seruij.[Locũ]Vt deſignaretur tribunus pro eo.[Quã magnum metum incutit).i.magnum timorem inijcit.[Facilitatem] Manſuetudinem. [Vt fert ipſe) Vt ait,ſiue ut ſe gerit.[Bonos) ſcilicet mallet,melius autẽ legitur bonos,quàm bono, ſic, ſed ut ſpero,& uolo,& ut fert ipſe bonos,& ſenatus mallet.[Totus ſcaturit]Tractum à fontibus,qui aquam ſcaturire,ideſt abunde effundere dicuntur.[Vt nunc eſt) ideſt,pro tempore.(Infirmorum) Nam Cæſ.ſemper quæſiuit conciliari ſibi plebem.[His cõſilijs) ideſt conſilijs eorum [Intenderant) Appoſuerant.[In eius tribunatum) Contra,tribunatum eius,in quo dixit eum fuiſſe cõdemnatum.[Lælios,& Ant.) Nominat,qui intenderant ſe aduerſarios tribunatui Cicer. [Valentis] Pro ualentes, ideſt potentes. [Maiore interuallo) Longiore ſpatio. [Expectare exitum) Videre qui finis eſſet futurus.[Confectis omnibus (Quæ in comitijs fuiſſent acta. [Sextiles) Auguſtas. [Prætorijs moræ]Sic eſt ſcribendum,& intelligendum ſic.[Quædam moræ) ideſt, quędã dilationes.[Inciderunt) Inuenerunt.[Prætorijs) Subaudi, comitijs.[Mea) Quæ propter meam ædilitatem ſunt futura. [Quod) Quantum.[Deiecit) Proſtrauit. [Ad non faciendum) Vt non faceret. [De illo Hirro) Eum eſſe uictum. [De nobis) Quod obtinuerimus ædilitatem.[Abducturum) A Cæſ.[Conuicium) Contumeliam in Cæſ.[De qua Succeſſione. [Hoc eſt] Declarat quæ ſit hæc ſucceſſio. [Tranſigetur) Perficietur: [Intercedetur) Fiet interceſſio & prohibitio aliqua, vt ſupra in primo lib. Cui Cato,& Caninius interceſſerunt [Coniecit]obtulit,emiſit.[Audiẽtes) obedientes.[Sic) i.ita. [Nihil tamẽ expecto) quã Paulum deſignatum conſulem. [Dicentem ſententiã) Sciebat enim Cęlius illum animatum eſſe contra Cæſ.[Syngrapha Sitiana) de qua in 2.epiſt.huius 8.lib.diximus.[Cybiratas) ideſt, ex Cybira, quæ eſt urbs Aſiæ auſtralis, ut ſcribit Strab.li.3 & Hor.in ep. Ne Cybiratica, neue Bithynica negocia perdas. [Regẽ Alex.).i.Ptolomæũ regem Aegypti,erat.n.Alexandria Regnum Aegypti,ut uidimus in 1.li. [Mihi ſuadeas) Puto legẽdum eſſe,ſi audeas,ut ſit ſenſus, & ordo.[Perſcribas mihi diligẽter]Si audeas,quomodo illud regnum,& habeat ſe,& quis procuret, id eſt tueatur nomine regis.

ASC. *INVIDEO &c.*]Scripſerat Cic.multa ad ſe afferri,q̃ facta erant in urbe,quæ pp nunc ſcribit Cœlius ſe inuidere Cic.ꝙ tãta ad eũ deferrẽtur, narratq́;, multa,quæ Romæ aut agebãtur,aut iã acta erant,& nonnihil de rebus Cæſ.& Pomp.Et poſtremo petit à Cicerone,ut Pãtheras è ꝓuincia ſibi mittat.& ſe certiorẽ faciat,qd Aegyptij poſt mortẽ Ptolomæi regis agant.Ordo eſt:Inuideo tibi,hoc eſt puto te nimis fortunatũ,ꝙ multa, quæ mireris (ſunt qui legunt,mirer) perferunť quotidie iſtoc pro iſtuc i.in Ciliciã, ubi tu es. Primũ illud ſupp.perfertur, aut perlatum eſt, Meſſallã abſolutum.ſ.in iudicio,deinde eũdẽ condemnatũ, Caiũ Marc. factum ſupple eſſe conſulẽ M. Claudiũ, ſeu Clodium poſtulatũ .i.in ius uocatũ, à duobus Gallis.ſ.cognomẽto,à repulſa.i.poſt repulſam. Dolabellã factum quindecim uirũ.i.unum in magiſtratu quindecimuirorum, ut erant, quibus libri Sybillini curæ erant.ego non inuideo tibi hoc.i.in ea re fuiſti minus felix, quia felicibus inuidemus,& nõ miſeris,te caruiſſe ſpectaculo pulcherrimo,& non uidiſſe uultum Lentuli Suræ repulſi.ſ.à quindecimuiratu.At i.attamen,qua.i.quali ſpe, quàm.i. ò quantum, certa opinione, deſcenderat ſupple ipſe in campum Martium,locum Comitiorum & diſceptationis cum Dolabella? q.d.cum euidentiſſima ſpe,& certiſſima opinione victoriæ,quàm.i.quantũ,ipſo Dolabella diffidente? q.d.plurimum. Et hercule niſi noſtri.ſ.amici uidiſſent qua.i.aliqua.ſ.parte,acutius.Lẽtulus ſupple ſuperaſſet,penè.i.quaſi,aduerſario.ſ.Dolabella,concedente.i.locum dãte.Ego arbitror te non miratum illud.Ergo in principio legendum eſt mireris nõ mirer,uidelicet Seruium deſignatum.i.declaratum à populo tribunum,condemnatum ſcilicet à Cæſ.ut ueriſimile eſt.Cuius Serui condemnati locum. Cuius Curio petit. Et ſupple Curio,qui orator fuit,& Cæſari primum aduerſarius, deinde ſic amicus præſertim pecunia corruptus, ut pro eo occiſus ſit,incurrit ſanequam multis.i.ualde multis, quã ſuperlatiuo cõſtrui uult,ſed præcedentibus oppido,ſanè,per,poſitiuo. qui non norunt.i.nouerunt,eum,& facilitatem.ſ.ad ueniam dandã,ideſt benignitatem eius,magnum metum.Sed ut ſpero,& uolo,& ut.i. ſimul,ipſe.ſ.Curio fert.i. gerit ſe,bono.i.in bono,aut ad bonum & ſupple ſenatus totus mallet.hoc ſcaturit.i. pullulat, in aures oĩum,& diuulgatur,ut nunc eſt.Hubert.legit bonos, quo mõ nõ eſt legendũ ſe,ſed ut ipſe fert bonos,utcunq; legatur obſcura eſt locutio,ſenſus aũt vr̃:Licet multi meruerint tribunatũ Curionis, tñ ſicut præfert & ſenatus mallet eũ eſſe,ita fama diuulgatur ipſum fore. Aũt.i.ſed,initiũ & cã uoluntatis huius.ſ.nouæ à Curione acceptæ,eſt,ꝙ Cæſ.qui ſolet adiungere ualde ſibi qualibet.i.q̃talibet impenſa,amicitias hoĩum infirmorũ.i. minus potentiũ, contempſit eũ.ſ.Curionẽ,non mediocriter.i.uehemẽter.Qua in re.i.in qua re iam dicta,illud vr̃ mihi cecidiſſe.i.accidiſſe,perq̃, id eſt ualde uenuſte.i.pulchre, quod animaduerſum.i.cõſideratũ eſt, quoque.i.etiam eo uſque.i.conſumate à reliquis.ſ.ciuibus,ut Curio,qui nihil facit conſilio.ſ.aliorũ, uideretur uſus ratione.i. conſideratione propria,& inſidiis.ſ.aliorum,hoc eſt conuerti ſſe inſidias aliorũ in utilitatem ſuam. nam cũ ſenſerint ſibi inſidias tendi,attentior factus eſt in euitandis conſiliis eorum,qui intenderant ſe.i. acriter exhibuerant aduerſarios in tribunatum eius .ſ.Curionis,dico Lælios & Antonios & ualẽtes.ſ.uiros, id genus .i.eius generis,hoc eſt nobiles & egregios.Ego miſi tibi has literas maiore interuallo.i.dilatione poſt rem geſtam,eo.i. propterea quòd dilationes comitiorum.i.temporum,quibus noui eligerentur magiſtratus, quaſi dicat electionem habebant me occupatiorem.ſ.in ſolicitandis rebus meis,quos Galli brigas uocant, & cogebant me expectare exitum.ſ.comitiorum. i. declarationẽ eorum,qui electi eſſent,ut omnibus cõfectis.i.plene factis,& electis,ego facerẽ te certiorem.ſ.de electis.Ego expectaui.ſ.exitum rerum uſque ad Kal.Sext.i primum diem Auguſti,quædam moræ.i.dilationes,inciderunt prætoriis.ſ.comitijs.i.habẽdis de prætore eligendo.Portò ideſt ſed:neſcio quem.i.qualem, euentum .i.exitum fortuitum,cum ſit in uoluntate plebis, comitia mea.ſ. ædilitia,in quibus competitor ero,ſint habitura. quidem id eſt, certe ſupple comitia mea nacta ſunt comitiis ad plebem.ſ.habitis, antequam electio fieret, opinionem incredibilem.ſ.difficilem creditu,ꝙ.i quantum, attinet ad Hirrum, quia omnes opinantur eum cum deriſione exhibilandum,& explodendum. Nã illa fatua mentio.i.cõmemoratio rei,quam tacuiſſe melius fuiſſet,quam nos deſideramus olim,& promulgatio de Dictatore.ſ. creando,deiecit.ſ.ab ſpe,& petitione M.Cœlium Vicinianum,q alioqui competitor fuiſſet,& in ſecuta.i.ꝓſecuta eſt magno clamore.ſ.populi explodentis deiectũ.ſ.M.Cœlium. Inde.i. deinde hoc uiſo,aut inde.i.ex ea re cũcti flagitare ſup.cœperũt, aut flagitare.i.flagitabant,Hirrũ ad non faciendũ.i.ut non faceret, id eſt non peteret mecum ędilitatem.[Spero ſupple itaq; id te aditurũ celeriter,&.i.ſimul de nobis qđ ſperaſti).ſ.nos ædiles deſignatos, & de illo.ſ. Hirro,ꝙ uix auſus es ſperare,uidelicet,aut expulſam cũ ignominia,aut dominatũ. Nos deſieramus,aut potius deſiderauimus,iã expectare, qdquã noui de repub.Sed cũ ſenatus habitus eſſet ad Apollinis.ſ.ædem.i.iuxta undecimũ Kalen.Sext. Auguſti,& referretur.i.conſultaretur de ſtipẽdio Cn.Põpeii, mẽtio facta eſt de ea legione.ſ.militum q̃ Põpeius tulit expẽſam.i.tanq̃ eſſet expenſa,C.Cęſ.quo numero eſſet.ſ.legio illa.quo.ſ.numero appareret.i.exigeretur eſſe,aut quo.i.ad quid appeteretur,cũ Põpeius coactus eſt dicere,ſe abducturũ legionem ex Gallia,ſed nõ ſtatim ſup coactus eſt dicere,aut dixit id,ſub.i.poſt mentionẽ & conuicium obtrectatorũ.ſ.Cæſaris,inde.i. deinde, Pompeius interrogatus ſupp.eſt de ſucceſſione Cęſaris.i.an Cęſari ſuccederet de qua.ſ.ſucceſſione,hoc eſt de prouincijs omnibus placitum eſt .ſ.ſenatui,ut cum primum Cn.Pompeius reuerteretur ad urbem, ageretur coram eo de ſucceſſione prouinciarum. Nam Pomp. erat iturus Ariminum ad exercitum.ſ. Romanum, ut puto illic locatum, ne Cæſar Rubiconem armatus tranſiret, & puto S. C. ideſt ſenatuſcon.factum iri.i.faciendum eſſe de ea re, Idib. Sext. id eſt Aug. Profecto i.reuera,ſupp.tunc aut aliquid trãſigetur, aut intercedetur.i.opponeť ab aliquibus, turpiter.i. inhoneſte: Nam Cn.Pompeius,coniecit.i.cum aliis uerbis in medium iecit diſputando,i.conſultando de rep.illam uocem.oportere omnes, ergo etiam Cæſarem,eſſe audientes,id eſt obedientes,dicto,i. decreto, & mandato ſenatus.ſ. Romani. Ego tamen nihil expecto ſic.i.eo modo,quomodo.ſ.expecto Paulum.ſ.Aemilium deſignatum.i.declaratum conſulem dicentem primum.i.ut dicunt, prima uice ſententiam.ſ.ſuam de re,ſuper qua conſultabitur. Deinde ad priuata negocia rediens dicit:Ego admoneo te ſæpius de ſyngrapha i.ſchœdula obligatoria conſcripta à duobus, Sitiana .i.per quam Sitius à te pecuniam poſtulauit,cupio enim te intelligere, eam rem.ſ.ut Sitius pecuniam recipiat.i. pertinere ualde ad me. Item admoneo te ſæpius de pantheris.ſ. pro ædilitatis pompa mittẽdis,ut accerſas,i.ad te uenire facias, Cybiratas.i.ex

Cybira urbe Asiæ australis[auctore Strab.lib.3.) & cures,ut.f.pātheræ uehantur mihi. Præterea nunciatū est nobis,& habet.1.certo iā pro certo,Regem Alexādrinum.i. Ptolomęū regē Aegypti,cuius regia erat Alexandriæ,mortuū esse.scribas sup.igit mihi diligenter quid suadeas mihi, tentādum pp mortem eius,qūo regnū illud habeat se.f.post mortem regis. Quis procuret f.regnū illud, & ita quæsiuit, quid sibi suaderet Cice.an uidelicet eius procurationem sibi deposcat. Quarto Kalen Sext.I.Aug.

PAVL. MAN. *LENTVLI Cruris*) Hic est,opinor,L: Lentulus Cruscellus, qui anno sequenti consul fuit cum C. Marcello. puto autem illum & Cruris, & Cruscelli cognomine indifferenter appellari solitum.[Nostri equites) Cum in libro manuscripto legeretur, eque facile in eam opinionem descendi, ut, equites, legendum esse existimarem, nosti autem, inquit, quòd erat ipse ex ordine equestri,ut ex oratione,qua eum Cicero defendit, cognoscitur. [Ratione,& insidijs usus uideretur in euitandis eorum consilijs] Forte melius, Ratione, & consilio usus uidereť in euitandis eorū insidijs.[Lælios) Forte, Lolios; qui Cęsaris amici fuerunt, quēadmodum Antonij: nam Lælij Pompeiani,qua in opinione magis sum confirmatus, postea q̃ epistola.3.libro 5.ubi Læliū, impressum erat,uetustissimos libros Lollium habere uidi. [Mea porrò comitia quem euentum sint habitura) Sic antea in omnibus impressis.nos uocem,comitia,sustulimus,quæ subintelligitur,ut cū cum dixit: Prætorijs moræ quædam inciderunt.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Dissuadet Ciceroni,ne cōflictetur cū Parthis,q̃ illius copiæ exiguæ sint,et nihil subsidij sperandū sit. Deinde excusat se, quod nihil scribat, cum non habeat,quod scribat de gestis in urbe. Postremo narrat, quid Marcellus de prouincijs constituat.

M. COELIVS. M. CICERONI S. D. 5

QVA tu cura sis quod ad pacem prouinciæ tuæ,finitimarumque regionum attinet,nescio.ego quidem uehemēter animi pendeo †nam si hoc moderari possemus,ut pro uiribus copiarum tuarum belli quoque existeret magnitudo: &, quantum gloriæ triumphumq; opus esset assequeremur, periculosamque & grauem illam dimicationem euitaremus: nihil tam esset optandum. nunc, si Parthus mouet aliquid, scio non mediocrem fore contentionem. tuus porrò exercitus uix unum saltum tueri potest. hanc autem nemo ducit rationem: sed omnia desiderantur ab eo, (tanquam nihil denegatum sit ei,quo minus quam paratissimus esset) qui publico negocio præpositus est. Accedit huc, quòd successionem futuram, propter Galliarum controuersiam non uideo. tametsi hac de re puto te constitutum,quid facturus esses habere: tamen,quo maturius constitueres: cum hunc euentum prouidebam,uisum est,ut te facerem certiorem. nosti.n. hæc trāslatitia: de Gallijs constituetur. erit, qui intercedat: deinde alius existet,qui,nisi libere liceat de omnibus ꝓuincijs decernere senatui,reliquas impediat sic multum,ac diu ludetur, atq; ita diu, ut plus bienniū in his tricis moretur. Si quid noui de rep. quod tibi scriberem, haberem,usus essem mea consuetudine, ut diligenter, & quid actum esset,& quid ex eo futurum sperarē perscriberem. sane tanquam in quodā silice iam omnia adhæserunt. Marcellus idem illud de prouincijs urget: sed neque adhuc frequentem senatum efficere potui. si hoc præterito anno. Curio tribunus,& eadem actio de prouincijs introibit, q̃.facile tūc sit oīa impedire,& quàm hoc Cæsari,qui sua causa Remp.non curent,superet,non te fallit. Vale.

†alias, Nam si hoc modo

HVB. QVA *tu cura*) Cum dubitaretur de bello Parthico, & alii pacem conficiendam putarent, alii prœlio decertandū,scribit Cœlius se uehementer esset de hac re solicitum,& latenter monet Cic. ut fugiat dimicationem. Ostendit.n. eius exercitum paruum esse ad tm̄ bellum. neque expectandum auxilium à successoribus, quos negat futuros pp controuersiā, quæ erat in senatu de Gallijs. Postremo dicit, ꝙ si haberet, quę scriberet de re pu. scriberet diligentissime,sicut solitus est,tantum dicit, ꝙ agat Mar.de prouincis. [Qua cura) Qua solicitudine. [Pēdeo animi] .i.animo pēdeo, & solicitus sum: figurate aūt dixit, pendeo animi,sicut præstans animi,& discrucior animi. [Hoc mō) Hac uia [Vt pro uiribus,&c.] Sensus est.si solum esset tm̄ bellum, quantū copiarum habes [Copiarum) Exercitus. [Assequeremur] Efficeremus, haberemus. Illam dimicationem, aduersus Parthos, quam ēt Cicero libenter cupiebat euitare, ut lib.2. Magni belli timor impēdet, quod uidemur effugere, si ad diem statutā discedemus. [Tam optandum q̃) .f.ut euitaremus ipsam dimicationem. [Nō mediocrem) Sed maximā. [Vnum) .f.quia ad saltus tuēdos solēt opponi milites cōtra hostes. [Hanc rationē) ꝙ tuus exercitus uix possit tueri tuū saltum pp paucitatē. Saltus aūt, fm Seru. Campi spatium & locus siluę est. Virg. Georg.3. Saltibus in uacuis pascūtur plena secundū Flumina, à saltando aūt dicitur, ꝙ ibi arbores saliant.i.crescant, inde saltarius cāporum custos. [Desiderantur) Expectantur. [Ab eo) .f.exercitu tuo. [Tanquā nihil denegatū sit ei].i.tanquā oīa possit. [Publico negocio) .i.cura, & conseruatione reip. [Huc) Ad hoc. [Futuram tibi controuersiam] Gel. qui est de successione, Galliarum. [Te habere cōstitutum) .i. iam decreuisse. [Maturius] Prudentius, & grauius. [Hunc euentū) ꝙ nemo sit tibi successurus. [Translatitia) Fictitia, ad rem non pertinentia. [De Gallijs) Hæc oīa, quæ narrat, sunt, quæ translatitia esse dicit [Qui) .f.alius. [Impediat reliquas) Successiones, si quisquā intercesserit Gallicis successionibus. [Nisi libere senatui) .i. nisi plena libertas permittatur senatui. [Ludetur] Frustra conteret tempus. Persius: Tibi ludetur. [Atque ita diu) .f.ludetur. [Vt noretur stet] Conteratur. [Plus biennium) .i. ultra duos annos. [In his tricis) In his inuolutionibus,& impedimentis. Nā (auct. Nonio) tricæ dicuntur impedimēta, & intricationes, & intricare impedire, morari, & per contrarium expedire, explicare, vide apud Nonium plura. [Vsus essem mea cōsuetudine] Fecissem, ut soleo [Vt diligenter] Hanc dicit suam consuetudinem. [Omnia adhæserūt in Cil.) Omnia sunt redacta in Ciliciā [Tanquā ut.] Quasi molestia quadam pp periculū belli Parthici. [Illud idē) Quod antea retulit ut det successor Cęs. [Hoc si) Puto legendū hoc sit, ut sit sensus. [Curio trib. hoc sic) f.egit. [Et eadē actio] .i.eadē mētio, & relatio. [Introijt] Facta est [Vt) Ordo est: ut te non fallat, q̃ facile nunc sit impedire oīa, & q̃ superet Cæs. qui non curet rēpub. sua causa [Superet] Supersit Cæsari. f.impedire omnia.

Saltus Saltarius

Tricæ intricare

ASC. *QVA tu cura, &c.*] Cum dubitaretur de bello Parthico, scribit Cœlius se vehemēter de eo esse solicitum, monetq; Cic. ut dimicare, tā paruis copijs fretus, caueat. Ordo est: Nescio qua cura tu sis.i. quā curam habeas, quod.i. quantū attinet ad pacē ꝓuinciæ tuę.f. Cilicię, & regionū finitimarū, ut Anthiochię, Aegypti &c. Ego qdem pēdeo animi sup. cura sicut discrucior animi, apud Comicū vehemēter. Nā si possumus moderari hoc more.i. hoc mō, aut hoc.i. hāc rē, mora.i. dilatione & magnitudo belli existeret ꝓ uiribus.i. secundū uires copiarū tuarū. & sup. non amplius, & assequeremur sup. tm̄, q̃tum opus esset glorię & triūpho. id est ad impetrationē gloriæ, & triumphi. Nihil esse optandū tā.i. tantopere. Nunc.f. ubi tibi tā paruę sunt copię, si Parthus.i. populus Parthicus mouet aliquid.f. belli, scio cōcertationē.i. contentionē, fore.i. futuram nō mediocrem.i. uehementē. Porrò.i. sed, tuus exercitus uix pōt tueri.i. defendere à transitu Parthorū, unum saltum .i. locum situosum, & spatiosum, ubi feræ, & pecora saliant. Autē .i. sed nemo.f. senatorum, aut P.R. ducit hanc rationem, id est, habet hanc considerationem de paucitate exercitus tui, sed omnia desiderantur, id est expetuntur ab eo, qui præpositus esset negocio publico, hoc est, ab imperatore in prouincia agente, q.d. à te, tanquam nihil sit denegatum ei, quo minus.i. ut non esset quam paratissimus.i. ualde paratus ad omnem casum, & ad omnē uim hostilem repellendam. Accedit.i. additur huc.i. ad hanc difficultatem prouinciæ quam obiuisti, ꝙ non uideo successionem futuram.f. tibi propter controuersiam.i. dissensionem Galliarū, quas Cęsar amplius regere nolebat, uetante id Pomp. cum bona parte senatus, tametsi ego puto constitutum.i. decretum à te de hac re, quid facturus esses.i. an tibi succedi uelis nec ne, tamen uisum est.f. operæ precium, ut facerem te certiorem, quo.i. ideo, ut constitueres maturius.i. citius, sed cum maturitate, cum prouidebā .i. prospiciebam futurum, hunc euentum.i. exitum rerum Gallicarum. Tu enim nosti hæc translatitia.i. de una re ad aliam accōmodatitia. Huber. dicit fictitia, quod mihi non placet. Constituetur.f. in senatu de Gallis, ut.f. successio illic fiat. erit supp. aliquid nomine Cæsaris, qui intercedat.i. obsistat, deinde alius existet.i. emerget, & exorietur, qui impediat reliquas.i. reliquarum ꝓuinciarum successiones, nisi liceat senatui decernere libere de omnibus prouincijs. Sic.i. hoc modo, ludetur.i. frustra certabitur, multum, ac diu, atque ita diu, ut moretur, idest mora fiat in his tricis, id est difficultatibus, & nexibus, prouinciarum, inextricabilibus plus biennio.i. quàm biennium. Si haberem quid. i. aliquid, no-

ni de rep. qđ scriberem.i.scribere possem tibi,usus essem consuetudine mea,ut perscriberé diligéter.& quid actū esset,& qđ sperare futurum ex eo.i. ꝙ actum esset. Sanè oīa adhæserūt in Cilicia .i.firma māserunt.& immutata tāquā vi quadā.Marcellus urget .i.urgenter procurat illud idē.i.qđ antea urgebat de prouincijs.i. successoribus decernendis,sed neque potuit efficere adhuc senatum frequentē,ut.i.de ea re senatusconsul. fiat. Hoc, scilicet factū fuisset, si Curio sup. fuisset tribunus anno præterito, & sup. nō isto,& eade actio de prouincijs introijt.i.in curiā,vt nō fallat .i.lateat te ꝙ .quantū facile sit nunc impedire,oīa.i.omniū prouinciarum successionem,& quā.i.quantū,hoc suppetet.i. suppeditet Cæs.qui nō curet temp. tua causa.i. proprium cōmodum.

PAVL MAN. QVODAM silice iam omnia] Liber uetustus Ioannis Scalæ sic habet,quodam omnia in Sicilia:Bernardini Maffei:Quodam ui ctilicia omnia : Qui est in Medicea bibliotheca & q apud Vbaldinum Bandinellum Quoddam incilicia omnia vulgata lectio non est in antiquis libris.uidedum an ita legi possit.Quodam in cili iam omnia. notum autem,incile quid sit.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Prior pars epistolæ Appij causam Ciceroni indicat:&,quid in ea ab ipso faciendum sit,monet.posterior uero narrationem habet earum rerum,quæ à Curione in Cæsaris gratiam factæ sunt; aliasq; narrationes festiuas. post hac redit ad Appium,& ad pantheras, de quibus multis epistolis agit.

M. COELIVS M. CICERONI S. D. 6

NON dubito,quin perlatum ad te sit, Appium à Dolabella reum factum sanequam non ea,qua existimaueram,inuidia.neque enim stulte Appius; qui,simul atque Dolabella accessit ad tribunal,introierat in urbē,triumphiq; postulationem abiecerat.quo facto retudit sermones,paratiorq; uisus est, quam sperauerat accusator.is nunc in te maximā spem hēt.scio tibi eum non esse odio. quàm uelis eum obligare, in tua manu est : cum quo simultates si tibi non fuissent, liberius tibi de tota re esset nunc , si ad illam summam seueritatem legitimum ius exegeris; cauēdum tibi erit ne parum simpliciter, & candide posuisse inimicitias uidearis. in hanc partem porrò tutū tibi erit , si quid uolueris,gratificari.nemo enim necessitudine, et amicitia te deterritum ab officio dicet. Illud mihi occurrit,quòd inter postulationem,& nominis delationem uxor à Dolabella discessit.quid mihi discedens mandaris , memini : quid ego tibi scripserim. te non arbitror oblitum.non est iam tempus plura narrandi. unum illud monere te possum : si res tibi non displicebit . tamen hoc tempore nihil de tua uoluntate ostendas;& expectes,quemadmodum exeat ex hac causa ; ne qua inuidiosum tibi sit , si emanarit. porrò significatio ulla si intercesserit ; clarius, quam deceat aut expediat,fiat.neque ille tacere eam rem poterit, quæ suæ spei tam opportuna acciderit , quæque in negocio conficiendo tanto illustrior erit:cum præserim is sit , qui, si perniciosum sciret esse loqui de hac re, uix tamen se contineret Pompeius. dicitur ualde pro Appio laborare, ut etiam putent alterutrū de filijs ad te missurum.hic nos omnes absoluimus,et Hercules † confecta, omnia fœda, & inhonesta sunt . Consules autem habemus summa diligentia.adhuc S. C. nisi de ferijs Latinis , nullum facere potuerunt . Curioni nostro tribunatus conglaciat. sed dici non potest , quo modo hic omnia iaceant, nisi ego cum tabernarijs,& aquarijs pugnarem, ueternus ciuitatem occupasset.si Parthi uos nihil calfaciunt,nos † hic frigore frigescimus.tamen,quoquo modo hic oīa iaceant, potuit sine Parthis. Bibulus in Amano nescio quid cohorticularum amisit.hoc sic nunciatum est. Quod tibi supra scripsi,Curionē frigere : iam calet : nam feruentissime concerpitur : † leuissime enim , quia de intercalando non obtinuerat , transfugit ad populum , & pro Cæsare loqui cœpit; legemque uiariam non dissimilem agrariæ Rulli, & alimentariam , quas iubet ædiles metiri,iactauit. hoc non dum fecerat, cum priorem epistolæ partem scripsi. Amabo te,si quid,quod opus fuerit, Appio facies,ponito me in gratiā. De Dolabella integrum tibi reserues, suadeo. & huic rei, de qua loquor , & dignitatis tuæ, æquitatisq; opinioni hoc ita facere expedit . Turpe tibi erit pantheras Græcas me non habere. Vale.

† alias, consepta oīa fœdera.

† alias, nihil frigere

† alias, bellissime

HVB. NON dubito] Quemadmodū patet lib. 3. epist. quę inc pit. Cum est ad nos allatum , &c. Et alijs duabus sequentibus præd ctum, accusatus fuerat Appius à Dolabella , & à quibusdā fautoribus Dolabell.ambitus, & maiestatis, ex quo cum triumphū de rebus gestis in Cil. esset petiturus, amiserat eius habendi spem,quā rē hac epist. Cœlius indicat Cic.ostenditq. eū plurimū oīno deposui omnes inimicitias & simultates,quas habuit cum ipso Appio,dicit aūt Pomp. ei plurimū fauere. & pro eius causa laborare.Narrat præterea quædā,quæ fecit Curio in fauorē C c. postremo rogat Cic.Cœlius,ut eum in gratia Appij ponat,& rursus ab eo pantheras Græcas petit. [Factū reum) Accusatum ambitus,& maiestatis.[Non ea) Non tanta.[Inuidia] Maleuolētia. [Neque.n. stulte) scilicet fecit. [Simulatque) Cū primū statim. [Ad trib.) Vbi sedebant iudices,apud quos eum accusauit.[Abiecerat) Deposuerat.[Triūphi) De rebus in Cil.gestis,cui præfuerat ante Ci.ut lib.3.uisum est [Accusator) Dolabella.[Is) Appius. [Eum) Appiū.[In tua manu).i.in potestate. [Quā) .i quantū.[Velis eum obligare) Adiuuando eum contra Dol.[Liberius) Magis in potestate tua,ut etiam non faueres ei,si nolles,quia nemo diceret te fauere hoc odio. [Nunc) Dicit omnino ei esse fauendū, ne uideat aliquid retinuisse de ueteribus inimicitijs. [Ius legitimum) Iustū ius recōciliationis,[Parū simpliciter).i.parum sincere.[Et parum candide).i parum benigne,& pure Horat. Albi nostrorum sermonū candide lector. [Tutū) Sine periculo,& infamia tua. [Deterritū) Ab off.i. prætermisisse officium tuū erga App.[Necessitudine) Quę est tibi cū Dolab.[Occurrit) In mētē uenit. [Discessit) A Dolabella,reliquit Dolabellā, fecit cum eo diuortium.[Qui mādaris mihi) Non dicit quid sit.intelligimus ei mandatum fuisse à Cic.ut siquis inueniretur aptus, cuius matrimonio Tullia locaretur,se certiorē faceret, uel daret operam, ut etiā non admonito patre locaretur,sicut ipse Cic.lib.3. ad Appium scribens testatus est. Vnde nunc Cœlius significat Dolabellā esse sine uxore,& se memorem eius mādati. [Quid scripserim) Conijcimus eum scripsisse multa de Dolab.[Hoc tempore) Nūc ex hac causa,quā habet cum Appio [Quēadmodum,) An cum honore,an turpiter.[Inuidiosum.[Earum.[Emanarit) Effluxerit. [Porrò) Deinde.[Significatio) Demōstratio tuæ uolūtatis.[Clarius) Manifestius.[Quam deceat) Aut quam expediat, neque decet,neque expedit res matrimoniales à multis sciri, priusquam conficiatur.[Ille) Dolabella.[Tā opportuna) Accōmodata, utilis [Cum is sit).i. talis naturæ.[Vix se contineret) Quin loqueretur.[Alterutrū) Alterum[De filijs).i.suis uel Sex.Pomp.uel Cn. Pōp.[Hic) Romę [Nos omnes) Consules prouinciarū.[Confecta) Facta,instituta.[Et).i.etiam[Summa diligētia) Ironice,q.d. negligentissimos.[Ferijs Latinis) Latinæ feriæ,ut scribit Var. dies dicebatur dies cōceptiuus,dictus a Latinis populis,quibus ex Albo monte ex sacris carnē petere fuit ius cū Rom. à quibus Latinis latinæ dictæ sunt.[Cōglaciat) Friget. [Iaceant) Sint prostrata & deiecta.[Nisi ego) Significat Ci iocose,homines deditos esse pigritiæ , ita ut ea marcescant . [Aquarijs) Iis, qui uendunt aquā.[Iouen.) Veniat cōductus aquarius.[Et tabernarijs] id est, cauponibus,qui uinum uendunt.[Pugnarem) Resisterem,ne facerēt copiam aquæ & uini.[Veternus] (auctore Seruio) morbus est intercus,id est, hydrops, qui homines efficit pigros, unde & pigritia ponit apud Virgilium in Georg. Nec torpore diu passus sua regna ueterno,bibit autem multum ueternosus, ut ostendit Hor.Crescit indulgēs sibi dirus hydrops.Nec sitim pellit nisi causa morbi . Fugerit uenis, & aquosus albo Corpore languor. & Cato ait:ueternosus quamplurimum bibit, tam plurimum sitit ueternosi.[Parthi uos] [Occupasset) Inuasisset.i.omnes iam . . . [In quo codice scriptum erat,sed off.nos nihil).i. nihil curamus in quo . . . [Potuit sine Parthis) .i.esset,ut omnia iacerent. [Bibulus) Qui præerat Syrię. [In Amano monte) De quo diximus in 3.lib.[Cohorticularum).i. paruarum cohortiū.[Sic) .i.eum amisisse. [Quod supra) Constat hanc epistolam scriptam esse quodam interuallo temporis. quia ergo supra dixerat,quòd tribunatus glaciat Curioni,nunc se corrigit,& dicit multum calere [Concerpitur) Dilaceratur. [Leuissime) Stultissime. [Viariam) De uijs,quę quid contineret,non facile scitur.[Alimentariam.) Legem de alimentis.[Agrariæ Rulli).i. legi, quā Rullus de agris diuidundis tulerat [Iactauit) Publice nominauit.[Quas

Veterū

Cohorticula.

lege] Viariã, & alimentariã.[Iubet ædiles) Mentiri, falſo dicere eſſe ꝓbatas.[Hoc) Qđ iactaſſet has leges. [Ponito me in grãm) dicito ei perſuaſum à me, ut ita faceres: [Integrũ) Vt mihi oñdas de uoluntate tua collocandæ filiæ.[Huic rei] Matrimonio filiæ. [Dignitati æquitatis tuæ) Quantum expectat ad Appium.

ASC. *NON dubito*) Viſum eſt lib. 3. accuſatus fuerat Appius Pulcher ambitus à Dolabella, & fautoribus eius, quare triũphũ amiſit, ꝙ nunc Cœlius ſcribit monens Cic. ut depoſita ſimultate, Appio re cõcilietur. Ordo eſt: Non dubito, quin perlatũ ſit ad te, Appiũ. ſ. Pulchrũ, qui ante Cice. Ciliciã ceperat factũ reum. ſ. ambitus, & maieſtatis à Dolabella, q poſtea gener Ciceroni fiet, ſanè nõ ea, .i. tanta inuidia. q̃, i. quantũ, exiſtimauerã. ſ. Appio futurã. Neque .n. Appius ſtulte ſupp. egit, qui ſimul atq; .i. ſtatim, poſtquã Dolabella acceſſit ad tribunal. ſ. accuſaturus Appiũ introierat in urbẽ, & abiecerat poſtulationẽ triumphi, quam qui ſperabat, foris manebat donec decretũ ſenatus fieret, quo facto Appius retulit ſermones. i. reſpondit, & uiſus eſt paratior. ſ. ad ſeſe purgandũ quàm accuſator. ſ. Dolabella ſperauerat. Is. ſ. Appius, habet nunc maximam ſpem in te. Scio eum. ſ. Appium non eſſe tibi odio. eſt in manu. i. poteſtate tua, obligare eum. ſ. tibi q̃. i. quantũ uelis, cũ quo. ſ. Appio, ſi ſimultates nõ fuiſsẽt tibi ſ. prius, eſſe tibi liberius. ſ. agere. de tota re, qa poſſes eũ iuuare, & deſerere, ut uelles. Nũc ſi exegeris legitimũ ius, i. rigorẽ iuris, ad illã ſummã ueritatem. i. iuſtitiam, ſicut uerũ ꝓ iuſto ſæpe ponitur cauendũ erit tibi, ne uidearis poſuiſſe. i. depoſuiſſe inimicitias parum ſimpliciter. i. ſine dolore, parum cãdide. i. ſine liuore. In hãc &c. Ordo eſt: Porrò. i. ſed tutũ erit, ſi quid uolueris gratificari. i. gratũ facere Appio, in hãc partẽ. ſ. mitiorem. Nemo enim dicet te deterritum ab officio. neceſſitudine, & amicitia, quæ. ſ. tibi eſt cum Dolabella, uidetur tamen nondum, hæc cum ſcriberentur, Cice. gener factus, quia id poſt Appij liberationem purgauit lib. 3 quod etiam ſequẽs clauſula comprobat, unde intelligam, ideo id neminẽ dictuum eo, ꝙ tunc nulla fuerat Ciceroni cum Dolabella neceſſitudo, aut amicitia. Illud. ſ. quod ſequitur, occurrit mihi, ꝙ uxor. ſ. Dolabellæ diſceſſiſſet. ſ per diuortiũ, à Dolabella, inter poſtulationẽ .i. uocationem in ius, & delationem nominis: ſ. rei. Memini. i. memoria teneo, ꝙ tu diſcedens. ſ. in prouinciam, mandaris pro mãdaueris mihi, q. d. ꝙ Tulliã tuam idoneo marito locarem, te inconſulto. Et arbitror te non oblitum, quid ego ſcripſerim tibi. ſ. de Dolabella, quam eſſet idoneus gener futurus. Tẽpus narrãdi plura non eſt iam. Ego poſſem monere te illud unum, ſi res non diſplicebit tibi, ſup. cum Dolabella poſſe matrimoniũ contrahi, tamen nihil oſtendas de uoluntate tua hoc tempore. ſ. lite pendente, & expectes quemadmodum. ſ. Dolabella accuſator, exeat, ex hac cauſa. ſ. accuſatione Appij. Denique ſi emanarit. i. diuulgatum fuerit filiam tuam nubere Dolabellæ, Appij accuſatori, id ſup. ſit tibi inuidioſum. Porrò. i. ſed, ſi ulla ſignificatio. ſ. uoluntatis tuæ, interceſſerit. i. interuenerit, id ſup. fiat clarius. i. manifeſtius, quam deceat, aut expediat. i. utile ſit, & ita monet, ut occultiſſimũ habeat. Neque ille. ſ. Dolabella, poterit tacere eam rem. i. tua uoluntate filiam tuam tibi deſponſatam, quæ. ſ. res acciderit, tam oportunæ ſpei ſuæ. ſ. de condemnatione Appij, quæque. i. quæ. ſ. res, erit tanto illuſtrior. i. clarior & magis perſpicua, in negocio conficiundo. i. perficiundo, pręſertim cum. ſ. Dolabella, ſit is. i. talis, qui ſi. i. etſi ſciret pernicioſum eſſe loqui de hac re. ſ. q̃ inter nos agimus, hoc ẽ de matrimonio filiæ tuæ, tñ. i, nihilominus uixi. i. cum ſumma difficultate, continere. ſe. i. abſtineret à loquẽdo. Pompeius uidetur ualde laborare pro Appio. i. vt Appius abſoluatur, quod etiam cõtingit, ut etiã putẽt, ſcilicet homines Pomp. ſup. miſſurum ad te alterutrum de filijs. ſ. ſuis, uel Sextum uel Cneum, ideo autem miſſurus putabatur, ut Cic. qui tunc erat in prouincia. vbi Appius crimẽ cõmiſiſſe accuſabatur, facta quæſtione, &, ut dicũt, informatione, beneuole rem interpretetur, & ad ſenatum reſcribat. Nos omnes abſoluimus. ſ. quodam pręiudicio, hic. i. Romæ, ſup. Appiũ, hoc eſt opinamur eum abſoluendũ, & Hercule. i. per Herculẽ, omnia cõcepta. ſ. crimina, de Appio. i. quæ in eius accuſationis libello cõtinentur. ſup. ſunt fœda & moleſta. Autem, id eſt ſed, nos habemus conſules ſumma diligentia .ſ. præditos, quod (ut Hubertino placet) per ironiam dicit, nam addit, ipſi ſup. nullum. i. non ullum: non potuerunt facere adhuc ſenatuſc. i. decretum ex ſenatus ſententia factum, niſi de ferijs latinis. ſ. celebrandis. Tribunatus conglaciat. i. friget plurimũ, hoc eſt aboletur: Curioni noſtro, ſed non poteſt dici, qũo omnia iaceant. i. neglecta ſint, & torpeant. hic. i. Romę, niſi ego pugnarem cũ tabernariis & aquarijs. i. uendentibus uinum, aut portantibus aquam precio. Iuuen. Veniat conductus aquarius. ueternus. i. torpor ex morbo intercute, & hydropiſi, occupaſſet ciuitatẽ, nimio potu. Quocirca dicit ſe pugnare cũ tabernarijs. i. cauponibus, & aquarijs, ne. ſ. tm̃ uini potus uẽditẽt, aut ex torpore. Vnde Philippus Beroaldus, ex loco argumentatur lib. 11. in epiſt. cuius principium eſt: Raras tuas quidẽ &c. ubi uulgo legitur]. [Erat in eadem epiſtola ueteranus ciuitatis, legendũ eſſe, ueternus ciuitatis. Hic .n. inquit Pompeium appellat, quo legionum Romanarũ præfecto nullum exercitamentũ P. R. dabatur. Hæc ex illo. Veruntamẽ non vr̃ dicta epiſtola huic reſpondere, propterea ꝙ dicit in eadem epiſtola ſcriptum eſſe manu Cœlij, Cic. nõ defendi à Curio, ſed potuit illa pars ſeorſum ſcripta deleta eſſe. Verũtamẽ minus placet, quòd dicat Pomp. Veternum dici, cum dicat ſe gaudere, quod amicus in ocio ſit. Intelligam ergo de ocio totius ciuitatis, aut intercute, ut dixi, aut nimia potatione, melius tamen de torpore, eo quòd præmiſit, quomodo hic omnia iaceant, q. d. nullã litem agitari, niſi cũ tabernarijs, & aquarijs pugnaret ſcilicet, in foro iudiciali, accuſando nos pluris iuſto precio operam ſuã, aut aquam uendere, illas res corruptas. Si Parthi nihil calfaciunt nos, aut uos, ideſt, ſi nullũ incutiũt timorẽ, nos nihil frigeſcimus .i. frigidi ſumus, aut frigore. i. metu, eo quòd metus frigus inducit, uſq; adeo ut frigus, ꝓ metu ponatur Aen. 1. exẽplo Aeneę ſoluuntur frigore membra. tñ quoquõ. i. quomodocunq; oĩa iaceant hic, potuit. ſ. Veternus eſſe, ſine Parthis. i. niſi Parthi nos ſolicitos facerent. Bibulus, qui Anthiochiã curabat, amiſit neſcio quid cohorticularum in Amano. ſ. monte, in cõfinio Ciliciẽ, hoc eſt nunciatũ. ſ. ſenatui nunc ſic, quod. i. q̃q̃ ſcripſi tibi ſupra. Curionem frigere. i. in ocio eſſe, ipſe calet iam. ſ. rubore, nã cõcerpitur. i. à multis carpitur feruentiſſime. Enim. i. quia, ipſe non obtinuerat intercalando. i. remittendo, ipſe trãsfugit leuiſſime. i. inconſtantiſſime, ad populũ, & cœpit loqui ꝓ Cęſ. & iactauit legẽ uiariã. i. de uijs faciendis, non diſſimilem Agrariæ. ſ. legi, Rulli. i. q̃ Rullus tulit & iactauit legẽ alimẽtariam. i. de alimentis faciẽdis, quas. ſ. leges, ipſe iubet, ædiles metiri. metiendo exercere, & in uſum adducere. Hubertinus legit mentiri. quod nõ placet. Cũ ego ſcripſi priorem partem epiſtolæ. ſ. huius (nam prius unam partem ſcripſerat, deinde poſt aliquot dies eam abſoluit, non deletis prius ſcriptis) ſup Curio nõdum fecerat hoc. i. nondũ iactauerat. Amabo te, blandienter dictum, ſi facies qđ, id eſt aliquid, quod fuerit opus. i. utile Appio, ponito me in gratiam. ſ. Appij. ſuadeo ſupp. ut ſerues tibi. ſupple negocium de Dolabella integrum, ita ut eũ, & ſuſcipere generũ, & refutare libere poſſis. Expedit. n. & huic rei de qua loquor. i. matrimonio filiæ tuæ, aut gratię Appij cõſeruandæ dignitati ęquitatis tuæ facere hoc ita. qđ opinio ẽ. Me nõ habere. i. ſi nõ habuero, cũ munera ędilitia dabo, Pantheras Grecas, erit turpe tibi, qa culpaberis defuiſſe amico.

CONFECTA, omnia fœda, & inhoneſta ſunt.] Hoc in loco uetuſti libri inter ſe diſcrepant. nos eum, quẽ habet Ioannes Scala, ut minus deprauatum ſecuti ſumus, ſic. n. in eo legitur: confecta omnia fœda, & inhoneſta ſunt. ex quo adducti ſumus, ut una littera immutata, legeremus: confecta omnia, fœda, & inhoneſta ſunt. poſt in Petri Bembi libro, confecta omnia, diſerte ſcriptum animaduerti. [Tabernarijs aquarum ius penes ædiles, & cẽſores erat. itaque, cum tabernarij publicas aquas in ſuum uſum deducerent, Cœlius, qui tunc ædilitatem gerebat, ea de re cum tabernarijs aquarijs pugnauit, concionem etiam de aquis ſcripſit, cuius meminit Frontinus lib. 2. de aquæ ductibus. [Viariam) Dicit neſcio quid Appianus de uijs a Curione inſtauratis: tamẽ, Vinariã magis probarem, quã Viariam: & poſt, Queis iubet ædiles metiri, ut hoc dicat: iubet ædiles legibus, quas ipſe fert, uinũ, & alimẽta populo metiri. legem & P. Clodius tulerat, de annona, de qua in oratione pro Sextio, & Aſconius in Piſonem. PAVL. MAN.

APVD Cic. in Epiſt. Fam. à Cœlio concinnatis videntur eſſe aquarij, qui aquam circunferunt venalem. Niſi ego, inquit, cum aquarijs & tabernarijs pugnarem, ciuitatẽ Veternus occupaſſet Iuuen. Veniat conductus aquarius. Aquaria prouincia in Cice. aduerſus Vatinium, cura eſt Quæſtoris præfecta mercibus, quæ mari uel omnino aquis ſubuehuntur, ne quid exportetur. Sed & publicis aquis pręfici ſolitos quoſdam ſcimus. De quibus quandoq; fit Sen. Cos fractum ut cum eius rei cauſas extra urbem forent, lictores binos, & ſeruos publicos ternos, architectos ſingulos, & ſcribas, & librarios accenſos, & præcones totidem habere liceret. Hoſce dici quandoque aquarum curatores animaduerto interdum, & aquarios. Iulius Frontinus: Ille aquariorum tollendus reditus, quem uocant punctam. Et mox docet fuiſſe quendam, qui appellaretur à pũctis. Pertinebant & ad eandem aquarum rationem, qui vocabãtur uillici, caſtellani, ſilicarij, tectores. Sed hæc fermè miniſteria erant. Alibi Frontius aquariorum fraudem nominat, quos aqua ex publicis ductib. in priuatorum uſum deriuare deprehendiſſet. Super qua re Cœlij Rufi edita quoq; legebatur orõ, cui titulus fuit. De aquis, ubi aquariorũ dolo, it- Cœli. Rh. Antiq. lec. lib. 18. c. 40.

so,irriguos agros,tabernas,cœnacula, ꝑpetuis salientib.coargue bat instructa, Vñ illustratur Cœlij eiusdē locus, de quo diximus.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Habet hæc epistola nouarum rerum nunciationem urbanam, & festiuam.

M. COELIVS M. CICERNOI S. D. 7

QVAM *cito tu istinc decedere cupias, nescio: ego quidē eo magis, quo adhuc felicius rem gessisti. dum istic eris, de belli Parthici periculo cruciabor, ne hunc risum meum me tus aliquis perturbet. Breuiores has literas properanti publica norum tabellario subito dedi. tuo liberto pluribus uerbis scriptas pridie dederam. Res autem nouæ nullæ sanè acciderunt, nisi* † alias, Cornisicio ado lescen- tior est Syllę filium *hæc uis tibi scribi, quæ certe uis.† Cornisicius adolescens Orestillæ filiam sibi despondit. Paula Valeria soror Triarij diuortium sine causa, quo die uir è prouincia uenturus erat, fecit. nuptura est D.Bruto. nōdū retulerat. multa in hoc genere incredibilia te absente acciderunt. Ser. Ocella nemini persuasisset se mœchū esse, nisi triduo bis deprehensus esset. quæris, ubi? ubi Hercules ego minime uellem, relinquo tibi, quod ab alijs quæras. neq; enim displicet mihi, Imperatorem singulos percunctari, cum qua sit aliquis deprehensus. Vale.*

HVB. QVàm cito] Cęlius primum se cupere dicit, ut Cic. ex prouincia discedat, & sua, & ipsius Cic. cā deinde quædam iocosa, & risu digna scribit, & præcipue Ocellā repertum in adulterio, sed non dicit cū qua muliere. vult.n. Cic. id ab alio perquirere. Hæc epistola satis faceta, & facilis ē. [Istinc) Ex Cilicia. [Ego magis]. s. cupio, discedas. [Quo) Quanto. [Aliquis metus) De isto bello, & periculo parthico tui cā Hūc risum meum] De ijs rebus, quæ ridendæ acciderunt [Pridie) Heri. [Quæ certe uis) .s. scribi tibi. Despondit sibi filiū, nō intelligo, quod fecerit filiū sponsum suum, sed quod fecerit eum sponsum. vt dicā, ego feci mihi sponsum filium meū, non intelligo, ꝙ sit sponsus meus, sed ꝙ in gratiā meā, & lætitiam sit factus, sponsus. [Diuortiū) Discessionē, separationē à marito. [Triarij) Nomē proprium. [Sine cā] Quia multæ erant causę diuortij, ut exponunt iurisc. ff. de diuor. [Nondū retulerat] Ad seipsum dicit, qui nondū dixerat hoc. [In hoc gñe) Talia qualia hæc sunt [Ocella) Hic est ille. de quo Cic. li. 2. ad Cęlium scribēs dicit: De Ocella parū ad me scripserat, & in actis non erat. [Nemini persuasisset) Nemini fecisset credibile. [Triduo) In tribus diebus. [Deprehensus) In adulterio, & proprie deprehendendi dicuntur nautæ, & adulteri. De nautis. Virg. Æn. Hūc ego si Getulis agerem si, syrtibus exul. Argolico ue mari deprehensus, & urbe Mycenæ De adulteris Hora. in Serm. Deprehensi nō bella est fama Treboni. [Quæris] Voles scire. [Vbi?) in qua domo, uel in qua muliere. [Minime uellem) .s. esse deprehēsum, ubi deprehēsus ē, erat enim fortasse deprehēsus apud amicum. [Relinquo tibi) s. hoc. [Imperatorem) Sicut es tu. [Percunctari) Interrogare. [Singulos) Qui Roma istuc ueniunt. Cum qua muliere, nam hoc pacto aliquis tandem tibi dicet.

ASC. *QVAM &c.*] Dicit se cupere, ut Cic. ex prouincia discedat, affertq; iocosa quædam, vtpote Ocellam deprehensum in adulterio, nec tñ dicit; cum qua, uolens Cic. id ex alio inquirere. Ordo est: Nescio q̃. i. quātum cito tu cupias discedere istinc. i. ex ꝓuincia, ubi nunc es. ego quidē cruciabor de periculo. i. ꝑ periculū belli Parthici, dum. i. donec eris istic. i. in Cilicia, eo. i. tanto magis, quò. i. quāto felicius gessisti adhuc res, quia, fortuna solet mutari, nec cuiquam esse perpetuo bona. Vnde Philippus Macedo, cum tres lętos nuncios uno die accepisset, deos precatus est, ut modicum supplicij ꝓ tantis bonis reponāt. Ne aliquis metus ꝑturbet hunc, id est quē hic habeo, risum meum. Ego dedi tabellario. i. ad tabellarium, hoc est, literarum perferendarū ministro, publicanorum, id est, qui publica conduxerunt properanti. i. festinanti subito has literas breuiores, dederā pridie, id est, die præcedenti has tuo liberto literas sup. scriptas pluribus verbis. Autem, id est, sed res sanè, id est multum, nouæ nullæ acciderunt, nisi uis hæc, id est, hmōi res scribi tibi, quę certe uis, quia ridicula putat. Cornificius adolescens despondit sibi filiā Orestillæ. Paula Valeria soror Triarij fecit diuortium, id est, dissolutionē matrimonij, & separationem à uiro sine cā, sup. eo die, quo die uir. i. maritus, uenturus erat è prouincia, unde Cic. rursus etiam repudium facturus erat. ea sup. nuptura est D. Brtto, ipsa nondū retulerat. i. ad senatū tulerat, an senatui placeret. Multa incredibilia in hoc genere. s. matrimoniali, acciderunt, te absente. Seruius Ocella nemini persuasisset se esse mœchum, nisi deprehensus esset, s. in adulterio bis triduo. i. intra treis dies. Quæ res ubi. s. deprehēsus sit. i. cuius domo, & cū cuius uxore, Hercule supp. illic ubi ego minime vellē. Relinquo tibi qđ q̃ras ab alijs. Neq; enim displicet mihi, Imperatorem. s. te percunctari. i. interrogare singulos, cū qua aliqs sit deprehēsus, q. d. sic Ci. quoq. uxoris suę culpā nosciturū.

PAVL. MAN. *PAVLA Valeria*] Alij, an hæc Bruto nupserit, dubitare uident, propterea quòd li. 11. Pollam Bruti vxorem fuisse ꝓspiciant. ego nupsisse existimo, & eam ipsam esse, quæ li. 11. appellatur Polla: vt, quemadmodum ab Aulo Olla, sic à Paula Polla dicta sit. [Nōdum retulerat) Si ita legatur, subintelligi poterit, dotē. sed mihi non displicet amicissimi mei coniectura, qui ita legendū putat, mundum retulerant. mundus autē muliebris q sit, exponit Liu. lib. Munditiæ, inquit, ornatus, & cultus, fœminarū insignia sunt, hunc mundum muliebrem appellarunt maiores nostri.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Varia nunciat hæc epistola, quæ in multorum causis agantur. Quod M. Marcellus. Hinc aliam vulgo epistolam auspicantur. Narrat autē, quid Marcellus consul in senatu fecerit.

M. COELIVS M. CICERONI, S. D. 8

ETSI *de rep. quæ tibi scribam, habeo, tamen nihil, quo magis gauisurum te putem, habeo, quàm hoc. Scito C. Semproniū Rufum, Rufum, mel, ac delitias tuas, calumniā maximo plausu tulisse. quæris, † qua in causa? M. Tutium accusatorem suum, post ludos Romanos reum lege Plotia de ui fecit hoc consilio, quòd uidebat, si extraordinarius nemo reus accessisset. sibi hoc anno causam esse dicendam. dubium porrò illi non erat, quod futurū esset. nemini hoc deferre munusculū maluit, quam suo accusatori. itaq; sine ullo subscriptore descēdit, & Tutium reum fecit. at ego, simul atque audiui, inuocatus ad subsellia rei accurro surgo. neq; uerbum de te facio, totum Sempronium usq; eò perago, ut Vestorium quoq; interponam, & illam fabulam narrem, quemadmodum tibi pro beneficio dederit, si † quid iniurijs suis esset, † quo Vestorius teneretur. Hæc quoq; magna nunc contentio forum tenet. M. Seruilius, postquam, ut cœperat, omnib. in rebus turbarat, nec, qđ non uenderet quidquam reliquerat, maxima nobis traditus erat inuidia: neque Laterensis prætor, postulante Pausania, nobis patronis, quò ea pecunia peruenisset, recipere uoluit. ꝙ Pilius, necessarius Attici nostri, de repetūdis eum postulauit, magna illico fama surrexit, & de damnatione feruenter loq; est cœptum. quo uento proijcitur Appius minor, ut indicet, pecuniam ex bonis paternis peruenisse ad Seruilium, preuaricationisq; causa† disceret depositū H. S LXXXI. admiraris amentiam. quid si actiones stultissimas, quid si nefarias patris confessiones audisses? mittit in consilium eosdem illos, qui litis æstimarant iudices. cum æquo numero sententiæ fuissent, Laterensis, leges ignorans, pronunciauit quid singuli ordines iudicassent, & ad extremum, ut solent, Non redigam. postquā discessit, & pro absoluto Seruilius haberi cœptus, legisq; unū & centesimum ceput legit, in quo ita erat; QVOD eorū iudicum maior pars iudicarit, id ius, ratumq; esto, in tabulas absolutum non retulit, ordinū iudicia perscripsit. postulante rursus Appio, cum L. Lollio transegit, & se relaturū dixit. sic nūc neq; absolutus, neq; damnatus Seruilius, de repetundis saucius, Pilio tradetur. nam, de diuinatione, Appius, cum calumniam† iurasset, contendere ausus non est, Pilioq; cessit, & ipse de pecunijs repetundis à Seruilijs est postulatus, & præterea de ui reus a quodam suo emissario est factus. rectè hoc par habet. Quod ad rempub. pertinet, omnino multis diebus, expectatione Galliarum actum nihil est. aliquando tamen, re sæpe relata, & grauiter acta, & planè perspecta Cn. Pompeij uoluntate in eam partem, ut eum decedere post Kal. Mart. placeret, S.C. quod tibi misi, factum est, auctoritatesque perscriptæ.*

† alias, quod is in

† alias, quod

† alias, vt Vestorius teneret

† alias, indicet

† alias, vitasse

S.C.

S.C. auctoritas. Pridie Kalen. Oct. in æde Apollinis scribendo affuerũt, L. Domitius Cn. F. Aenobarb. Q. Cæcilius Q. F. Metellus Pius Scipio, L. Villius, L. F. Pop. Annalis C. Septimius T. F. Quirina, C. Lucceius C. F. Pup. Hirrus, C. Scribonius C. F. Pop. Curio, L. Ateius L. F. An. Capito M. Oppius. M. F. Terentina. Quod M. Marcellus Cos. V. F. de prouincijs consularibus. D. E. R. I. C. uti L. Paulus, C. Marcellus Cos. cũ magistratum inijssent, a. d. ex. x. ex Kal. Mart. quæ in suo magistratu futuræ essent de consularibus prouincijs ad senatum referrent, ne ue quid prius ex Kal. Mar. ne ue quid cõiunctim de ea re referretur à consulibus: utiq; eius rei causa per dies comitiales senatum haberent, S. Q. C. facerent, & cum de ea re ad senatum referretur à † consulibus, qui eorũ in C C C. iudicibus essent, sex abducere liceret si quid de ea re ad populum, plebem ue lato opus esset, ut Ser. Sulpicius, M. Marcellus Cos. præt. trib. pl. quibus eorum uideretur, ad populũ, plebem ue ferrent, quod ij nõ tulissent, uti quicunq; deinceps essent, ad populum, plebem ue ferrent. I. V. Pridie Kal. Octob. in æde Apollinis scribendo affuerunt, L. Domitius Cn. F. Ahenobardus, Q. F. Metellus Pius Scipio, L. Villius L. F. Pomp. Annalis, C. Septimius T. F. Quirina, C. Scribonius C. F. Pop. Curio. L. Ateius L. F. An. Capito, M. Oppius M. F. Terentina. Quod M. Marcellus Cos. V. F. de prouincijs: D. E. R. I. C. senatum existimare, neminem eorum, qui potestatem habent intercedendi, impediendi, moram afferre oportere, quo minus de rep. quam primum ad senatum referri, S. Q. C. fieri possit: qui impedierit, eum senatum existimare contra remp. fecisse, si quis huic S. C. intercesserit: senatui placere, auctoritatẽ perscribi, & de ea re ad senatum, populumq; referri. Huic S. C. intercessit C. Cœlius, L. Vicinius, P. Cornelius, C. Vibius Pãsa. Item senatui placere, de militibus, qui in exercitu C. Cæsaris sunt, qui eorum stipendia emerita, causas, quib. de causis missi fieri debeant, habeant, ad hunc ordinem referri, ut eorũ ratio habeatur, causæq; cognoscantur. si quis huic S. C. intercesserit; senatui placere auctoritatem perscribi, & de ea re ad † senatum, populumq; referri. Huic S. C. intercessit C. Cœlius, C. Pansa trib. ple. Itemq; senatui placere, in Ciliciam prouinciã, inq; viij. reliquas prouincias, quas prætorij pro prætores obtinerent, eos, qui prætores fuerunt, neq; in prouincia cum imperio fuerunt, quos eorum ex S. C. cum imperio in prouincias pro prætores mitti, oportet; eos sortito in prouincias mitti placere, si ex eo numero, quos S. C. in prouincias ire oporteret, ad numerum nõ essent, qui in eas prouincias proficiscerentur, tum, uti quodq; collegium primum prætorium fuisset, neq; in prouincias profecti essent, ita sorte in prouincias proficiscerentur, si ad numerum ij non essent, tunc deinceps proximi cuiusque collegij qui prætores fuissent, neq; in prouincias profecti essent in sortem conijcerentur, quo ad is numerus effectus esset, quẽ ad numerum in prouincias mitti oporteret si quis huic S. C. intercessisset, auctoritas perscriberetur. Huic S. C. intercessit C. Cœlius, C. Pansa trib. pl. Illa præterea C. Pompeij sunt animaduersa, quæ maxime confidentiam attulerunt hominibus, ut diceret, se ante Kal. Mart. non posse sine iniuria de prouincijs Cæsaris statuere, post Kalen. Mart. se non dubitaturum. Cum interrogaretur, si qui tum intercederent, dixit, hoc nihil interesse, utrum Cæsar senatui dicto audiens futurus nõ esset, an pararet, qui senatum decernere non pateretur. Quid si, inquit alius, & consul esse, & exercitum habere uolet? at ille, q̃ clementer: Quid. si filius meus fustem mihi impingere uolet? his uocibus, ut existimarent homines Pompeio cũ Cæsare esse negocium, effecit. itaq; iam, ut uideo, alteutram ad conditionem descendere uult Cæsar, aut, si designari poterit, decedat. Curiose contra eum totum parat. quid assequi possit, nescio. Illud uideo, bene sentientem, etsi nihil effecerit, cadere nõ posse. Me tractat liberaliter, & mihi suo munere negocium imposuit nam si mihi non dedisset eas, quæ ad ludos ei aduectæ erant Africanæ, potuit supersedere. nunc, quando dare necesse est, uelim tibi curæ sit quod à te semper petij, ut aliquid istinc bestiarum habeamus: Sittianamq; syngrapham tibi commendo. libertum Philonem istuc misi, & Diogenem Græcum quibus mandata, & literas ad te dedi, eos tibi, et rem, de qua misi uelim curæ habeas. nam, quàm uehementer ad me pertineat in ijs, quas tibi illi reddent, literis descripsi. Vale.

† alias, consul libr. qui eorũ in C C C.

alias, hunc or dinem

ETsi de repub. &c.] Dicit Sempronium calumnias cum plausu tulisse, affertque multa de repu. de S. C. & qui scribæ fuerint in eo, quę cum sint ipsis duntaxat nota, obscuriora uisa sunt Hub. quam ut à se explanentur. Nobis tamẽ breuiter explicanda videntur, si non planè, at qualiter poterimus. Ordo itaq; est: Etsi, id est quanquam habeo quæ scribam, i. scribere possim tibi de rep. tamẽ nihil habeo. quo putem te gauisurum, magis, q̃ hoc s. ꝙ sequitur. Scito C. Semproniũ Rufum, mel. dulcedinẽ, ac delicias tuas tulisse. i. accepisse calumniam. i. contumeliam, maximo plausu, nõ suo, sed populi eum libenter uidentis. Quæris qua causa. s. affectus sit calumnia. Ea sup. est, ꝙ fecit M. Tutiũ accusatorem suum. i. vnde prius accusatus fuerat, reum post ludos Rom. lege Plotia de vi. s. illata, hoc cõsilio, ꝙ uidebat, si nemo accessisset reus extraordinarius causam esse dicendam sibi. i. se esse. i. defendendum hoc anno. Nam causam dicit, qui se purgat, & defendit, sententiam dicit, q̃ iudicat. Porrò. i. aũt sup. id nõ erat dubiũ illi. Nemini. i. non alicui, non maluit. i. non magis uoluit, deferre. i. pñtare hoc munusculum. i. vt reus extraodinarius fieret, ulli, aut alicui, quam accusatori suo. s. M. Tutio. peramaram aũt irrisionẽ uocat talem delationem, & accusationem, munusculum. Itaque. i. & ita, Sempronius descendit. s. in forũ causarũ ad litem fauenda sine ullo subscriptore. i. assensore, aut astipulatore, q̃ secum sentirent. Solent. n. idem sentientes nomina sua scribere. unde tractũ, ut subscriptores sint superioris scripti approbatores, & subscribere superius scripta probare, & fecit Tutium reũ. atq; ego simul, atq; i. eodem tpe quo aut statim. i. postq̃ audiui. s. Tutium a Sempronio reũ factum, accurro inuocatus. i. licet non essem uocatus, ad subsellia rei. i. ubi reus sedebat causam dicturus, surgo, ut more aduocati causam dicturus, neq; uerbum facio de re. i. causa Tutij aut lege de reo s. Tutio. Ego perago. i. cõuinco. Peragere. n. est, ad finem usq; agere, tunc aũt peractum est, qñ qs uictus, & condẽnatus est. Sempronium totum. i. ex omni parte, usque eo. i. in tm̃, ut interponam quoque. i. etiam. Nestorium. i. calumniam Sempronij in Nestorium, & narrem. i. recitem, illam fabulam, quemadmodum dederit tibi pro beneficio. i. loco beneficij, si qd esset iniurijs suis quo Nestorius teneretur. i. afficeretur. Hæc quoq; magna contentio tenet. i. occupat, nunc forũ. s. iudiciale. M. Seruius s. Sẽpronius inceperat. s. agere. turbarat sup eum in omnibus rebus, neq;, reliquerat quidquam quod nõ uenderet. ut dixi, obscure loquitur, neq; operæprecium esset mentẽ eius indagasse. Maxime. i. & sup. Seruilius, aut potius, Sempronius erat traditus maxime. i. ꝓpe pue nobis inuidiæ. i. inuidiam. i. molestiã, illi excitandam, neq; Laterensis (propriũ est nomẽ) Pausania postulante. i. cum Pausanias postularet prætorẽ nobis patronis sup. entibus. alij legunt Laterẽse, prætore Pausania postulante nobis. patronis, uoluit recipere. i. approbare quo ea pecunia peruenisset. Quod Pilius necessarius Attici nostri. s. cõis amici postulauit cũ reũ de repetũdis i pecunijs, male arte prouincialibus ablatis, & ita iure repetundis Magna fama surrexit illico, & cœptum est loqui feruenter, de dãnatione s. Sempronij Quo uento. i. qua obiectione, Appius minor projcitur. i. obijcitur, ut implicet. i. innuat de pecunia ex bonis patris peruenisse ad Seruiliũ, & diceret causam præuaricationis. i. quare fecerit præuaricationem. Sestertiũ semel & octogies esse depositum. Dixi alibi quia sestertium, ẽt neutri est gñis, & genitiui nominum neutri gñis habentium singularem non solent syncopari, ne cum singularibus casibus coincidant, cum tñ uenusta sit cum numerabilibus syncope decẽtius dici semel, & octogies sestertium, quam octogiesacu sestertia, & sestertiorum. Scribitur aũt sestertium H S. i. duæ l b. cum semis. Tu admiraris dementiam, imò actiones stultissimas. Quid supp. faceres, aut dices, si audisses nefarias cõdõnes priores s. Appij? Ipse mittit in consiliũ istos eosdem iudices, qui æstimarant litis ꝑ lites, cum sententiæ fuissent æquo. i. æquali numero. i. tot absoluentium quot condemnantium, & econuerso. Laterensis ignorans

rans leges pronunciauit, quid singuli ordines iudicassent, & ad postremum non redigant.s. iudices snias uarias ad unam certā, ut solent.s.redigere. postquam.s. Laterensis discessit, & Seruilius cœptus est haberi pro absoluto, & legit unū, aut primū, & cetesimum caput legis, in quo.s. capite erat ita.s.scriptum. Id quod maior pars eorū iudiciū iudicarit, esto ius & ratum.i. certum, & approbatum. Laterensis sup. non retulit absolutum in tabulas.i. instrumenta publicorū, actorū perscripsit iudicia ordinū. & Appio postulante.i. in ius uocante rursus trāsegit cum Lucio Lollio, & dixit sup. se relaturum.s.ad senatum, aut ad iudices. Sic Seruilius nunc neq; absolutus, neq; damnatus de repetundis tradetur Seruio Pilio.s.discutiēdus.sunt qui legāt, tradetur saucius.i. læsus in fama, sed (ut dixi) omnia obscura sunt. [Nam cū Appius iurasset de calumnia.i.calumniam factam, de diuinatione non est ausus contendere.s.ultra, & cessit.i.traditus est, aut locum dedit Pilio, & ipse postulatus est à Seruilio de pecunijs repetundis, & præterea reus factus est de iure vsuum de quodā emissario suo.s. equo cuius usum alter sibi uendicarat, hoc par.s. cōtendentiū habet se rectè, quia uterq; cautelosus, & litium amās est. Quod.i. quantū, pertinet ad temp nihil actū est, omnino multis diebus expectatione pp expectationē Galliarum.s.sniæ dandę de Gallis, aut successoribus committēdis aut Cæs.prorogādis, tamen re relata sæpe, & acta grauiter, & uoluntate Cn.Pompeij perspecta aliquando.i.tādem in eam partem, ut placeret eū decedere.s. in Galliam ad succedendum Cæs.post Kal.Mar.S.C.quod misi tibi, est factū, & auctoritates perscriptæ sup.sunt.i.qui eius rei auctores fuerūt. Auctoritas S C.id est senusconsulti, sup.scripta est prid.Kal.Oct. in æde Apollinis, Scribę.i.ut dicunt notarij aut subscriptores affuere sequentes, Lucius Domitius, &c.

PAVL. MAN. *M. TVTIVM, accusatorem suum, &c.*] Huius loci sensum, et si obscurissimus est, tn̄ declarare conabimur. Reorū causæ ordine agebantur.nā quæ tpe prior fuerat, eius prior item locus erat.excipiebantur tamen eæ causæ, quæ cum caussis iam iudicatis coniunctionem aliquā habebant, ut earum quasi appendices quædā uiderentur.eiusmodi enim caussis, etiā si post multas alias delatæ essent, tn̄ primus locus erat constitutus. itaq; in oratione pro Cluent.Fabricium, inquit, reū statim fecit, utq; ei locus primus cōstitueretur, propter caussæ coniunctionū impetrauit. Propter caussæ coniunctionē, inquit, ꝙ Fabricij causa eadem erat, q̄ Scamandri, qui antea condēnatus erat. & infra eadē oratione: Apud eosdem iudices reus est factus Oppianicus, cū is duobus præiudicijs iam damnatus esset. ab ijsdem aūt iudicib. locus ei primus est cōstitutus. Hoc ideo factum est, ꝙ Oppianici cā coniunctionem habebat cum Fabricij, & Scamādri caussa, quo iudices iam damnauerant. Excipiebantur ēt caussę de ui, quæ primo loco agebātur, reiectis alijs causis, q̄ tēpore priores fuerant. sic Milonis causa, ꝙ erat de ui, extra ordinem est acta. sic M.Cœlius, cū Attratini patrem de ambitu reum fecisset, de ui postea accusat, caussam ipse prior dicere coactus est. sic ēt C. Sepronius cū à M.Tutio esset accusatus, & caussam suam eo anno nollet agi, forte, ꝙ ex ijs, qui tūc iudices erant, complures sibi infensos intelligeret) accusauit accusatorem suum lege Plotia de ui, eo consilio, ut interposita extraordinaria causa, tēpus tereretur, & suæ causæ iudicium, cum eius agendæ spatium non esset, in annum sequentem necessario reijceretur. Extraordinarius autem reus is dicebatur, cuius caussa non ordine, ut aliæ caussæ, sed primo loco semper ageretur, & inde extraordinaria caussa, quæ statim ante oēs caussas ageretur, ut cum erat de ui, uel cōiunctionē habebat cum aliqua caussa antea iudicata [Laterensis leges ignorans, prouinciauit qd singuli ordine iudicassent) cū ex tribus ordinibus, qui res iudicabant, duo Seruilium absoluissent, unus condemnasset, uniuersorum autē iudiciū ęquo numero sententiæ fuissent; Laterensis, q ordines, nō sententias, spectaret, absolutum credidit, seque eum in tabulas dixit absolutum relaturum, postea, cū in lege reperisset, nō ex ordinum numero, sed iudicum maiori parte uel absoluendos, uel cōdemnandos esse reos; non retulit, ut dixerat, in tabulas absolutum, ordinum iudicia perscripsit. Fusius autem explicabimus, ppea, ꝙ obscurior est sensus, ita ut eū pauci uiderint, nemo certe ostēderit. non.n. in quo Laterēsis prætor deceptus sit, animaduerterunt. quod nos pluribus uerbis, ut ēt tardiores intelligant, ostendemus. Iudicia penes tres ordines erant: qui quidem tres ordines ex senatoribus, equitibus, tribunis ærarijs cōstabat. fieri autē poterat, vt, quem duo ordines absoluissent, unus condemnasset, is tamen non absolutus, sed cōdemnatus iudicaretur, hoc modo. Eunt in cōsilium senatores 26. equites 25. tribuni ærarij 24. ex senatoribus absoluūt reū xiv. cōdemnāt xij. ex equitib. absoluunt xiij. cōdemnant xij ex tribunis ęrarijs absoluunt iv. cōdemnant xx. si ex ordinū numero iudicaretur reus, absolutum appareret, quippe cum ex tribus ordinibus absoluerint duo, senatorius, & equester. cum autē lex, qd iudicum maior pars iudicarit, id ius ratum esse uelit, condemnatum reum, nemo est, quin uideat, cū sententias graues habuerit xliii. absolutorias xxxi. ptor autē Laterensis cum ex more pronūciare deberet, quot sniētiis absolutus, quot esset cōdemnatus, reus leges ignorās, de iudiciū nihil, de ordinibus, quod singuli iudicassent, pronunciauit, ac se in tabulas absolutum dixit relaturum. postea cū, lege perspecta, errarū intelligeret, dubius animi, quid ageret, ꝙ neq, cōtra legē, neq; cōtra id, quod pronunciarat, uellet facere, neq; absolutum, neq; dānatum retulit, tm̄ ordinū iudicia perscripsit ex quo paulo post infert Cęlius: Sic nunc neq; absolutus, neq; dānatus Seruilius, de repetūdis saucius Pilio tradetur [Emissario est factus) in antiquo libro mediceæ bibliothecę, & in duob. præterea, Petri Bembi Cardinalis, & Vbaldini Bādinelli legitur, emissa tustetio factus forte corrigēdum, emissario, S. Tetio factus, ut existimat amicissimus meus. Tetios autem & libertos, & amicos Claudiorum fuisse, de qua gente erat Appius, ostēdit Asconius, ubi in oratione pro Milonem locum illum exponit: Hæc insidiata Pompeio est, quanquā ibi tantum de Damione Clodij liberto loquitr. sed Damionē Tetiæ gentis fuisse, ostenditur in lib.4 ad Att.epi. 3. itaq; hic Cęlius, de Appio loquēs, Accusatus, inquit, est à quodam suorū Sexto Tetio. nam cū Sextius, antiqui significare uolebant, uel Sex.scribebāt, uel S.ita patebit & uera lectio, & sentētia: quò quidē eo magis inclino, ꝙ etiā in libro peruetere Caroli Sigonii scriptū uideo, Emissa iustitia, ut in hac uarietate augeatur mēdi suspicio, & ad uarietatem indagandā quasi latior uia pateſiat. [L.Iulius.F Pomp. Annalis] Villius, pro Iulius, reposuimus. nā Annales plebeii, & Iulij patricij. sic etiā in Liuio, ubi erat Iulius, correxit, & reposuit, ingenio doctrinaq. excellēs, summa mihi coniunctus amicitia, Carolus Sigonius. POM. tribus Pomptina fuit. nā ex 35. tribus, aliquā, vt inquit Pedianus, necesse erat, cuiusq; esset ordinis, ciuis R. obtineret. is autem ostendebatur à prænomine suo, à nomine, (nomine autem familia significatur) à patris pnomine, à tribu, à cognomine, ut Phil.ix. Ser. Sulpicius Q.F. Lemonia Ruffus: Lemonia.n. tribus est ablatiui casus, ut sit, ex Lemonia, ut inquit Ascon. in lapidibus. lib. autem antiquis ferè semper, in libris aliquando prioribus tantūmodo literis significari tribus animaduertas, ut in hoc. S.C. ubi enim legitur. Pōp. sciendum est Pomptinam intelligi: ubi Pop. Popilia: ubi Pup. Pupiniam: ubi An Aniensem, quod cum antea nō esset exploratum alij pro An. Capito, duabus uocibus cōiunctis legebāt Ancapito: Bernardinus autem Rutilius, in suis annotationibus credit, antiquas notas fuisse, q̄ significarēt, Ateii nepos. in quo q̄ deceptus sit, non attinet dicere. si n ab auo ostendendus aliquis erat nō ab eius nomine, sed à prænomine ostendebatur. sed incidit in errorem, quia tribum Aniensem non agnouit, quę duabus modo literis, ut iam dixi, scripta fuerat. q̄ me ratio mouit, ut ubi, Puphirrus, uno tm̄ uerbo antea legebatur, duob. in nostro lib. scriberem, Pup. Nittus. i. Pupinia Hirtus. trib. n. ante cognomen ponebatur, vt & hic, & alibi licet uidere. qm̄ autem hanc tribuum cognitionem nō ita facilē esse perspicimus. (nā & Volaterranus, & Alexander, qui dies Geniales scripsit, & alij, quos non necesse est cōmemorare, parum uidentur in suis libris earū numerū & nomina tenuisse) studiosis nō fore prorsus inutile, aut iniucundū arbitramur, si q̄ in hanc rationē dispersa in ueterū monumentis legūtur, coacta huc afferamus. quæ cum olim scripserim adolescens, hæc noua uidebantur; nunc eadē correctione quadā, breuissime colligam. Fuerūt igitur Romanę trib. omino 35. quarum nomina infra scripsimus, & scriptores aliquot, q̄ de iis meminerunt, apposuimus, ut inde facilior earū, ac certior unicuiq; cognitio sit.

ÆMI. Æmilia. Cic. ad Att. lib. 2. Liu lib. xxxviii. antiquæ inscriptiones.

ANI. Aniensis. Cic. pro Plancio. Liu. lib. x antiq. inscr.

ARNIENIS. Cic. in Agr. ii. in Rullū, Liu. lib. vi. & lib xxix. vbi corrupte legi putamus Narniensis. nam lapis antiquus, quē Vulsiniis in templi parietibus vidimus, expressam Arniensis mentionem continet.

CLA. Claudia. Liu. lib. 2. Virg. lib. vii. Dionys. Halic. lib. v. antiquæ inscript.

CLV. Clustumina. Cic. pro Plancio, pro Balbo, antiq. inscr.

COL. Collina. Varro lin. iv. de lingua latina, Pli. lib. xviii. c. iii. Fest. antiq. inscript.

COR. Cornelia. Liu. lib. xxxiii. antiq. inscrip.

ESQV. Esquilina. Varro lib. iv. de lingua lat. Plin. lib. xviii. ca. 3. Festus antiq. inscr. est præterea in ædibus uiri optimi, ualdeq; eruditi, Gentilis Delphinii Romani fragmentum antiqui lapidis cum hac tribu.

FAB.

FAB. Fabia.Horat.epist.vi.lib.1.Suet.in antiq.inscr.

FAL. Falerina.Liu.lib.ix.Neapoli antiquus lapis est ita inscriptus. C. PISTORIO. C. F. FAL. FIRMO. AEDIL. II. VIR. CVRATORI. OPER. PVBLICOR. Item Ioseph. ἐν τῷ τῆς ἰουδαικῆς ἀρχαιολογίας λόγῳ ιγ. κεφαλῇ ιζ.

GAL. Galeria. Liu.lib. 27. Pli.lib.7.c.49. etsi, pro Galaria, legitur Galerius. sed corrigendus locus est ex antiquo libro auunculi mei Francisci Asulani & antiq.inscr.

HOR. vel HORAT. Horatia. Scriptũ in libris de hac tribu nihil est: in lapidibus tamen nouies nominatur. deductam satis cõstat à uetere familia patricia, ut alias non paucas.

LEM. Lemonia. Cic. pro Plan. Phil.ix. Festus. antiq.inscr.

MAEC. Mæcia. hanc in antiquis lapidibus duobus inuenimus: C. OCTAVIO C. F. MAEC. VERO. C. HERBACIO. MAEC. ROMANO. in libris quinquies nominatam obseruauimus à Tullio.li.iv.ad Att.epist.xiv. à Liu.li.8.& 29. à Val. Max. lib.2.ca.iv.à Festo.

MEN. Mentina. Cic.li.13.epist. fam. Iosephus ἐν τῷ τῆ ἰουδαικῆς ἀρχαιολογίας λόγῳ ιγ, κεφαλῇ ιζ. cũ quib. lapides tres cõsentiunt: C. VALERIO. C.F. MEN. DOLVTIO. MARCIANO. A. MVNIO. A. F. MEN. EVARISTO. C. CATIO. C. F. MEN. BALBO. C. CATIVS. C.F. MEN. GALLVS. & hic epi. 9. li. 13. puto tamen hanc tribum fuisse Meneniam potius, quàm Mẽtinam, & corruptum esse Iosephi locum. deducetur.n.ab antiqua familia patricia, ut aliæ octo, Aemilia, Claudia, Cornelia, Fabia, Horatia, Papiria, Sergia, Veturia. nam Publilia nomen accepit à plebeia gente.

OVF. Oufentina. Liu.lib.ix. Festus antiq.inscrip.

PAL. Palatina. Cic.in Ver. Pedianus, Varro lib.iv.de lingua latina. Plin.lib. 18. cap.3. Liu.lib.20. Festus antiq.inscr.

PAP. Papiria Liu.lib.8. Festus antiq. inscrip.

POB. Pobilia, quæ deinde Publia scripta est. sicuti ex Poblius Publius factus est, reperitur in lapidibus & PV. & PVB. & PVBL. PVBLIL. & POB. Liu.li.7. antiquæ insc. Puto hãc esse, quã Festus Popilliam nominat: de qua Valer.lib.9.cap.10. & antiq.inscript.

POL. Pollia, Liu.li.29. Val. Max.li.2.c.iv. & li 9. c.10. anti.inscri.

POM. Põptina. Ci.ad Att.li.iv. Liu.li.7 Festus. antiqu. inscrip.

PVP. Pupinia. Cic.ad Q. Fr.lib.3. Liu.lib. 26. Festus. duo antiquorum lapidum exempla extant, alterum Capuæ, D. VIBIDI. D.F. PVB. NIGRI, alterum Patauij, CLAVSIO. C. F. PVP.

QVIR. Quirina. Cic. pro Quinctio. Asconius, Festus antiqu. inscrip.

ROM. Romilia. Ci. in Ver. idemq; in Agrar.1. Asconius. Varro lib.iv. de lingua latina. Festus. Seruius in comm.3. Aen. antiq. inscri. est etiam Ferrariæ semifractus lapis, in imis summi templi parietibus instratus, in quo ita scriptum uidimus.

ITIO. T. F. Rom.

SAB. Sabatina. Liu.li.6 Festus. lapis antiquis Romæ in ædibus eximij Cardinalis Carpesis, CN. CORNELIO. CN. F. SAB. MVSAEO. MANCIPI. VIAE. APPIAE.

SCA. Scaptia Liu.lib 8. Suet. in Augusto, Festus, lapidis antiqui exemplum Romæ extat in regione Pantheonis: C. AVFELIVS, C.F. SCA. SEVERVS. & item aliud, C. GRANTANIVS. SCAPTIA. MACER.

SER. Sergia. Asconius. antiquæ inscrip.

STEL. Stellatina Liu.lib 6. antiquæ inscript.

SVB. Suburana. Varro li.iv.de lingua latina. Cic. etiam Agrar. 2. quo in loco uidetur corrupte legi, ab Ocriculana: cum in libris quinque antiquis, legatur, ab usura nam. unde mihi orta coniectura est, legi posse, A Suburana, mutatione fere nulla. Plin.li.18. c.3. Festus. antiq.inscr.& alibi.

TER. Terẽtiana. Cic. pro Plãcio. Liu.lib.10. antiquæ inscript.

TRO. Tromẽtina. Festus Liuius ẽt lib.6. scripsit, Tromẽtina, vt opinor, non, ut impressum est, Promentina, antiquæ inscript.

VEIEN. Veientina, pro Plancio.

VEL. Velina. Cic. ad Att.lib.iv. & in Bruto. Hora.epist.6. li.1. Persius, antiq.inscrip.

VET. Veturia, hoc lapide notata: C. CASSIVS. C.F. VET. & hoc, SEX. APVSIVS. SEX. F. VET. & hoc, SEX. CALPVRNIVS. SEX. F. VETVRIA.

VOL. Voltinia. Cic pro Plan. antiq. inscrp. & in antiquo lapide, qui est Venetijs in turri S. Vitalis, CN. NVMERIVS. CN. F. VOL. FRONTO.

Ex hoc numero quattuor tantum urbanæ fuerunt, Palatina, Esquilina, Collina, Suburana, in quas, ut inquit Plinius, trãsferri ignominiæ esset, dictæ à partibus urbis, in queis habitabant. reliquę oẽs rusticę, laudatissimę, eorum, qui rura haberẽt: quę propriæ ingenuorũ erant; cum urbanę libertinorũ essent: ut in Asconio, & in epitome Liuiana lib. 20. Asconiũ aũt, ubi illud in Verrẽ exponit, V. ET XXX. TRIBVS, cur de nominibus Sabinarũ plures trib. esse factas dixerit, mirari nõ satis possũ, cũ à Sabinis nõ tribus, sed curię nomina acceperint, ut inquit Liu. li.1.& Festus.

AD ex kal. Mar.] liber. Sigonij, A. D. Ex Kal. Martias, mihi placeret, ex ante diẽ Kal. Mar.1. ex Kal. Mar. sic enim loquebantur. dixit etiã paulò ante, Vt cum decedere post Kal. Mar. placeret: infra subiũgit: Ne ve quid prius ex Kal. Mar. Vsus est hoc loquendi modo, & M. Varro li. 1. de re rustica: Ex a.d. vij. id. Feb. ex a.d. 7. id. Mar. i. ex eo die qui dr, ante diem 7. idus. Liu. autem lib. 45. supplicatio pro concione populi indicta est ex ante diẽ 5. idus Oct. cum eo die in quinque dies. Similiter Cic. epist. 16. lib.3. ad Att. Nonetij nobis tristes, nec uarij, uenerant ex ante diẽ non. Iun. quod idem est, ac si dixisset, ex nonis Iun. Sic & epist. 1. lib.15. ante diem 8. idus Nou. quod imperiti librarij cũ ignorarẽt, sæpe pro a.d. scripserũt, ad. [Sex abducere) A iudicijs, ut in senatum uenirẽt. malim autem, Eos, quàm Sex. ut intelligatur nõ de sex iudicibus, sed planè de oĩbus in senatum adducendis. prætereà ita loquebantur in senatus consultis, itaque infra: Quos eorum ex S.C. cum imperio in prouincias pro prætore mitti oportere, eos sortito in prouincias mitti placere. [Intercedẽdi, impediendi) Aut, impediendi, abundat, additum ab aliquo, qui dictionẽ, intercedẽdi, exponeret: aut dic, Intercedendi, ad tribunos pl. referri, Impediendi autem, ad augures. quos habuisse potestatẽ impediendi, tum aliorum exempla declarant, tum Cice. ipse de Legib. [Vibius Pansa) Antea, Iulius, mendose: nam Iulij omnes patricij, nec patricij tribuni pl. esse põt. nos hac rõne adducti, & lapidũ ac nũmorũ auctoritate impulsi, in quibus Pãsa Vibiorũ cognomẽ legit, Vibius, reposuimus. [Collegiũ primũ) Ferri potest: malim tñ, Proximũ: quo locutus est infra, post duos uersus. IO.BAEGN.

QVOD M. Marcellus N. F. me ad se uel inuitum traxit] In hac epist. sunt hæ in fronte statim appositæ notæ, D.E.R.I.C. quæ sanè, ut uideo, sic oẽs hactenus torserũt, ut cum multũ in illis percipiendis insudarint, tandem uelut animũ despõderent, aut inenarratas reliquere, aut, (qui morbus iã late serpit) cũ minus intelligerent, tanquam nihil, cassasq eraserunt. Est quidẽ hac tempestate quorundã ea inscitia dicam, an insania: ut quæ nõ ipsi intelligant statim immutari, statim tolli iubeat, æque ac si Censores, apud quos ne ofcedo qđẽ tuta à multa fueri, oẽs notare, oĩbus equũ adimere, uel nõ adscripta causa, ualeãt. Nos uero, quos nõ istæc prurigo, uel potius rabies [vt alia sint] tenet, perquisitis diligentius multorũ scriptis, aduertimus eas notas ex ueterũ frequẽtiore usu sic adscribi sæpe solitum. q̃ cũ id tp̃is notissimæ essent nũc desuetudine aut obscuriores, aut supfluæ, si dijs placet, æstimantur. Interpretantur aũt notæ illæ ad hãc fermè rõnem. D de E.ea.R re.I.ita. Censuerunt. tametsi Probus est auctor (hunc credo, cuius Gellius libellũ de notis citat) plurib. maiores nostros usos, ut. s. semper ita plebiscitis, & senatusconsultis singulares hasce describerẽt lr̃as. Q.D.E.R F.P.D.E.R.V.I.C.i. Quod de ea re fieri placeret, de ea re uniuersa ita cẽsuerunt, ut facile in eam sñiam ueniã, quod, & Cœlius hasce oẽs apposuerit, sed sequenti sęculo à scriptorib. quod bis repetitum uidebatur, abrasum, amputatumq; Quod uitium, sed non æque tñ insigne, & Frõtini libellũ De aquę ductibus occupauit quibusdã in locis: quos tu ad hunc modũ restituas omnes iam facillime. Atq; hæc Romanæ vrbi scribẽdi rõ pbata est: illa uero Ægypto, ut animalia depingentes, quidquid uellent, significarent, &c Ceterũ, & illud addimus ueluti corollariũ, duas illas ĩ eadẽ Cælij epist. notas N, & F, nonis Februarijs significate, quod addimus. ne quis hoc ita quoque attentare ausit, ut has quoque, quemadmodum in epist. Mediolani, nup impressis, priores illas erasere, sic eradat aliquis. Nisi dixeris: Nobilis familiæ potius, quod displicet, impetrãdum,

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Et nunciatoria, & petitoria, et commendatoria hæc epistola est. narrat enim quæ Romæ agantur, & pantheras admodum solicite petit & M. Feridium equitem Rom. ei commendat.

M. COELIVS M. CICERONI S. D. 9

SIC tu, inquis, Hirrum tractasti, imò si scias, quàm facile, quàm ne contentionis quidem minimæ fuerit, pudeat te, ausum illum unquam esse incedere, tanquam tuum cõpetitorem. post repulsam uero risus facit: ciuem bonum ludit. & contra Cæsarem sententias dicit: expectationem corripit: Curionem prorsus non mediocriter obiurgatus, hac repulsa se mutauit. præterea qui nunquam in foro apparuerit, non multum in iudicijs uersatus sit, agit causam liberaliter, sed

rare

raro poſt meridiem. De prouincijs, quod tibi ſcripſeram idibus Sex. actũ iri, interpellat iudicium Marcelli Cos. des. in Kale. reiecta cauſa eſt. ne frequentiam quidẽ efficere potuerant. has literas ad IV. non. Sep. dedi. dum ad eam diem ne† profligatum quidem quidquam eſſet. ut uideo, cauſa hæc integra in ꝓximum annum transferetur: & , quantum diuino, relinquẽdus tibi erit, qui prouinciã obtineat. nam non expedietur ſucceſſio, quando Galliæ, quæ habent interceſſorem, in eandẽ conditionem, quã ceteræ prouinciæ, uocãtur. hoc mihi nõ eſt dubium: quo tibi magis ſcripſi, ut ad hunc euentum te parares. Ferè literis omnib. tibi de pantheris ſcripſi. turpe tibi erit, Patiſchũ Curioni decẽ miſiſſe, te non multis partibus plures, quas ipſas Curio mihi, & alias Africanas decem donauit, ne putes illum tantum prædia ruſtica dare ſcire. tu, ſi modo memoria tenueris, & Cybiratas accerſieris, itemq; in Pamphyliam literas miſeris, (nam ibi plures capi aiũt) quod uoles, efficies. hoc uehementius laboro nunc; quòd ſeorſum à collega puto mihi omnia paranda. Amabo te, impera tibi, hoc cura: ſoles libenter, ut ego maiorem partem nihil curare. in hoc negocio nulla tua, niſi loquendi cura eſt, hoc eſt imperandi, & mandandi. nam ſimul atq; erunt captæ, qui alant eas, & deportent, habes eos, quos ad Sitianam ſyngrapham miſi. puto etiam, ſi nullam ſpem mihi literis oſtenderis me iſto, miſſurum alios. M. Feridium, equitem Romanum, amici mei filium, bonum, & ſtrenuum adoleſcentem, qui ad ſuum negocium iſtuc uenit, tibi commẽdo: & te rogo, ut eum in tuorum numero habeas. agros, quos fructuarios habent † ciuitates, uult tuo beneficio, quod tibi facile, & honeſtum factu eſt, immunes eſſe. gratos, & bonos uiros tibi obligaris. Nolo te putare Fauonium à columnarijs præteritum eſſe. optimus quiſq; eum non fecit. Pompeius tuus aperte Cæſarem uetat prouinciam tenere cũ exercitu, & conſulem eſſe: tamen hanc ſententiam dixit; nullum hoc tempore S.C. faciendum: Scipio hanc, ut Kale. Mart. de prouincijs Gallijs, neu quid coniunctim, referretur. contriſtauit hæc ſententia Balbum Cornelium, & ſcio eum conqueſtũ eſſe cum Scipione. Calidius in defenſione ſua fuit diſertiſſimus in accuſatione ſatis frigidus. Vale.

† alias, promulgatum

† alias, Cybiratæ

HVB. SIC tu] duabus ſuperioribus epiſtolis, cum longe plus difficultatis uideam, quàm utilitatis, non putaui fruſtra elaborandum, præſertim cũ multa ſint, quę nullo pacto intelligi poſſe puto. hac autem epiſtola, q̃ etiam quibuſdam locis eſt mẽdoſa, edocet Cęlius Cic. multa, quæ Romæ agantur, & inſtanter ab eo petit rurſus pãtheras, quas dicit ei facillimum eſſe parare. Deinde commendat ei M. Feridium equitem Ro [Sic) Vt cum uiceris in contentione, & competitione ædilitatis [Quam facile) ſ. tractauεram. [Ne minime quidem) ſ. nullius. [Poſt repulſam) poſtquã non obtinuit ædilitatem. [Corripit) Accuſat [Obiurgatus) Hic actiuæ eſt ſignificationis. [Profligatum] i. confectum. nã id præcipue ſignãt, ut profligatũ eſt bellum i. confectum [Integra) ſine deliberatione. [Diuino) i. prçuideo, præcognoſco, uel prçnũcio. eſt. n. uerbum. [Obtineat) Adminiſtret loco tui. [Vocantur] Trahuntur. [Te non plures) ſ. mittere. [Ne putes] locatur, quia fortaſſe Curio donauerat aliquod ſimium. [Et Cybiratas]. ſ. pantheras. i. ex Cybira vrbe Aſiæ, ut ſupra diximus. [Pamphyliam] Quæ eſt finitima Ciliciç [Plures) Pãtheras. [Laboro) Curo. [Seorſum] ſeparatim. [Amabo) Blandientis eſt. [Impera tibi) .i. uelis hoc facere [Nulla cura] Nullus labor. [Mandandi] Dandi mandata. [Simul atq;] Statim, ut poſtquã. [Deportent) Aduehant. [Ad Sittianam ſyngrapham) .i. propter Sittianã ſyngrapham, de qua iã bis fecit mentionem ſuperius. fortaſſe erat hæc ſyngrapha de pecunijs aliquibus. [M. Feridium] Alia pars epiſtolæ, in qua cõmendat ei M. Feridium amicum. [Strenuum) Fortẽ. [Iſtoc) Iſtuc. (Ad ſuum negocium) Vt agat negocium ſuum [Immunes] Sine onere, ſine tributo [Obligaris) pro obligaueris. [Fauonium] Nomen proprium. [Preteritum) Omiſſum. [Columnatijs] Licet à columnarius deſcendat, obſcurũ tñ eſt, quid Cic intelligat. [Pompeius tuus] Hæc clauſula ita claudicat, puto defectu aliquorũ uerborũ, ut nihil perfecti ſenſus afferat. [Hanc) ſ. ſententiam dixit. [Coniunctim) Simul, ſed ſeparatim de Gallis ſolum. [Contriſtauit) Triſtem reddidit perturbauit. [Diſertiſſimus] Facundiſſimus. [Frigidus] Negligens.

ASC. *SIC tu inquis &c.*] Hac epiſt. etiam ſuboſcura docet Cœlius, quid Rimæ agebatur, inſtat, de Pantheris captandis, & commendat Cic. M. Feridium. Ordo eſt: Tu inquis. ſ. in epiſt. quæ non extat. Tu ò Cœli tractaſti Hirrum ſic. i. ſuperaſti eum cum exploſione. Imò ſup. id dicas, aut mireris, ſi ſcias quàm, ideſt quantũ facile ſup. tractauerim ſic Hirrum, quàmq;. i. & quãtum fuerit ne q̃dem. i. non ſaltem minimæ cõtentionis. i. laboris, ac difficultatis. pudeat te illum. ſ. Hirrum auſum eſſe unquã incedere. ſ. pompoſe, tanquam competitorem tuum, hoc eſt, ꝙ eum non ſic uiciſti, ut non auſus ſit ſe amplius tecum cõferre. Vero. i. ſed, Hirrus ſup. facit nobis riſus. i. præbet materiã riſus, poſt repulſam, ludit. i. ad ludum nobis faciendum agit bonum ciuem. i. reip. fauentẽ, & dicit ſententias contra Cçſ. & corripi expectationem. i. dilationem executionis ſententiarum contra Cæſ. latarum obiurgatus deponentaliter ponit, cum etiam actiue dicatur obiurgo, prorſus. i. in omnem partem, Curionem, non mediocriter. i. uehementer, ꝙ. ſ. lentius in Cæſ. agat. Nam in ſuperiore epiſt. dictũ eſt. Curio ſe cõtra eum, uidelicet Cæſ. totum parat, ſed tñ idẽ poſtea corruptus pecunia Cæſaris, totus à Cçſ. ſtetit. Vnde Luc. Venalis Curio linguæ, Hirrus ſup. mutauit ſe. i. mores ſuos hac repulſa ſ. in ædilitatis petitione accepta. Præterea ipſe, qui nunq̃ apparuerit in foro, non uerſatus multum in iudicijs, agit cauſam liberaliter, q. d. ſine exactione magnæ pecuniæ, quia ſi eam exigeret, nullam cauſam agendam haberet. ſed raro agit poſt meridiem, aut quia uentris cauſa agit, & ita pranſus nihil facit, aut quia potius agere nihil poteſt, aut quia hora nona claudebatur forũ, unde meretrix tunc proſtate permiſſa, Nonaria, dicta eſt. Quod ſcripſerã tibi actũ iri .i. ꝙ agatur de ꝓuincijs, idib Sextilis, aut Sextilib. i. Auguſti menſis, iudiciũ Marcelli conſulis deſignati reiectũ in Kal. Feb. eiuſdẽ menſis, interpellat. i. impedit, ne quidem. i. vt non ſaltẽ potuerit efficere frequentiam. ſ. ſenatus. Ego dedi. i. miſi tibi has lr̃as ad 4. non. Sept. cum ne quidem. i. non ſaltem, quidquam eſſet profligatum. i. confectũ ad eam diem. i. vſq; ad 4 non. Sept. Vt. i. quantum uideo, hęc cauſa trãsfertur integra. i. intacta in proximum annũ, & quãtum diuino. i. futurum autumo, ſup. aliquis locum tuũ tenturus, erit relinquendus tibi, q obtineat prouinciã. i. regat eã, donec ſucceſſor mittatur. nam ſucceſſio non expeditur. i. nõ fit mature. i. qñ. i. qm̃, Galliæ, quæ hñt interceſſorem. i. oppoſitorem, & impeditorem ſucceſſionis, uidelicet Cæſ. uocatur in eandem cõdõnem, in quã ceteræ prouinciç, & ita ſi Gallis non detur ſucceſſor, nec alijs dabitur. Hoc non eſt mihi dubium, quo. i. quocirca, aut quanto magis ſcripſi tibi ut parares te ad hunc euẽtum. Ego ſcripſi tibi ferè oĩbus literis de Pantheris. ſ. capiendis, & mittendis ad ædilitatis pompam exhibẽdam. Turpe erit tibi Patiſchũ, id eſt minus potentem amicum miſiſſe Curioni decem Pantheras, te non ſup. miſiſſe, aut mittere plures. ſ. q̃ decem, multis partibus. i. è multis locis prouinciæ tuę. Quas ipſas. ſ. decem Pantheras, Curio donauit mihi, & alias decem Africanas. Ne putes illũ. ſ. Curionem. ſ. dare tãtum prædia ruſtica, quæ uidet Curio in detrimentum ſuum dediſſe, vnde tacite ridet eum. Tu ſi modo tenueris, memoria, accerſieris. i. aduocaris, &. i. etiam, Cybiratas. ſ. uenatores ex Cybira urbe Aſiæ, aut ut Hub. vult, accenſieris. i. adduci feceris, &. i. Cybiratas. ſ. Pantheras, iuxta Cybiram captas, itemque miſeris literas in Pamphiliam, quæ non procul à Cilicia eſt. Nam aiunt. ſ. qui illinc ueniunt plures capi ibi, tu efficies quod uoles. Ego laboro. i. curo hoc nunc uehementius, ꝙ puto omnia paranda mihi ſeorſum à collega. i. coædili. Amabo te, blãdientis uox, impera tibi, cura. i. vt cures hoc, tu ſoles libenter nihil curare, ut ego maiorem partem, ſup. curare ſoleo, & nõ totũ negocium, aut ut ego nihil curare ſoleo maiorem partem. Nulla cura tua eſt in hoc negocio. ſ. mittendi pantheras, niſi loquẽdi .i. mandandi. Nam ſimul atque. i. ſtatim poſtq̃ captæ erũt, habes eos, qui alant, & deportent eas, quos miſi ad Syngrapham Sitianam. i. ex pecunia ex illius obligatione recipienda impenſas faciant. Puto etiam ſi nullam ſpem. ſ. in ſyngrapha haberem ſup. te pecuniam expenſurum, aut quid ſimule more ſuo, inuoluit, deinde obſcurius addit, ut in tecto uitii ſup. nihil eſt, cætera probabũtur mihi. i. mihi placebunt. Mar. &c. Aggreditur ſecundã partem epiſtolæ, dicens: Commẽdo tibi M. Feridium, equitem R. filium amici mei adoleſcentem bonum, & ſtrenuum, qui uenit iſtuc. i. ad te, ad negocium ſuum. ſ. curandum. Et rogo te ut habeas eum in numero tuorum, vult agros. ſ. ſuos, quos ciuitates. ſ. Ciliciæ hñt fructuarios. i. fructum pendere obligatos eſſe immunes. i. liberos, ab ea pẽſione pro beneficio. i. per beneficium tuum, quod eſt tibi facile, & honeſtũ factu. i. ut fiat, uidetr tñ hic accipi, ut facias. Tu ſupp. ſi id feceris, obligaris pro obligaueris tibi uiros. ſ.

patrem

pa'rem,& filium gratos, & bonos. Nolo te putare Fauoniũ, aut, ut alij legunt Fauolum esse præteritum.i. neglectum à columnarijs.i.aut ad columnas scribentib. aut opus columnarum curantib. optimus quisq; non fecit eum.s.obnoxium, aut tanti. Pompeius tuus, aperte sup.pronunciauit Cæs. &.i.simul tenere prouinciam cum exercitu,& consulatum, ipse tñ dixit hãc snĩam, uidelicet S.C. faciendum hoc tpe. Scipio.sup.tulit, hãc.s.snĩam, ut referret.i. consultaretur Kal. Martijs,& puincijs Gallicis, neu.i. neve, quid referretur coniunctim.s. de alijs prouincijs, hoc est quasi in Galliam non mitteretur successor, non ideo in alias prouincias non esse mittendum. Hæc sententia.s.Scipionis contristauit Balbum Cornelium,& scio eum conquestum esse cum Scipione. Ceius sententiæ auctore Callidus fuit disertissimus.i. facũdissimus in defensione sua.i.in defendendo, & fuit satis frigidus.i. negligens in accusatione.s.aduersarij sui. Omnia autem obscure dicit, quia de rebus Cic. facile notis loquitur.

PAVL. MAN. CVRIONEM *prorsus non mediocriter obiurgatus hac repulsa se mutauit*] obiurgatus, uidetur hic esse uerbum deponens.quod alibi non memini me legisse.itaque libentius ita legerim: Curionem prorsus non mediocriter obiurgat.s.hac repulsa se mutauit. ut una litera s, significetur scilicet, nihil tñ mutandum sine ueteribus libris.]Soles libenter, ut ego, maiorem partem nihil curare] Locus ita interpungendus. & est antiqua locutio, qua etiam usus est in epist.15.lib.9. mihi licere, res has nõ omnino quidem, sed magnam partem relinquere. & alibi sæpius. Cæs. autem initio li.4. de bello Gal. Magnam partem lacte uiuunt.& Lucr.lib.3.

Non minimam partem mortis formidine aluntur.

Agros, quos fructuarios habent ciuitates,] Ita legitur in duob. uetustis libris Ioannis Scalæ,& in libro Petri Bẽbi, etiam in uno Caroli Signorij, itaque nihil muto, cum sit aperta sententia.

Cœlius Rhod. Antiq. Lec.lib. 21.c.7. COLONARIOS in epistola Cœlij humiliores intelligimus homines, forteq; rusticanas tribus. Nolo te putare, inquit, Fauonium à colonarijs præteritum, optimus quisque nihil eum fecit. Sic enim uidetur legendum. In epist. ad Att. colonarium esse arbitror publicum, unde publicanis ascitum nomine seu uectigal, quod pro re penderetur rustica. De aquæ ductu, inquit, probe fecisti, colonarium uide ne nullum debeamus, quanquam audio, eam illic commutatam esse legem. Lege illud caput.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Exponit Cic. quis rumor in urbe sit de Parthorum copijs, & ut certiorẽ eius rei faciat, petit. Deinde quod deliberauerit senatus in ea re, edocet. postremo operam suam Ciceroni de succedendo ei pollicetur.

M. COELIVS M. CICERONI S.D. 10

SANEQVAM literis C. Cassii, & Deiotari sumus commoti. Nam Cassius cis Euphratem copias Parthorum esse, scripsit: Deiotarus, profectas per Comagenem in prouinciam nostram. ego quidem præcipuum metum, quod ad te attinebat, habui, qui scirem, quàm paratus ab exercitu esses, ne quod hic tumultus dignitati tuæ periculum afferret. nam de uita, si paratior ab exercitu esses, timuissem. nunc hæc exiguitas copiarum, recessum, non dimicationem mihi tuam, præsagiebat. hoc quo modo acciperent homines, quàm probabilis necessitas futura esset, uereor etiam nunc, neque prius desinã formidare, quàm tetigisse te Italiam audiero. sed de Parthorum transitu nuncij uarios sermones excitarunt. alius enim Pompeium mittendum; alius, ab urbe non remouendum, alius, Cæsarem cum suo exercitu; alius, consules, nemo tamen ex S.C. priuatos. consules autem, quia uerentur ne illud S.C. fiat, ut paludati exeant, † aut contumeliose, præter eos, ad alium res transferatur, omnino senatum haberi nolunt, usq; eò, ut parum diligentes in rep. uideantur. sed honeste, siue negligentia, siue inertia est, siue ille, quem proposui, metus latet sub hac temperantiæ existimatione, nolle prouinciam. à te literæ non uenerunt, &, nisi Deiotari subsecutæ essent, in eam opinionem Cassius uenerat, quæ diripuisset ipse, ut uiderentur ab hoste uastata, finxisse bellum, & Arabas in prouincia, & immisisse, eosque Parthos esse, senatui renunciasse. quare tibi suadeo, quicunque est istic status rerum diligenter, & caute perscribas, nec aut uelisicatus alicui dicaris, aut aliquid, quod referret scire, reticuisse. Nunc exitus est anni. nam ego has literas ad 14. Kalen. Decem. scripsi plane nihil uideo ante Kalen. Iam. agi posse. nosti Marcellum, quàm tardus, & parum efficax sit, itemq; Seruium, quàm cunctator. cuiusmodi putas hoc esse? aut quàm id, quod nolint, conficere posse. qui, quæ cupiunt, tamen ita frigide agunt, ut nolle existimentur: nouis magistratibus autem, si Parthicum bellum erit, hæc causa primos menses occupauit. sin autẽ aut non erit istic bellum, aut tantum erit, ut uos aut successores paruis additis copijs, sustinere possint: Curionem uideo se dupliciter iactaturũ, primum, ut aliquid Cæsari admittat, inde ut aliquid Pompeio tribuat, quoduis, quamlibet tenue munusculum. Paulus porrò non humane de prouincia loquitur. huius cupiditati occursurus est Furnius noster: plures suspicari non possum. Hæc noui. alia, quæ possunt accedere, nõ cerno. multa tempus afferre, & præparata multa scio. sed intra fines hos, quæcunque acciderint, uertentur, illud addo, actiones C. Curionis de agro Campano. de quo negant Cæsarem laborare, sed Pompeium ualde † nolle, ne uacuus aduenienti Cæsari pateat. Quod ad tuum decessum attinet, illud tibi nõ possum polliceri, me curaturum, ut tibi succedatur: illud certe præstabo, ne quid amplius prorogetur. tui consilij est, si tempus, si senatus coget, si honeste à nobis recusari nõ poterit, uelis ne perseuerare. mei officij est, meminisse, qua obtestatione decedens mihi, ne paterer fieri, mandaris. Vale.

† alias, &

HVB: SANEQVAM] Scribit Cælius se cõmotũ esse uehementer nũcio, quẽ acceperat de Parthis, qui ferebãtur transisse Euphratem, idq. maxime causa Cic. quem sciebat, non esse paratum idoneo exercitu aduersus tñ bellum. Exponit deinde, qui sermones essent in urbe pp huiusmodi nuncios de transitu Parthorum. Itaque rogat Cic. ut scribat diligenter, quomodo se habeat in prouincia. Deinde dicit quid putet deliberatum iri. Romæ. Postremo, quia scripserat Cic. ad Cæl. ut daret operam, ut sibi succederetur, pollicetur se esse facturum diligenter. [Quam commoti] Valde commoti. [Cis] citra. [Euphratem) Fluuium Armeniæ maioris, vt scr. Sol. cuius ortus est supra Zizaniã sub radicibus mõtis, quem Catonem accolæ noĩant, Scyris pximum. Hic receptis in se aliquot omnibus conualescit, & stipatus conuẽtis aquis luctatur cum montis Tauri obiectu, quem apud Elegeam scindit, licet residat 12. mill. poss. latitudine longisq. ex cursib. dextra Comagenem, Arabiã læua relinquit. Deinde præalben plurimas gẽtes Babyloniam quondam Chaldæorum caput diuidit &c [Deiotarus].s. scripsit, is fuit rex Armeniæ, ut scr. Cæs. lib.4. Alex. belli. [Commagenem] pars est Syriæ. [Quod].i. quia. [Quàm pa.].s. sciebat se male paratum, ut supra: Tuus porrò exercitus uix unum saltum tueri potest. [Quod) Aliquid. [Tumultus) Proprie dixit de subito, & repentino bello [Dignitati) Honori, si esses fusus, aut fugatus. [De uita) Ne fortasse. obiiceres te nimium periculis, si haberes maiorẽ exercitũ. [Exiguitas) Paucitas. [Præsagiebat] Prædiuinabat. [Potius recessum, q̃ d.].i. potius, ꝙ esses discessurus, q̃ dimicaturus. [Quo) In quam partem existimarent, ne id à te cõsilio, an timore fieri. [Necessitas tua) Discedendi potius, quàm dimicandi. [Sed de Parth. Dicit quæ snĩæ fuerint Romæ de prouidendo huic bello. [Alius, cõsules).s. mittendos censet. [Priuatos).s. censet mittendos. [Paludati].i. paludamento ornati. Nam paludamẽta insignia sunt, ac ornamenta militaria ex croco, & purpura, quibus imperatores induebantur. Iuuen. Cumq. paludatis ducib. præsente marito Ausa loq. Ideo ad bellũ, cũ exit imperator, ac lictores mutarunt uestem & signa incinuerũt, paludatus dr̃ proficisci, quæ ppea, ꝙ conspiciuntur, qui hñt ac fiunt palam, paludamenta sunt dicta, ergo consules timentes ne paludati exirent, mitterentur, nolebat, ꝙ senatus haberetur. Ordo est: consules aut nolunt senatum haberi, quia verentur, ne fiat illud senatu sconsultum vt paludati &c. [Alij præter eos.i. ad altum q̃ ad ipsos, voluissent.n. ipsi mitti. [Vsque eo) Intãtum.s. uolunt senatum haberi. [Ille metus] Ne exeãt paludati, qui mittatur [Existimatione) Opinione, prætextu. [Nolle prouinciam).i. quod non uideantur curare uelle prouinciã. [Diripuisset) Depopulasset, prædatus esset [Arabas) Populos finitimos Cilicia. [Eos Parthos) Quos immisisset prouinciã. [Renunciasse] Significasse. [Velificatus.i. nauigasse. [Velificor enim) Nauigare significat, interdũ passiue accipit,

Comagena

Tumultus

pit, vt apud Iuuen. Creditur olim velificatus Athos. In quibusdã codicibus erat bellificatus, quod ita intelligitur, ne dicans bellificatus .i. fecisse bellũ & pugnasse. [Quod referret) Quod interesset, quod vtile esset. [Exitus) Finis [Posse agi.) De successoribus mittendis. [Tardus) Negligens. s. [Parum efficax) Parum vehemens in agendo. [Seu. Sulpitius) Is. n. erat collega Marcelli. [Cunctator) Morator, dubius. [Cuiusmodi) Quale. [Aut qui) .i. quomodo, & est sensus, quomodo putas eos posse conficere id quod nolint. i. quod fiat contra eorum voluntatem, cum ea, quæ cupiunt ita frigide ab eis agantur, vt nos existimemus eos nolle fieri. [Occupabit primos menses magistratibus) .i. detinebit primos menses anni in magistratibus deligendis. [Successores) Qui mittuntur in prouincia loco vestro. [Sustinere) Tueri, defendere. Additis] Deiunctis ad vestras. [Iactaturum) Exercitaturum. [Adimat) Auferat, minuat [Quoduis munusculũ) Quodlibet paruum munus. [Quamlibet) .i. quantumlibet. [Non humane) Acerbe. [Occursurus) Oppositurus impedimẽtum. Plures) .s. occursuros cupiditati Pauli, præter Furnium. [Noui) Scio [Cerno) Manifeste. [Multa) sententia est exornatio, & est sensus, scio te perspicere, qđ tẽpus multa affert noua, multa, quę iã sũt pręparata, mutat. [Intra hos fines) .s. vel ita, vt dixi, vel nõ ꝓcul ab his, q̃ dixi. [De agro Campano) Quẽ, vt ostendimus lib. j. curabat Cęsa. diuidendum [Vacuus) Non occupatus. [Prorogetur) Differatur [Tui consilij) .i. tuæ deliberationis, & est ordo, tui cõsilij est, velis ne perseuerare, si tps, si senatus coget, &c. [Qua obtestatione) Quibus precibus, qua rogatione, & quodãmodo adiuratione [Ne paterer) Ne sinerem. [Fieri) .s. vt perseuerares ultra tps tibi decretum.

ASC. *SANE QVAM &c.*] Scribit Cœlius se commotum esse vehementer ob nuncium, quem acceperat de Parthis, qui ferebant trãsisse Euphratẽ, idq; causa Cic. quem sciebat nõ habere exercitũ idoneũ ad tm hostem repellendum. Deinde exponunt, q̃ sermones essẽt in vrbe sup hmõi terrore. Rogatq; Cic. vt ad se scribat diligenter qũo sese res habebat, pollicetur q; se curaturum, vt ipsi succedatur. Ordo est: Nos sumus sane q̃. i. valde, cõmoti literis C. Cassij & Deiotari. s. regis Armeniæ. Nã Cassius scripsit copias. i. exercitus copiosos Parthorũ, esse eis Euphratẽ. i. transisse Euphratẽ R. ꝓuinciã uersus. Deiotarus sup. scripsit profectas s. copias Parthorũ in prouinciã nostrã. s. Rom. per Cõmagenam. s. partẽ illã Syriæ, ego quidẽ habui pcipuũ metũ, qđ. i. q̃tum atti nebat ad te. i. spectaret ad periculũ tuũ, q̃ scirẽ, q̃. i. q̃tum, hoc est q̃tũ parũ paratus esses ab exercitu. i. q̃tũ ab exercitu auxilij sperares, ne hic tumultus afferret dignitati tuæ, qđ. i. aliquod periculũ. s. aut uitæ, aut famæ. Nã si esses paratior ab exercitu. i. si haberes exercitũ satis instructũ, & copiosũ, timuissẽ de uita. s. tua, qa sciebã te pugnã nõ detracturũ. Nũ exiguitas copiarũ ꝑsagiebat .i. quodã ꝑsagio futurũ denũciabat, recessũ. s. tuũ, nõ dimicationẽ tuã vereor et qũo hoĩes acciperent. i. interpretarẽtur hic. s. te, ob paucitatẽ copiarũ recessisse, si forte recesseris, & q̃. i. q̃tũ, ꝓbabilis necessitas. s. recedendi futura esset. Neq; desinam formidare priusq̃ audiero te tetigisse Italiã Sed nũcij excitarũt sermones varios, & ita minus cõitates, de transitu Parthorũ. Enim, pro qa alius sup. cẽset, aut dicit, Pompeium mittendũ. s. cõtra Parthos, alius sup. censet Põpeiũ nõ remouendũ ab vrbe, alius sup. censet Cæs. sup. mittendũ, cũ suo exercitu. s. quẽ hẽt in prouincia. Alius sup. censet cõsules mittẽdos, nemo tñ ex Senatusc. cẽset, sup. priuatos. i. nõ fungentes magistratu, sup. mittẽdos. Cõsules autẽ nolunt oĩno senatũ hri. i. cõsultationẽ de ea re fieri, quia uerentur, ne illud senatuscõsultũ. i. decretũ senatus fiat. s. vt cõsules exeãt in bellum paludati. i. veste imperiali, ut ad publicos hostes proficiscentes insigniti, & uel aut uerentur, ne res trãsferatur ad aliũ .s. imperatorẽ pter eos: cõtumeliose. i. quod in contumeliã eorũ cederet si senatus plus spei in alio reponeret, usq, eo. i. intm, sup. nolunt senatũ hri, ut uideãtur parum diligentes in rep. Sed hoc siue negligentia est, siue inertia, siue illi metus, quem proposui .i. mõ dixi sup. ea, aut is latet. i. occultatur honeste, sub hac existimatione. i. opinione tẽperantiæ nolle. i. q ipsi nollent obire, aut eripere tibi prouinciã. Literæ non uenerunt. i. non sunt missæ ad senatum à te, & nisi literæ, sup. Deiotari. s. regis essent subsecutæ .s. lras Cassij, Cassius uenerat. i. uenisset in eam opinionẽ, finxisse. i. qđ finxisset bellum, ut ea q̃ ipse rapuisset, uiderentur uastata ab hoste, & immisisse Arabas in prouinciã, Cic aũt confirmauit Arabas, fuisse in habitu Parthico, & renunciasse. i. signasse senatui eos esse Parthos. Quare ego suadeo tibi, quicunq; iste status rerum est, sup. ut perscribat diligẽter: & caute, ne uidearis alicui, aut uelificatus i. uelo tectus detulisse, sicut apud Iuuen. Velificatus Athos: p uelũ aũt tentoriũ intelligo. Hub. nauigasse exponit, aut reticuisse aliquid, qđ referret. i. expediret scire, Exitus anni. s. tui in prouincia est. i. appropinquat nunc. Nã ego scripsi has literas ad 14. Kal. Dec. & planẽ. i. oĩno nihil uideo posse agi ante Kal. Ian. in q̃bus noui anni principiũ. Tu nosti Marcellũ, q̃ .i. q̃tum tardus sit, & q̃ parum efficax. s. ad procurandum tibi successorem, itemq; .i. & sitr, nosti, q̃. i. quantum, Seruius. s. Sulp. sit cunctator. i. morator. Cuiusmodi putas hos esse, aut qui. i. qũo, putas eos, sup. posse conficere. i. perficere id, qđ uelint. s. confici, qui agunt ita frigide ea, q̃ cupiunt, ut existimentur nolle. Aũt. i. sed si bellum Parthicum erit, hæc causa occupabit nouis magistratib. primos menses. Sin aũt. i. sed si, aut non erit istic bellum, aut tũ. i. tunc post nouos magistratus erit, ut successores. s. uestri, possint sustinere. i. defendere contra Parthos uos, patuis copijs additis. Ego uideo. i. considero, Curionẽ iactaturum. i. periculo obiecturũ se dupliciter. primũ ut adimat. i. auferat aliquid Cæsa. cui tunc aduersabantur. i. deinde, ut tribuat Põpeio aliquod munusculum, quoduis. i. quodlibet, & q̃libet. i. q̃tumlibet, tenue i. exile, & modicũ. Porrò. s. sed, Paulus. s. Æmil. loquitur de prouincia nõ humane. Furnius nr. s. cõis amicus, occursurus est. i. obstabit cupiditati huius. s. Pauli, ego non possum suspicari plures. s. occursuros. Ego noui hæc, & non cerno. s. animo alia q̃ pñt accidere. Scio tps. s. noui anni, afferre multa. s. noua. & multa esse ꝑparata. s. ut fiant, sed q̃cunq; acciderint uertentur intra hos fines .s. pñtis anni. Illud addo ad actiones C. Curionis de agro Cãpano. s. ad uoluntatem Cæs. diuidendo, de quo. s. agro negant. s. plerig; Cæs. laborare. i. solicitum esse, sed Pompeiũ ualde nolle. s. ut diuidatur, ne pateat Cæs. uenienti. s. ex Gallijs uacuus. s. Romano milite. Quod. i. q̃tum, attinet ad decessum tuum. s. ex prouincia, ego non possum polliceri me curaturum illud, ut succedat, tibi certe. i. haud dubie pstabo. i. exhibebo, illud, ne. s. prouincia prorogetur. i. extendatur tibi, amplius. Est tui consilij. i. pertinet ad cõsiliũ tuũ, si tps coget, etsi nõ poterit recusari à nobis. s. qui pro te pcamur honeste, ne. i. an, uelis pseuerare. s. in prouincia. Mei officij est meminisse, qua obtestatione tu decedẽs mãdaris. pro mandaueris mihi, ne paterer fieri. s. prorogationẽ imperij.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Narrat Ciceroni Cœlius, quæ fuerit, contentio in Senatu, ob relationem supplicatiouum, pro re gesta feliciter pro Cicerone.

M. COELIVS M. CICERONI S. D. II.

NON *diu, sed acriter nos tuæ supplicationes torserunt. incideramus enim in difficilem nodum. nam Curio, tui cupidissimus, cui omnibus rationibus † comitiales eripiebãtur, negabat se ullo modo pati posse decerni supplicationes, ne, si quid furore Pauli adeptus esset boni, sua culpa uideretur amisisse, & præuaricator causæ publicæ existimaretur. itaque ad pactionem descendimus: & confirmarunt consules, se his supplicationibus in hunc annum non usuros. plane, quòd utrisq; consulibus gratias agas, est, Paulo magis certe. nam Marcellus sic respondit ei, spem in istis supplicationibus nõ habere, Paulus, se omnino in hunc annum non edicturũ. Renunciatum nobis erat, Hirrum diutius dicturum. prendimus eum, non modo nõ fecit, sed, cum de hostibus ageretur, & posset rem impedire, si ut numeraretur, postularet, tacuit: tantũ Catoni assensus est, qui, de te & locutus honorifice, non decrerat supplicationes. tertius ad hos Fauonius accessit. qua te ꝓ cuiusq; natura, & instituto gratiæ sunt agendæ, his, q tãtum uoluntatem ostenderunt pro sententia, cum impedire possent, non pugnarunt; Curioni uero, q de suarum actionum cursu tua causa deflexit. nam Furnius, & Lentulus ut debuerunt quasi eorum res esset una nobiscum circumierunt, & laborarunt. Balbi quoq; Cornelij operam & sedulitatẽ laudare possum. nam cum Curione uehementer locutus est, & eũ, si aliter fecisset, iniuriam Cæsari facturum dixit, tum eius fidem in suspicionem adduxit. decrerant, qui † inique transigi nolebant, Domitij, Scipiones. quibus hac re ad intercessionẽ euocandam interpellantibus, uenustissime Curio respondit, se eo libentius non intercedere, q quosdam, qui decernerent, uideret confici nolle. Quod ad remp. attinet, in unam causam oĩs contentio coniecta est, de prouincijs inquam, adhuc est. incubuisse cum senatu Pompeius uidetur, ut Cæsar ante id. Nou. decedat. Curio omnia potius subire constituit, q̃ id pati: ceteras*

† alias conciones.

† alias nunquã

ras ſuas ab iecit actiones. noſtri porrò, quos tu bene noſti, ad
† alias, *extremum certamen rem deducere non audent.* † *Scena rei*
ſumma *totius hæc. Pompeius, tanquam Cæſarem non impugnet, ſed, quod illi æquum putent, conſtituat, ait Curionem quærere diſcordias. ualde aũt non uult, & planè timet, Cæſarem conſulem deſignari prius, quàm exercitum, & prouinciam tradiderit. accipitur ſatis male à Curione, & totus eius ſecundus conſulatus exagitatur. hoc tibi dico, ſi omnibus rebus prement Curionem, Cæſar defendetur: intercesſorem ſi quod uidentur, reformidabunt, Cæſar. quoad uolet manebit, quam quiſque ſententiam dixerit, in commentario eſt rerum urbanarum: è quo tu, quæ digna ſunt, ſelige: multa tranſi, in primis ludorum exploſiones: & funerum, & ceterarum ineptiarum plura habet inutilia. denique malo in hanc partem errare, ut, quæ non deſideras, audias, quàm quidquam, quod opus eſt, prætermittatur. Tibi curæ fuiſſe de Sittiano negocio, gaudeo. ſed, quando ſuſpicaris, minus certa fide eos tibi uiſos, tanquam procurator, ſic agas, rogo.* *Vale.*

HVB. NON *diu,*]Rebus bene geſtis à Cic. in Cil. ut lib. 2. uiſum eſt, rogauerat Cic. Cęl. ut daret operam ſupplicationes ſibi decerni, ſcripſeratque idem ad alios quoſdam amicos ſuos: Itaque Cœl. oſtendit, quid quiſq; aut dixerit, aut fecerit ꝑ Cic. exponitque cõtentiones, quæ in ſenatu fuerunt, maximeq. dicit quid Curio pro Cæſ. egerit. [Nõ diu) quia cito expeditæ ſunt, ut ipſe Cęſ. lib. 2. Non potuit accuratius agi nec prudentius, q̃ eſt actum à te Cur. de ſupp. & Hercule confecta res mea ex ſuiã eſt, tũ celeritate tum, ꝙ is, &c. [Torſerunt) Cruciarunt. [Nondum difficilẽ] Impedimentum [Comitiales] Dies quia nolebant, ꝙ propter eiuſmodi res fierent comitia. [Præuaricator) Deſertor, nam præuaricatores eos diximus, q aduerſariis ſuis, cauſam donant, & ex par
Præuaricator te actoris in partem rei concedunt, à uaricari autem dicit præuaricari. Varicari uero, à uaricibus quæ (auct. Nonio) dñr uenæ ſuris in flexę, & obtortæ. [Eſt; ꝙ agas gratias]. i. debes agere gratias,
Varicari [Paulò magis). ſ. eſt ꝙ agas gratias. [Reſpõdit ei]. ſ. Paulo [Dicturum]. ſ. dicit de ſupplicationibus tuis. [Diutius] Longius quàm in hunc annum. [Non fecit) Non dixit diutius. [Prẽdimus) familiariter allocuti ſumus [Cum ageretur de hoſtibus) .i. cũ fieret mentio de hoſtibus à te fictis. [Vt numerarentur] Nam cum ſupplicationes præcederent triumphum, lege cautum erat, ut cõſtaret de numero hoſtiũ, & nequis triũpharet, niſi q quinq; millia hoſtiũ in acie cecidiſſet, de his moribus, & inſtitutis, vide Val. Max. lib. 2. c. 3. de iure triũphandi. [Tacuit) Non poſtulauit, ut numerarẽtur. [Honorifice) de te. [Acceſſit) Additus eſt. Non pugnarunt]. i. nõ cõtenderũt, vt impedirent. [Curioni uero) .ſ. agendæ ſunt gra
Præuaricator tiæ. [Deflexit de curſu ſuarum actionum]. i. prætermiſit actiones ſuas. [Tua cauſa] Vt ageretur de ſupplicationibus tuis. [Circum-
Varicari ierunt]. i. hunc & illum ambierunt, & allocuti ſunt pro te. [Sedulitatem) Diligentiam. [Interpellantibus] Impedientibus, interrũ
Incũbo huic re pentibus. [Venuſtiſſime] Facetiſſime. [Non int.] Non prohibere. [In unã cauſam) Incubuiſſe, dediſſe operam, intendiſſe. dicimus
Incumbo in hanc rẽ autem incumbo huic, & in hanc rem [Decedat] Ex Gallia [Quã pati id) vt Cæſ. diſcedat ante idus Nouemb. [Abiecit) Depoſuit. [Quod tu bene no.) Nõ vult eos noĩare. [Scena] Actio, & eſt trãſ-
Quoad latio, quia actiones fabularum in ſcenis fiebant. [Tradiderit] Depoſuerit hanc materiã, uide apud App. li. 1 & apud Plaut. in uita Cæſ. & Põp [Accipitur) Tractatur. [Exagitatur) Vexatur, impugnatur. [Qđ vi) quã rem. ſ. interceſſorem uidentur reformidare. [Quoad] q̃diu, quouſq; [Manebit) In prouincia. [Commẽtario.) Regiſtro. [E quo) .i. ex quo. ſ. cõmentario [Selige] ſecerne, excipe.
Explodere [Tranſi) Omitte. [Expulſiones) Explodere eſt eiicere uituperare. Horat. Exploſa arbuſcula dixit Ci. 1. Off. Ariſtõis, Pyronis, & Herili. iãpridẽ exploſa ſententia eſt facti. n. fuerant ludi à multis improbati. [Et funerum exploſiones) Funerum autem. i. funebrium põparum, [Ineptiarum cet.]. i. ceterorum, quæ inepte ſunt acta, & in ipſo cõmentario rerũ urbanarum ſcripta. [Habet]. ſ. cõmentariũ. [Plura uti]. ſ. quàm inutilia, uel q̃ ea, quæ dicit de ludis, & defunerib. &c. [Quæ nõ deſideras]. i. quæ non cures audire. [Qđ opus eſt) quod utile eſt. [De negocio Sitt.) De quo ſupra dixit Sittianam Sxngrapham. Minus certa fide). i. non ſatis fideles. [Tãquam procurator] Tanquam geſtor alieni negocij.

A SC. NON *diu*] Rebus bene geſtis in Cilicia, ut uiſum eſt lib. 2. Rogauerat Cic. Cœlium, ut ille curaret ſibi ſupplicationes decerni, idque alios itidem rogauerat, non ignorante Cœlio, qui nũc ſcribit quid quiſq;, aut dixerit, aut fecerit pro Cic. exponitq. contentiones, quæ in ſenatu factæ erant, & quid pro Cæſ. Curio fecerat. Ordo eſt: Supplicationes tuæ. i. quas petiſti tibi decerni, torſerũt. ſ. angore, nos non diu, ſed acriter. Enim. i. quia, nos incideramus in nodum difficilem, erat exitus. Nã Curio cupidiſſimus tui cui cui comitiales. ſ. dies eripiebantur, quia differebant, aut abſumebantur, omnib. rationib. negabat ſe poſſe pati ullo modo ſupplicationes decerni [Me ſi adeptus eſſet quid). i. aliquid boni fauore. i. in rem cuius difficilis. i. per fauorem Pauli. ſ. Æmilij, uideret amiſiſſe, ſup. illud ſua culpa, & exiſtimaretur. i. iudicaretur pręuaricator. i. deſertor cauſæ publicæ. i. ad remp. ſpectantis. Itaq;. i. & ita nos deſcendimus. i. deuenimus ad pactionẽ. i. ut dñt compoſitionẽ, & confirmarunt, pro cõfirmauerũt, ſup. ſe nõ uiſuros in hũc annũ de his ſupplicationib. Planè. i. oĩno eſt, qđ. i. ꝑꝑ quod agas gratias utriſq; conſulib. certe magis Paulo. Nã Marcellus rñdit ei ſic ſup. ſe non hr̃e ſpẽ in iſtis ſupplicationib. Paulus, ſup. rñdit, ſe nos dicturũ. ſ. ſnĩam de ſupplicationib. oĩno in hunc annum. Renũciatũ erat nobis Hirrũ dicturũ diutius. i. ꝙ uellet diutius dicere, q̃ in hunc annum. Nos p̃hendimus eũ. i. obuiã, factũ complexi ſumus, deprecãtes ne id faceret, & ipſe nõ mõ. i. nõ ſolum, non fecit. ſ. ꝙ renunciatũ erat eum facturum, ſed cum ageretur de hoſtib. ſ. a te diuictis & poſſet impedire rem. ſ. quam, petis, hoc eſt ſupplicationem ſi poſtularet, ut ſup. hoſtes numerarẽtur, tacuit. i. uoluit hoc poſtulando impedire rm̃. i. ſolummodo aſſenſus eſt Catoni. qui etſi locutus honorifice. ſ. de te, non decreuerat, ſup. tñ ſupplicationes. Fauonius acceſſit ad hos. ſ. duos & Hirrũ, & Catonẽ, tertius. i. eiuſdẽ cũ eis ſnĩæ. Quare gratiæ ſunt agendæ, ſup. à te pro natura, & inſtituto. ſ. morib. vniuſcuiuſque. His. ſ. poſterius nominatis, ſunt agendæ gratiæ, ꝙ tm̃. i. duntaxat oſtenderunt uoluntatẽ. ſ. ſuã, & ſup. non pugnarunt. i. non acriter cõtenderunt pro ſnĩa. ſ. tua ſtabilienda, cum poſſent impedire. ſ. ſuplicationem. Curioni uerò, ſup. agẽdæ ſunt gratiæ, ꝙ deflexit, ſup. ſe, cã tua. i. ꝑꝑ te, de curſu ſuarum actionum, q̃ differebantur, eo ꝙ de rebus tuis referebatur. Nam Furnius, & Lẽtulus circumierunt, & laborarunt, pro laborauerunt, una. i. pariter, nobiſcuur ut debuerunt, qa tibi obnoxij erant, qua eſſet ius. i. negocium eorum. Ego poſſum quoq; laudare operã, & ſedulitatem Balbi Cornelij, nã ipſe locutus eſt uehementer cum Curione. ſ. pro te & dixit eum facturum iniuriã Cæſari, ſi feciſſet aliter, q̃ dictum eſt. Tum. i. inſup, adduxit fidẽ eius. ſ. Curionis in ſuſpicionẽ, ut ſi nocere uoluiſſet, non potuiſſet Quidẽ. i. certe, non deerãt qui uolebant rẽ tranſigi iniquã, vtpote Domitij & Scipiones, quibus interpellantibus. i. inter agendum aſſerentibus, hanc rem euocandã, ſup. eſſe ad interceſſionẽ. i. impeditionem, Curio rñdit uenuſtiſſime, ſe non intercidere. i. impedimẽtum facere, eo libentius, ꝙ uideret quoſdã, qui decernerent. i. adiudicarent mihi ſupplicationem, nolle ſup. eam confici. i. executioni mandari. Quod. i. q̃tum attinet ad remp. omnis contentio. ſ. Cæſaris & Pompeij coniecta eſt. i. redacta in unã cauſam. i. actionẽ de prouincijs. ſ. nõ ꝓrogandis, in quam. ſ. cauſam, Pompeius vr̃ adhuc incubuiſſe. i. inclinatus eſſe, cum ſenatu. i. ut ſentit ſenatus. ſ. ut Cæſa. decedat. ſ. de prouincia, ante id. Nou. Curio conſtituit potius ſubire oĩa, q̃ pati id, & adiecit ceteras actiones ſuas quas ſupra dixit dilatas. porrò. i. ſed, noſtri. ſ. amici, quos tu noſti bene, non audent deducere rem ad extremum certamen. ſ. cum Cæſ. futurum. Summa. i. finalis ſnĩa totius rei ſup. eſt hæc, Pomp. tanq̃ non impugnet Cæſa. ſed conſtituat; quod putet æquum illi, aut Curionem quęrere diſcordias, ſup. negãdo Cęſ. debere decedere. Aũt. i. ſed Pomp. nõ vult, ualde, & timet plane. i. manifeſte. Cæſ. deſignatũ, ſup. iri cõſulem prius, q̃ tradiderit exercitum, & ꝓuinciam Sup. Põpeius, accipitur. i. tractatur ſatis male à Curione, & totus ſecundus conſulatus eius. ſ. Põpeij, exagitatur. i. ab eo turpiter depellitur. Ego dico. i. denuncio tanq̃ certum, tibi hoc, ſi. ſ. Pompeius, & ſenatus prement Curionem omnibus rebus, Cæſ. defendetur. ſ. a prouinciæ continuatione, ſi reformidarint interceſſorem. ſ. Curionẽ, qđ uidentur. ſ. facturi. Cæſar manebit. ſ. in prouincia, quoad. i. quandiu uolet. Eſt. i. habetur in cõmentario rerum urbanarum ad Cic. tunc miſſo, quam ſnĩam quiſq; dixerit, è quo. ſ. cõmentario tu ſelige. i. ſeorſum ab alijs elige, quę ſunt digna. ſ. lectione. trãſi multa in primis exploſiones. i. contumelioſas excogitationes, ludorũ. i. actorum, fabularũ, & ſup. narrationes funerũ, & ceterarũ ineptiarum, ſup. cõmentariũ, aut cõmentarius, hẽt plura. i. multa, utilia. Deniq; ego malo. i. magis uolo, errare in hãc partem. ſ. nimis multa ſcribendo, ut audias ea, q̃ non deſideres, q̃ ſup. vt qdq̃, qđ ſit opus. ſ. ſcitu, prætermittatur. Gaudeo fuiſſe tibi curæ de negocio Sittiano, ut Syngrapha Sittiana perſoluatur. Sed qñ. i. qm̃, ſuſpicaris eos ſ. qui attulerunt, uiſos tibi fide minus. ſ. non ſatis certo, rogo agas ſic tanquam procurator. ſ. eorum non iudex. Vale.

DECRE-

PAVL. MAN. *DECRERANT qui inique transigi uolebant*]ueteres libri, q. dam, decrant, alij, deserant, alij aliter habent. ex tam uaria lectione adducti sumus, ut decrerant, legendum crederemus. loci autē sensus hic est: Domitius, & Scipio, cum, de Ciceronis supplicationibus transigi, moleste, & iniq; ferrent, easq, Curionis tribuni pl. intercessione impediri cuperent; simulatione beneuolentię supplicationes Ciceroni decreuerunt, ut ea re Curionē, qui omnibus eorum actionibus acriter aduersari solitus erat, ad intercedendum elicerent. quibus interpellantibus uenustissime Curio respondit, se, eo libentius non interdicere, φ quosdam, qui decernerent, (significabat autem Domitium, & Scipionem) eo animo esse intelligeret, vt confici minime uellent. &. Decrerant, imminutum, dixit, vt, Decresset, Cicero in Verrem.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Grauiter de Appio calumniatore, & uigilatore hac epistola conqueritur.

M. COELIVS. M. CICERONI S. D. 12

P*VDET me tibi confiteri, & quæri de Appij hominis ingratissimi, iniurijs; qui me odisse, quia magna mihi debebat beneficia, cœpit: & cum homo auarus, ut ea solueret, sibi imperare non posset: occultum bellum mihi indixit, ita occultum tamē, ut multi mihi renunciarent, & ipse facile animad uerterem, male eum de me cogitare. postea quàm uero comperi, eum collegium tentasse; deinde aperte cum quibusdam locutum, cum L. Domitio, ut nunc est, mihi inimicissimo homine, deliberare uelle, hoc munusculum deferre Cn. Pompeio: ipsum rephenderem, & ab eo deprecarer iniuriam, quem uitam mihi debere putarem, impetrare à me nō potui. quid ergo est? tum quidem cum aliquot amicis, qui testes erant meorum in illum meritorum, locutus sum. postea quam illum, ne cui satisfaceret quidem, me dignū habere sesi: malui collegæ eius, homini alienissimo mihi, &, propter amiciam tuam, non æquissimo, me obligare, quàm illius simiæ uultum subire. id postquàm rescijt, excanduit; & me causam inimicitiarum quærere clamitauit; quasi quòd mihi pecunia minus satisfecisset, per hanc speciem simultatis eum consectarer. postea non destitit accersere † palam Seruium accusatorem inire cum Domitio consilia quibus cum parum procederet, ut † ulla lege mihi ponerent accusatorem: compellari ea lege me uoluerunt, qua † dicere non poterant. insolentissimi homines summis Circensibus ludis meis postulandum me lege Scantinia curant. uix hoc erat Pola elocutus, cum ego Appium censorem eadem lege postulaui. quod melius caderet, nihil uidi. nam sic est à populo, & non infimo quoq, approbatum, ut maiorem Appio dolorem fama, quàm postulatio, attulerit. præterea cœpi sacellum, in domo quod est, ab eo petere. Conturbat me mora serui huius, qui tibi literas attulit: nā acceptis priorib. literis, amplius quadraginta mansit. Quid tibi scribam, nescio. Scis Domitio diem timori esse? expecto te ualde, & quā primum uidere cupio. A te peto, ut meas iniurias perinde doleas, ut me existimas, & dolere, & tuas ulcisci solere. Vale.*

† alias Polam
† alias, illa
† alias, biiceret

P*VDET*] Primū Cęlius exponit in magnā Appij erga se ingratitudinē, qui cum ei plurimum deberet, cœpit eum odisse, & bellū gerere, exponitq; quō id fecerit. Deinde narrat quēadmodum Appius subornauit, qui eum accusaret, contra quem dicit defensum esse retorquendo accusationē in eum cum magna eius infamia. [Cōfiteri] dicere. [Impetrarē sibi] Se adducere. [Indixit] denunciauit, uel innotuit. [Et ipse] ego. [Male cogitare de me] .i. malam hr̄e de me opinionē, male affectum esse erga me. Oui. Non tn̄ Æneam, quamuis male cogitet, odi. [Tentasse;] Sollicitasse contra me. [Vt nunc est] Inimicissimus. [Deferre hoc munusculum Cn. Pomp.] Facere hanc gratiam Pomp [Deprecaret iniuriam ab eo] .i. cum ab eo peterem ne hanc iniuriam mihi inferret. [Non potui] .s. impetrare. Ordo est: cum ab eo deprecarer iniuriam, putaram me impetrare. [Quod] .i. quia, debere mihi uitā. [Quasi am.] Tanq̄ amicis [Aliquot] quibusdam. [Qui testes erant meritorū] qui scribant mea erga illum merita & beneficia. [Satisfacere illi] Facere quod illi se uellet. [Dignū me] quod me deceret [Non æquissimo mi.] .i. iniquissimo & inimicissimo, & pessimo animo. [Quàm subire vultum] qui adire conspectum. [Illius simiæ per contemptum appellauit eum simiam. [Excanduit, incēsus est, tractum, à ferro quod cum calet, cādet. [Per hāc sp.] Per hunc prætextum. [Accersere] Incitare, subornare. [Inire consilia] Capere consilia. s. nō destitit. [Cum Domitio] Inimicissimo meo. [Quibus] Cōsilijs.] Cum procederet parum] .i. cum nō efficeret, quod uolebat [Vt poneret mihi accusatorē] .i. vt accusaret me. [Vlla lege] .i. aliqua lege. [Compellari] Accusari. [Postulandum] Accusandum. [Ludis meis] quos ego exhibui. [Insolētissimi] Sup. s. App. & Domit. [Lege Scantinia] quid hæc lex ferret contra Cœlium non facile scitur. Alia fuit lex Scantinia contra concubitores puerorum, de qua Iuuen. Quod si uexantur leges, ac iura citari. Ante omnes debet Scantinia. Potest tamen intelligi hæc lex, de qua nunc dicit contra immoderatos sumptus ludorū. [Eadem lege] Qua me accusauerat [Caderet] Acciderit. Ordo est. [Nihil uidi, quod melius caderet] .i. qđ melius esset ad ppositū, q̄ ut ille accusaret à me, ea lege, qua me accusaret. [Approbatum] Affirmatum. s. qđ dixit cōtra Appiū. [Fama] infamia. [Sacellum] Locus erat sacer, in quo seruabant imagines deorum penatū, & colebantur. [Cōturbat] Affert mihi molestiā. [Mora] quia non reuertitur. [Scis diem] .s. dictum, quia accusatus est. [Timori esse?] De eo die. [Videre] illum diem. [A te peto] Sensus est, uelim eum dolorem de iniurijs in me illatis capias, quem ego de tuis capio, & ita doleas, sicut ego ulciscor iniurias tuas.

Incanduit

Scantinia lex

ASC. *PVDET me &c.*] Cœlius primo loco huius epistolæ exponit magnam Appij cognomento Pulchri erga se ingratitudinem, q cum plurimum deberet gratiæ, cœperat odisse. Deinde narrat, quemadmodum idem Appius subornauerat quēdam qui ipsum Cœlium accusaret, contra quem dicit se defensum esse, retorquendo accusationem eandem actionis in eum, qui accusarat eū insigni eius infamia. Erat autem Appius ut ex superioribus patet homo, superbo, & mobili ingenio, Ciceroni magis propter nobilitatem & potentiam, quàm ob uirtutē obseruatus. Ordo est: Pudet me confiteri tibi. s. rei ueritatem, & queri. i. conqueri, de iniurijs Appii. scilicet Pulchri, hominis īgratissimi, qui cępit odisse me, quia, debebat mihi beneficia maxima. s. à me recepta, qui. n. accepit bñficiū ēt gratis collatū obligať, si pōt saltē paria referre. Et cū hō auarus. s. ipse Appius nō posset impetrare sibi. i. adducere aīum suū auaritia captū ad hoc solueret ea. s. debita bñficia, indixit mihi bellū occultū. i. simultates latētes, tn̄. i. nihilominus, ita occultū, ut multi renūciarēt mihi, & ipe. i. egomet, aīaduerterē facile eū cogitare male đ me. i. ut faciat mihi malū. vero. i. sed, postea q̄ cōperi eū tētasse. i. solicitasse cōtra me collegiū, ut opinor augurū, nā ipse augur fuit, ut prius uisum est, deinde locutū operte cū quibusdā. i. ēt mihi notis, & aīaduertere deliberare cū Lucio Domitio hoīe inimicissimo mihi ut nūc est, quia nō semper ita fuit, uelle deferre Cn. Pōp. ēt inimico, quia Cæs. fauebat Cœl. hoc munusculū. i. facere hāc gratiolā, libēter. n. uidisset Cœliū accusari, tū reprehēdere ipm. s. Ap. nō potui impetrare, ut deprecaret. i. pcādo amouerē ab eo iniuriā. s. mihi inferēdā. quē putarā đre mihi uitā. Quid ergo est? sup. inquies. i. quid cōtigit postea? rñsio: Tū. i. tunc qdē locutus sum cū aliquot amicis q testes erāt meorū meritorū in. i. erga illū, posteaq̄ sensi. s. Appiū, ne qui dē. i. nō solū, hr̄e. i. æstimare me dignū, cui satisfaceret. i. reponeret debitū, malui, me obligare. i. deuincire collegę. i. cōcēsori eius homini alienissimo mihi, & nō æquissimo. i. nō plm fauenti: nec rectissimo in me aīo. pp amicitiā tuam. i. quia nouit me tibi esse amicū, q̄ subire vultū. i. me offerre tanq̄ supplicū, cōspicui illius simiæ. i. turpissimi hoīes, nihil præter figurā hominis hn̄tis, vr̄ autē inuidiose simiā dicere, cū illi cognomentū Pulchri fuerit. Postq̄ sup. App. rescijt. i. postq̄ cognouit id. s. me obligatū collegæ suo. Rescire proprie est pcipere rē aliquā, postq̄ facta est: Deprehendere autē in ipso facto, ut in aduerso, aut furto. Et iō quia nautæ, in mari sunt quasi ī alieno clemēto, dñr à tēpestate deprehēdi, vñ Maro: Deprehensis olim statio tutissima nautis. Excanduit i inflāmatus est, & multa ira incēsus, & clamitauit. i. frequēter clamauit, me q̄rere cām inimicitiarū, vt si ipse App. minus. i. non satisfecisset mihi pecunia, quam vr̄ mutuo accepisse à Cœlio, cum consectarer. i. psequerer eum p hāc speciē simultatis. i. latentis odij. Postea. s. q̄ in apertas inimicitias res deuenit, ipse Appius nō destitit accersere, .i. incitare, aut auxilium suū aduocare, palam. i. manifeste. Seruium accusatorem, & inire consilia cum Domitio. s. homine inimicissimo, quibus. s. cōsilijs cum procederet parum, ut poneret mihi accusatorē, ulla lege. i. per ullā legē uoluerunt me cōpellari. i. in ius uocari ea lege, qua, i. p quā, ipsi non poterant dicere. i. agere contra me. Insolentissimi &c. Probat quod dixerat eos iusta lege se accusare nō posse, sed iniuste age-

re,quia ipsi hoīes insolentissimi.i.proteruissimi,& superbissimi curant me postulandū.i.in ius uocandū,& accusandum summis Circēsib.ludis meis,.i. quo tpe sūmo ędilitatis meæ honore fungar,quia Circenses ludos populo exhibebo,lege Scantinia,q̄ lata est in pædicones, & masculorū concubitores oīum facile turpissimos,sed Romę tñ illis tp.bus frequentissimos, uñ Iuuen. Quòd si uexantur leges,& iura citari. Ante oēs dēt Scātinia &c. sup. App us uix erat ₚlocutus hoc.i.ut me lege Scantinia postularent,cum ego postulaui eadem lege.s. Scantinia Appium censorē.Nihil uidi,quod caderet melius,quia ea lege, in alium agere curabat,qua ipse,reus faciendus erat,nam sup.id factū meū ē approbatū sic à populo,& à quoq; uō insimo.i.à summo quoq; hoīe ut fama.i.diffamatio,attulerit Appio maiorem dolorem,q̄ postulatio.i.uocatio in ius,aut accusatio.Præter ea.i.insuper, cępi petere ab eo sacellum.i.locum sacris addictum,vulgus Capellam uocat,quod est in domo.s.Appij, aut quia eius ornamenta Cœlij erant,aut quia in eo turpiter uixerat,& pueros ad sacra initiatos corruperat,ut sit:Cœpi petere ab eo,quod.i. quale sacellū est in domo.s.eius,q.d.Bacchanalium,aut impudicorum.Hactenus aūt de App.& eius inuidia locutus conuertit sermonem ad alia negocia dicens:Mora Seruij huius mei,qui attulit tibi literas , conturbat.i. multū turbat me.Nam prioribus literis acceptis.i.postq̄ acceperat priores literas,mansit amplius xl. diebus. Nescio quid scribā tibi.s.de exitu litis nostræ.Tu scis diem.s.iudicij futuri esse timori.i.ad timorem, Domitio. Expecto ualde te,& cupio uidere.quamprimum.i.ualde cito , quia iam expleta fuerat Ciceroni prouincia. Peto à te,ut doleas.i. dolēter & cum dolore feras iniurias meas.i.mihi illatas ab App.ut existimas.i. iudicas,& censes,ac opinaris me solere & dolere,& vlcisci, tuas .s.iniurias.i.tibi illatas. Notum est doleo cum datiuo,& cū accusatiuo cōstrui posse,sed cum datiuo quasi absolute positum , vñ dicimus, dolet mihi aduersus casus tuus.i.dolori est , & ita uerbum ipsum adiungitur rei dolorem inferenti . interdum etiam dolorē patienti,ut dolet mihi caput , dolēt tibi ilia &c. qd non dicemus poetice,doli caput, doles ilia,&c. cum accusatiuo aūt additur rei accipienti dolorem, ut doleo iniurias tuas, &c.

Sacellū

PAV. MAN. *Vix hoc erat Pola elocutus*] In uetusto lib. qui est Florentiæ in Medicea bibliotheca,ita legitur,ut in impressis.huius lectionis alij quoq; meminerunt,sed eam minus integram existimarunt, offensi,ut opinor,in uoce, Pola,q; eā se alibi uidisse non meminerant.est aūt id Seruij accusatoris cognomen, de quo ad Q. F. ep.ante ultimam 2 lib.his uerbis:Vereor, hō ne teter,& ferus, Pola Seru.ad accusationē ueniat.Vix igitur, inquit Cælius hoc, elocutus erat Pola, Appium .s. & Domitium summis Circensibus ludis meis lege Scantinia me postulandum curare;cum ego eadem lege Appiū cēsorē postulaui.hac de lege meminimus in lib.nostro de legib. Addo illud,ubi paulò ante legitur,Pala Ser. legendum fortasse,Polam Seru.[Cœpi sacellum,in domo qd est ab eo petere) Censorum erat curare, ut sacella non in domo cuiusq; essent, sed populo paterent Itaq; Liu.lib. 40. vbi loquitur de Lepido,& Fuluio censoribus,Complura,inquit, sacella, publicaq.sacra,occupata à priuatis,ut paterent , essentq; populo, curarunt.Cælius aūt,ut ostēderet,Appium censorem officio suo deesse,petere cæpit ab eo, ut sacellum in domo priuata ne relin queretur,cuius rei cura Appij, qui cēsor erat esse debuerat. sed libentius intellexerim de sacello,quod ipse Appius occupasset, ex quo grauior ei concitata esset inuidia occupatis rebus à censore,quas censor ab alijs occupatas populo restituere deberet.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Gratulatoria partim est hæc epistola , ob affinitatem nouam Dolabella,partim nunciatoria,dum res exponit quæ in urbe geruntur .

M. COELIVS CICERONI S. D. 13

GRatulor tibi affinitate uiri mediusfidius optimi . nam hoc ego de illo existimo.cetera porro,quibus adhuc ille sibi parum utilis fuit,& ætate iam sunt decursa, & consuetudine,itaq; auctoritate tua, † pudore Tulliæ si qua restabūt, confido celeriter sublatum iri. Non est .n.pugnax uitijs , neq; habes ad id,quod melius sit,intelligendum.deinde quod maximum est,ego illum ualde amo.Vides Cicero Curionem nostrum lautum intercessionis de prouincijs exitum habuisse? nam cum de intercessione referretur,quæ relatio fiebat ex S. C.prima ç̄,M.Marcelli sententia pronunciata esset,qui agē dū cum trib.pl. cēsebat,frequens senatus in alia oīa ijt.stomacho est,s.Pōpeius Magnus nunc ita languenti ut uix id,quod sibi placeat,reperiat.transierant illuc, ut rō esset eius habenda,qui neq; exercitū,neq; prouincias tradere uellet.quemadmodum hoc Pōpeius laturus sit cū † cognoscat , quidnā reip. futurum sit,si aut non possit,aut nō curet,uos senes diuites uideritis.Q.Hortēsius,cū has literas scripsi.aīam agebat.Vale.

† alias conciones

† alias cognoscā quid nam rei

HVB. GRatulor]Cum Cic.præesset Ciliciæ,eius filia Tullia Dolab. matrimonio cōiuncta est,opera amicorū, quibus id mādauerat,quēadmodum ipse supra ad Appiū scripsit.Itaq; ei hac ep. Cęlius gratulat,laudatq. Dola.& ōndit à se amari. Deinde scribit de Curione, qd egerit de ₚuincijs,& de Cn.Pōp.[Medius fidius) Per Iouis filiū,iurantis est.[Existimo hoc) habeo hāc de eo opin.s.q; sit optimus[Cetera)alia q̄dā uitia[Ætate) pætatē, quia erat iuuenis,& penè adolescens[Decursa) participium sine verbi origine.[Pudore) Verecundia, Prudētia,sic lib.2. Nā ea , q̄ speras, Tulliæ meæ prudentia temperari posse scio,est.n.illa ep. q̄ incipit:Non potuit accuratius,rñsiua ad hāc, & ad superiorē, q̄ incipit,Nō diu,sed acriter.[Sublatū)remouenda ab eo.[Non est.n.) Laudat Dolab.[Pugnax)Contumax pseuerans [Neq; hebes) tardus,obtusus.[Maximū] Præcipuū.[Intercessionibus)puto melius legēdū,intercessionis,ut sit sensus: Vides ò Cic.nr̄m Curionē lautū habuisse exitū intercessionis de prouincijs, ironice dixit, quia cum intercessisset,nō ei bñ cessit [Intercessione].i. de intercessione.[In alia oīa).i.hāc sñiam penitus aspernatus ē. [Stomacho)translatio est.[Lāguenti) debilitato. [Transierant) trib.pl.[Eius) Cæs [Quēadmodū]quo aīo,q̄ patienter q.d.male. [Vos senes diuites) q d q,& ætate debetis plus sapere , & multū habetis quod possitis amittere. Q. Hortensius) Orator fuit clarissimus.[Agebat animam]eflabat uitam,expirabat.

ASC. *GRATVLOR &c.*] Cum Cice. p̄esset Ciliciæ, Tullia filia eius post mortē Crassipedis,nupsit Dolabellæ,opa amicorū, quibus id oneris abiens dederat ut ēt se inconsulto filiā locarēt, si uirū illa dignū īuenerint,ut Cic.ipse supra ad Appiū scripsit pugnās, dignū inuenerint,ut Cic.ipse supra ad Appium scripsit purgās, qd Dolabellæ Appij inimico nupserit.Itaq; Cęlius Appij inimimicus,ut proxima ep. visum est,gratulat id ei laudatq. Dolabellā,& ōndit se ab eo amari deinde scribit de Curione quid egerit de prouincijs,& addit nonnulla de Cn.Pōpeio.Ordo est:Gratulor tibi.i.felicitatē tuā mihi gratā p̄dico,affinitate.i. pp affinitatē,aut de affinitate,uiri mediusfidius.i.ita me deus fidei, aut Iouis filius Hercules iuuet,ut uerū dico,optimi.s.Dolabellæ . Nā ego existimo.i.iudico hoc de illo.s.qd sit vir optimus . Porrò.i. sed cetera.s.instituta eius,q̄ ad rē domesticā pertinēt,aut ad bona fortunæ augēda, quibus ille fuit adhuc parum utilis sibi,sūt decursa,i.transacta,& abolita iam,&.i.sit,ætate , qa non est amplius adolescens.adolescentib.aūt raro est aīus ad rem auidior & cōsuetudine.i.cōuersatione cum maturis uiris,atq; siqua.i.aliqua restabunt,ego cōfido,sup.ea sublatum iri.i abolenda celeriter,auctoritate tua,qa uerebit sub tali socero luxuriose, aut prodigaliter uiuere,& pudore Tulliæ.s.filiæ tuæ prudentissimæ, in cuius p̄sentia nō audebit post hac peccare . Enim.i.quia ipse nō est pugnax.i.pertinaciter addictus uitijs,aut pugnax.i. cōtumax in uitijs,neq; est hebes.i.tardus,& obtusus ad intelligendum id, qd sit melius, deinde qd maximum est;qa quos amamus nō si nimus faciliter corrūpi,& optimos iudicamus,ego amo illū ualde.O Cic.tu uelles Curionē nostrum,ironice dicit, quia contra sētiebat habuisse exitum intercessionis.i.obstaculi de prouincijs lautum.i.pulchrum.Nā cum referret.i.cōsultaret, de intercessione,q̄ relatio fiebat ex senatuscōsulto, & sñia M. Marcelli, esset pronunciata prima,qui cēsēbat agēdum cum trib.pl.senatus ijt frequēs in alia oīa.i.aliter censuit.Scilicet,.i.scite licet, cui id uiderint.Pōpeius magnus.s.prius habitus ē,nunc stomacho.i.aīo, ita languenti,ut uix reperiat qd placeat sibi. Transierat.i. consugerat illuc,ut ne rō esset habenda illius.s.Cæs. qui neq; traderet exercitum,neq; prouincias. Vos senes diuites uideritis quemadmodum.i.qūo Pōpeius laturus sit hoc, cum cognoscat, quid nā futurum sit reip.si aut nō possit,aut nō curet .s.iuuare eā.Q.Hortensius agebat aīam.i.expirabat,cum scripsi has .s. literas.

PAVL. MAN. *STOMACHO est s.Pōpeius Magnus*]Libentius legerem, Stomacho est Magnus,ut duæ illę dictiones .s. Pompeius, iudicantur, tanq̄ inanes,& superuacaneæ,non à Cœlio,sed ab imperito scriptæ;qui cum inter legendum in eā uocem, Magnus incidisset, existimās eā obscuriorem fore, nisi alijs ipse uerbis illustrasset, suprascripsit.s. Pōpeius.postea qui librum exscripserunt,imperiti,ut id genus hominum esse solet , neque, quod adulterinum fuit agnoscentes, glossema ad uerba Ciceronis admiscuerunt.

GIBERTI

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Narrat, quæ Domitio in repulſa contigerint, deinde ſuſpiciones ſuas certiſſimas inter Cæſarem, & Pompeium Ciceroni perſcribit.

M. COELIVS M. CICERONI. S. D. 14

TANTI non fuit Arſacen capere, Seleuciam expugnare, ut earum rerũ, quæ hic geſtæ ſunt ſpectaculo careres. nunquã tibi oculi doluiſſent, ſi in repulſa Domitij uultum uidiſſes. magna illa comitia fuerunt: & plane ſtudia ex partium ſenſu apparuerunt. perpauci neceſſitudinẽ ſecuti, officiũ præſtiterunt. itaq; mihi eſt Domitius inimiciſſimus: ut ne familiarem quidem ſuũ, quẽ noſti tam oderit, quàm me: atq; eo magis, q per iniuriam ſibi putat ereptũ, cuius ego auctor fuerim. nunc ſuerit, tam gauiſos homines ſuũ dolorem, unumque me ſtudioſiorem Antonij. nam Cn. Saturninum adoleſcẽtem ipſe Cn. Domitius reum fecit, ſanequam ſuperiore à uita inuidioſum. quod iudiciũ nũc in expectatione eſt etiã in bona ſpe, poſt Sex. Peducei abſolutionẽ. De ſumma rep. ſæpe tibi ſcripſi, me etiamnũ pacẽ nõ uidere: & quo propius ea contentio, q̃ fieri neceſſe eſt, accedit; eo clarius id periculũ apparet. propoſitũ hoc eſt, de quo, q rerũ potiũtur, sũt dimicaturi: q Cn. Põpeius conſtituit nõ pati, C. Cæſarem conſulẽ aliter fieri, niſi exercitũ, & prouincias tradiderit: Cæſari autẽ perſuaſum eſt, ſe ſaluũ eſſe non poſſe. ſi ab exercitu receſſerit. fert illã tamẽ cõditionẽ, ut ambo exercitus tradant. ſic illi amores, & inuidioſa cõiunctio non ad occultã recedit obtrectationẽ. ſed ad bellũ† ſe erũpit: neq; mearũ rerũ qd cõſilij capiã, reperio: neq; dubito, quin te quoq; hæc deliberatio ſit pturbatura. nã mihi cũ hoĩb. his, et gratia, et neceſſitudo eſt. tamẽ tantũ cãm illã nõ hoĩes, odi. illud te nõ arbitror fugere, QVIN hoĩes in diſsẽſione domeſtica debeãt. quãdiu ciuiliter ſine armis† uertetur, honeſtiorẽ ſeq partẽ: ubi ac bellũ, & caſtra uẽtũ ſit, firmiorẽ; & id melius ſtatuere, qđ tutius ſit, in hac diſcordia uideo Cn. Põp. ſenatũ, qq; res iudicãt, ſecũ habiturũ, ad Cæſ. oẽs, qui cũ timore, aut mala ſpe uiuãt acceſſuros; exercitũ cõferendũ nõ eſſe. oĩno ſat ſpatij ſit, ad cõſiderandas utriuſq; copias, et ad deligendã partẽ. Prope oblitus ſum, qđ maxime fuit ſcribendũ. Scis Appiũ cenſorẽ hic oſtenta facere? de ſignis et tabulis, de agri modo, de ære alieno acerrime agere? perſuaſum eſt ei, cenſurã lomentũ, aut nitrũ eſſe. errare mihi uidetur: nã ſordes eluere uult: uenas ſibi oẽs, & uiſcera aperit. curre p deos, atq; hoĩes; & quãprimum hæc riſum ueni: legi Scãtinia iudiciũ apud Druſum fieri: Appiũ de tabulis, & ſignis agere, crede mihi eſt properandum. Curio noſter ſapienter, id, q remiſit de ſtipẽdio Pompeij, feciſſe exiſtimatur. ad ſummã quæris quid putẽ futurum ſi alteruter eorũ ad Parthicũ bellũ non eat, uideo magnas impendere diſcordias: quas ferrum, & uis† iudicabit. uterq; & animo, & copijs eſt paratus. ſi ſine ſummo periculo fieri poſſet, magnum & iucundum tibi fortuna ſpectaculum parabat. Vale.

† alias, ſeerupit

† alias, cernat.

† alias, uindicabit

HVB. TANTI *non fuit*] Exponit Cœl. q̃ iucundũ ſpectaculũ præbuerit Dom. qui egerrime tulit repulſam de quodã magiſtratu, optatq. Cic. interfuiſſe, deinde dicit quemadmodũ nõ ſolũ ſuſpicatur, ſed ẽt apertè quodãmodo uidet bellũ futurũ inter Cæſ. & Pomp. dicit quid putet futurũ in hoc bello. [Arſacem] Regem Perſarũ, vnde oẽs reges Perſarũ, Arſacidæ dicti ſunt. [Seleuciã] vrbẽ Syriæ. [Expugnare] Pugnãdo uincere. [Non fuit tanti] .i. tantæ gloriæ. [Spectaculo careres) .i. vt non uideres ea, quę hic geſta ſunt. [Repulſa) Dr̃ quoties quis à magiſtratu, uel honore, quem petit, repellit. [Illa comitia) quib. Domitio data eſt repulſa. [Magna) p̃clara. [Ex ſenſu) ex animo, ex uolũtate. [Partiũ) Factionũ. [Secuti neceſſitudinẽ) .i. valde pauci hñtes reſpectũ neceſſitudinis ſuæ cũ Domitio fecerunt, quod debuerunt. [Quenq̃ familiarẽ) Quẽ cognouit nõ habuiſſe rõnem neceſſitudinis. [Ereptum) .ſ. magiſtratũ, quẽ ſperabat hr̃e. [Cuius) Erepti magiſtratus. [Ego fuerim auctor) .i. cauſa, ut ipſe putat. [Nunc furit] Inſanit, impatienter dolet. Hoĩes tã gauiſos ſuum dolorẽ) .i. impatienter fert, q hoĩes ita gauiſi ſint, qa uiderint eum dolere. [Vnumq. mo.)

Arſacidæ

Repulſa

Huius particulæ uerba intelligi q. dẽ uix pñt, ſenſus autem minime. [Ineſt bona ſpe) ſ. Saturninus, vt abſoluatur, quia Sex. Peduceus de eadẽ cauſa abſolutus eſt. [Annum) .i. p annum. [Nõ uidere) non ſperare. [Id periculum) Belli futuri, & pturbationis reip. [Qui potiuntur rerum) Qui obtinent ſummam imperij. [Non pati) non permittere. [Aliter) Alia conditione. [Prouincias] Gallias. [Saluum) incolumẽ, & integra dignitate. [Fett) Patitur. [Ambo) Ipſe Cęſ. & Pomp. [Illi amores) qui erãt inter Cæſ. & Pomp. [Cõiunctio) Affinitas, quia Iulia filia Cęſ. vxor erat Põpeij. [Occultam obtrectationem) .i. ad ſimultatem, ad occultã maleuolentiã. [Erũpit] Exit. [His hoĩbus] Cęſ. & Põp. [Et gratia, & neceſſitudo] .ſ. eſt. [Tñ] Præterea. [Odi] Cauſam, qua mouentur ad diſcordiã. [Non hoĩes] .ſ. odi .i. non odi ipſos, ſed cauſam. [Illud nunc] quodammodo dat conſiliũ Cic. quid ei ſit agẽdum. [Domeſtica] ciuili. [Sine armis] tm̃ uerbis, & ſentẽtijs. [Honeſtiorem] Iuſtiorẽ. [Firmiorem] .i. fortiorem. ſ. partem debeant ſequi. [Statuere) Iudicare. [Melius) Honeſtius, & ita innuit, ut potius ſequat̃ Cæſa. q̃ Pomp. [Senatũ) Senatores. [Ad Cæſarẽ) .ſ. uideo. [Acceſſuros) Ituros. [Conferendũ) comparãdum, quia robuſtior erit exercitus Cæſ. q̃ Pomp. [Sat ſpatij ſit) .i. ſatis ſpatium datur nobis ad conſiderandum exercitum utriuſq;, & ad eligẽdum eũ, q uidebitur poſſe nos magis defendere [Prope] ferè. [Oſtẽta] Prodigia, mõſtra. [De ſignis, & tabulis] .i. de imaginibus, & tabulis pictis, quibus ita Romani delectabantur, ut eas magna pecunia cõpararẽt, hanc autẽ impenſam uolebat moderari App. creatus cenſor. [De ære alieno] de debito pecunię, ut remitteretur debitoribus, quem admodum ſcribit ipſe Ci. li. 2. Off. eſſe factum, cũ eſſet cõſul cui ordinationi teſtat̃ ſe reſtitiſſe, qa erat iniqua, q alij eriperet, qđ alij daretur. [Loramentum] .i. rem quandã mollẽ, quã poſſet flectere in quãcũq; partẽ uelit, à loro. n. dr̃ loramẽtum. [Aut vitrũ) .i. fragilem, ut uitrum. [Nam) textus hic erat mendoſus dẽt autẽ ita legi, nã ſordeſcit uere vultu, & uenas ſibi oẽs, & uiſcera, aperit, metaphorice aũt ita intelligit, detegit iſtis malis actionibus malos, & corruptos animi ſui ſenſus, ita ut ex exteriorib. iudicetur quid habeat interius. [Per deos, atq; hoĩes) Subaudi, oro, vel obteſtor. [Riſum] ad ridendum. [Ad ſummam) deniq;, in concluſione. [Eorũ) .ſ. Cæſ. & Põp. [Impẽdere) imminere. [Vindicabit) vlciſcetur, finiet. [Iucundum ſi poſſet fieri ſine periculo) qa cum ſit futurum cum piculo, nemini uiro bono poterit eſſe iucundũ. [Spectaculum) res digna ſpectari. [Fortuna) q̃a non uincet qui iuſtiorem habebit cauſam, ſed quẽ fortuna uolet. [Parabit] dabit.

Loramẽtum

ASC. *TANTI &c.*] Narrat riſum, quem Domitius repulſa acceptaprębuerat, denunciatq; bellum futurum inter Cæſ. & Põp. Ordo eſt: capere Arſacen regẽ Perſarum, & expugnare .i. pugnãdo ſuperare. Seleucia, non fuit tant. i. tanto p̃cio æſtimandum, ut careres .i. deberes uelle carere, ſpectaculo earũ rerum, q̃ geſtę ſunt hic. ſ. Romæ. Oculi nunq̃ doluiſſent tibi, ſed ſemp excitaſſent te ad riſum, ſi uidiſſes vultũ Domitij in repulſa. ſ. magiſtratu petito. Illa comitia, quib. populus coiuerat ad creandos magiſtratus, fuerũt magna, quia multi conuenerant, & ſtudia .i. fauores apparuerunt planè .i. oĩno, aut euidentes ex ſenſu .i. ſñia partium .ſ. competitorum, perpauci ſecuti neceſſitudinẽ .i. eo q eſſent neceſſarij pręſtiterunt officium. Triplex eſt ſenſus, aut q pauci p̃ſtiterunt officiũ alicui, quia plurimi ſecuti erãt neceſſitudinẽ, aut q pauci p̃ſtiterunt officium Domitio, vtpote ſoli ſecuti neceſſitudinẽ, aut q perpauci ſecuti neceſſitudinẽ .i. ẽt de neceſſarijs Domitij, p̃ſtiterunt officium Domitio, qui ſenſus cõgruit ei, qđ ſequitur. Itaq; Domitius eſt inimiciſſimus mihi, ut ne quidẽ .i. nõ ſaltẽ oderit quẽ q̃ familiarẽ ſuũ, tam .i. tm̃, q̃ .i. quantũ me. Ideo autem odit familiares, q licet eſſent neceſſarij, nõ tñ præſtiterunt officium Domitio. Atq; Domit. odit eo magis me, q putat .ſ. magiſtratũ, ereptum ſibi per iniuriã, cuius .ſ. iniuriæ, ego fuerim auctor. Nũc Domitius ferit. hoĩes, tam .i. tm̃ gauiſos dolorem ſuum .i. ppter dolorẽ ſuum. quia ſicut dicimus gaudeo gaudium tuũ, ita, & dolorẽ tuum .i. cum gaudio, uideo, ſup. furit me unum .ſ. gauiſum dolorem ſuum, ut ſtudioſiorem Antonij .i. magis fauentem Antonio. Nam ipſe Cn. Domitius fecit Cn. Saturnium adoleſcentem, reum .i. accuſauit eum: Vita ſup. erit ei inuidioſa, ſaneq̃ .i. multo magis, q̃ ſuperior, quod iudicium .ſ. de Saturnino, eſt nunc in expectatione, ſup. Saturninus in eſt ẽt in bona ſpe. ſ. abſoluẽdi, poſt abſolutionem Seſti Peducei, ſcripſi tibi ſæpe de ſumma reip. me non uidere pacem annuam .i. q̃ duret annum, aut intra hunc annũ. Et quo .i. quãto ea cõtentio .ſ. Cæſ. & Põp. accedit propius, q̃ neceſſe eſt fieri, eo .i. tanto, id periculum apparet clarius .i. euidẽtius. Propoſitum, de quo ſunt dimicaturi qui potiuntur rerum, eſt hoc .i. hmõi, quod Cn. Põp. conſtituit non pati C. Cæſarem cõſulem fieri aliter, niſi tradiderit exercitum & prouincias. Cæſari, aut perſuaſum eſt, ſe non poſſe eſſe ſaluum ſi receſſerit ab exerci-

ru,tñ ipse fert.i.offert illam conditionẽ,ut amabo,tam ipse,quã Pōp.tradant exercitus.s.Senatui,Sic.i.intñ,illi amores.s.soceri, & generi,& coniunctio.s. affinitatis inuidiosa.s.cui plurimi inuiderunt,non recedit ad obtrectationem occultam,sed erũpit.i. extendit se ad bellum.Neq; reperio quid cõsilij mearum rerum capiam,quod.i.propter quod ne sup.quidem dubito, quin hæc liberatio perturbarit quoq; te sic.s.ut me, Nam, & gratia,& necessitudo est mihi cum his omnibus.s.qui bellum acceperat. Tũ .i.insuper,ego odi causam illam.s.certaminis,non homines.s.ipsos. Ego non arbitror illud fugere te.i.non dubito te scire quin hoĩes debeant, sequi partẽ honestiorẽ in dissensione domestica .i.ciuili,q̃diu certetur ciuiliter sine armis.ubi.i. postq̃. uentũ sit ad bellum, & castra, sup. sequi partem firmiorem .i. fortiorem, & statuere.i.existimare id meli⁹,qđ sit tutius.Ego video Cn. Põpeium habiturum secum in hac discordia, senatum .i. oẽs senatores,& qui iudicent res.i.iudices , & oẽs qui uiuant in timore, aut mala.i.dubia spe,accessuros ad Cæsarẽ.Exercitum,sup. eorũ non esse conferendũ.i.cõparandum oĩno, cum longe melior sit Cæsarianus aut conferendum ad dimicandum,modo.i.dummodo,sat.i.satis spatij sit ad considerandas copias vtriusque, & ad partem eligendã.Ego prope.i.quasi oblitus sum , qđ erat maxime scribendum. Scis Appium Cẽsorem facere hic ostenta.i.mõstra in censendo,& agere acerrime de signis.i.effigieb.rerum,de tabulis.s.pictis,de agris modo.i.interdũ,de ære alieno.i.debito, persuasum esse ei cẽsuram esse loramẽtum.i.extendi posse ut loramenta,aut vitrum.i.frangi posse,ut uitrum.Nam.s.Appius sordescit.i.fit sordidus uere vultu,& aperit sibi uenas oẽs & viscera .i.intima animi sui manifestat.Curre.s.admonitus,per deos atq; hoĩes,& ueni risum hæc quamplurimum, Iudicium legis Scantiniæ.i.de turpi libidine,fieri apud Drusum.s.turpissimum. Appiũ s.censorem agere de signis,& tabulis.s.non possidẽdis, Crede mihi properandum.s.est tibi.Curio noster existimatur fecisse sapienter id,quod remisit.i.detraxit de stipendio Põpeij.Ad summam.i.finaliter q̃ris,quid putẽ futurum, si alteruter .s. aut Cæs. aut Põp.non eat ad bellũ Parthicũ,uideo impendere.i.imminere magnas discordias,quas ferrũ,& vis.i.uiolentia,uindicabit.i. ulciscetur. Vterq; est paratus & aĩo, & copijs, si possit fieri sine periculo.s.reip.fortuna parabit tibi spectaculũ magnũ,& iucundũ.q.n.in arena dimicãtes spectãt,extra periculum sunt. Vale.

PAVL. MAN. *De agri modo,de ære alieno*] Libentius ita lego,quàm,ut alij,de agris mõ.forte autem id fieri uolebat Appius, quod maiorũ memoria uoluerant C.Licinius,& L.Sextius trib.pl. qui leges promulgarunt,unam de ære alieno,ut deducto de capite quod usuris pernumeratum esset id, quod superesset,triennio æquis portionibus persolueretur,alteram de modo agrorum, ne quis plus XL. iugera agri possideret.epitome Liu. lib.58.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Pompeium facta collatione uituperat,Cæsarem uero ad cœlũ tollit. Adij cit,se magnopere exoptare,ut cum Cicerone cõferre possit. Postremo narrat,quemadmodum ob subitos Galliæ motus iter facere in prouinciam cogatur.

M. COELIVS M. CICERONI S.D. 15

ECquando tu hoĩem ineptiorem q̃ tuum Cn. Pompeium uidisti,qui tãtas turbas,qui tam nugax esset,cõmorit? ecquẽ aũt Cæsare nostro acriorem in rebus gerẽdis, eodem in uictoria temperantiorem aut legisti,aut audisti? quid est? nunc tibi nostri milites,qui durissimis, & frigidissimis locis teterrima hieme bellum ambulando confecerunt, malis orbiculatis esse pasti uidentur. quid? iã,inquis,gloriose. ĩmo si scias solicitus sum; tum hanc meã gloriam,quæ ad me nihil pertinet, derideas,quæ tibi exponere nisi corã non possum: idq; celeriter fore spero:nam me,cũ expulisset ex Italia Pompeium,constituit ad urbem uocare:id quod iã existimo confectũ,nisi maluit Pompeiũ Brundusij circunsedere.pereã si minima cã est. properandũ istò mihi, q te uidere, & oĩa intima conferre discupio.habeo autem q̃ multa.hui.uereor,qđ solet fieri,ne cum te uidero,oĩa obliuiscar.sed tamen quodnã ob scelus iter mihi necessarium retro ad Alpes uersus incidit? adeo, q Intemelij in armis sunt,neq; de magna causa.Bellienus, uerna Demetrij,qui ibi cum præsidio erat, Domitium quendam, nobilem illi Cæsaris hospitem, à contraria factione nummis acceptis comprehendit & strangulauit. ciuitas ad arma ijt. eò nunc quatuor cohortibus mihi per niues eundum est. Vsquequaq;, inquis,se Domitij male habent.Vellem quidem Venere prognatus tantum animi habuisset in uestro Domitio, quantum ipse catenatus † in hoc habuit.Ciceroni F. S. D. Vale.

† Pseca- de nat' legit Octauia- n⁹ Pantagatus. HVB.

ECquando] Laudat Cœlius Cæs.& vituperat Pomp. qui P.R ad arma excitauerit. Deinde scribit se ualde solicitũ esse,optareq; aduentũ subitũ Cic.ut cum eo possit oĩa secreta cõferre. Postea dicit accidisse,ubi sibi sit eundum trans Alpis pp tumultus quosdã motos in Gallia pp quendã Domitiũ Gallicũ uirum nobilẽ interfectũ. [Ecqñ) .i.nunqñ.nã hæc particula adiuncta dictionib.incipientibus a.q.interrogatiue positis, significat an, uel nũ,ut ecquis.i.nũquis,vt dicit Don.ergo ecqñ.i.an aliqñ, & aliquo tpe.[Ineptiorẽ).i.stultiorẽ.[Tui) quẽ tu tanti facis.[Turbas) Turbationes.[Acriorẽ) Sapientiorem.[Confecerũt) Finierunt.[Teterrima) Pessima.[Malis) Pomis[Orbiculatis) Rotundis uel sunt gñа pomorum,q̃ orbicularia dñt,signãt aũt eos macilentos esse.[Inquis) Obiectio [Quod iã) s.q̃ris.[Gloriose oĩa) .s.eueniunt.[Quæ) Quas res. [Fore) Futurum,ut tibi, coram exponã.[Expulisset) Eiecisset.[Circunsideri.i.obsidere,& detinere .s.me[Peream) Moriar,optantis est. [Isto) Istuc,est.n aduerbiũ. [Discupio) Valde cupio[Intima) Secreta [Quàm multa?) s.q̃ tecum conferre cupiam. [Hui) quasi timentis est interiectio.[Qđ solet fieri) nã cum parauimus nos dicturos multa alicui,accidit plerunque,ut cũ sumus in eius p̃sentia obliuiscamur multa. [Tanq̃ ob scelus].i.pp tanq̃ scelus,& flagitiũ.[Adeo) ualde.[Intimidi) Audaces.Sunt populi transalpini,alij uolunt. Intimidos nomen esse ipsorũ populorum, ut sit : Intimidi sunt in armis,.i. sumpserunt arma.[De) pp. [Bellienus) Nomen proprium. [Verna) Significat seruum,sed hic puto esse cognomen. [Ibi) Trans alpes.[Cum p̃sidio) cum militibus positis ad tutelam loci.[Quẽdam) ne puterur esse Domitius Romanus.[Hospitem) Amicũ, apud quem Cæs.solebat hospitari.[Factione) parte.[Ad arma).s. surrexit,uel mota est:est.n.eclipsis.[Vsquequaq;) Semper.[Domitij male) quia de altero Domitio dixit superius,qui Cn. Saturninum adolescentem accusauit.[Propugnaturus) pugnando defensurus,[In uestro) Romano.[Catenãdus) Ligandus. [In hoc] Domitio Gallico[Ipse Bel.) vel Domitius.

Ecquando Ecquis

Discupio

Verna

Vsquequaque

ASC. ECQVANDO] Laudando Cæsarẽ vituperat Pompeium, qui excitauerat P.R.ad arma,dicit se optare aduentũ Cic. & q̃rit sibi trãs alpes proficiscendum esse.Ordo est; Ecqñ.i. nunquã aliqñ, uidisti hominẽ ineptiorẽ,q̃ Cn.Pompeium tuum, qui cõmorit pro commouerit,tantas turbas.i.turbationes rerum, qui esset tã nugax.i.tam uanus,& futilis?q.d.non, Ecquẽ nunquid, aliquem aut legisti,aut audiuisti acriorẽ Cæs.nostro in reb.gerendis.i.fortiter,& temperatiorẽ eodem in uictoria?q.d.scio q nullũ. Quid est? hoc est q̃ris cur sic gestiam? milites nostri .i. Cæsariani , qui ambulando locis durissimis, & frigidissimis, hieme teterrima .i. asperrima confecerunt .i. finiuerunt, nunc tibi, ad nullam personã spectat illud tibi, bellum , vĩr esse pasti malis orbiculatis .i. pomis rotũdis, sunt, qui allegorice mundum intelligere dicãt, q.d.mundi imperium obtinuisse, alij à pomorũ pastu macilẽtos factos.Quid inquis iam sumpsit? Rñdet: oĩa gloriose, si scias, q̃.i. q̃tũ solicitus sũ, cũ derides hanc gloriã meã, q̃ nihil pertineat ad me.Quæ.i.quales res ego non possum exponere tibi, nisi corã.i.ĩ p̃ñtia, & spero id.s.q possim corã exponere fore celeriter. Nã cũ Cæsar expulisset ex Italia Pomp.constituit uocare me ad urbem.s.Romã, & existimo id esse confectũ.i.peractum modo, nisi maluit sup.me circunsedere.i.obsidere Pomp.Brundusij.Pereã si est cã minima,Properandũ est mihi isto.i.ad istum locum ubi tu es,q.i.quia, discupio.i.anxie cupio uidere te, & conferre .i.tecũ oĩa intima . Habeo aũt,q̃.i.ò q̃tum multa, hui uereor ne obliuiscar oĩa.cum uidero te, quod solet fieri . Sed tũ.i.insuper, iter necessarium incidit mihi, ob quoddã scelus retro .i. retrorsum ad alios uersus adeo .s.necessarij, q Intemelij populi transalpini, sunt in armis . neq; de magna cã.i.ob magnam causam. Bellienus, Verna.i.seruus Demetrij, qui erat ibi cum præsidio, cõprehendit, & strangulauit illic Domitium quẽdam nobilem hospitẽ Cæs.nummis acceptis.ideo eo , quod nũmos acceperat à factione contraria. Ciuitas ijt.i.confluxit, ad arma, eundum est mihi.i.debeo ire eò.i.ad eum locum, cum quatuor cohortibus p niues, q̃ hiemali t pe. Inquis.i.tu forte modo dicis. Vsquequaq; .i.an semper tibi laborãdum erit? q.d. vellem quidem aliter esse, sed Domitij mali.i.pniciosi dant.s.id mali, aut negocij. Vellem quidem sup. ut Verna.s.Bellienus propugnaturus, habuisset tñ aĩ in Domitio nostro.s.Rom.aut hospite, & amico, quãtum ipse

cate-

catenatus, alij legunt catenandus habuit in hoc Cic. fratris filio.

PAVL. MAN. *QVANTVM ipse catenatus*] Legit Octauius Panthagatus amicissimus meus, quantũ Pscade ẽ natus, ut significet Bellienus Verna, pscas.n. ancilla est, uernas aũt eos esse, q̃ ancillis nascant, nemo nescit. itaq; dixit: Si Bellienus, ancilla natus, Domitiũ cõprehendere, & strangulare nõ dubitauit: q̃d Cæsari q̃ est Venere progenatus, in vño Domitio faciendum fuit? Hæc amicissimi hoĩs lectio, nõ dubito, quin à doctis probet, cum & sensum hẽat optimum, & à uetusto lib. parum, ac pene nihil discrepet. De pscade meminerunt Iuu. sat. 6. & Ouid. Met. lib. 3. Cum hæc iam scripsissem, liber est allatus ad me panti quus, in quo scriptum erat, ipse cadenatus, post eaq. eodem modo in lib. Pet. Bembi scriptum animaduerti; itemq. in alio, quem Cypro aduectum chirurgus mihi quidã commodauit; & duobus Caroli Sigonij, item alio, qui est apud me. itaq; cum hãc lectionem & antithetorum gr̃a commẽdet. [Nã Cœlius Cœliano illo suo more, hoc est, pargute, pscade natus, & Venere ꝓgnatus, apposuit) & veterum librorum cõfirmet auctoritas; non est, quod quisq̃, nisi siquis obtrectandi studiũ nimis amet, de illius integritate dubitare amplius dẽat. qua in sñia eo magis cõfirmor, ꝙ eã summo consensu eorũ oĩum, q̃ de literis optime iudicant, quibusq; ego plurimum tribuo, comprobari aiaduerto. Vtinãq; Pantagatho meo tm̃ esset à grauioribus studijs ocij, ut similia multa excogitare, aut ea potius, q̃ iam pridem in hoc gñe innumerabilia notata habet, commodo suo colligere, & cum studiosis communicare posset. sperarẽ fore, vt, veterũ scriptis magna ex parte integritati suę restitutis multorũ, q̃ nunc sese inani labore torquentes, nihil nisi quod ipsi pepererint, approbare queunt superuacanea opera uideretur.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Suadet Ciceroni, ne se ad Pompeium transferat, idq; pulcherrimis quibusdam argumentis à metu, & exitu uictoriæ. In fine cõsilium dat, quo pacto se in his angustijs tutum conseruet. Huic autem epistolæ respondet lib. 2. epist. 16. Magno dolore &c.

M. COELIVS M. CICERONI S. D. 16.

EXanimatus sum tuis literis: quib. te nihil nisi triste cogitare ostẽdisti: neq; id quid esset, perscripsisti: neq; nõ tamẽ, quale esset quod cogitares, aperuisti has ad te illico literas scripsi. Per fortunas tuas Cicero, per liberos te oro, & obsecro, ne quid grauius de salute, & incolumitate tua cõsulas. nã deos, hominesq;, amicitiamq; nostram testificor, me neq; temere tibi prædixisse, neq; temere monuisse: sed, postquam Cæsarem conuenerim, sententiamq; eius qualis futura esset parta uictoria cognouerim, te certiorẽ fecisse si existimas eandẽ rationẽ fore Cæsari in dimittendis aduersarijs, & cõditionibus ferendis, erras. nihil nisi atrox, & sæuum cogitat, atq; etiã loquitur. iratus senatui exijt his intercessionib. plane inciratus est. non mehercule erit deprecationi locus. quare, si tibi tu, si filius unicus, si domus, si spes tuæ reliquæ tibi caræ sunt; si aliquid apud te nos, si uir optimus gener tuus ualet; eorum fortunas non debes uelle conturbare, ut eam causam, in cuius uictoria salus nostra est, odisse, aut relinquere cogamur. aut impiam cupiditatem contra salutem tuam habeamus. denique illud cogita: quod offensæ fuerit, in ista cunctatione te prius subisse. nunc te contra uictorem facere, quem dubijs reb. lædere noluisti? & ad eos fugatos accedere, quos resistentes sequi nolueris, summæ stultitiæ est. uide, ne, dum pudet te parum optimatem esse, parum diligenter, quid optimum sit eligas. quod si totum tibi persuadere non possum; saltem, dum quid de Hispanijs agamus, scitur, expecta: quas tibi nuncio aduentu Cæsaris fore nostras. quã isti spem habeãt amissis Hispanijs, nescio, quod porrò tuum consiliũ sit ad desperatos accedere, non medius fidius reperio. hoc quod tu nõ dicendo mihi significasti, Cæsar audierat, ac simul atq; aue, mihi dixit, statim, quid de te audisset, exposuit. negaui me scire: sed tamen ab eo petij, ut ad te literas mitteret, quibus maxime ad remanendũ commoueri posses. me secum in Hispaniam ducit, nã nisi ita faceret; ego prius quam ad urbem accederem, ubicunq; esses ad te percurrisse, atq; omni ui te retinuissem. etiã atq; etiam mi Cicero cogita, ne te, tuosq; omnes funditus euertas, ne te sciens, prudensque eò dimittas, unde exitum uides nullum esse. quòd si te aut uoces optimatum commouent, aut nonnullorum hominum insolentiam, & iactationem ferre non potes, eligas, censeo, aliquod oppidum uacuum a bello, dũ hæc decernuntur, quæ iam erũt confecta, id si feceris, & ego te sapienter fecisse iudicabo; & Cæsarem non offendas. Vale.

HV *EXANIMATVS*] Cum uersaretur resp. in magnis periculis ꝑ discordias Cæs. & Põp. questus fuerat Ci. de miseria ipsorũ, dixeratq. sibi incertũ esse, & difficile, q̃d cõsiliũ suis reb. caperet. Itaq, suspicatus est Cęlius Cic. aliquid mali cogitare, & maxime ne se transferret ad Pomp. q̃d ne faciat nititur multis causis, dissuadere, ne euertat, & se, & oẽs suos, si ad desperatos accesserit. censet aũt Cęlius potius ei eligendũ esse aliquẽ locũ solũ, & uacuũ, quò se cõferat, donec bellũ cõfectũ fuerit. huic epist. Ci. rñdet li. 2. epi. 16. q̃ incipit: Magno dolore me affecissent literæ tuę &c. [Exanimatus) Territus, pturbatus. [Aperuisti) Declarasti. [Illico) Statim. [Per fortunas) Adiurat Cęlius Cice. ne aliquid faciat cõtra salutẽ suam. [Per liberos) Per filios. [Consulas) Deliberes, consiliũ capias. [Prædixisse) Quæ essent futura, & maxime de uictoria Cæs. [Cognouerim) Allocutus sim. [Fecisse te certiorem) .i. testificor deos, & homines. [Dimittẽdis aduersarijs) .i. in dimittẽdis ijs, qui eũ persecuti fuerint [Atrox) Crudele [Senatui) quia assentitur Pomp. magis q̃ sibi. [His intercessionib.] q̃ facta sunt, ne decernatur consul, nisi tradat exercitũ, & prouincias. [Non deprecantẽ exaudit [Quare) concludit ex utilitate oĩum suorũ ne à Cæs. discedat ad Põp. [Eam cãm) .s. Cęsarianã [Sequere) Adiuua partibus & fauorib. tuis. [Odisse) .s. te. [Aut relinquere) .s. tu fueris Põpeianus, cũ nos simus Cæsariani. [Aut habeamus impiã cupiditatẽ cõtra salutẽ tuã. i. optemus mortẽ tuã. quod est impiũ, quia te paterno amore prosequi debeo. [Cunctatione) mora, cũ nondũ essent aperta bella, alias legitur cõcitatione. i. perturbatione, sed magis probo priorẽ lectionẽ. [Quid offensæ) quę iniuria, q̃ læsio. [Nunc) cũ res est nõ in cunctatione, sed discrimine Pompeianorũ. [Victorẽ) Cæs. [Noluisti lędere) quia Cic. in prin bello rũ ciuiliũ neutrũ sequebatur. [Dubijs) cũ nulla spes de uictoria Põpeij. [Fugatos) Pompeianos iã victos à Cæs. [Parũ optimatẽ) .s. nõ electum. s. à Cæs. [Expecta) Prius quã sequaris Põp. [De Hispanis) vbi erat exercitus Cæsa. cõtra Petreiũ, & Afranium duces Pomp. [Quas) Hispanias. [Nũcio) Certifico. [Fore) futuras. [Nostras]. i. Cæsarianas, quia Cęlius Cæsarianus erat. [Isti] Pompeiani, sed ꝑ contemptum dixit isti [Porrò certè, uel deinde. [Quod] quale. q. d. nisi stultum. [Desperatos) Pro quibus nulla est spes, translatio est sumpta ab ægrotis; qui in extremis laborãtes, & iã morituri desperati dicuntur. [Hoc) te secuturum Pompeianos. [Audierat) Ab alijs. [Simul atque) cum primum. [Negaui me scire] dixi me non intelligere, quid esses facturus. [Quib. l.] Cæsar. [Commoueri] persuaderi, incitari. [Ad remanendũ] ne accederet ad Pompeianos, id aũt diximus alio loco factum fuisse à Cæs. q̃ hortatus est Cic. ne exiret, ad bellum, & neutrũ omnino sequeretur, cui Cice. maximo animo rñdit, ut scr. Plut. in eius uita. [Nisi ita faceret] nisi duceret me Cæs. secum in Hispaniam. [Contendissem. [vehemẽtissime postulassem. [Omni ui] omni uiolẽtia. i. contra uoluntatẽ tuã. [Etiam atq; etiam] repetit Cœlius admonitionem suã ne Cic. sequatur Pomp. [Funditus] Penitus, tractum ab ædificijs [Sciens] à me admonitus. [Prudens] per te ipsum intelligens [Demittas] committas. [Eo] ad id. [Vnde] ex quo. [Nullum] exitũ. i. vnde uides te non posse exire, cum ingressus fueris. est. n. causa Pomp. quasi labyrinthus quidam, vñ non est regressurus. [Voces] sermones, exhortationes. [Optimatum]. i. principum in ciuitate, & est confutatio contra id, quod posset dicere Cic. quod nõ potest sustinere uocem optimatum increpantium ipsum, ꝙ ipse solus dissentiat ab uniuerso senatu dicit Cœlius ad fugiendas has uoces, eligendum esse aliquẽ locum uacuũ. [Insolentiam) superbiam. [Vacuum a bello] quod non sit Cęsarianũ, aut Pomp [Decernuntur] bello determinãtur. [Quæ iam erunt] quæ ad te pertinebunt, in cod. scriptum legi, quę cum erunt confecta. [Et te sapienter]. i. & iudicaberis sapiens si nihil feceris contra Cæsarem, quod cum offenderit, qu a dummodo non sequaris Pomp. non curat, ut ei faueas, cum sequaris. Fũditus

ASC. *EXANIMATVS &c.*] cum uersaretur resp. in magnis periculis ꝑ discordias Cæs. & Pomp. idque questus esset Cice. suspicatus Cęlius ipsum à Cæsa. ad Pomp. defecturum, monet ne id faciat. Huic autẽ epistolę rñdet ille lib. 2. Magno dolore &c. Ordo est: Ego sum exanimatus. i. factus expers animi tuis literis. i. per lite-

ras, quib. ostēdisti te nihil cogitare nisi triste, neq; scripsisti qd id esset. Non. n. aperuisti quale esset, qd cogitares. Scripsi illico has literas ad te, quib. sup. ò Cic. oro te, & obsecro per fortunas. i. facultates tuas, & p liberos tuos, ut ne cōsulas. i. p deliberationē in cipias, ac facias quid. i. aliquid, grauius de salute, & incolumitate tua, hoc est, ne aut tibi p desperationē manum inferas, aut ea incipias, vñ saluti tuæ timēdū esset. Nā ego testificor. i. testes facio deos & hoīes, & amicitiā nostrā, me neq; temere pdixisse. s. qdq̃, neq; monuisse. Sed postquā cōuenerim. i. allocutus fuerim Cęl. & cognouerim, sñam eius, qualis esset futura, parta uictoria. i. si obtinuerit uictoriā, testificor supp. me fecisse te certiorē. i. tibi eā significasse, Si existimas eandē rōnem fore Cæs. in dimittendis aduersarijs. i. ijs, q eū persecuti fuerint, & sup. inferēdis. i. offerendis cōditionib. s. cōcordiæ, erras, quia si uictor fuerit in eos, nihil aget, nisi atrox, & sæuū, atq; etiā nihil loquit, ipse iratus senatui exilit. i. se pripit è senatu, ipse est plane. i. oīno incitatus. i. ad irā. His intercessionib. i. obstaculis à senatu factis locus non erit deprecationi. i. purgationi culpæ, aut petitioni ueniæ, si uicerit, Quare si tu sup. es curæ tibi, si filius unicus. s. M. Ci. si domus. i. familia, etsi reliquæ spes tuę sunt tibi curæ, si nos sup. ualemus, etsi gener tuus. s. Dolab. amicus Cæs. uir optimus nō talis tñ omnib. uisus, ualet aliquid apud te. i. habemus aliquid auctoritatis, non dēs uelle cōturbare fortunas eorū. i. tibi carissimorū. & maxime necessariorū, ne cogamur, aut odisse, aut relinquere eā cām Cæs. in cuius uictoria salus nostra est, aut ne habeamus impiā cupiditatem contra salutem tuam. s. adhærendo Cæsa. & inimicis eius oībus exitū optando. Deniq. cogita illud, uidelicet qd offensæ. i. læsionis, Cę fuerit in ista. s. tua cūctatione. i. mora, te subijsse. i. puisse prius, & sup. facere nunc cōtra uictorem, quē noluisti lædere reb. dubijs. i. cū adhuc dubius esset belli exitus, & accedere, ad eos. s. Pompeianos, fugatos. s. à Cæs. quos nolueris seq resistentes. i. cū adhuc resisterent. est summæ stultitiæ. Vide. i. attende, & prospicere, nedū pudet, te esse parum. i. non satis optimatem. i. hñi in numero optimatum, & primorum ciuitatis, eligas parum diligēter sup. id, quod sit optimum, quia melius esset in media dignitate secure uiuere, q̃ ad summam properantem interfici. Quod si non possum persuadere tibi totum. i. ut oīno Cæs. reconcilieris, expecta saltem dum. i. donec, sciatur quid agamus de Hispanijs, quas. s. Hispanias, ego nūcio. i. indico tibi, fore nostras. i. nrarum partium, aduentu Cæs. s. in eas, quod etiam euenit. Nescio quam spē, istic. s. temerarij, Pomp. sequētes hr̄e possint, Hispanis amissis. Porrò. i. sed, medius fidius non reperio. i. nō possum cogitare, qd. i. quale consilium tuum sit, accedere ad desperatos, s. de salute tuenda. Cæs. audierat hoc, qd tu significasti mihi non dicendo. i. uehementem dolorem tuum pp Pomp. aduersitatem, aut debilitatem, quam nō es ausus mihi scribere, sed solūmodo signis ostēdere, ac simul atq; dixit mihi, hæc exposuit statim, quid audisset te, negaui me scire, sed non petij ab eo, ut mitteret literas ad te, q. bus. s. literis, posses commoueri maxime ad remanendum. s. in puincia, donec res cum Pomp. transigatur. Cæsa. ducit me in Hispaniam secum, nam nisi faceret ita, ego pcurrissem ad te, prius q̃ accederem ad urbem, ubicunq. esses, & ego pñs. i. coram, contēdissem. i. diligenter impetrare studuissem hoc à te, atq; retinuissem te omni vi. O Cic. cogita etiam. atq. ēt. i. sæpe, & diligenter, ne euertas funditus te, & tuos omnes, tu sciens & prudens. i. prouidens periculum. Demittas te eo. i. ad id periculum, unde uides nullum exitum esse. Quod si aut uoces optimatum te ad Pompe. inuitantium, & commouent te, aut potes ferre. i. tolerare, insolentiā. i. superbiā, & iactationē. i. quorundam hominum Cęs. adulantiū, censeo sup. ut eligas aliquod oppidū uacuum. i. immne à bello, dum. i. donec, & quandiu hæc. s. negocia bellica decernantur, s. utri cedant, quæ cum. i. postq̃, aut quando confecta. i. expleta, & i. pariter, ego iudicabo te fecisse sapienter, & non offendes. i. nō lędes Cæsarem, qui permittet te, neutrius partes sequi.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Conqueritur multū de Cic Cœlius, & pœnitentia se duci scribit qd Pompeiū non secutus sit, postremo quid contra Cæs. moliatur, exponit.

M. COELIVS M. CICERONI S. D. 17

ERGO me potius in Hispania fuisse tum, quam Formijs, cum tu profectus es ad Pōpeium? q utinam aut non in ista parte App. Claudius aut non in hac, C. Curio; cuius amicitia me paulatim in hanc† perditam causam imposuit. nam mihi sentio bonam mentem iracundia, & amore ablatam. tū tu porrò. cū ad te, proficiscens noctu Ariminū, uenissem: dum mihi pacis mādata das ad Cæsarem, et mirificū ciuē agis, amici officium neglexisti neq, mihi consuluisti neq, hæc dico, q diffidam huic causæ. sed, crede mihi, perire satius est, quam hos uidere. quòd si timor uestræ crudelitatis non esset; eiecti iam pridem hinc essemus. nam hic nunc præter fœneratores paucos, nec homo, nec ordo, quisquam est, nisi Pompeianus equidem iam effeci, ut maxime plebs, &, qui antea noster fuit, populus uester esset. cur hoc inquis? imò reliqua expecta. uos inuitos uincere † coegero. irritaui me Catonem. uos dormitis, nec hæc adhuc mihi uidemini intelligere, quà nos pateamus, & quà simus imbecilli. atq, hoc nullius præmij spe faciam, sed quòd apud me plurimū solet ualere doloris, atq, indignitatis causa. quid istic facitis? prœlium expectatis, quod firmissimum est? uestras copias non noui: nostri ualde depugnare, & facile algere, & esurire consuerunt. Vale.

† alias, portam uel partem

† alias coegere atrunca nū me crabrones

HVB. ERGO me] Cœl. cū scripsisset in superiore epis. se duci à Cęs. in Hispaniā, non ierat, sed remāserat Formijs, mandato Cęs. Cic. autem qui se iā ad Pōp. contulerat, scripserat, q melius fecisset Cęl. ire in Hips. q̃ remanere Formijs. ad quod cum quadam indignatione Cęl. rñdet. Deinde cōqueritur de Cic. q cum ante fuisset, in proposito pacis, nō petiuerit ab eo cōsilium, quid esset agendū. Deinde significat se pęnitere, q secutus fuerit Cæs. & dedisse operā, ut multi, qui erāt Cæsariani efficerētur Pōpeiani. postremo se optare, ut Pōpeiani sint uictores, nō spe alicuius pmij, sed pp indignitatem causæ, & incitat Pompeianos aduersus Cæsarianos. [Ergo) nō est hoc loco illatiua cōiunctio, sed inceptiua maxime conueniens indignationi. Iuue. Impune ergo mihi recitauerat ille togatas. [Fuisset potius). i. melius [Formiis) quod est oppidum Campaniæ. [Profectus es) discessisti. [Prohibuisset). s. te proficisci ad Pomp. uel melius. s. me esse Formijs [Cuius) Curionis. [Imposuit) deduxit. Curio. n. ut sup. diximus ī epi. ad Cur. & Cæs. in partes suas tractus fuerat, cum antea ei esset inimicissimus, hic Curio postea traxit ēt in partes Cæs. Cęlium [Paulatim] multis suasionibus. [Bonam mentem) Bonā dispositionē animi, & iam damnat causam Cæs [Tumore ir.] Ira. n. facit homīnē tumidū [Tu porrò] accusat nunc Cęlius Cic. q ab eo consilium nō petiuerit, cum ipse ad eum uenisset Ariminū, & Cice. dixisset ei, vt consuleret Cęs q potius sequeretur pacē, q̃ bellum. [Officium amici) quia noluisti cōicare res tuas mecū. [Neq; mihi consuluisti]. i. nō petiuisti à me cōsilium, & est declaratio neglecti officij. [Huic causæ] Cæs [Satius) melius. [Hos] Cęs. pœnitebat. n. se secutū Cæs. quod declarauit, cū dixit mihi sentio bonā mentē iracundiæ tumore ablatam, sed timore crudelitatis Pōp. non audebat discedere, & hoc est, qd dicit, Quod si timor &c. [Vestræ] Pōpeianorū. [Hic] A Cæs. [Eiecti essemus) discessissemus. [Hic) In parte Cęs. [Nec ordo quisquam]. i. nullus magistratus, nam supra dixit, in hac discordia uideo ad Cn. Pomp. Senatum quiq res iudicant secū obiturus, ad Cæs. autem oēs, qui cum timore, aut mala spe uiuant accessuros. [Nisi est Pomp.] i. nisi fauet Pomp [Noster) Cæsarianus. [Esset vester) Fieret Pōpeianus. [Cur hoc, inqs) Obiectio, q̃ posset fieri sic, quare hoc fecisti, ut qui erant Cæsariani fierent p te Pompeiani. [Reliqui) qui adhuc sunt cū Cæs. [Vel reliqui.] q̃ sunt apud Cęs. [Inuitos] ēt cōtra uolūtatē nostrā. [Cor runcanos] Puto mendosum esse textū, alibi scriptum erat irritaui M. Catonem. [Vos) Pompeiani. [Dormitis) Estis negligentes. [Nos] Cęs. [Qua patemus) i. qua simus expositi, ut à uobis, uincamur. [Imbecilli) Debiles.] Atque hoc s.) ut uos sitis uictores. [Nō spe præmij) non expectatione alicuius remunerationis, id. n. mihi turpe putarem. [Doloris) q uideam remp. opprimi. [Indignitatis] Iniustitię. [Quid facitis] vos Pomp. excitat. n. eos ad prœlium. [Quod firmissimum est]. i. quod est certissimum. [Nostri) Cæsariani. [Algere) Pati frigus. [Esurire) tolerare famem.

ASC. *ERGO me &c.*] Scripserat Cœl. se cum Cæs. abducendū in Hispa. quò tñ adductus non erat, sed Formijs māserat, q Cic. improbarat, unde Cęl. nunc dure ad eum scribit incusans cum neglectæ amicitiæ, se tñ Pompeianum effectum dicit, sed ut risisse putari possit. Ordo est: Ergo ne fuisse potius pficisci ī Hisp. quàm esse Formijs? q. d. scilicet Cic. aliter consuluerat, antequam tu pfectus es ad Pomp. tñ nou erras profectus ad eum. Quod utinam, aut App. Claudius prohibuisset in ista parte, aut Caius Curio, cuius amicitia imposuit me paulatim in hanc partē. s. causæ. s. Pōpeianę. Nam sentio mentem bonam ablatam mihi tumore. i. inflatione iracūdiæ. Nam impedit ira animum. Tum. i. insuper, tu porrò eum proficiscens ad te uenissem noctu Ariminū, dum das mihi mandata pacis. i. ut te pacificum nunciarem ad Cæsarem &

agis

agis ciuē mitificū (ironica ē) neglexisti officiū amici, neq; .i qa, non consuluisti .i. cōsilio prospexisti mihi. Neq; dico hoc, ꝙ diffidā huic causæ, s. Cæs. Sed [crede mihi] satius .i. melius est perire, q̃ uidere hos .i. nostros milites & fautores tam insolentes. Quod si timor crudelitatis uestræ .i. quam exercetis in uictos, ut Cic. ipse non semel futurum fuisse testatus est, non esset, nos essemus iāpridem .i. à pluribus diebus eiecti hinc .i. ex urbe, aut per superbiā Cæsarianorum, aut sponte, sed inuidiose eiectos fuisse dicit. Nam nec homo, nec ordo quisquam est nūc hic, præter paucos fœneratores, nisi Pōpeianus, Equidem .i. ego quidem, effici iam maxime, ut partes sup. sint uestræ, & populus, qui fuit antea noster, esset uester. Cur, inquis, imò reliqui expectant sup. scire, cur hoc .s. effecerim. Ego coegero uos inuitos uincere .s. nos, uos inq̃ Coruncanum & M. Catonem in me. ut expergiscatur. Vos dormitis, nec uidemini mihi intelligere adhuc, q̃ .i. quantū, nos paremus .s. iniuriæ, & q̃ .i. quātum, simus imbecilli .i. debiles. Atq; faciam hoc .i. cogam uos inuitos uincere, nullius .i. non alicuius, non spe alicuius præmij, sed ꝙ .i. quia, aut quod .i. quæ res solent ualere plurimum apud me causa doloris, atq; indignitatis .i. indignationis. Quid facitis istic. Expectatis prœlium, quod est firmissimum .i. certissimum futurum. Ego non noui copias uestras, nostri .s. milites, uidelicet Cæsariani, consueuerunt ualde depugnare .i. detrectare pugnam, aut finire pugnā fugiendo, ut īnuit, sed sic tñ, ut nescias utri parti faueat, ꝓpterea ꝙ alea belli incerta erat, & cōsueuerunt algere, & esurire .i. pati frigus, & inediā, quod etiam duplicem habet sensum, aut per inertiam, aut per fortitudinē, quia assueti sint malo, & ita ad militiam aptiores.

M. TVLLII CIC. EPISTOLARVM,

AD VARRONEM, ET ALIOS, *LIBER NONVS.*

GIBERTI LONGOLII LEMMA

Cupit aduentum Varronis: &, quòd ad pristina studia literarum se contulerit, nunciat.

M. CIC. M. TER. VARRONI. S. D. I

EX ijs litteris, quas Atticus à te missas mihi legit, quid ageres, & ubi esses, cognoui; quando autem te uisuri essemus, nihil sanè ex eisdem literis potui suspicari. in spem tamē uenio, appropinquare tuum aduentum. qui mihi utinam solatio sit. etsi tot, tantisq; rebus urgemur, ut nullā alleuationem quisquam non stultissimus sperare debeat. sed tamen aut tu potes me, aut ego te fortasse aliqua re iuuare. Scito .n. me, postea q̃ in urbem uenerim, redijsse cū ueteribus amicis, idest cum libris nostris, in gratiam, etsi non iccirco eorum usum dimiseram, ꝙ ijs succenserem, sed ꝙ eorū me suppudebat. uidebar .n. mihi, cum me in res turbulentissimas, infidelissimis socijs demisissem, præceptis illorū non satis paruisse. ignoscunt mihi, & reuocant in consuetudinem pristinam; teq;, ꝙ in ea permanseris, sapientiorem, q̃ me dicunt fuisse. quamobrem, quando placatis his utor, uideor sperare debere, si te uiderim & ea, quæ premant, & ea quæ impendeant, me facile transiturum. quamobrē, siue in Tusculano, siue in Cumano ad te placebit, siue, quod minime uelim, Romæ; dūmodo simul simus, perficiam profecto, ut id utrique nostrum cōmodissimum esse uideatur. Vale.

HVB. EX ijs literis] M. Varro ujr doctissimus fuit, qui de ling. lat. lib. ad Cic. scripsit, is studiosissimus reipu. secutus fuerat Pomp. partes, sicut, & multi alij boni ciues. cum igr̃ abesset ab urbe, scri. Cic. intellexisse ex eius literis sibi ab Attico redditis, intellexisse ubi esset, sed non qñ uenturus esset. optat aūt eius aduentum fore sibi solatio in tantis malis, & miserijs reip. quæ iam tenebatur oppressa à Cæs. superatis Pompeianis.

deinde dicit queadmodū retulit se ad libros quos aliquātulum intermiserat. ex quibus dicit sperare magnū adiumentum ad ferenda aduersa, ꝑsertim si ipse Varr. ueuerit, & ostendit quò maxime uelit eum uenire. [Atticus) Pōponius, qui pp singularem doctrinam literarum Græcarum, quibus Athenis operam dedit, Atticus cognominatus est, ut testatur Cic. in Procemio Cat. maioris. [Suspicari) Cōijcere, putare. [Appropinquare) Propinquū esse. [Qui) Aduentus tuus. [Quisq̃ non stultissimus) .i. quisq̃, qui aliqd sapiat. [Alleuationē) Recreationē, sed dixit alleuationē, quia dixit [Vrgemur) .i. premimur. [Aut ego) .s. possum. [Id est, cum libris) Declarat, qui sunt ueteres amici, hoc est libri. [Succenserem ijs) Essem eis iratus. [Suppudebat) Aliquantulū pudebat. [Præceptis illorum) qui me monebant, nequid temere facerem. ex libris .n. philosophorum discimus, quid nobis sit agendum. [Socijs) pp socios [Ignoscunt) dant ueniam. iocatur aūt Cic. qui dat libris quasi sensum quendam [In consuetudinē.) Quæ mihi fuerat cum eis [In ea cons.) quia non intermisisti eos, sicut ego. [Qñ) Qm̃ [His) Libris. Placatis) Factis amicis, quia eis do operam, sicut ante consueueram. [Transiturum) Superaturum, euasurum, [Quę premant) quæ nunc fecimus.] Quæ impendeant) quæ īmineant, & futura sint nobis mala. [Cumano, & Tusculano) In his .n. habebat Cic. prædia sua. [Quod minime uelim) qđ non ualde placet. [Simul simus) .i. dummodo cōueniamus [Vt) .i. sicut est .n. hoc loco aduerbium, non autem coniunctio.

Atticus

Suppudere.

ASC. *Ex ijs, &c.*] M. Ter. Varro uir doctissimus, qui de ling. Lat. libros ad Ci. scripserat, cū esset studiosissimus reip. secutus erat partes Pōp. vt plurimi alij, cum igr̃ abesset ab urbe, scripsit Cice. se eius literis ab Attico acceptis intellexisse, ubi esset, sed non qñ uenturus esset. Optat aūt eius sibi aduentum solatio fore in tantis reip. malis. deinde se contulisse ad literarum studia, docetque quò eum uenire uelit. Ordo est: Ego cognoui ex ijs literis, quas missas à te Atticus legit mihi, quid ageres, & ubi esses. Aūt .i. sed, nihil sanè .i. nullo modo potui suspicari ex ijsdem literis, qñ essemus uisuri te, tñ uenio in spē .i. incipio sperare, aduentum tuū appropinquare, qui .s. aduētus tuus, vtinā sit solatio .i. ad solatiū .i. tibi tā prosper, ut mihi solatium afferat. Etsi .i. q̃q̃ urgemur .i. premimur tot, & tantis reb. s. aduersis, ut quisq̃ nō .i. qui non sit stultissimus nullā .i. non ullā, non debeat sperare, possit tñ optare, ullā alleuiationē .i. diminutionē mali, & recreationē animi, sed tñ aut tu potes iuuare me: aut ego fortasse sup. possum iuuare te aliqua re. Scito .n. postq̃ uenerim ī urbē, redijsse cū ueterib. amicis .i. cum libris nostris, in gratiā .i. cum eis consuetudinem innouasse. Etsi .i. q̃q̃, non dimiserā usum eorum, iccirco, qđ succenserem .i. subiratus essem ijs .s. libris nostris, sed quod suppudebat .i. aliquantulū pudebat me eorum .i. ꝙ ex eis pudorem cō traxerim, sicut solemus ab ijs, quos ostendimus, non qui nobis dedecori sint, quod probat dicens: Videbar .n. mihi, cum demisissem me in res turbulentissimas .i. in bellum contra Ces. socijs fidelissimis. aut, qui temere rēp periculo obiecerunt. aut, qui eam defendere nō potuerunt, nō paruisse .i. non obediuisse satis ꝓceptis illorum .s. librorum nostrorum, uetātium nil timere agere. Libri sup. ignoscunt mihi, & reuocant sup. me. in consuetudinē pristinā. hoc est libenter mecum conuersantur, hoc est ego cum illis libenter uersor, & dicunt te fuisse sapientiorē, q̃ me, ꝙ permanseris in ea .s. cōsuetudine cum libris. Quā ob rem qñ .i. qm̃, ego utor ijs .s. libris, placatis .i. pacificatis, ego uideor debere sperare, si uiderim te, me facile transiturum, & ea .s. mala q̃ premant .i. in præsentia nos urgeant, & ea, quæ impendeāt .i. immineāt. Quāobrem siue placebit te adire, sup. me, siue in Cumano sup. agro, ubi ullam habebat Cic. siue in Tusculano, vbi alteram habuit, & Tusculanas quęstiones scripsit, siue ꝙ minime uelim Romæ, dummodo .i. si modo simus simul. perficiam profecto, ut id uideatur commodissimum est utrique nostrum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Reddit rationem, cur epistolam, multis ante diebus scriptam, Varroni etiamnum miserit. Deinde suadet, ut à conspectu inimicorum se transferat, Se autem ualde cupere, ut simul in ocio literario uiuere possint, & ut Varro operam det, ut id fiat, hortatur.

CICERO VARRONI S. D. 2

CAninius idem tuus, & idem noster, cū ad me per uesperi uenisset, & se postridie mane ad te iturum esse dixisset, dixi ei me daturū † aliquid mane, et ut peteret, rogaui. cō scripsi epistolā noctu, nec ille ad me redijt oblitū credidi. attamē eā ipsam epistolā misissē ꝑ meos, nisi audissem ex eodem postri-

† alias qd mane vt

postridie te mane è Tusculano exiturum. at tibi repente paucis post diebus, cum minime expectarē, uenit ad me Caninius mane: proficisci ad te statim dixit. etsi erat † ἕωλος illa epistola, præsertim tantis postea nouis reb. allatis: tamē perire meā lucubrationem nolui, & eam ipsam Caninio dedi. sed cum eo, & homine docto, & amantissimo tui locutus ea sum, quæ pertulisse illum ad te existimo. tibi autem idem consilij do, & q̄d mihi met ipsi: ut uitemus oculos hominū, si linguas minus facile possumus. qui. n. uictoria se efferunt, quasi uictos nos intuentur: qui autem uictos esse nostros moleste ferunt, nos dolent uiuere. quæres fortasse, cur, cū hæc in urbe sint, non absim, quemadmodum tu, tu enim ipse, qui, & me, & alios prudentia uincis, omnia credo uidisti: nihil omnino te fefellit. quis est tā Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat? nusquam incurrat? ac mihi quidem iampridē uenit in mentē, bellum esse aliquo exire, ut ea q̄ agebantur hic, quæq; dicebātur, nec uiderē, nec audirē. sed calumniabar ipse: putabam, q̄ mihi uenisset, cuiq; cōmodū esset, suspicaturū, aut dicturū ēt. si non suspicaretur: Hic aut metuit, et ea re fugit: aut aliquid cogitat, et habet nauem paratam. deniq; leuissime qui suspicaretur, & qui fortasse me nouisset optime, putaret me iccirco discedere, q̄ quosdam homines oculi mei ferre non possent. hæc ego suspicās, adhuc Romæ maneo. & tamen. † λεληθότως consuetudo diuturna callum iam obduxit stomacho meo. Habes rationem mei consilij. tibi igitur hæc. Censeo latendum tantisper ibidem, dū deferuescat hæc gratulatio, & simul dum audiamus, quemadmodum negocium cōfectum sit: confectum. n. esse existimo. magni autē intererit, qui fuerit uictoris animus, qui exitus rerū. quanq̄, quò me cōiectura ducat, habeo; sed expecto tamē. te uero nolo, nisi ipse rumor iam raucus erit factus, ad Baias uenire; erit. n. nobis honestius etiam, cum hinc discesserimus, uideri uenisse in illa loca ploratum potius, quam natatū. sed hæc tu melius: modo stet nobis illud, una uiuere in studijs nostris; à q̄bus antea delectationem modo petebamus. nunc uero etiam salutem; non deesse siquis adhibere uolet non modo ut architectos, uerum etiam ut fabros ad ædificandum rempu. potius libenter accurrere; sin nemo utetur opera, tamen, & scribere, & legere † πολιτείας; &, si minus in curia, atq; in foro, ac in literis, & libris, ut doctissimi ueteres † fecerunt, nauare reipu. & de moribus, ac legib. quærere. Mihi hæc uidentur, tu quid sis acturus, et quid tibi placeat, pergratum erit. si ad me scripseris. Vale.

[Margin: † i. obsoleta; † i. sensum; † i. rerū publicarum lectiones; † alias, grauare reip.]

HVB. CANINIVS] Primum Cic. excusat se de epist. ad Var. missa, quæ iam multis diebus antea fuerat scripta. Deinde ei cōsulit, ut oppressa repu. conferat se in aliquem locum, ubi non uideatur à suis inimicis. quemadmodum dicit se etiam facere decreuisse. Reddit autem rationes, quare adhuc non discesserit Roma. deinde hortatur eum, ut stet in proposito uiuendi simul cum ipso Cice. ostendit. i. quantum sint profutura studia ipsa literarū, si his dederint operam, ut consueuerunt. [Idem tu, & idem noster]. i. & tuus, & noster, ornate, & significanter dictum. Virg. Rex Anius, rex idem, hominum, Phœbique sacerdos. [Vesperi) Aduerbialiter ponitur. i. circa noctem. [Postridie) sequenti die daturum aliquid, quod ad te deferret. [Rogaui) Ipsum. [Vt peteret) A me. [Oblitum) scilicet ad me redire. [Exiturum) Discessurum. [Etsi erat ἕωλος) Vana, inanis. [Præsertim) Ostendit quare esset illa epistola inanis, quia postquam fuerat scripta, multa erant nouata. [Lucubrationem meam] Vigilias meas. i. meam epistolam, quam lucubraueram. i. noctu scripseram. [Pertulisse ad te] Nunciasse tibi. [Quod] Consilium. [Mihimet]. s. do [Vitemus oculos hominum) Fugiamus conspectum hominum, ne ab eis uideantur. [Si minus linguas possumus). s. uitare. si nihil possumus facere, quin de nobis loquantur. [Efferunt se) Superbiunt. [Nostros) Pōpeianos. [Dolent nos uiuere) Vellent, nos esse mortuos. [Quæres) Facit obiectionem, & ei respondet. [Lynceus) Acutis oculis. Lynx enim animal acutissimo uisu esse perhibetur. [Nihil offendat?] Id est nihil cespitet. [Incurrat nusquam?) Idest qui in nullum malum non incidat. [Venit in mentem) Cogitaui. [Bellum esse]. i. bonum, & utile. [Aliquo) In aliquem locum. [Hic) Romæ. [Calumniabar) Accusabar, reprændebar. [Vt cuiq; cōmodum esset) sicut cuiq; uisum fuisset; alium alio modo, & aliū alio. [Hic) Cicero. [Nauem paratam) Qua discedat ex Italia. [Qui suspicaretur leuiss.] Id est qui minus male de me opinaretur. [Oculi mei non possent ferre quosdam) Id est qui non possent quosdam uidere. [Hæc) Quæ de me possunt aut dici, aut putari. [λεληθότως] Id est latenter. [Obduxit) Superposuit. [Callū) Quandam duritiem, ut nihi fastidiam, est trāslatio sumpta à corpore, quod exercitatione crebra callum i. duritiem carnis facit. [Tantisper) Tandiu. [Deferuescat) Refrigeretur, cesset. [Gratulatio] Cæsar. [Confectum) Finitum. [Qui) Qualis [Quo coniectura ducat]. i. quod coniectura assequar futurum esse. [Rumor) Fama, quæ est de iis, qui secuti sunt hoc bellum. [Raucus) Defessus, nam ex assiduo clamore, rauci efficimur, dicit ergo, nisi, cū ipse rumor iam defecerit. [Hinc] Roma. [In illa loca] i. Baias. [Quàm natatum) Quia Baiæ erant in littore loca amœna propter mare, & balneas, quibus abundat, dicit ergo Cic. erit honestius uenisse illuc causa deflēdæ miseriæ reip. quàm causa uoluptatis. [Tu melius) . s. iudicas uel nosti. Modo stet nobis) Dummodo constet, & permaneat nobis hoc firmum. [Modo petebamus,] Id est tantummodo capiebamus delectationem, cum res erant prosperiores, ut supra ad Oppium Balbum. Sed unum est profugium doctrina, ac literæ quibus semper usi fuimus, quæ in secundis rebus delectationem modo habere uidebantur; nūc uero etiam salutem [Non modo, ut arc.] Non modo, ut consiliatios in rep. sed translatione usus est. Architecti n. dñt qui fabricandi artem hñt. Fabri uero qui ipsi manu aliq̄d faciūt in ædificijs, alteri igitur ingenio, alteri opera ualent. [Vtetur) Opera. s. nostra. [πολιτείας] Ciuilitates, nam πόλις ciuitatē significat. [Si minus in curia) in genere deliberatiuo. [Atque in foro) id est forensibus causis, & in genere iudiciali. [At] certe, saltem. [Nauare] Diligenter agere, & tractare remp. [Hæc uidentur mihi). s. facienda.

[Margin: Vesperi; Lynx; calūnīa; Tantisp; Effetue scit; Raucus; Architecti; Fabri]

ASC. CANINIVS tuus &c.] Excusat se de epistola tardius ad Varronem missa, deinde consulit Varroni, ut oppressa rep. conferat se in aliquem locum, ubi nō uideatur à suis inimicis. quod se facturum dicit. Reddit ad hoc rationes, quare adhuc non discesserat Roma, & demum monet, ut persistat in proposito uiuendi secum in literarū studijs, quæ cōmendat. Ordo est: Caninius tuus. s. amicus & idē noster, cum uenisset nuper. i. paulò ante hac ad me, uesperi. i. tpe uespertino, & dixisset se esse iturum ad te postridie. i. die proxime sequente, mane, dixi me daturum aliquid literarum & rogaui, ut peteret. s. eas à me. Conscripsi epistolam noctu, nec ille. s. Caninius redijt ad me. ego credidi oblitum. s. promissi, aut ad me redire. attamen misissem eam ipsam. i. eandem epistolam per meos, nisi audissem ex eodem te exiturum postridie. die proxime subsequente, è Tusculano. s. agro cum uilla. At. i. sed tibi, uacat illud, tibi, cum ad nullum referatur. sed tm̄ ex modo loquendi additum sit, non omnes tñ textus ipsum hñt. Caninius uenit ad me repēte. i. celeriter, paucis diebus post, cum expectarem minime, dixit se proficisci statim ad te, & si illa epistola. s. quam noctu scripseram erat: ἕωλος, eolos. i. antiqua, non recens, & marcida, & ita uana præsertim tantis reb. nouis allatis postea. i. cum essent tantæ res nouæ allatæ postea. Tñ nolui meā lucubrationem, quasi ad lucernam, perire. i. pditum ire, etsi nullo. i. operationem, usui esset, illa epistola, & dedi Caninio eam. Eam tamen his insertam non puto fore, q̄ fuit raptim scripta, de reb. autem scitu dignis. Sed locutus sum, cū eo. s. Caninio, & . i. simul homine docto, & . i. simul amantissimo tui. i. qui te maxime amat, ea, quæ existimo illum pertulisse ad te. i. denunciasse tibi, q. d. se ideo nunc breuiorem esse, q̄ illius uerbis multa Varroni nūciata putet. Afferat tñ consilij sui rōnem coniungens. Tibi &c. Autē. i. sed, ego do mehercule. s. ita conseruaute, ut uerum dico: tibi id cōsilij, q̄d mihi, metipsi, uidelicet, ut uitemus. i. fugiamus, oculos hoīum, si minus. i. nō satis facile possumus. s. uitare linguas hominū. Enim. i. quia sup. ij, qui efferūt. i. extollūt se uictoria. i. pp uictoriā Cęs. intuentur. i. inspiciunt nos quasi, uictos, & ita despiciūt nos. Aūt. i. sed ij, qui moleste ferunt nostros. i. Pompeianos, esse uictos dolent. i. ægre ferūt nos uiuere, aut quia nos in culpa putāt, aut q̄a indignos uita cēsent, q̄ cum alii, nō perimus. Tu forte quæ res, cū hæc. s. mala sint in urbe. s. Roma, cur non absim. s. ab urbe, quēadmodū. tu sup abes. Tu. n. ipse, q̄ uincis, & me, & alios prudentia: uidisti credo omnia. nihil omnino fefellit. i. fugit prudētiam tuā. Quis est tā lynceus. i. tam acute uidēs, tracta metaphora, aut à Lynce animali acutissimi uisus, aut Lynceo uiro, qui in portu Carthaginiensi stans naues à Sicilia proficiscentes cernebat, vñ Horat. in epist. Non poteris oculis quātū cōtēdere Lynceus &c. q̄ nihil offendat. i. peccat aut erret in tantis tenebris, idest, ignoratione

[Margin: ASC.]

ratione rerum futurarum,& qui nusquam incurrat:ſ.damnum, q.d.nullus. Ac quidem.i. certe, in mentē uenit iampridē mihi .i. cogitaui,eſſe bellū.i.aliquantulum bonum,exire.ſ.urbe, aliquē locum,ut nec uiderē ea,quæ agebātur hic,nec audirem quæ dicebātur hic,ipſe.i.egomet,calūniabar.i.per modū cauillātis, licet me ſcirem recte ſentire, arguebam tñ meipſum quia putabā eū qui ueniſſet obuiā mihi ſ.egrediēti urbem,ſuſpicaturū,aut dicturū ēt ſi non ſuſpicaretur, ut cuiq; eſſet cōmodum.i.opportunum uiſum hic.ſ.Cic.ex urbe fugiēs,aut metuit,& fugit ea re. i.ob eā cām,aut cogitat aliquid.i.mali in Cæſ.& habet nauem paratā.ſ. qua ad hoſtes transfugiat. Denique is,qui ſuſpicaret leuiſſime.i. de leuiſſima culpa,& q fortaſſe nouiſsēt me optime, putaret me diſcedere icci rco ꝙ oculi mei non poſſent ferre.i. pati quoſdam hoīes.ſ.inſolentes pp uictoriā. Ego ſuſpicās hæc.ſ.de me ſuſpicāda.maneo adhuc Romæ,& tñ cōſuetudo diuturna obduxit.i. opprimēdo impoſuit,λεληθότος.i.latēter, iā ſtō meo callū.i. partē induratā ex frequētia malorū. Tu habēs rationē cōſilij mei, Igit ſup.ſcribo,aut conſulo tibi hæc,alij dñt cēſeo tibi hoc,cēſeo.i.iudico,latēdū ſup.eſſe tibi tātiſper ibidē.ſ.ubi es, tātiſper.i. tādiu, dum.i.donec,hęc gratulatio.ſ.q̄ fit Cęſ.& Cęſarianis de uictoria, efferueſcit.i.frequēter fit,aut donec feruorē amittit,& refrigerat & dū.i.donec, audiamus,quemadmodū,i.qualiter negociū ſit cōfectum.i.abſolutum, exiſtimo.n.eſſe confectū. Autē.i.ſed, intererit magni.i.multum referet,qui.i. qualis fuerit animus victoris ſ.Cæſ.qui.i.qualis,exitus rerum.ſ. bellicarū, q̄q̄ habeo,quo cōiectura ducat me.i. quod per cōiecturam de exitu iudicē, ſed tñ .i.attamen,expecto.ſ.exitum rerum. Vero,pro ſed nolo te uenire ad Baias.i.locum illum amœniſſimum.unde Satyricus. Ianua Bajarum,& gratū littus amœni. Succeſſus &c.niſi ipſe tumor. ſ. de uictoria,erit iam factus raucus.i.defeſſus,multo clamore, ita ut non amplius diuulgetur. Enim.i.quia,honeſtius erit nobis, cum diſceſſerimus hinc.i.ab urbe,uideri ueniſſe in illa loca.ſ.amœna, potius ploratum.ſ.calamitatem reip. q̄ naturam i.balnearū. Sed tu melius ſup. conſiderabis, aut iudicabis hæc. Iſta ſunt pēſanda nobis,mō.i.in hoc rerū ſtatu, Illud.ſ.firmū ſit propoſitū,& ſtet.i. placeat,ac conſtitutū ſit,nos uiuere unà.i. pariter, in ſtudijs noſtris,à quib.ſ. ſtudijs nos petebamus, aut, ut plures habent, cupiebamus antea.ſ.dū reſp.floreret & nos ī ea delectationē,& mō .i.paulò ante ſolatium.ſ.malorū: Vero pro ſed, à quibus nos arbitramur ēt nunc ſalutem non deeſſe. Si quis uolet adhibere.ſ.literatos,non modo.i.non ſolū,ut architectos.i.magiſtros artificiorū,& principes in ędificādo,uerūetiā, ut fabros.i.operarios, ad rēp.ędificandā, poterimus.&.i.ēt,nos accurere libēter. Sin.i. ſed ſi,nemo uretur,opera.ſ.nr̄a.tñ ſup. poterimus & legere,& ſcribere politias.i.gubernationes ciuitatū,etſi minus.i.nō poterimus id facere in curia.i.coram ſenatu,atque in foro.i.corā iudicibus. at.i.ſaltem,poterimus in literis,& libris,ut ueteres doctiſſimi .ſ. Plato, Ariſ.& alij philoſophi fecerunt,nauare i.dare operā reip. & quærere.ſ.diſquirere & diſputare de moribus ac legibus. Hæc uidētur mihi.ſ.uerisimilia, aut facienda. Pergratum erit,ſi tu perſcripſeris ad me,quid ſis acturus,& quid placeat tibi.

PAVL. MAN. *CANINIVS idem tuus,& idem noſter*] Ita in quibuſdam exemplaribus antiquis,in alijs autem, Caninius idē,& idē noſter. Priorem lectionem non immutauimus,quòd ēt alibi eodem loquendi modo Cice. eſſe uſum animaduertimus,ut de Diuin.lib.2.M. Marcellus idem imperator,idem augur optimus.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Promittit aduentum ſuum Varroni,ſed locum,in quo hæret Varro, reijcit:in fine de fructu literarum diſſerit.

CICERO VARRONI. S. D. 3

ETSI, quid ſcriberem,non habebam: tamen Caninio ad te eunti nō potui nihil dare. quid ego potiſſimum ſcribā? quod uelle te puto,cito me ad te eſſe uenturū. etſi uide quæſo, ſatis ne rectum ſit,nos hoc tanto incendio ciuitatis in iſtis locis eſſe. dabimus ſermonem ijs,qui neſciunt,nobis, quocunque in loco ſimus,eundem cultum,eundem uictum. eſſe quid refert? tamen in ſermonem incidemus ualde id, credo,laborandum eſt.ne,cum omnes in omni genere & ſcelerum & flagitiorum uolutentur, noſtra nobiſcum,aut inter nos ceſſatio uituperetur. ego uero,neglecta barbarorum inſcitia,te perſequar. quāuis.n.hæc ſint miſera,quæ ſunt miſerrima:tamē artes noſtræ, neſcio quo modo nunc uberiores fructus ferre uidetur, quàm olim ferebāt:ſiue quia nulla nunc in re alia acquieſcimus:ſiue quòd grauitas morbi facit,ut medicinæ egeamus,eaq. nūc appareat,cuius uim nō ſentiebamus,cum ualebamus. ſed qd ego hæc ad te,cuius domi naſcūtur? †γλαῦκ εἰς ἀθύνας? nihil .ſ.niſi ut reſcribēs aliquid,me expectares. ſic igitur facies. Vale.

† .i. noctuā Athenis.

HVB. *ETSI*] Pollicetur Cic.ſe celeriter uenturum ad Varr.oſtēdit tñ ſibi nō placere,ut ſint in locis,ubi tūc erat Varr. & adducit huius ſuæ ſnīæ rationem, poſtremo oñdit ſe capere magnū fructum,ex ſtudijs literarū. quid igitur) Interrogatiue.[Potiſſimū) Præcipuè.[Quod puto te uelle).i.deſiderare,ſ.ſcribā [Cito]Hoc eſt,quod putat eum uelle. [Incēdio] Vt diximus ſæpius cōparat miſerias ciuitatis aut tempeſtatibus,aut incendio.[Dabimus ſermonē) Dabimus cām loquendi de nobis. [Cuitum) Obſeruationē uitæ.[Quid refert?) Quid intereſt,quid hoc prodeſt,ꝙ idē ſit nobis cultus.& uictus vbicunq; ſimus.[Tñ incidemus in ſermonem].i.nihilominus loquentur de nobis. [Laborandū) Curādū. [Volutētur) Verſentur, ſed uolutari proprie dicunt in ſordibus, & rebus.turpib⁹ Inde uolutabra dicunt loca,ubi ſues uolutātur. [Nobiſcū) Per nos ſolos.[Aut inter nos) Inter te,& me.[Inſcitia] Ignorātia.[Barbarorum] Inuidorū noſtrorū:qui indocti ſunt,& quaſi barbari.[Quę ſunt miſerrima) Quę nō poſsēt eſſe miſeriora [Artes noſtræ) Liberales.[Neſcio qūo)q.d.occulta quadā rōne. [Vberiores) Maiores,fertiliores [Sine) Ponit rōnes quare fertiliores fructus afferāt artes ſuæ,q̄ ante.[Grauitas morbi) Per q̄ intelligit maximā miſeriā,& calamitatē ciuitatis.[Cuius) medicinæ.[Vim) uirtutē,ptātem,qa nō facile apparet in ſano,qd poſſit medicina.[Hæc) Pręcepta philoſophica.[Cuius domi naſcunt;) apud quē abūdant,& q alijs dare cōſueuiſti[γλαῦκας) Noctuas. [εἰς) In.[Ἀθῆνας) Athenas ꝓuerbiū erat,qm̄ Attica regio abundat noctuis,ideo ꝓuerbialiter dixit porto noctuas Athen.q.d aq̄ mari addo, cū tibi hęc dico,q melius me noſti. [Scilicet] Certe. [Nihil ſ.) Fuit ſcribēdū ad te.[Sic) Vt ſcribēs aliqd me expectes.

ASC. *ETSI*] Pollicetur ſe celeriter uenturū ad Var. ſignificat tñ locum,ubi tunc erat Var ſibi diſplicere, & demum dicit ſe magnū fructum ex literis capere. Ordo eſt: Etſi.i.quanquam, nō habebā quid ſcriberem,tñ non potui nihil.ſ.literarum dare amico eunti ad te, quid ergo ſcribam potiſſimum? ſcribam ſup.id,quod puto te uelle,uidelicet me uenturum eſſe cito. Etſi.i.tametſi,quęſo uide.i.conſidera, ne.i.an ſit rectū.i.non erroneū non eſſe in iſtis locis.ſ.tam notis aut delitioſis,tanto incendio .i. ardore irarum, & perſecutionum ciuitatis.ſ.Romanæ. Nos dabimus ſermonem .i.occaſionem de nobis loquendi, ijs q neſciunt eundē cultum, & eūdem uictum eſſe nobis in quocunq; loco ſumus,hoc eſt philoſophię uacare,& putabunt nos contra ſe conſilia agere. [Quid refert?) ſup.inquis, qd de te loquant hoīes dummodo tu bonus ſis? tñ.i.nihilominus, incidemus in ſermonem,quem bonum eſſet deuitare,qa cura hñda eſt de bono noīe, & ideo,liceat ēt nr̄a afferre. Diuus pr̄ Aug.dicit bonam uitam nr̄am nobis eſſe neceſſariam, bonam famam nr̄am ꝓximo. Eſt tñ ēt aliena expoſitio ſic: Quid refert.ſ.an vna ſimus necne? Tñ.i.nihilominus.incidemus in ſermonem.ſ.hoīum de nobis. Ego credo inquit Cic. id laborandū.i.annitendū eſt nobis valde, Ne cum oēs.ſ.alij,uolutētur.i.frequēter inuoluantur, in omni gñe,& ſcelerū, & flagitiorum.ceſſatio nr̄a uituperetur nobis,aut inter nos. Vero pro ſed, ego perſequar. i. donec te conuenero ſequar te inſcitia Barbarorum.i.ineptorum hominum neglecta.i.contempta. Enim.i.quia quamuis hæc quę ſunt miſerrima, quia remp.peſſum dederunt, ſunt miſera.ſ.nobis,tum artes noſtræ.ſ.liberales,& philoſophicę vñr nunc neſcio quomodo ferre fructus .i. utilitates uberiores, quam ferebant olim,ſiue qa nunc in nulla alia re quieſcimus, ſiue ꝙ grauitas morbi facit,ut egeamus medicinæ,& ea.ſ. medicina appareat nunc cuius vim. i. potentiam,non ſentiebamus, cū valebamus.i.ſani eramus. Sed quid .i.ad quid,ego ſup.ſcribo hęc ad te cuius domi.i.in cuius domo naſcuntur γλαῦκα εἰς Ἀθῆνεις .i.an ut ferā γλαῦκα i.noctuā,εἰς .i.in Athenas, ubi plurimę ſūt noctuę,q.d.fruſtra laborē,ſicut q noctuā inferat Athenas,aut aq̄ in mare. Nihil.i.ad nullū commodū id facio, niſi ut tu reſcribēs aliqd expectares me. Facies igit ſic.i. me expectās aliqd reſcr.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Iocatur cum Varrone,de Stoicorum,& dialecticorum poſſibilitate, neceſſitateque.

CICERO VARRONI S. D. 4

ΠΕΡΙ' *δυνατῶν me ſcito † κατὰ Διόδωρον κρίνειν, quapropter, ſi uenturus es,ſcito, neceſſe eſſe te uenire. ſin autem non es,*

† .i. de ijs q fieri poſsūt.

†.i.secũdũ Diodorũ iudicare †.i.ijs q̃ fieri nõ posſũt. †.i.iudicium. †.i.chrysippea. † alias, Chrysippias hæ quàm †.i. secũdũ Chrysippium quod fieri posſit † alias, Coctio.

non es,† τῶν ἀδυνάτων est te uenire. nunc uide, ultra te† κρίσις magis delectet. †χρυσιππεία† ne, an hæ, quã noster Diodorus non concoquebat. sed de his etiam reb. ociosi cum erimus, loquemur. hoc ᵉt est κατὰ χρύσιππον δυνατὸν De† Costio mihi gratum est: nam id & Attico mandaram. Tu si minus ad nos, nos accurremus ad te. si hortum in bibliotheca habes, nihil deerit. Vale.

HVB. ΠΕΡΙ δυνατῶν] Iocatur Cic. cum Var. de eius aduentu, introducitque duas sententias de possibilitate & necessitate. [περὶ] De. [δυνατῶν] Possibilibus. [κατὰ] Secundũ. [διόδωρον] Diodorũ philosophum. [κρίνειν] iudicare. dicebat. n. Diodorus, ꝙ quidquid erat uẽturũ: necesse erat. i. nõ poterat aliter esse. Chrysippus uero dicebat nõ esse necesse, quod esset uẽturũ, licet esset possibile.] Sin aũt). s. nõ esset uẽturus. [Nõ es, τῶν ἀδυνάτων). i. nõ est possibiliũ. s. te uenire. [χρυσιππείας] Suãs Chrysippi. Nõ cõcoquebat). i. admittebat, tractũ à stomacho, q̃a nõ cõcoq̃t, hoc est nõ digerit ea, q̃ aspernat̃ [κατὰ χρύσιππον δυνατὸν.) s̃m Chrysippũ impossibile. [De Costio) Quod egisti. [Si minus) Si nõ. [Ad nos Subaudi accurre. [Hortum,) Delectationẽ, amœnitatem.

ASC. ΠΕΡΙ &c.] Iocose ad Var. scribit de eius aduentu, inducens sententias de futuris contingentibus, ut cum ordine aperiã. Ordo autem est: Scito me κρίνειν crinin. i. iudicare, περὶ peri. i. de, δυνατῶν. i. possibilibus aut cõtingentibus, κατὰ cata. i. sc̃dm Διόδωρον Diodorũ, qui dicit quidquid uenturum est, necesse est euenire. Qua pp si es uen. scito necesse te uenire. Sin autẽ. i. sed si, nõ s. es uẽturus, est, τῶν ἀδυνάτων. i. cõtingentiũ te uenire. Nunc uide. i. cõsidera utra, κρίσις. i. iudicatio, & sñia delectet magis, te an hæc. s. posterior, qua ᵉt si non sit uenturus contingentiũ, esset te uenire, χρυσιππεία. i. à Crysippo edita. Est ãt Crysippias forma patronymici fœminini pro noïe possessiuo positi. quasi sit Chrysippea. aut Chrysippica, an. s. prior, quam Diodorus noster. s. præceptor in philosophia, non concoquebat. i. nõ satis digerebat, & ad uerũ enucleabat. Sed nos loquemur ᵉt de his rebus, cum erimus ociosi. Hoc. i. nos locuturos esse de his reb. est ᵉt κατὰ χρύσιππον. i. secundum Chrysippũ, δυνατὸν. i. cõtingens, ut dñt ad utrũlibet, sup. q̃d scripsisti te fecisse. De Costio, ut opinor unguẽto ex Costio, est mihi gratũ. nã ego mãdarã ᵉt id Attico. s. vt emat aut transigat, si de negocio cum Costio transigendo loquitur. Si tu minus. i. non sup. accurres ad nos, accurremus ad te. Si habes hortũ. i. locum amœnum, aut deambulatorium in Bibliotheca. i. loco bibliothecæ uicino, nihil deerit. s. ad uoluptatem.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Probat diem, quo cõuenturi essent, & excusat se cum Varrone, quod Pompeio adhæserint, demũo uero, eo ocio se dederint.

CICERO VARRONI S. D. 5

MIHI *uero ad nonas bene maturum uidetur fore, neque solum propter rempub. sed etiam propter anni tẽpus. quare diem istum probo. itaque eundem ipse sequar. consilij nostri, ne si eos quidem, qui id secuti non sunt, non pœniteret nobis pœnitẽdum putarẽ. secuti. n. sumus non spem, sed officium: reliquimus autem non officium, sed desperationẽ ita uerecundiores fuimus, quàm qui se domo non commouerũt, saniores, quam qui, amissis opibus, domum non reuerterunt. sed nihil minus fero, quam seueritatem ociosorũ, & quoquo modo res se habet, magis illos uereor, qui in bello occiderunt, quàm hos curo, quibus non satis facimus, quia uiuimus. Mihi si spatium fuerit in Tusculanum ante nonas ueniendi, istic te uidebo: sin minus, persequar in Cumanum, & ante te certiorem faciam, ut lauatio parata sit. Vale.*

HVB. MIHI uero] Constituerat Var. cum Cic. se uenturũ ad nonas mensis, quem non nominat. Itaque Cic. probat eũ diem, deinde excusat Cice. factum utriusque, quod secuti essent Põp. partes, & mortuo Pompe. deposuissent arma. [Vero) Expletiua particula, quæ ad ornatum tãtum ponitur. [Bene maturum) Bene in tempore tempestiuum, nã, ut alio loco ex auctoritate A.G. diximus, maturum dicitur, quod nec tardius, nec citius fit quàm debet. [Tempus anni) intelligimus enim fuisse satis commodũ ad ueniendũ. [Probo,) Affirmo, laudo. [Eundẽ diem nonarum.] [Nisi non p.] Id est nisi nõ repræhenderetur ab hijs, qui non sunt secuti illud: quia etiã qui non facerent, quod nos dicunt, tamen nos nõ male fecisse. [Non spẽ) Victoriæ aut prædæ [Sed officiũ] Quo cogebamur defendere patriã, si boni ciues esse uolebamus [Reliquimus) Cũ discessimus ab armis. [Desperationẽ) Defendẽdæ patriæ: unde illud Virg. Sat. patriæ Priamoq; datum. ut honestior uideat̃ discessus amissa spe subueniẽdi patriæ. [Verecũdiores, q̃a puduit nos sequi officiũ patriæ. [Saniores) Sapientiores. [Nõ reuerterũt domus) Sed contulerunt se ad Cat. & Iubã, & bellum renouare conati sũt. [Nihil minus fero,) id est, nihil est mihi molestius. [Seueritatẽ) Derisiue dixit.] Ociosorum. [Horũ,) q̃ nihil habent, quod curent, qui de nobis loquuntur, cauendum ne legatur occisorum. [Occiderũt) Perierunt. [Quibus non satis facimus, quia uiuimus) i. qui non possunt bene sentire de nobis, quia uiuimus amissa rep. [Istic) In Tusculano. [Lauatio) Balneũ, est autem formatum ab antiquo participio lauatus lauati.

Vero · Maturũ · Laua

ASC. MIHI uero, &c.] Constituerat Var. Cic. conuenire ad nonas cuiusdam mensis, quẽ non nominat, unde r̃ndet se diem illũ ꝓbare. Deinde Purgat factum utriusque, ꝙ secuti essent Pompeianas partes, & ꝙ eo occiso, arma deseruissent, in quibus nõ erat salus. Ordo est: Vero. i. pro certo quidquid tibi vr̃, vr̃ mihi bene. i. multum maturum. i. tempestiuũ, neq; citius, neq; serius sup. te uenire ad nonas. s. mensis per Varronem significaui. neq; solum, sup. vr̃, id pp tempus. i. opportunitatẽ reip. sed ᵉt pp tempus anni quare. i. quamobrem, ego probo. i. approbo istum diem. itaque. i. & ita, ego sequar eundem. s. diem Nonarum. Ego putarã pœnitendum esse. i. pœnitentiam h̃ndam esse nobis consilij nostri, nisi non pœniteret eos, qui non sunt secuti id, quia ᵉt illi, qui seq no luerunt, uel ausi non sunt, dñt seq̃edum fuisse. Nos. n. secuti sumus nõ spem quia maior spes erat de uictoria Cæsaris, sed offim̃ s. debitum reip. Autem. i. sed, nos reliquimus non officium, quia nemo ultra quàm põt tenet̃. sed desperationem, qua alij ultima audebant. Itaque, nos fuimus uerecundiores. s. erga remp. quam qui nõ commouerũt se domo. i. ab urbe, & fuimus saniores. i. prudentiores, quàm qui non reuertetur domum opibus. i. facultatibus belli amissis. Sed nihil fero minus. s. patienter quàm seueritatem ociosorum. i. qui nihil egerunt, & tamen alios taxant, & quoquo. i. quocunque modo res habet se, ego magis, uereor tanquã iustiores, censores illos qui occiderũt, in bello, quàm curo hos, quibus non satisfacimus, quia uiuimus. Si spacium fuerit mihi ueniẽdi in Tusculanũ ante Nonas, uidebo te istic, si minus. i. nõ persequar te in Cumanum, & faciam certiorem antea, ut lauatio sit parata. Et ita de Costio unguento locutus uidetur.

PAVL. MAN. CONSILII *nostri, ne si eos quidem, qui id secuti non sunt non pœniteret nobis pp.*) Vetusti libri sic h̃nt oes, tantum in eo differunt, ꝙ ubi nos, ne si scripsimus, h̃nt, nisi: quam uocem nõ temere immutauimus. qui. n. aliter fuisset absurdissimus, is nũc ut mihi quidem uidetur, aptissimus est sensus: quem pluribus uerbis ostendemus: ut, si quis eum probabit, (probabit aũt, nisi fallor, q̃cunq; recte iudicat) acceptam referat huius loci emẽdationẽ diligentiæ, & iudicio Hieronymi Ferrarij præstãtissimi iuuenis, q̃ restituẽdæ antiquitatis studio quodã adductus incredibili, quotidie ferè præclarum aliquid in literis à se aut animaduersum, aut excogitatum, ultro ad me defert, ut id aliquando nostris typis in cõem studiosorum utilitatem diuulgetur, sed ad rem: Consilij, inquit, nostri, quòd, & Pompeium in bellum secuti simus, & eo in Pharsalia funerato, uictori nos crediderimus, ne tum quidem nobis pœnitẽdum putarem, si eos, qui minus id secuti sunt, nõ pœniteret. significat. n. qui secus fecerint, eos iam pœnituisse, quos si non pœniteret, ego tñ, inquit, nobis pœnitendum non putarẽ.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Nunciat Varroni Cæsaris aduentum, laudatque ampliter eum, quod ocio literarum, relictis turbis bellorum, se tradiderit.

CICERO VARRONI S. D. 6

CANINIVS *noster me tuis uerbis admonuit, ut scriberem ad te, si quid esset, quod putarem te scire oportere. Est igitur aduentus in expectatione. neque tu id ignoras. sed tamen cũ ille scripsisset, ut opinor, se in Alsiense uenturum, scripserunt ad eũ sui. ne id faceret. multos ei molestos fore, ipsumq; multis. † Ostiæ uideri cõmodius eũ exire posse. id ego non intellegebã, quid interesset, sed tamẽ Hirtius mihi dixit, et se ad eũ, et Balbũ, et Oppium scripsisse, ut ita faceret, hoẽs, ut cognoui amãtes tui. hoc ego icirco nosse te uolui, ut scires, hospicium tibi ubi parares † uel potius utrobique: quid enim ille facturus, in certum est: & simul ostentaui tibi, me istis esse*

† alias, Ostiam vide † alias potius utrobique

esse familiarem, & consilijs eorum interesse. quod ego cur nolim, mihi uideo: N O N enim est idem ferre, si quid ferendũ est, & probare, si quid probandum non est. etsi, quid non probem quidẽ nescio præter initia rerum. nam hæc in uoluntate fuerunt. uidi enim (nã tu aberas) nostros amicos cupere bellum. hunc autem non tam cupere, quàm non timere. ergo hæc consilij fuerunt, reliqua necessaria. uincere autem aut hos, aut illos, necesse est. scio te semper mecum in luctu fuisse, cum uideremus, quam illud ingens malum alterutrius exercitus ex ducũ interitu: tum uero, extremum malorũ omnium esse ciuilis belli uictoriam: quam quidem ego etiã illorum timebã: ad quos ueneramus: crudeliter enim ociosis minabantur: eratque ijs, & tua inuisa uoluntas, & mea oratio. nunc. uero si essẽt nostri potiti, ualde intẽperantes fuissent. erãt. n. nobis perirati, quasi quidquam de nostra salute decreuissemus, q̃d non idem illis censuissemus: aut quasi utilius reip. fuerit: eos etiam ad bestiarum auxilium confugere, quam uel mori, uel cum spe si non optima, aliqua tamen uiuere. at in perturbata Rep. uiuimus. quis negat? sed hæc uiderint ij, qui nulla sibi subsidia ad omnes uitæ status parauerũt. huc enim ut uenirẽ. superior longius, q̃ uolui fluxit oratio. cum enim te semper magnum hominẽ duxi; tum, ꝙ his tempestatibus es prope solus in portu, fructusq́, doctrinæ percipis eos, qui maximi sunt, ut ea consideres. eaq́, tractes, quorũ, & usus & delectatio est oĩbus istorum, & actis & uoluptatibus anteponẽda: equidẽ hos tuos Tusculanenses dies † instar esse uitæ puto. libenterque omnibus omnes opes concesserim, ut mihi licet, ui nulla interpellante, isto mõ uiuere. quod nos quoque imitamur; ut possumus, & in nostris studijs libentissime cõquiescimus. Q V I S enim hoc nõ dederit nobis, ut cum opera nostra patria siue nõ possit uti, siue nolit, ad eam uitã reuertamur, multa multi docti hoĩes fortasse non recte, sed tamen multi, etiam reip. præponendã putauerunt. quæ igitur studia magnorũ hominum sententia uacationẽ habent etiam publici muneris, ijs, concedente rep. cur nõ abutamur? sed plus facio, quàm Caninius mandauit. is enim si quid ego scirem rogarat, quod tu nescires: ego tibi ea narro, quæ tu melius scis, quam ipse, qui narro. faciam ergo illud, quod rogatus sum, ut eorum, quæ tẽporis huius sint, quæ tua interesse audiero, ne quid ignores. Vale.

† alias, instar uictoria,

HVB. CANINIVS] Diuertat Var. in Tusc. ubi cũ ageret, miserat ad Cic. per Caniniũ amicũ communẽ, ut aliquid ad se scriberet, quod putaret Cic. eum scire oportere. [Quamobrem] scribit Cic. aduentum Cęs. ex Gallia expectari, sed dicit non placere q busdam eius amicis, in Alsiensem agrum, sicut ille constituerat, ueniret. Deinde dicit quare utatur familiariter Cæsarianis. Postea uero dicit, ꝙ quãuis uiuat in pturbata rep. tñ æquius fert, q̃a parauit se ad oẽm statum uitæ, laudatq. consiliũ Var. q in Tusc. daret operam literis, nõ aũt uoluptatibus, sicut quidam ociosi, cuius uitę dicit se esse cupidissimum [Admonuit] In memoriam adduxit. [Alsiensẽ] Absolute dixit pro in Alsiensem agrum, uel in Alsiense solum, sicut supra: Tãtum ex Arpinari ueneram. s. agro, est autem Alsia nomen loci in Italia. [Ne faceret id). i. ueniret in Alsiense [In expectatione esse aduẽtum) s. scripserunt. i. q̃d eius aduentus expectatur Romæ. [Quid interesset) Vtrum ueniret in Alsiense, an Romam. [Amantes tui) i. qui te diligunt. [Hoc) s. scriptum esse ad Cæs. ne in Alsiẽse ueniat. [Vel potius utrobiq;) Correctio. q̃a dixerat tibi, ideo subdit, uel potius utriq;. s. tibi, & nihil. [Ille] Cæs. [Ostentaui] Iactaui, dixi. [Istis) Cæsarianis. [Qd) Quam rem. s. esse familiarem istis. [NON est Ratio quare liceat ei esse familiarẽ Cęsarianis, quia illud est ferre, q̃d est ferendũ, & probare, quod non est probandũ, quia alterũ uiri sapiẽtis, & fortis, alterum non boni ciuis. Dicit ergo Cic. non est idẽ, &c. quia licet ferat, quod est ferẽdũ, nõ tñ probat, quod nõ est probandũ. [Quid nõ probẽ) Quia dixerat, quod licet ferat quod ferẽdũ est, tñ non probat, si quod non est ꝓbandum, ne uideatur aliquid fieri quod nõ sit probandum. dicit quid non probẽ. id est, quid est, quod non debeam probare. [Quid. n. scio,] s. de rebus Cæsarianis. [Hæc initia) Potuimus. n. non ingredi bellum. Nã ut aberas) Romam, & est parenthesis. [Nostros) Pompeianos. [Hunc) Cæsarem. [Hæc Initia. [Consilij) Deliberationis, quia potuimus desiderare facienda, an non facienda essent. [Reliqua) Quæ postea sunt consecuta. [Necessaria) Quia postquam ingressi sumus, necesse fuit sequi. [Aut hos, aut illos) Aut Põpeianos, aut Cæsar. [Interitũ) Amissionem. [Alterutrius) Cæs. & Põp. [Illorũ) s. uictoriam [Ociosis) Qui non immiscuerant se bello. [Nostri] Pompeiani. [Essent potiti), i. obtinuissent uictoriam. [Intẽperantes) Incontinentes in ipsa uictoria, & crudeles [Quod idẽ] s. q̃d esset decretum de nr̃a salute. [Nõ censuissemus illis) Nõ fuisset etiam decretum ꝓ eis. [Eos] Qui Pomp. secuti fuerũt. [Bestiarũ) Elephantorũ pp Iubam regem Aphricę, qui elephantis in bello utebat, ad quem mortuo Põpeio Põpeiani se contulerunt. [Vel uiuere). i. uel quasi utilius fuerit uiuere cũ spe, &c. [Cũ spe) quia saltem aliqua erat nobis proposita spes. [At) Obiectio, q̃d ducam uitã in rep. perturbata, & oppressa. [Sed hoc uiderint). s. ꝗ rep. perturbata uiuant. [Qui parauerunt nulla subsidia). i. qui non ita se instituerunt, ut tam aduersa, q̃ prospera ferre possent. q̃d faciunt tantũmodo sapientes. Nam conscientia rectorũ cõsiliorũ, & factorũ. & studiũ ac doctrina bonarũ artiũ dñt subsidia. i. præparationes, & munitiones quædã cõtra res aduersas. Hor. in carm. Speret infestis metuat secundis. alteram sortem bene ꝑparatum pectus. significat ergo Cic. ꝙ si uiuit pturbata rep. habet tñ quõ ferat hãc reip. perturbationem, sicut sæpe antea scripsit. [Fluxit) Descendit [Vt uenirem huc] Vt tãgerem hanc sententiam. [Magnum) Excellentem, & dignũ laude. [In portu) In trãquillitate, in tuto, tractũ à nauigãtibus, qui portũ hñt salutis locum. [Qui maximi) Sunt, quia, ut supra uidimus, in prosperis rebus afferunt tantũmodo delectationẽ in aduersis aũt ẽt salutem Excogitas intentus. [Vsus) Vtilitas. [Istorum) Qui malũt sequi bellum. [Dies tuos) Quos agis in Tuscul. [Instar uitę). i. posse ꝓprie uitam dici. [Concesserim) Pro concedam, ut omnes alij sint diuites, dũmodo possim ita uiuere, sicut in studijs literarum. [Interpellante,) Impediẽte, prohibẽte. [Imitamur.] Sequimur. [Nõ dederit) Non concesserit. [Ad eam uitam) Contẽplatiuã, & quietam, quæ uertitur in studijs literarũ [Multi docti] ut Plato, & alij Academici [Fortasse nõ recte) ut ipse in 1. off. disputat his uerbis [Itaque uidendum est) Te non satis, si id, quod apud Platonẽ est in philosophos dictum, quod in ueri uestigatione uersentur, q̃d que ea, quæ plerique uehemẽter expectant, de quibus inter se digladiari solent, contemnant, & pro nihilo ducant, propterea iustos esse. nam cum alterum iustitiæ genus assequuntur in inferenda ne cui noceant iniuria, in alterum incidunt. dicendi enim studio impediti, quos tueri debent deserunt, itaque eos ne ad remp. quidem accessuros putat nisi coactos, æquius autem erat id uolũtate fieri, &c. Vacationem) Cessationem, intermissionem. [Eadẽ) Puto melius legendum esse tandem, ut sit sensus, cur non abutamur, rep. concedente ijs studijs, quæ studia tandem hñt uacationẽ publici muneris sñia magnorũ hominum, ostendit. n. Cice. in off. ut diximus, fuisse sñiam Platonis, ut liceret diserere rẽp. & tradere se studijs literarum, & philosophiæ. [Muneris publici). i. administrationis reip. [Abutamur). i. utamur præter consuetudinem nostram. [Rogarat). s. ut scriberem. [Tua). i. ad te pertinere. Vocatio

CANINIVS] Admonitus per Caninium Cic. a Varrone qui in Tusculano erat: desiderare, si quid noui acceperit, uelle certiorẽ fieri, scribit aduẽtũ Cæsaris ex belli reliquijs expectari, docetq́; ut Cęsarianis utatur, & ꝙ in re turbata consolationem capiat, ex eo, ꝙ se ad oẽm statum præparauerat, laudatq́; Varronẽ ꝙ ocio se dederit. Ordo est: Caninius noster admonuit me uerbis. i. mandatis tuis, ut scriberem ad te, si quid esset, quod putarẽ oportere te scire. Igitur, hoc est, ut aliquid eiusmodi scribam, aduẽtus Cęs. est in expectatione. s. multorum, neq; tu ignoras id. Sed tamẽ cũ ille. s. Cæs. scripsisset, ut opinor, se uenturum in Alsiense. s. solum, aut in Alsiensem agrũ Italiæ, sui. s. amici, & necessarij, scripserũt ad eũ, ne. i. ut nõ faceret id, hoc est ne diuerteret se ad Alsiensem agrum. scripserũt. n. aut dixerunt, aduẽtũ eius esse in expectatione, & multos fore molestos ei, & ipsum fore molestũ sup. multis. & scripserunt eum posse exire commodius in Põtinũ s. agrum. unde nõ placet, quod Hubert. dicit ex Gallia expectari Cæs. Ego non intelligebã quid interesset. s. in Alsiensem agrũ, an in Pontinum exiret. s. è naui, Sed tamẽ Hircius dixit mihi, & dixit se scripsisse ad eũ, hoc est ad Cæs. & Balbũ, & Oppiũ, q̃ cũ Cęsare erãt, ut faceret, ita, Balbum, inq̃, & Oppiũ hoĩes, ut cognoui. amãtes tui. i. q te amant. Ego uolui te nosse hoc iccirco, ut scires ubi parares tibi hospitium. s. procul à Cæs. itinere, uel potius, sup. ut parares hospitium utriq; . s. nr̃m. Incertum. n. est, quid ille sit facturus, & simul ostẽtaui me esse familiarẽ istis. s. Cæsarianis, & interesse consilijs eorum. Q̃d. s. esse illis familiarẽ nihil uideo cur nolim. Non. n. idem est ferre. i. tolerare, & pati, si quid est ferẽdũ. i. neces- ASC.

necesse,ut ferat,& probare.i.approbare si q.d.i.aliquid, nō est ꝓ
bandū.Etsi.i.tametsi,quid non probē.i.quid est,quod dicere pos
sim me non probare,q.d.nescio.Enim.i.qa.quid scio iā ꝑter ini
tia rerum,q.d.nihil,& de initijs nihil est.qđ recte dānare possit
in Cæs.Nā hęc.s.initia fuerunt in uoluntate.i. libera electione.
Vidi.n.nā tu aberas,q.d.dixissem nos uidisse,sed nō dico te uidis
se quia aberas, amicos nr̄os.s. Pompeianos cupere bellū. Aūt.s.
sed hunc.s.Cæs.nō tā.i.in tantū,cupere.s.bellum,q̄ non timere,
si necesse esset gerere.Ergo hæc.s.initia fuerūt cōsilij.s.delibera-
tionis liberæ.reliqua.s.q̄ secuta sunt,sup.fuerunt necessaria. Aūt
.i.sed ubi duo pugnāt necesse ē,aut hos,aut illos uincere,aut ap-
plicemꝰ notis,aut hos.s.Pōpeianos,aut illos.s.Cęs.Scio te semꝑ
fuisse mecū in luctu, cū uideremus,q̄.i.quantum , ingens , sup.
CAIVS Suberinus Calenus & meus eſt familiaris, & ceptæ, noſtri familiariſſimi, perneceſſarius.is cum uitandi belli cauſa profectus eſſet in Hiſpaniam cum M. Varrone ante bellum, ut in prouincia eſſet, in qua nemo noſtrum poſt Afranium ſuperatum,bellum ullum fore putarat: incidit in ea ipſa mala, quæ ſummo ſtudio uitauerat: oppreſſus eſt enim bello repentino,quod bellum commotum à Scapula,ita poſtea confirmatum eſt à Põpeio, ut nulla ratione ſe ab illa miſeria eripere poſſet. Eadẽ cã ferè eſt M.Planij Hæredis,qui eſt item Calenus , Leptæ noſtri familiariſſimus . hoſce igitur ambos ſic tibi commendo,ut maiore cura,ſtudio , ſolicitudine animi commendare non poſſim.uolo ipſorum cã: meq; in eo uehementer & amicitia mouet , & humanitas . Lepta uero cum ita laboret,ut eius fortunæ uideantur in diſcrimen uenire:non poſſum ego non aut proxime, atque ille, aut ẽt æq. laborare.quapropter etſi ſæpe expertus ſum,quãtũ me emares: tamen ſic uelim tibi perſuadeas , id me in hac re maxime indicaturum.Peto igitur à te,uel, ſi pateris, oro, ut homines miſeros,& fortuna,quam uitare nemo poteſt, magis ꝗ̃ culpa,calamitoſos , conſerues incolumes : uelisq; per te me hoc muneris cũ ipſis amicis hominibus,tũ municipio Caleno, qui cum mihi magna neceſſitudo eſt, tum Leptæ,quem omnibus antepono,dare.quod dicturus ſum,puto equidem non ualde ad rem pertinere,ſed tamen nihil obeſt dicere. res familiaris alteri eorum ualde exigua eſt, alteri uix equeſtris . quapropter quando his Cæſar uitã ſua liberalitate conceſſit ; nec eſt quod ijs præterea magnopere poſſit adimi, reditum , ſi me tantum amas, quantũ certe amas, hominibus, cõfice , in quo nihil eſt,præter uiam longam,ꝗ̃ iccirco non fugiunt,ut & uiuant cũ ſuis;& moriantur domi. qđ ut enitare, cõtendasque uel potius ut perficias,(poſſe enim te mihi perſuaſi) uehementer te etiam atque etiam rogo. Vale.

HVB. CAIVS *Suberinus*]Cũ plurimum poſſet Dolab.apud Cęſ.cõmendat ei Cic.C.Suberinũ,& M.Planium nõ ſolũ familiares ſuos,ſed ẽt Leptæ,quem Cic.plurimũ diligebat.Cũ igit͛ poſt deuictum Afranium hi cõfugiſſent in Hiſpaniam tanquam in locum tutum,& ibi repentino bello fuiſſent oppreſſi rogat Cic. Dolab.ut eos commendatos habeat,& qm̃ prohibebãtur patria. quia ſecuti erant Pomp.partes, rogat ẽt, ut, & ſua, & Leptæ cã det operam, cum Cęſ.ut reſtituant͛ in patriam preſertim cum nõ ſint diuites,ut Cæſ.poſſit eis multũ adimere. [Calenus) Ex Caleno,quæ eſt,ut ſer. Str. urbs Campaniæ adiuncta Caſſilino utroq; ex latinæ latere dextrorſũ.[Noſtri) Vtriuſq; amiciſſimi. [Perneceſſarius) magna neceſſitudine cõiunctus.[M. Varrone].i. ad quẽ Cic ſupraſcripſit epiſtolas.[In ea ꝓuincia) Hiſpania.[Afraniũ] Ducem Pomp.[Superatum) Victum ſimul cum petreio ab exercitu Cæſ.Putarat) Quia exiſtimabamus illam prouinciam, ſuperatis illis duobus,fore uacuã bello.[In ea ipſa mala]In bella.[Vitauerat]uitare curauerat.[Oppreſſus) Circumuetus.[Cõmotum] Excitatũ. [A Scapula) Is unus ex Pomp.factionis ducibus fuit, qui bellum in Hiſpaniam excitauit,quod poſtea Sex.Põp.filius. [Confirmatum) Cõfirmauit,& ſecutus eſt,ſuperatus poſtea apud Mundam.[Nulla ratione) Nulla uia,nullo modo[Eripere) Liberare.[Ab illa miſeria) Infelicitate bellorum.[Eadẽ cauſa) .i.ſimilis,quia,& ipſe profectus eſt in Hiſpaniam, ut etiã uitaret bellũ in quod incidit.[Hæredis) Puto eſſe cognomen.[Item etiam]Sicut Suberinus[Studio) Amore.[Hoſce ambos) Suberinũ, & Planium [Volo) Cupio.[Ipſorum cauſa) .i. eorum reſpectu.ſ.ut ſint tibi commendati,uel uolo ipſorum cauſa.i.ipſis bene cupio. [In eo]Vt ipſorũ cauſa uelim.[Amicitia) Quæ eſt mihi cum eis.[Et humanitas) Quia hominis eſt homini prodeſſe.[Lepta uero]Addit,& aliã cauſam, quia uidet hanc rem magnę curæ eſſe Leptę. [Cũ Lepta ita laboret].i.ita curet,& ita ſit ſolicitus ꝓ eis. [Eius fortunæ) Res eius.[In diſcr.]In periculum.i.ut ita uideat͛ agi de periculo rerum ſuarum.[Proxime atque ille).i. Paulò minus aut æque.i.tantum, & æqualiter.[Laborare]Angi, curare.[Id qđ me maxime amares]In hac re, ſi habueris commendatos hos duos. [Vel) Correctio.[Si pateris] Quia amicus nõ debet pati ſe orari. [Calamitoſos]Infelices,ĩfortunatos.[Nemo]vitare poteſt]Quia omnes ſumus ſubiecti fortunæ,& ita excuſat eos ne uideat͛ incidiſſe in calamitatẽ culpa ſua,quia ſi ita eſſet, eſſent minus digni fauore,& auxilio.[Velisque.) Oſtendit Cic. hoc beneficio nõ ſolum illos ludos inquos conferret, ſed etiam totum oppidũ Calenum,& maxime Leptam obligatum iri,eſt igitur ordo,& peto ut uelis me dare hoc muneris per te.[Cũ) ideſt &.[Ipſis amicis) Suberino,& Planio.[Municipio) Oppido [Tum) Maxime, & ꝑcipue.[Leptę]Cui hi duo ſunt familiariſſimi.[Nihil obeſt) Nihil

nocet.[Res fa.]Patrimoniũ. [Exigua] tenuis, parua.] Vix equestris).s.est res familiaris.i.uix tanta quanta exigit census equestris quam oportebat esse quadringètorum milium sextertium. (Vita, quam poterat eis eripere) Quia fuerant eis hostes,&secuti fuerant Pomp.[Sua lib.) Laudat eũ Cic. ut ab eo impetret, ut q donauit uitam donec etiam, quod est minus.s.reditum in patriã. [Adimi) Eripi:[Confice] Impetra.[In quo]Reditu.[Quam].s.uiã longam.[Nõ fug.) Quia potuisset dicere Dol. quare ergo uolũt redire,si uia est longa,dicit eos hoc curare tantum , ut uiuant cũ suis.[Et moriantur domi)Quod solet esse magnum solatium uiuere,& mori apud suos [Perficias) Re ipsa facias,posse.n.parenthesis,per quam occurrit obiectioni:

ASC. *CAIVS Suberinus,&c.*] Cum apud Cæs.plurimum posset Dolab.commendat ei Cic.C. Suberinum , & M.Planium tã suos, q̃ Leptę familiares,rogatq; ut in Hispania,commendatos habeat. & apud Cæs.pro eis restituendis prĩæ diligenter agat.Ordo est : C.Suberinus Calenus.i. ex Caleno urbe Cãpaniæ Italię,est & simul familiaris meus,& pernecessarius.i.ualde necessarius Leptę familiarissimi nr̃i.Is.s.Suberinus cum ꝓfectus esset in Hispaniã cum M.Varrone,cã uitandi belli,ante bellum,ut in ea ꝓuincia, in qua nemo post Afranium nr̃m.i.R.Imperatorẽ superatũ, putaret ullum bellum,fore i.futurum esse,incidit in ea ipsa mala.s. belli,q̃ uitauerat summo studio. Ipse.n.oppressus est bello repentino,qđ bellum commotum.i.incitatũ à Scapula. s. duce à Põp. misso,confirmatũ est postea à Põp.s.Sex.Cnei filio,ita ut nulla rõne posset eripere se ab illa miseria. Eadem cã ferè M.Planij Hæredis.s cognominati. Nisi sit legendũ Planci, hr̃dis.i. qui est hæres Planci,sed si id esset,Ci.eũ potius pp Plancum,q̃ Leptam commẽdasset,qui est itẽ.i.similiter Calenus familiarissimus Leptę nr̃i. Igr̃ ego cõmẽdo tibi hos,aut hosce ambos.sic,ut nõ possim cõmẽdare sup. eos maiore cura, studio,solicitudine aĩ. Volo.s.eos tibi cõmẽdatos eẽ cã ipsorum , qa ita de me meriti sũt, & amicitia,& humanitas mouet me uehemẽter.s.ut uelim cã ipsorum ẽt si nõ essent familiares Leptę. Lepta uero cũ laboret.s.ꝓ eis,ita ut fortunæ.i.diuitiæ eius uideãtur uenire in discrimẽ.i periculũ,ego nõ possũ nõ laborare,aut ꝓxime sup. tñ,atq;.i.ẽt sicut ille,aut ẽt æque.i.æqualiter. Qua pp etsi.i.quanq̃ , expertus sum sæpe q̃tũ amares me,tñ ego uelim psuadeas tibi sic,me iudicatu rum id.s.q̃tũ me ames,maxime in hac re.i.in susceptione huius cõmendationis: Igit̃ peto à te,uel oro,si pateris.s.ã me orari, ut cõserues incolumes.i.saluos,& illæsos hoĩes miseros,& calamitosos.i.ærũ nosos,magis fortuna.s.aduersa,q̃ nemo põt uitare,q̃ culpa.s.sua. Et uelis me dare.i.ut ego dem.s.p intercessionẽ tuam hoc muneris.i.bñficij,cũ.s.ita sit ꝙ ipsis hominibus amicis.s.Suber.& Plan tum.i.multo magis Caleno municipio,q cum. i. cũ quo hoc est,cum quibus ciuib.est mihi magna necessitudo.oblatio mutui officij Tum.i.adhuc magis uelis me dare hoc muneris Leptæ,quem antepono oĩbus equidem.i.ego certe puto,sup. id qđ sum dicturus, non ptinere ualde ad tẽ,sed tñ nihil obest. i. nocet dicere. Res familiaris est alteri eorum valde exigua.i. modica,& est alteri.reliquo uix equestris.i.quæ satis sit ad censum equestrem,hoc est quadringentorum milium sestertium . Quapp q̃ñ.i.qm̃ Cæs.concessit his uitã liberalitate sua,nec est ꝙ postit pterea.i.pter uitam, adimi.i.auferri.ijs, magnopere.i. magni æstimandum confice.i.plenè impetra hominib.reditum.s.in patriam suam,uidelicet Calenũ,si tu amas me tñ , q̃tũ certe amas. In quo.s.reditu nihil est.s.difficile,aut potius ipsis obtinendum, quia in p̃ria parũ,aut nihil hñt præter uiam lõgã.s.ex Hispanijs Calenum usque,quam.s.uiam longam,ipsi nõ refugiũt iccirco, ut uiuant cũ suis,& moriantur domi,quod ut enitare,& contendas uel potius pficias,persuasi.n.mihi te posse.s.perficere , rogo te uehementer etiam atque etiam i.iterum atque iterum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Laudat hac epistola fortitudinem prudentiamq; Dolabella, & ut deinceps sibi similis sit hortatur.

CIC. DOLABELLAE COS. S. D. 14

ETSI contẽtus erã mi Dolabella tua gloria, satisq; ex ea magnam lætitiã, uoluptatemq; capiebã: tamen nõ possum non confiteri,cumulari me maximo gaudio , ꝙ uulgo hominum opinio socium me ascribat tuis laudibus.neminem cõueni(conuenio aũt quotidie plurimos.sunt.n. permulti optimi uiri,qui ualetudinis cã in hac loca conueniant , præterea ex municipijs frequẽtes necessarij mei) quin oẽs,cũ te summis laudib.ad cælũ extulerunt,mihi continuo maximas gratias agãt. negant.n.se dubitare,quin,tu meis præceptis,& consilijs obtẽperans.præstantissimum te ciuem , & singularem consulem præbeas,quibus ego q̃q̃ uerissime possum respondere,te,quæ facias,tuo iudicio,& tua sponte facere,nec cuiusquam egere cõsilio.tamen neq; planè assentior, ne imminuã laudem tuam , si oĩs à meis consilijs profecta uideatur,neq; ualde nego:sum .n.auidior ẽt,q̃ satis est,gloriæ.est tamen non alienũ à dignitate tua,ꝙ ipsi Agamenoni,regum regi,fuit honestũ, habere aliquem in cõsilijs capiundis Nestorem.mihi uero gloriosum; te iuuenem consulem florere laudibus, quasi alũnum disciplinæ meæ. L. quidem Cæs.cum ad eum ægrotum Neapolim uenissem,quãquã erat oppressus totius corporis doloribus,tamẽ ante.q̃ me planè salutauit,ò mi Cicero,inquit, gratulor tibi , cum tãtum uales apud Dolabellam,quãtum si ego apud sororis filiũ ualerem,iã salui esse possemus.Dolabellæ uero tuo & gratulor,& gratias ago. quẽ quidẽ post te cõsulẽ solũ possumus uere consulem dicere.deinde multa de facto,ac de re gesta,tũ nihil magnificentius , nihil præclarius actum unquã, nihil reip. salutarius,atq; hæc una uox oĩum est. à te aũt peto,ut me hãc quasi falsã hæreditatem alienæ gloriæ sinas cernere , meq; aliqua ex parte in societatem tuarum laudum uenire patiare . quanquã mi Dolabella(hæc.n.iocatus sum)libentius oẽs meas,si mõ sunt aliquæ meæ laudes,ad te trãsfuderim,q aliquã partẽ exhauserim ex tuis.nã cũ te semp tantũ dilexerim,quantũ tu intelligere potuisti:tum his tuis factis sic incensus sum,ut nihil unq̃ in amore fuerit ardẽtius . NIHIL est.n.mihi crede,uirtute formosius,nihil pulchrius, nihil amabilius sẽp amaui,ut scis.M.Brutum pp eius summum ingenium,suauissimos mores.singularem probitatem, atq; constãtiam,tamen lib.Mart. tantum accessit ad amorem , ut mirarer locum fuisse augendi in eo,qđ mihi iampridem cumulatum † esse uidebatur .quis erat, qui putaret ad eum amorẽ,quem erga te habebã, posse aliquid accedere? tantum accessit,ut mihi nunc deniq; amare uidear,antea dilexisse.quare quid est,quod ego te horter, ut dignitati, & gloriæ seruias? proponam tibi claros uiros,quod facere solent,qui hortantur? neminem habeo clariorem.q̃ te ipsum.te imitere, oportet, tecum ipse certes, nec licet quidem tibi, iam tantis rebus gestis, nõ tui similem esse.qđ cum ita sit, hortatio nõ est necessaria. gratulatione magis utendum est . contigit.n. tibi,quod haud scio an nemini,ut summa seueritas animaduersionis non modo non inuidiosa,sed ẽt popularis esset, et cum bonis omnibus, tum infimo cuiq; gratissima. hoc si tibi fortuna quadam contigisset,gratularer felicitati tuæ,sed cõtigit.magnitudinẽ tum animi, tum etiã ingenij , atque consilij. legi enim concionem tuã,nihil illa sapientius; ita pedetentim & gradatim tum accessus à te ad cãm facti,tũ recessus , ut res ipsa † maturitatẽ tibi animaduertendi omniũ cõcessu daret. liberasti igitur & urbem periculo,& ciuitatem metu,neque solum ad tempus maximã utilitatem attulisti, sed etiam ad exemplũ.quo facto intelligere debes , in te positã esse remp. tibiq; non modo tuendos, sed etiam ornandos esse illos uiros,à quibus initium libertatis profectum est. sed his de rebus coram plura propediem,ut spero.Tu quando remp.nosq; conseruas,fac ut diligẽtissime te ipsum mi Dolabella custodias. Vale.

† alias, etiam

† alias, auctoritatem

ETSI] Iulio Cæs.in senatu interfecto,cum quidam ei arã,& magnos honores decernerent.Dolabel.consul singulari animi magnitudine ei restitit,& puniendos curauit , ꝙ tãta iustitia ab oĩbus factũ existimatum est,ut uehementer à toto populo ꝓbaretur,in quo Cic. nunc uehementer gratulatur ipsi Dolabel. ostendens laudem, & gloriam eius sapiẽtiæ sibi à multis ex magna parte attribui, qui existimabãt Dolab.talẽ esse.quia ita fuisset institutus pceptis, & monitis Cic.licet ipse Dolab. ea faceret spõte sua,& ꝓprio iudicio. Itaq; Cic.dicit multũ additũ esse ad amorẽ, quo antea ꝓsequebat̃ eũ,sicut ẽt erga Brutũ, postq̃ Cæs. interfecit.hortat̃ aũt eũ,ut pgat quemadmodũ incepit,& imitetur

tur seipsum, deinde ut non solũ tueatur ĩterfectores Cæ. qui fuerunt auctores libertatis, sed etiã ornet, & honoribus amplificet. Postremo eũ monet, ut salutẽ diligẽter custodiat, cũ reip. cõseruatio ex eo pẽdeat. Aduertendũ est tñ Cic. seipsũ, latenter laudare, licet dissimulet [Tua) .i. sola, & ꝓpria. [Non possum) nõ possum negare, nõ possum facere, q̃n aperte dicam. [Cumulari) Impleri. tractũ à mẽsuris, quibus nil põt addi. [Socium) Participem. [Cõuenio autẽ) parẽthesis. [Valetudinis causa) s. curãdæ, qui ueniunt huc tanq̃ ad loca salubria, ut curent ualetudinẽ, aut ut bene ualeant. [Municipijs) ex ciuitatibus quibus ab urbe Roma tantummodo muneris partem, non ẽt magistratũ licebat accipere, diximus alio loco plura ex auctoritate Festi. & A. Gel. [Quin) quod non. [Continuo) Statim. [Obtẽperans) Parens, auscultãs [Sua spõte) p teipsum sine monitis meis. [Tuo iudicio) tuo consilio. [Neq; assentior meis) q̃ meis præceptis obtemperãs te præbiturus, scis singularem cõsulem. [Omnis) Tota. s. laus tua. [Profecta) Deducta ꝓcessisse. [Neq; nego Neque recuso. [Etiã q̃ s. est] .i. etiã aliquanto plus, q̃ deceat, [Est tñ) Probat Ci. exẽplo, q̃d nõ modo Dol. nõ debeat indignari, si Ci. cõsilio multa rectè facere dr̃, & putetur, uerumetiã potius debeat gaudere. [Non alienũ à dig.) .i. nõ cõtra honorem [[Q̃d ipsi) Argm̃ à maiori ad minus. [Ipsi] Emphasim habet. [Regũ regi) Sic Ouid. in Heroid. Tantalidas oẽs ipsumq̃, regebat Achillẽ. Hic pars militiæ, duxerat ille ducũ. [Aliquẽ Nestorẽ) .i. aliquẽ similẽ Nestori, qui sæpe dabat consilia Agamẽnoni, ex cuius Nest. lingua, ut ait Home. dulcior melle fluebat oratio, & dux ille Græciæ, nunq̃ optauit, ut Aiacis similes hr̃et, at ut Nestoris, q̃d sibi si accideret, nõ dubitabat, q̃n breui esset Troia pitura. [Mihi uero,] q. d. nec tibi est turpe, & mihi ẽ magnæ gl̃iæ. Quasi alũnũ disciplinæ meæ] .i. tanq̃ mea disciplina institutũ. L. Cæs. auunculus M. Antonij. [tm̃ uales) Tm̃ potes, tm̃ habes auctoritatis. [Apud filiũ sororis) Apud M. Ant. natũ ex sorore mea. [Vere) .i. re ipsa. nã multi consules sunt solo nomine, q tñ, re ipsa nõ consulũt reip. sicut tu fecisti, & nunc Do. [De facto) De eo, q̃d egisti in puniendis ijs, q uidebant̃ cõtra libertatẽ Ro. sẽtire, & facere. [Salutarius.) utili⁹ [Vna uox oĩum) .i. oẽs uno ore ita dñt. [Atq;) Nunc Ci. petit admitti in partẽ gloriæ ipsius Dol. [Hanc falsam h.) .i. licet nõ mereat, nec debeã esse particeps gloriæ tuæ, tñ patiaris me esse hæredẽ, licet falso, huius tuæ gloriæ. [Quanquã. Nunc Ci. artificio se se corrigit, dicens se minuturũ aliq̃d de illius laudibus. [Trãsfuderim) Pro transfundã, & trasmittã, uel transfunderem. [Exhauserim) Pro Attulerim, amouerim. [His) Quæ gessisti in hoc cõsulatu tuo [Nihil fuerit aduentus in amore) .i. nihil magis fuerit incensum amore. quã ego sum incensus amore tuo. Nihil est .n.) Ostẽdit Cic. amorem suum excitatum esse erga Dola. pp solã uirtutem. Amabilius) Q̃d magis mereatur amari. [Semper amaui) Probat q̃d nihil sit uirtute amabilius, quia pp eã dicit, Brutũ à se plurimum amari, & præcipue postquã interfecit Cæs. quia eo die ostendit uirtutem suam, cum patriã à tyrannide liberauit. Idibus Mar.) 15. die Martij cum Cæs. interfecit. [Accessit) Additũ est. [Augendi) Amorem. Cumulatum, plenissimum q̃d nullum augmentũ accipere posse uideretur. [Quis erat) Sicut dixit auctũ fuisse amorem suum erga Brutum propter mortem Cæs. ita dicit auctũ amorẽ, qui uidebatur cumulatissimus erga Dol.

amare

[Nunc amare) Ponit apertissimam dr̃iam inter amare, & diligere, quoniã amare maiorẽ uim habet. [Seruias] obtẽperes. i. facias id, quod & dignitas, & gloria tua exigit. [Proponã) Subaudiẽdũ est, quid est q̃d horter te, ut ꝓponas tibi, &c. [Quod] s. ꝓponere, claros uiros [Tecũ c.) Studes uincere teipsum, & quotidie, aliquid melius facere. [Nec licet nõ esse tui similẽ) .i. nõ potes esse is, qui es. i. clarissimus. [Hortatio) Ad dignitatẽ, & gloriam comparandam. [Magis) Potius, q̃ hortatione. [An nemini] s. contigerit. [Seueritas) Asperitas. [Animaduersionis, Punitionis in eos, q Aram, & columnam, & reliquos honores Cæs. creuissent, uel in eos, qui cõtra libertatẽ p̃riæ sentirẽt. [Mõ inuidiosa) .i. nõ odiosa, nã inuidia, ut alio loco diximus, interdum pro odio ponitur.

Inuidia

[Popularis) Grata populo, Fauoribus plena. [Infimo) .i. etiã plebeis [Consilij) Sapientiæ. [Concionẽ) Or̃onem licet alia etiã interdũ significet ut alio loco diximus [Accessus) Ingressus, exordium. [Recessus) Cõclusio. [Pederẽtim) Paulatim. [Res) .i. rei honestas [Concessu om.) .i. oibus cõcedentib. & probantibus. Vrbem) ædificia ipsa [Ciuitatem) Ciues. [Ad tempus) s. aliquid. i. ad pñs. [Repositam in te) .i. in te hr̃e magnum præsidium, & esse sub tutela tua. [Illos uiros) Brutum, & Cassium. [Profectũ est] ꝓcessi, factum est. [Plura] .i. dicam. [Quando] Quoniam.] Nosq ue Ciues R.

Accessus

Pedetẽtim

ETSI contentus.] Cæsare in senatu interfecto, cum quidam eidem aras, & diuinos honores decerneret. Dolabella consul singulari animi magnitudine eis restitit, & puniẽdos curauit, quod factũ summa æquitate populus censuit, unde nũc eidem Cic. uehementer gratulatur, docetq; eius laudẽ quodam modo in se cõuerti, atq; ita se multum adiecisse ad amorem suum in eum. Ordo est: Etsi. t. q̃q̃ ò mi Dolabella, ego contentus eram gloria tua. & capiebã ex ea satis magnã uoluptatẽ, & lætitiã, tñ ego nõ possum nõ confiteri. i. q̃n confitear, me cumulari. i. augeri maximo gaudio, q̃ opinio hoĩum adscribat me vulgo. i. passim quasi per totũ vulgus, socium tuis laudibus. i. participẽ esse debere in laudibus tuis tanquam & socium auditorem præclari facti. Ego neminẽ conueni. i. colloquendi gratia adij. Conuenio autẽ quotidie plurimos. Sunt. n. ꝑmulti uiri optimi, q causa ualetudinis. s. meæ. i ægritudinis, cõueniãt in hæc loca. s. ubi sum, vr̃ aũt Baiis tunc fuisse, aut in Cumano, seu Tusculano. Præterea necessarij mei cõueniunt frequenter ex municipis. s. proximis, q̃n oẽs. Cũ postq̃ extulerũt te summis laudibus ad cœlum, agant mihi cõtinuo maximas gr̃as: Negat enim. s. oẽs se dubitare, q̃n tu obtemperans p̃ceptis, & consilijs meis præbeas i. exhibeas te ciuẽ p̃stãtissimum, & consulẽ singularem. i. egregie excellentem. Quibus ego q̃q̃ possum rñdere uerissime te facere ea, q̃ facias iudicio tuo, & spõte tua, q̃d dñt proprio instinctu, nec agere consilio cuius q̃, tñ neq; plane. i. oĩno, & aperte assẽtio, ne imminuã laudẽ tuã, q̃a ut docuit Hesiodus, primus uirtutis gradus est p se bene agere, Secundus cõsilio alterius. si oĩs. s. laus tua uideat̃ profecta .i. orta a cõsilijs meis, neq, nego ualde. Sũ. n. auidior gloriæ ẽt q̃ satis est. Est tñ nõ alienũ à dignitate tua hr̃e aliquem Nestorem. i. senẽ prudentem, ut Nestor erat, q iam tertiã uiuebat ætatem, in capiundis consilijs, q̃ s. hr̃e Nestorẽ, fuit honestũ. i. pulchrum, & honore dignũ Agamenoni regi regum. i. summo imperatori Græcorũ, in quorum exercitu multi erant reges. Vero, ꝓ sed, gloriosum est mihi te iuuenẽ consulem florere laudibus, quasi alumnũ disciplinæ meæ. L. Cæs. auunculus M. Antonij q̃dem. i. certe, q. d ut de alijs taceã cum uenissem Neapolim ad eũ ægrotũ, q̃q̃ esset oppressus doloribus totius corporis, tñ anteq̃ me salutauerit planè, inquit, o mi Cic. ego gratulor tibi cum. i. q̃m tm̃ uales apud Dolabellã, quantum si ego ualerẽ apud filiũ sororis. s. meæ, hoc est apud M. Antonium, q Cæs. occisum mirifice extulit. nos possemus esse salui, q̃a resp. reciperet pristinas uires. Vero. i. sed, aut ad uerũ, ego gratulor, & ago gr̃as Dolab. tuo. s. quõdam gño, & adhuc necessario. Quẽ q̃dem. s. Dolab. nos possumus dicere. i. appellare uere cõsulẽ solum, post te consulẽ, quasi oẽs intermedij nõ fuerint ueri consules. q̃a non cõsuluerint reip. sed nocuerint. Deinde sup. adiecit, aut locutus est multa facto s. tuo, ac de te gesta, tum sap. adiecit nihil actũ sup. esse magnificẽtius, nihil p̃clarius, nihil salutarius reip. Atq; hæc una uox oĩum. i. q̃d L. Cæs. de te p̃iudicauit, oẽs prædicãt. Aũt .i. sed, ego peto à te ut sinas. i. permittas me cernere hãc quasi falsam hæreditatẽ gloriæ alienæ. hoc est, gloriæ a te partæ, me succedere tãquã hæredem, cum non sim uerus hæres, nõ. n. à me nata est, & ita nõ debet ad me reuerti, q̃, pro &, patiare me uenire ex aliqua parte, in societatẽ tuarum laudum. quanq̃ ò mi Dolabella. Sum. n. iocatus. i. p iocum locutus, hæc. s. supiora, ego transfuderim. i. quasi de uase in uas fundẽdo adduxerim libẽtius ad te, oẽs laudes meas, si modo aliq sunt laudes meæ q̃ exhauserim aliquã partẽ ex tuis. s. laudib. Nã cũ ego dilexerim te semp tm̃, q̃ tũ tu potuisti intelligere. Valla dicit. Cum & tũ sic posita solo indicatiuo cõgruere, unde hic legẽdũ putaret dilexi, tũ. i. multo magis incensus sum his factis tuis. Si quæras à Valla quo modo his dicat & tuis, dicet his de q̃b. loquor, & tuis, q̃ fecisti, sic, ut nihil fuerit mihi unq̃ ardẽtius in amore. Enim. i. q̃a, crede mihi nihil est formosius uirtute, q̃, ut ex snĩa Platonis, inquit, in officijs, si oculis cerni posset, admirabiles excitaret amores sui. Nihil est pulchrius, nihil amabilius uirtute i. animi fortitudine, q̃ a uirib. ꝓprie uirtus dr̃. Ego amaui sẽp, ut tu scis M. Brutũ interfectorẽ Cæs. pp summũ ingeniũ eius, suauissimos mores, singularem ꝓbitatẽ, atq, constantiã eius, tñ tm̃ accessit ad amorem. s. eius. Idib. Martij, q̃bus cum Cassio, & alijs coniuratis Cæ. interemit, ut mirarer, locũ augẽdi. i. ut augeat̃, fuisse in eo. i. in ea re, hoc est in uehementissimo amore, q̃d uidebatur mihi iãpridẽ. i. a pluribus diebus ẽt cumulatũ. i. sic refertũ, & plenũ, ut nihil posset sup addi. metaphora est a mensura referta, & cumulo desuper aucta. Quis erat, qui putaret aliquid posse accidere. i. addi ad eum amorem, quem habebã erga te? q. d. nullus, tamẽ. i. attamẽ tm̃ accessit, ut uideat mihi nunc deniq;. i. tandem amare. s. te, quod longe plus est, quã diligere. nã diligere. i. seorsum quẽuis legere, ut eũ si dignus sit, amemus, & sup. uideat dilexisse sup. te antea. i. ante hoc tp̃s. Quare quid est. s. causæ r̃onis, quod. i. ꝓpter quod, ego horter te, ut seruias. i. inseruias dignitati, & gloriæ, & sup. ꝓponas

tibi tanq̄ exēplar, claros uiros? qđ solent facere sup. ij. q hortantur, q.d. nihil est causæ, qa neminē habeo clariorē, quā teipsum, oportet sup. ut imitere te. s. ip̄m, & sup. ut ipse certes tecū, nec q dē. i. certe nō licet tibi tātis rebus gestis. i. postq̄ tantas res gessisti, nō esse similē tui. i. degenerare deinceps, à p̄claris īceptis tuis. sæpe admonui cū de morib. loquimur nomen simile aptius genitiuo iungi. vñ hic similē tui dixit, de corporis similitudine, cū datiuo. Qd. i. q̄ res, cū sit ita. s. ut dictum est, hortatio. s. tui nō est necessaria, sed sup. utendū est magis gratulatione. s. ob p̄clara incepta, à quib. degñare nō liceat. Cōtingit, n. tibi, qđ haud scio. i. nescio an nemini. s. alteri cōtigerit, vī dicendum alicui. s. alteri, sed utrunq; nescisse, & dubitasse pōt Cic. an. s. alicui alteri. s. contigerit, & an nemini, sup. alteri, quia duarum contradictoriarum ueritas est ęque incerta. nota n. ueritate unius statim scitur falsitas alterius. Et ita quicunq; nescit an alicui, ēt nescit an nemini, nā altero scito alterū ignorari nō pōt. Cōsuetior tñ modus loquendi esset an alicui, sed interdum duæ negationes nō plus efficiūt, q̄ una: Contingit aūt, ut summa seueritas. i. summus rigor animaduersionis. i. iustæ punitionis in eos, qui Cęsa. diuinos honores decreuerant non modo. i. non solum non esset inuidiosa, sed ēt popularis. s. plausibilis, & placēs populo, & ita fit q̄ esset gratissima oībus bonis tum. i. multo magis fuit gratissima infimo cuiq;. i. maxime plebeio. Si cōtigisset hoc tibi quadā fortuna. i. felici euētu. ego gratularer felicitati tuæ, sed contingit magnitudine. i. pp magnitudinē, tū animi. s. tui, tum ēt ingenij, atq; consilij. Ego. n. legi concionem tuam. i. orationem quam habuisti ad populum. nihil, sup. fuit, aut legi sapientius illa. s. concione tua. Ergo ēt sapientius dici pñt ita. i. usque adeo, pedetentim. s. quasi tenendo ingressum pede, hoc est ita gradatim, sup. factus est tū accessus à te ad causam facti, tum recessus. s. facti ad te, ut ipsa res. i. casus, qui euenerat. dare tibi maturitatē, i. celeritatē animaduertendi. i. puniendi, concessu. i. p̄missione, seu (ut alij legunt) consensu omnium. Notum est ex præceptis rhetoricis quādo causa turpis est à causa ad personam trāseundum esse, & rursus qñ persona inuidiosa, ad necessitatem facti. itaque Dolabellæ non accessus à cā ad se fuit nūc recessus à se ad causam facti, ut persuaderet maturandum fuisse. Igitur hoc faciendo, tu liberasti, & urbem periculis. s. pereundi, & ciuitatē. s. populum metu. neque. i. & nō. & attulisti non solum ad t̄ps. i. pro t̄pis parte maximā utilitatem, sed etiam debes intelligere rēp. i. salutem reip. esse repositam. i. collocatā in te, ad exēplum facti. s. tui, quia facto tuo ostendisti alijs quid facere debeant. & debes etiā intelligere illos, uiros. s. Brutū, Cassium, & reliquos coniuratos, à quibus initiū libertatis. s. à tyrannide Cæs. est profectum. i. ortum. non solū tuendos. i. p̄tegendos esse tibi, sed ēt ornandos. s. dignitatibus, & honoribus publicis. Sed, sup. nos loquemur propediem de his rebus plura, ut spero. Tu ò mi Dolab. qñ. i. quādo qdem cōseruas remp. & nos, fac ut custodias. s. ab insidijs Antonij, & Augusti diligenter teipsum

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Duabus epist. Pæti respōdet, duabus partibus, priore per asseuerationem illarum rerū, quas prius Pæto de eius ualetudine curā da scripserat, posteriore autem de Neapolitana domo, quam dicit se tempestiue emisse, cum recte esse non liceat.

M. CIC. L. PAPIRIO PAETO S. D. 15

D*Vabus tuis epistolis respondebo; uni, quam triduo ante acceperam à Zetho: alteri quā attulerat Phileros tabellarius. Ex prioribus tuis literis intellexi, pergratā tibi esse curā meā ualetudinis tuæ, q̄ tibi perspectā esse gaudeo: sed, mihi crede, nō perinde ut est reapse, ex literis perspicere potuisti. nā cū à satis multis (nō. n. possum aliter dicere) & coli me uideā, & diligi. nemo ē illorū oīum mihi te iucūdior. nā q̄ me amas, q̄ id & iāpridē, & cōstanter facis; est id quidē magnū; atq; haud scio, an maximū, sed tibi cōe cū multis. q̄ tu ipse tā amandus es, tamq; dulcis, tamq; in oī genere iucūdus. i. p̄prie tuum. accedūt, nō Attici sed salsiores, q̄ illi Atticorū, Romani ueteres, atq; urbani sales. ego aūt (existimes, licet, quod lubet) mirifice capior facetijs, maxime nostratib. præsertim cum eas uideā primum oblitas Latio tū, cū in urbē nostrā est infusa peregrinitas. nūc uero ēt brachatis, & transalpinis nationib. ut nullū ueteris leporis uestigium appareat. itaq; te cū uideo, omnes mihi Granios, oēs Lucilios, uere ut dicam, Crassos quoque; & Lælios uidere uideor. moriar, si, præter te quenquam reliquum habeo, in quo possim imaginem antiquæ, et uernaculæ festiuitatis agnoscere. ad hos lepores cum amor erga me tātus accedat, miraris me tāta perturbatione ualetudinis tuæ tam grauiter exanimatum fuisse? Quod aūt altera epistola purgas, te non dissuasorem mihi emptionis* Neapolitanæ *fuisse, sed auctorem commorationis urbanæ: neque ego aliter accepi: intellexi tamen idem, quod his intelligo literis, non existimasse te mihi licere id quod ego arbitrabar, res has non oīno quidē, sed magnā partem relinquere. Catulū mihi narras, & illa t̄pa: quid simile? ne mihi qdem ipsi tunc placebat diutius abesse ab reip. custodia. sedebamus enim in puppi, clauumq; tenebamus: nunc aūt uix est in sentina locus. an minus multa S.C. futura putas, si ego sim* Neapoli? *Romæ cū sum, & urgeo forum S. C. scribuntur apud amatorem tuum, familiarem meū. & quidem, cum in mentem uenit, ponor ad scribendū, & ante audio S. C. in Armeniam & Syriam esse perlatum, quod in meam sententiam factum esse dicatur, quam omnino mentionem ullam de ea re esse factam. atque hoc nolim me iocari putes. nam mihi scito iam à regibus ultimis allatas esse literas, quibus mihi gratias agant, q̄ se mea sententia reges appellauerim: quos ego non modo reges appellatos, sed omnino natos nesciebam. quid ergo est? tamen, quādiu hic erit noster hic p̄fectus moribus, parebo auctoritati tuæ: cū uero abierit, ad fungos me tuos conferam. domum si habebo; in denos dies singulos sumptuariæ legi cōferam sin minu, inuenero, qđ placeat; decreui habitare apud te. scio. n. me nihil gratius tibi facere posse. † domū Sullanam desperabam iā, ut tibi p̄xime scripsi, sed tamen nō abieci. tu uelim, ut scribis. cum fabris eā perspicias. si n. nihil est in parietibus, aut in tecto uitij, cetera mihi probabuntur. Vale.* † alias, domum Silianā

D*VABVS*) Vna epistola scripserat Pætus ad Cice. gratum esse eius erga se animum, quē eius literis perspexisset, p̄cipue quod ei esset magnę curę ualetudo sua: quare respondens Cicero dicit maiorem esse re ipsa, q̄ ille absens literis perspicere potuisset. deinde eum uehementer laudat, quod tm̄ dignus esset amari, cōmendatq; plurimum eius sales, & facetias, ita ut eum cōparet clarissimis oratoribus. ex quo merito dicit se p̄turbatum esse, qđ intellexisset talem uirum male habere, q̄ Papirius scripserat se admirari. Altera autē epist. excusauerat se Pætus, q̄ non dissuasisset. Cic. ut emeret domum Neapoli, sicut instituerat, sed exhortatus fuerat, ut conseruaret q̄ Romæ haberet, ad quæ omnia scripsit Cic. & ostendit nullam causam esse quare nunc debeat optare esse Romę: quamuis ostendat se in magna esse existimatione Romę. postremo petit se reddi certiorē de Syllana domo, qualis sit. erat. n. Cic. eā emptурus. [Quā triduo ante) . s. q̄ scriberem ad te. i. quatuor diebus præteritis. [A Zetho: Nomen propriū. [Phileros tabellarius) Cuius offm̄ est ferre tabellas. i. literas. [Ex prioribus) Incipit r̄ndere primo prioribus literis. hic textus reperitur uariatus, inueni. n. codicem, in quo ita scriptum erat. [Ex prioribus literis tuis intellexi) Tibi pergratam esse curam meā ualetudinis tuæ, quam tibi perspectam esse gaudeo. alij codices habēt aliter, sed mihi magis probatur ea lectio, quam notaui, nā Cic. scripserat sibi magnæ curæ esse valetudinē Pæti, quod etiā patebit inferius. [Perinde, ut est reapse). i. ita ut est in effectu. [Perspicere literis) Cognoscere meis scriptis, quia maior est, quam possim exprimere literis. [A satis multis]. i. a ualde multis. [Non. n.) Parenthesis, quæ ostēdit ita esse quod intelligat se à multis amari. [Illorū oīum) A quibus uideo me diligi. (Nam quòd) p̄bat quod nemo sit ei iucundior ipso Pæto, non tantum quia ab eo ametur: quia etiam id habet ab alijs, sed quod ipse sit dignus amari. (Pridem diu). i. iam multo t̄pe. [Constanter) Perseueranter. [Sed tibi cōe cum multis). i. quod multi alij faciunt, sicut tu. [Quòd tu). i. nunc dicit, id quod est propriū ipsius Pæti. [Sales, facetiæ [Salsiores] Suauiores, sapidiores, præponit aūt sales Romanos salibus Atticis. [Vrbani) Ciuiles, ornati (Licet, existimes, quod lubet). i. licet putes de me qd uelis. [Capior) Delector. [Nostratibus] Romanis nr̄æ gētis, & patriæ. Oblitas Latio) . i. latijs moribus refertas ab obliuior participium. i. cum uideam eas esse uetustissimas, & sapere latinū. i. tales quales erant tūc, cum primum peregrini immissi sunt in Italiā. nam postea superueniente copia Gallorū & ceterorū barbarorū incepit perire grā uetustarū facetiarū. [Peregrinitas]. i. peregrini, qui in urbem ueniunt [Infusa) immissa [Bracatis

HVB, Tabellarius Pridiē

tis ẽt).i.gallicis à brachis lõgioribus,quibus utebantur, dicit aũt nũc corruptas esse ueteres facetias Romanas in mistione trãsalpinarũ,& Barbararũ, ita ut uestigia ueteris leporis ĩ nullo remaneant,aut nisi in solo Pæto.[Et trãsalpinis).i.omnino Barbaris. & subauditur uideo esse oblitas.[Vestigiũ) Signũ,reliquias,tractum à pedibus,quorum saltẽ) apparẽt signa.[Omnes Granios) Sẽpronium,Gracchũ,& Tyberium,& C.Gracchos uiros eruditissimos facetos.[Vere ut dicã,Cr.).i. Crassum oratorẽ intelligit, de quo ipse.in 1.off.erat in L.Crasso,& L.Philippo multus lepos [Et Lęlios) propter C.Læliũ,de quo eod.li.de off. At iisdem tẽpibus in M.Scauro,& in M.Drusio adolescente singulari seueritas, in C.Lęlio multa hilaritas.cõparat igitur Pætũ Cic.his claris oratoribus.[Moriar) Iurantis est.[Vernaculæ) domesticæ, tractum à seruis,qui in domo nascuntur,qui uernæ appellãt.inde uernacula lingua dr.quã alij maternã,alij uulgarem appellãt.[Ad hos lepores).s.ad tales facetias.[Accedat] Addatur. Tãta perturbatione) supra dixit curã i.solicitudinem.[Examinatum) Attonitũ,perculsum.[Qđ aũt) Rñdet secundæ epistolæ.[Purgas)Excusas.[Emptionis Neapolitanæ).i.eius,qđ Neapoli erã empturus. [Auctorẽ.]Suasorem,consultorẽ.[Aliter) In aliã partem.s. q̃ tu dixisti.[Nõ licere mihi) Nõ me posse facere id.[Qđ arbitrabar) .s.me facturũ.[Has res) Scilicet,quas habeo Romæ[Non oĩno] Non in totum.[Catulum) Cõfutat rationem,quã Pætus confirmauerat, exemplo Catuli. qui nunquã censuit uendendum esse Romæ,ut emeretur alibi.dicit ergo, ꝙ illa tẽpora alia erãt, quã nũc.illis.n.tpibus dicit talẽ fuisse statũ reip.ꝙ ipsi placebat abesse diutius ab urbe, queadmodũ nec Catulo.[Sedebamus in puppi) In loco honoratiore nauis,q.d.eramus tunc magistri, & gubernatores nauis,per quam intelligit remp.[Clauumq;) Gubernaculum,Temonem,quẽ tenet gubernator, Virg.v.Aen.Tala dicta dabat,clauumq.affixus,& hęrens,Nusq̃ amittebat. Idem li. 6.Nãq; gubernaculũ multa ui forte reuulsum.Cui datus hęrebã custos.[Nunc) Hoc in tpe[In sentina) In loco uilissimo nauis, est.n.sentina pars in fundo nauis,quo sordes defluũt,dicta ꝙ grauiter sentiatur eius odor.Iuuen.Tunc sentina grauis, intelligit aũt Cic.se uix hr̃e locum inter infimos ciuitatis[Minus multa] .i.pauciora,hic aũt dixit,quia eo absente,multa senatusc.fiebãt, q̃ ei ascribentur,cũ esse oĩno eorum ignarus.[Vrgeo) Frequento.[Amatorẽ) Ridicule dixit amatorẽ,quẽ ñ nouerit [Cũ in mẽtem uenit) Cũ cogito[Ponor) Adhibeor.[Ad scribendum) Senatusc.[In Armeniã,& Syriam) Has duas posuit pro oĩbus regionibus remotis.[In meã sñiam).i.ꝑ mea sñia, secũdũ sñiam meã. nam,ut in alio loco exemplis probauimus, & pro & cõtra significat.[Esse factam).s.audiam.i.celerius,audio S.C.sentẽtiæ meę ante esse delatum in remotas regiones, q̃ facta sit aliqua mẽtio, ita oĩa mihi ascribunt ẽt quæ nõ facta sunt.[Iocari) Ex ioco dicerẽ.[Vltimis]Remotissimis.[Appellauerim sñia]Appellauerim eos reges.[Nesciebam natos).i quos nesciebam esse in mundo. [Prefectus) Præpositus moribus.i. censor, & magister morum, quem intelligat,non satis conijcimus.[Parebo auctoritati tuæ) Faciã ut,tu consules, alij codices habent probo auctoritatẽ tuã, sed melius placet prior lectio.[Tuos]Quibus delectaris,& quos soles mihi apponere.Conferam in denos dies .i.impẽdam in decem dies tm̃ quantum lex sumptuaria decernit in singulas dies. [Lex sumptuaria(Quę sumptibus modũ perscribebat.latæ sunt ãt leges sumptuarię,ut docet Mac.in Satur. Prima Orchia à Ci. Orchio trib.pl. in qua perscribebatur numerus conuiuarum. Secunda lex Fania, quæ non ut prima cohibebat numerum cõuiuarum.sed sumptibus modum fecit centum assibus. huic successit lex Didia,deinde Licinia,& multę alię de q̃bus uide planè apud Macrob.quia nimis longum esset hic censere.[Minus).i.nõ [Nihil gratius)quam habitare apud te.[Desperabã) Nõ sperabã me posse assequi.[Non abieci) non deposui ex aĩo quin eam cupiã. [Fabris) Murarijs,& lignarijs.[Nihil uitij) Nihil defectus,utputa quod sit male materiata.uitium autem etiam ad alia trasfertur, q̃ ad homines. ut hic de domo dixit uitium,ut Ouid. de domo Pirami,& Tysbæ,quę rimosa erat,dixit. Id uitium nulli per sæcula longa notatum,[Mihi probabuntur) Placebunt mihi.

Vestigium

Vernaculæ Vernæ Vernacula lingua

Sentina

Leges sũptuariæ

ASC.

DVABVS &c.]Respondẽs Cice.duabus epistolis Papyrij, primo dicit incolumitatem sibi curæ esse, deinde laudat eum, & eius sales, ac leporem in dicendo. demum, quia consulerat ne uendita domo,quam Romæ habuerat: Neapolim migraret, respondet nullam causam esse,cur Romæ esse uelit. Ordo est. Ego respondebo.s.hac una epist.duabus epistolis tuis,uni.s. epistolæ, quam acceperam à Zetho triduo ante.s.q̃ secunda esset allata, alteri quã Phileros tabellarius.i.tabellarũ,hoc est literarum portator attulerat.Ego intellexi ex prioribus literis tuis sñiam meam esse ꝑgratam tibi. &animum meum ꝑspectum sup. esse.i. planè cognitũ circa curam ualetudinis tuæ,quam.s.ualetudinem.s.bonã, ego gaudeo tibi esse. Sed crede mihi tu absens non potuisti perspicere.i.pfectè uidere, & cognoscere literis perinde.i. ita ut est re.s. ipsa,hoc est quãtum de ualetudine sua solicitus fuerim. Nã cum uideam me,& coli & diligi a satis multis,nõ.n.possum dicere aliter,q.d.nõ possum dicere ab omnibus,tñ, sup.i. nemo omnium illorũ.s. q me colunt,& diligunt est iucundior mihi te .i.quã tu sis.Nam ꝙ tu amas me, & quod facis.i. quod amas me, ẽt pridem.i.a pluribus diebus,& cõstanter.i.perseuerãter,est quidem.i.certe magnũ,atq; haud.i.nõ scio,an,s. sit maximũ,sed est tibi cõmune cũ multis, qa multi me & colunt, & amãt. Sed qđ tu ipse es tã amandus.i.amabilis,tamq;.i.& tã dulcis,tamq;.i.& tã iocũdus in eo gñe.s.dotiũ,& caritatũ.i. proprie.i. peculiariter tuũ,Accedunt.s. ad mores tuos iucũdissimos. sales.i. lepores dicẽdi,hoc est sermones bene cõditi lepore,& acrimonia,nõ Attici.i. Athen. sed ueteres Romani atq; Vrbani.i. Vrbe Romana.i. salsiores.i.aptius cõditi q̃ illi.s.nobilissimi sales Attici.Ego aũt, licet existimes.i. ut iudices, q̃libet.i. qdqd Iubet, capior.i. afficior delectatione mirifice facetijs maxime nostratibus.i.Romanis præsertim cum uideã eas oblitas.i.obliuioni traditas Latio.i. in Latio Huber. autẽ exponit oblitas Latio.i. Latijs moribus refertas ab oblinior participio.i.cũ uideas eas esse uetustissimas,& sapere Latium.i.tales,inqt, quales erant tũc cum primũ peregrini immissi sunt in Italiã,&c.Quæ expositio mihi nõ placet,primũ ꝙ non diceres oblitas media breui de facetijs,q̃bus nihil tã alienum q̃ esse oblitũ.deinde,ꝙ manifeste dicat, paulatim oblitas,& demum qđ aptior est sñia,si obliuioni traditas,quã si illatas Latijs moribus dicas . Nã penuria rerum solet earũ excitare caritatẽ,neq; possent esse urbanæ, si non essent latinis moribus cõgruæ.Accipit ergo ab obliuiscor passiue,sicut in Buc.Vir.Nũc oblita mihi tot carmina. Tũ.i. tunc primũ cum peregrinitas.i. oĩo loquẽdi externa, ꝑsertim gręcanica,est ĩfusa in nostrã urbẽ .s. Romã,nunc uideã eas oblitas nationibus ẽt brachatis.i. brachia,hoc est lõgioribus tunicis utentibus,à quib.dicta est Gallia brachata.Et pro.i. nationibus transalpinis, unde vñr sicut nunc clerus, ita tunc totus.P.R. Gallicanus Romanam linguam accepisse,q̃ in eã ꝑ nunc est, degñauerit, ita ut nullũ uestigium ueteris leporis appareat.s.alibi,itaq;.i.& ita,cum.i.qñ,ego uideo te, uideor mihi uidere omnes Gracchos, oẽs Lucilios,ut dicã uere .i.sincere & nõ ficte,ego uideor mihi uidere oẽs Crassos quoque & Lęlios.i.oẽs priscos Romanos facundia & lepore dicẽdi nobilitatos,quales fuerunt Gracchi, Lucilij,Crassi,& Lælij. Moriar .i.ꝑmitto,ut moriar,si habeo quenq̃ reliquum præter te, in quo ego possim agnoscere imaginem.i.imitatricẽ speciem festiuitatis.i.ut dñt,solemnitatis loquendi antiquæ.i.priscę.& uernaculę .i.natiuæ domesticæ,nõ peregrinæ.sed quasi inter uernas.i. natos domi nostræ ex ancillis nostris. Cum tãtus amor.s.tuus erga me accedat.i.addatur ad hos lepores.i.sales & festiuitates dicendi,miraris me fuisse exanimatum.i.aĩo priuatũ tã grauiter, tãta perturbatione.i.ob tantam perturbationem ualetudinis tuæ, q.d.non debes mirari. Deinde transiens ad alteram epistolam dicit,ꝙ autem purgas.i.excusas te altera epistola,te nõ fuisse mihi dissuasorẽ.i.dehortatorem emptionis Neapolitanæ.i.nouæ domus Neapoli hñdę.Sed auctorem.i.adprobatorem commorationis urbanæ.i.q̃ esset in urbe Rom. neq; ego accepi .i interpretatus sum aliter.s. quam tu dicis intelligendũ, intellexi tñ idẽ quod intelligo his literis.s.ultimo datis, te nõ existimasse.i. iudicasse licere mihi id,quod ego arbitrabar,uidelicet non licere relinquere has res.s.urbanas oĩno.i.penitus, sed magnam partem .s.earũ.tu narras.i. adducis mihi in exemplum Catulũ, qui nunquam uoluit penitus rem suam urbanam distrahere, & alienare. Quid simile sup.est de Catulo,& de me,q.d.nihil, qa,ne quidẽ,i. nõ ẽt,aut non saltẽ.placebat mihi ipsi tũc cũ essem exilio dãnatus,abesse diutius ab custodia reip. Nos.n.sedebam,s.tũc in puppi,& tenebamus clauũ.i.gubernaculũ nauis, id est, regebamus ad nutũ rẽp.ut Naucleus,seu patronus nauẽ. Nũc aũt uix locus est.s. nobis in sentina.i. infimo, & uilissimo loco nauis, quo oẽs sordes defluũt. An putas minus multa senatuscõsulta futura .s. Romę,etsi ego sim Neapoli,q.d.nõ esse putadũ. cũ nulla sint ꝑ eũ futura,siue Romę,siue alibi futurus sit.Cũ ego sũ Romę,& urgeo i.cogo forũ.i.iudices,senatuscõsulta scribunt apud amatorẽ tui,familiarẽ meũ,q.d.quẽ bñ nosti. & sunt q ironice locutũ uelint.Equidẽ.i.ego qdẽ,cũ uenit in mentẽ.i.cũ cogito,ponor.i.adhibeor ad scribendũ .s.sñiam,& audio ante senatusc.esse perlatũ in Armeniã,& Syriã,qđ.s.senatuscõsultũ dicatur esse factũ,in.i. ſm sententiam, meam,quã omnino ullam mentionem esse factam de ea re.Atq; nolim sup.ut putes me iocari.i. per iocum dicere hoc.Nam scio literas esse allatas mihi iam ab ultimis.i.ulti

marum regionum regib. quibus agunt gras mihi, quod appellauerim se reges mea snia.i. pronunciando sniam meā, quos ego nesciebam non modo reges appellatos, sed omnino natos, Ergo quid est? id est quæris qd decreuerim facere, tñ.i. nihilominus q̄uis triste sit Romæ esse, quandiu hic noster præfectus morib. i. cēsor, quem nosti, erit hic.s. Romæ, ego parebo auctoritati tuę.i. nō migrabo, nec discedā ab urbe. Vero.i. sed, cū.i. quādo ipse aberit, cōferā me ad fungos, tuos.s. boletos, optime cōditos, hoc est uniā ad te. Si ego habebo.s. Neapoli domū, ego cōferam singulos dies legis sumptuariæ.i. scriptæ de sumptib. moderandis in dies denos.i. tam Parcus ero, ut quæ lex sumptuaria pmittit expēdere in singulos dies, expendā tm̄ in denos. sin aūt.i. sed si minus.i. nō inuenero, qd placeat.i. domū quæ placeat, ego decreui habitare apud te. Scio.n. me nihil posse facere gratius tibi. ego desperabā .i. nullo modo sperabam iam, ut scripsi tibi pxime, domū Sullanā, sed tñ nō abieci eā .i. si prętor spē mihi offeratur, aceptare eam. Ego uelim sup. ut tu perspicias eam cū fabris.s. murarijs, ut scribis.i. te facturum. Si enim nihil uitij.i. corruptionis est in parientibus, aut in tecto, cetera probabuntur.i. placebunt mihi.

PAVL. MAN. *INTELLEXI pergratam tibi esse curā meam ualetudinis tuę*] Hunc locum ex antiquis libris restituimus, cum antea mendose legeretur. [Ad scribēdum) Quid, si. AD F. SCRIB. ut sit, ad fuisse scribendo? quo modo, & alibi locutus est, cum eos significaret qui scribendo senatusconsulto affuerant.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Narrat Cicero, qua moderatione, & prudētia utatur in uiuendo, & loquendo cū Cæsare, Cæsarianisq́;, deinde cōsolationū suarū capita aliqua illi pscribit. postremo iocos aliquos festiuos de uictu utriusq. adijcit.

M. CIC. L. PAPIRIO PAETO S. D. 16

DElectauerunt me literæ tuæ: in quibus primum amaui amorem tuum, qui te ad scribendum incitauit, uerentem, ne Silius suo nuncio aliquid mihi solicitudinis attulisset. de quo, & tu mihi antea scripseras, his quidem eodē exēplo: facile ut intelligerem te esse commotum, & ego tibi accurate rescripseram ut quoquo mō in tali re, atq; tpe, aut liberarē te ista cura, aut certe leuarē. sed, quando proximis quoq; literis ostēdis quātæ curæ tibi sit ea res: sic mi Pæte habeto; qd quid arte fieri potuerit, (non.n. iam satis est consilio pugnare: artificium quoddam excogitandum est) sed tamen quidquid elaborari, aut effici potuerit ad istorum beuolentiam conciliādā, & colligendā, summo studio me cōsecutū esse, nec frustra, ut arbitror. sic.n. color, sic obseruor ab omnibus ijs, qui à Cæsare diliguntur, ut ab eis me amari putem. nam (& si NON facile dijudicatur amor uerus, & fictus, nisi aliqđ incidat eiusmodi tempus, ut quasi aurum igne, sic beneuolentia fidelis periculo aliquo perspici possit) cetera sunt signa cōia, sed ego non utor argumento, quamobrē me ex aīo, uereq́; arbitrer diligi, q̄ & nostra fortuna ea est, & illorū, ut simulandi cā non sit. de illo aūt, quē penes est omnis potestas, nihil uideo qđ timeā, nisi q̄ omnia sunt incerta, cū à iure discessum est, nec præstari quidquam pōt, quale futurū sit, quod positū est in alterius uoluntate, ne dicā libidine. sed tamē eius ipsius nulla re à me offensus est animus. est.n. adhibita in ea re ipsa summa à nobis moderatio. ut.n. olim arbitrabar esse meum libere loq́., cuius opera esset in ciuitate libertas; sic, ea nunc amissa, nihil loqui, quod offendat aut illius aut eorū, qui ab illo diliguntur, uolūtatē effugere aūt si uelim nōnullorū acute, aut facete dictorū offensionem, fama ingenij mihi est abijcienda. quod si possem nō recusarē. sed tamē ipse Cæsar habet peracre iudiciū, & Seruius frater tuus, quem literatissimū fuisse iudico, facile diceret, hic uersus Plauti nō est, hic est; quod tritas aures haberet notādis generibus poetarū † et consuetudine legēdi, sic audio Cæsarē, cū uolumina iā confecerit† ἀποφθέγματων. si qđ afferatur ad eum pro meo, quod meum non sit, reijcere solere. qđ eo nunc magis facit, qa uiuunt mecū fere quotidie illius familiares. incidunt aūt in sermone uario multa q̄ fortasse illis, cū dixi, nec illiterata, nec insulsa eē uideātur. hæc ad illū cū reliquis actis perferūtur. ita.n. ipse mādauit. sic fit ut. si quid prærea de me audiat, non audiendum putet. quamobrem Oenomao tuo nihil utor. etsi posuisti † ioco uersus Accianos. sed quæ est inuidia? aut quid nunc mihi inuideri potest? uerū fac esse omnia. sic uideo philosophis placuisse, ijs, qui mihi soli uidentur uim uirtutis tenere NIHIL esse sapiētis præstare, nisi culpā qua uideor mihi dupliciter carere: & quò ea senserim, quæ rectissima fuerunt: & quòd, cū uiderem præsidij non satis esse ad ea obtinenda, uiribus et certandum cum ualentioribus non putarim. ergo in officio boni ciuis certe non sum reprehendendus. reliquum est ne quid stulte, ne quid temere dicam, faciam ue cōtra potentes. id quoque puto esse sapiētis. cetera uero, quid quisq; me dixisse dicat, aut quo modo ille accipiat, aut qua fide mecum uiuant ij, qui me assidue colunt, & obseruant, præstare non possum. ita fit, ut; & superiorum consiliorum conscientia, & præsentis temporis moderatione me cōsoler, & illam Accij similitudinem non modo iam ad inuidiam, sed ad fortunam transferam: quam existimo leuem, & imbecillam, ab animo firmo, & graui, tanquam fluctum à saxo, angi oportere. etenim, cum plena sint monumenta Græcorum, quemodmodum sapientissimi uiri regna tulerint, uel Athenis, uel Syracusis, cum seruientibus suis ciuitatibus fuerint ipsi quodammodo liberi: ego me non putem tueri meū statum sic posse, ut neque offendam amicum cuiusquā, nec frangam dignitatem meam? Nunc uenio ad iocationes tuas: quando tu secundū Oenomaū Accij nō ut olim solebat, Atellanum, sed, ut nunc fit, Mimum introduxisti. Quem tu mihi †Pompilium, quem denarium narras? quam tyrotarichi patinā facilitate mea ista ferebantur antea: nunc mutata res est. Hirtium ego, & Dolabellā dicendi discipulos habeo, cœnandi magistros. puto.n. te audisse, (si forte ad uos omnia perferuntur) illos apud me declamitare, me apud illos cœnitare. tu aūt quod mihi bonam copiam eiures, nihil est. tum.n. cū rē † augebas quæstiūculis te faciebam attentiorē: nunc, cum tā æquo aīo bona pdas, nō eo sis cōsilio, ut, cū me hospicio recipias, æstimationē te aliq̄ putes accipere. ēt hæc leuior est plaga ab amico, q̄ à debitore. nec tamē eas cœnas q̄ro, ut magnæ reliq̄a fiāt quod magnificū sit, & lautū, memini te mihi Phameæ cœnā narrare; † temperius fiat: cetera eodem mō. q̄ si pseueras me ad matris tuæ cœnā uocare ferā id quoq;. uolo.n. uidere aīum q̄ mihi audeat ista, q̄ scribis, apponere, aut ēt polypū Miniani Iouis similē, crede mihi, nū audebis. ante meū aduentū fama ad te de mea noua lautitia ueniet. eā extimesces. neq; est q̄ ī promulside spei ponas aliqđ: q̄ totā. sustuli solebam.n. antea † delectari oleis, & lucanicis tuis. sed qđ hæc loquimur? liceat mō isto uenire. tu uero (uolo.n. abstergere animi tui metū) ad tyrotaricū antiquum redi. ego tibi unum sumptum afferam. quòd balneum calfacias, oportebit: cetera more nostro. superiora illa lusimus. De uilla † Seliciana & curasti diligenter, & scripsisti facetissime. itaque puto me prætermissurum. salis.n. satis est. Samniorum parum. Vale.

† alias, ex, †.i. dictorum

† alias, loco

† alias, Pompilium

† alias, habeas

† alias, temperaus

† alias, debilitari

† alias, Cęciliana

ego uideor facere quod sus.i.imperitissimũ aĩal,sup. faceret docẽdo Mineruã.i.deã sciæ,& artificij oĩs inuẽtricẽ. Sed qñ.i.qm, vt video.i.cognosco, tu non potes vendere ęstimationes tuas.i. precia rerũ tuarũ,neq; implere ollã.i.fideliã, hoc est uas terreũ in terrã defodiendũ denariorum.i.nũmis,remigrandũ sup.est tibi Romã.Satius est sup.petire hic.i.Romæ cruditate.i.cibo indigesto pp̃ capulã,quã istic.s.vbi es, fame, ego uideo.i.intelligo te perdidisse bona, & spero istos familiares tuos idẽ.s. fecisse.Igit̃ actum est de te.i.tu perijsti,nisi prouideas. Omnia iocose sunt dicta,non tñ sine notatione Pæti.Tu poteris peruehi Romam isto multo,quẽ dicis relictum fuisse tibi qñ.i.qm̃,comedisti.i.precia in obsonijs absumpsisti,cantherium.i.equũ castratũ, & molliter gradientem,ideo autem castratum,ne inter equas petulãtior sit. Sella.i.sedes erit tibi in ludo literario,hoc est in scolis meis,proxima.s.mihi præceptori,tanq̃ hypodidascalo.i.submonitori, seu sub magistro. Puluinus.i.plumis oppletum sedis fulcimentum sequetur eam.s.sellam,hoc est habebis super sellam puluinum.

PAVL. MAN. *ÆSTIMATIONES tuas vendere non potes*]Hunc locũ qui recte interpretaretur,neminem uideo fuisse.significat autem possessiones per æstimationem à debitorib.acceptas,& quemadmodum supra,posuit æstimationes pro rebus æstimatis.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Iocosa epistola,qua accusat Pætum,qui negauerat Balbum magnifice à se exceptum,cum aliud Balbus confessus sit.

M. CIC. L. PAPIRIO PAETO S.D. 16

Tamen à malitia non discedis: tenuiculo apparatu significas Balbum fuisse contentum.hoc uideris dicere, cũ reges tam sint continentes, multo magis consulares esse oportere.nescis, me ab illo omnia expiscatum: recta enim à porta domum meam uenise.neq; hoc admiror, q̃ nõ ad tuã potius, sed illud, q̃ nec ad suam. ego aũt tribus primis uerbis, Quid noster Pætus? at ille adiurans, nusquam,se unquã libentius. hoc si uerbis asecutus es; aures ad te afferã nõ minus elegantes.sin aũt obsonio;peto à te,ne pluris esse Balbos,quam disertos,putes.me quotidie aliud ex alio impedit. sed.si me expediero,ut in ista loca uenire possim, non committam, ut te sero à me certiorem factum putes. Vale.

MVB. TAMEN]Scripserat Pætus ad Cic.Balbum à se conuiuio modico,& tenui acceptum contentum fuisse,sed quoniam ipse Cice.iturus erat ad Pætum, dicit cum hoc astute, & malitiose scripsisse,ut significaret,quòd si Balbus,qui erat uir magnę auctoritatis apud Cęs.fuerat contentus tenui apparatu,multo minori deberet esse contentus ipse Cic.dicit autem se locutum esse cum Balbo, & omnino ab eo cognouisse,qui multum laudauit Pætũ, vnde non uidetur esse uerum,quod apparatus fuerit tenuis. Petit autem ab eo, ne eũ minoris ęstimet,quàm Balb. hæc autem omnia ex ioco dicta sunt.[Tamen] Inceptiua est particula, sicut et sæpe hęc dictio ergo [Non discedis à malitia) Pergis in malitia, & astutia tua.[Tenuiculo) Modico,paruulo.[Hoc videris dicere] Das mihi hoc intelligendum.[Reges] Diuites,ut est Balb.nã rex p̃ diuite ponebatur. [Continentes) Moderati,frugales in uictu.[Cõsulares]Sicut ego sum,sunt enim consulares minores regibus [Expiscatum) id est diligenter inuestigasse.tractũ à piscatoribus,qui arte pisces inquirunt,& capiunt. [Venisse,] scilicet nescis [Recta) scilicet uia,sed magis intelligitur quã apponitur. [A porta urbis) Illic.n.accepit inter domum meam [Ad suam) .s. venerit.[Quid).s facit.[Adiurans).s.dixit.[Nusquam] Apud aliquem.[Libentius) Fuisse.[Hoc si] locatur Cic.& h. d. q̃ Balb. tm̃ te laudet aut uerbis blandis,& dulcib.q̃ ei dixisti, hoc assecutus, aut absonijs.i.delicata cęna, si uerbis assecutus es, ego et pstabo tibi aures.nõ minus ad audiendũ elegãtes,q̃ ipse,si ãt fuerũt obsonia,quib.eũ ita ceperis,noli me minoris facere,q̃ ipsum.[Balb. quã disertos] i.pm̃,q̃ me.q.d.si ipse est Balb.ego sum Ci.iocatus est aũt in noĩe,pprio illius,trahẽs ad appellatiuũ, Balb.n.dr̃ qui nõ bene exprimit uerba,disertus ãt q̃ elegãter,& expedi te dicit. ita aũt plerunq; solemus iocari,ut puta si quispiã lõgioris,dicat corporis de eo,q̃ pprio nomine uocet̃ Picininus, noli pluris facere picininos,q̃ magnos.i.q̃ me,q sum magnus,& ita Ci.q̃ disertos.i.q̃ me q sum disertus.[Aliud ex alio) .i.inumerabilia negocia.i.aliud post aliud.Sic Virg. Nos alia ex alijs in fata uocamur. [Nõ cõmittã) nõ faciã,sed quasi d̃ malo dixit cõmittã.[Sero) Ne possis postea te excusar̃,qd̃ meli⁹ parasses,si citi⁹ tẽs fact⁹ certior

Rex Continentes. Expiscatum.

Balbus. Disertus.

TAMEN à malitia &c.] Scripserat Pætus Balbum à se tenui A SC. mensa acceptum,& contentũ fuisse.Sed qm̃ Ci.iturus erat ad Pætũ ipsum,dicit eũ hoc fecisse astute,ut Cic. qui minor Balbo erat cogatur minore sumptu contentus esse. Verum quia à Balbo laudata est cęna,petit se nõ minoris à Pæto fieri,q̃ Balbum fecerit, Omnia aũt per iocum scripta puto.Ordo est:Tñ.i.tametsi,te sę per admonui,ut simplicius,& benignius mecũ agas,tu nõ discedis à malitia.i.fraude,& uersutia tua.Tu significas Bal.fuisse contentum apparatu tenuiculo.i.aliquantulum tenui,& hoc dicẽdo, uideris dicere hoc,cum reges.i.opulentissimi uiri, & magnifici cęnarum datores,aut reges,hoc est Cęs.familiares sint continentes.i.modici sumptus,oportere consulares,sup.uiros,qualis erat Cic.multo magis,sup.continentes esse.Tu nescis me expiscatum .i.quasi per inescationem,qua pisces capiuntur,omnia subtiliter extorsisse ab illo.s. Hirtio. Enim.i. quia,nescis supp. uenisse domum meam,recta.i.nullam partem exorbitando à porta.s. vrbis. Neque admiror,hoc q̃ non potius,sup.venerit ad tuam.s.domũ. Sed illud,sup.admiror,quòd nec sup.veniret prius ad suam,sup. domum,quàm ad meam.Ego autem,sup.allocutus sum,aut percunctatus tribus primis uerbis. Quid noster Pętus:sup.egit,te recipiendo.at ille scilicet Balb.adiurans,supp.dixit nusquam libẽtius.s.cœnaturum,aut cœnatum fuisse.Si tu assecutus es hoc.i.tale testimonium Balbi, aut talem prædicationem Balbi uerbis.i. sermonibus,ego afferam ad te non minus elegantes aures.s.quã Balbus.Sin autem.i.sed si supp.assecutus es obsonio.i. genere cibi,ego peto.i.exigo à te,ne putes Balbos,q.d. Balbutientes. alludit enim ad uocabulum, cum Balbus minime Balbutiret, quàm disertos,q.d quàm me diserte loquentem. Aliud.s. impedimentum.supp. ortum ex alio.i. unum natum ex alio impedit quotidie me, sed si expediero me.i. liberauero his impedimentis.ita, sup.vt possim uenire, in ista loca.s.ubi tu es,non committam.i. non faciam,aut non dabo occasionem,ut putes.i.putare possis te factum certiorem à me.s de aduentu meo,sero.i.nimis tarde, ne .s.excusandus sit,si nihil parauerit.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Iocosa est hæc epistola: dum de studio suo culinario Pætum certiorem facit.

CICERO S. D. PAPIRIO PAETO 20

Dupliciter delectatus sum tuis literis,& q̃ ipse risi: & q̃ te intellexi iam posse ridere. me autem à te, ut scurram uelitem, malis oneratum esse,non moleste tuli. illud doleo,in ista loca uenire me,ut constitueram, non potuisse. habuisses enim non hospitem, sed conturbenalem: at quem uirum? non eum, quem tu es solitus promulside conficere. integram famem ad ouum assero:itaque ad assum uitulũ opera perducitur. illa mea,quæ solebas antea laudare, ò hominẽ facilem, ò hospitem non grauem, abierunt. nam omnem nostram de rep. curam,cogitationem de dicenda in senatu sententia,commentationem causarũ abiecimus, in Epicuri nos, aduersarij nostri, castra coniecimus,nec tamen ad hanc † insolentiam, sed ad illam tuã lautitiam, ueterem dico. cum in sumptum habebas.etsi nunquã plura † prædia habuisti. proinde te para, cum homine edaci tibi res est, & qui iam aliquid intelligat. ὀψιμαθεῖς autem homines, scis, quàm insolentes sint. dediscendæ tibi sunt sportellæ artolagani tui, † nos tã ex areis tantum habemus,ut Verrium tuum & Camillum, qua munditia homines? qua elegantia? uocare sæpius audeamus. sed uide audaciam: etiam Hirtio cœnam dedi, sine pauone tamen. in ea cœna cocus meus præter ius feruens nihil potuit imitari. hæc igitur est nunc uita nostra. mane salutamus domi, & bonos uiros multos, sed tristes, & hos lætos uictores; qui me quidẽ perofficiose, & peramanter obseruant. ubi salutatio defluxit,literis me inuoluo,aut scribo, aut lego. ueniunt etiã,qui me audiant, quasi doctum hominẽ,quia paulo sum,quàm ipsi,doctior.inde corpori omne tẽpus datur. patriam eluxi iã,& grauius,& diutius,q̃ ulla mater unicum filium. sed cura si me amas,ut ualeas; ne ego te iacente bona tua comedã.statui.n.tibi ne ægroto quidem parcere. Vale.

contubernalem

† alias, indolentiam,

† alias, prœlia

† i. fere discentes

† alias, artis

Dupli-

HVB. *Dvpliciter*] Iocatus fuerat libertus cum Cic. Pætus, & eũ aliquantulum, ut conijcimus ex hac epist. tetigerat, quod Ci. non sibi molestũ fuisse significat. deinde quia promiserat se iturum ad Pætum, dicit, se nunc nõ posse ire, & cum eo iocatur, de se faceta quædam narrans. Postremo scribit quæ uita sit sua. i. q̃d agat in miserijs patriæ, quam dicit se plus luxisse, quam mater soleat lugere filium mortuum. [Dupliciter) Duabus de causis. [Vt.) s. tanquam minimum. [Velitem) Iocularibus uerbis expositum. nam uelitatio (teste Festo) dicta est ultro citroq́, probrorum obiectatio, ab exemplo uelitaris pugnæ. Velites. n. erant milites ad pugnam agiles, qui prælium lacessebant, & incohabant. Naso in Ibin: Vtq́; petit primo plenum flauentis arenæ, Nondum calfacti uelitis hasta solum. Inde uelitari, agiliter pugnare, & contendere significat. [Malis) Maledictis, probris. [In ista) Vbi tu es. [Non hospitem). i. non cõmoratus essem apud te paucos dies. ut hospes, sed multos, ut contubernalis, qui ideo dictus est. quod iisdem tabernis utatur. Dr̃ autem tabernæ (auctore Vlp. iurisc.) omne utile ad habitandum ædificium, ex eo, quod tabernaculis claudebatur. [Constitueram) Tecum pepigeram. [At quẽ uirum). s. habuisses. [Promulside) Diximus supra esse genus liquaminis, uel salsaméti. [Conficere) Statuere, implere. [Integram) Totam [Vitellus) Oui pars rubra. Horat. in Serm. Quatenus ima petit uoluens aliena uitellus. Idem: Nanque marem cohibent callosa uitellum. [Opera mea) Edendi. [Illa) Dicit nũc Cic. se amplius non habere, quæ solebant in se laudari à Pæto, quæ commemorat. s. [O hominem facilem) Solebat. n. ita dicere Pætus de Ci. [Non grauem) Lætum, & facetum, deposita omni seueritate, cum es apud me, ita dicebat Pætus [Nunc hospitem) Verba Cic. nunc non sunt amplius in me ista. [Cõmẽtationẽ) .i. mentionem, & sermonem. [Abiecimus) Deposuimus. [In castra Epicuri) Facti sumus milites Epicurei, qui antea erat aduersarius noster, factus sum trãsfuga, de quo accusauit supius Trebatium. [Nec tamen) Ordo male intellectus, & distinctus facit textum obscurum. puto autem sic ordinandum, nec tamen prouide te para ad hanc insolentiam. s. Epicurei, sed ad illam tuam lautitiam; deinde correxit, dicens; ueterem dico. s. lautitiam, nõ autem, qua nũc uteris. s. n. ad hanc insolentiam subaudis dico, .s. lautitiam, non autem, quã nunc uteris, s. n. ad hanc insolentiã subaudis dico, quæ erit hęc insolentia cum nullam nominauerit: & hic pronomen sit demonstratiuum? [Cum in sumptũ habebas). i. cum certabas mecum conuiuijs. [Et si nunquam). i. licet nunquam fecerit pluręs sumptus, quàm nunc. [Plura prædia). i. plures impensas, translatiue dicit [Cum homine edaci). i. comedone uoraci, & multi cibi. [Qui aliquid intel.) Quin nouit differentiam, ciborum, & scit qui sint delicati, & qui uiles, quem nõ facile possis fallere. [Insolentes) Arrogantes. [Dediscẽdæ) Obliuiscendæ. [Sportellę) Conuiuiola sua, diminutiuum, n. est sportula, de qua, & Iuuen. mentionem facit. & Tranquil. dicit, Neronem cœnas ad sportulas reuocasse & Domitianum sportulas ad rectas cœnas. [Artolagani] Genus cibi ab ἄρτῳ, i. panis, & λάγανον, quod græce dicitur, ut exponit Hesychius auctor græcus, genus placentæ ex simula in oleo coctæ in patella. est etiam eodem auctore. genus panis oleo aspersi. [Nos) Iocatur Ci. & dicit se tantos habere reditus ex areis suis, ut audeat inuitare lautissimos, & elegantissimos homines Verrium, & Camillũ [Qua munditia) Magis admiratiue, q̃ interrogatiue dictum est. q. d. maxima, quia aspernantur cibos nisi delicatissimos, & elegantissimos. [Ex areis) Areæ proprie loca in urbe pura, ab arendo, quod ardore solis arescant. Ser. quoq; dicit Aream locum esse in urbe sine ædificio, qui iure ager appellatur idem & Fest. scr. ex areis aũt locatis magni prouentus capiebantur, ut ostendit Ci. ult. parad his uerbis. etenim si isti callidi rerum æstimatores prata, & areas quasdam magni æstimant, q̃ ei gñi quasi nocere nihil potest, quanti æstimanda est uirtus, quæ neque naufragio, neq; incendio amittitur. dr̃ tñ etiam areæ in agris ubi frumenta arescunt, & teruntur. de quib. Vir. in Georg. & Var. de re rust. quidã corrupit hũc locum, & pro areis fecit acris, ut esset ablatiuus ab acra non intelligens areas fuisse in summa ęstimatione, ut probauimus ex sñia Cic. [Sed uide audaciam. s. meam q. d. maius et feci, qui dedi cœnam Hirtio sine pauone, cum eo libenter uesce retur. [Ius) condimentum est ex aqua adipata [Feruens) Calidũ [Nihil potuit imitari) Nihil potuit facere ex eis, quibus libenter solet uesci Hirci. præter ius calidum. [Hæc) Talis, qualem mox dicam. [Mane salutamus) Id. n. solebat fieri prima, & secũda hora, Mart. Prima salutantes atque altera cõtinet hora. Virg. Mane salutantum totis uomit ædibus undam. [Sed tr.) pp oppressam temp. & quia fuerunt uicti [Hos lætos). i. Cæs. [Perofficiose) Valde humane. [Vbi) postq̃. [Defluxit) præterit. [Literis me] .i. trado me totum literis. Horat. in Serm. Aut ego lecto aut scripto quod me tacitum iuuet. [Paulo d.) Quam ipsi, quia scio aliquanto plusquam ipsi audiunt me tanquam doctum [Inde) Vltra hæc. [Corpori] Valetudini uel uoluptati, sic Horat. Vngor oliuo, & circa finem eius sermonis ostendit quæ corpori tribuant. [Eluxi) Fleui tanquam mortuam, nam luctus de mortuis proprie dicitur. dicitur tamen & de ceteris rebus nobis charissimis. [Vlla mater) Cuius fletu nõ potest cohiberi. Ouid Quis mr̃em, nisi mentis inops in funere natis Flere uetet? [Vnicum) Cuius magis doletur amisso. Virg. de Pallante: Mea sola, & sera uoluptas. [Vnicum filium) subaudi luxerat. [Nec ego) .i. ne ego consumam comedendo bona tua, dũ tu iacebis, & eris ægrotãs [Statu) Iocatur. Dicit. n. decreui etiam si tu ægrotaueris nullam habere rationem ęgritudinis, quo minus etiam te ægrotantem comedam bona tua.

(Margin: Velitatio. Velites. — uelitari — Tabernę — Promulsis — Vitellus — Sportellæ — Artolaganus — Area — Ius — Perofficiose — Eluxi Luctus)

DVPLICITER &c.] Locutus fuerat Pætus liberius in Cic. & cum quodãmodo momorderat, quod sibi minime molestũ fuisse, nunc scribens Cic. uicissim in eum iocatur. Ordo est: ego sum delectatus literis tuis dupliciter, & q̃ ipse. i. egomet risi, & q̃ intellexi te posse, iam ridere. Autem. i. sed, ego tuli nõ moleste, me oneratum esse à te malis. i. maledicis probris, & cõuicijs, ut scurram uelitem. i. uelitari solitum, hoc est leuiter referre, & ita contemptibilem. Leuis enim armaturæ milites uelites dicuntur, per metaphoram ergo dicit se uelitem æstimatum, ut qui nõ nisi leuia conuicia referre ualeat. Ego doleo illud, me non potuisse uenire in ista loca. s. ubi tu es, ut cõstitueram. s. uenire. Habuisses. n. non hospitem. i. amicum hospitio susceptum, & cito recessurũ, sed contubernalem. i. cohabitatorem assiduum eiusdem contubernij. At. i. sed quem. i. qualem uirum, sup. habuisses, non eum quem tu solitus es conficere. i. exsaturare promulside. i. liquamine, aut alio cibo dulciario, & uili. Manet autem in metaphora à uelite incepta, nam uelites uulneribus confici solent. ubi autem fames sedata est, uidentur manducones confecti, & quasi euicti. Ego adfero, hoc est attulissem famem integram ad ouum. i. ad primum ferculum. Nam ab ouo cœnas incipere solebant, & finire pomis, ut attestatur Hor. 1. Serm. & ita opera. s. edendi, perducitur usque ad assum uitulinum. credam esse nouissimum genus obsonij, quod ex carne uitellina, quę facilis digestionis est, apponebatur H. ubert. autem de uitello oui intelligit, sed modica esset opera, quæ ab ouo ad uitellum perduceretur. Illa mea. s. obrietatis præconia. quæ solebas laudare. s. dicendo de me, ò hominẽ facilem, ò hospitem non grauem. i. non molestum. abierunt. i. recesserunt, nunc. s. à me. Nam nos abiecimus omnem curam nostram de Rep. & omnem cogitationem de sententia dicenda in senatu, & omnem commentationem, id est, inuentionem dicendarum. s. causarum. Sententiam dicit iudex, causam reus, aut eius defensor. Nos coniecimus. i. intrusimus nos in castra Epicurei aduersarij nostri, hoc est militamus nunc sub Epicuro summum bonum in uoluptate ponentes, cuius sententiæ maxime refragãtur nostri, hoc est Stoici, in uirtute, & honestate summum bonũ locantes. Nec tamen sup. coniecimus nos ad hanc insolentiã. s. ad hunc immodicum sumptum, quem nuper cœpi facere, sed ad illam. i. nobilem lautitiam tuam, dico ueterem non recẽtem cũ habeas prædia in sumptus. i. quę satis essent sumptibus faciẽdis. Etsi. i. q̃q̃ nunq̃ habuistis plura prædia. s. q̃ nunc habes. Innuit ergo q̃ animus non copia rerum diuitem faciat, nã quæ olim insumptus sufficiebãt Pęto prædia, nunc non sufficiunt. Proinde. i. ideoq; te para, res. i. negocium est tibi cum homine edaci. i. assidue, & multum edente, & qui intelligat iam aliquid. s. de lautitijs cœnarum, licet tarde inceperit discere. Aut. i. sed tu scis, q̃. i. quantum, insolẽtes. i. importuni, & proterui sunt homines ὀψιμαθεῖς .i. qui iam grandes natu discunt. Aliter legitur ab Hubert. à quo in multis discedo sciens, & forte non inscienter. Sportellę. i. minimę portiones pecuniarię, quæ salutatoribus dabantur à diuitibus, sunt dediscẽdæ. i. abolendæ tibi, & artolagani tui. i. cibi ex pane, & placentis, sup sunt dediscendæ tibi. Nos habemus iam tãtũ. s. uectigalis, aut pensionis, ex areis. i. tritura quæ fit in areis, ut audeamus sæpius uocare. s. ad cœnam Verrium tuum & Camillum, qua. i. ò qua. i. quali munditia, homines, qua elegãtia .i. eleganti munditia. Sed uide. i. animaduerte, audaciam. s. meã. Ego dedi etiam Hirtio. q. d. delicatissimo homini, cœnã sine pauone. Tamen cocus meus nihil potuit imitari in ea cœna præter ius feruẽs. Igitur, quia nos Epicuro addiximus hæc. i. hmõi, est nunc uita nostra, Nos salutamus mane domi. s. nostræ, & .i. simul bonos uiros multo, sed tristes, & sup. salutamus hos uictores lætos, qui obseruant quidem me. i. uenerantes cauent me offendere, ac lædere, perofficiose. i. ualde officiose, & peramanter .i. ualde amanter. Vbi. i. postquam salutatio. i. officium salutandi, de

de quo Mart. Prima salutantes, atq; altera suscipit hora. Exercet raucos tertia causidicos. defluxit .i. transijt, inuoluo .i. occupo me literis, aut scribo sup. aliquid. Veniunt ēt qui audiunt me .s. docētem, quasi hominem doctum, quia paulo .i. modico doctior sum, q̃ ipsi. Inde .i. deinde omne tempus datur .i. impenditur, corpori .i. curando, & fouendo Ego eluxi .i. usq; ad finem luxi .i. iā patriā .i. interitum reip. &c .i. simul grauius, & diutius, quam vlla mater, supp. luxit, filium .s. suum vnicum. Sed cura .i. diligentem operā da, si amas me, ut ualeas .i. saluus sis, ne ego comedā bona tua te iacēte .i. decumbente pp̄ ęgritudinem. Enim .i. quia, statui .i. constitui ne quidem .i. non etiam ægroto parcere tibi .i. bonis tuis.

PAVL. MAN. *NEC tamen ad hanc insolentiam*] Alij mendum esse in uoce, insolentiam, existimarunt. ego insolentiam pro nimijs sumptib. qui fiebant in cœnas, accipio: a quibus se alienum esse dicit, lautitia tantum, quærere. quod etiam supra epist. huius libri 15. his uerbis ostendit: Nec tamen eas cęnas quæro, ut magnæ reliquiæ fiant, quod erit, magnificum sit, & lautum. insolentiam eodē sensu posuit Philip. 9. Magnifice .n. inquit Seru. Sulpicius maiorum continentiam diligebat, huius sæculi insolētiam uituperabat. & in oratione pro Sex. Roscio, Qui in sua re fuisset egentissimus, erat ut sit insolens in aliena. [Cum in sumptum habebas] Vetustiorum librorum hęc est lectio, quam alij quoque receperunt, licet eam, ut ipsi dixerunt, mendosam suspicati. mihi ea uel maxime probatur, ipsi dixerunt, mēdosam suspicati. mihi ea uel maxime probatur, ut desiderari nihil credam. dixi autem, cum in sumptum habebas, pro eo quod dicimus, cum ad sumptū copię suppetebant, cum pro sumptu facultates erant; cum erat tibi, quod esset in sumptum satis sic .n. hoc loco, sumptum .i. prosumptu dixit, quemadmodum etiam ad Atticam epist. 5 lib. 8. Tironē Curio commendes, ut ei, si quid opus erit, in sumptum eroget. epistola ēt, quæ sequitur, eodē libro. Sed eum, inquit, uideo in sumptum ab aliis mutuatum. & ad eundem lib. 15. Velim cures, ut permutetur Athenas, quod sit in annuum sumptum. Imitamur igiť lautitiā tuam, inquit, illam ueterem, cū habebas in sumptū. etsi nunc quidem plura prædia tibi sunt, quæ .s. à debitoribus pro pecunia, quā credideras, inuitus accepisti, æstimata ex edicto Cæs. quanti quæq; ante ciuile bellum fuissent. Hæc .n. quasi per iocū dicta sunt; ut irrideatur Pętus, qui non habeat in sumptum, ut antea; cum ei possessiones multo, quàm antea, plures sint.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Est hac epistola propemodum contentiosa, Confutat enim quod Papirius fulmina tonitruq; in epistolis Ciceronis esse dixerit, qua ipse assequi nequiret. Confutat etiam falsum Papirij de familia sua mendaciū quod putaret neminem, nisi plebeium, hoc nomine Roma floruisse.

CICERO PAPIRIO PAETO. S. D. 21

AIN' tandem? insanire tibi uideris, q̄ imitere uerborū meorum, ut scribis, fulmina? tum insanires si consequi non posses: cum uero etiam uincas, me prius irrideas, quam te, oportet. quare nihil tibi opus est illud à Trabea. sed potius † ἀπότευγμα *meum. ueruntamen quid tibi ego uideor in epistolis? non ne plebeio sermone agere tecum? nec enim semper eodem modo. quid enim simul habet epistola, aut iudicio, aut concioni? quin ipsa iudicia non solemus omnia tractare uno modo. priuatas causas, et eas tenues, agimus subtilius: capitis, aut famæ, scilicet ornatius. epist. uero quotidianis uerbis texere solemus. Sed tamen, mi Pæte, qui tibi uenit in mentem, negare, Papirium quenquam unquam nisi plebeium fuisse? fuerunt enim patritij minorum gentium: quorum princeps L. Papirius Mugillanus: qui consul cū L. Sempronio Atratino fuit, cum antea censor cū eodem fuisset, annis post R.C. CCCXII. sed tum Papisii dicebamini. post hunc XIII. fuerunt sella curuli ante L. Papirium Crassum, qui primus Papisius est uocari desitus. is dictator cum L. Papirio Cursore, magistro equitum factus est, annis post R.C. CCCXV. & quadriennio post consul cū C. Duilio. hunc secutus est Cursor, homo ualde honoratus: deinde L. Masso ædilicius: inde multi Masones: quorū quidem tu omnium patriciorum imagines habeas, uolo. deinde Carbones, & Turdi insequuntur. hi plebeij fuerant: quos contemnas, censeo. nam præter hunc Cn. Carbonem, quem Damasippus occidit, ciuis è rep. Carbonū nemo fuit. cognouimus Cn. Carbonem; & eius fratrem scurram: quid his improbius? de hoc amico meo, Rubriæ filio, nihil dico. tres illi fratres fuere P. Cn. M. Carbones Publius, Flacco accusante condematus: † fuit magnus ex Sicilia. Caius, accusante L. Crasso, cantharidas sumpsisse dicitur. is tribunus pl. seditiosus, & P. Africano uim attulisse existimatus est. hoc uero, qui Lilybei à Pompeio nostro interfectus est, improbior nemo meo iudicio, fuit. iam, pater eius accusatus à M. Antonio, sutorio atramento absolutus putatur. quare ad patres, censeo, reuertare: plebeij quàm fuerint importuni, uides. Vale.*

† ἀπότευγμα: .i. dictū

† fugit Marcus

HVB. *AIN' tandem?*] Scripserat Pætus Cic. uti tanta vi, & uehemētia dicendi, ut ipse insanus uideretur. dum uellet eum imitari. cui respondens Cic. ei adulatur dicens, quod insaniret si non posset assequi, & æquare eius orationē sed cum longe superet, dicit se potius irridendum, qui tali gn̄e orationis, utatur, quam ipsum Pætum: ostendit tn̄ epistolas suas non habere fulmina, & uehementiam orationis, ut dicebat Pætus, sed potius esse in humili gn̄e dicendi, & quotidianis uerbis contextas. deinde, quia Papirius Pætus dicebat nullum ex Papyrijs unquam fuisse nisi plebeium, id confutat Cic. & recenset familiam Papiriorum. cuius originem longius reperēs sumit à L. Papirio Mugillano usq; ad tēpora sua. [Ain' tandem[.i. ais ne. est autem mos quidam reprehēdendi, & inuehendi in aliquem, cum ita dicimus, est enim comicum, quo utitur Terent [Quod imitere) Quod ualis sequi [Fulmina] Vim, uehemētiam. translatio est. hoc enim uocabulo usus fuerat Pætus. videtur autem dictum esse quasi ad iniuriā Ci. ideo dixit sicut tu scribis, non q̄ ita sit. [Consequi) Æquare. [Vincas me] qui uehementiores in dicendo. quàm ego [Irrideas me) Qui tibi cedam. [Quare) Concludit, quod non insaniendū ei sit propter fulmē eius orationis. [Illud à Trebea) Genus uestis, qua primum vsi sunt reges, deinde & consules. hic autē uidetur esse nomen viri siue poetæ, siue oratoris, licet de eo non meminerim apud aliquē factam esse mentionem, illud autem à trabea pro illud trabeæ dr̄, sicut dicimus, a uobis est, pro uester, & uerbū à Ci. pro uerborum Ci. [ἀπότευγμα] .i. non assecutionem, id est non assequaris me. ποτοχάνω assequor cum ἀπο negationem significat. [Veruntamen) Dicit se nullo fulmine, & uehementia orationis uti in epis. [Agere] Loqui. [Plebeio) Vulgari. [Nec semp eodē modo.) scilicet ago. [Quid habet simile iudicio,) id est, in quo habet comparatione cum genere iudiciali. [Aut concioni) Demonstratiuo, & deliberatiuo generi, quod in concionib. habebatur. [Ipsa iudicia) Ipsas causas iudiciales, q̄ magis desiderant graue genus. [Et priuatis) priuatorum hominum. [Eas tenues) .i. tenuis. eas .n. a Cic. ad ornatū additur, ut supra alio loco diximus plenius. [Tenues] .i. non magnas, neq; ualde periculosas. [Capitis) .s. causas. [Ornatius] .s. agimus cum maiori elegantia uerborū et sn̄arum. [Texere) Componere, tractum à telis, unde & filum orationis dicimus. [Sed tamē) Transit ad aliam partem epistolæ, in qua repetit originem Papiriorum. Quid uenit in mētē) Quod cogitaueris. [Quenquam Papiriū] .i. aliquem ex familia Papiriorū [Nisi plebeium) De ordine plebeio. [Patritij) Nobiles, quorū maiores patres appellati sunt [Gentium minorū) Quia erant & de gēte maiore à Romulo instituta. [Cū eodē) Sēpronio. [Tum) Eo tempore 13 .s. fuerunt. [Sella curuli] .s. decorati .i. fuerunt ædiles curules. [Q. L. Papirius) Crassus. [Est desitus uocari papisius] .i. fuit ultimus q uocatus est Papirius. [Dictator) Cui summa potestas fuit, & non creabať nisi cū aliqua uis maior oborta de improuisio ingentem urbi cladem minari uidereť, de quo uide plura apud Fenestellā, & de officio magistri equitem, cui ita in oēs milites ius fuit, sicut dictator ī populum. [Cū C. Duillio) Is fuit, q primus Carthaginiēses bello nauali superauit, cui permissum est primū & tibicine, funali uti. [Ædilicius) Ædiliciæ dignitatis. [Insequuntur) Sunt post hos. [Contemnas] Paruifacias. [Repu.) .i. de rep. hoc est amicus reip [Is Cn. Carbonē, & eius fratrē scurram) Adducit in contēptū familiam Papiriorū, quorū q fuerunt plebeij, ostendit eos fuisse, & uiles, q̄ improbos. [De hoc amico) Ironice, non erat amicus, sed ita est mos dicendi, cum aliquē uolumus nominare pro indignatione [Rubriæ) Nomen mulieris. [Tres) Commemorat tres Carbones improbos, & malo exitu assumptos [Cantharidas) Vermes quidam sunt terreni, quorū succus in uenas ingressus ut uenenum interimit. hoc genere mortis interijt Magnetes filius Gelonis, & Nereidos filiæ Pirrychi, ut Ouid. in Ibin: Vtque nepos dicti nostro modo carmine, regis Cātharidum succos dante parente bibas. A matre enim propter negatum ei incestum dato poculo cātharidarum interemptus est.

Trabea

A uobis est pro uester

Texere

Patritii

C. Duillius

Cantharides

[Vim

Lilybeius Sutoriũ Attramẽtum [Vim attulisse) Existimatus esse, qui Scipionem Africanum noctẽ necauit. [Lilybæi] Promontoriũ esse Siciliæ, sed hic pro oppido eiusdem regionis ponitur. [Sutorio atramento, q.d. uano iudicio, sutorium atramentum appellauit tincturam, qua sutores, hoc est calcearij pelles & calceos tingũt. est autem pessimi coloris, hortatur nunc Ci. Pætum, ut malit esse de Papirijs patricijs, quam de plebeijs, qui fuerunt pessimis. [Ad patres) Ad patricios. [Importuni] Mali, improbi. Inciderat in manus impressoris exẽplar quoddam meum mendosum, ubi erat circa principium huius epistolæ locus male expositus, cum aduerti non esse datum exemplum fidum. Itaque statim reuocari, & correxi. antequam omnes chartæ fuissent impressæ, eum locum declarandum putaui fideliter. ne quispiam ex ignorantia factum esse putaret, simul ne ij, ad quos peruenient priores impressiones fallantur. Locus. est ἀπόφθεγμα erat scriptum, debuerat enim esse ἀπότευγμα .i. inassecutio, ut ita dicam, qđ illa uerba græca, quę supposuimus declarabant, scilicet μπτυγκάνειν, hoc est asseq, scilicet me, uel qđ magis placet, opus est tibi ἀπότευγμα meũ .i. opus ẽ tibi inassecutio, & quodammodo impossibilitas mea, quia nõ assequor illa fulmina, quæ scribis. deriuatur enim à uerbo ἀποτυγχάνω, quod significat impos sum, non assequor.

ASC. *AIN' tandem?*] Scripserat Pętus se imitando uehemẽtiã dicẽdi Cic. uisum sibi insanire. ad quod respondet Cic. simulq; redarguit qđ dixerat Papirios oẽs plebeios fuisse. Ordo est: Ain .i. ais ne tãdem, ut tu uideris ibi insanire, quòd mirere, ut scribis fulmina.. uehementem impetum uerborum meorum. Tu insanires tum .i. tunc si non posses, & sup. uelles consequi .i. obtinere uim meam dicendi Vero pro sed, cum .s. ita sit quod uincas .i. superes me, oportet sup. ut irrideas prius me, quam te. Quare cum sis in dicẽdo acrior, quã ego, nihilo opus est tibi illud à Trabea .i. sumptum ab oratione habita in Trabea, id est in ueste regali, & augurali, & ita tranquillum, & sedatũ, sed potius apophthegma .s. acre dictum meum, & sententiosum. Verunt ñ quid uideor, tibi agere in epistolis, nõ ne uideor agere tecũ sermone plebeio .i. vulgari? Nec enim sup. decet loqui semper codẽ modo. Enim .i. quia, qđ simile habet epistola aut iudicio, aut concioni? q. d. nihil, & ita licet simus in iudicio, aut concione acuti & uehementes, nõ continuo tales erimus in epistolis. Quin .i. quia etiam nos non solemus tractare ipsa iudicia uno modo etiam omnia, quia nos agimus causas priuatas, & omnes tenues .i. modici momenti, subtilius .i. deductius, & magis tenuiter .s. id est scire licet, cur id faciamus, q̃a agimus cãs capitis, aut famæ .i. ubi, aut uita, aut fama in piculo est. ornatius uero .i. sed nos solemus texer .i. cõponere epistolas uerbis quotidianis. Sed tñ ò mi Pæte quid .i. ad quid, aut legamus, qua .i. quomodo, uenit tibi in mentẽ negare quemq̃ Papirium fuisse unquã nisi plebeium .i. humilẽ & ignobilem? fuerunt .n. sæpe Papirij, patricij .i. de genere patrum conscriptorũ seu senatorũ gentiũ, minorum .i. posteriorum, non ab illis centũ, quos Romulus patres legerat, orti, quorũ L. Papirius Mugilanus sup. fuit princeps .i. principium capiens, & primus, qui fuit consul cũ L. Sempronio Atracino, cum fuisset antea censor cum eodem .s. Sempronio annis trecẽtis duodecim, sed uos, q; estis de gñe Papiriorũ, dicebamini tũ .i. tunc Papisij. Sic Valesij dicebãtur, qui postea Valerij, & Fusij q. Furij. Tredecim .s. magistratus de gñe Papiriorũ fuerunt sella curuli .i. q̃ ædiles facti eo q̃ nobiles sella curuli gaudebant: post hunc .s. Sempronium ante L. Papiriũ Crassum. qui primus est desitus .i. desinit uocari Papisius, q̃a sumpsit cognomentum Crassi. Is Papirius factus est dictator cum L. Papirio Cursore magistro equitum annis quadringentis, seu trecẽtis quindecim post Romam conditam, & factus est cõsul cũ C. Duillio quadriennio .i. spatio quatuor annorũ post. Cursor .s. alter de gñe Papiriorum hõ ualde honoratus secutus est .s. magistratum hunc .s. L. Papirium. Deinde sup. secutus est L. Masso ædilicius .i. ædiliciæ dignitatis, inde sup. secuti sunt multi Massones, quorũ quidẽ omniũ ego uolo sup. ut tu habeas imagines .s. cereas in stẽmate tuo, quia omnes sunt de progenie tua. Deinde insequunt .s. in locum Papiriorum, Carbones, & Turdi .i. sic cognominati. hi .s. Carbones, & Turdi, fuerunt Plebei, quos censeo sup. ut contẽnas .i. vilipendas. Nam nemo Carbonum fuit ciuis è rep. per publicum magistratum, quem gesserit, prætet hunc Cn. Carbonem, quem Damasippus occidit. Nos cognouimus Cn. Carbonem, & eius fratrem scurram .i. infami uita, & sermone uictum q̃ritatem. Quid sup. fuit improbius ijs? q. d. nihil. Ego nihil dico de hoc .s. Carbone amico meo, filio Rubriæ. Tres fratres fuerunt illi, Publius. Caius, M. Carbones, Publius cõdemnatus Flacco accusatore .i. accusante, fugit .s. ab urbe. Marc. sup. fugit ex Sicilia. C. Lucio Crasso accusante .i. cum ab illo accusaretur, dicitur sumpsisse cãtharidas .i. uermiculos uenenatos in ficis interdũ nascentes, quorum succo homines cito enecantur. Is .s. Caius sup. erat trib. pl. seditiosus, & existimantus est attulisse uim .i. necem Africano, qui domi suæ inuentus est extinctus. Vero pro sed, nemo fuit meo iudicio .i. quãtum esse iudicio, improbior hoc .s. M. Carbone, qui interfectus est Lilybæi, cũ fugam pararet, à Pomp. nostro .s. amico. Iã .i. deinde pater eius accusatus à M. Antonio, putat absolutus atramento sutorio .i. cũ nota infamiæ, siut improbi sutorio atramẽto .i. quo sutores pelles denigrãt sugillari solent. quare ego cẽseo sup. ut reuertare ad partes .i. ad primos illos Papirios, q patricij ac uiri boni fuerunt, hoc est te de illorũ genere etiã morib. asseras, quia tu uides, quàm .i. quantum importuni fuerint plebei .s. Papirij .i. qui è plebe in familiam Papiriorum asciti sunt.

PAUL. MAN. *ILLVD à Trabea*] Cum Papirius ostendere uellet Ciceroni, se frustra ipsius orationem imitari, Trabeæ poetæ uerbis id ostenderat, quod reijcit Cic. ac potius sibi illud ipsum à Trabea opus esse affirmat. nam cum Papirius non solum consequatur, sed etiam uincat; suum esse, frustra conari, affirmat, ἀπότευγμα igit meũ: subaudi, est. tu. n. omnia, quę uis, consequeris. quop ego non possum: itaq; ἀπότευγμα, meum est, non tuum. [CCCXII.] discrepat à Liuio: q. consules fuisse Papirium. & Sempronium tradit anno CCCIX. q̃ si quis annorum numerũ ad censuram, non ad cõsulatum, referat: ne sic quidem inter eos conueniet: cum anno post consulatum proximo censores fuisse, idem Liuius narret.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Faceta disputatio, nec ut apparet, affectata. est autem tota pro sententia Stoicorum, qui nullum uerbum inhonestum putabant, cuius significatio erat honesta. Laudat tamen postea Academicos, ut pote uerecundiæ, amatores.

CICERO PAPIRIO PAETO. S. D. 22

AMO uerecundiam uel potius libertatem loquendi, atq; hoc Zenoni placuit, homini mehercule acuto: et si Academiæ nostræ cum eo magna rixa est sed, ut dico, placet Stoicis suo quanq; rẽ nomine appellare. sic enim disserunt: nihil esse obscænum, nihil turpe dictu. nam si quod sit in obscænitate flagitium, id aut in re esse, aut in uerbo; nihil esse tertium. in re non est, itaq; non modo in comœdijs res ipsa narratur, ut ille in Demiurgo; Modo (forte nosti canticum, meministi Roscium) ita me destituit nudum, totus est sermo uerbis tectus, re impudentior, sed etiam in tragœdijs. quid est enim illud? Quæ mulier una? quid, inquam, est? Pherai hic cubile inire est ausus. quid est? Virginem me quondã inuitam per uim uiolat. Iupiter † bone, uiolat? atqui idem significat, sed alterũ nemo tulisset. uides igitur, cum eadem res sit quia uerba non sint, nihil uideri turpe. ergo in re non est; multo minus in uerbis. si enim quod uerbo significatur, id turpe non est, uerbum, quod significat turpe esse non potest. anũ appellas alieno nomine, cur non suo potius? si turpe est, ne alieno quidem. si non est, suo potius. caudam antiqui penem uocabant, ex quo est propter similitudinem, peniculus. at hodie penis est in obscenis. at uero Piso ille Frugi in annalibus suis queritur, adolescẽtes peni deditos esse, quod tu in epistola appellas suo nomine, ille tectius penem. sed quia, multi, factum est tam obscænum, quàm id uerbum, quo tu usus es. quid quod uulgo dicitur, cũ nos te uolumus conuenire, num obscænum est? memini in senatu disertum consularem ita eloqui, hanc culpam maiorem, an illam dicam? potuit obscænius? non inquis, non. n. ita sensit. non ergo in uerbo est. docui autem in re non esse, nusquam igitur est. liberis dare operam, quàm honeste dicitur. etiã patres rogant filios, eius opera nomen non audent dicere. Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen, is Connus uocitatus est. num id obscænum putas? cum loquimur, terni, nihil flagitij dicimus. at cum bini, obscænum est. Græcus quidem, inquies. nihil est ergo in uerbo, quando, & ego Græce scio, & tamen tibi dico bini, idq; tu facis, quasi ego Græce, non Latine, dixerim. Ruta & menta, recte utrunq;. uolo mentam pusillã ita appellare, ut rutulam: non licet. Bella tectoriola dicis, dic ergo etiam pauimenta. isto modo, non potes. Vides igitur nihil esse.

† alias, bene

eſſe, niſi ineptias, turpitudinē nec in uerbo eſſe, nec in re, itaq; nuſquam eſſe. ergo in uerbis honeſtis obſcœna ponimus. quid † alias, diuiſor? *enim non honeſtum uerbum eſt † diuiſio? at ineſt obſcœnum, cui reſpondet intercapedo. num hæc ergo obſcœna ſunt? nos autem ridicule. ſi dicimus, ille patrem ſtrangulauit, honorem non præfamur; ſin de Aurelia aliquid, aut Lollia, honos præfandus eſt. & quidem iam non etiam obſcœna uerba pro obſcœnis ſunt. batuit, inquit, impudenter, depſit multi impudentius. atqui neutrum eſt obſcœnum.* STVLTORVM *plena ſunt omnia. Teſtes, uerbum honeſtiſſimum in iudicio alio loco non nimis. at honeſti Colei, Lanuini, Cliternini non honeſti. quid? ipſa res modo honeſta, modo † turpis. ſuppedit, flagitium eſt. iam erit nudus in balneo, non reprehendes. Habes ſcholam Stoicam.* † ὁ σοφὸς εὐθυῤῥήμων ἔστι. *Quàm multa ex uno uerbo tuo? te aduerſus me omnia audere, gratum eſt. ego ſeruo, & ſeruabo (ſic enim aſſueui) Platonis uerecundiam. itaque tectis uerbis ea ad te ſcripſi, quæ apertiſſimis agunt Stoici. ſed illi etiam crepitus aiunt æque liberos, ac ructus eſſe oportere. honorem igitur calendis Martijs. Tu me diliges, & ualebis.*

† alias, ſuſpendit, uel ſuſcipit.
† .i. ſapiens rectiloqu' eris

HVB. AMO uerecundiam] Sicut de rebus, & ſententijs magna fuit inter diuerſarum ſectarum philoſophos diſſenſio, ita etiā de uerbis. Academici enim & peripatetici exiſtimauerunt multa eſſe, quæ licet eſſent re honeſta, tamen ſuis uocabulis non eſſent appellanda. contra Stoici nihil eſſe re honeſtum, quod ſuo uocabulo non eſſet appellandum. idque probabant argūmento ſumpto à contrario, nam ſi res turpes, ut adulterium, & furtum, & homicidium, & ſimilia proprio uocabulo non inhoneſte dñr, quanto honeſtius erit ſuo vocabulo appellare rem honeſtā? Quęſiuerat igitur Pætus à Cic. utra ſnīa uideretur honeſtior. & ſcripſerat ad eum quędam obſcœna ſuis nominibus. Itaque Cice. primum excuſat in quibuſdam ſnīam Stoicorum. Dicit tñ ſe malle imitari ſcholam, & opinionem Academicorum, qui ſunt uerecundiores. eſt autem tota faceta hæc epiſtol. [Vel potius) Correctio. [Zenoni) Hic. n. ſtoicæ ſectę princeps, & magiſter fuit, ex Cypro. [Acuto) Ingenioſo, ſubtili. [Noſtrę] Quā nos imitamur, nā Ci. interdum fuit ſtoicus, in multis etiam Academicus, ut ipſe in procœmio j. Off. quoniam utriq; Socratici, & Platonici eſſe uolumus. [Rixa] Contentio. [Stoicis) Hoc idem, & Cynicis, quia ſtoicis tantum ueſtibus diſtabant, quoniam nullis utebantur. Iuuen. Dolia nudi non ardent Cynici. Idem: Et qui nec Cynicos, nec ſtoica dogmata legit. A Cynicis tunica diſtantia Cic. 1. Off. Quæ enim natura occultauit omnes, qui ſana mente ſunt, remouent ab oculis, ipſique, neceſſitati dant operam, ut quàm occultiſſime pereant quarumq; partium corporis uſus ſunt, neceſſarij, eas neq; partes, neq; earum uſus ſuis nominibus appellant. quodq; facere nō turpe eſt, modo occulte, id dicere obſcęnum eſt. Itaq; nec actio rerum illarum aperta petulantia vacat. nec oratio obſcęnitate. Nec uero audiendi ſunt Cynici, aut ſi q fuerunt Stoici pene Cynici, q reprehendunt, irrident, quod ea, q̄ turpia non ſunt, uerbis flagitioſa dicamus. Illa aūt quæ turpia ſunt noīb. appellemus ſuis, &c. [Nā ſi) Vtitur argō, quod dilēma appellāt, qđ ex utraq; parte concludit, obſcœnitatem. n. oēm dicit eſſe aut in re, aut in verbis, nihil eſſe tertium, ſed neq; in re, neq; in uerbis probat eē obſcœnitatem, ergo nulla eſt, idque exemplis probat, ut patebit. [Itaque] Probat ꝙ in re non ſit obſcœnitas, quia nō ſolum in comędijs narratur res ipſa, uerum ēt in tragędijs, quæ ſunt ſeueriores. [Trinūmo) Nomen eſt comędię. [Forte noſti cāticū). i. forte ſcis ò Pęte carmen illud. [Meminiſti) quia aderas, cum egit, illā comędiā. [Roſcium) Comędū. de quo diximus li. 7 [Ita me] Hæc ſunt comędiæ uerba, quæ Roſcius pronunciauit. [Nudum) Erat. n. aliquis introductus in comœdia, qui dicebat: Ita me deſtituit nudum, q̄ uerba ex antecedentibus, & ſequētibus ſi inueniretur comędia, facilius intelligerenť, hñt. n. neſcio quam turpitudinē, q̄ uerbis regitur, ſicut apud Ter. in Eun. Quid tum fatue. Et apud Vig. Fuit aut tibi quidquam Dulce meū. Et itē: Spelunca Dido dux, & Troianus eandem Deueniūt. Subticuit. n. quod uidebatur obſcęnū dictu. [Re] Quia aliud intelligiť, q̄ deſtitutū eſſe nudū. [Sed ēt in tragędijs) Quę ſunt ſeueriores [Auid eſt. n.] Quale eſt, q. d. ſatis obſcœnam. [Quæ mulier una?) . ſ. concubuit, uel aliud ēt turpius intelligiť. eſt. n. eclipſis. [Quid, inq̄] Repetit Cic. interrogationē ex admiratione obſcęnitatis. [Vſurpata duplex cubile?) Eſtne aliud dicere, q̄ obſequiť duob. uiris, uel ſi de uiro intelligimus, duab. cōcubito mulierib. [Quid illud Pheræi] Quos hactenus audiui, & quorum ſcripta ad manus meas puenerūt, affirmauerunt Pherçum nomē eſſe poetę, de quo nuſquā legi. ego uero affirmo nō temere, ſed magna auctoritate niſus. ita diſtinguēdā eſſe. [Quid illud?) . ſ. quale illud. ſ. dictū, erat aūt alicuius Comici, qui qm̄ eo tpe erat tritus, & familiaris nō nominať à Cice. erat aūt hoc dictum qđ ſequitur. ſ. [Pheræi) Hic cubile inire auſus eſt, hæc. n. uerba licet uideanť honeſta, ſignificāt Pheræi uxorē uitiatam fuiſſe. inire. n. cubile alicuius uiri ſignificat uim eius uxori afferre. de hoc aūt Pherço, qui Alexāder appellatus ē, Cic. phęreus 2. Off. ita inquit: [Quid) Alexādrum Pheræum quo animo uixiſſe arbitramur, qui, ut ſcriptum legimus, cum uxorem Thebē admodum diligeret, tñ ad eam ex epulis in cubiculum ueniens barbarū, & eum q dem, ut ſcriptū eſt, cōpūctū notis threicijs diſtricto gladio iubebat anteire, præmittebatq. de ſtipatoribus ſuis, q ſcrutarentur arculas muliebres, & nequid in ueſtimentis telū occultaretur, exquirerent, ò miſerum, q fideliorem, & barbarum, & ſtigmaticū putaret, q̄ cōiugē, nec eū fefellit opinio, ab ea. n. ipſe pp pellicatus ſuſpicionē interemptus eſt, ut ēt Oui. in Ibin teſtatur. Inq; tuo thalamo iugularis more Pheræi, Qui datus eſt lęto coniugis enſe ſuæ. Poſſumus tñ intelligere, quod illud Pherçi i. ꝙ Pheræus in tragædia dicit, ut quæratur Pheræus qđ aliquis cubile ſuum inire auſus ſit. [Quid eſt? Virginem me) aliud exēplū. [Iupiter bone) Exclamatio. [Verba non ſint). ſ. turpia. [Ergo) Cōcluſio huius partis. [Si. n.] Rō quare turpitudo non ſit in uerbo. [Anū) Podicē. [Cur nō ſuo potius) Vt puta culum [Ne alieno quidem) Quia ēt alieno uocabulo non poterat uitari obſcęnitas, q̄ eſt. [Si nō eſt). ſ. turpe. [Suo potius) . ſ. appellandum eſt, quia ſi res non eſt turpis, ne uocabulum quidem erit turpe. [Penem, caudā uocabant]. i. ab antiquis cauda appęllabatur penis, inde & peniculos dicimus, quibus calciamenta texuntur, quæ de caudarum extremitate fiunt, & inde etiam peniculi ſpongiæ longæ pp ſimilitudinem caudarum appellatæ. Vnde Ter. in Eun. Quid ignaue, peniculum pugnare, q iſtuc huc portes cogitas. [Hodie) Tpe noſtro. [In obſcęnis) quia ſignificat membrū uirile. Saluſt. in Cat. Nā quicūq, impudicus adulter, ganeo, manu, uentre, alea, pene, bona patria lacerauerat [Piſo) Non gener Ci. ſed alius uir doctus qui ſcripſit annales. [Peni). i. libidini, coitui. [Tectius) q penis ſignificat caudam, & tranſlatiue, non autem propterea intelligit mēbrum, ſicut etiā cauda hodie interdum ponitur pro membro. Hor. in Ser. Quæcunque excepit patienter uerbera caudæ. Idem: Quin ēt illud accidit, ut quidā teſtes caudamq ſalacem Demeteret ferro. [Verbū) Vocabulum, qđ aūt vocabulum ſit neq; dicit, neq; poſſumus intelligere. [Cum nos] Fit. n. cacephaton pnūciatione harū duarum dictionum. [Num obſcœnum eſt?] q. d. nō tñ vr̄ obſcœnū, quia uidemur dicere cum nos. Cunnus. n. eſt mulierum rima. Cunus Hora. Nā fuit ante Helenā cunnus teterrima belli cā. [Memini) Probat ab auctoritate utentis, quod non ſit obſcœnū. quia uir grauis, & diſcretus in ſenatu, ubi erāt uiri grauiſſimi, dixit, cum, &c. quod non feciſſet in eo, ſi exiſtimaſſet obſcœnū [Illam culpam) Illius uiri conſularis, quia ita elocutus eſt. [An] An tua qui in epiſtola tua obſcęno uerbo uſū es. [Potuit obſcęnus) ſcilicet dici. [Non) Reſponſio, & excuſatio, ꝙ nonulla ſit obſcœnitas. [Non. i. ita ſenſit). i. non putabat ſe dicere, cum nos. [Nuſquam igitur) Concluſio, & conſequens bonū, ſi. n. obſcęnitas nō eſt in re, neq, in uerbo nuſquā eſt, quia nihil eſt tertiū, & in alio eſſe nō poteſt. [Liberis dare operam) hoc eodem exemplo utitur Cic. lib. 1. Off. cōtra quam hic liberis, inquit, dare operā re honeſtum eſt, noīe obſcęnum; liberis. n. dare operā eſt mulierē ſubagitare, liberorum creandorum cā. [Nomen eius operæ) Qua. ſ. ſuſceperunt filios. [Non audeant] Quia opera ſuſcipiendorum liberorum eſt mulierē futuere, qđ nō audent dicere, qa putant turpe. [Socratem] Aliud exemplum qđ quædam videātur turpia dictu, q̄ non ſunt. [Docuit f.] Subauditu canere. i. docuit eū canere cithara. nam fidis pro cithara ſępe ponitur, unde & fidicē. i. citharædus, ut nunc intelligiť hic. [Is] Fidicē. [Vocitatus Cūnus) Proprie noīe appellabať. [Cunnus. n. num] An, q. d. minime. [Cum loquimur) Hoc exemplum ſatis eſt obſcurū ignorātib. græcitatē, licet q̄dā cognati ſint interprętari contra mentē Cic. ut oſtendemus, inqunt. n. [Cum loqmur terni]. i. tres. [Nihil flagitij) Nihil obſcęnitatis, & turpitudinis. [At cum bini) . ſ. loquimur, quia per binos intelligimus teſticulos, qui duo ſunt, ꝙ ſi quis habeat tris, ut quidā dñr hr̄e, ridiculus eſt hic ſenſus, pcipue, cū ſubdat: Græcis q dem, inq̄es, nā bini cum duo ſignificat nō eſt græcum, puto autem ſic intelligi, q̄dam uerba uideť hr̄e obſcœnitatē uoce ipſa, quædū nō hñt, ut cum loquimur terni. i. cum diximus hanc dictionē terni, nullā facimus obſcęnitatem, at cum bini, cum dicimus bini, obſcęnum eſt. βινέω ſignificat futuo, bini tertia perſona

uidetur

ur dicere bini,& significat futuit,uel futue,pōt.n. esse ēt prima persona imperatiui per synęresim,& ideo dicit.[Græcis].f.obscęnum,quia apud eos significat futuit,uel futue,nō autem latinis, quia significat duos. [In uerbo]in uocabulo, sed in significato. [Scio græce].i.græcitatis cognitionem habeo.[Ruta, & menta] Pergit ostēdere in alijs uerbis nullam esse obscenitatem.in alijs esse,cum tamen sint eiusdem formę ruta,& menta,nomina herbarum honeste dr̄r primitiua, at in diminutiuis rutula honeste dr̄,mentula ur̄ obscęnitatem hr̄e,quia aliud ur̄ significare.f.mēbrum uirile.Mart.Mētula cum doleat puero,tibi Neuole cuius, Nō sum diuinus,sed scio qđ facias.[Non licet]Nō decet.[Bella tectoriola]Sēsus est,tectoriola bella.i.honesta sunt nomina,sed

Tectoria Pauimẽtum pauimentum non ita honeste dici potest,licet ferè id significet. dr̄r enim tectoria illinimenta quędā,& quasi pauimenta parietis,atq; incrustatiōes.Iuuen.Tectoria prima reponit, Tectoriū a tegendo dicitur,pauimentum à pauiendo.i. feriendo,quod licet significet incrustationem,tamen quia à feriēdo dicitur.poterit tamen uideri habere significationem minus honestam , quia partes muliebres actu uenereo feriunt,ut ex uersu Horatiano supra adducto ostendit.Quęcunq; excederit patiēter uerbera caudę.Id significat Iuue.Antiquum & uetus est alienum posthume lectū Cōcutere.[Ineptias]Stultitias, qa putamus ea turpia, quę non sunt.[Non honestum]Probat Ci.φ in uerbis honestis obscęna putantur. [Non est quid].i.imò est.[Diuisio?]Quod non habet turpitudinis.[Cui rndet] Cui æquiualet.[Intercapedo]signi

Intercapedo ficat interstitium, interuallū, & denique idem quod diuisio.Ci. filius ad Tyronem lib.vlt. itaque me iam non pęnitebat intercapedinem scribendi fecisse.[Inest obscęnum]Quia vr̄ significare primam scissurā muliebrē [Nos autē]Ostēdit Cic. ineptias esse nostras,qui præbeamus honorem turpibus,& honesta turpia putemus. Ordo est : Nos ridicule nō præfamur honorē, si dicimus ille strangulauit patrem, quod quidē re turpe est.[Si dicimus ali

Præfari honorẽ quid de Aurelia,& Lollia,honos præfandus est) Præfari honorē est,quod dicimus loqui cum reuerentia eius,qui audit. Aurelia, & Lollia nomina impudicarum mulierum sunt. [Inquit) Academicus uel quispiam.[Batuit) Verberauit , quia subagitando uerberātur nates,ut supra diximus.[Depsit) Calcauit.[Multo impudentius].f.dicitur.[Atq) Certe.[Neutrū) Nec habuit,nec depsit. [Stultorum) quia omnia peruertūt. Simile est illud Iuuen.Non unus mentes agitat furor.[Testes) Probat quod dixit uerba non obscęna iā esse pro obscenis. si in iudicio nominemus testes,intelligimus eos , qui dictum suum ad alicuius rei probationē deponuntur sin uero extra iudicium , non vr̄ honestum,quia uidemur coleos,siue testiculos,ut diximus,esse apud Hor. Accidit ut quidā testes , caudamq; salacem Demeteret ferro.[At honesti) Secundum ea tempora κολεός uaginam significat,colei etiā,uel colij dicunt̃ testiculi.[Lanuini) Cliterni, ita enim tunc honeste

Colei Lanuini uocabātur testiculi , lanuini autem à lana , eo quod lana , hoc est pilis circundentur.[Cliternini) Vero à clio,id est claudo,aut quasi clitellini,nam cliterna significat sarcinam,aut quasi cliternini,nā clintir,lectum significat, φ eis maxime in lecto utamur concubitus gratia.[Non honesti) Sicut nunc cacius pro pene in obscænis est,licet latine docti non utantur.[Modo honesta]Per se.n.nullā habet turpitudinē sicut gladius,neq; bonus,neq; malus est,sed sicut qs eo utit̃ ita est. sic ēt,& hæc sūt supra nominata.[Suppellit)uerbū erat obscęnū cōpositū à sub,& pello,suppellit capiebāt, ꝓ supponit uel ex inferiori parte sursum agit [Nō rep.)qa ex cōsuetudine vr̄ hoc licere.[Habes) Cognosceis [Scholā Sto.).i. sn̄ias sectę stoicæ,q̄ suis uerbis oīa putat appellanda. [εὐθυῤῥημων ἔσῃ) .i. sapiens rectiloquus eris.i. si fueris sapiēs, scies recte loqui.i. cognosces qđ deceat,& qđ nō deceat.[Quam multa ex uno uerbo tuo.f.sunt à me scripta, qa scripsisti unū uerbū,qđ uidebat̃ obscœnū & petiuisti quid sentirē qa tā multa postea scripsi [Audere) Audenter scribere. [Gratū est) Sic ēt supra; Me aūt,ut scurrā uel itē malis oneratū esse nō moleste tuli.[Tectis) occultis.[Sed illi) q.d.sunt inuerecūdi. [Crepitus).f.uetris .[Æq; lib.) ita dicere,& licere sicut ructus,qui ore emittunt̃, pp frigiditatē,& repletionē stomachi.Iuu.Si bene ructauit, ructū,si minxit amicus.[Honorē igit̃) quidā exposuit, φ qn̄ emittimus crepitus uetris, aut ructus dicimus ad honorē calēdarū Martij, ego nunq̄ sum solitus ita dicere,nec audiui quenq̄ ita dicentem itaq; sic est distinguendū.[Honorem igitur) .f.seruemus,uel pręfamur,deinde.[Cal. Martijs) .f.scripta est,uel data hæc epistola.

ASC. *AMO uerecundiam &c.*]Sicut de rebus, ita de uerbis erat inter philosophos cōtrouersia. Academici.n. & peripatetici existimauerunt multas esse res nō inhonestas, cū sint naturales,& necessariæ,quæ tn̄ nō sint ꝓprijs uocabulis appellandæ. Cōtra sentiebāt Stoici, qa si turpia,ut sūt adulteriū,incestus,homicidiū,parricidiū, furtū,sacrilegiū,& similia,inhoneste suis uocabulis exprimunt̃, quæ turpia nō sunt, inhoneste explicari nō pn̄t, si suis explicent̃. De quibus sententijs cū Pætus q̄siuisset,utra placeret, Ci.excusatis nō nihil Stoicis,dicit se in Academicorū potius iturum sn̄iam,qui uerecūdiores,q̄ Cynici sunt Ordo est: Ego amo uerecundiā loquendi, quā Academici cōmendant,uel potius libertatē,quā Stoici. Alij legūt,uel potius libertatē.i.q̄ libertatē, quia Ci.alibi significat uerecūdiā sibi potius placere,q̄ libertatē loquēdi.Atq,obiectio est,sed qūo hæc.f. rē quoq; appellare suo .i.proprio nomine placuit Zenoni.f. principi, Stoicæ sectæ,hoī mehercule,acuto.i.subtili,etsi.i. q̄q̄ magna rixa.i. lis, & cōtrouersia est Acadēiæ nr̄æ.i.quā frequētius imitamur cū eo.f. Zenone.sed,ut dico, placet Stoicis, qa Zēoni placuit ipsi.n. Stoici.dissentiunt.i.argumentāt̃ sic: Nihil esse obscœnū,nihil esse turpe dictu.i.dum dr̄, aut ad dicendū. Nā si quod.i. aliquod flagitium.i. pctm̄ magnū sit in obscœnitate, ipsi sup. disserūt, id esse aut ĩ re, aūt in uerbo, nihil esse tertiū.f. præter rē, aut uerbū, qđ possit esse obscęnum,sup.obscœnitas non est in re. Itaq; i.& ita res ipsa narratur non modo.i. nō solū in comœdijs, ut ille sup. inducitur dicere in Trinūmo in comędia illa , a qua Plautus titulum Trinūmi mutuatus est. Virgo.i. puella modo.i. paulò ante, destituit .i.fugiēs dereliquit me nudū. Tu forte nosti cāticū.i. carmē poetę in comędia,& meministi Rosciū.i. cū Roscius illud recitaret: agēdo psona iuuenis id dicētis. Sermo totus e tectus uerbis, sed sup. est imprudētior re, quia sign̄ando se nudū à uirgine nuda destitutū, innuit, se prius rē cū ea habuisse, sed ēt in tragœdijs sup. narrat̃ res ipsa, eo, φ turpis non sit. Quid.n. est illud? qđ dicit in tragędia? Quæ mulier una?.i. cū sit una, quid, inq̄, est? usurpata.i. usu cōuertit duplex cubile? q.d. vr̄ qđ ē res turpis . & tn̄ nō ē ſm Stoicos, qa tā in comędijs, q̄ in tragędijs satis exprimit̃. nā dicēdo : q̄ mulier cū sit una, itelligit̃, aut à duob. simul stuprū passa, aut duobus uiris succubuisse, cū duplex usurpet cubile? quasi de cubili mariti dormiētis ad cubile mechi se trāstulerit. Itaq; poterit unū esse exēplū, & duo. si unū, sēsus est, qđ mulier cū sit una, duplex cubile usurpet.i. duos uiros appetat. si duo, sensus est prioris, φ mulier una duob. simul operā turpē nauarit, posterioris, φ mulier una duplex cubile frequētarit: Quid illud?.f. ĩ alia tragędia? hic ausus est intrare cubile Pherei.f. tyrāni, & zelotypi, q̄ nūquā ad uxorē ingressus esse fert̃, nisi stipatus armatis, & excussa muliere, & toto cubili, an telū, aut ferrū aliqđ lateret, & tn̄ ab ea interfectus est. alij legunt ut inducat̃ Pheræus dicere tragædia, hoc modo: Quid illud Phærei.i. quid dicit Phæreus in tragœdia .f. hic ausus ē inire cubile? q.d. certū ē, φ sign̄at coniugē eius uiolatā. Quid est? sup. illud in tragędia? Violat ꝑ uim, me quodā Virginem. Iupiter bone, uiolat? Atq.i. sed quomodo idē sign̄at .f. qđ dr̄ sicut uerbis tectis, & aptis, sed nemo tulisset.i. passus fuisset, alterū.f. uerbū qđ ꝓprium est, forte, honor sit aurib. futuit, aut qđ simile. Tu igit̃ uides cū res sit eadē, quia uerba nō sint.f. turpia, nihil uideri turpe. ego sup. turpitudo aut obscęnitas nō est in re, qa res satis iudicat̃, & multo minus est in uerbis. Si.n. id qđ sign̄at̃ uerbo.i. res sign̄ata nō ē turpis, uerbū qđ sign̄at sup. illud nō pōt esse turpe. Tu appellas anū.i. podicē aut culū, alio noīe.f. circūlocutione, ut posterior aut clunes, &c. cur nō appellas sup. eū potius suo.i. ꝓprio nomine. Si turpe ē.f. qđ dr̄, ne quidē i. non saltē sup. dici aut nominari debeat alieno.f. noīe, si nō ē sup. turpe, dici aut uocari debet potius suo.i. noīe. Antiqui.f. Romā, uocabant caudā penem, ex quo est penicillus, quo pictores utūtur pp similitudinē.f. cum cauda. At penis est. i. cōnumeratur hodie in obscœnis.f. uocabulis, quia accipit̃ pro cauda salaci, hoc est pro mētula. At.i. sed, Piso ille frugi.i. parcus, & ad frugē intētus , q̄ritur .i. cōqueritur in annalibus suis, adolescētes esse deditos peni.i. libidini, & uigi salaci . Id, quod tu appellas in epistola noīe suo.i. ꝓprio, vtpote mentulā. ille.f. Piso, sup. appellat tectius.i. coopertius, penē, sed sup. nomē penis, factū est iā multis tā obscœnū , q̄ illud uerbum.f. mentula, quo tu usus es. Quid sup. dices de illo, quod dr̄ uulgo: nos uolumus conuenire te, nū.i. nunquid obscœnū est? q. d. minime, quia memini cōsularē.f. uirū disertū eloqui in senatu ita.f. cōuenire te uolumus, & tn̄ cōuenire, uulgo accipitur sicut a nobis coire, vnde sunt qui putāt hic legendū coire ꝓ cōuenire. Ducā hāc culpā maiorē, an illā, potuit.f. dicere obscœnius, nō inquis, Nō.n. sensit ita. Ergo sup. obscęnitas nō est in uerbo, quia idē uerbū sign̄at rem honestam & inhonestā. aūt ꝓ sed, docui sup. obscenitatē nō esse in re. Igitur nusq̄ est per locum ab inductione sufficiēti, quia nō est dabile tertiū. Etiā patres rogāt filios dare.i. ut dēt operā liberis, & tn̄ dare operā liberis, ē sign̄are & nō audēt dicer̃ nomē eius operę.f. q̄ rogāt, ut filij dēt, hoc est habeāt rē cū muliere . Nobilissimus fidicē docuit Socratē fidib. .f. canere. Is.f. fidicē, uocatus est Connus, aut, ut alij scribunt, Cū-

lud nescio quid qđ solebas,hoc ē laute instruere,cęnā,& obliuinus,quod membri mulieris nomē est,sed Græci,u, non habent, verum eodē ferè mō ꝓfertur,licet per,u,scribat̄ mēbrū illud,nū .i.nunquid id sup.est obscęnum?q.d.nequaq̄, qa ꝓprium est uiri nomē.Cum nos loquimur.i.loquēdo ꝓferimus terni.i. illud nomen,nihil dicimus flagitij.i.turpi flagitio digni.at cum supp.loquimur bini.i.dicēdo illud uerbū , qđ Græce scribāt ϐινει i.fuit aut futue.i.agit,aut agerē uenereā,inqes,obscœnū est qdē Græcis,licet non Latinis.Ergo nihil est.s.obscęni in uerbo,qn̄,&.i.ēt ego scio Græce.s.loq,& tn̄ dico tibi bini,& tu facis id, quasi ego dixerim Græce non Latine.Ruta,& menta utrunq;,dr̄ recte.i.honeste,ego uolo.i.demus ut uelim mentam pusillam .i. p diminutionē appellare ita,ut rutulā s.pusillā appello,nō licet, quia mētula obscęnum est uocabulū.Volo sup.appellare tectoriola.i.parua tectoria,hoc est incrustationes,& cooperimēta bella .i.bona, & uenusta,dic ergo ēt pauimēta isto mō i.p diminutionem vide licet pauimentula,nō potes,qa sic iterum ꝓfert̄ mentula nomē obscęnum. Tu igit̄ uides nihil esse.s.in uitanda tali turpitudine nisi ineptias , quia licet dicendo pauimentula signet in fine id , quod turpe putatur,tn̄ non illud significat̄.vides igitur turpitudinem,nec in uerbo esse,nec in re,& ita nusq̄ esse,qđ pro Stoicis concludit.Ergo nos,qui dicimus in uerbis obsęnitatē esse,ponimus obscęna.i.res obscœnas in uerbis honestis.i. dicimus p uerba honesta significari.Quid.n.idest qūo nō ponamus:diuisio,nō .i.nō ne est uerbnm .i.uocabulum honestū?q. d. ēt At.i.attamen obscęnum inest.s.in eo,aut quia capit̄ p circū locutinē ꝓ rima, & fissura muliebri.ut sentit Hube.aut quia.s dure,ut à Græcis ꝓfertur ꝓplata,diuisio sonat,ut diuitio.i.in diuisis uitio, & corrumpo,qđ nimitum obscęnum est,cui.s.uocabulo rn̄det.i.synonymū est,intercapedo.i.distātia,spatium aut loci, aut tēporis intermedij,nunquid hæc quoq; s.intercapedo obscęna, sup.est sicut diuisio?q.d.minime,& tn̄ idē sunt.āt.i.sed, si nos dicimus ridicule.i. ad excitādum risum,ille strāgulauit patrem,nō p̄famur.i. fando num p̄mittimus honorem.i.honor sit aurib.uestris, aut tuis , aut saluo honore ita loquar,cum tn̄ turpissimum sit, quia immanissimum pctm̄,strāgulare patrem suum.Sin.i.sed si sup.nos dicimus aliquid.s.libidinosum de Aurelia,aut Lollia.i.meretriculus illis famosi,sed minus flagitij admittentib.honos est p̄fandus.i.ne aures audiētis lædamus,p̄mittendus . Et quidem uerba nō obscęna sunt.i.hn̄t iam ꝓ obscœnis.Inquit.s.comicus quidam,aut Tragicus,batuit.i pcussit (vt opinor) Salacis uerbere caudæ,quia addit̄ impudēter,& suppressit.i.subagitauit multo impudētius. Atqui .i.sed quomodo ꝓ obscęnis hn̄t ? neutrum.i.nec batuere , qđ est pcuter nec supprimere est obscęnum.s.ꝓpria significatione Sed oīa sunt plena stultorum.i.turpitudinem censentium , ubi nulla est.Testes est uerbum.i.uocabulum honestissimum ī iudicio,ubi citantur,& audiuntur testes,alio loco i.extra illam sign̄ationem est.s.uerbum nō nimis,s.honestum qa testes,& testiculi sunt uirilitatis indicia,& quasi testes,uidelicet colei. At.i.sed,colei sup. sunt honesti.i.honeste nominā̄t, aut qa κολεὸς,coleos græce uaginā sign̄at,aut quia in cōsuetudine loquētiū non inhoneste nominabantur ēt pro testibus seu testiculis. Lanuini.i.colei lanugine.i.pube tecti,& cliternini.i.colei,sic alio noīe dicti,supp. sunt non honesti.Quid sup.dices:ipsa res est modo honesta, mō turpis.s.secundum æstimationem hominū.Suppendit est flagitiū.i. qui dicit hoc uocabulum suppendit aut,ut alij legunt, suppellit quasi flagitium committit iam obscęnum est dictū,sonat.n.idē, quod subagitat,& quasi pellem subigit, aut qui desuper pepēdit. Iam erat nudus in balneo,i.si quis hoc dixerit,tu nō repræhēdes quia non vr̄ obscęnum,cū tn̄ nudū esse homini pudori sit, taceo, si quid turpius celat,nam pro eodem,suppellere aut suppendere, & esse nudum in balneo accipit,cum dicat eandē rem modo honestam,modo turpem. Tu habes scholā Stoicā, ὁ, articulus , & sicut gallicè se,& theutonice,de σοφὸς.i. sapiens , δυθυῤῥήμον.i. eris,hoc est ex Stoichorum schola poteris rectiloquus euadere. Quā.i.ò quātum multa sup.attulimus uerba, ex uno uerbo tuo, s.quo usus es obscœne.putans quod in uerbis non sit obscœnitas. gratum est.i.acceptum mihi te audere oīa aduersus me.i.ausum esse obscœnis uerbis uti.Ego seruo, & seruabo uerecundiam Platonis.s.in loquēdo.ego.n.assueui sic.s. facere.Itaq; ego scripsi ad te uerbis tectis.i.coopertis ea supp.quæ Stoici agunt apertissimis sup.uerbis. Sed illi.s.Stoici aiunt crepitus.s.natium,aut culi, hoc est pedendi sonitus,oportere esse æque liberos, ac ructus.s. oris. Igitur honor est Kal.Martij, quib.rei uxoriæ operam dabant.vn̄ Flaccus, Martijs cœlebs quid agam calēdis? q d.loqui obscœne, & re uenerea,est apud Stoicos honestum,cum nullū censent uerbum turpe,cui res sit licita.Tu diliges me,& ualebis . Non ergo semper ponitur in fine uale,nec solæ sunt uoces,uale, & ualete.

PAVL. MAN. *PER vim violat*] Antiqui,uiolauit virginem,pro,uitiauit, & cum muliere fuit,pro,cōcubuit, modeste dicebāt.auctor M.Varro lib 5.de lingua Lat.sunt autem hæc ueteris poetæ uerba. [Peniculus]In omnibus ferè manuscriptis libris ita legitur.cūcti tn̄ impressi,penicillus,hn̄t,quam lectionem ab ijs repositam existimo,qui,quid peniculus significaret,non intellexerunt,quæ quidem uox à Sex.Pompeio lib.14 bis exponitur. Peniculi , inquit, spongiæ longę propter similitudinem caudarum appellatę . penes.n.uocabantur caudæ.& infra inferius: Penem caudam uocabāt. hinc peniculos diximus, quibus calceamenta terguntur . ex quo uel maxime uetusti libri lectio comprobatur,eundem.n.sensum Sex.Pomp.ijsdem uerbis,quibus Ci. complexus est.Plautus quoq; in Menæchmis,actu v. Iuuentus,inquit sub persona parasiti,nomē fecit Peniculo mihi.Ideo quia mensam,qn̄ edo, deterge o.vt eius uoces significatio obscura iam esse nō possit hūc autem locū ingeniosissimo,iuueni Hieronymo Ferrario debemus.

cęl. Rh. Antiq. Lect. li. 11.c.39. TESTES a Græcis δίδυμι appellātur. Dn̄r & colei ab erudiris,atq; itē Lanuini,& Cliternini,ut est in Cic.epist.ad Pætū. Ad quem tamen arriserit magis,si clitorios legas potius, q̄ cliterninos,ctione ab Græcis producta,apud quos clitorium est muliebre pudendum quod & sacandrus dicitur.vnde κλιτοριάζειν,turpiter membrum id attrectare significat.Pollux per η scribere mauult,ubi ait lib 11.Onomasticι:totum in virginali , siue interfęmineo uocatur κτεὶς.i. pecten,aut episiō,rimā uero dicitur schisma,quod arctum illatenus quādoq; est,vt mulieri fieri nequeat, sicuti commeminit Vlp. quæ interiacet subsultans caruncula , nympha nuncupatur,aut myrthō,siue epideris,aut κλητορὶς,cletoris.Est & κλιτώριον,i. ciltorium,apud illos:sed id uerbū,quādoque mensam iudicat regiam, quandoq; etiam gloriam . Iam opinor restitutus est candori suo M.Tullius.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Iocatur cum Pæto,qui scripserat se pedibus ægrum , ait si quidem, se uenturum,quòd coquus ipsius adhuc membris integer sit,& cum eo liberalius conuicturum.

CICERO PAPIRIO PAETO S. D. 23

HERI ueni in Cumanū:cras ad te fortasse.sed,cū certum sciam,faciam te paulo ante certiorē.etsi M.Ceparius cum mihi in silua Gallinaria obuiam uenisset, quæsissemq́; quid ageres,dixit,te in lecto esse. ꝙ ex pedibus laborares.tuli.s.moleste,ut debui : sed tamē constitui ad te uenire,ut & uiderem te,& uiserem,& cœnarē etiā.non.n. arbitror coquum etiam te arthriticum habere. expecta igitur hospitem eum minime edacem,tum inimicum cœnis sumptuosis. Vale.

HVB. H*ERI*]Laborabat Pætus pedibus.Itaque Cic. cum eo iocans dicit se nihilominus ad eum iturū , quia licet ipse laboret podagra,non tamen,vt credit eum habere coquum laborantē eodem modo , scilicet ueniam possit parare cœnas.[Ad te fortasse] Faciam certiorem. Ita.n.ꝓmisit supra . Sed si me expediero ut in ista loca uenire possim,nō committam , ut te sero à me certiorē factum putes.[In silua Gallinaria) Quidam exposuerunt siluam esse non longe ad urbe,olim latronibus refertam, eam uidelicet, quæ erat ad nouum ab urbem lapidem in uilla,quæ Cæsarū dicebatur,sed aduertūt,ꝙ illic propter locum celebrem latrones esse nō poterāt.est ergo hæc Gallinaria silua in sinu Cumano,ut scribit Str.lib.5 his verbis; In hoc sinu Cumano fructicosis uirgultis frequens,& arboribus silua est multis porrecta stadijs aquarū indiga,ceterum fabulosa, quam gallinariam uocant siluam. hic Sex.Pompeij,cladis præfecti pyratica struxere nauigia,qua tempestate Sicilia ab Romano desciscere fecit imperio. de qua Iuu. Et pontina palus,& gallinaria pinus. [Laborares ex pedibus) .i. ægrotares morbo pedū.i.podagra.[Viderem, & vis.) Videre est naturæ,uisere est officij.[Non enim)Iocatur [Arthriticum).i.articulari morbo laborantem,intelligit autem uel chiragram, uel podagram,nam utraque articulos solet uexare.Pers.Sed cum lapidosa chiragra. Fregerit articulos ueteris ramalia fagi . ἄρθρον .n.græce articulum significat.[Minimi edacem).i.non multi cibi.[Sumptuosis)In quibus multum expenditur.

Videre Viscere

ASC. *HERI &c.*]Laborabat Pætus, (ut Cic.audiuerat) pedibus,ipse tn̄ more suo iocans dicit, se nihilominus ad eum iturum, quia credit coquum eius nō laborare eodem morbo,nec lecto teneri, quo minus ualeat cœnam parare. Ordo est:Ego ueni heri in Cumanum.i.in possessionem meam,apud Cumas,cras sup.veniam fortasse ad te,sed,cum sciam certum.i.vt rem certam , ego faciā te certiorem.i.significabo tibi paulò ante .s. quàm uenturus sim.

etsi

etsi M.Ceparius cum uenisset mihi obuiam in silua Gallinaria, & quæsissem pro quæsiuissem sup. ab eo, quid ageres, dixit ti esse in lecto, ꝙ laborares ex pedibus.i.dolore pedũ, scilicet.i.scire licet, quid fecerim eo audito, quia tuli.i.portaui, ut dicunt, seu passus sum, moleste, ut debui.i.portare morbum amici, sed tñ.i.nihilominus cõstitui uenire ad te, vt &.i. simul uiderem te, tanquã amicum, cuius uisendi essem cupidus, & uiserem.s.tanquam ægrotum, cęnarem ẽt, tanquã apud bonum cõuiuiorum instructorem. Non.n.arbitror te habere coquum arthriticum.i.articulari morbo laborantem Nam ἄρθρον dr articulus. igitur expecta hominem minime, i. nequaquam edacem.i.multum comedentem, tum.i.insuper inimicum cęnis sumptuosis.i.magnorũ sumptuũ, in quibus.s.multæ maneant reliquiæ. nam, ut alibi iocose dixit, tales cœnas odit innuens se potius gaudere cibo. & delicato, & modico, quàm multo, & vulgari. Nã licet pluris bos, ꝙ turdus constet, delicatus tñ malit ad turdum inuitari, quàm ad bouem.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Monet Pætum, ut cõsuetudinem cœnandi intermissam, et relictã redintegret, & animi causa concœnationes, cõuiuiaq; amicorũ celebret.

CICERO PAPIRIO PAETO S. D. 24

RVfum istum, amicum tuum, de quo iterũ iam ad me scribis adiuuarem, quantum possem, etiam si ab eo læsus essem, cum te tãtopere uiderem eius causa laborare. cum uero & ex tuis literis, & illius ad me missis intelligam, & iudicem magnæ curæ ei salutem meam fuisse; non possum ei nõ amicus esse, neque solum tua commendatione, quæ apud me, ut debet, ualet plurimum, sed etiam uolũtate, ac iudicio meo. uolo enim te scire, mi Pæte, initium mihi suspicionis, & cautionis, & diligentiæ fuisse literas tuas. quibus literis congruentes fuerunt aliæ postea multorum. nam & Aquini, & Frabateriæ consilia sunt inita de me, quæ te uideo inaudisse: &, quasi diuinarẽt, quàm his molestus essem futurus, nihil aliud egerunt, nisi me ut opprimerent. quod ego non suspicans incautior fuissem, nisi te admonitus essem. quamobrẽ iste tuus amicus apud me commendatione non eget. utinã ea fortuna reip. sit, ut ille me quàm gratissimum possit cognoscere: sed hæc hactenus. Te ad cœnas itare desisse moleste fero. magna.n. te delectatione, & uoluptare priuasti: deinde etiam uereor (licet enim uerum dicere) ne nescio quid illud quod solebas, dediscas & obliuiscare cænulas facere. nam si tum, cum habebas, quos imitarere, non multum proficiebas: quid nunc te facturum putem? Spurina quidem, cum ei rem demonstrassem, & uitam tuam superiorem exposuissem: magnum periculum summæ reip. demõstrabat, nisi superiorem consuetudinem tũ,

† alias, ferre te *cum fauonius flaret, reuertisses: hoc tẽpore ferri † posse, si forte tu frigus ferre non posses. sed mehercule mi Pæte, extra iocum moneo te, quod pertinere ad beate uiuendum arbitror, ut cum uiris bonis, iucundis, amantibus tui uiuas. nihil est aptius uitæ. nihil ad beate uiuendum accommodatius. nec id*

† alias, comitatem *ad uoluptatem refero, sed ad † communitatem uitæ: atq; uictus, remissionemque animorum, quæ maxime sermone efficitur familiari, qui est in conuiuijs dulcissimus: ut sapientius nostri, quàm Græci: illi συμπόσια, aut συνδείπνα. i. compotationes, aut concœnationes. nos conuiuia, quòd tum maxime simul uiuitur; Vides, ut te philosophando reuocare coner ad cœnas? Cura ut ualeas: id, foris cœnitando, facillime consequere. Sed caue, si me amas, existimes me, quòd iocosius scribam, abiecisse curam reip. sic tibi mi Pæte, persuade; me dies, & noctes nihil aliud agere, nihil curare, nisi ut mei ciues salui, liberiq; sint. nullum locum prætermitto monendi, agendi, prouidendi. hoc deniq; animo sum, ut, si in hac cura, atq; administratione uita mihi ponenda sit præclare actum mecum putem. Etiam atque etiam. Vale.*

HVB. RVfum) Scribit Cic. quam iustis causis debeat habere cõmendatum Rufum quendã: quem Pætus suis literis commẽdauerat. deinde, quia scripserat Petus se omisisse ire ad cœnas amicorum Cic. iocando nititur eum reuocare ad morem solitum cęnarum, idq; dicit faciendum esse non tam cã cibi; quam conuictus, & consuetudinis, & collocutionis amicorum. postremo dicit se non abiecisse curam reip. licet iocetur. [Iterum) Scdo. [Si læsus essem ab eo) Si accepissem ab eo iniuriã. [Cum te). i. cũ uiderem, ꝙ tantã curam de eo susciperes. [Eius). s. Rufi [Iudicio) Propria dispositione. [Initium] Principium. [Cautionis] Vt cauerem mihi, nam ut ipse scribit. Aquinates Frabaterni consilia acceperant de opprimẽdo Cic quod cum intellexisset Pætus, scribit ad eum, ut sibi caueret, quod idem postea multi alij scripserunt. dicit ergo initio suæ cautionis profectum esse ex literis ipsius Pæti, quib. est admonitus de insidijs, quæ sibi parabantur [Opprimerent) Interimerent. [Aquini, & Frabateriæ) Vrbs Italiæ. Frabateria aũt, teste Prisc. Frabaternus facit possessiuum. [Non suspicãs) Nõ putãs [Incautior fuissem) Non prouidissem mihi. [Fortuna) Aquinũ Frabateria conditio, status. [Irę defuisse) Ire omisisse. [Illud nescio, quid, qd solebas, q.d. nihil, parũ esset. [Nam si) sensus est si, non faciebas cœnas multum lautas, cũ habebas quos posses imitari, quid putem te nunc facturũ, cum desieris ire ad cœnas. [Non multũ proficiebas) Non tñ multũ laudabaris in cœnis faciendis, quia eras Spurina Fauonius parcus. [Quid putẽ?] q. d. multo peius [Spurina) Aruspex fuit, qui Cæs. diem mortis prædixit, ut scribit Tranq. [Superiorem) Ex anteacta.n. vita põt iudicari aliquid de futuris. [Fauonius] Vetus, ꝙ tpe ueris maxime flat [Ferri posse) Demonstrabat. Spurina ut reuerteres ad priscam cõsuetudinem cęnarum. [Aptius uitæ) Quia homo natura est animal sociale. [Ad uoluptatem) cibi, & potus quod esset ferè belluarũ [Remissionẽ) Relationẽ. [Quæ) Remissio animorum. Dulcissimus) Plus.n. sapit ꝙ omnia genera ferculorũ, ut oñdit Macr. in Satur. & ipse Ci. in Cat. maiore his uerbis; Neq; n. ipsorum conuiuiorum delectationẽ uoluptatib. corporis magnis, ꝙ cœtu amicorum, & sermonib. metiebar. Bene.n. maiores accubationẽ epularẽ amicorũ, quia uitæ coniunctionẽ haberet conuiuium nominauerunt melius, ꝙ Græci, qui hoc idem tũ cõ cœnationẽ tum compotationem uocant, ut quod in eo genere minimũ est, id maxime ꝓbare uideatur. Ego uero pp sermonis delectationem tempestiuis quoq; cõuiuijs delector, nũc igitur eandem ferè sñiam exequitur Cic. quod, Latini sapientius appellauerint accubationes epulares, quã Græci nostri.n. conuiuia dixerunt, qd uitæ cõiunctionẽ habebant, Græci uero συνδείπνα. i. concœnationes, uel συμπόσια i. compotationes. [Philosophãdo) Afferẽdo rationes philosophicas. [Reuocare) Reducere. [Foris) Apud amicos. [Id) Vt ualeas. Sed caue. remouet à se suspicionem neglectæ reipu. quæ posset haberi de eo, quia scribit iocose. [Quod) Quia [Abiecisse) Omisisse. [Vita mihi ponenda sit) si sit mihi moriendum. [Actum mecum pręclare). i. mihi bñ euenisse.

ASC. *RVFVM istum &c,*] Scribit quam iustis de causis debeat habere Rufum commẽdatũ, quem Pætus cõmẽdauerat. Deinde quia scripserat se prætermisisse ire ad cœnas amicorum, cum ioco reuocat & inuitat eum ad pristinam cõsuetudinem, quẽ approbat non tam causa cibi, ꝙ conuictus, dicitq; se reip. curam non abiecisse. Ordo est: Ego adiuuarem quantum possem Rufum istum amicum tuũ, de quo scribis iterũ ad me, ẽt si essem læsus ab illo, cum.i. qñ quidem ego uiderem te laborare tantopere.i.tam diligẽter, & operose, cã eius.i.ut eum commendatũ haberem. Vero, pro sed, cum ego intelligam.i.cum ita sit ꝙ intelligam, & iudicẽ .i.censeã, &.i.simul literis tuis, & illius.s. Rufi missis ad me salutem meam.s.cum essem in exilio, fuisse ei magnæ curæ, non possum non esse.i.nõ possum facere, quin sim amicus ei, neq; solum commendatione tua.i.pp commendationẽ tuã, ꝙ ualet plurimũ apud me, ut debet.s.ualere, sed ẽt uoluntate.i. propria inclinatione, & spõte mea, ac iudicio meo.i.quo dignũ iudico. Enim.i.qa ò mi Pæte ego uolo te scire lfas tuas fuisse mihi initiũ suspicionis, & cautionis.i.cautelæ, & custodię, & diligentię, quib.s.literis tuis multæ aliæ.s.literæ multorũ, fuerũt postmodũ cõgruẽtes.i. cõcordes & consonæ. Nã consilia sunt inita de me.s.opprimẽdo aut capiendo, &.i.simul Aquini.i.in eo oppido Italiæ per S. Thomã nobilitato, & Frabrateriæ ẽt oppido Italiæ, ꝙ.s. cõsilia ego uideo.i.intelligo ẽt te audisse, & quasi diuinarent, ꝙ.i. quantũ molestus essẽ futurus his. Nihil egerunt aliud, nisi, ut opprimerent me. Quod.i.quã rẽ, ego non suspicans, fuissem incautior, nisi essem admonitus à te. Quamobrẽ iste amicus tuus.i.tã beneuolus, & fauorabilis mihi, non eget commendatione apud me. Vtinam ęa.i.talis sit fortuna reip. ut ille.s. Rufus, quem mihi cõmendasti, possit cognoscere me quã gratissimũ.i. ualde gratũ. Sed hæc hactenus sup. de Rufi cõmendatione dicta sunt. Fero moleste te desisse ire ad cęnas. Tu.n. priuasti te magna delectatione & uoluntate. Deinde.i. insuper te.uereor. licet.n. dicere uerũ ne dedíscas illud nescio quid qd solebas, hoc ẽ laute instruere, cęnã, & obliuiscare

ſcare,i.obliuiſcaris facere cœnulas.ſ.modicas. Vnde diminutiuo utitur quaſi p cōtēptū. Nā ſi nō ꝓficiebas multū,tū,i.tunc cū.i. qn̄ habebas quos imitarere,i.poſſes imitari.ſ. frequentādo eorū cœnas,ſed modicas ꝓ opiparis reponendo,quid putē te facturū nunc.ſ.cū nō amplius aliorum cœnas frequentes?q.d.nihil aliud q̄ obliuiſci cōuiuandi rōnē. Quidē.i.certe Spurina.ſ.medicus,& aruſpex pitiſſimus.cū demonſtraſſem ei,& expoſuiſſem.i.declaraſſem uitā tuā ſuperiorem,demōſtrabat magnum periculū ſūmę rei.i,uitæ tuæ impendere,niſi reuertiſſes ad ſuperiorē.i.priorē cōſuetudinē.ſ.conuiuādi. Tū i.tunc,cū Fauonius.i.uentus ille à fauendo,aut fouendo dictus,ab occidente tpe uerno flās,flaret,qđ(ut iā dixi) in Veris principio fieri ſolet, ſup. demonſtrabat qđ nunc facis.i,nō ire ad cœnas aliorū poſſe fieri hoc tpe, ſi tu non poſſes ferre frigus. Sed ò mi Pæti mehercule , modus eſt iurandi ſæpe à nobis expoſitus,ego moneo te extra iocum,ut uiuas cum uiris bonis iucundis,& ſup.amantib,tui.Nihil.n. ſup. ē aptius uitæ,nihil eſt accōdatius ad uiuendum beate.ſ,in hac uita,nec ego refero.i reduco id ad uoluptatem, ſed ad comitatē.i. affabilitatē & manſuetudinem uitæ,atq. uictus,& ad remiſſionē ,i.relaxationem animorum,q̄.ſ.remiſſio fit maxime.i, p̄cipue ſermone familiari,quæ,ſ.ſermo familiaris eſt dulciſſimus in cōuiuijs,ut nr̄i.i. Romani, aut Latini ſapientius ſup. uocauerunt , q̄ Græci,nā illi ſup.uocauerunt σιμπόσια.i.cōpotationes,aut συνδεῖπνα.i.concœnationes,nos ſup.uocamus conuiuia, ꝙ uiuitur ſimul maxime tum.ſ.dum comeditur,aut compotatur. Tu uides .i.intelligis,ut qualiter ego philoſophādo coner reuocare te ad cœnas.ſ.ſolito more frequentandas. Cura ut ualeas,tu cōſequere.i.obtinebis facillime id ſ.ut ualeas cœnitando foris.i.frequenter cœnando foris,quod quidem uerum,ſi ſobrie. Sed ſi tu amas me,caue ſup.ut aut exiſtimes me abieciſſe curam reip.eo ꝙ ſcribam iocoſius. O mi Pæte perſuade tibi ſic.i.fac, ut ſic credas me nihil aliud agere dies,& noctes. Admonui ſępe cōtra Vallæ opinionem,ubi tempus eſt continuatum , frequentiorā eſſe p accuſatiuum tpis locutionem,etiam apud Cic.ut hoc loco,cui ſimile eſt illud 6. Aene. Noctes,atq; dies patet atri ianua ditis , Nihil curare ſuo.aliud,niſi ut ciues mei,i. quorum iā cōſul fui,ſint ſalui & liberi. Ego nullum.i.non ullum,nō prætermitto ullum locum monendi,agendi, prouidendi.ſ.ut ſalus & libertas ciuiū ſeruetur. Deniq;,ut uno uerbo concludam,ego ſum hoc animo.i. habeo hunc i.hmōi animum,ut ſi ita ſit ponenda mihi,i.deponēda,in hac cura atque adminiſtratione,ſ.reip. Et reuera nō multo poſt ꝓ rep.extinctus eſt,ſed iam oppreſſa,primum à Cæſ. & deinde à triumuiris & potiſſimum ab Antonio,ego putem .i.exiſtimem,& cenſeam,etiam atque etiam i.frequenter, & accumulate actum mecum præclare,i.præclare mihi contigiſſe, quia dulce,& decorū eſt pro patria mori. Non opus eſt admonitore. Sępe tibi dixi Romanos gaudere ſuo caſu.i,ablatiuo,quo Græci carēt, quo circa dixit,hoc deniq; ſum animo.i.huius ſum animi, quod dicere liceat,ſed minus Remane,magis tamen fortaſſis grammatice,ſi quid Seruio credimus. Notum præterea puto , tunc quemuis apte dicere, vt,ciues mei,& cetera,cum ipſe eſt eorum princeps,aliter diceret: Conciues mei &c.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Iocatur cum Pæto , quod de re militari præcepta quædam ad eum ſcripſerit,deinde commendat M Fabium quendam,qui cum fratre cōtrouerſiam habebat , petitque , ut litem illam ſopiat , ne diſcordia inter eos gliſcat.

M. CIC. IMP. L. PAPIRIO PAETO S. D. 25

SVmmū me ducem literæ tuæ reddidere. plane neſciebā te tam peritum eſſe rei militaris. Pyrrhi te libros,& Cineæ uideo lectitaſſe. itaq; obtemperare cogito p̄ceptis tuis, hoc amplius nauicularū habere aliquid in ora maritima. cōtra equitem Parthum negant ullam armaturā meliorē inueniri poſſe. Sed qđ ludimus? neſcis quo cū imperatore tibi negociū ſit , † Κύρου παιδείαν, quam contriueram legendo , totam in hoc imperio explicaui. Sed iocabimur alias corā,&,ut ſpero,breui: nunc ades ad imperandum,uel ad parēdum potius: ſic.n. antiqui loquebantur. Cum M.Fabio , quod ſcire te arbitror, ſummus mihi eſt uſus,ualdeq; eum diligo,cum pp ſummam probitatem eius,ac ſingularē modeſtiam,tū quod in ijs controuerſiis,quas habeo cum tuis combibonibus Epicureis, optima opera eius uti ſoleo. is cum ad me Laodiceam ueniſſet,mecūq; eū ego eſſe uellem; repente percuſſus eſt atrociſſimis literis; in quib. ſcriptum erat fundum Herculanenſem à Q. Fabio fratre proſcriptum eſſe. qui fundus cum eo cōis eſſet. id M. Fabius pergrauiter tulit; exiſtimauitq; fratrem ſuum, hominem non ſapientem,impulſu inimicorum ſuorū eò progreſſum eſſe. nunc ſi me amas,mi Pæte, negocium totum ſuſcipe , moleſtia Fabium libera. auctoritate tua nobis opus eſſe,& conſilio , & etiam gratia. noli pati,litigare fratres,et iudicijs,turpibus conflictari. Matonem,& Pollionem inimicos habet Fabius . quid multa? non mehercule tam perſcribere poſſum,quā mihi gratum feceris,ſi ocioſum Fabium reddideris,id ille in te poſitum eſſe putat, mihiq; perſuadet, Vale.

† .i. Cyri diſcipulum

SVmmum] Quia Pætus ſcripſerat ad Ci.multa p̄cepta de re militari. Cic.cū eo iocās ſcripſit ſe multū adiutum de literis.in q bus ſcripſerat illa pręcepta. Poſtea uero cōmēdat ei M. Fab. quēdam amicum ſuū,q habebat controuerſiā cū fratre,de agro quodam [Reddiderūt me ſummū ducē] i.erudierunt me, ut iam ſim ſummus imperator rei militaris [Reddiderunt) effecerunt.[Plane) Profecto,iocatur Cic.[Pyrrhi Regis) Epirotarū, qui uidetur ſcripſiſſe de re militari,eū.n.optimum Imperatorem fuiſſe conſtat.cū n.ut ſcrib. Liu.li.4 belli Maced. Annibal à Scipione Afr. legato Epheſum ad Antiochū miſſo interrogatus eſſet,quem primum Imperatorē crederet,rn̄dit. Alexandrū Macedonum regē , & qđ parua manu innumerabiles exercitus fudiſſet,quodq. ultimas oras, quas uiſere ſupra ſpem humanā eſſet,peragraſſet. quęrenti deinde quem ſcđm poneret, Pyrrhū,inquit,ꝙ caſtrametari primum docuiſſet,ab hoc neminem loca elegantius cepiſſe,p̄ſidia diſpoſuiſſe. Vn̄,& apud Terent. Gnato glorioſo militi adulatus ait: Sic olim Pyrrhus factitauit,q locus nō fuit fortaſſe à multis ante hac intellectus.[Cineæ) Hic Theſſalus fuit ut ſcribit C. in Catone maiore,qui,ut ait Sol.tāta ui memoriæ fuit,ꝙ Pyrrhi legatus Romā miſſus poſtero die quā ingreſſus Romā fuerat, & equeſtrem ordinem , & ſenatū proprijs nominib. ſalutauit, fuit uir doctus,& ſapiēs,q de re militari,ſicut & Pyrrhus, libros ſcripſit.[Hoc amplius) .ſ.cogito facere,[Habere aliquid nauicularū) ,i.aliquas nauiculas.[In ora maritima) In regione uicina mari,& iocat̄ Cic,nā cū Parthi pugnent tm̄ modo terreſtre pręlio,naues paratæ potius eſſent ad fugam,q̄ ad pugnā.[Meliorem) Ironice. [Parthi maxime equis pugnant,& ſagittis) Contra q̄ omnia nihil ualent naues. Virg. Fidentemq; fuga Parthū,uerſiſq. ſagittis. Itē: Ocior,& miſſa Parthi poſt terga ſagitta.[Ludimus, Iocamur. [Quo cū).i.cum quali , q.d. peritiſſimo hoc de ſe dicit παιδείαν κύρου.i.pediā Cyri,quā Xenophō ſcripſit, Græce,quæ hodie latina facta eſt à uiro ætatis noſtræ doctiſſimo Frāciſco Philelpho: παιδεία; autē eruditionem ſignificat. deſcripſit.n. qualis in omni genere uitæ,& pręſertim in adminiſtratione imperij,& rei militaris fuerit Cyrus rex Perſarū,non tn̄ quod oīno talis fuerit,qualem ſcripſit , ſed quod talem oportere eſſe optimum regem uoluerit ſignificare.[Contriueram] Contractaueram aſſidua lectione. Ita ut pene contritā reddidiſſem.[Explicaui] Aperui, oſtēdi , &,vt ita dicam,experientia ipſa declaraui [Hoc imperio,] quod in Cilicia nunc gero.[Ades) Veni.[Vel potius) Correctio.[Cum M.Fabio) Altera pars epiſt.in qua commendat Fabiū.[Summus vſus] Maxima cōſuetudo[Propter ſummam probitatem] Laudat perſonam amici,ut probet, eum dignum cōmendatione ſua.[Cōbibonibus) Compotoribus,quos græci συμπότας,dicunt,oſtendita.aūt,& Pætum epicureum fuiſſe Vellem eum eſſe mecū) Cū uelem cum hr̄e apud me.[Percuſſus] Perturbatus. [Atrociſſimis Acerbiſſimis literis.(Fundum Herculanenſem) Ita etiam appellabatur ille fundus fortaſſe ab aliquo tēplo Herculis illi uicino, aut à loco.[Proſcriptum) Expoſitum uenalem,quia quæ erāt uēdenda ſcribebantur publice,ut etiam hodie ſolet.[Communis) Nondum diuiſus.[Non ſapientem) Stultum.[Eo) Ad id,ut proſcriberet quod eſſet etiam ei commune cum fratre [Inimicorū) Qui uellent , diſcordiam inter duos fratres eſſe . [Auctoritate) Qua ſuadeas,qui uelint emere,ne id faciant.[Conſilio) Quomodo poſſit explicari hæc res. [Gratia) Quam habes maximā apud omnes . [Turpibus) Nihil enim eſt turpius, quàm quos natura coniunxit,eos cupiditate & ſtultitia diuelli,& inter ſe cōtēdere. [Conflictari) Contendere.[Mathonem,& pollionem) Nomina oratorum ſiue cauſſidicorum. [Non tam perſcribere poſſum).i. non tam poſſum explicare ſcribendo,quàm erit mihi re ipſa gratum,ſi feceris,ut Fabius nō litiget.[Ocioſum) Sine lite.[Eſſe poſitum in te).i.eſſe in poteſtate tua,ut non litiget. HVB.

Locus Ver.

Pyrrhi memoria

SVMMVM me ducem] Quia Pætus ſcripſerat ad Cice. multa ASC.

præ-

præcepta de re militari, quam non exercuerat, Cic. iocãs scribit se multum adiutum illius præceptis, quæ ex alicuius magni ducis ex Pyrrhi Cineæ libris eum expræssisse autumat, innuens plane experimento ea non didicisse. Deinde commendat ei M. Fabiũ quendã amicũ suum, qui habebat cõtrouersiam de agro, rogatque eum adiuuet. est autem nõ vulgaris cõmendatio, sed digna, quæ ab legentibus memoriæ mãdetur. Ordo autem est: Literæ tuæ, quibus plurima præcepta rei militaris scripsisti, reddiderunt. i. effecerunt. Tracta methaphora à ludi magistro, qui eum puerum erudiendũ acceperit, reddit, eruditum, hic aũt Cic. è literis Pæti lectitandis, didicerat. unde reddiderunt ipsum summũ, quia peritissimum ducem. s. exercitus, Ego plane. i. oĩno nesciebam te esse tã peritum rei militaris. Ego uideo te lectitasse. i. frequenter legisse libros Pyrrhi. s. regis Epirotarum, quem Annibal secundum in præstantia rei militaris censuit, eo ꝙ castrametari primus docuisset, unde de ea re, aut libro scripsisse. an scribere potuisse uerisimile est. Præterea optime disposuisse præsidia indicat illud Gnathonis Terentiani in Eunuco. Sic olim Pirrhus factitauit, id est sic deposuit, & instruxit aciem, ut tu ò Thraso nũc fecisti, & Cyneæ qui Pyrrhum uidetur docuisse, & de re militari scripsisse. Fuit, Auctore Cic. in lib. de senectu. Thessalus uir, ut ait Solinus, tanta memoriæ ui præditus, ut Pyrrhi legatus Romam missus, postero quam ingressus erat die, & senatorium, & equestrem ordinem totum proprijs nominibus salutauerit. Itaque. i. & ita, quia in præceptis tuis optimos ꝑceptores te secutum arbitror, & cogito obtemperare. i. obedire præceptis tuis. & sup. cogito, quod ridicule dicit hoc amplius. s. quàm præcepisti habere aliquid nauicularum in ora maritima. i. iuxta littora, quia s. eius rei periti, negant ullam armaturam posse inueniri meliorẽ contra equitem Parthum. non. n. equis in nauiculis, quibus aufugitur, pugnatur. Vnde nõ resistendo, sed fugiendo Parthũ uicerit. Sed quid. i. ad quid ludimus. i. ioco tecum agimus? Tu nescis cum quo. i. quali imperatore negocium sit tibi. i. qualis ego sim imperator. ego explicaui. i. exercui in hoc imperio Pædiam Cyri. i. librum Xenophontis de eruditione Cyri regis Persarum, quę ad huc extat, & his diabus cum alijs tum à Francisco Philelpho translata est. Est autem παιδεία cum ει diphthongo in media, disciplina, & eruditio pręsertim pouerum. Nã παιδία, sine diphtongo in media dicitur, infantia, & παῖς pes, pędos, puer. In eo autem libro Xenophon nõ tam qualis Cyrus fuit qui, qualem esse decuit, descripsit, quam. s. pędiam ego contriuerã. i. frequenti attrectatu absumpserã totam, legendo. i cum eã legerem. Sed nos iocabimur, alias. i. alio tpe, coram, idest, in mutua præsentia quasi à facie ad faciem, ut spero breui. Nũc ades. i. adsis ad ueni ad imperandum. s. mecum, uel potius ad parendũ. i. obediẽdum, sic. n. antiqui loquebantur, libere. s. loquerer, & se cum alijs imperarent, alij vtpote senatu, & legibus parere dictitãtes. Summus usus idest summa cõsuetudo uitæ, est mihi cum M. Fbb. qđ. i. quam rem ego arbitror te scire, & diligo eum ualde. Tum. i. simul propter probitatem ad siugularem modestiam eius, tum ꝙ soleo uti optime opera eius in his cõtrouersijs. i. cõtentionibus, quas habeo cum Epicureis. i. hominibus gulæ, & uoluptati deditis, combibonibus. i. compotoribus tuis, hoc est ꝙ potens potator est uini, & ęqualis haustus, quos ipse epotare non possum, & pro me ebibit. Omnia autem ioco dicit. Is cum uenisset Laodiceã. i. ad eam urbem in prouincia Ciciliana, ad me, & uellem eũ esse mecum, ipse percussus est. i. attonitus factus repente literis atrocissimis, hoc est inimicissimis, quibus scriptum erant fundũ Herculanensem esse proscriptum. i. uenalẽ inscriptum à Q. Fabio fratre. s. suo. Qui fundus est cõnis. s. M. Fabio cum eo. s. Q. Fabio. M. Fabius tulit id ꝑgrauiter, & existimauit fratrem suum hominem non sapientem progressum esse eò. i. ad eã impudentiã, & iniquitatem impulsu inimicorum suorum. Nunc, o mi Pæte, si amas me, suscipe. s. ad te cape totum negocium s. Marci, & libera Fabium. s. Marcum molestia. s. litis, aut contra uenditionem, aut contra emptores accipiendę Opus est nobis auctoritate tua, & consilio, & etiã gratia. Noli pati fratres litigare, & conflictari turpibus iudicijs, Fabius. s. Marcus habet Mathonem, & Pollionẽ. s. aduocatos inimicos. Quid multa sup. scribam de eo ad te? Meherculeego non possum perscribere tã, idest, tam diligenter, aut tam plene. q̃. i. quantum gratum feceris. s. mihi, si reddideris. i. affeceris Fabiũ ociosum. i. absolutum omni negocio: ille. s. Fabius putat & persuadet mihi, id positũ esse ĩ te. i. in tua potestate.

PAVL. MAN. *NVNC ades ad imperandum, uel ad parendum potius sic enim antiqui loquebantur*] Difficilis locus, quia me diu ualde torsit. interpretes enim omnes, alij eum, ut scopulum, euitarunt, alij, dum uideri uolunt intelligere, quod minime omnium intelligunt, ineptiarum nescio quid attulerunt, quod rideri magis, quàm refelli, debeat. comperi igitur, locutionem esse veterem, & antiquis usitatam, licet eius non multa habeamus exempla. quibus enim in scriptis ueteres illi dicendi modi frequentius potuissent deprehendi, ea ferme omnia deperierunt, itaq; ex vnius Salustij uerbis locus hic ad Pætum exponitur. facile enim colligitur, antiquos, ad imperandum, passiue dicere solitos, ut etiam Cice. ipse exponit, sed ponamus Salustii uerba, quæ sunt in Iugurthino: Iugurtha, inquit, ubi armis, utrisque, & pecunia spoliatus est, cum ipse ad imperandum Tisdrum uocaretur, rursus cœpit flectere animum suum, & ex mala conscientia digna timore, ad imperandum, dixit. i. ad parendum, & ad imperata facienda: quemadmodum Cic. ades ad imperandnm, pro ades, ut ego tibi imperem. hunc loquendi modum & Seruius agnouit in illo Bucolicorum uersu apud Virgil. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Cantando, inquit, . i. dum incantatur.

Pyrrhi memoria

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Descriptio cœnæ, cui excusatio inerseritur, quod cum meretricula usus fuerit eadem mensa.

CICERO PAPIRIO PAETO. S. D. 21

ACcubueram horo nona, cum te harum exemplum in codicillis exaraui dices, ubi? apud Volumniũ Eutrapelum: & quidem supra me Atticus, infra Verrius, familiares tui. miraris tam exhilaratam esse seueritatem nostram? quid ego faciam? te consulo, qui philosophum audis. angar? excruciẽne me? quid assequar? deinde, quem ad finem? uiuas, inquis, in literis. an quidquam me aliud agere censes? † haud possem uiuere, nisi in literis uiuerẽ. sed est earum ẽt non satietas, sed quidã modus. à quibus cũ discessi, etsi minimũ mihi est in cœna, quod tu uniũ † ζήτημα Dioni philosopho posuisti. tamẽ qđ potius faciam, prius, quàm me dormitum conferam, non reperio. Audi reliqua. Infra Eutrapelum Cyteris accubit. in eo igitur, inquis. conuiuio Cicero ille, Quem adspectabant, cuius ob os Graij ora obuertebant sua? non mehercule suspicatus sum illam affore: sed tamen ne Aristippus quidem ille Socraticus erubuit, cum esset obiectum, habere eum Laida: habeo. inquit: non habeor à Laide. græce hoc melius. tu, si uoles interpretabere. me uero nihil istorum ne iuuenem quidem mouit unquam, ne nunc senem conuiuio delector. ibi loquor aliquid, quod in † solum, ut dicitur: & gemitum & in risus maximos transfero. an tu id melius, qui etiam philosophum irriseris? cum ille, si quis quid quæreret, dixisset, cœnam te quærere à mane dixeris. ille Baro te putabat quæsiturum, unum cœlum esset, an innumerabilia. quid ad te? at Hercule cœna nunquid ad te? ibi præsertim? sic igitur uiuitur: quotidie aliquid legitur, aut scribitur: deinde, ne amicis nihil tribuamus, epulamur una, non modo non contra legem, si ulla nunc lex est, sed etiam intra legem, & quidem aliquando. quare nihil est, quod aduentum nostrum extimescas. non multi cibi hospitem accipies, sed multi ioci. Vale.

† alias, vt posse me

† alias, qõnem

† i. sero solatiũ (ut dr̃) & genitum

ACcubueram] Iocatur. Cicc. cum Pæto scribens se acceptũ fuisse ab Eutrapelo in cœna admodum iocosa, in qua interfuerunt & familiares eius Atticus, & Verrius, & Cyteris meretrix, in qua cœna dicit se præstitisse miram fortitudinem, & continentiam, quia ad nullam turpitudinem, aut libidinem potuit commoueri ab ea meretrice, postremo quædam faceta commemorat de Pæto. [Accubueram) . i. eram in conuiuio, cubabant. n. antiqui uescentes, & cœnantes. Virgil. Tu das epulis accumbere dignum. Valer. de insti. antiq. Fœminæ cum uiris cubantibus, sedentibus cœnitabant. [Hora nona) Tunc enim incipiebant cœnare Mart. Incipit extructos frangere nona toros. Hora. Post cenam venies. [Exaraui) Scripsi. [Codicillis] Tabellis. [Vbi] scilicet accubueram. [Eutrapelum) A aliis significat facetum, hic est nomen proprium, de quo etiam Horat. & Eutrapelus cuicunq; nocere uolebat. Vestimenta dabat preciosa. [Supra) describit ordinem discumbentium, sic Horat. in ultim. Sermo. Sumus ego, & prope me Visus Turinus, & infra: Si memini, Varius, cum Seruilio Balatrone Vibidius: quos Mecęnas adduxerat vmbras. Nomentanus erat super ipsum, Porcius infra, Ridiculus totas

HVB.

Nona.

Eutrapelus.

simul absorbere placentas.[Tam exhilaratam) Tam in hilaritatem,& lætitiã effusam.[Seruitutem meam) vita seruam & subiectã. [Quid assequar).s. si ex cruciã me, id est quid proficiã, quid lucrabor, ad quem finem.i.ad quid, licet enim angi quoties,& ango re nostro, aut honoris aliquid potest peruenire.[Viuas]Respõ sio, qua posset facere Pætus.aliud quam uiuere in literis.[Nõ satietas) Non fastidium.[Sed modus) Mensura moderatio.[A quibus,)q.d.quas literas cum aliquantum reliqui [Etsi minimum) .i.licet in cœna haberem minimam quæstionem, quàm tu propo suisti Dioni philosopho, tamen uellẽ ipsas literas sequi, quia nõ reperio, quod potius faciam priusquam eã dormitum, significat autem quæstionem Pæti propositam Dioni fuisse paruam,& nugatoriam.[ζήτημα]Quæstionem nam ζητέω significat quæro. [Vnum) Solum.[Prius quam conferam me dormitum) .s. prius quam dormiam, quod est ociosorum,& ignauorum. Horat.

Ni melius dormire putem quam scribere uersus.

[Reliqua] quia nondum descripserat totũ ordinem cõuiuarum. Cytheris [Cyteris]tres uno tẽpore notissimæ meretrices fuerunt hæc Cyteris, quã Virg. Ecl. vlt. Lycorim appellauit, origo de qua Horat.

Vt quondam Marseus amator Originis ille.

&, Arbuscula de qua idem Horat. Explosa Arbuscula dixit. [In eo]Quia dixit ei conuiuio interfuisse meretricẽ, ne uideatur ipse fecisse contra dignitatẽ suam, laudat suam cõtinentiã.[In quis) O Pæte.[Ille,)q.d.tam celebris.[In eo) In tali, ubi esset meretrix .s.interfuit [Quem Grati) Ad quem Græci aspiciebant præadmi ratione, dr̃ Cic tantum profecisse. non solum cognitione literarum Græcarum, cum esset Athenis, sed etiã imitatione uocis,& gestus, ut Græcis ipsis esset admirationi.[Ob os) Ob oris,& ultus aptissimos notus,& elegantissimam pronunciationem.[Obuertebant)Quia dolebant aspicientes [Non Hercule]Prima excusatio per iusiurandum, qđ non credidit ipsam Cyteridẽ interfuturam ei conuiuio.[Sed tamen) Alia excusatio cũ laude sua exẽplo Aristippi philosophi Socratici, q uixit apud Dyonisium Syracu sanum.[Nõ erubuit) non ueritus est, neq; existimauit sibi turpe. [Obiectum)uitio datum [Habere eũ Laida) cum ambigue hoc dicatur utrũ cum habere Laida, an Laida hr̃e eum intelligamus, Laida. ille expressit his uerbis: habeo Laida, non habeor à Laide .i. ego sum in potestate mea, quia non potest me peruertere. fuit autem Lais scortum Corinthium notissimum Ouid. in I. Amorum.

Qualiter in thalamos formosa Semiramis isse.

Dicitur,& multis Lais amata uiris.

Græce hoc melius, sic.n.dr̃, ἔχομεν λαΐδα, οὐκ ἀπὸ τῆς λαΐδος δ᾽ ἔχομαι [Istorum) talium sicut est uersa i cum mulieribus. [Ne iuuenem quidem]cum magis calebam sanguine, debueram esse ad talia pronior.[In gemitus,& risus] quia & doleo incommodis reip.& irrideo, qui stulte agunt, cum se sapientes putent. possumus tamen legere, & in gemitus, & in risus.i. quod faciat me,& ridere,& flere, ideo interposuit, ut dicit, quia ita solemus plerunque dicere, loquor quod faciat mihi, & fletum, & risum, & hanc lectionem magis probo [Id melius).s.fecisti. [Philosophum)quidam intelligunt Dionem, de quo supra. [Dixisset si quis quæ).i.dixisset siquis uellet aliquid quærere, ut.s.quæreret, se enim responsurũ [Quærere cœnam à me].i.dixeris te quærere, an ego cœnam darem. Alij legunt amœne. vt sit iucundè,& facete dixeris, te quęrere cœnam [Ille uero)ut pote qui erat philosophus credebat te quæsiturum ab eo res philosophicas, non autem cœnam.[Vnum cœlum) an innumerabilia, hæc enim quæstio ad philosophum pertinens. Aduertendum est autem cœlum Not. neutri generis in plurali. cum dixit innumerabilia, ubi subaudiẽ dum est cęla, nisi uelimus credere Seruio, qui dicit in subauditio ne ea poni, quæ dicit non possunt, ut apud Virg. in Buc.

Bisq; die numerant, ambo pecus alter & hœdos.

Vbi vult alter de nouerca intelligẽdum esse, apud idoneos tamẽ in plurali raro reperitur.[Quid ad te?).s. pertinebat quærere esse ne vnum cęlum an plura?[At cœnam nunquid ad te) s pertinebat quærere [Tibi) Pro te, q d.imò pertinebat.[Sic igit]Redit ad conclusionẽ suæ uitæ [Sic] ut dixi in conuiuijs amicorũ, uel sic, ut iam dicã [Ne nihil tribuamus amicis) vt etiã obsequamur amicis,& ne uideamur eos oĩno negligere.[Epulemur]faciamus conuiuia [Non contra legẽ).i.non solum nõ plusquam cõcedat lex sumptuaria de conuiuijs.[Sed etiã intra legẽ].i.frugalissime, & parcissime.[Si ulla nunc lex) quia ut alio loco supra diximus ea auctoritate Mac. cum multæ leges sumptuariæ latæ essent, ita tñ obsoluerant propter luxuriam gulæ illius seculi, ut fere abrogatæ uiderentur [Aduentum nostrum)promiserat enim se iturũ, ut eum uiseret.[Non multi cibi] quod dicit in alio loco non edacem.[Sed multi ioci].s.facetum, & iocosum.i.habetis hominem ualde facetum, non autem ualde,& eadem.

ASC. *ACCVBVERAM &c.*) Iocatur rursus Ci. cũ Pæto scribens se acceptum fuisse ab Eutrapelo in cœna ad modum iocosa, in qua interfuerunt familiares eius Atticus,& Valerius,& Cyteris mere tricula. In qua cęna dicit se præstitisse magnam fortitudinem, ac continentiam, addens nõnulla faceta de Pæto. Ordo est. Ego accubueram.i. in conuiuio fueram . nam ueteres accubabant come dentes, hora quæ conuiuijs addicta erat unde Mart.

Imperat extructos frangere nona toros.

Cum exaraui.i.scripsi stylo,pscindẽdo ceram, ut aratro sulcamus terrã in codicillis.i.tabellis ceratis exemplũ literarũ ad te.s.mittendarũ. Dices.i quæres, ubi.s. accubueram sup. accubuerã apud Volumnium Eutrapelum, & quidẽ Atticus sup. accubabat supra me.i.in parte superiore, & Verius infra.s.me.i.in parte inferiore, familiares tui.i.qui duo sunt familiares tui. Miraris seruitutẽ no strã. quia nunc quodammodo seruiebãt Romani, esse, tã.i.in tm̃ exhilaratam.i.lætificatam. Ergo si non licet læte uiuere, consulo te.i.peto consiliũ à te, qui audis philosophum.s.in ea re, hoc est. Epicureum, qđ faciã.i.quod consulis, ut faciã, negat.i.dolore cõstringat, excruciem ne me. Quid assequar.i. qui lucret? Deinde ad quem finẽ sup. faciã id: Tu inquis.i.rñdere potes, uiuas in literis. An censes me agere quidquã aliud? Ego haud.i. non possum uiue re. nisi uiuerẽ in literis.i.in studio literario. Sed est etiam non satietas, sed modus quidam.i. mensura certa, earum.s.literarum à quib.s.literis & libris cum discessi.etsi.i.quanquã minimũ.i. minima pars esset mihi in cœna quod ζήτημα.i.quã qstionem unũ .i.solum, tu potuisti.i. proposuisti, Dioni philosopho, hoc est si minimũ esset in cęna, quid faciendum sit, tñ.i.licet minimũ, sit non reperio quid faciam prius, q̃ conferam me dormitum .s. q melius esset, q̃ cęnare, vt cunq;, si non lautissime, Audi reliqua Cyteris meretricula formosissima, accubuit infra, Eutrapelum.s. Volumniũ, quod uocabulum significat facetũ, Igitur, inquis, Ci. ille.s.nobilissimos orator, quem ad spectabã.i.de quo quidem in eius laudem, ut tunc notum erat, retulit qđ eum unum ad specta bat.i.ex omnib.unum aspiciebat,& ob cuius os.i.oris facundiam eo conuiuio.in quo.s.meretricula aderat? Mehercule, inquit Ci. & vultus eloquentiã Graij.i.Græci obuertebant ora sua, dolebãt .s.se etiã eloquentia ab Romanis uinci, sup. accubuit aut fuit in ego sum suspicatus illum affore, sed tñ.i.nihilominus, supp. non fuit tanto dedecori mihi, nam Aristippus quidem ille.s.notissimus, Socraticus.i.Socraticæ disciplinæ, non tamẽ uitæ sectator, quia Socrates summopere continentiam laudabat, unde in eos qui uerbo,& non facto eum imitabantur dicit Iuuen.

Cum sis inter Socraticos notissima fossa cinœdos.

Non erubuit cum esset obiectum, eum habere Laida meretricẽ Corinthiam superbissimam, quia, inquit, habeo Laida, non habeor à Laide. quia non cepit me hoc sup dicitur melius.i.elegãtius græce, tu interpretabere.s.latine si uoles, me uero nihil horũ mouit.i.affecit unq̃, ne quidẽ.i.non ẽt iuuenem cum essem iu uenis, ne.i nedum nunc senem. Ego delector non meretrice, sed conuiuio. Ego loquor ibi aliquid, quod.s.dictum in solum, ut di citur.i.quod nullius testimonio possit redargui, cum unius testi monium nullum sit. solent autem qui liberius loquũtur in map pam se inuoluere, sicq. dicta sui præfati,& transfero.s. in cœnã, & gemitus,& risus maximos.i.omnia tam tristia, quam læta. An tu fecisti melius, qui & c. Reliqua aperta sunt.

PAVL. MAN. *HARVM exemplum*] Cum Cic. apud Volumnium Eutrapelũ cœnaret, hanc epist.ad Papirium in codicillis conscripserat, eo consilio, ut, cum domum redijsset, eam in charta exscriberet, & ad Papirium mitteret. propterea, harum exemplum, dixit. nõ.n. in aĩo habebat, eas ipsas mittere, quas scribebat, quas uocat exẽ plũ, sed eas, quas inde exscribere cogitabat. [Etsi minimũ mihi est in cœna) Postea q̃ in literis satis uersatus sum, etsi cœnam in minimis pono; tñ, cum aliud, quod agam nõ habeam, ad cœnas me confero. Iocatur aũt in his uerbis. Minimum mihi est in cœ na, referens uerba Papirij, qui cum Dioni philosopho posuisset illud ζήτημα, esset uel aliud minimum, negassetq. Dio, (negãt .n.philosophi quidq̃ esse in magnitudine minimũ; cum tã parua magnitudo nulla sit, quæ non diuidi queat) iocans Papirius adiecit: Mihi uero minimum est in cœna; cum cœnam sibi tenui ter admodũ paratã esse indicaret) Et gemitum ẽt in ritus maximos transfero) hunc locum alij ita, ut nos, iam ante emẽdarũt, sed inter punctis aliter distinxerat, ut sensum plane alium efficerent. nos Cic. credimus hoc dicere. in conuiuio cum patriã satis luxi, à mœstitia,& gemitu uel maximam ad hilaritatem, ma ximosq. risus me conuerto,[Ille Baro) Baro mulier fuit philoso phiæ debita, ut scribat Suida. ex eo philosophos, qui stolidiores essent, nõ philosophos, q eo noĩe uiderẽtur indigni, sed Barões uocabant, ut quasi mulierculæ per contemptum appellarentur.

M. TVLLII

M. TVLLII CIC. EPISTOLARVM, AD PLANCVM, ET ALIOS, LIBER DECIMVS.

GIBERTI LONGOLII LEMMA

Hortatur hac epistola Plancum ad remp. capessendam Cicero, omnemq; operam suam illi pollicetur.

M. CICERO L. MVNATIO PLANCO IMP. COS. DES. S. D. I

ET absui, proficiscens, in Græciam; & posteaquam de medio cursu reip. sum uoce reuocatus, nunquam per M. Antonium quietus fui. cuius tanta est non insolentia (nã id quidem uulgare uitium est) sed immanitas, non modo ut uocem, sed ne uultum quidem liberum possit ferre cuiusquã. itaq; mihi maxima cura est nõ de mea quidem uita, cui satisfeci uel ætate, uel factis, uel, si quid ẽt hoc ad rem pertinet, gloria: sed me patria solicitat, in primisq; mi Plance expectatio cõsulatus tui; q̃ ita longa est, ut optandũ sit. ut possimus ad id tps reip. spiritũ ducere. quæ potest enim spes esse in ea repu. in qua hoĩs impotentissimi, atq; intemperatissimi armis oppressa sunt omnia? & in qua nec senatus, nec populus uim habet ullam? nec leges ullæ sunt, nec iudicia, nec omnino simulacrũ aliquod, aut uestigium ciuitatis? Sed quãdo acta omnia mitti ad te arbitrabar; nihil erat, qđ singulis de rebus scriberem. Illud aũt erat amoris mei, quem à tua pueritia susceptum nõ seruaui solũ, sed etiã auxi, monere te, atq; hortari, ut iam rẽp. omni cogitatione, curaq; incumberes, quæ si ad tuũ tempus perducitur, facilis gubernatio est: ut perducatur autem, magnæ tum diligentiæ est, tum etiam fortunæ. sed, & te aliquanto ante. ut spero, habebimus; & præterquam q̃ reipub. consulere debemus, tamen tuæ dignitati ita fauemus, ut omne nostrum cõsilium, studium, officium, operam, laborem, diligentiam ad amplitudinem tuã conferamus. ita facillime, & reipub. quæ mihi carissima est, & amicitiæ nostræ, quam sanctissime nobis colendam puto, me intelligo satisfacturum. Furnium nostrum tanti à te fieri, quantum ipsius humanitas, & dignitas postulat, nec miror; & gaudeo; teq; hoc existimare uolo, quidquid in eũ iudicij officijq; contuleris, id ita me accipere, ut in me ipsum te putem contulisse. Vale.

HVB. ET *absui*] Quoniam huius libri, & sequentis epistolarum omnium argumenta ex historia sumuntur, ne in qualibet epistolã idem narrare opus sit, historiæ seriem paulo altius repetendam putaui, quo facilius omnium epistolarum argumẽta pateant, quæ multis aut incognita sunt, aut falso exposita propter ignorantiam historiæ quam breuissime igitur fieri potest, enarremus, maxime Appianum secuti.

Historia belli ciuilis. OCCISO C. Iulio Cæs. in senatu, cum uarij motus animorũ essent, & alij laudarẽt interfectores, à quibus uideretur initium libertatis profectum esse, alij irritati oratione M. Ant. qui explicata ueste Cæs. cruenta, & ensib. perforata, de tanti uiri crudeli cæde conquestus erat, ortæ sunt magnæ seditiones, & deinde ẽt inter ipsos bella ciuilia, de prouincijs. n. contendebant. Siquidem M. Ant. D. Bruto diffidens Celtas ei eripere conatus est, ac ꝓ eis Macedoniam tradere, ut ipse testatus est in oratione, quã habuit ad populum. Factæ igitur sunt uariæ partes, nã Ant. Bellicosissimorũ uirorum legiones quatuor adhæserant. Lepidus uero quatuor in Iberia legiones habebat, Asinius Pollio duas. Plancus in Altera Celtarũ prouincia tres, q̃ Antonij partes, ut scribit Appianus, electuri uidebantur Cæ. aũt Octauianum duæ legiones delectorum sequebantur, quæ ab Ant. ad ipsum transierant. Tyronũ item una. Duæ ex primis eũ eo militantib. nec hæ numero perfectę, aut armis instructæ oẽs. Sed ex nouiter delectis suppletæ fuerant. M. aũt Anton. in Celtas profectus, cum Decio persuadere nequisset, ut in Macedoniam transiret, ubi eum superauit, ad ciuitates ire ꝑperauit, a quib. cũ esset acceptus, ueritus est Decius, ne ipse ab omnib. prohiberetur introitu. itaq; fictis literis sibi à senatu redditis, à quo cum exercitus prope Romã euocaretur, eo mõ in Italiam ire perrrexit. Recipiẽtib. illũ cunctis ueluti redeũtem vsq; Mutinam progressus est, ubi statim portas occludi imperauit, & Mutinensiũ omnia ad uictum necessaria in mediũ afferri, & eo modo Ant. expectauit, contra quem Ant. ira delatus, Mutinę vrbẽ muro, fossaq; præcinxit, sicut Decius obsidione ꝑmeretur. Quare Cic. pro Decio agente. ut Ant. hostis iudicaretur cũ Pisone, Ant. partes defendere, id impetrari potuisset, permissum est tñ Cic. ut legatis mandata tradenda perscriberet, qui ita dr̃ scripsisse, ut Ant. cõfestim Mutina discederet, Celtica prouincia Decio cõcederetur, q̃ intra Rubiconẽ amnẽ, q̃ Italiam a Celtis diffinit, sita est. his mandatis Ant. traditis, Ant. vehementi ita concitus multa in senatũ, multa etiã in Cic. acerbissime dixit, & cum mandatis parere noluisset, senatus eum statim hostẽ iudicauit, & omnẽ exercitum, q̃ cum eo erat, nisi statim ab eo discederet. Veruntamẽ discedente Ant. ab obsidione inclinante iam hieme, Decius fame laborabat. Itaq; Hirtius, & Cæs. ꝓpius Mutinã castra mouent, ne deficiente Deci. exercitũ Ant. sibi uendicaret. Liberato itaq; Dec. Mutinensi obsidione à Cæs. senatus nõ satis gratus in eũ fuit, q̃ decreto honore triumphi Cæs. militũq; eius, mentionem non satis gratam habuit, ob quæ Cæsa. reconciliata per M. Lepidum cum M. Anto. gratia Romam cum exercitu uenit, & perculsis aduentu eius ijs, qui in eum iniqui erant, cum 18. annos haberet consul creatus est. qui statim tulit legem de q̃stione habenda in eos, quorũ opera pater occisus est, postulatq; ut ea lege. M. Brut. C. Cæs. D. Brutus absentes damnati sint, cum M. Ant. & Asinius Poll. & Munatius Plancus cũ exercitibus suis cõiuncti uires ampliassent. D. Bru. cui senatus, ut sequeretur Anto. mandauerat relictus à legionibus suis cum profugisset iussu Ant. in cuius potestatem uenerat cęsus à Capeno Sequanæ interfectus est, reliqua quæ sequuntur sunt de triumuiratu Cæs. & Anto. & Lep. quæ quia non multum pertinent ad hunc locum & ad has epistolas, silẽtio præteribo. Quæ autẽ hoc loco narrata sunt partim ad decimi, & partim ad vndecimi libri argumenta pertinebunt, aliaq; pars uni epistolæ pertinet, alia alij. Cum igitur in his tantis periculis reip. uereretur Cice. ne Plancus coniungeret se cum M. Ant. neq; id aperte auderet dicere. M. Anto. in odium adducens hortatur Plancum, ut in remp. tuendam, & conseruandam incumbat, pręcipue cum speraret habiturum cõsulatum in annum sequentem. se autem pollicetur habiturum eum carum, tum eius causa, tum etiam causa reipu. Postremo ostendit ea sibi gratissima esse, quæ Planc. in Furnium conferat.

ET absui] q̃dã dñt Cic. tædio discordiarũ vrbanarũ se in Græciã cõsulto cõtulisse, sed hoc cõstat esse falsum, nã legatus ĩ Græciã ꝓfectus est, ut ipse ad Atticũ scribit ea epist. q̃ incipit: Mi attice uereor, sic. n. inquit, proficiscor, ut constituerã, legatus ĩ Græciam, impendentis periculi non nihil uitare uideor, sed casurus in aliquam uituperationem, q̃ reip. defuerim, tam graui tpe, &c. [Ergo proficiscens). i. abiens. s. legatus, nõ autem dixit profectus, quia antequã functus esset legatione coactus est redire, ut reip. prodesset, ideo dixit nõ hoĩum, sed reip. se uoce reuocatũ. [Nũq̃ per M. Ant. quietus fui]. i. nunq̃ M. Ant. reliq̃t me quietũ, sed assidue uexauit. [Insolentia) Arrogantia, temeritas, immanitas, feritas. [Vt non modo). i. non solum non possit pati, q̃ quisquã libere loquatur, sed nec ẽt q̃ quisq̃ vultu ipso ostendat hilaritatẽ, & constantiã aliq̃. uellet. n. oẽs esse mutos, & exanimatos, [Vel ætate) quia iã senex. [Vel factis) quia q̃ncunq, mori contigerit, non moriar sine gloria, & laude rerum gestarum, mors aũt terribilis est ijs, quorum cum uita omnia extinguũtur. non ijs, quorũ laus emori non potest. [Patria) amori patriæ. [Expectatio) Spes ita lõga est, ad effectum. n. hoc dixit. erat. n. futura in sequentẽ annum. [Spiritum ducere) uiuere, proferre uitam. [Hominis) M. Ant. significat. [Vllam uim) ullam potestatem. [Simulacrum) imago. [Vestigium) Signum. Ciuitatis] Ciuitas. n. est hominum cœtus congregatus ad iure uiuendum. hic aũt nullo iure uiuitur. [Acta omnia] Gesta quæ scripta sunt. appellabantur. n. acta. Iuuen. Cupiẽt, & in acta referri. [Susceptum) Inchoatum. [Incumberes in remp. [Enitereris, pro rep. [Tuum tps]. i. ad tẽpus tui consulatus. [Facilis gubernatio est) quia sapiẽs, & bonus ciuis. [Vt perducatur] Sensus est, si poterit resp. perduci ad consulatum tuum, optime

ASC.

Insolentia

Ciuitas Acta

me gubernabitur,sed opus est magna diligētia nostra, & ēt fauo
re fortunæ,ut perducatur,ut ne ante opprimatur penitus. [Aliq̄-
to) Ante q̄ geras consulatū.[Habebimus) hic Romæ.[Et pterq̄)
.i.& licet pp rem.cui es profuturus,debeā curare dignitatē tuā,
tñ ēt propter te hoc facio,quia ita,& reip.satisfaciam,& amici-
tiæ nostræ. [Humanitas) uel māsuetudo,uel doctrina.[Nec mi
ror.[Quia noui te sapientissimum.[Iudicij)bene de eo sentiēdo,
[Officij]benefaciendo.[Ita in eam) Partem.

PHIL.

ET abfui]Igitur de insolentia atq; crudelitate M.Ant.quem
admodum tunc consul oēs leges,iudicia,& sanctos ciuitatis mo
res ita pessundabat,ut ne vestigium quidem ullum ciuitatis re-
linqueretur,& sic eum adducit in odium , ueritus ne Plancus cū
M.Ant.cōiungeretur aduersus remp.agitur inde de expectatio-
ne consulatus Planci in annum sequentē, & quantopere consu-
lem ipsum uidere cuperet,ut reip.subueniret,quā M. Ant.occu-
pare conabatur. Postremo Furnium familiarem suum illi ualde
cōmendat,& dicit esse sibi grata,quæ in illū contulerat.Cn. Plā
cus ciuis Ro.fuit, & qui Cic. in Macedoniam exulantē hospitio
suo benigne suscepit.Sed qm̄ ficta Romanorum noīa,& audim⁹
sæpe,& legimus,ut Plancus Plotus,eorum originem nosse non
iniucundum puto. Plancus ꝙ planis sit pedibus est appellatus.
Planca.n.planæ cuiusdam tabulæ sig̃natione capit.Plotus q spa
tiosus est plantis,& amplis.ut illa Virgilij spatiosa prodiga plan
ta.Vnde Plautus est dictus,quasi Plotus,ut plaustrum plostrum,
unde symphorium calciamenti genus , quo uenatores utuntur
utriq; pedi aptū.Cossus qui rugosus esset. Sunt.n. Cossi uermes
quidam rugosi,qui in codice resident.Agrippa quia ante pedib.
q̄ capite ex utero matris oritur,quem partum difficilem, & peri
culosum esse cōmemorant,quod ægre nascitur. Pansa à propen
so uentre, Flaccus à flaccidis,& languidis auribus. Item à legu-
minum generibus illa sunt inuenta uirorum nomina Lētuli,Pi-
sonis,Fabij.At Plu.in uita Fabij Max.dicit: quendam tradidisse
ab agrorum fossione Fodios olim appellatos fuisse,postea dua-
bus literis cōmutatis,Fabios dictos. Item Maximum appellatū
dicit illum,qui nobis cūctando restituit rem, à maximo Ryalo,
à quo Fabiorum genus descendit.Cic.uero dictus ꝙ nescio quid
in speciem Ciceris in extrema parte nasi ortū sit illi,qui primus,
ex illa familia Cic.noīatus est, à quo oēs deinde Cic.appellati.
Nasoni Ouid.nomen indidit nasi magnitudo. Sabini uiros for-
tes Neronis noīe appellabant , & sapientes Catonis appellatiōe
dicebantur.Scipioni nomen dederunt Græci : qui baculum Sc-
pionem dñt,& is Cornelium patrem luminibus captum, tāquā
baculus regebat . Tuditani à capitis forma nomen acceperunt.
Antiquitus.n.mallei tudides dicebantur, & in mallei similitudi
nem caput illius familiæ primus habere uisus est.à cæcutientib.
oculis Cæcilij.Vnde serpens sine oculis Cæcilia nominatur.Lu-
cij & Lucani à luce.Manij à Mane.Sexti,Quīti,Decij,à nume-
ro appellati.à Quintilio Quintiliani ipsi Luperci, quibus præe
rat Quintilius.Titi à titis militibus,qui à tutando patriam Titi
sunt appellati,ut Persius.Ingentes trepidare Titos .·Lege Festū.
Tullij ab aquarum riuis.qui Tullij nuncupātur.Cæsares qui, &
Cæsones à Cæso uentre matris apellātur.Messani à Messana ur-
be Siciliæ nobilissima, quàm Val.Max cepit unde nomē sibi ad-
iunxit.ut Scipionibus Africanis deuicta Carthago in Africa,Me
tello,Numidico Numidia . Itē Asia auri pondus in forum defe-
rens dedit Corneliis cognomentum. Quid quod ēt uiro insigni
Tremellio Scropha,quā famuli sui occiderant,cognomentū fe
cit:Lege Macrobiū & huius nominis appellationem inuenies,
& factum Caij à gaudio parentum dicti. Hæc autem nomina,
q̄ diximus, ferme oīa in epist. Cic.leguntur . Ideo hic apponen-
da putaui,ut,quod promisimus in principio huius operis,serua-
remus. Sed redeamus ad inceptum. [Abfui) Agnominatio . [In
Græciā]Qñ uidit Anto.cons.post mortē Cæs. mutasse uolūtatē,
& rem rursus ad seruitutem spectate,Cassiumque & Brutū Cæs.
interfectores tuto Romę esse non posse,& ipe hoc uidēs in Græ
ciā Proficisci constituit,cum legatus fuisset à senatu electus, ut
iret in Græciā.cuius legationis in episto.ad Atticū meminit his
uerbis:Mi Attice proficiscor,ut constituerā, legatus in Græciā.
impendentis periculi nō nihil uitare uideor: sed casurus in aliq̄
uituperationem,ꝙ reip.defuerim tā graui tpe,& in Leucopetrā
tunc uento asportatus Romā redire decreuit.Imo à senatu reuo
catus est in urbē.ut in p̄sidio esset labanti reip.& sic nondū fun-
ctus legatione,reuersus est,ut inquit,non hoium uoce,sed reip.
reuocatus,uerū non meliorē inuenit,q̄ discedēs reliquerat.Tūc
.n.Ant.si nō obscure dñatum parabat,& reditum Cic. molestissi
me ferens multa minatus est.Accessit in senatū Cic. & de Anto.
conquestus est,ac de rep. retulit longa quadā oratione,à morte
repetens Cæs.usq; ad illum diem,& mutatam Ant. uoluntatem
non trepide accusauit,& sñiam suā de rep.omnib.patefecit,qua
oratione Ant.uehemēter accensus inuectiuā in Cic.per 18. dies
meditatus ī curia recitauit, postea in scriptis edidit,nec ampli⁹
à maleuolētia destitit.Per M.Ant.)qui me nunq̄ quietū esse per
misit.[De medio cursu)vsq. adeo à Leucopetra.[Voce reip.)quā
cōquerētē,& me reuocātē audiui.[Fui) Abfui,& fui,agnomina
tio.[Insolētia) Arrogātia,Superbia.[Vulgare) Oīb.notū ꝙ sit in
solēs,& supbus.[Immanitas)ab in,& mano,ꝙ antiq dicebāt bo
nū [Ferre)uellet,n.ut oēs essēt muti,& quasi mortui.Vel ætate,
qm̄ sū iā senex.satisfeci,inquit,uitæ meæ,his trib.ætate,factis,
& gloria,qđ diu uixi multa feci , & maximā gloriā consecutus
sū.[Vel factis)Rebus gestis, q̄ īmortalitatis gloriam pollicent.
[Solicita) Mordet me patria,quā uideo in seruiturē cadere. [Lō
ga) In futurū proxime annū,sed longa uidebat expectāti. [Spi-
ritū du.) Viuere usq; ad diē consulatus tui [Hoī) M.Anto.[Nec
senatus) Repetitio.Sic in paradoxis.[Vim) ptātem. [Ciuitatis)
quia ciuitas nō est nisi iure uiuentiū. [De singulis reb.) Particu-
latim.[Nihil erat).i.qđ particulatim ad te scriberem,cū oīa gñā
liter acta ad te mitti arbitrabar.[Verū ad me ptinebat) vt te mo
nerē.[incūberes)pro statu reip.studeres.[Ad tuū tps) Ad consu
latū tuū.[Ante).s.quā ueniat tps cōsulatus. [Vt pducatur) Hoc
opus,hic labor est,ut deduci possit ad cōsulatū tuum,qđ si pote-
rit,optime gubernabitur. [Præterquā,) Hoc est tametsi pro rep.
debeā oīa facere,tñ dignitas tua in primis me monet,ut hoc fa-
ciā,& sic tā reip.quā tibi me satisfacturū intelligo.[Consilium)
Articulus.[Sanctissime) Sine corruptione. [Colendā) Amandā.
Teren.Quippe forma impulsi nostra nos amatores colunt. [Fur
nium) Gratiosa commendatio. [Iudici) De eo bene iudicando.
Officij) Magna in eum beneficia conferendo.

ET abfui] Si argumēta huius libri,& undecimi agnoscere uis, ASC.
Huber.legito,qui plura narrat.Igr̄ de insolentia atq; crudelita-
te M.Ant.quēadmodū tunc consul oēs leges, iudicia,& sanctos
mores ita pessundabat,ut ne uestigium quidē ullum ciuitatis re
linqueretur,& sic adducit in odiū,ueritus ne Plācus,cū M.Ant.
cōiūgeretur aduersus rēp.deinde de expectatione cōsulatus Plā
ci,in annū sequētē,& quātopere eū cōsulē videre cupet,ut reip.
subueniret,quā M.Ant.occupare conabatur . Postremo Furniū
familiarē suū illi cōmendat Cn.Plancus ciuis R.qui Cic.in Ma
cedonia exultantē hospitio suo suscepit. Plancus aūt (ut inquit
cōmentarius) à planis pedib.cognomē sumptū, nā planca est ta
bula.Ordo est,Et abfui.i.utrunq; uerū est,& ꝙ abfui.s.Roma ꝓ-
ficiscēs in Græciā,ut uero simile est Athenas . & ꝙ postea q̄ re-
uocatus sū meo de cursu.i.incepto itinere,uoce Reip.nō ꝙ resp.
uocē habeat,sed ꝙ p̄ntiā suā reip.necessariā,& ab ea expeti nos
set . Nunq̄ fui quietus p M.Ant.i.pp molestiā M.Antonij, cu-
ius.s.M Ant. tanta est insolentia.s.in dicendo.nā id quidem.s.in
solentiæ uitiū,est uitiū vulgare,sed tanta est īmanitas.i. feroci-
tas efferata,ut non mō non possit ferre.i. pati uocem.i. loquelā
cuiusquā sup.liberā,sed ne quidem.i.non saltem uultum liberū
.i.libertatis aī indicem,q.d.lætum,& ingenuum. Itaque.i.& ita,
maxima cura est mihi,non quidē de uita mea,cui satisfeci , hoc
est,quā consummaui,uel ætate,uel factis,uel gloria, si ēt hoc.s.
gloriā assecutum esse Pertinet,quid.i.aliquid , aut in aliquo, ad
rē,nō dicit quid sibi curæ sit,sed intelligimus Antonij īmanita
tē,frangere,aut remp.liberari ab eo,aut quid simile , quod ad a-
lia trāsiens neglexit dicere.Sed patria solicitat me, & in primis
.i.præcipue ò mi Plance,expectatio est ita longa,ut sit optādum
.i,ut habeamus optare,ut possumus ducere.i.protrahere spiritū
.s.uitalem.i.producere uitā,sup.usq; ad id tps .s. quo cōsul eris,
quod paulo post euenit.Docet aūt cur eius consulatum tantope
re desideret dicens:Enim.i.quia,quæ spes .s. libertatis pōt esse in
ea rep.in qua oīa sunt oppressa armis hoīs impudentissimi,atq;
intemperantissimi.s.M.Antonij?q.d.nulla.Et in qua.s.repu. nec
senatus,nec populus habet ullam uim.i.potestatē, cum tñ per se
natū,senatusconsulta,& per populum plebiscita soleant, & de-
beant fieri.Et in qua sup.nec ullæ leges sunt,sup. quę seruaren-
tur.nec iudicia.s.iusta,& libere,ac legitime prolata, nec oīno si-
mulacrum.i.imago,ac uestigium aliquod ciuitatis .i. cōitatis ci-
uium sub unis mœnib.legib.uiuentium.Sed qñ .i. qm̄ ego arbi-
trabar oīa acta.s.in rep. hoc est publica instrā, & scripta actorū
mitti ad te.s.per amicos,& familiares tuos:nihil erat, ꝙ scribe-
re debere de rebus singulis.i.seorsum de unaquaque re . Transit
aūt ad alteram partem epistolę,quę est amoris confirmatiua,di
cens, illud aūt.s.quod sequitur,erat amoris mei.s.in te , quem.s.
amorem susceptum.i.pie,& beneuole receptum à pueritia.s.tua,
nam Plancus longe iunior erat.non solum seruaui , sed etiā au-
xi, illud, inquam,uidelicet monere,atque hortari te,ut incum-
beres .i. inuitares in rempub. omni cogitatione , & cura.quæ.s.
resp.

Plācus. Plotus. Plautus Symphoriū. Cossus Agrippa Pansa. Flaccus Lentuli Pisones Fabij Cicero. Naso. Nero. Cato. Scipio. Tudides. Cæcilij Cæcilię Serpēs. Lucij. Lucani. Manij. Sextij. Quintiliani. Titi. Tulij. Cæsares Messāę. Africanus. Numidicus. Caij.

resp. si producitur. i. manet in uigore, & libertate sua, ad tempus tuum. i. donec consul eris, gubernatio est facilis. s. deinceps futura. Autem. i. sed, est magnę. tum. i. pariter diligentiæ, tū. i. pariter fortunæ. i. prosperi euentus, quia nō omnia, quæ diligēter conamur, assequimur, refragāte fortuna, ut. s. resp. perducatur usq; ad tempus tuum. Sed & habebimus te aliqñ ante. s. quàm cōsul fias. ut spero, & prærterquam ꝙ debemus consulere. i. prodesse, & prospicere reip. tamen cum. i. insuper, fauemus dignitati tuæ, ita ut conferamus omne cōsilium, studium, officium nostrum & sup. omnem operam, laborem, diligentiam ad amplitudinem tuam. s. fouendam. Ita. i. & sic intelligo facillime me satisfacturum, & i. simul reip. quæ est carissima mihi, & amicitiæ nostræ, quā puto colendam nobis sanctissime. i. inuiolatissime. Ego nec miror, & gaudeo. s. insuper. Furnium nostrum. s. cōem amicum fieri à te tanti, quātum humanitas, & dignitas ipsius postulat. & uolo te, existimare. i. opinari hoc, quidquid iudicij. i. bonæ æstimationis, & officij. i. beneficij cōtuleris in eum, me accipere id ita, ut putē te contulisse in me ipsum. i. beneficium impendisse mihi ipsi.

PAVL. MAN. *DE medio cursu*] Ex uetere libro ita emēdauimus. sic aūt locutus est in fine li. 3. de Officijs, eadem de re loquēs. Si ipse, inquit, uenissem Athenas, quod quidem esse factum, nisi me de medio cursu clara uoce patria reuocasset. item ad M. Brutum epistola, cuius initium est; Messallam habes: Itaque in medio Achaico cursu, cum Etesiarum diebus auster me in Italiam retulisset.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Excusat se, quod Plancū non defenderit, ut superiore epistola pollicitus fuerat, rationes sunt à noua Antonij crudelitate, & periculorum præsentia sumpta. postremo callide operam suam rursus pollicetur.

M. CIC. L. PALNCO IMP. COS. DES. S. D. 2

MEVM studium honori tuo pro necessitudine nostra non defuisset, sit aut tuto in senatum, aut honeste uenire potuissem. sed nec sine periculo quisquam, libere de rep. sentiens, uersari potest in summa impunitate gladiorum: nec nostræ dignitatis uidetur esse, ibi sententiā de rep. dicere, ubi me & melius, & propius audiant armati, quàm senatores. quapropter in priuatis rebus nullum neque officium, neq; studium meū desiderabis: ne in publicis quidem, si quid erit, in quo me interesse necesse sit, unquam deero, ne cum periculo quidem meo, dignitati tuæ. in ijs autem rebus, quæ nihilominus, ut ego absim, cōfici possunt: peto à te: ut me rationem habere uelis, & salutis, & dignitatis meæ. Vale.

HVB. *MEVM studium*] Scripserat Planc. ad Cic. se intellexisse honorem suum non fuisse ab eo defensum. sicut promiserat. Itaque Cic. hac epistola se purgat, & dicit nulla alia causa id prętermissum esse, nisi quia non licuisset ei tuto in senatum ire, aut libere sñīam dicere ꝓpter M. Ant. qui armatos in senatū introducebat, cōtra quem si quispiam dixisset, uidebat sibi manifestissimum periculum uitæ. In ijs autem, in quibus, & cum honore, & sine periculo uitæ possit ei prodesse. pollicetur omnem operā suam, & etiā cū periculo, si fuerit necesse eum interesse. In ijs autem quibus nō fuerit necesse, eum interesse, petit, ut habeatur excusatus, habeaturq; respectus eius honoris, & dignitatis. [Studiū) Fauor, diligētia. [Tuto) Sine periculo propter armatos, q impune interficiebant aduersantes. M. Ant. [Honeste) Quia contra dignitatē est eò uenire, ubi sentētia tua cōdemnatur. [Sed) Probatio utriusque causæ. [Impunitate) Licētia, temeritate, sine punitione. [In priuatis) Tuis domesticis, propter quas non sit opus uenire in senatū. [Non desiderabis) Nō deerit tibi, id enim desideratur à nobis, quod nobis deest. [Ne in publicis) Quia fortasse posset ille dicere se in priuatis nō egere. [Necesse) Si nō poterit fieri sine me. [Ne cū periculo quidē). s. desiderabis officium meū, si tales erant res, in quib. necesse sit me interesse. [Vt) Quāuis. [Nihilo minus). i. quæ possunt fieri nō minus absentia mea, quā si essē præsens. [Rationē) respectū. [Et salutis, & dignitatis) i. ut uelis me nihil facere contra salutem, aut dignitatē meam.

PHIL. *MEVM studium*] Cōmendauerat Cic. dignitatem suam Plancus, ut in senatu laudarentur ꝗ ipse pro rep. faciebat. Imperator enim erat exercitus in Gallia. At Cic. cū Antonius cōsul esset, & ipsius ac libertatis inimicus nullam habebat in curia potestatē. [Qui pro te) Planco seipsum excusat. Tantumq. illi pollicetur, quātum potest, sed parum se posse demonstrat, Antonio cōsule, quem ipse latrocinij ducem appellat, à quo, & armatos ī senatū duci cōspiciebat, inde eum rogat, tm̄ sibi oneris imponat, quātū pro eius dignitate moliri poterit, & suæ saluti, atq; dignitati cōsulat. [Honori) Famę & dignitati. [Tuto) Ideo qm̄ tenebant oīa Antoniani obsessa armis. [Cōuocauerat). n. undiq; p Italiam Antonius ueteranos milites [In Sen.) Eo die potissimum, quo Ant. inuectiuam contra Cic. in senatum ire uoluit, sed amici noluerunt, quoniam Ant. cum magna armatorū copia in senatū ascenderat. [Armati) cōtra morem ciuitatis. In senatū. n. armati ꝓdire non poterant. [Sed) utriusq; causæ ꝓbatio. [Non desiderabis) Nō deerit tibi, id. n. desiderari dr̄ qđ deest. [In priuatis) Ob quas uenire in senatū necesse nō erat. [In priuatis) qm̄ dicere potuisset in publicis egeo opera tua, non in priuatis, quasi obiectioni rñsio [Ne in periculo qdē). s. deero tuæ dignitati. [Nunquam decro) pollicetur se nunꝗ defuturū dignitati ipsius Plāci, uel si necesse fuerit mortē adire. Sed unum orat, uelit Cic. saluti consulere, nolitq. eum illis interesse negocijs, quæ uel absente ipso Ci. consequi poterit. Timebat. n. arma Antonij non parum. Vt ego absim) Tanquam absēs sim, nihilo minus hic omnia cōfici pñt.

ASC. *MEVM studium &c.*] Scripserat Plācus ad Cic. se intellexisse honorem suum non fuisse ab eo defensum. Quocirca se purgat hac epist. Cic. & dicit nulla alia causa id prætermissum à se, nisi quod non licuisset sibi tuto in senatum ire, aut libere sententiam dicere pp M. Ant. pollicetur aūt operam suam. Ordo est: Studiū meum. i. diligens fauor, & concertatio, non defuisset honori tuo. s. protegendo, si potuissem uenire in senatum aut tuto. i. sine periculo, aut honeste, tuto autem non potuit tantisper dum Antonio obstitit, honeste uero non potuisset, si astipulatus fuisset. Sed nec quisꝗ sentiens libere. i. ut liberum hominem decet, de rep. potest uersari. s. in senatu, sine periculo. s. uitæ, in summa impunitate. i. ubi summa est impunitas gladiorū. i. uiolentiæ armis illatæ, nec vr̄ esse nr̄æ dignitatis. i. pertinere ad nostrā dignitatem, dicere ibi sentētiam de rep. ubi armati audiāt, & melius & propius. i. de minore distantia me, quàm senatores. Quapp tu nullum. i. non ullum, non desiderabis, quia præsens erit tibi, desideramus autem absentia, aut non extantia, ullum neq; officiū, neq; studium meū, in rebus priuatis. i. nō pertinentibus ad rēp. quæ in senatu agantur, nequidem. i. non etiam deero unquam dignitati tuę in publicis, si qđ erit ī quo necesse sit me interesse, nec quidem. i. non etiam cū periculo meo. Sunt qui legant, nunquam, quod si legendū est, ita distinguā: Nec in publicis quidē, si quid sit, in quo necesse sit me interesse, q̄a nunꝗ deero dignitati tuæ, nec quidem cum periculo meo. Aūt. i. sed ego peto à te, ut uelis hr̄e rōnem. i. beneuolū respectū, & curā & salutis & dignitatis meæ, in his. i. huiusmodi rebus, quæ pñt confici. i. complete fieri nihilominus ut. s. demus quod ego absim. i. licet absim.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Et hac hortatoria est, ut reip. iuuandæ studeat. laudat aūt principio Plācū, ut beneuolētiā, et gratiā illius, quod nō satis fideret ei, uenetur.

CIC. PLANCO, IMP. COS. DES. S. D. 3

CVM ipsum Furnium per se uidi libentissime, tum hoc libentius, ꝙ, illum audiens, te uidebar audire. nam & in re militari uirtutem, & in administrāda prouincia iustitiam, & in omni genere prudentiam mihi tuam exposuit, & ꝓterea, mihi nō ignotā in cōsuetudine, & familiaritate suauitatē tuā, adiūxit; præterea summā erga se liberalitatem, quæ oīa mihi iucunda, hoc extremum ēt gratum fuit. Ego Plance necessitudinē constitutam habui cū domo uestra ante aliquanto, quā tu natus es; amorē aūt erga te ab ineunte pueritia tua cōfirmata iā ætate familiaritatē, cū studio meo, tū iudicio tuo cōstitutā. his de causis mirabiliter faueo dignitati tuæ. quam mihi tecū † statuo esse cōem. oīa summa consecutus es, VIRTVTE duce, comite fortuna: eaq; es adeptus adolescens, multis inuidētib. quos ingenio, industriaq; fregisti. nūc me amantissimū tui, nemini concedentē, qui tibi uetustate necessitudinis potior possit esse, si audies. oēm tibi reliquæ uitæ dignitatem ex optimo reip. statu acquires. scis profecto. (nihil. n. te fugere potuit) fuisse quoddam tempus, cū homines existimarent te nimis seruire temporib. quod ego quoq. existimarem, si te ea, quæ patiebare, ꝓbasse etiā arbitrarer. sed, cū intelligerem, quid sentires: prudenter te arbitrabar uidere, quid posses. nunc alia ratio est omnium rerum. tuum indi-

† alias, statuo studeoq́ue habere cōmunē, vel statuo habere esse communē, vt non absurde quidam legem dum putet, statuo debere esse communem

iudicium eſt, idque liberum. conſul es deſignatus, optima, ætate, ſumma eloquentia, maxima orbitate reipub. uirorum talium. incumbe, per deos immortales, in eam curã, et cogitationem, quæ tibi ſummam dignitatem & gloriam afferat. unus autem eſt, hoc preſertim tempore, per tot annos repu. diuexata. reip. bene gerendæ curſus ad gloriam. hæc amore magis impulſus, ſcribenda ad te putaui, quam quod arbitrarer, te monitis, & præceptis meis egere: ſciebam enim ex iiſdem te hæc haurire fontibus, ex quibus ipſe hauſerã. quare modum faciam. hoc tantum ſignificandum putaui ut potius amorem tibi oſtenderem meum, quam oſtentarẽ prudentiam. interea, quæ ad dignitatem tuam pertinere, arbitrabor, ſtudioſe, diligenterque curabo. Vale.

HVB. CVM] Cum eſſet Plancus in Celtis cum tribus legionibus, ut diximus. neq, Cic. ſatis eis fideret, idq; nõ auderet aperte dicere, nititur eũ oculte retinere in amore reip. primum igit̃ dicit ſe libenter uidiſſe Furnium; tum ꝑ ſe ipſum, tũ quia narrauerat iucundiſſima de Plan. & in re militari & adminiſtratione ꝓuinciæ, poſtea uero ex beneuolentia q̃ ſibi uetuſtiſſimã fuiſſe dicit cum Planc. eum hortat̃, ut incumbat diligenter tuendã, & cõſeruandã patriã, ex qua re dicit eũ ſummã & dignitatẽ, & gloriã adepturum, poſtremo ne uideat̃ ex diffidẽtia ſcripſiſſe, dicit ſe amore cõpulſum eẽ hæc ſcribere. [Furnium) Is erat in exercitu cũ Plãco eius legatus. ut infra uidebimus. [Per ſe. i. ſui ipſius cauſa. (Hoc) pp hoc. [Prouincia) Celtica. [Nõ ignotã mihi) q̃a ſum iã expertus. [Suauitatẽ). ſ. expoſuit. i. expoſuit mihi q̃ ſuauis, & iucũda ſit cõſuetudo, & familiaritas tua. [Summã liberalitatẽ erga ſe) i. q̃ fueris in eo tractãdo liberalis & benignus. [Quæ oĩa.) ſ. de uirtute tua in re militari de iuſtitia & prudentia in adminiſtrãda ꝓuincia, & de ſuauitate cõſuetudinis tuæ. [Hoc extremũ) de liberalitate tua in eũ. [Ego) Artificioſe allicit Plan. ad ſñiam ſuã longius repetens initium amicitię. [Domo) Familia: [Ab ineunte pueritia). i. ab initio pueritiæ. Cœpi amare te. [Familiaritatẽ) .i. huius. [Ætate confirmata. i. poſtq̃ factus eſt adultus, hoc aũt dicit ut oſtẽdat eã maxime deberę durare & eſſe perpetuã, nã ipſe in Læl. ſic præcipit. Omnino amiciciæ corroboratis iam, confirmatisque ingenijs, & ætatibus iudicandæ ſunt. [Conſtitutam) cõfirmatam. [Studio meo) Quia diligenter eã colui. [Iuditio tuo) quia exiſtimaſti me dignum familiaritate tua. Cõſecutus] Adeptus [Duce) Quaſi p̃cipua cauſa. [Comite for.) Fauente, quia fortuna cum uirtute coniuncta multum ualet. [Adoleſcẽs] Cum adhuc eſſet iuuenis [Multis inuidentib.) cum inuidia malorum. [Fregiſti) uiciſti, deieciſti. [Ingenio & ind.) prẹclare te gerendo, non autem uindicta. [Nemini concedentem,]. i. qui non ſum inferior amore erga te aliquo, qui poſſit eſſe uetuſtior neceſſitudine tibi coniunctus. [Reliquæ]. i. futurę [Fugere te) Latere te, tibi eſſe ignotum. [Te nimis ſeruire tpib,) Te nimium ſequi tempora, & reſpectu quorundam, qui plurimum poterant, te non audere facere, quod decebat uirum bonum. [Quod). ſ. te nimium ſeruire tpibus. [Ego quoq;) Sicut quidam alij. [Si ea). i. ſi exiſtimarẽ ea placuiſſe tibi, quæ ferebas. [Probare) Tibi placere [Ea, quæ patiebare] Seruitutem ciuium, & oppreſſionem legum & iudiciorũ. [Quid ſentires) quid iudicares, & in animo haberes, qui bñ ſentiebas de rep. licet taceres & uidereris nimis ſeq tpa. [Alia) Quia perijt Cæſ. [Tuum iudicium) ut facias quod ſentis. [Et id liberũ) quia nullum habemus dominum. [Deſignatus) In annum ſequẽtem. dicebantur. n. deſinati conſules, qui erant electi in futurũ. [Optima ætate) Iuuenta iam matura. [Maxima orb.). i. quo tempore reſp. eſt orbata, & priuata talibus uiris. ſ. bonis, & ſapientibus, qualis tu es. [Orbitate) Tranſlatio ſumpta à parentibus qui proprie filijs orbati dicuntur. Commode igitur tranſtulit ad patriam, quæ omnium parens eſt. [Incumbe) Iam incipit eũ hortari. [Per deos) Adiuratio. [Vnus c.). i. ſola uia eſt ad gloriam comparandã hoc tpe remp. bene gerere. [Hęc) remouet Cic. à ſe ſuſpicionem diffidentię. [Ex iiſdem fon] ſ. philoſophię. [Haurire] Sumere. [Modum) Finem. [Significandum) Ineundum. [Oſtare) Iactare. [Prudentia) dando & monita, & præcepta de bene gerẽda rep. ut uiderer prudens. [Interea) Donec ad nos ueneris.

Deſignatus Conſules

PHIL. *CVM ipſum Furnium*] Clariſſimas in primis Planci uirtutes oſtendit ex eo ꝙ à Furnio audiuit, poſtea uetuſtam amicitiam, q̃ Cic. cum parente ipſius iniuerat. Inde cũ eo ipſo ab ineunte pueritia confirmauerat, & hominem ad capeſſendam reip. defenſionem vehementer hortatur, & item ille denunciat ſe deſignatum eſſe conſulẽ, atq; oſtendit ampliſſimam uiam non modo ſempiternę laudis & gloriæ cõſequendę, ſed immortalitatis. Poſtremo hæc oĩa amore coactus ad eum ſcripſiſſe demonſtrat, & ſeipſum oĩa ꝓ honore ipſius ſtudioſe facturũ eẽ pollicet̃. Verebat̃ aliquãtulũ Cic. ne Plancus à rep. deficeret, & M. Ant. adhereret. Cũ q̃nque Plãcus legiones apud Celtas hr̃et. Erant. n. tũc in armis multæ Rom. legiones, quarũ quinq; Plancus, quatuor Lepidus in Hiſpania quatuor M. An. in Italia, & duas Aſinius Pollio. Itẽ q̃nque Octauius, duas quidẽ ueteranorũ Cæſ. militũ, qui ab Antonio ad ipſum ſe contulerãt tanq̃ Iulium Cæſ. uiuentẽ. Hmõi aũt uarię factiones poſt Cæſ. mortẽ ſecutæ ſunt, ex quo M. Ant. Explicata Cæſ. ueſte cruẽta de nefaria cęde illius cõqueſtus eſt. Bella deinde ciuilia inter eos nata ſunt. Cœpit in primis M. Ant. uelle D. Bruto Celtas eripere, & eorũ loco Macedoniã tradere, qđ cum ꝑſuadere nequiſſet, ad eum ꝓfectus uicit. Fugiens Brutus Mutinã ſe recepit, & ibi ab Antonio obſeſſus, & uix fauẽte Cic. ꝑ Hirtiũ & Octauiũ liberatus eſt, & Antonius cũ exercitu hoſtis a Senatu iudicatus, ꝙ ſenatui parere noluiſſet. inde fugere coactus eſt: ob qđ beneficium in rẽp. collatum à Cæſ. Octauio haud ſatis gratus in eũ Senatus uiſus eſt, cũ de triũpho Cæſ. & militum eius iã decreto mentionẽ feciſſet, non benigne auditus eſt, & ex eo iratus Cęſ. cũ M. Ant. & M Lep. ſocietatem iniuit, & Romã cũ exercitu reuerſus nõ plures q̃ decem, & octo annos natus cõſul creatus eſt, & quãprimũ de quæſtione habenda cõtra Cæſ. patris eius interfectores legẽ tulit. Qua lege. D. Brutus, C. Caſſius, & M. Brutus abſentes poſtulati & damnati ſunt, & quomodo Senatus D. Bruto iuſſiſſet, ut inſequeretur Antonium: à legionibus relictis fugere coactus eſt, & Antonij iuſſu: cũ in eius poteſtatẽ deueniſſet, à Capeno Sequanæ occiſus eſt, Inde triũuiratus dominatio ſecuta eſt Antonij, Cæſ. & Lepidi, de qua loco ſuo aliqua dicturi ſumus. nunc ad Plãcum redeamus. [Furniũ) Legatũ Plãci. [Per ſe) Gratia ſui ipſius: [Libentius) aduerte animũ, ꝙ q̃ũo primum dixerit libentiſſime, addidit inde libentius. ſit autẽ hoc libẽter, ut cõparatiuum tranſcendat aliq̃n ſuperlatiuum. [Virtutẽ, fortitudinẽ quã illis uerbis oſtendit, quibus eſt uſus in epiſtola ad Senatũ. ut ipſe ita ſum aĩo paratus, uel ꝓuinciam tueri, uel ire quò reſp. uocet, uel tradere exercitũ, auxilio ꝓuinciamq;, ut uel oẽm impetũ belli in me conuertere nõ recuſem, ſi modo meo caſu, aut cõfirmare p̃riæ ſalutẽ, aut periculũ morari ĩ re militari. erat. n. tũc imperator exercitus in Gallia Celtica, & in caſtris q̃nque legiones habebat. Legiones, inq̃t, habeo quinq; ſub ſignis. & ſua fide, uirtuteq; reip. coniunctiſſimas. [In adminiſtrãda prouincia iuſtitiã) unicuiq; tribuendo, quod ſuum erat. Vñ paratiſſimi ꝓuinciales erant ad omnia obeunda pro rep. Rom. Ex quo illud eſt in eius epiſtola ad Senatum, ꝓuinciã, oĩum ciuitatum cõſenſu, paratiſſimã habeo, & ſumma contentione ad officia certãtẽ. [Liberalitatẽ] qua nõ ſolum Furnium obligauerat, ſed totã prouinciam, quod ipſe in eadem epiſt. de ſe dicit: Et nr̃a liberalitate nobis obſequentes. [Hoc] ex quo, & ęs tam liberalis in Furniũ. [Neceſſitudinẽ) amicitiã uetuſtã repetit. In hoc illud Iſocratis dici poteſt. Qđ non ſolum patrimonij, ſed amicitiæ p̃rnæ hæredes eſſe debemus, cuius uerba ſunt hæc: [Amorẽ] duo dicit ſe habere Planco. Amorẽ à teneris annis, & familiaritatem iã ætate ꝓuecta. Amor ſine amicitia eſſe põt. Amicitia uero ſine amore eſſe nõ põt. [Cõfirmata iã ætate] ut demonſtraret iam fore perpetuam, ut ait in Lælio, omniuo amicitiæ corroboratis iam confirmatiſq; ingenijs, & ętatibus iudicandę ſunt. [Studio meo] eã me colentem diligenter iudicio tuo, te maxime iudicante me dignũ amicitia tua. [Comite fortuna) Ita ut uirtus p̃cederet, fortuna ſequeret̃. [Nunc ſi me audies] cõſilium meum ſeq uoles. [Cõcedentem] ut in te amando uincar ab aliquo. [Et] Incpiit hortari ad capeſſendam reip. defenſionem, quam M. Ant. occupare conabat̃. Seruire tpib.] ut quocunq; tpe ſeſe hr̃ent, te nõ curare, & alibi ſine te, ſine animi tui perturbatione. Nũc uero alia rõ eſt habẽda, ut nullo pacto patiaris iſta tpa hoc pacto ſeſe hr̃e, ꝙ Antonius occuparet remp. [Patiebare]. ſ. oppreſſionem legum & iudiciorũ, atq; ſeruitutẽ ciuiũ tpe Caij Cæſ. [Quid ſẽt.] q̃m bene de rep. ſentiebas, licet tacẽdo nimis ſequi tpum cõdõnẽ uidereris. [Te pr.] Non arbitror te nunc laudare, quæ olim patiebaris mala. [Inſurges. n. contra latronum ducem] hoc eſt, M. Antonium libertatis occupatorem. [Quid poſſes] arbitrabar etiam te uidere qđ facere poſſes. [Alia ratio] quoniam Cæſar nõ extat amplius. [Omnium rerum [publicarum rerum, nõ ſub tuo iudicio iacet: [Talium] qualem, & eſſe cognoſcimus. [Optima ætate] adulta iuuẽta. [Orbitate] Cũ priuata ſit talibus uiris, qualis es tu, & eſt aperta metaphora à parentibus ad patriam. [Incumbe] nõ modo hortãtis eſt, ſed impellentis. [In eam curam] In defendendã patriã contra latronum ducem, in quo ſummam gloriam cõſequeris. [Curſus ad gloriam] A facilitate gloriæ comparãdę, & dicit unã eſſe uiam ad gloriam comparandam hoc tpe. ſ. bene gerere rẽp.

Amor amicitia

Hæc

[Hæc) conclusio est, q̃ remouet suspicionẽ, q̃ forte habebat Cic. ne à rep. ad Antoniũ deficeret. [Ex ijsdẽ fontibus] doctrina uirtutis amore, & desiderio immortalitatis. [Modũ) Finẽ scribẽdi. [Ostentare prudentiã) demonstrarẽ me aliquid sapere, & de his publicis intelligere q̃d faciendũ sit. Ostentare. n. semper est ad inanẽ q̃dã gloriã, atq; iactãtiã. [Teren.) Cicatrices suas ostẽtat. [Interea) dũ ista tractabunt, & ad nos te cõtuleris. Superiorẽ. n. & inferiorem tpis cõditionem amplectitur, ut Virg. Interea mediũ Æneas iã classe tenebat Certus iter. & interea loci, & interim dicitur.

Ostentare

ASC. *CVM ipsum, &c.*] Cum esset Plancus in Celtis cũ tribus legionibus, neq; Cic. ei satis fideret, neque tñ audere id aperte dicere, nititur eum occulte retinere in amore. Primum ita dicit se libenter uidisse Furnium, narrantem iucunda de Planco, quod ex arte facit, qua præcipimur ea, q̃ ab aliquo desideramus, aut obtinere uolumus significare penes illum esse, unde qui misericordiã petunt, misericordiam laudare solent, sicut etiã in Psalmo: *Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam.* Quinetiam quem immitem putamus, si opus sit ab eo misericordiam implorare, misericordẽ fingimus. Quia ergo Plãcum in fide, & studio erga rẽp. maximo tpe manere cupit, dicit se bene d̃ eo sperare. monetque q̃d ex more se facere dicit, ut patriã tueatur. Ordo est: Cũ. s. ita sit q̃ uidi Furnium libentissime p se. i. sua ipsius cã, tum. s. multo magis est, q̃ uidi ẽt libẽtius, hoc. i. pp hoc, q̃ ego audiẽs illum, uidebar. s. mihi te audire. Nã ipse exposuit. i. expresse narrauit mihi, &. i. simul, uirtutem tuam in re militari, & iustitiã tuã in prouincia administranda, & prudentiam tuam in oĩ gñe. Pulchre assignat rebus qualitates congruas. Nam in re militari, maxime utilis uirtus. i. fortitudo, quæ ꝓpriæ uirtus à uiribus dr̃, in prouincia administranda, ut in alia omni administratione publica maxime opus est iustitia, prudentia aũt ad oẽm rẽ gerẽdã utilis ẽ. Nã fortitudo sine prudentia temeritas est. Iustitia aũt sine prudentia esse nõ põt non. n. põt ius suum cuiq; reddere, qui nesciat quid suũ cuiusq; sit. Sicut & fortitudo, q̃ uirtus est, sine iustitia non est, imò uirtutes illæ quatuor principales Fortitudo, Prudẽtia, Iustitia, & Tẽperantia sic se hñt, ut alia sine alijs plane nulli contingat. Et p̃terea. i. præter dictas uirtutes tuas, ipse adiuxit. s. narrando mihi suauitatem tuam in consuetudine & familiaritate non ignorã, imò notissima hr̃e mihi. Prætcrea. i. p̃ter hæc oĩa adiunxit summã liberalitatẽ. s. tuã erga se, q̃ oĩa sup. fuerũt iucũda mihi, q̃a attulerũt uoluptatẽ. Hoc extremũ. s. q̃ liberalis in amicum fuisti fuit ẽt gratũ, q̃a attulit utilitatẽ. Ego ô Plance habui necessitudinẽ. i. necessariã cõiunctionem amicitiæ constitutã. i. cõi cõsensu statutã, cum domo. i. familia uestra i. maiorũ tuorũ aliquanto ante, q̃ tu natus es. autem. i. sed habui sup. constitutum amorẽ erga te, ab pueritia ineunte. i. ab eo tpe quo puer esse incipiebas, trãsacta infantia, & sup. habui familiaritatẽ ætate. s. tua, iã confirmata. i. stabilita constitutatum. i. simul studio meo, tũ. i. simul iuditio tuo. s. quo studium meum comprobasti. Ego faueo de his causis. i. ob has causas, mirabiliter dignitati tuæ, quã. s. dignitatem, ego statuo. i. constituo & propono habere communẽ mihi tecum. Tu consecutus es omnia summa (ita uerius legitur cum sint qui legant omnia sum consecutus, sed de se nõ Cic. uerum de Planco. qui iam consulatum adeptus erat notandum autem oĩa interdum cum superlatiuo congruere,) uirtute sup. existente tibi duce, & fortuna comite, & ita quasi inseruiente, & tu adeptus es ea. s. summa, adolescens. i. adhuc in adolescentia, multis inuidentib. quos fregisti ingenio, & industria. Nunc si audies me amantissimum tui, & nemini cedentem, qui posset esse tibi potior uetustate necessitudinis, tu acquires tibi omnes dignitatẽ uitæ reliq̃ ex optimo statu reip. Tu ꝑfecto. s. nihil. n. potuit fugere te. i. latere, quoddam tp̃s fuisse cum homines existimarẽt. i. iudicarent te nimis seruire. i. obsequi tpibus. i. dispositioni tpm, hoc est hominibus, tunc plurimum potentibus, quod ego quoq; existimarem. i. iudicarem te fecisse, si ego arbitrater te ẽt probare. i. approbare, & ex iudicio tuo facere, q̃ patiebare. i. patiebaris. i. coactus faciebas. Sed cum ego intelligerem, quid sentires. s. faciendum, ego arbitrabar te uidere. i. cognoscere quid posses, q d. eum plura potuisse, q̃ putaret, quia aliter non fecisset, quæ fecit. Non alia est rõ. omnium rerum, iudicium est tuum, & in iudicium est liberum. i. tu potes libere ex sñia tua oĩa iudicare, & facere, tu es designatus. i. declaratus consul, ætate optima, quia adhuc ferè adolescens eloquentia, & maxima orbitate. i. spoliatione aut carentia reip. i. quã passa est, aut accepit resp. talium uidelicet fortium uirorum. Incumbe. i. toto pectore conatu intẽde, p deos immortales. s. rogamus, in eam curam, & cogitationem, q̃ afferat tibi summam dignitatem, & gloriam. Autem. i. sed, unus cursus est ad gloriã ꝑsertim hoc tpe rep. deiecta. i. pessundata. i. eo q̃ fuit per tot annos de perdita. s. cursus reip. gerendæ bñ, hoc est per solam reip. rectam administrationem, potest nunc quispiam celeriter ad gloriam peruenire. Ego putaui hæc scribenda sup. esse ad te, magis impulsus. i. eo q̃ essem impulsus amore. s. tui, q̃ q̃ arbitrater te egere præceptis, & monitus. i. cuiuspiam. Ego. n. sciebam te haurire hæc ex ijsdem fontibus ex quibus ego hauseram, quia ex libris philosophorum, & ex cõsideratione rei pub. Rom. quare. i. quamobrem ego faciã modum. i. finem. Ego putaui nunc tantum. i. duntaxat significandum. s. quid sentirem, ut ostenderem tibi potius amorem meum, q̃ ostentarem. i. iactãter demonstrarem prudentiam. s. meam. Ego curabo interea studiose, & diligenter ea, q̃ arbitrabor pertinere ad dignitatẽ tuã.

Psalmus

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Horationem Ciceronis sibi gratam fuisse dicit: & cur eam hoc animo acceperit, exponit.

PLANCVS CICERONI S. D. 4

GRatissimæ mihi tuæ literæ fuerunt, quas ex Furnij sermone te scripsisse animaduerti. ego autem præteriti tẽporis excusationem affero, q̃ te profectum audierã, nec multo ante redijsse sciui q̃ ex epistola tua cognoui. nullũ enim in te officium, ne minimum quidem, sine maxima culpa uideor posse præterire. in quo tuendo habeo causas plurimas, uel paternæ necessitudinis, uel meæ à pueritia obseruantiæ, uel tui erga me mutui amoris, quare mi Cicero, quod mea, tuaq; patitur ætas, persuade tibi, te unum esse, in quo ego colendo patriã mihi constituerim sanctitatem. omnia igitur tua consilia mihi non magis prudentiæ plena, quæ summa est, uidentur, q̃ fidelitatis, quam ego ex mea conscientia metior. quare, si aut aliter sentirem, certe admonitio tua me reprimere; aut si dubitarem, hortatio impellere posset, ut id sequerer, quod tu optimũ putares. nunc uero quid est, quod me in aliam partem trahere possit? quæcunque in me bona sunt, aut fortunæ beneficio tributa, aut meo labore parta, etsi a te propter amorem carius sunt æstimata; tamen uel inimicissimi iudicio tanta sũt, ut præter bonam famam nihil desiderare uideantur. quare hoc unum tibi persuade, quantum uiribus eniti, consilio prouidere, auctoritate mouere potuero, hoc omne reip. semper futurum. non est ignotus mihi sensus tuus: neq;, si facultas, optabilis mihi quidem, tui præsentis esset, unq̃ à tuis consilijs discreparem. nec nunc committam, ut ullum meum factum reprehendere iure possis. Sum in expectatione omnium rerum, quid in Gallia citeriore, quid in urbe Ianuario mense geratur, ut sciam. interim maximam hic solicitudinem, curamq; sustineo, ne inter aliena uitia hæ gentes nostra mala suam putent occasionem, q̃ si perinde, ut ipse mereor, mihi successerit: certe & tibi, cui maxime cupio, & omnibus uiris bonis satisfaciam. Fac ualeas, meq; mutuo diligas.

GRatissimæ) Hæc epist. responsiua est ad superiorẽ. s. in qua scripserat Cic. se intellexisse ex Furnio uirtutem Planc. in re militari, & iustitiam in administranda prouincia. Deinde eũ hortatus fuerat ad curam & defensionem patriæ. Itaq; rescribẽs Planc. dicit ea sibi fuisse gratissima, quæ Cic. ex uerbis Furnij ad se scripserat. Quod autem ipse antea non scripsisset, dicit se habendum excusatum propterea q̃ intellexerat, Cice. profectũ in Græciam, nec prius cognouit eum redijsse, q̃ Cic. ad eum scripsit postremo pollicetur se in omnibus obtemperaturum, præceptis ipsius. Cice. ostenditq. optimas & iustissimas causas esse, quare id facere debeat, se tamẽ dicit se solicitum, & de rebus vrbanis, & de ipsa prouincia propter discordiã, quæ erat inter ipsos Ro. [Ex sermone Furnij) idest, propter ea quæ Furnus de me locutus est tecum. [Excusationem) quod nihil ad te scripserim. [Profectum) Abijsse scilicet, in Græciam. [Ne minimum quidem) nihilo minus, ergo maximum. [Præterire) omittere. [In quo) officio. [Tuendo) Seruando [Paternæ) Quam habuisti cum patre meo, ut ipse supra scripsit [Obseruantiæ) honoris, reuerentiæ erga te. [Mutui) Qualem tibi p̃sto. [Mea, & tua ætas) Quia ego sum iuuenis, & tu senex, unde debeo habere te loco patris. [Patriam] paternam. [Sanctitatem) pietatem, uenerationem [Quam fidelitatis metior ex me conscientia). i. quam puto ita esse, quia scio

HVB.

ſcio me ſemper meruiſſe, ut mihi fideliter cõſuleres, quia te ſem
Meritor p colui.[Metior) æſtimo[Aliter).ſ.quàm ſentio,& tu ſuades. i. ſi
eſſem male affectus erga rẽp.[Reprimere) Retrahere à mala ſen
tentia [Impellere]Mouere, incitare.[Quid eſt) Quaſi diceret ni-
hil. [Fortunæ beneficio [Quia ipſe dixerat: omnia ſumma ade-
ptus es uirtute duce, comite fortuna.[Carius) Quia à te dicuntur
eſſe sũma.[Vel).i.etiã.[Inimiciſſimi) M.Ant.[Quare) Cõcluſio.
[Viribus) corporis.[Cõſilio) Prudẽtia. [Senſus] Snĩa, cogitatio.
[Neq; ſi) hoc eſt ſi te poſſem hr̃e p̃ſentẽ, ſicut opto, nunq̃ diſce-
derẽ a conſiliis tuis [Diſcreparẽ) diſsẽtirẽ, facerẽ aliter, q̃ tu cõ-
ſuleres [Nec nunc) Cum abſum à te.[Vrbe) Rom.[Menſe Ianua
rio) Quo ſolebãt noui magr̃atus creari, vt alio loco plenꝰ dictũ
eſt.[Hæ gẽtes cel.]In q̃bus sũ.[Noſtra mala) Noſtras diſcordias.
PHIL. *GRATISSIMÆ*) Nõ minori eloquentia, & uerborũ atq;
ſentẽtiarum grauitate literas Plan. quàm Cic. eſſe iudico. Aduer-
tite quæſo animum parumper, quanta ſuauitate dicendi, quanta
prudentia rerum omnia in his ad Cic. literis eſt uſus. Reſpondet
.n. omnibus illis partibus, quas Cic. ſuperiore epiſt. dixerat, excu
ſans ſe ẽt, quod non antea ad eum ſcripſerat, cũ audiuerat in Grę
ciam fuiſſe profectum. Et plurimas in eo colendo rationes eſſe
demonſtrat Cic. cõſilio uehementer extollit, & ſe illa ſecuturũ,
atq; pro rep. facturũ eſſe pollicet᷑. Poſtremo in maxima rerum
oĩum expectatione ſe dicit eſſe, ut quid in Gallia Ciſalpina, q̃d
ue in vrbe agatur, intelligat, & ſe præterea ſperare nõ parũ Cic.
Aduetti & omnibus bonis ſatisfacturum.[Animaduerti] Aduorti uel ad-
animũ uerti aĩum ẽt dicimus ꝓ cognoui, intellexi, uidi. Cic. aduerti her
aĩaduer cle animũ, & animaduerti Brutũ. Qñ uero cum præpoſitione in
to cũ in accuſatiuum damus punire ſignificat, ut animaduerto in te, hoc
eſt punio.[Excuſationem) ꝙ nihil ad te ſcripſerim.[Profectum)
ut abfui proficiſcens in Græciã.[Sine culpa) præmitterẽ ego ma
ximum ſcelus, ſi quid officij præterirẽ, q̃d tibi p̃ſtare poſſẽ.[Vel
paternę amicitię] ad aliud retulit, quod inq̃t: ipſe neceſſitudinẽ
Obſer- conſtitutã habuit cum domo ueſtra.[A pueritia tua.[Obſeruan-
uare tię) Pietatis, reuerentię, ac uenerationis. Nã obſeruare interdũ ſi
Obſer- gnificat colere, uenerari. Cic. ſic ut aliquo honore, aut imperio af
uantia fectos obſeruare, & colere debemus. Vñ naſcit᷑ obſeruantia. alias
eſt re cognoſcere. Vir. Veſtigia retro obſeruata ſequor. Plerunq;
uerò diligẽter aſpicere, atq; cuſtodire. Plau. oculos ego tibi iſtos
effodiã improbe ne me obſeruare poſſis.[Quid rerũ gerã) vñ dr̃
obſeruatio, quę oĩno differt ab obſeruãtia.[Mi Cic) Habet talis
uocatiuus gratiã cõciliandę beneuolẽtię.[Sanctitatem] Obſer-
uantiam quandam, & pietatem tanquam in patrem meũ.[Om-
nia conſilia tua) Quę literis tuis accepi in defendenda libertate,
& incapeſſenda mihi gloria, commendat ipſa conſilia à pruden
tia, atque fidelitate.[Ex mea cõſcientia) cum ego te ſemper loco
patris coluerim, ſcio me dignũ fuiſſe, ut fideliter cõſuleres[Me
tior) Puto.[Aliter).ſ.q̃ sẽtio, & tu me admones.[Reprimere?) a-
mouere à mea ſnĩa.[Quęcunq; in me bona ſunt] Ad illud rñdit
quod dixit: Nam, & in re militari uirtutẽ, & in adminiſtranda
prouincia iuſtitiam, & in omni genere prudentiã mihi tuam ex
poſuit.[Beneficio fortunę) ad illud retulit, quod dixit Ci. uideli-
cet omnia conſecutus es uirtute duce, comite fortuna.[Inimiciſ
ſimi).ſ.M.Antonij[Quare) concluſio, & q̃d ipſe facere pollicet᷑
oſtendit.[Gallia citeriore] Ciſalpinam dicit, ubi Brutus erat ſuus
collega.[Neque, ſi facultas) Senſus eſt, Si te præſentẽ hr̃e poſſẽ,
nunq̃ a tuis cõſilijs diſſentirẽ. [Nec nũc]A te ſum abſens:[Hic)
ultra Rhod. Vbi habebat exercitũ, ut cũ Rhodanũ copia traieciſ
ſem.[Menſe Ian.) hoc n. menſe magiſtratus noui creari ſolebãt.
[Noſtra mala) diſcordias dicit.[Occiſionẽ) opportunitatẽ faciẽ
di quod uolunt, nobis diſſentiẽtibus. Perinde, ſignificat ideo, qñ
Perinde ex ſe ponitur. ut Tranq. in Galba: Aduẽtus eius nõ perinde gra-
Subinde tus fuit. Qñ aũt iungitur cum ac ſi uel atque, tunc ſignificat tan-
quam, ut perinde ac ſi Eunucus foret. Subinde uero ſignificat cre
bro, & ſæpe quo frequenter utitur Mart. alias uero ſtatim poſt
Horat. ſic dicet; Recte primũ gaudere ſubinde pręceptum auri-
culis hoc inſtillare momento. [Succeſſerit) Proſpere euenerit.
Terent. Hac non ſucceſſit, alia aggrediamur uia.
ASC. *GRATISSIME &c.*] Reſpondet Plancus ſuperiori epiſtolę o-
ſtendẽs gratam ſibi eſſe admonitionẽ Cic. & ſe libenter ei pari-
turum, dicens literę tuę fuerunt mihi gratiſſimæ, quas.ſ. literas
ego animaduerti te ſcripſiſſe ex ſermone.i. ut dicũt relatione Fur
nij. Ego autem affero excuſationem temporis pręteriti.i. ꝙ prę
termiſerim hactenus reſpondere, & ita multum tempus ſit pręte
ritum, ꝙ audieram profectum.i. diſceſſiſſe, nec ſciui multo ante
quam cognoui ex epiſtola tua.ſ. poſt reditum ad me ſcripta, te re
diſſe. Enim.i. quia, nullum.i. non ullum ego non uideor poſſe p̃-
terire ſine maxima culpa ullum officium in te, nec quidem.i. nõ
ſaltẽ, aut nõ etiam minimũ, in quo.ſ. officio in te tuendo.i. con
ſeruãdo, ego habeo cauſas plurimas, uel.ſ. cauſam neceſſitudinis
paternę.i. quam cum patre meo contraxiſti, uel obſeruãtiæ meę
.i. qua te obſeruaui, & ueneratus ſum à pueritia, uel mutui amo-
ris tui erga me uidetur redundare erga me, aut particula mutui.
nam erga unum non eſt mutuus amor, ſed utriuſque duorũ erga
alterum. Quare ò mi Cic. quod mea & tua ętas patitur, perſuade
tibi te unum eſſe in quo colendo ego conſtituerim.i. uelim con
ſtituiſſe, & ſanctitatem patriã.i. patri debitam. Igitur omnia cõ-
ſilia tua uidentur mihi non magis plena prudentiæ, quę ſumma
eſt, quàm fidelitatis, quã.ſ. fidelitatem ſeruatam patri in me, ego
metior ex mea conſcientia.i. tam magnam iudico, quantum uo
lo tibi ſeruare. Quare.i. quamobrem ſi aut ſentirem aliter.i. qui
tu iudicas ſentiendũ, præſertim de rep. certe admonitio tua poſ
ſet me reprimere, ne.ſ. quod ſentirem executioni mandarẽ, aut
ſi dubitarẽ.i. deinceps, & dubius eſſem, utram partem debeam
ſequi adhortatio tua poſſet impellere me ut ſequerer id quod tu
putares optimum.ſ. ex omnibus. Honeſta eſt locutio, & amoris
plena, ſi forma dicendi conſpiciatur. Nunc uero ſ. cũ neque ali-
ter ſentiã, neq; dubitem, quid eſt quod poſſit trahere me in aliã
partem? q.d. nihil. quia quæcunque bona ſunt in me, aut tributa
.ſ. mihi beneficio fortunæ, cui Romani ſemper plurimum tribue
bãt, ut docet Plut. in libello de fortuna Romanorum, & uirtute
Alexandri, aut parta meo labore. Debebat loco fortunæ patrẽ lu
minum ponere, à quo omne datum optimum, & oẽ donum p̃fe-
ctum, ſed uanũ erat illi ante lucem ſurgere. Etſi.i. q̃q̃ ſup. bona
mea sũt ęſtimata.i. appreciata à te carius.i. pluris, q̃ ſint, ꝑ amo
rem.ſ. tuum in me, tñ tãta ſunt, iudicio, uel.i. ẽt inimiciſſimi, ut
nihil uideantur deſiderare.i. putare ſibi deeſſe pręter bonam fa-
mam. Quare perſuade tibi hoc unũ quantum potuero (alij le-
gunt potero).i. datum fuerit, eniti uiribus, prouidere cõſilio tuo,
mouere auctoritate.ſ. mea, hoc omne futurum, ſupp. eſſe ſemper
reip. ad utilitatem reip. ſenſus tuus non eſt ignotus.i. perſpectus
eſt mihi, neque diſcreparẽ unquã à cõſilijs tuis, ſi facultas opta-
bilis mihi quidẽ, licet forte nõ omnibus, tui præſentis eſſet mi-
hi. Nec committam.i. & non patiar, nunc.ſ. cum abero, ut poſſis
reprehendere iure ullũ factum meũ. Ego ſum in expectatione
omniũ rerũ, ut ſciã quid geratur in Gallia citeriore.i. cis alpes
Italiã uerſus, ubi ſunt Ligures, & Inſubres, & ubi tunc D. Brut.
erat quid geratur in urbe.ſ. Rõ. Ian. Menſe.ſ. proxime futuro, in
quo comitia haberi ſolebãt, Ego ſuſtineo interim hic.i. in Gallia
ulteriore maximã ſolicitudinẽ, & curã, ne agẽtes.ſ. Ro. inter alie
na uitia.i. qui in hoc bello neutris fauent; putent mala noſtra.ſ.
q̃ ob diſcordiã patiamur, coacti abeſſe ab vrbe, eſſe occaſionẽ ſuã
.ſ. petẽdi conſulatus nobis debiti. Q̃d ſi ſucceſſerit mihi perinde
.i. ita ut mereor, ego certe ſatisfaciam, & tibi cui maxime me cu
pio, ſ. ſatisfacere, & omnib. uiris. bonis.ſ. alijs, nam Cic. quoque
virũ bonũ putat. Fac ualeas, & diligas me mutuo.ſ. ut te diligo.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Rurſus hortatur Plancum, ut remp. defendat, uſus maxime argumẽ to a ſpe laudis, & gloriæ,

CIC. PLANCO IMP. COS. DES. S. P. D. 5

B*INAS à te accepi literas eodem exemplo: quod ipſum argumento mihi fuit diligentiæ tuæ: intellexi enim te laborare, ut ad me tuæ expectatiſſimæ literæ perferrentur. ex quibus cepi fructum duplicem, mihique in cõparatione difficilem ad iudicandum, amorẽ ne erga me tuum, an animum in rempub. pluris æſtimandum putarem. eſt omnino patriæ caritas, meo quidẽ iudicio, maxima: ſed amor, uoluntatiſque coniunctio plus certe habet ſuauitatis. itaq; commemoratio tua paternæ neceſſitudinis, beneuolẽtiæq; eius, quã erga me à pueritia contuliſſes, ceterarumq; rerum quæ ad eam ſententiam pertinebant, incredibilem mihi lætitiã attulerunt. rurſus declaratio animi tui quẽ haberes de rep. quemque habituros eſſes, mihi erat iucundiſſima, eoque maior erat hæc lætitia, quod ad illa ſuperiora accedebat. itaque te non hortor ſolum, mi Plance, ſed plane etiam oro, quod feci ijs literis, quibus tu humaniſſime reſpondiſti; ut tota mente, omnique animi impetu in remp. incumbas. nihil eſt, quod tibi maiori fructui, gloriæque eſſe poſſit. NEC quidquam ex omnibus rebus humanis eſt præclarius, aut præſtantius, quam de rep. bene mereri. adhuc enim patitur tua ſumma humanitas, & ſapientia, me quod ſentiam, libere dicere. for-*

tuna suffragante uideris res maximas consecutus. quod quãquam sine uirtute non potuisses, tamen ex maxima parte eã, quæ es adeptus, fortunæ temporibusque tribuuntur. his temporibus difficillimis, reip. quidquid subueneris, id erit totum, & proprium tuum. incredibile est omnium ciuium, latronibus exceptis, odium in Antoniũ. magna spes in te, & in tuo exercitu magna expectatio cuius per deos gratiæ, gloriæque caue tempus amittas. sic moneo, ut filiũ: sic faueo, ut mihi: sic hortor, ut & pro patria, & amicissimum. Vale.

HVB. BINAS] Superiori epistolæ uidetur Cic. respõdere, ostẽdens quam gratus sibi sit amor, quem Planc. erga eum se habere ostendit: deinde etiam erga remp, postea uero iterum eum hortatur, sicut, & in alia epistola, ut tota mente, totisq; uiribus incumbat in remp. ex qua affirmat eum consecuturum maximam gloriam. [Quod ipsum) s. scripsisse binas literas eodẽ exemplo. [Laborare] uehementer curare, dare operam. [Expectatissimę) desideratissimę. [Difficilem in comparatione ad iudicandum] .i. qui si ponitur in comparatione, difficilis sit iudicatu. [Amor] mihi à te præstitus. [Patriæ necessitudinis, ceterarumq;) Hæc. n. omnia in epist, Planc. commemorata sunt declaratio, demonstratio, qui scripserat Planc. se oĩa reip. pręstiturum, quę uiribus, consilio, & auctoritate posset. [Accedebat) Adiungebat. [Ad illa superiora] quæ erant erga me. [Impetu, motu, impulsu. [Fructus) utilitatis. [Præclarius) Pulchrius.] Bene mereri de rep.) bñ facere reipub. [Patitur] quia nõ dedignarijs, neq; moleste fers ꝙ omnia tibi libere dicam, ut filio. [Suffragante] Fauente. [Temporibus] Conditionib. tpum [Id erit totũ propriũ, & tuũ) De quo fortuna nullã partẽ habebit, sed totum vendicabit sibi uirtus tua. Incredibile ẽ. sensus est, non posset satis credi quantũ oẽs oderint M. Anto. Exceptis latronibus, qui ei fauent, qm̃ & ipse est tanq̃ latro. & oẽ simile appetit suũ simile. [Cuius gratię, & glorię) .i. cõparãdę. [Tẽpus] opportunitatẽ, quia facillime poteris eam comparare, si M, Ant. oppresseris. [Moneo) Consulo:] Proprium) Si esses meus.

PHIL. *BINAS* Respondet nunc Cic. literis quas illi Planc. miserat, demonstrat enim in primis quantum, & lætitiæ, & fructus, & ex illis acceperat, cum intelligeret quo animo in eũ, & in rẽp. fuisset affectus. Inde ad remp. defendẽdam, immortalemq; sibi gloriã cõparandam uehementer hortatur. Postremo de odio in M. Ant. de spe in Plãc. de singulari ẽt expectatione ipsius apud exercitũ certiorem facit, & ne captandæ gloriæ tempus omittat, uehementer rogat. [Eodem exẽplo eiusdem formę, atque sñię. Est enim exemplũ, quod continetur, exẽplar uero quod cõtinet, uel pagina sit exemplar. Sñia sit exẽplũ. Itaq; dicimus. Multa epistolarũ exẽplaria facimus eodẽ exẽplo, hoc est multas epist. eiusdẽ sñię. Sed apud auctores indifferẽter ista poni cõperimus. Itẽ exẽplarium ꝓ exemplaria apud Pliniũ legimus. Quod aũt Gręci nostri, ut inquit Quintil. ferè similitudinẽ uocare maluerunt, qđ .n. non ꝓprie uocamus exẽplũ, ẽ rei gestę, aut nõ gestæ utilis ad persuadendũ, id quod intenderis cõmemoratio. Festus tñ, inquit exemplũ esse, qđ sequamur, aut uitemus: exẽplar, quo simile aliquid faciamus. Illud aĩo existimat, hoc oculis cõspicitur. [Quod ipsum] .i. binas te literas scripsisse eodẽ exẽplo. [Argumento) Ad intelligentiã. Diligentia accurati laboris est. Sed hæc distant cura, opera, diligentia, qđ cura ad aĩum, opera, corpus ad diligentia ad utrunq; refertur. [In cõparatione difficilẽ) Quod sit mihi difficile iudicare pluris ne amor in me tuus, an animus in rẽpub. existimãdus sit. [Est oĩno) Aperit iudiciũ, qđ dicit esse difficile, & ait caritatẽ patrię esse ꝑfecto maximã. Sed amicitiã plus oĩno suauitatis hr̃e. [Amor) uoluntatis coniunctio. Circuito est amicitiæ. [Cõmemoratio tua) Repetit paucis, quæ Planc. scripserat. [Nihil est] Quantũ inde utilitatis, & gloriæ capere posset paucis ostẽdit, quo attentum, & diligẽtem facit [De repub. bñ mer.] In rẽp. beneficia cõferre, ut; Si bene quid de te merui. [Suffragante] Auxiliante. [Libere dicere] Excusatio, uerecũda cũ in eo quod dicturus erat aliquantulũ uirtuti detrahere uidebat, attribuẽs tpibus, & fortunę gloriã potius, q̃ uirtuti, cũ Plancus uirtute magis q̃ fortuna fuerat gloriam cõsecutus. Sed intelligendũ sanè de p̃teritis tẽporibus, & fortuna, q̃ ad cõparandã gloriã mollissima fuerũt. Sed hæc ciuilis belli tpa dicit esse asperrima, & in his qđ quid egerit, sibi totum, & propriũ, non fortunæ, & temporibus tribuẽdũ putet [Latronibus] Istorum ducem Antoniũ dicit esse, ut idem ait in paradoxis (Magna spes) Sũt. n. ista duo sic iungẽda. Magna spes, magna expectatio, est in te, & in tuo exercitu. Speramus incerta, expectamus certa, Speramus longinqua, expectamus ꝓpinqua. [Tẽpus] Opportunitatẽ, quã in opprimẽdo M. Ant. hr̃e poteris & tibi ex eo maximã gloriã cõparare. [Sic) Repetitio. [Filium) Quasi φίλον carum & amatum. [Proprium) Quod est unicuique suũ, Virgil. Hũc mihi da propriũ uirgo sata nocte laborem. alias ꝑpetuum. Terent. ego uitam propterea deorum sempiternam arbitror, quod uoluptates eorũ propriæ sint.

Exẽplũ
Exẽplar
Pagina
Sñia
Exẽplaria
Cura
Opera
Diligentia
Expectamus
Propriũ

ASC. *BINAS, &c.*] Rñdens Cic. literis à Plãco receptis, dicit se ex illis plurimum gauisum ob illius beneuolentiam in se, deinde ad remp. defendendam, & ad immortalem gloriam comparandã, cohortatur, & postremo de odio in M. Ant. & de spe atq, expectatione Planci agit, dicẽs; Ego accepi à te binas literas. i. duas epistolas eodem exemplo. i. eadem forma, & ijsdem uerbis scriptas. qđ ipsum fuit mihi argumento .i. approbationi diligentiæ tuæ. intellexi. n. te laborare. i, affectanter curare, ut literæ expectatissimæ perferrentur ad me, deinde. i. de eo loco, aut de ea re, vñ scriptæ sunt. Ex quibus. s. literis cepi duplicem fructum, difficilem mihi ad iudicandum in cõparatione. i. ad discernendũ, uter fuit maior, hoc est, ne pro an putarem amorem tuũ erga me, an animum tuum in remp. æstimandum. i. appreciandum esse pluris. Charitas patrię est omnino meo qdẽ iudicio, maxima, sed amor & cõiunctio uoluntatis habet certe plus suauitatis. i. honestę delectationis. Itaque commemoratio tua necessitudinis paternę. i. quæ fuit cum patre tuo, & beneuolentię eius, quã tu contulisses ega me, à pueritia. s. tua. & sup. commemoratio ceterarum rerum quæ pertinebant ad eandem sententiam, attulerũt mihi incredibil ẽ lętitiã. Rursus .i. ex altera parte declaratio animi tui, quẽ hr̃em de rep. & quẽ esses habiturus si. s. pro meritis tibi successerit, erat mihi iucundissimus, & hæc lætitia erat eo maior, ꝙ aut quo. i. quanto sup. magis accedebat ad illa superiora. s. de necessitudine patris tui, & obseruantia tua, in me. Itaque, ò mi Plance; ego non solum hortor te, sed plane etiam oro, quod .i. quã rem feci his literis, qbus rñdisti humanissime, ut incũbas in remp. i. sis procliuis ad eam seruandam tota mente, & omni impetu animi tui Nihil est quod possit esse tibi maioris fructus. i. utilitatis, & glorię, nec quidquã ex omnibus rebus humanis est pręclarius aut pręstantius, q̃ bene mereri de rep. Enim. i. quia summa humanitas, & sapientia tua patitur adhuc dicere libere quod sentiam: tu uideris consecutus maximas res fortuna suffragante, i, aspirãte & fauente tibi, quod. s. maximas res consequi, q̃q̃ nõ potuisses sine uirtute, tamen ea quæ adeptus es tribuuntur fortunę, & temporibus, sed sup. quidquid subueneris reip. his temporibus difficilissimis. i. periculosissimis reip. quia alij eam defendere, alij inuadere moliunt, id erit totũ tuũ & propriũ. Odiũ in Antoniũ oĩum ciuiũ, exceptis latronibus, ẽ incredibile, magna spes est in te, & magna expectatio in exercitu tuo. Cuius gratię, & glorię tp̃s, caue p deos. s. rogat⁹ ne amittas. Ego moneo su. te, sicut filiũ, & ego faueo sup. tibi ut mihi, ego hortor sup. te ut ꝓpriũ & amicissimũ.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Dissuadet Planco, ne pacem componat inter Brutum, & Antoniũ, quod non sit ea futura ex usu & reipublica, & ipsius Planci.

CIC. PLANCO, IMP. COS, DES, S. P. D. 6

QVAE locutus est Furnius noster de animo tuo in remp. ea gratissima fuerunt senatui, populoque R. probatissima. quæ autem recitatæ sunt literæ in senatu, nequaquam consentire cum Furnij oratione uisæ sunt. pacis enim auctor eras, cum collega tuus; uir clarissimus, fœdissimis latronibus obsideretur. qui aut positis armis pacẽ petere debent, aut si pugnantes eam postulant, uictoria pax, non pactione, parienda est. sed, de pace literæ, uel Lepidi, uel tuæ quam in partẽ acceptæ sint, ex uiro optimo, fratre tuo, & C. Furnio poteris cognoscere. me aũt impulit tui caritas, ut q̃q̃ nec tibi consilium deesset, & fratris, Furnijque beneuolentia, fidelisque prudentia tibi præsto esset futura, uellem tamen, meæ quoque auctoritatis. pro plurimis nostris necessitudinibus præceptũ ad te aliquod peruenire. Crede igitur mihi Plãce, omnes, quos adhuc gradus dignitatis consecutus sis, (es autem adeptus amplissimos) eos honorum uocabula habituros, non dignitatis insignia, nisi te cum libertate P. R. & cum senatu auctoritate coniunxeris. seiunge te, quæso, aliquando ab ijs, cum quibus te non tuum iudicium, sed temporum uincula coniunxerunt. Complures in perturbatione reip. consules dicti: quorum nemo consularis habitus, nisi qui

animo

animo extitit in rēp. consulari. talem igitur te esse oportet qui primũ te ab ĩpiorũ ciuiũ, tui dissimillimorũ societate seiũgas. deinde te senatui, bonisq; omnibus auctorẽ principem, ducem praebeas; postremo, ut pacem esse iudices, nõ in armis positis, sed in abiecto armorũ, & seruitutis metu. hæc si & ages, et sẽties: tũ eris nõ modo cõsul, & cõsularis sed magnus ẽt cõsul, et cõsularis. sin aliter: † tũ in istis amplissimis noĩbus honorũ non modo dignitas nulla erit, sed erit summa deformitas. hæc, impulsus beneuolẽtia scripsi paulo seuerius. quæ tu in † experiẽdo, ea ratione, quæ te digna est, uera esse cognosces, 8. Kal. April.

† alias, tua

† alias, expendendo

HVB. QV*Æ locutus est*] Cum Furnius retulisset Romæ Plãcum esse paratissimo animo ad oĩa pericula ꝓ defensione reipu. superuenerunt postea literæ Planci q̃bus dicebat se suadere, ut fieret pax cum M. Antonio qui D. Brutum Mutinę obsederat. Itaque ueritus Cic. ne Planc. se cum M. Ant. coniungeret; quod semper timuerat, ei dissuadet hanc pacem faciendã, & societatem ineundam cum M. Ant. quam dicit fore turpissimã, & iniquissimam, quia si futura contra salutem reip. neq; esse faciendã ullo modo pacem. donec resp. in eo sit statu, ut nullo seruitutis metu prematur, aliter omnes honores, quos ante adeptus sit, fore ei summæ turpitudini. [Probatissim.] Acceptissima, quæ ualde ei placuerunt. [Literæ Tuæ. [Nequaq̃) Minime. [Consentire) conuenire, cõcordare. [Auctor) suasor. s. in literis tuis. [Collega] D. Brutus, qui fuerat designatus consul cum Planc. [Fœdissimis) crudelissimi. [Latronibus) Ant. & Antonianis militibus. [Obsideretur) Mutinæ. [Qui). s. Antonius; probat autem pacem non fuisse eis concedendam secundum eius uoluntatem. nã dicit eũ aut debuisse deponere arma, aut fuisse uincendum. [Vel). i. etiã [Lepidi uel tuæ) utriq;. n. scripserant. [Caritas) Amor. [Præstabo] Prõpta, parata. [Meæ auctoritatis). i. mei, cui plurimum tribuit. [Crede) repetit quæ in alijs epistolis supioribus dixit, ut eũ incitaret ad tuendam remp. [Vocabula) Nomina tantummodo. [Auctoritate) Graui sententia & iudicio [Seiunge). i. separa. [Ab ijs) significat Antonios, & omnes, q̃ fuerãt Cæsariani. [Tẽpora) Necessitas temporũ, quia cũ ipsi oĩa possent, uidebatur ita esse faciendum. [Non tuum iudicium) non quia iudicares eos dignos tua cõiunctione [Cõsularis) Dignus cõsulatu [Impiorũ) Impugnãtium patriã suam. [Dissimillimorũ tui) Scelestissimorũ, cum tu sis bonus. [Ducem) ut nõ solum sequaris ipsum senatum, sed etiã regas tanquã dux. [Abiecto metu seruitutis). i. Reip. in eo statu collocata, ut patriã nullã seruitutẽ timeat, hoc est remotis tyrannis & oppugnatoribus rei. [Honorũ) Consulatus. [Difformitas) turpitudo & infamia. [Seuerius) Instantius, & grauius. [Quę te digna est] Qua te decet. i. recte faciendo, & agendo quę scripsi.

PHIL. *QVÆ locutus*] M. Ant. Mutinæ D. Brutum eo tẽpore tenebat obsessum, quo Furnius Romam reuersus, retulit Planc. omnia pro rep. facturum, uel uitæ periculum aditurũ, ut saluam remp. redderet, allatę postea sunt literæ, quæ pacem cum M. Ant. faciẽdam senatui suaderent & Planc. huius pacis auctorem pollicerẽtur, quo Cic. perturbatus est nõ parum ueritus quidem ne Plãc. M. Ant. seipsum cum copijs suis adiungeret. Quare hac ad eum epistola huiusmodi pacem magnopere fugiendam esse demonstrat. Cum propter salutem rei. cui & turpissimum, hoc facere, & perniciosissimum esse putatur, etiam propter honores Plãci, qui huiusmodi pace pollui uidebat, uel maxime quòd eius collega. D. Bru. ab Ant. obsideretur. Dat inde Planco præceptum, & quod in hac sibi & tanta rerum perturbatione fieri oporteret, hoc ad argumentum. Sed ut facilius quod scribit intelligas aliquantulũ ex historia repetendum est. Cic. singulari odio M. Ant. prosequẽs iussi senatus ad eum literas dedit, ut à Mutunensi obsidione cessaret, & Celticam prouinciam Decio cederet, qd cum facere noluisset, hostis iudicatus, dedit & ad Bru. literas, ut prouinciam ꝓ repub. retineret. Antonioq;, tametsi cõsul esset, armis omnino resisteret, nec Senatus sententiam expectaret. quę omnia Brut. effecit, & cum propter longa obsidionẽ iam fame laboraret; Hirtius & Cęsar, Octauius cum copijs suis accesserũt timẽtes ne sibi Antonius. deficientem Bruti exercitum uindicaret, & sic Brutũ obsidione liberarunt. Sed nondum intellecta uictoria, cum ad subueniendum tres illuc legiones mitterentur, in itinere hostes fusos audiuerunt. Ex quo frater inquit: Cum iter ad Mutinam dirigerem, in itinere de prælio facto, Brutumq;, & Mutinã obsidione liberatos audiui. Et in alia ad eũ epistola Cic. sic habet. O gratam famam biduo ante uictoriam de subsidio tuo, de studio, de celeritate, de copijs, atque ẽt fusis hostibus nobis innotuit. Spes omnis in tę est. Fugisse. n. ex prœlio Mutinẽsi dũr notissimi latronum duces. In quo tñ prælio Pansa & Hircius cõsules ceciderẽ. Ant. cum omnibus copijs præter equitatum in fugam se dedit, Appenninũ trãsgressus, ad uada se recipit. cum uero copias trãs alpes ducturum se dixisset, oẽs negauerant sequi uelle. iã Brut. cum exercitu appropinquabat. Sic. n. ad Cic. scripserat se facturũ. Ego. n. inquit, ne consistere possit in Italiã Ant. dabo operam, sequar eum confestim. Ant. desperatis rebus ad M. Lep. mutata ueste cõfugit, eumq; orauit, ut à persecutionibus defenderet. In castris ab eo receptus ab integro bellum cum Lepido reparatũ: de quo idem Brut. dubitans ad Cic. sic ait: In primis rogo te ad hominem uẽtosissimum Lep. mittas, ne bellum nobis reintegrare possit, Ant. sibi cõiunctò multæ, & bonæ, & firmæ sunt legiones Lepidi, & Asinij. Idem. Persuasissimũ est, inquit, Lepidum recte facturum nunquam: & tunc Octauius ad dominatus adipiscẽdi opportunitatem expectãs sententiam mutauit, copiasq; contra senatum, & remp. cõuertit inita cum M. Ant. & M. Lep. ad delendam libertatem. & sibi tyrannidem uendicandam, societate in agro Bononiensi conuenerũt, atque facta ciuium proscriptione remp. occuparunt. [Furnius) Legatus tuus. [Probatissima) Acceptissima, & quæ multum senatus commendaret, cum ab eo accepissent mẽtem Planci nõ esse dispositam ad pacem cum M. An. [Auctor] Suasor pacis eras ĩ tuis literis. [Latronibus) Antonio, & suis ut supra. [Positis armis) Ratio quare nõ esset cum eo pax facienda. [Collega) D. Brutus, qui designatus erat consul cũ Plãc. [Vel Lepidi) Nondũ. n. Lepidus Antonium in castris acceperat, nec adhuc omnino contra remp. sentiebat, de quo in alia epistola sic habet. Spetabam etiam Lepidum temporibus admonitum tecum, & reip. satis esse facturum. & Plãc. Nanque assiduis internuncijs cum Lep. egi, ut omissa omni contentione, reconciliataque uoluntate nostra, cõmuni consilio reip. succurreret. Vterq; enim ad Senatum scripserat. [Vellem) Vult dare consilium. Plã. quid in tale re sibi faciundum esse uideretur. [Eos) Honorum uocabula habituros. es, inquit, amplissimos dignitatis gradus cõsecutus. Sed sic habeto, nisi cum auctoritate senatus te cõiunxeris: duntaxat uocabula honoris, non autem insignia. & effectum dignitatis ipsius habebis. Hoc autem ideo dicebat, ut eorum cõsuetudinem, atque coniunctionem fugeret, qui dubij in rep. esse uidebantur. Inter quos Lep. sentiebat, quem inconstantem, & ancipitem esse cognoscebat, de cuius uoluntate multa in alijs epistolis scripta sunt. [Honorum uocabula] Nomina tantummodo, nõ effectus, de uero aũt honore sic ait. Honos mihi uideri solet, qui nõ propter spem futuri beneficij, sed propter magna merita claris uiris defertur, & datur. Quare sit modo aliqua res, in qua honos elucere possit, omnium mihi crede amplissimis honoribus abundabis. Is autem qui uere honos appellari potest, nõ inuitamentum ad tempus, sed perpetuæ uirtutis est pręmium. [Ab ijs] . s. Antonianis [Iudicium] Vt tu iudicares illos esse dignos coniũctione tua. [Nemo cõsularis] qui bene consuleret, nõ ad dignitatẽ nunc refertur, sed ad consilium. [Animo consulari] Qui bene de rep. senserit. [Talẽ] Vt animo sis in rep. consularis, & te ipsum ab ijs seiungas, qui non sunt in rep. Cõsulares, sed impij inimici. [Auctorẽ] Articulus. [Cõsul] In magistratu. [Consularis) In bene sentiendo de rep. [Ducem] Tanquã quis regat senatum, & remp. & habeat resp. quem sequatur. [Seuerius] Quasi uelit dicere, hoc ego nõ scripsissem ad te, nisi meipsum beneuolẽtia coegisset, & cura honoris tui. [Abiecto metu seruitutis] In tuto rep. collata, ut resp. nullã seruitutẽ timeat à tyrannis. [Deformitas] Turpitudo, ignominia. [Te digna] Bene agendo q̃ scripsimus.

QV AE locutus &c.) Cum Furnius retulisset Romæ Plan. esse paratissimũ ad omnia pro reip. defensione sustinenda, superuenerunt literæ Planci suadentis, ut pax cum Antonio fiat, quã pacẽ Cic. ne Plancus adhæreat Antonio, nunc improbat, adducẽs Antoniũ in odium. Ordo est: Ea quę Furnius locutus est de animo tuo in remp. fuerũt gratissima, sup. mihi, & probatissima S. P. Q. R. Autem. i. sed, literæ. s. tuæ, sed caute supprimit pronomẽ, quæ fuerunt recitatæ in senatu, nequaquam uisæ sunt cõsentire cum oratione Furnii. Eras enim. s. in illis literis, auctor. i. approbator pacis. s. cum Ant. cum collega tuus uir clarissimus. s. D. Brutus tecum cõsul designatus obsideretur. s. Mutinę, à latronibus fœdissimis. i. Antonianis. Qui. s. latrones debẽt aut petere pacẽ, armis depositis. i. prius, aut si postulant, eã. s. pacem pugnantes pax est parienda. i. acquirenda eis, uictoria. i. per uictoriã, nõ pactione. i. non ex conditionibus pacis ante uictoriam oblatis. Sed tu poteris cognoscere ex uiro optimo fratre tuo, & ex C. Furnio in quam partẽ literę, uel Lepidi, uel tuæ de pace sint acceptæ, q: d. in pessimam. Aũt. i. sed charitas tui. i. quę est mihi in te, impulit me, ut q̃q̃ nec consiliũ deesset tibi ipsi, quia potes tibi ipsi consulere, & beneuolentia, & fidelis prudentia fratris, & Furnij esset ASC.

futura

futura tibi præsto.i.parata auxilio. Tamen uellem pro pluribus necessitudinibus nostris, aliquod præceptũ quoq; .i.ẽt nostræ au ctoritatis peruenire ad te. Igitur ô mi Planc.crede eos gradus di gnitatis.quos consecutus sis adhuc.i.ad hanc usque diem [tu au tem adeptus es quã amplissimos).i. in primis amplos .s.gradus eos habituros uocabula honorum, non insignia dignitatis, hoc est, magistratus quidem, & honores uocabuntur, sed nihil ex eis tibi dignitatis acceder, nisi coniunxeris te cum libertate P. R.& cum auctoritate senatus. Quæso.i.exigo & requiro à te, seiunge .i.separa te aliquando.i.tandem, ab his.s.fautorib. Anto.& Cęsa. interempti, cum quibus non iudicium tuum supp. coniunxit te, sed uincula.i.necessitas temporum coniunxerunt te. Complures dicti sup.sunt consules in conturbatione reip.quorum nemo ha bitus sup.est.i.reputatus, consularis.i.cõsulari potestate dignus, nisi qui extiterit.i.emerserit animo consulari .i. consule digno, in.i.erga remp. Igitur oportet te esse talem, qui seiungas .i. separes primum te à societate ciuium impiorum dissimillimorũ tui .s.in moribus, deinde qui sup. præbeas sup. te, & senatui & omni bus bonis auctorem, principem, ducem, postremo ut iudices pa cem esse non in armis positis, idest, depositis, & dimissis, sed in metu armorum, & seruitutis abiecto, hoc est abiectione talis me tus. Si tu ages, & senties.i.iudicabis sup. agenda hæc, tu eris, tum .i.tunc non modo consul & consularis, sed etiam magnus con sul, & consularis. Sin, idest sed si sup. ages, & senties aliter, non modo nulla erit dignitas tua in illis amplissimis nominibus ho norum, ut sunt nomina Imperatoris, & consulis, sed etiam sum ma deformitas. Quia ut dicit Iuue. Omne animi uitium tãto cõ spectius in se Crimen habet, quanto maior qui peccat habetur. Ego scripsi hæc, impulsus, idest, instigatus beneuolentia, paulo, idest, modico seuerius, idest, nimis seuere, quæ tu cognosces esse uera, experiendo in ea oratione, idest, forma quæ digna est te. Datum, &c.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Cur breuius illi de re sua scribat, exponit: deinde operam suam omnem reip. pollicetur, petens à Cicerone, ut is dignitatem eius defendat.

PLANCVS IMP. COS. DES. CICERONI S. D. 7

PLVRA tibi de meis consilijs scriberem, rationemq; omnium rerum redderem uerbosius, quo magis iudicares omnia me reip. præstitisse, quæ & tua exhortatione excepi, & mea affirmatione tibi recepi: (non minus enim à te probari, quàm diligi semper uolui: nec te magis in culpa defensorem mihi paraui, quàm prædicatorem meritorum meorum esse uolui) sed breuiorem me duæ res faciunt; una quòd publicis literis omnia sum persecutus; altera ꝙ M. Varisidium, equitem Romanum, familiarem meum, ad te ipsum transire iussi, ex quo omnia cognoscere posses. non medius fidius medio cri dolore afficiebar, cum alij occupare possessionem laudis ui derentur: sed usq; mihi temperaui, dũ perducerẽ eo rẽ, ut dignum aliquid & consulatu meo, & uestra expectatione efficerem. quod spero, si me fortuna non fefellerit, me consecuturũ: ut, maximo præsidio reipub. nos fuisse, & nunc sentiant homines, & in posterum memoria teneant. A te peto, ut dignitati meæ suffrageris; & quarum rerum spe ad laudem me uocasti, harum fructu in reliquum facias alacriorem. non minus posse te, quàm uelle exploratum mihi est. Fac ualeas, meq; mutuo diligas.

HVB. PLura tibi) Admonitus Plancus, & stimulatus exhortatione Cic. ad remp. tuendam, dicit se fuisse scripturum plurib. uerbis quid esset acturus, nisi & scripsisse publice, & dedisset mandata M. Varisidio cuidam. Breuiter tamen dicit se ita esse disposi tum: ut speret se ita esse facturum, ut & homines in præsentia perspicient eius uoluntatem, & in futurum meminerint. Postre mo petit à Cic. ut dignitas sua ab eo defendatur. [Recepi) Promi si [A te) pro à te laudari, tibi te ipsa placere. [Persecutus) Tracta ui, & expediui [Transire) Venire. [Occupare) Inuadere, usurpare. [Laudis) Quę mihi debebatur. [Temperaui mihi) Sustinui me. [Eo) Ad id. [Vestra expectatione] quam de me conceperatis. [Sentiant) Iudicent, cognoscãt. [Alacriorem) Promptiorem.

PHIL. *PLVRA tibi*] Excusat breuem epistolam, & duas breuitatis causas fuisse commemorat: Vnam, ꝙ publicis literis ad Senatũ omnia scripserat, quæ Cic. adhortatione susceperat pro rep. Alteram ꝙ M. Varisidium ad eum miserat, à quo omnia cognoscere poterat, dicit tamen se eo animo esse affectum in repu. ut speret se consecuturum quod tam hodierni, q̃ posteri iudicabunt se maximo præsidio reip. fuisse. præterea dicit se non parum dolere, ꝙ alij laudes eius occupare uidebantur. Demum dignitatẽ & honorem suum Cic. cõmendat, ut ab eo defendatur. Plura an tiqui, & plurima dicebant, in quo quidam grãmaticus apud Gel lium deridetur. dicimus & complura, sed uim cõparatiuã amittit. Item plura de duobus, & pluribus ẽt, quam duobus. Complu ra uero nunquam de duobus dici potest. [Excepi) Capio multa componit, inter quæ numeratur excipio diffusæ significationis uerbum. Nam est aliquãdo insidijs opprimere. Virg. Exceptum Triton si credere dignum est, Inter saxa uirum spumosa immer serat und, a subsequi, ut tunc excepit regia Iuno. Et susci pere, ut quis te casus deiectam coniuge tanto Excipit? & remouere: Cic. Plat. semper excipio. [Tibi recepi] Hoc est promisi. Publi cis literis) Ad Senatum, quarum initium est: Si cui forte uideor. [Persecutus literis) Hoc est scripsi, ut persecutus conuitio.i.uitu peraui. Eodem modo dicimus in prosequor te laudibus signifi cat te laudo. Prosequor te amore, te amo. Et multum habent ue nustatis in dicendo. [Equidem R.) ad ordinem equestrem, & ad militarem disciplinam referri pôt. Nam eques is est, qui equo militat, & qui ordine equestri nobilitatus est. Nec tu militẽ pro eo dices, qui ordine equestri ẽt. Sunt.n. milites oẽs, qui militãt à millenario numero appellati. Sed proprie qui pedibus mili tant milites appellantur, sed ista confunduntur. [Iussi uolui.) Iu beo Chremetẽ saluere, Et ẽt hortari. Virgil. Sed uotis precibusq; iubent exposcere pacem: &, Infandũ regina iubes renouare dolorem. alia ut Ter. decernere. Liu. Ratũ haberetis, si populus iu beret. In prima uero significatione imperare. Sed aliquantulum plus est imperare q̃ iubere. Ter. Iubes ne? iubeo, imò cogo, atque impero, differunt ẽt constructione. Nam impero mihi tibi sibi rem hanc, dicimus. Quin imperauit sibi ne quas admitteret, am plius preces. Sed iubeo mihi, non dicimus. [Præsidio) Auxilio, sed proprie est custodiam militum alicui oppido, & hmôi loco impositum præsidio appellatum. Sicut auxilium ab augendo di ctum, & qui in auxilium succe dunt. Subsidium appellantur. [Tẽ peraui mihi.) Sustinui meipsũ [Eo) Ad id. [Expectationẽ) Quã de me habebatis [Sentiant) Cognoscant & iudicent. [Alacriorẽ) Promptiorem. [Exploratum] diligenter obseruatum & cognitũ & inuentum. Cic. Hac ui non mutatur, nisi exploratum quidem habeat, id omnino neminem unquã suspicaturum. Et idem est, quod exploraui. ut compertum est mihi, & comperi idem sunt. Sed explorare proprie est diligenter inquirere. Vnde explorato res nominantur in castris.

Plura. Cõplura Excidere Persecutus literis Persequor te amore. Eques Miles Iubeo Impero Pſidiũ Auxiliũ Subsidium Exploratum Exploratores

ASC. *PLVRA tibi &c.*] Admonitus Plancus & stimulatus adhorta tione Cic. ad rem tuendam, dicit se scripturum fuisse plurib. uer bis, quid esset acturus, nisi & scripsisset publice, & dedisset mandata Varisidio, paucis tñ dicit se ita facturũ, ut homines perspiciant beneuolentiam suam in rempu. rogatq; ut dignitatem suã defendat. Ordo est: Ego scriberem tibi plura de cõsiliis meis, & redderem uerbosius.i.pluribus uerbis, rationem omnium rerũ, quo.i.ut iudicares magis me præstitisse .i. exhibuisse, causa rei. omnia quę, &.i.simul excepi .i. ex multis intellexi præcipue facienda exhortatione tua. Et recepi.i.promisi tibi .s. perficienda, affirmatione.i.per affirmationem meã, non.n. uolui minus pro bari.i.approbari & cõmendari à te.s.in hoc facto, q̃ diligi semper. Nec paraui magis mihi te defensorem in culpa.i. si admisissem culpam, quam uolui esse prędicatorem.i.buccinatorem me ritorum meorũ. Si duæ res faciũt me breuiorem.s.in scribendo, una.s.res facit me breuiorem ꝙ sum persecutus oĩa literis publicis.i.publice ad Senatum missis. Altera, quòd iussi M. Varisidiũ equitem Rom. familiarem meum, transire ipsum .i. in propria [ut dicunt) persona ad te, ex quo posses cognoscere omnia. Ego mediusfidius afficiebar dolore non mediocri, sed ingenti, cum alij uiderentur occupare.i.tanquam uacuam sibi uindicare possessionem laudis. Sed temperaui mihi.i. compescui impetũ meum, usque dum perducerem rem eo.i.ad id, ut afficerem aliquid dignum & cõsulatu meo, & expectatione uestra, quod spero me consecutum, si fortuna non fefellerit, idest, deceperit me, ut homines, &, idest, pariter sentiant, & nunc, teneant in memoria in posterum, scilicet tempus aduenie ns, nos fuisse reipubl. maximo præsidio, idest, profectioni ab ingruentibus occupationibus. Ego peto à te ut suffrageris, auxilium, & fauorem præbeas dignitati meæ, & quarum rerum spe tu uocasti me ad laudem,

dem, facias me alaceriorem in reliquum.ſ.tempus fructu harum .ſ.rerũ. Exploratum eſt, ſup.mihi.i.certo ſcio, te nõ minus poſſe, quam uelle. Fac ut ualeas, & diligas me mutuo.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Nunciat Senatui Plancus, quid in Gallia, quod ad dignitatẽ Reip. defendendam pertinere putauerit, egerit, petitq; ut omnia illius cõſilia facta, dicta ita accipiant, ut perſuadeant ſibi omnia ad Remp. defendam deſignata fuiſſe.

L. PLANCVS IMP. COS. DES. S.D. COS. PRAET. TRIB. P. L. S. P. P. L. Q. R. 8

SI cui forte uideor diutius, & hominum expectationem, & ſpem reip. de mea uoluntate tenuiſſe ſuſpenſam, huic prius excuſandum me eſſe arbitror, quam de inſequenti officio quidquam ulli pollicendum, non enim præteritam culpã uideri uolo redemiſſe, ſed optimæ mentis cogitata iampridem, maturo tempore enunciare. Non me pteribat, in tanta ſolicitudine hominũ, & tam pturbato ſtatu ciuitatis fructuoſiſſimam eſſe profeſſionem bonæ uolũtatis: magnoſque honores ex ea re complures conſecutos uidebam. ſed cum in eũ caſum me fortuna demiſiſſet, ut aut celeriter pollicendo magna in ſpe ad † proficiendum impedimenta opponerem, aut ſi in eo mihi temperauiſſem, maiores occaſiones ad opitulandum haberem: expeditius iter cõmunis ſalutis, quàm meæ laudis, eſſe uolui. nã quis in ea fortuna, qua mea eſt, & ab ea uita, q̃ in me cognitam hominibus arbitror, & cum ea ſpe, quam in manibus habeo, aut ſordidum quidquã pati, aut pernicioſum concupiſcere poteſt? ſed aliquantulum nobis temporis, & magni laboris, & multæ impenſæ opus fuit: ut, quæ reip. boniſque omnibus polliceremur, exitu præſtaremus; neque ad auxiliũ patriæ nudi cum bona uoluntate ſed cum facultatibus accederemus, confirmandus erat exercitus nobis magnis ſæpe præmijs ſolicitatus; ut ab rep. potius moderata, quàm ab uno infinita, ſperare. confirmandæ complures ciuitates; quæ ſuperiore anno largitionibus, conceſſionibuſque premiorum erant obligatæ, ut & illa uana putarent, & eadem à melioribus auctoribus petenda exiſtimarent. † alliciendæ etiam uoluntates reliquorum, qui finitimis prouincijs, exercitibuſque præfuerũt, ut potius cum pluribus ſocietatem defendendæ libertatis iniremus, quã cum paucioribus funeſtam orbis terrarum uictoriam † pararemus. muniendi uero noſmetipſi fuimus, aucto exercitu auxilijſque multiplicatis; ut cum præferremus ſenſus aperte, tum etiam inuitis quibuſdam, ſciri quid defenſuri eſſemus, non eſſet periculoſum. itaque nunquam diffitebor, multa me, ut ad effectum horum conſiliorum peruenirem, & ſimulaſſe inuitum, & diſſimulaſſe cum dolore: quòd præmatura denunciatio boni ciuis imparati quam periculoſa eſſet, ex caſu collegæ uidebam. quo nomine etiam C. Furnio legato, uiro forti, atque ſtrenuo, plura etiam uerbo, quàm ſcriptura mandata dedimus; ut & tectius ad uos perferrentur, & nos eſſemus tutiores: quibuſque rebus & cõmunem ſalutem muniri, & nos amari conuenirent, præcepimus. ex quo intelligi poteſt, curam Reip. ſumme defendendæ iam pridem apud nos excubare. nunc, cum deum benignitate ab omni re ſimus paratiores, non ſolum bene ſperare de nobis homines, ſed explorata iudicare uolumus. legiones habeo quinque ſub ſignis & ſua fide, uirtutibus rei coniunctiſſimas, & noſtra liberalitate nobis obſequentes. prouinciã omnium ciuitatum conſenſu paratiſſimam, & ſumma contentione ad officia certãtem: equitatus, auxiliorumque tantas copias, quantas hæ gentes ad defendendam ſuam ſalutem, libertatemque conficere poſſunt. ipſe ita ſum animo paratus, uel prouinciam tueri. uel ire, quo reſp. uocet, uel tradere exercitum, auxilia, prouinciamque, ut uel ad omnem impetum belli in me conuertere non recuſem, ſi modo meo caſu aut confirmare patriæ ſalutem, aut periculũ morari poſſim. hæc ſi, iam expeditis omnibus rebus, tranquilloque ſtatu ciuitatis, polliceor. in danno meæ laudis, Reip. commodo lætabor. ſin ad ſocietatem integerrimorum, & maximorum periculorum accedam, conſilia mea æquis iudicibus ab obtrectatione inuidorum defendenda commẽdo. mihi quidem ipſi fructus meritorum meorum in Reip. incolumitate ſatis magnus eſt paratus. eos uero, qui meã auctoritatẽ, & multo magis ueſtram fidẽ ſecuti, nec ulla ſpe decipi, nec ullo metu terreri potuerunt, ut commendatos uobis habeatis petendum uidetur. Valete.

† alias, ꝓficiendum

† alias, eliciẽdæ

† alias, pareremus

SICVT forte] Plã abſens conſul deſignatus, cum diu poſt deſignationem conſulatus tacuiſſet, neq; quidq̃ ad ſenatum populumq; R. ſcripſiſſet de aĩo ſuo erga remp. qualem deceret cõſulem præſtare; hæc epiſtola excuſat tarditatem ſuarũ literarũ, & promiſſionis animi ſui erga remp. oſtendens optima cauſa eſſe dilatas, ut ante confirmarẽtur ciuitates quę ſuperioribus annis fuerãt ab aduerſarijs ſpe pręmiorum ſolicitatæ, & allicerẽtur animi præfectorum, prouinciarum finitimarum, ut potius ſecum, & cum rep. ſentirent, & cõiungerentur, q̃ paucis latronibus. Pręterea ut ſeipſum muniret aucto exercitu, & multiplicatis auxilijs. Quæ oĩa, poſtq̃ nunc ſe feciſſe dicit, pollicetur omnem bonam ſpem, & certiſſimum iudicium de animo ſuo in rep. hñdum eſſe. Declarat .n. qualem & quantum exercitum ſibi comparauerit. poſtremo petit à Rom. ut æqui iudices ſint eius conſiliorũ, & animi optime affecti, & ut eos habeant commendatos, qui nulla remoti à rep. defecerunt. [Suſpẽſam) Dubiam, pendentem [Huic) .ſ. cui uiſus ſum tenuiſſe ſuſpenſam expectationem, & ſpem rei. [Inſequenti) Futuro. [Redemiſſe) emendaſſe, ille.i. dicitur redimere culpam præteritam, qui aliquo egregio facto eam emẽdat, & compẽſat. [Maturo) Tempeſtiuo, apto neq; nimis accelerato, neq; nimis tardo. [Cogitata) Cogitationes, & conſilia. [Non pręteribat me) Non ignorabam. [Fructuoſiſſimã) Vtiliſſimam [Ex ea) Qui eam facerent. [Profeſſionem) Expoſitionem. [Sed) oſtẽdit ſe propter utilitatem rei, diſtuliſſe profeſſionem ſuæ uolũtatis, quia ſi celeriter promiſiſſet, uidebat magna impedimenta ſibi opponi poſſe. ſin autem diſtuliſſet ſe habiturum malorum opportunitatem ad auxiliandum reip. Itaque maluit conſulere Reip. quam honori ſuo. [Proficiendum) Iuuandum, dãdam utilitatem [Temperauiſſem m.] i. cõtinuiſſem me. [In eo) ne celeriter pollicerer. [Expeditius) paratius. (Iter) uiam, rõnem. [Quæ mea eſt). i. qualis eſt mea. [Vita) Semper probata, & remota ab oĩ auaritia, & turpitudine. [Quam) Spem [Habeo) In manibus, q̃a oĩa ſunt mihi parata ad optimam ſpem. (Sordidum] Turpe, hoc autem dixit ne putetur quidq̃ eſſe facturus pp auaritiam, utputa, quod magno aliquo p̃mio M. Ant. corrũperetur, ut cum eo coniungeretur. [Pernicioſum) Damnoſum reip. [aliquantulũ tpis) Ad cogitandum. [Et multæ impenſæ). i. fuit nobis opus. [Exitu.) Sine effectu. [Nudi) Sine conſilio, ſine rebus. [Facultatibus) Exercitu, & ceteris rebus, ſimul cum uoluntate, quæ per ſe nõ ſufficit [Confirmandus) enumerat ea, quæ fuerunt facienda anteq̃ polliceretur uoluntatem ſuam. [Solicitatus) Factus dubius, & tentatus à M. An. [Moderata) Honeſta, qualia ſolebat dare reſp. Rom. [Infinita) Innumerabilia maria, mõtes, ut aiũt, ſicut ꝓmittit An. qui.n. ꝓmittit moderata, facile credendus eſt eſſe præſtaturus, q̃ uero innumerabilia, & infinita non uidetur præſtaturus. [Largitionibus) Tributis, donationibus. [Illa) Præmia, & largitiones, q̃ accepiſſent ab Ant. uel à Cęſ. & Cæſarianis antea. [A melioribus auctoribus) Hoc à Senatu, & P. R. à quibus iuſtiori iure dari deberent. [Eliciendæ) attrahẽdæ, adducendæ. [Finitimis) Vicinis huic Galliæ. [Complures) Cum toto P. R [Societatẽ) Fędus aut coniunctionem. [Paucioribus) Qui ſequerentur Ant. [Funeſtã) Calamitoſam. [Muniendi] Corroborandi. [Auxilijs) ſubſidijs. quæ ab amicis, & ſocijs mittuntur. [Præferremus) Oſtẽderemus [Senſus] Voluntatem noſtram, ordo eſt: Noſmet etiam fuimus muniẽdi exercitu noſtro aucto, & auxilijs multiplicatis, ut cum præferremus. ſenſus etiam aperte, tum etiam non eſſet periculoſum ſciri, qđ eſſemus defenſuri inuitis quibusq;. [Non eſſet periculoſũ) Nõ poſſent nos impedire, bene paratis oĩbus, q̃ dixi. [Diffitebor) Negabo. [Simulaſſe) Oſtẽdiſſe me facere. (Et diſſimulaſſe). i. occultaſſe. [Vt peruenirem ad effectum horum conſi.]. i. ut poſſem hæc mea conſilia, & has meas deliberationes ad effectũ perducere. [Qđ) quia. [Præmatura) Accelerata Iuuen. Nõ pręmaturi cineres, nec funus acerbum Luxuriæ, ſed morte magis metuẽda ſenectus. [Denunciatio) Declaratio, & ꝓmiſſio. [Boni ciuis imparati]

HVB.

Præmatura

parati]

parati).i. ciuis habẽtibus bonã uoluntatem, ſed nõ parati rebus neceſſarijs. [Ex caſu) infortunio. [Collegę) D. Bru. qui Mutinæ obſeſſus eſt, qa aperte oñdit ſe eſſe defenſurũ rẽp. antequã paraſſet quæ erant neceſſaria ad reſiſtendũ hoſtibus. [Quo nomine) .i. qua cauſa, ob quã rem. [Tectius) Secretius, quã ꝑ literas, quæ pñt intercipi [Muniri) Corroborari. [Ex quo) Ex qua re [Excubare) Vigilare, aſſiduè eſſe. [Nunciã) dicit tp̃s eſſe declarandi uoluntatem ſuam, quã oſtendit eſſe paratiſſimẽ erga remp. qſi quod oĩa habet parata. [Deũ) deorum. [Explorate) Indubitate [Legiones [Exponit apparatum ſuum. Sub ſignis) .i. in caſtris, ſub uexillis. Vexilla. n. nõ tollebant niſi cum iã erat deueniendum ad manus. Luc. Tollite iampridẽ uictricia tollite ſigna. [Obſequentes] obedientes prõptos ad mea iuſſa. [Prouinciã) Galliam. [Oĩum ciuitatũ conſenſu) Oẽs. n. ciuitates prouinciæ conueniunt, & cõſentiunt ad faciendum oĩa, quæ uelim. [Certamẽ ad officia [Enitentẽ, ut faciat qđ debet erga me, & P. R quia certant oẽs ciuitates inter ſe, quæ magis poſſit præſtare officiũ ſuum. [Hæ gentes Gallicæ. [Conficere) Simul ponere [Reſp.) .i. cauſa reip. [Vocet tradere) Et egeat opera mea. [Vel) .i. etiã. [Cõuertere) In me. ſ. ſuper me, ut ita dicã ſuſcipere, & ut audeã ego ſolus reſiſtere omnibus hoſtibus cũ periculo uitæ meæ. Morari) Differre, in lõgius ducere. [Periculũ) qđ eſt in rep. euẽturum. [In dãno meæ laudis) Quia nimiũ tardauerim declaratiõnẽ huius meę uolũtatis. [Lætabor cõmodo reipu.) Gaudebo profuiſſe reip. licet ego nullam laudẽ aſſecutus ſim. [Accedã) Adiungar. [Integerrimorũ) Optimorum ciuiũ, qui oĩno remp. defendere uelint. [Cõmendo mea conſ. &c.) Velim, ut de meis cõſilijs æquũ iudiciũ afferatis. [Mihi quidẽ) Senſus eſt: Ego ſatis magnos fructus pro meritis me adeptum putabo, ſi reſp. fuerit incolumis. [Vlla ſpe) Promiſſorum, quæ faciebat M. Ant. [Vllo metu) Amittendarum fortunarum ſuarum, niſi ſequerẽtur M. Anto. ut ille eis minabatur.

ASC. *SI cui forte*] Plancus abſens conſul deſignatus, cum diu poſt deſignationem cõſulatus tacuiſſet, neq; quidquam ad ſenatũ populumq; R. ſcripſiſſet de animo ſuo erga remp. qualem deceret conſulem præſtare. hac epiſtola excuſat tarditatẽ epiſtolarũ ſuarum, callide indicãs eã in rem, cum ſuã tum reip. fuiſſe. Indicat præterea qualem exercitum habeat, & quid pro rep. decreuerit. Salutatio ſic legitur: Cn Plancus Imperator conſul deſignatus ſalutem dicit Cõſulibus, Prætor, Trib. pl. Senatui, populo, plebiq. R. Ordo eſt: Si ego uideor forte cui. i. alicui tenuiſſe ſuſpẽſam, & .i. ſimul expectationẽ hoĩum, & ſpẽ reip. de uoluntate mea. ſ. erga ſe, ego arbitror me excuſandum eſſe huic prius, quam pollicẽdum quidquã ulli de officio inſequenti. i. quod deinceps impẽdere decreui. Non. n. uolo uideri redimiſſe. i. recõpẽſaſſe aliquo merito culpam ꝑteritam, qa uult nullam in ſe culpam fuiſſe, ſed ſup. uolo uideri enũciare tp̃e maturo. i. opportuno neque nimis tardato, neq; nimis feſtinato, cogitata iampridẽ. i. à multo tp̃e: mentis optimæ. i. beneuolentiſſimæ in rẽp. Nõ præteribat me. i. bene ſciebam profeſſionẽ bonę uoluntatis eſſe fructuoſiſſimã. i. utiliſſimã, in tanta ſolicitudine hoĩum, & tã perturbato ſtatu ciuitatis, & uidebam cõplures cõſecutos, ſupp. eſſe magnos honores ex re. ſ. quã profeſſi fuerant, & declarauerant uolũtates ſuas, ſed cũ fortuna dimiſiſſet me in eũ caſum, ut aut opponerem impedimenta, ad proficiendum in magna ſpe pollicẽdo celeriter, aut ſi rẽperauiſſem mihi. i. opportunitatẽ tp̃is ſeruaſſem in eo. i. in ea re hr̃em maiores occaſiones ad opitulandum. i. opẽ ferẽdã reip. uolui hr̃i expeditus. i. facilius, & paratius iret. i. ingreſsũ ſalutis cõis, quam meæ laudis; hoc eſt malui tardãdo facere, unde Reip. prodeſſem, quam cito pollicendo mihi laudem conſequi. Nam quis põt aut pati ſordidum, aut cõcupiſcere pernicioſum .ſ. in rep. in ea fortuna, quæ mea eſt, hoc eſt qui imperium P. R. adeptus ſit, & ab ea uita, quam ego arbitror cognitam omnibus in me, q. d. honeſtiſſima, & innocẽtiſſima, & cum ea ſpe, quã habeo in manibus, quia uideor poſſe conſtituere, aut euertere rẽp. Sed opus fuit nobis aliquantulum temporis & magni laboris; & multæ impenſę, ubi opus cum genitiuo conſtruitur, & cum nominatiuo, aut accuſatiuo, niſi aliquantulum aduerbium ſit, ſic. n. cum genitiuo locutio fieret, nam non poſſumus dicere, opus eſt aliquantulum magni laboris. &c. ut præſtaremus exitu. i. in fine, ea quę pollicemur. ſ. nunc reip. & omnibus bonis. ſ. ciuibus, neq; accederemus nudi cum bona uoluntate ad auxilium patriæ, ſed cum facultate. ſ. auxiliandi. Ad hoc autem, Exercitus, quia dubię fidei erat confirmandus, ſolicitatus ſępe nobis magnis præmijs, ut ſperaret potius ab rep. moderata ſ. munera, quã infinita ab uno. ſ. tyranno Antonio. Cõplures ciuitates, quæ erãt obligatę. ſ. Antonio ſuperiore anno largitionibus, & conceſſionibus præmiorum ſup. erant confirmandę, ut putarẽt, & illa. ſ. promiſſa uana, & exiſtimarent eadẽ petenda à melioribus auctoribus, quia reip. fautoribus. Etiam uoluntates reliquorum, qui præfuerunt prouincijs finitimis. i. à finibus, & exercitibus, ſup. erant eliciendæ. i. ex hominibus iã Antonio addictis eliciendæ. Vt ſupp. nos oẽs, hoc eſt ſimul cũ illis iniremus. i. contraheremus, & faceremus potius ſocietatẽ libertatis defendendæ. i. ad defendendã libertatem P. R. hoc eſt noſtrã, q̃ pateremur cum paucioribus. ſ. An. Lep. Auguſto, & eorum fautorib. uictoriam funeſtã. i. pernicioſam orbi terrarũ. Muniendi. Proſequitur reliqua quæ neceſſaria uiſa erant, priuſquam animum ſuum in rẽp. aperiret, dicens, Vero. i. ſed, noſmetipſi fuimus muniendi. ſ. ab inimicorũ incurſione, exercitu aucto, & auxilijs multiplicatis, ut cũ proferremus .i. publicaremus, aperte ſenſus. i. ſententias noſtras tũ non eſſet periculoſum ſciri quid eſſemus defenſuri etiã ſup. à quibuſdam inuitis. i. inuite audientibus nos à rep. ſtare, & Reip. fauere. Itaq; quia hoc cõſilio mentẽ celaui, nunquã diffitebor. i. negabo, me, & ſimulaſſe multa. ſ. q̃ non eſſent, eſſe inuitum. i. contra uolũtatẽ meã, & diſſimulaſſe. i. finxiſſe nõ eſſe, quæ erant, cum dolore, qa doluit non audere aperte fauorẽ tuum in remp. oſtendere, ut peruenirem ad effectum horũ conſiliorũ. ſ. proxime dictorum, hoc eſt, ut interea ſic ſe muniret, ut uel multis hoſtibus rẽp. defendere poſſe. Ideo autem diſſimulaui, inquit, ꝙ. i. quia, ego uidebam .i. cognoſcebã ex caſu collegę. ſ. D. Brut. qui. i. quantũ periculoſa eſſet pręmatura. i. accelerata, & ante maturitatẽ oſtenſa, denũciatio. i. declaratio ciuis boni, quiã rei ſtudioſi, imparati. ſ. ad reſiſtendum inimicis. Quo nomine. i. ſub quo prętextu, aut cuius ratione, nos dedimus etiã C. Furnio legato uiro forti atque ſtrenuo plura mandata uerbo, q̃ ſcriptura, ſcripto. i. publicanda, ut. ſ. ea mandata, &. i. ſimul, pręferrentur rectius, quia tutius ad uos, & nos eſſemus tutiores, quia minus ſuſpecti, ſi literę fuiſſent depræhenſæ. Et nos pręcipimus. ſ. Furnio, ut diceret qbus rebus conueniret. i. utile eſſet. &. i. ſimul, ſalutẽ cõmunem muniri, & nos armari & protegi. Ex quo. i. ex qua re, poteſt intelligi. ſ. ab oĩbus, curã reip. defendendæ ſumme, id eſt, ſummopere excubare. i. uigilare iampridẽ, id eſt, iã à pluribus diebus apud nos. Nunc cũ benignitate deũ. i. deorũ nos ſimus paratiores. i. inſtructiores ad bellũ ab oĩ re. i. ex omni parte, & re neceſſaria uolumus hoĩes non ſolum bene ſperare de nobis. i. de uictoria nr̃a, ſed iudicare explorare. i. certe tanq̃ de re explorata. Ego habeo quinq; legiones ſub ſignis. ſ. militaribus coniunctiſſimas reip. & fide, & uirtute ſua, & obſequentes. i. obedientes, & inſeruientes nobis nr̃a liberalitate. Et habemus prouinciã paratiſſimã conſenſu oĩum ciuitatũ, & certãtẽ contentione ſumma ad officia. ſ. præſtanda, hoc eſt, quæ prima, aut maxima præſtare poſſit, & habemus tãtas copias eqtatus, & auxiliorũ. i. auxiliariorũ militũ, quantas. ſ. copias hæ gentes. ſ. in prouincia Gallicana pñt cõficere, i. ſimul facere, & præſtare ad ſalutẽ, & libertatem ſuam defendendã, ipſe. i. egomet, ita ſum paratus aĩo uel tueri prouinciã .ſ. cõtra Antonianos, uel ire ſup. eò quò reſp. uocet, uel tradere ſ. ſucceſſori à ſenatu miſſo exercitũ, auxilia, & prouinciã, ut non recuſem cõuertere in me, uel. i. etiã oẽm impetum belli, ſi modo .i. dũmodo poſſim, aut confirmare ſalutẽ patriæ, aut morari. i. mora tenere periculũ. ſ. patriæ caſu. i. interitu meo. [Si ego polliceor hæc iã oĩbus rebus expeditus, & ſtatu ciuitatis tranquillo .i. ſi forte iã debellatũ eſt, aut peractum cum Antonio, ego lætabor cõmodo Reipu. in dãno laudis meæ; quia adhuc nihil præclari egerat, ſed ſe duntaxat accinxerat, & inſtruxerat, ſin. i. ſed ſi accedam ad ſocietatẽ integerrimorũ. i. nulla pte īminutorũ, & maximorum periculorum, ego cõmendo mea conſilia defendenda æquis iudicibus ab obtrectatione inuidorum. Quidẽ. i. certe fructus ſatis magnus eſt paratus mihi ipſi in incolumitate. i. proſpẽro ſtatu reip. Vero, pro ſed, uidetur petendum ſup. eſſe. i. oportere peti, ut habeatis cõmẽdatos uobis eos, qui ſecuti meã auctoritatẽ, & multo magis fidẽ ueſtrã, nec potuerũt decipi ulla ſpe ſ. remunerationis ab aduerſarijs pollicitę, nec terreri ullo metu. ſ. ijſdem illato, quales erant Furnius, & frater eius, ac Laterenſis. PAVL. MAN

VICTORIAM pararemus] Hęc lectio cũ neq; ſenſu careat, & in li. Vincentij Ricij ſit, neq; in eo, quẽ Vbaldinus Bãdinellus habet: ut [omittã alios] nõ uideo, cur quidquã immutetur. ĩ alijs antiquis libris tum pararemus, tũ pateremur, tum, partiremur.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Principio teſtatum facit amorem ſuum erga Ciceronẽ: deinde operam ſuam omnem reipub pollicetur: poſtremo de exercitu ſuo illum certiorem facit:

PLANCVS IMP. COS. DES. CICERONI S. P. P. 9

N*IHIL me tibi temere ſcripſiſſe, aut te ceteris de me fruſtra recepiſſe, lætor. certe hoc magis habes te-*

stimonium amoris mei, quo maturius tibi, quã ceteris, consilia mea uolui esse nota. in dies uero meritorum meorũ fieri accessiones, peruidere te spero, cogniturum, magis recipio. Quod ad me attinet mi Cicero (ita ab imminentibus malis resp. me adiuuante liberetur) sic honores, præmiaq; uestra suspicio, cõferenda certa cũ immortalitate, ut sine his nihil de meo studio, perseuerãtiaq; sim remissurus nisi in multitudine optimorũ ciuiũ ĩpetus animi mei fuerit singularis, & opera pcipua. nihil ad meã dignitatẽ accedere uolo suffragatione uestra. cõcupisco aũt nihil mihi cõtraq; ipse pugno. sed, & tpis, & rei te moderatorẽ facile patior eẽ. NIHIL *aut sero, aut exigue à patria, ciui tributũ põt uideri. Exercitũ ad vi. Kal. Maias Rhodanũ trãsieci. magnis itineribus* † *Viennã equites mille uia breuiore pmisi. ipse. si à Lepido non impediar, celeritate satis faciã. sin aũt in itinere meo se opposuerit; ad tp̃s consiliũ capiã. copias adduco, & genere, & numero, & fidelitate firmissimas. Te, ut diligas me, si mutuo te facturum id scis, rogo. Vale.*

† alias, Vinna

HVB. NIHIL me) Primum ostẽdit Planc. Cic. debere habere certissimum amoris sui testimonium, q̃ ei prius indicabit cõsilia sua, q̃ alijs, quibus se lætari dicit, q̃ nõ fuerint à Cic. temere promissa alijs. postea uero dicit se quotidie magis auctur ũ eẽ merita sua erga rempub. Postremo scribit, ubi habebat exercitũ [Temere) Incõsulto, improuide, quia prius q̃ scripserit Plã. ut uisum est in pcedenti epist. diligenter oĩa cõsultauit, & prouidit. textus aũt ita legendus est, nihil me tibi temere scripsisse, aut ceteris de me frustra recepisse lętor. [Recepisse] Promisisse. [Maturius] Celerius. [Meritorum) Beneficiorũ erga rẽp. [Accessiones) Augumẽta. [Recipio) Promitto, affirmo. [Cogniturũ) s. futurũ, q̃ uideris hactenus. [Ita resp.) est q̃dam adiuratio. i. sic auxilio meo fiat libera resp. Iurat aũt Plã. se ita existimare ĩmortalia pmia, q̃ à senatu, & a P.R. cõferantur, ut tñ sine his nihil imminuturus de studio, & pseuerantia sua erga rẽp. & nolle ullã dignitatẽ eorũ fauore sibi dare, nisi opera sua appareat singularis erga rẽp. ĩter uiros optimos. [Imminentibus) Accessuris. [Suspicio) Miror, magnifacio. [Remissurus) Diminutur⁹. [Impetus) Effectus. Opa] Factũ [Accedere) Addi. Aiungi. [Mihi] Sed reip. [Contraque) scilicet ne concupiscam mihi. [Pugno] Resisto, quia omnia facio pro repu. & pugno, ne cupiditas meorũ commodorum me uincat. [Moderatorem) Tpis, & rei qui disponas & tempus, & res meas. ut quãdo uoles, & quod uoles, facias pro me iudicio tuo. [Nihil autem) Sententia est. [Sero) Tarde. [Aut exigue] Minus quàm det; quia quandocunque tribuat patria, aut quodcunq; tribuat, debet uideri bono ciui, & satis & cito tributum. [Traieci Rhodanum) Misi ultra Rhodanum fluuium, qui est Galliæ Narbonẽsis ex alpibus præcipitatus per Heluetios, ruens inter Europę maximos fluuios nominatus, dr̃ aũt surgere nõ lõge ab Histri Rheniq; fontibus & Lemano lacu acceptus tenet impetũ: seq; p mediũ inter ageres, q̃tus uenit, egredit̃, de quo plura uide apud cosmographos. [Viẽna) urbs ẽ in Allobrogibus, ut scr. Põp. [Celeritatẽ) qa cito aliqd egregij faciã. [Opposuerit) ut me ĩpediat. [Ad tp̃s) Pro tpe. [Copias) Exercitũ. [Si) Quia: affirmãtis. n. nõ dubitãtis est.

Rhodanum

Vienna

ASC. *NIHIL &c.*] Primo ostendit Plancus amoris sui certitudinẽ ex cõsilij apertione, deinde pollicetur se in dies magis de repub. meriturum, & demum scribit, ubi nam habeat exercitum. Ordo est: Ego lætor, me nihil scripsisse tibi temere. i. inconsiderate. ac uane, aut te recepisse. i. promisisse de me frustra, hoc est sic euenisse, ut ego tibi, & tu alijs promisisti. Certe tu habes hoc. i. tanto maius testimonium amoris mei, quo. i. quanto maturius i. citius uolui consilia mea esse nota tibi, quàm ceteris. Vero. i. sed, spero te præuidere. accessiones, i. incremẽta meorũ meritorũ. s. Remp. fieri in dies. s. singulos, & recipio. i. polliceor te cogniturum. s. adhuc magis. Quod. i. quantũ attinet ad me, ò mi Cice. ita sup. opto, Resp. liberetur à malis imminentibus, me adiuuante, sic suspicio. i. cum ueneratione tanquã supra me posita aspicio, uestra præmia conferenda certe cum immortalitate, nam cuicunq; consulatus ob merita in remp. decretus fuit, immortali honore donatus uideretur, ut nihil sim remissurus de studio meo iuuandæ reip. & perseuerantia mea in fide sine his. s. præmijs, hoc est etiã si nulla pręmia contuleris. Nisi impetus animi mei fuerit singularis, & opera mea præcipua, in multitudine optimorũ ciuium, ego nihil. i. non aliquid, non uolo aliquid accedere. i. addi ad dignitatẽ meam suffragatione uestra. i. uestro fauore, & suffragio. Autem. i. sed, concupisco nihil mihi sup. eorum, contraque qdẽ ipse pugno, q. d. nolo per uim quidquàm præmij extorquere, aut honores assequi, quia cõtra eos. qui talia uolunt, pugno: sed ego patior facile te esse moderatorem, & temporis, & rei. i. te discernere & quando, & quid mihi cõferendum sit. Autem. i. sed, nihil põt uideri tributum ciui à patria, aut sero. i. nimis tarde, quo ad tempus, aut exigue. i. nimis modice, quo ad rem. Ego traieci. i. traduxi Rhodanũ. i. ad alteram partẽ Rhodani, exercitum. s. meum ad 6. Kal. Maias, hoc est 25. diem Aprilis, magnis itineribus. s. ut dñt dietis. Ego præmisi uia breuiore. i. per uiam breuiorem, Viẽnam. i. ad eam urbem super Rhodanum sitam, mille equites. ipse. i. ego satisfaciam, celeritate. i. longiorem uiam celeritate superabo, si nõ impendiar a Lepido. si autem Lepidus opposuerit se in itinere meo, ego capiam consilium ad tempus. i. pro qualitate tẽporis, & rei. Ego adduco copias firmissimas, & genere, quia ueteranos aut Gallos, & numero, quia copiosas, & fidelitate, quia libertate deuictas. Ego te rogo, ut diligas me, si scis. i. confidis te facturum mutuo. i. in eum, a quo tantundem amaris.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hortatur Plancum quem prius laudat ut remp. tueatur, operamque nam pro Planci dignitate promouenda pollicetur.

CIC. L. PLANCO, IMP. COS. DES. S. D. 10

ETSI *satis ex Furnio nostro cognoueram, quæ tua uolũtas, quod consilium de rep. esset: tamen, lectis tuis literis liquidius de toto sensu tuo iudicaui. quãobrem q̃q̃ in uno prælio omnis fortuna reip. disceptat; quod quidem, cum hæc legeres, iã decretum arbitrabar fore: tamẽ ipsa fama, quæ de tua uoluntate percrebuit, magnam es laudem consecutus. itaq; si cõsulem Romæ habuissemus, declaratũ esset, à senatu cũ tuis magnis honoribus, q̃ gratus esset conatus, & apparatus tuus. cuius rei nõ mõ non præterijt tempus, sed ne maturum quidẽ etiãnum, meo quidẽ iudicio, fuit.* IS ENIM *deniq; honos mihi uideri solet; qui nõ pp spẽ futuri beneficij, sed pp magna merita claris uiris defertur, & datur. quare. sit mõ aliqua resp. in qua honos elucere possit: omnibus, mihi crede, amplissimis honoribus abundabis.* IS AVTEM *qui uere appellari potest honos, non inuitamentum ad tempus, sed perpetuæ uirtutis est præmium. quamobrem mi plance incumbe toto pectore ad laudem: subueni patriæ: opitulare collegæ, omnium gentiũ consensum, & incredibilem conspirationem adiuua. me tuorũ cõsiliorum adiutorem, dignitatis fautorem, omnibus in rebus tibi amicissimum, fidelissimumque cognosces. ad eas enim causas; quibus inter nos amore sumus officijs, uetustate coniuncti, patriæ caritas accessit, eaque effecit, ut tuam uitam anteferrem meæ. 4. Kal. Apr.*

ETSI *satis*] Cum post Furnij relationem de uoluntate Plan. erga remp. ipse etiã Plan. scripsisset sensus, & consilia sua, Cic. eum summopere laudat, ostẽditq; eum non cariturũ meritis pręmijs, si modo sit aliqua resp. Itaque hortatur, ut pergat subuenire patriæ, & opitulari. D. Brut. qui erat obsessus Mutinæ ab Ant. Se autem pollicetur Cic. fore fautorem dignitatis Planci, & amicissimum in omnibus, textus satis est planus. [Liquidius) Clarius. [In uno prælio) Si uincatur Ant. [Disceptat) Periclitatur, certat. [Decretum). s. tibi, nam senatusc. mandatum est Planco. ut psequeretur M. Ant. [Percrebuit) Notius fuit, & uulgatum. [Si habuissemus consulem] Qui aberat, sine cuius præsentia non licuit declarari de apparatu tuo. [Cuius) consolatur ipsum, quòd nondum fuerit declaratum de eius apparatu, quia dicit tempus, non solum adhuc non pręterijsse, sed neq; etiam adhuc esse maturum declarandi quæ Plan. pro rep. apparasset. [Is denique) Sententia est exornatio. est autem sensus, idest, uidetur mihi uere honor, qui nõ datur propter spem beneficij, quod aliquis sit facturus, sed propter beneficium iam acceptum, qualis erit honor, q tibi conferetur propter beneficia iam in remp. præstita. [Modo] Dummodo. [Inuitamentum) Incitamentum. [Ad tempus). s. certum. [Incumbe] Subueni, dissolutum, est exornatio. [Opitulare) Auxiliare, opem fer. [Consensum & cõspirationem) idest, coniũctam uoluntatem omnium gentium ad defendendam remp. [Ante ferrem] Præponerem. HVB.

Inuitamentũ

ETSI &c.] Cum post Furnij legati relationem de uoluntate Planci erga remp. ipse. Plancus scripsisset sua consilia Ciceroni, ASC.

ipse

ſpſe Cic.eum hac epiſt. ſummopere laudat, oſtenditque eum nō
cariturum meritis præmijs, ſi modo aliqua ſit reſp.futura, quod
nūc merito uereri potuit, cū paulo poſt ſi à triumuiris occupata
& Cic.ipſe ꝓſcriptus, & mox depræhenſus capite eſt plexus. Or-
do eſt: Etſi.i.quanquā ego cognoueram ſatis ex Furnio noſtro .ſ.
cōmuni amico, quæ uoluntas tua, & quod cōſilium.ſ. tuum eſſet
de rep.tñ literis tuis lectis, i.poſtquam legeram literas tuas, iudi-
caui liquidius.i.clarius, & defecatius de toto ſenſu tuo .i. ſnīa de
rep. Quāobrem quanq̄ omnis fortuna reip.diſceptat, .i.uerſatur
in ambiguo, ut qui in iudicio diſceptant ante ſnīam latā in uno
prælio.ſ. ad Mutinam committēdo, quod quidem.ſ. præliū ego
arbitrabar.ſ. cum hæc ſcriberem, fore, i. futurum iam decretum,
ideſt, alteri parti adiudicatum, & ita ꝓfligatum & finitum. Hub.
intelligit à ſenatu per decretum mandato Planco. quod nō pla-
cet, ſi enim ſenatus mandaſſet, fruſtra Cicero indicaſſet. p̄terea
decernitur armis utrius partis res ſit, aut utra uiuat. unde illud
Maron. inter ſe coijſſe uiros, et decernere ferro licet Seneca cer-
nere pro decernere, legat. uult ergo dicere, ꝙ propediē futurū eſ
ſet p̄lium cū Antonianis, in quo decernatur utrū reſp. an tyran
ni rerum potituri ſint decretum. ergo, ideſt, profligatum & fini
tum iam cum leges hæc, ideſt, has literas. tamen tu es conſecu-
tus magnam laudem ipſam famā, ideſt, per ipſam famam, quæ p
crebuit multum. i, diuulgata eſt de uoluntate tua ſcilicet pro-
cliui in remp. Itaque ſi ego habuiſſem Romæ conſulem, declara
tum eſſet à ſenatu.i. publico decreto cum auctoritate conſulis
cum magnis honoribus tuis, q̄.i. quantum gratus eſſet conatus,
& apparatus tuus.ſ. pro iuuanda rep. quia ut uiſum eſt, ſcripſerat
ſe collegiſſe maximas, & fideliſſimas copias. Cuius rei.ſ. facien-
dæ tēpus non modo.i.non ſolum, non præterit, ſed ne quidem
non fuit maturum.i.tempeſtiuum ēt nunc iudicio meo, quia me
lius fieret repu.ſtabilita, quod propediem futurum ſperauit Cic.
nunquam tamen uidit. Enim.i quia, Is denique honor ſolet uide
ri mihi.ſ.uerus, quia defertur & datur claris uiris, non propter
ſpem futuri beneficij, cum nihil adhuc præclari fecerint, ſed pro
pter magna merita, quaſi dicat expectandum eſſe, donec quod
paratus erat facere, fecerit. Quare mō, id eſt dummodo aliqua
reſpu ſit, in qua honos poſſit elucere.i. reſplendere, crede mihi,
tu abundabis omnibus ampliſſimis.i. ſummis honoribus. Vbi
omnibus cum ſuperlatiuo non inepte iungitur, quod Vallam nō
notaſſe mireris. Autē, i. ſed, is.ſ. honos, qui poteſt appellari uere
honos.i. honor, idē.n. ſunt, nō eſt inuitāmentū.i. prouocamentū
ad tēpus.ſ. duraturū, ſed præmiū uirtutis perpetuæ Quāobrem,
ò mi Plance incumbe toto pectore ad laudē. Subueni patriç. Opi
tulare.i.opē fer collegæ.ſ.tuo iā obſeſſo, adiuua conſenſū oīum
gentiū bene de rep. ſentientiū & cōſpiratione incredibile oīum
gentiū, ubi conſpiratio dr̄ de cōi ſtudio in rēp. & ita in bonā par
tem accipitur. Tu cognoſces me adiutorē cōſiliorum tuorū, fau
torē dignitatis tuæ, & amiciſſimū, & fideliſſimū tibi in oībus re
bus: intelligit, ſi toto pectore ad uerā laudem incubuerit. Cām
hmōi fauoris affert ſubdens: Enim.i quia, charitas patriæ, i. quā
ſimul habemus in patriā acceſſit.i.addita eſt, aduenit ad eas cau
ſas, quibus ſumus coniuncti inter nos amore.ſ. mutuo, officijs ex
debito mutuo, & uetuſtate. ſ. amoris, & neceſſitudinis, nam ut ſu
pra uiſum eſt, pater Planci erat Ciceroni maxime neceſſarius, &
Plancus ipſe à puero chariſſimus. Et ea.ſ. caritas patriæ efficit, ut
ante ferrem.i. præponerem tuam uitam meæ.ſ. uitæ. quod diffici-
le eſt creditu, & difficilius factu, facile tñ dictu. ueruntamē, quia
non pauci Romanorum uitam ſuam pro patria expoſuerunt, &
uitam Planci Cic. putat magis patriæ neceſſariam, quā ſuam, nō
eſt omnino incredibile, ſup. ſcriptum aut datum eſt, quod tamē
non putem à Cic. additum 3 Kal. April.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Gratias agit Plancus pro officijs, quibus à Cicerone afficitur, nūciat que Ciceroni, quantum onus pro defenſione reip. humeris ſuis incūbat.

PLANCVS CICERONI S. P. D. II

IMMORTALES *ago tibi gratias, agamque dum uiuam:
nam, relaturum me, affirmare non poſſum. tantis.n. tuis
officijs non uideor mihi reſpondere poſſe. niſi forte, ut tu grauiſ
ſime, diſertiſſimeque ſcripſiſti, ita ſenſurus es, ut me referre
gratiā putes, cū memoria tenebo. Si de filij tui dignitate eſſet
actū, amabilius certe nihil facere potuiſſes. Primæ tuæ ſnīæ in
infinitis cū muneribus poſteriores ad tēpus, arbitriūque ami-
corū meorū compoſitæ, oratio aſſidua, & ꝑpetua de me, iurgia
cū obtrectatoribus ꝑ ꝑ me notiſſima mihi ſunt, quare nō me-
diocris adhibēda mihi eſt cura, ut reip. me ciuē dignū tuis lau
dibus præſtē, in amicitia tua memorē, atq. gratum. Quod
reliquū eſt, tuū munus tuere, & me. ſi quē eſſe uoluiſti, eū exi
tu, rebusque cognoſcis, defende, ac ſuſcipe. Cum Rhodanū co-
pias traieciſſem, fratrēque cū tribus milibus equitū p̄miſiſſem
ipſe iter ad Mutinā dirigerem, in itinere de prælio facto, Bru-
toq; et Mutina obſidione liberatis audiui. animaduerti nul-
lū aliū receptū Antoniū. reliquiasq; q̄ cū eo eſſēt, habere niſi
in his partibus, duaſq; ei ſpes eē ꝑpoſitas, unā Lepidi, ipſius al* † alias,
terā exercitus, ꝙ q̄dā pars exercitus nō minus furioſa eſt, q̄ q̄ ſtatim-
cū Antonio fuerūt † equitatū reuocaui, ipſe in Allobrogibus que equi-
† cōſtiti, ut ꝑinde ad oīa paratus eſſē, ac res me moneret, ſi tatum
nudus huc ſe Antonius cōferret, facile mihi uideor per me ſu † alias,
ſtinere poſſe, rēq; publicā ex ueſtra ſnīa adminiſtrare, q̄uis iter con
ab exercitu Lepidi recipiatur. ſi uero copiarum aliq̄d ſecum ſtituit
*adducet, & ſi decima legio ueterana quæ noſtra opera re-
uocata cum reliquis eſt, ad eundē furorē redierit, tamen, ne
quid detrimēti fiat, dabitur opera à me, idq; me præſtaturū
ſpero, dum iſtinc copiæ traijciētur, cōiunctæq; nobiſcum faci-
lius perditos opprimāt. hoc tibi ſpōdeo mi Ci. neq; animū, neq;
diligentiā mihi defuturā. cupio mehercule nullā reſiduā ſol-
licitudinē eſſe: ſed ſi fuerit, nec aīo, nec beneuolentiæ, nec patiē
tiæ cuiusq̄ pro uobis cedā. do quidē ego operam, ut etiā Le-
pidum ad huius rei ſocietatem incitem: omniaq; ei obſequia
polliceor. ſi modo remp. reſpicere uolet. utor in hac re adiuto-
ribus, interpretibusq; fratre meo, & Laterenſe, & Furnio no
ſtro. nō me impedient priuatæ offenſiones, quo minus pro reip.
ſalute ēt cū inimiciſſimo conſentiā. ꝙ ſi nihil profecero nihil-
ominus maximo ſum animo, & maiore fortaſſe cū mea glo-
ria uobis ſatisfaciam. Fac ualeas meq; mutuo diligas.*

I*MMORTALES*) Scripſerat Cic. ad Planc ſe diligenter oīa fe- HVB.
ciſſe pro tuēda eius dignitate, dixiſſe.n. ſnīas multas in ſena-
tu, pro eo ſuſcepiſſe iurgia cū eius obtrectatoribus, quæ oīa ſcri.
Plan. eſſe ſibi notiſſima, neq; poſſe referre dignas gr̄as, incūbere
autē ſibi magnū onus tuēdæ reip ꝑꝑ laudes ipſius Cic. admonet
præterea Cic. q̄d ſperet ſe facturum aduerſus Ant. q̄bus in reb. di-
cit ſe hēre adiutores, & interp̄tes Laterēſem, & Furniū. [Immor-
tales) æternas. [Ago) Dico [Relaturū) Redditurū re ipſa, Alio lo
co diximus de hac dr̄ia. [Rn̄dere) ſatisfacere, uel par referre.
[Senſurus) iudicaturus. [Primæ tuæ ſnīæ) Quas pro me dixiſti,
[Poſteriores). ſ. ſnīę [Cōpoſitę) Accōmodatæ. [Arbitriū) Volun-
tatē, ut ipſi uoluerunt. [Orō) q̄ ſemꝑ habuiſti de me honorificē
tiſſima [Iurgia) Cōtentiones, lites. [Obtrectatoribus) Inuidis, Iurgias
maledicis meis [Præſtem) Exhibeā, reddā. [Memorē) Tuorū be
neficiorū me ſubaudi præſtē. [Tuere) Serua. [Munus) Off [Q̄d
reliquū eſt) .i. in eo, quod reſtat ꝑ me agēdū. [Quē. Quale [De
fende eum exitu] i. defendendo fac, ut habeāt eum exitū. [Cū
Rhodanū) Dicit q̄ñ factus ſit certior de liberatione D. Bruti ex
obſidione. [Mutinenſi. Prętermiſiſſem) .ſ. Viennā ut ſupra uiſū
eſt. [Ad Mutinā) ut ſuccurrerem [De Bruto) Liberatis ope Oct.
Cæſ. ut diximus in argm̄ epiſt. [Receptū) Redactū. [Reliquiasq;
paucos illos milites qui ei relicti eſſent [Partibus) Galliç, ubi
ſum. [Exercitus) Noſtri Romani. [Quædā pars) quæ olim mili-
tauerat ſub Cæſ. quā appellat furioſam, quia erga rēp. male eſſet
affecta. [Equitatū) Quē præmiſerā. [Reuocaui) Iuſſi redire. [Cō-
ſtiti) Cōmoratus ſum. [In Allobrogib) Ij populi ſunt Galliç qui Allobra
olim, ut ſcribit Strab. militandi ſtudio multis mortaliū militib. ges.
tenebant, hac aūt ętate rei ruſticę dediti cāpos, & alpinas ualles
arant. Viennám metropolim habentes hęc autē urbs ſita eſt ad Vienna
Rhodanum, à qua urbe non longe abeſt Lugdunum. hæc Str.
[Proinde). Ita [Ac res moneret) ut uidere eſſe utile. [Nudus) Si- Proīdes
ne exercitus multitudine [Per me). i. ſine aliorum auxilijs, aut
coniunctione alterius. [Lepidi) De quo dubitabat ne cum Ant.
cōiungeretur. [Copiarum) Exercitus [Veterana) quæ ex uetera-
nis militibus [Reuocata) Ne tranſiret ad Ant. [Ad eūdem furo-
rem) ut etiam nunc ſit contra rēp ſicut fuit uiuente Cęſ. [Detri-
menti] Damni. [Fiat) reſp ꝑ trāſitū decimæ legionis ad M. Ant.
[Traiciātur) Tranſmittantur ultra alpes. [Iſtinc) Ex Italia [Re
ſiduam). i. reliquam eſſe, remanere. [Nec cedam patiētiæ). i. no-

mo uincet me patientia.[Obsequia],i.me facturũ quidqd uoluerit Laterensis hũc Appianus appellat Laterẽsẽ uirũ clarũ.[Priuatæ) Quę mihi factæ sunt in reb. meis priuatis.[Etiã cũ inimicissimo]vel gñaliter cũ quolibet,quo sit mihi inimicissim⁹,uel cũ Lepido.[Si nihil ꝓfecero) Si nõ potuero trahere Lepidũ in hãc societatẽ.[Cũ mea maiore gloria) Si fuero solus,quã si habuero alios socios,qui uolũt partẽ glorię meę si quid præclari fecero.

ASC. *IMMORTALES &c.*]Scripserat Ci.ad Plancũ se oĩa diligẽter fecisse pro tuẽda eius dignitate, & ꝓ eo fortiter certasse,de quo Plãc. grãs agit, dicitq; sibi rẽp. eo maiori curæ futurã, simulq; docet,qd speret se facturũ aduersus Ant.adiuuantibus Laterẽse, & Furnio. Ordo est:Ego ago tibi s.uerbis,aut scriptis,grãs ĩmortales.i.nõ intermorituras, nec è memoria abolẽdas,& agã dum i.donec uiuã,nã nõ possum affirmare me relaturũ.i.reipsa paria beneficia redditurũ. Ego n.nõ uideor mihi posse rñdere.i. satisfacere,tãtis officijs tuis,nisi forte,ut tu scripsisti,grauissime,& disertissime,ut tu sensurus es.i. iudicaturus, ita ut putes me referre grãm.i.reipsa satisfacere,cũ.i.qñ tenebo memoria.s. beneficia ĩ me collata,hoc est qñ habebo grã,ut memorẽ esse,sit instar relationis beneficij.Si actum.i.transactum,& constitutum esse de dignitate filij tui,tu nihil potuisses facere amabilius sup.mihi.Primę sñiæ tuæ sup.de me compositæ sunt.i.constitutæ cũ muneribus.i.officijs,infinitis.i.plurimis in me liberaliter collatis,posteriores.s. sententiæ tuæ compositæ sunt ad tempus.i. pro ratione temporis,s.ad arbitrium amicorũ meorum.Oratio.s.tua,assidua.i.sermo quotidianus,& iurgia.s.tua, perpetua.i. continua cum obtrectatoribus sup,meis propter me,s. habita sunt mihi notissima,Quare non mediocri cura adhibenda est,mihi ut præstem.i. exhibeam reip.me ciuem dignum laudibus,& sup.memorem,atque.i. & gratum in amicitia tua, Quod reliquum est tuere.i, defende munus tuum.s. partes,& offm. & defende ac suscipe me,si cognosces i.cognoscere uoles eum exitum rebus,quem uoluisti esse. Cum traiecissem copias Rhodanum,qui fluuius est Galliæ Lugdunen. & ꝓmisissem fratrem cum tribus millibus equitum, & ipse.i.ego dirigerem iter ad Mutinam.ubi D.Brutus obsidebatur.Notandum autẽ proprio nomini ciuitatis licere præpositionem addere;audiui in itinere de prælio facto,& de Bruto,& Mutina liberatis obsidione. Animaduerti nullũ.i. non ullum,Antoniũ,& reliquias.s.copiarũ,quæ essent cum eo,nũ hrẽ ullum aliũ receptum.i.locũ refugij,nisi in his partibus.s.in quibus essem.Et duas spes esse propositas ei.s.Antonio,unã Lepidi.s.ad se trahendi,alter exercitus ipsius,qd quædã pars exercitus non minus furiosa est.i.male sentiens de rep.q̃ qui fuerunt cum Ant.reuocaui equitatũ.i.equitum exercitum ipse.i,egomet constiti.i mansi in Allobrogibus.i. Gallis circa Vienã,& Lugdunũ, ut essem paratus ad oĩa.Proinde.i.perinde ac.i.sic,ut res.i.utilitas rei moneret me.si Antonius conferret se huc.i.ad hũc locũ, ubi essem,nudus,i. inermis, Ego uideor posse suscipere.s.negocium capiẽdi,aut debellãdi Antonij facile p me.i. sine adiutorio , & administrare rẽ ex sñia.i. uoluntate nostra, q̃uis sup. Antonius recipiatur ab exercitu Lepidi.Si uero adducet secum aliqd copiarum,etsi decima legio ueterana.i.ueteranorum militum, q̃ pcipue fortitudinis habebatur,quæ reuocata est cum reliquis.s.legionibus,opera.i diligẽtia nr̃a,quia uolebat ad Antoniũ trãsire,redierit ad eũ dẽ furorem s. trãseundi ad Antonium, tñ.i. nihilominus opera dabitur à me,ne quid detrimẽti.i.dãni fiat.s.reip.& spero me p̃staturum.i,exhibiturum, &effecturum id,dummodo copiæ s.nouæ traijciantur istinc.i.ex Italia trans alpes,& cõiunctæ nobiscũ opprimant facilius perditos,s.milites,q rẽp. pdant,O mi Cicero ego spondeo tibi hoc neque animũ , neq; diligentiã defuturam mihi cupio mehercule nullã solicitudinem esse residuã.i.reliq̃, hoc est uolo penitus extirpare inimicos reip. Sed si fuerit.s. aliqua solicitudo residua,ego ne cedã animo nec beneuolẽtiæ,nec patientię.i.pseuerãtiæ cuiusquã ꝓ uobis,i.derelictis uobis.Ego qdem do operã,ut incitẽ ẽt Lepidum ad societatẽ huius rei,s.opprimendi Antonij,& polliceor ei oĩa obseq,si modo uolet respicere.s.misericorditer,& fauenter remp. Ego utor in hac re fratre meo,& Laterẽse nr̃o, & Furnio nostro.s.cõibus amicis adiutoribus & interpretibus.i, quasi intercessoribus , & significatoribus uoluntatis meę Offensiones priuatæ.i, lęsiones priuatorũ hominum, aut quas priuatim fecero , non impedient me quo minus sentiam pro salute reip.etiã cũ inimicissimo , Quod si nihil,pro fecero.s. enitendo pro rep. nihilominus ego sum maximo animo,& satis faciam uobis.i.uestrę cupiditati fortasse maiore animo,cum gloria mea, hoc est si uincere non potero,& alios in sẽtentiam meam attrahere,paratas sum pro Rep.fortiter pugnando,si sors dabit cadere.quod gloriosius erit,quàm uerbis uicisse. Fac sup.ut ualeas, & diligas me mutuo.i.qd mutuo facturus es.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Scribit Planco quàm grata fuerint, & sibi, & senatui literæ illius: hortaturque eodem illo superiore argumento ad remp.defendendam.

CIC. PLANCO, IMP. COS. DES. S. D. 12

E*T SI reip.causa maxime gaudere debeo , tantum ei te præsidij, tãtum opis attulisse extremis pene temporibus; tamen,ita te uictorẽ cõplectar rep.recuperata,ut magnã partẽ mihi lætitiæ tua dignitas afferat:quã,& esse iã,& futuram amplissimã intelligo. caue.n.putes,ullas literas unq̃ †gratiores, q̃ tuas,in senatu esse recitatas . idq; contigit tũ meritorũ tuorũ in remp.eximia quadã magnitudine , tum uerborum sententiarumq; grauitate . quod mihi quidem minime nouum:qui,& te nossem,& tuarũ literarum ad me missarum promissa meminissem,& haberẽ à Furnio nostro tua penitus consilia cognita:sed senatui maiora uisa sunt,q̃ erant expectata,non q unq̃ de tua uoluntate dubitasset, sed nec quantum facere posses,nec,quò progredi uelles,exploratum satis habebat.itaq; cũ ad vij.id. Apr.mane mihi tuas literas M.Varisidius reddidisset,easq; legissem,incredibili gaudio sum elatus, cumq; magna multitudo optimorũ uirorum, & ciuiũ me deduceret, feci cõtinuo oẽs participes meæ uolũtatis.interim ad me uenit Munatius noster,ut consueuerat , & ego ei literas tuas † ostẽdi,nihil dũ.n sciebat.nam ad me primũ Varisidius, idq; sibi a te mãdatũ esse dicebat.paulo post idẽ mihi Munatius eas literas legẽdas dedit,quas ipsi miseras,et eas,quas publice.placuit nobis , ut statim ad Cornutũ p̃torẽ urbis literas deferremus,q. q cõsules aberant, cõsulare munus sustinebat more maiorũ.senatus est cõtinuo cõuocatus,frequensq; cõuenit pp famã,atq; expectationẽ tuarũ literarũ.recitatis literis oblata religio Cornuto est,pullariorũ admonitu,non satis diligẽter eũ auspitijs operã dedisse.idq; à nostro collegio cõprobatũ est.itaq; res dilata est in posterũ. eo autem die magna mihi fuit pro tua dignitate contentio cũ Seruilio. qui cũ gratia effecisset,ut sua sñia prima pronunciaretur: frequens eũ senatus reliquit,& in alia oĩa discessit, meaq; sñiæ, q̃ secunda pronũciata erat,cũ freques assentiretur senatus, rogatu Seruilij P.Titius intercessit. res in posterũ dilata.uenit paratus Seruilius,Ioui ipsi iniquus,cuius in tẽplo res agebatur.hũc queadmodũ fregerim , quãtaq; contẽtione Titiũ intercessorẽ abiecerim,ex aliorũ te literis malo cognoscere, unũ hoc ex meis,senatus grauior, cõstãtior,amicior tuis laudibus esse nõ potuit, q̃ tum fuit.nec uero tibi senatus amicior,q̃ cuncta ciuitas.mirabiliter.n.populus R.uniuersus, & omniũ generũ, ordinũq; consensus ad liberandã rẽp,cõspirauit.perge igitur,ut agis,nomẽq; tuũ cõmẽda immortalitati ; atq; hæc oĩa;q̃ habẽt speciẽ gloriæ collecta inanissimis splẽdoris insignibus,cõtẽne: breuia, fugacia,caduca existima.uerũ DECVS in uirtute positum est;quæ maxime illustratur magnis in remp.meritis. eam facultatẽ habes maximam, quã quãdo complexus es,& tenes; perfice,ut ne minus resp.tibi.quã tu reip.debeas.me tuæ dignitatis non modo fautorẽ , sed etiã amplificatorẽ cognosces. id tum reip. quæ mihi est mea uita carior,tamen nostræ necessitudini debere me iudico . Atque in his curis , quas contuli ad dignitatem tuam, cepi magnam uoluptatem, q bene cognitam mihi T.Munatij prudentiam,& fidem,magis etiam perspexi in eius incredibili erga te beneuolentia, & diligẽtia. 3.id.April. Vale.*

† alias, grauiores

† alias, dedi

E*TSI reip.*] Cum scripsisset Planc primum ad Cic. de uoluntate sua erga rẽp.Deinde ab S P.Q R.rñdit Cic, quanti fecerit illas literas ad se scriptas , deinde quanti etiam senatus eas, quas publice scripserat , unde hortatur eum , ut pergat ita facere , sicut instituit ; & existimet ueram gloriam in uirtute positam.postremo declarat Munatij incredibilem erga eum beneuolentiam. [Præsidij]Tutelę ad terrendum hostes. [Opis attulisse] HVB

Ad cos

Ad eos frangendum qui rēp.oppugnatent.[Pene extremis tēpo
ribus)Cū uideretur esse in summa desperatione.[Ita cōplectar)
Ita carū habeā.[Amplissimā) Maximā.[Caue.n.putes lr̄as).i.no
li putare.[Magnitudinē tū meritorū,)qa cōtulisti maxima bn̄fi
cia in rēp.ex quo oīa tua uidentur maioris grauitatis.[Promissa
tuarū literarū).i.ea, quę mihi in tuis lr̄is ꝓmiseras .[A Furnio)
Cui tua cōsilia mihi exponēda mādaueras:ut supra uisum ē.[Ex
pectata) Sperata.[Quo) Quousq;.[Elatꝰ subleuatus,ē aūt mos ita
dicēdi.[Deduceret)Comitaret.[Feci participes oēs) Oībus oñdi
literas tuas.ex quibus tm̄ uoluptatis capiebā.[Nihil sciebat) Te
ad me scripsisse [Primū) Anteq̄ ad Munatiū. [Quas publice).s.
miseras.[Cornutū,prætorē) Is fuit, q postea,ut scribit App.seip-
sum interemit.[Cōsulare munus) Onus,& offm̄ consulū.[Cōsu-
les) Hirtius,& Pansa, qui Mutinā uersus ierāt,frequēs,oīs. [Fa-
mā) Quæ iā erat lr̄is tuis. [Expectationē) De aliquibus rebus no
uis.[Oblata) Obiecta.[Religio) Ne eo die recitarētur literæ tuæ,
quia esset cōtra auspicia,sicut pullarij admonuerāt,erāt aūt pul
Pullarij larij aruspices,q pullis,ex qbus auspicia captabāt, p̄erant pullis
aūt in auspicijs,ut scribit Festus potissimū dabatur plus.[Nō de
disse operā auspicijs).i.nō recte captasse auspicia.[Colegio) Au
gurū,inter quos Cic. erat.[Gratia fecisset).i.gr̄a obtinuisset.[As
sentiret) Approbaret eadē.[Intercessit) Impediuit,de quo uerbo
diximus satis multa in 1.li.[In tēplo) Quia eramus in capitolio
qđ est cōsecratū Ioui.[Fregerim] Vicerim,deiecerim [Interces-
sorē) Impeditorē sn̄ię meę,ut supra Titius ītercessit. [Ex meis)
.s.uolo te cognoscere (Tū) Eo die[Oīum generū) Nobiliū & ple
beiorū.[Ordinum) Senatorū equestrium,&c.[Conspirauit) Con-
sensit [Speciem) Apparentiam.non.n.sunt uera bona,sed opina
tiua[Inanibus) Vanis. [Verum Decus) Sententia, & exornatio.
[Maxime) Præcipue,licet & alijs rebus.[Id tum).i.existimo me
esse obligatum ita pro te facerer tū causa reip.cuius es defensor,
tum propter necessitudinem,quæ inter nos est.

ASC. *ETSI reip.*]Cū scripsisset Plancus ad Cic.& senatū de uolunta
te sua in rēp.oñdit Cic.quanti literas illas fecerit, hortaturq; ut
ꝑgat uerā gloriā uirtute assequi.docetq, Munatij erga ipsum bn̄
uolentiā.Ordo est:Etsi.i.q̄q̄ ego debeo maxime gaudere cā Reip.
attulisse ei penè.i.quasi extremis.i.ultimis tp̄ibus.i quibus ꝓuin
cia habenda est,tunc aūt cum sentirēt ad successorē pfectæ rei ꝑ
uenturā raro magna inceptare solebāt,tm̄ pręsidij,& ꝓtectionis
honorificę,& custodiæ, tm̄ opis i.auxilij,tm̄ ita.i.sic,& cōpreca-
tiua locutio,cōplectar te.i. p̄cor ut detur mihi te cōplecti rep.re-
cuperata,ut tua dignitas.s.quā ex uictoria cōsequeris,afferat mi
hi magnā partem lætitiæ, quam.s. dignitatem tuam ego intelli-
go,& esse iam,& futuram amplissimā.Enim.i.quia , caue sup. ut
aut ne putas ullas literas vnq̄ grauiores esse recitatas in senatu,q̄
tuas.Et id.s quòd grauissimæ æstimatę sunt,cōtigit tum.i.simul
eximia quadam magnitudine meritorum tuorum in rep.tum
.i.simul grauitate uerborum , & sn̄iarum . quod minime nouum
sup.fuit quidem.i.certe,aut saltem ut de alijs taceā mihi qui , &
.i.simul nossem te, & meminissem.i.memoria tenerem promis-
sa literarum tuarum missarum ad me. & haberē à Furnio nostro
consilia tua penitus cognita . Sed sup. quæ scripsisti , erant uisa
senatui maiora,q̄ erant expectata,non ꝙ.s.senatus dubitasset un-
quam de uoluntate tua,sed supp. ꝙ nec habebat satis exploratū
.i.cognitum quātum posses facere,nec quò.i.usque,ac quantum
laboris,& periculi uelles progredi.s ꝓ rep.Scripserat.n.quòd ad
mortē usq; ꝓ ea certare uellet.Itaq; cum Varisidius reddidisset
mihi literas tuas ad vij.Idus,hoc est ad vi.diem Aprilis,& ego le
gissem eas,ego sum elatus.i.supra me raptus incredibili gaudio.
Cumque.i.& cum magna multitudo optimorum uirorum , &
ciuium deduceret me.s.in senatum,aut forum de domo.s. priua-
ta . ego feci continuo oēs participes uoluptatis meæ .i. iudica-
ui oībus tuā uolūtatem in rēp.de qua ęque gauisi sunt,ac ego.In
terim Munatius noster uenit ad me,ut cōsueuerat,ac ego dedi ei
lr̄as tuas.nihil .n. sciebat dum.i.tūc adhuc.Nā Varisidius,sup.ue
nerat primū ad me,& dicebat id.s.ut primū ad me ueniret,eē mā
datum sibi à te.Idem Munatius dedit mihi paulò post legendas
eas literas,quas tu miseras ipsi.Et eas,quas miseras publice.s. re-
citandas in senatu.Placuit nobis,ut deferremus statim literas ad
Cornutum prætorem urbis.s.Romæ,qui.s.Cornutus substinebat
munus consulare.i.fungebatur officio consulari , eo ꝙ consules
aberant,more maiorū.i.sicut apud maiores,& priscos Romanos
prętor urbanus fungebatur officio consulū absentiū.Senatus est
cōtinuo cōuocatus,& conuenit frequens pp famā atq; expecta-
tionem literarū tuarum Literis.s.tuis recitatis.i.postquā erant re
citatæ,religio.i. metus de nō seruato auspicio,est oblatus.i.obie-
ctus Cornuto admonitu pullariorū.i.eorū qui pullos ad auguria,
& auspicia nutritos obseruabant,eū nō satis diligenter operā de-
disse,est cōprobatum sup.à collegio nostro,uidelicet augurali.
Itaq;.i.& ita res est dilata in posterum.i.in diem sequentem.Aūt
.i.sed magna contentio supp.fuit mihi,eo die.s.postero cum Ser
uilio pro dignitate tua.s.tuenda , qui .s. Seruilius cum effecisset
gratia.i.fauore quorundam,ut sn̄ia sua pronunciaretur prima,
frequens senatus.i.plurima pars senatus,reliquit eum .i. non est
secutus aut secuta sn̄iam eius,& discessit in alia oīa.i.ꝓbasset po
tius alia oīa quam quæ à Seruilio dicebantur, & cum frequēs se
natus assentiretur meæ sn̄iæ q̄ pronūciata erat secunda. P.Titius
intercessit.i.se apposuit,rogatu.i.ob preces.Seruilij.Res est dila-
ta in posterū.i.in diem rursus sequentem Seruilius uenit paratus
.s.ad resistendū sn̄iæ Ci. iniquus ipsi. Ioui.s.auctori reip. Roma-
næ,in cuius templo res agebatur.Ego malo.i. magis uolo te co-
gnoscere,ex literis aliorū sup.q̄ ex meis,quemadmodum ego fre
gerim hunc.i.impetum huius.s. Seruilij & quanta conten tione
abiecerim Titium intercessorem.i.repugnatorē sn̄iæ meæ. Volo
sup.te cognoscere,aut cognosce,hoc vnū ex meis sup .literis.Se-
natus non potuit esse grauior,cōstantior,amicior tuis laudibus,
q̄ fuit tum.i.tunc. Nec uero senatus sup. est amicior. i. fauentior
tibi,q̄ tota ciuitas.Enim.i.quia,P.R.uniuersus,& consensus om-
nium generum, & ordinum cōspirauit.i. cōsensit mirabiliter ad
liberādum remp.Perge.i.procede, & perfice inceptum igitur ut
agis,& commenda nomen tuum immortalitati. quia constitue-
rat Plancus aut remp.cum solicitudine liberare,aut pro ea mori.
Atq; contemne hæc omnia,quæ habent speciem.i.similitudinē
gloriæ,sed non ueram gloriā,utpote lecta insignibus inanibus.i.
friuolis,splēdoris.i.magistratus clari,hoc est ex honoribus,sine
uirtute acqsitis,& existima breuia,quia diu durare nō pn̄t,cū bre
uis sit hoīs uita.fugacia,qa ēt si uita pduraret hominū destituere
solent,& cito ad alium transfugere, & caduca , quia per naturā
suam sunt instabilia,splēdor.n. ille q in principio magistratuū
est cito languescit.Verū.i.solidū, & perpetuū decus est positū in
uirtute,q̄.s.uirtus illustraṫ,maxime magnis meritis in rēp. Tu
habes eā facultatem.s. cōferendi magna merita in rēp. maxima,
quā.s.facultatem,qn̄.i.qm̄ complexus.i.aggressus es,tene, & per
fice.ut ne.i.nō minus resp.debeat tibi,q̄ tu debeas reip. tu cogno
sces me non mō.i.non solū fautorem,sed ēt amplificatorē digni
tatis tuæ.Ego iudico me debere id.s. ut sim amplificator dignita
tis tuæ,tum.i.simul, reipub.quæ est mihi carior uita mea,tū.i.si-
mul necessitudini nostrę.s.à patre tuo primū cōtractæ. Atq; ego
cepi magnā uoluptatem in his curis, quas contuli ad dignitatē
tuam,ꝙ perspexi prudentiam,& fidem Titij Munatij cognitam
mihi bene.i.multum ēt magis.i.amplius quam prius,incredibili
beneuolentia,& diligentia eius erga te.Datum &c.

TVA dignitas affert]Antea legebatur,afferat.nos , affert , ex PAVL.
uetusto libro,quē hēt Ioānes Scala.est aūt sensus:ita mihi detur MAN.
te uictorem complecti repu.recuperata, ut mihi magnā lętitiæ
partem tuam dignitas affert.verbum complectar,qui crediderūt
esse indicatiui modi;uocem, affert,ut ipsi putabant,emēdarunt,
ut ego existimo,deprauarūt[Breuia,fugacia,caduca existima) In
uoce fugacia,uetusti libri dissentiūt,alij,fugacia,alij,fugatotia;
alij,fugato,habent.ego,etsi uulgata lectio sensu non caret,tn̄ li-
bentius legerem,fucata,ut translatio sit à mulieribus,quarum sę
pe nitor non naturalis,sed fucatus est,ideoq; breuis, & caducus.
hæc,inquit,fucata existima,quoniā uerum splendorem non ha
bent,sed collecta sunt inanissimi splendoris insignibus. Cœlius

APVD Plin.præmissa uini uocantur primitiæ . Hermolaus Rhod.
emendans,promissa reponit,publica lectione expuncta.mihi au Antiq.
tem mire arridet verbum præmissa , ut intelligamus primitias Lect. li.
quasdam,sicuti præmissa sacrorum dicūtur.Vtitur eo vocabulo, 3. c. 20.
& M.T.epis.quadam ad Plancū.Et tuarū , inquit, literarū p̄mis-
sa meminissem.!Etiā si ī uulgatis modo codicibus passim scriptū
inuenias,promissa nō præmissa:sensu nullo,aut leuissimo.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

*Cupit testatam Planco suam ergo illum uoluntatem in augenda di
gnitate facere:hortaturq; bellum cum Antonio inchoatum conficiat.*

CIC. PLANCO IMP. COS. DES S.P.D. 13

*VT primum potestas data est augendæ dignitatis tuæ, ni
hil prætermisi in te ornādo,quod positū esset, aut in p̄-
mio uirtutis,aut in honore uerborū.id ex ipso S.C.poteris co-
gnoscere:ita.n.est perscriptum,ut à me descripto dicta sn̄ia est:
quam senatus frequens secutus est summo studio, magnoque
consensu.ego quamquam ex tuis literis quas mihi misisti,per
spexeram,te magis iudicio bonorum,q̄ insignibus gloriæ dele-*

stari: tamen considerandum nobis existimaui, etiam si tu nihil postulares, quantum tibi à repu. deberetur. tu contexes extrema cum primis: qui enim M. Antonium oppresserit, is bellum confecerit. itaque Homerus non Aiacem, nec Achillem, sed Vlissem appellauit † πτολίπορθον. Vale.

†.i. urbis direptorem.

HVB. VT primum] Scribit Cic. satis cognosci posse ex S.C. quod de Planco perscriptum est quanta diligentia usus sit in augēda eius dignitate. Postremo eum hortatur, ut conficiat bellum inceptum, hoc est, ut M. Ant. opprimat, si uelit summam gloriam assequi. [Ornando) Commendando, Teren. munus nostrum ornato uerbis. [Senatusconsulto] Quod de tua dignitate factum est, perscriptum, notatum cum consensu totius senatus. [Vt à me dicta est sententia) Sicut ego sensi, & dixi. [Iudiciū bonorum] Qd boni uiri de te recte sentiant. [Insignibus) Ornamentis, sunt laudes senatorum statuæ, & similia ornamēta. [Oppresserit) Deuicerit, subegerit. [Confecerit) Finierit [Itaque Homerus) Ostendit summam gloriam esse in fine rerum, non in principio. [Aiacem, nec Achillem) Licet fuerint fortissimi. [πτολίπορθον) Vrbis expugnatorem, q finem dedit bello, πορθέω.n. pugno significat. πόλις urbs, poetæ interdum addūt, πτολίμος pro, πόλεμος, & ita πτόλις pro πόλις dr ēt πτολίπορθος sumpsit ex Homero colorē. Ouid. lib. 13 Metam. ut introduceret Vlyssem iactantem se his uerbis.

Iam labor in fine cum, obstantia fata remoui,
Altaque posse capi faciendo pergama cepi.

ASC. VT primum &c.] Dicit Plancum ex S. C. perspicere posse quantum ipse Cic. pro eius dignitate contēderit. Hortaturq. ut bellum cū Antonio cōficiat. Ordo est: Vt.i. ibi primū potestas augendæ dignitatis tuæ est data.i. concessa, & facta mihi, nihil ꝑtermisit in te ornando, quod positum esset, aut in ꝑmio uirtutis, aut in honore uerborum. Tu poteris cognoscere id.i. quod ita fecerim ex ipso S.C. quod missum erat ad Plancum, & de Planco augendo. Ita.n. sup. S.C. est perscriptum, ut sñia dicta est a me de scripto.i. de eo scribendo, quam s. sñiam meam senatus frequēs .i. plurima pars senatorum secutus est summo studio, & magno cōsensu. Ego q̄q̄ perspexeram ex literis tuis, quas misisti, te magis delectari, iudicio bonorū, ut sūt reipu. fautores, q̄ insignibus gloriæ, tñ exstimaui considerandum sup. esse nobis, et si tu nihil postulares, quantum deberetur tibi à repu. Tu contex. es.i. cōferes extrema.i. præmia, & gloriam cum primis.i. cū sudore & labore, ac periculis. Labor aūt erit in opprimendo Antonio, Præmium, summus in rep. locus. Qui.n. oppresserit M. Antonium, is confecerit.i. finierit bellum. Itaq; Homerus non Aiacem, nec Achillem, appellauit πτολιπορθον.i. urbis populatorē, & expugnatorē, quamuis uterque esset fortissimus bellator, sed Vlyssem, qui cū do cōsilio plus ualuit, q̄ illi uiribus, q.d. consilio potius quam uiribus contra Ant. contēdendum πτολίπορθος, & pro eodem πτολεόπορθος dicitur à nomine πτολίεθρον, quod est oppidum, seu urbs, & uerbo πορθέω, quod est populo.i. oppugno.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Laudat uoluntatem Planci: hortaturq;, ut in eo ꝓposito ꝑseueret.

CIC. PLANCO, IMP. COS. DES. S. P. D. 14

O Gratam famam biduo ante uictoriam, de subsidio tuo, de studio, de celeritate, de copijs. atqui, etiā hostibus fusis, spes omnis in te est: fugisse.n. ex prælio Mutinensi dicuntur notissimi latronum duces: Est autem non minus gratum extrema delere, quàm prima depellere. equidem expectabam iam tuas literas, idque cum multis, sperabamque etiam Lepidum, temporibus, tecum, & reipubl. satis esse facturum. in illam igitur curam incumbe mi Plance. ut ne qua scintilla teterrimi belli relinquatur. quod si erit factum, & remp. diuino beneficio affeceris. & ipse æternam gloriam consequere iij. id. Maij. Vale.

HVB. O Gratam] Sicut Planc. supra scripsit ad Cice. direxerat iter Mutinam uersus, ut succurreret Brut. obsesso, cum e itinere factus certior ī M. Ant. fusum, & Brutū liberatum. Cic. igitur ita laudat eius propositum, & uoluntatem succurrendi Brut. ut præ lętitia exclamet. ostendit autem quanta spes sit in eo, & in eius exercitu, hortaturque, ut ita incumbat in curam reipub. ut nullæ reliquiæ belli restent. [O gratā famam) Exclamatio præ lætitia. [Victoriam) Contra M. Ant. apud Mutinam. [De celeritate) Veniendi, ut Bruto subuenires. [Hostibus fusis] A te in Gallia. [Latronum) Qui contra rempu. pugnāt. [Delere] Tollere. [Extrema) Finem, Cum. s. expectabam literas tuas. [Temporibus) Cum uideret M. Ant. male successisse. [Scintilla) Particula, bellum.n. cōparatur igni, siue incendio, particula igitur belli rectè comparata est scintillæ, quę est particula ignis.

O Gratam] Gratulatur Planco, ꝙ bonam famam consecutus sit sine dispendio, nam bellum ad quod operam suam pollicitus erat confectum erat biduo post. Hortatur tamen ad reliquias delendas, dicens. O famam gratam sup. sparsam biduo ante uictoriam de subsidio tuo, de studio in rēp. de celeritate, de copijs, atque ēt de hostibus fusis. s. à te in Gallia. Spes oīs est in te. Enim .i. quia, nouissimi duces, Latronū.i. Antonianorū dn̄r fugisse ex prœlio Mutinensi.i. apud Mutinā commisso. Aūt.i. sed, non minus gratum.i. utile, & acceptum est delere extrema. belli, q̄ depellere prima. Equidem.i. ego quidē expectabam iā literas tuas, idque.i. & id, sup. feci cum multis, quia et alij multi eas expectabant. Et sperabā ēt Lepidum admonitum tēporibus, quia res Antoniana cœperat labi, esse sup. tecū, & satisfacturū reip. Igitur ò mi Plance incumbe in illam curam, ut ne qua.i. non aliqua scintilla.i. particula, uel minima pars, q̄ ut scintilla magnum posset incendium excitare. bellū autē nunc diluuio nunc incendio comparari solet. belli teterrimi.i. exercendi eo ꝙ contra rempu. cepti. relinquatur. Qd si ita erit factum. s. per te, tu affeceris.i. afficies remp. beneficio diuino.i. æterno, aut diuino incōparabili, & ipse consequere.i. obtinebis gloriam æternam. Dat. & c.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Nunciat Ciceroni, quid pro rep. ut Antonium opprimeret, egerit cum Lepido.

PLANCVS IMP. CICERONI S. D. 15

HIs literis scriptis, quæ postea accidissent, scire te, ad rēp. putaui pertinere. Sedulitas mea, ut spero, & mihi & reip. tulit fructum. nanque assiduis internuncijs cum Lepido egi, ut, omissa omni contentione reconciliataq; uoluntate nostra communi consilio reip. succurreret; se, liberos, urbem, pluris, quàm unum ꝑditū abiectūq. latronē putaret: obsequioque meo, si ita faceret, ad omnes res putaretur. profect itaque per Laterensem inter nuncium: fidem mihi dedit, se Antoniū, si prohibere sua prouincia non potuisset, bello persecuturū. me, ut uenirem, copiasque coniungerem, rogauit, eoq; magis, ꝙ & Antonius ab equitatu firmus esse dicebatur, et Lepidus ne mediocrem quidem equitatū habebat: nam etiam ex paucitate eius, non multis ante diebus, decem, qui optimi fuerant, ad me transierunt. quibus rebus ego cognitis, cunctatus non sum; in cursu bonorū consiliorum Lepidum adiuuandū putaui. aduentus meus quid profecturus esset, uidi: uel quòd equitatu meo persequi, atque opprimere equitatum eius possem: uel quòd exrcitus Lepidi eam partem, quæ corrupta est, & ab rep. alienata, & corrigere, & coercere præsentia mei exercitus possem. itaq; in Isara, flumine maximo, qd̄ in finib. est Allobrogū ponte uno die facto, exercitum ad iiij. id. Maij traduxi. cum uero mihi nunciatum esset, L. Anto. præmissū cum equitibus, & cohortibus ad Forum Iulij uenisse, fratrē cum equitum quatuor millibus, ut occurreret ei, misi ad pridie id. Maij: ipse maximis itineribus cum quatuor legionibus expeditis, & reliquo equitatu subsequar. si nos mediocris modo fortuna rei adiuuerit: & audaciæ perditorum: & nostræ solicitudinis hic finem reperiemus. quod si latro, præcognito nostro aduentu, rursus in Italiam se recipere cœperit: Bruti erit officium, occurrere ei: cui scio nec consilium, nec animum defuturum. ego tamen si id acciderit, fratrem cū equitatu mittā, qui sequatur, Italiāq; a uastatione defendat. Fac ualeas, meque mutuo diligas.

HIS literis scriptis] Quidquid alij dicant, ego ita sentio hanc epist. ponendam fuisse statim post illam, quæ incipit: Immortales ago tibi gratias, idque utriusq; epistolæ materia facile declarat, imò vr̄ hoc potius fuisse finis, & pars illius epistolæ, q̄ epist. separata. Nam cum illic scripsisset se daturum operam, ut traheret Lep. in societatem suam ad tuendam remp. depositurū oēs priuatas offensiones pro reip. salute, in hac parte scribit se id effecisse. s. e.n. cū Lep coniunctū esse. Quod cur fecerit, reddit rōnē dicit, quid egerit & acturus sit, ut M. Ant opprimatur. [His] Intelligit eas, quas diximus post quas ēt ante, q̄ misisset, subiuxerat HVB.

rat hanc partẽ de coniũctione ſua cũ Lep. [Internuncijs) Mediatoribus.ſ. Laterenſe, & Furnio [Oĩ contentione) Quã mecum habebat [Liberos] Cũ quibus male eſſet actũ, ſi reſp. perijſſet. [Vnũ latronẽ) Antoniũ. [Abuteretur).i. bene, & male uteretur, dũmõ reip. ſuccurreret. [Prouincia Hyberia. ut ſcr. Appi. [Firmus ab equitatu).i. munitus equitibus, firmus per equites. Eſt aũt ornatus dicendi mos, ut Cic. fuit clarus ab eloquentia.i. per eloquentiam [Ne mediocrẽ quidem).i. ẽt nimiũ. [Ex paucitate.i. ex paucis, quos habebat. [Decẽ) Equites [Non ſum) Non feci morã [In curſu bonorum conſiliorũ) In expediendis bonis conſilijs [Eã partem) Exercitus Lep. q̃ eſt corrupta, quidã.n. ex militibus Lep. male ſentiebant de rep. quos uidebat ſe poſſe corrigere: & ad rẽp. reducere, ſi ad Lep. ueniſſet, [Forum Iulij) Vrbs Gall. Octauianorũ colonia nõ longe ab Antipoli, quæ Alpes tangit, neq; ut quidã expoſuit, ex qua nũc vulgo appellãt Friuolum cũ longiſſime Gallia diſtet ubi nunc erat Planc. [Occurreret ei] Opponeret ſe ei. [Maximis itineribus) celerrimis, cõfectis multis milliarib. in uno die. [Legionibus) Peditũ [Modo) Tm̃modo. [Perditorũ) Sceleratorũ, qui rẽp. oppugnãt. [Latro) Ant. quẽ ubiq; per cõtumeliã appellat latronẽ. [Rurſus) Sicut fecerat, cũ ex Gallia ſecutus fuerat Bru. cum eum obſedit Mutinæ [Animã) Audaciam. [Qui ſequatur).ſ. ipſum Ant. [A vaſtatione) A depopulatione quam facturus eſſet Ant. ſi rurſus in Italiam ſe recepiſſet.

ASC. *HIS literis &c.*] Dicit ſe feciſſe q̃ pollicitus erat in epiſt. cuius principium eſt: Immortales &c. Vnde vr̃ poſt illam ponenda. Ordo eſt: Ego putaui pertinere ad remp. te ſcire ea, quæ accidiſſent his.ſ. ſuperioribus literis. Immortales. &c. ſcriptis. Sedulitas mea tulit.i. attulit, ut ſpero fructũ.i. utilitatẽ, & mihi & reip. Nanq; egi cũ Lepido aſſiduis internuncijs, ut oĩ contentione omiſſa, & uoluntate nr̃a, beneuolentia inter nos reconciliata ipſe ſuccurreret reip. conſilio cõi, & putaret.i. exiſtimaret pluris, ſe.ſ. ipſum. liberos.ſ. ſuos, & urbem.ſ. totã, q̃ unum latronem perditum, & abiectum, uidelicet Ant. & ſup. dixi agendo cũ eo, qđ abuteretur.i. ad uoluntatem, ſuam non parcendo uteretur. Nam abuti eſt abſumere res utẽdo eis, unde abutimur uino, oleo, &c. utimur ueſtibus, & domo, &c. neq; capitur hic in malam partẽ, ſed in liberam, obſequio meo ad oẽs res, ſi faceret ita. Itaq; ego profeci per Laterenſem inter nuncium, nam ſup. dedit mihi fidẽ.i. ſancte promiſit ſe perſecuturũ bello Antoniũ ſi non poſſet prohibere.i. arcere prouincia ſua. Rogauit me, ut uenirẽ, & coniungerẽ copias.ſ. meas cũ ſuis, & eo magis ſup. rogauit, & q̃ Antonius dicebatur eſſe firmus.i. firmiter munitus ab equitatu, & Lepidus ne quidẽ.i. non ſaltẽ mediocrem hẽbat equitatũ. Nã ẽt decem.ſ. equites, qui fuerant optimi, trãſierunt ad me ex paucitate eius.i. quã ipſe habebat, non multis diebus ante.ſ. q̃ me rogaret, quibus rebus cognitis, ego nõ ſum cunctatus.i. immoratus, putaui Lepidũ adiuuandũ in curſu.i. tantiſper dũ eſſet in curſu bonorũ conſiliorum. Vidi.i. animaduerti, quid aduentus meus eſſet profecturus.i. utilitatis facturus, uel quod poſſem, & corrigere, & coercere p̃ñtia.i. per p̃ñtiam exercitus mei, eã partẽ, & exercitus Lepidi. q̃ eſt corrupta, ſ. donis, aut pollicitationib. Antonianis, & alienata ab repub. Itaq; ponte facto uno die in Iſara flumine maximo, qđ eſt in finibus Allobrogũ: eſt tñ minus Rhodano, ſed Rhodanus ſecat Allobrogos à Gallis: traduxi exercitũ ad 4. id. Maij. Cum uero nunciatũ eſſet mihi Luc. Antonium fratrẽ Marci p̃miſſum cum equitatib. & cohortib. ueniſſe ad Forũ Iulij urbẽ Galliæ nõ longe ab alpibus, miſi fratrẽ ſup. meum cum quatuor millibus eqtum ad ij. id. Maij, ut occurreret, & ei ſubſiſteret, ei.ſ. Luc. Antonio. Ipſe.i. ego ſubſequar maximis intineribus cum quatuor legionib. expeditis, & reliquo equitatu. Si mõ.i. dũmõ mediocris fortuna reipu. adiuuerit, nos requirimus hic.i. in hoc conflictu finem, &.i. ſimul audaciæ perditorum ſ. hominum. & ſolicitudinis noſtræ, quod ſi latro.ſ. Antonius ceperit recipere ſe.i. redire tanquã in locum tutiorem in Italiã, rurſus.i. iterum cognito aduẽtu noſtro, erit officium Bruti occurrere ei, cui.ſ. Bruto, ſcio nec conſilium, nec animum defuturum. Ego tñ ſi id acciderit.i. ſi redierit in Italiã, mittã fratrẽ ſup. meum cũ equitatu, q ſequatur ſup. eum, & defendat Italiam à uaſtatione, quam Antonius eſſet facturus. Fac ualeas, & diligas me mutuo.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Quãta fuerit ſenatus erga Lepidum uoluntas poſt recitatas literas: narrat: hortaturque Plancum. ut ſtrenue pro rep. laboret.

CICERO PALNCO S. D. 16

NIHIL poſt hominum memoriam glorioſius, nihil gratius, ne tempore quidem ipſo opportunius accidere uidi, quam tuas Plance literas: redditæ ſunt.n. frequenti ſenatu Cornuto, cum is frigidas ſanè, & inconſtantes recitaſſet literas Lepidi. ſub eas ſtatim recitatæ ſunt tuæ non ſine magnis quidem clamoribus: cum rebus.n. ipſis eſſent, & ſtudijs, beneficijsq; in remp. gratiſſimæ, tum erant grauiſſimis uerbis, & ſententijs. flagitare ſenatus inſtitit Cornutum, ut referret ſtatim de tuis literis. ille ſe conſiderare ait uelle. cum ei magnũ conuicium fieret cuncto à ſenatu, quinq; trib. pl. retulerunt. Seruilius rogatus rẽ diſtulit. ego eam ſententiã dixi, cui ſunt aſſenſi ad unum. ea quæ fuerit, ex S.C. cognoſces. Tu, quanquam conſilio non eges; uel abundas potius, tamen hoc animo eſſe debes, ut nihil huc reijcias, ne ue in rebus tam ſubitis, tãque anguſtis à ſenatu conſiliũ petendum putes. ipſe tibi ſis ſenatus. quocunque te ratio reipu. ducet, ſequare. cures, ut ante factum aliquod à te egregium audiamus, q̃ futurum putarimus. illud tibi promitto, quidquid erit à te factum, id ſenatũ non modo ut fideliter, ſed etiam ut ſapienter factum comprobaturum. Vale.

NIHIL] Hæc epiſt. eiuſdem ferè eſt argumẽti, cuius illa, quæ incipit: Etſi reip. cauſa, oſtendit.n. q̃ gratæ fuerint Plãci literæ in ſenatu, quibus declarauerat animum ſuum, & uoluntatẽ erga remp. hortatur aũt, ut pergat, neq; petat cõſilium à ſenatu quid ſit facturus, quia quidquid fecerit, aſſirmat approbatum iri à ſenatu tanq̃, & fideliter, & ſapienter geſtũ. [Cornuto) Prætori, qui ut ſupra uidimus, gerebat uices conſulum abſentium. [Frigidas) Nõ multũ graues, uel certè, in qbus nõ declarabat p̃ptus animus Lepidi. [Sub eas).ſ. literas frigidas Lepidi. [Clamorib.) Fremitibus ex læticiæ plauſibus [Studijs) Quia oſtendebas uolũtatẽ tuã promptiſſimam. [Referret) proponeret. [Ad unũ).i. omnes, nemine excepto. ſic, Vir. Iuppiter omnipotẽs, ſi nõdũ exoſus ad unũ Troianos. [Ex S. C.) qđ eſt perſcriptũ. [Reijcias huc) Remittas huc Roma. ut non remittas ad ſenatum R. quando aliqd eris facturus, ut ipſe deliberet. [Anguſtis) Parui tẽporis, [Ipſe tibi ſis ſenatus.).i. cape conſilium a te ipſo loco ſenatus. [Ratio) Vtilitatis. [Nõ modo, ut fideliter, &c.].i. promitto ſenatum cõprobaturũ quidquid feceris, nõ ſolum quid feceris fideliter, ſed etiã quid feceris ſapienter. [Comprobaturum) Confirmaturum. HVB.

NIHIL] Eiuſdem eſt ferè argumenti cum illa. Etſi reipu. cauſa. oſtendit.n. quam gratæ fuerunt, ſenatui Planci literæ, hortatur, ut pergat hoſtes perſequi, neq; differat, donec conſilium à ſenatu acceperit. Ordo eſt: Nihil uidi accidere glorioſius, nihil gratius ne quidem.i. & non ẽt tempore ipſo opportunius poſt memoriam hoĩum.i. poſt tm̃ tẽporis, quantum homo poſſet memoria complecti, quam ò Plance literas tuas. Sunt.n. redditæ, ſenatu ſup. frequenti, Cornuto, i. à Cornuto prætore urbis, & conſulis officio fungente. Cum is.ſ. Cornutus recitaſſet literas Lepidi, frigidas ſanè.i. ualde frigide operam ſuam pollicẽtis, & incõſtantes, quia ambigue ſcriptas, tuę.ſ. literę recitatæ ſunt ſtatim, ſub.i. poſt eas quidem, id certe nõ ſine magnis clamoribus.i. clamationibus. Cum.n. literæ tuæ eſſent gratiſſimæ, reb. ipſis, & ſtudijs, & beneficijs in rempu. tum.i. multo magis erant plenæ grauiſſimis rebus, ac ſentẽtijs, ubi plenę cum ablatiuo contra Vallę opinionem. Senatus inſtitit.i. cæpit flagitare Cornutum, ut referret.i. conſultationem faceret ſtatim de literis tuis. Ille ait.i. reſpondit ſe uelle conſiderare, & cum magnũ conuicium fieret ei à cuncto i. ſimul toto ſenatu. quinque tribuni pl. retulerunt.i. in conſultationem attulerunt quid de literis tuis ſentiendum eſſet. Seruilius, quia aduerſarius rogatus .ſ. ſñiam, diſtulit rem.i. noluit tũc dicere. Ego dixi eam ſñiam, cui aſſenſi ſunt.ſ. ſenatores ad unum.i. uno dũtaxat Seruilio excepto Tu cognoſces ex ſenatuſcõſulto.ſ. ad te miſſo, quæ fuerit ea.ſ. ſententia mea. Tu quanquam non eges uel potius abundas cõſilio, tamẽ debes eſſe hoc aĩo, ut nihil reijcias.i. ex humeris tuis excuſſum trãsferas huc,.i. ad nos. ne ve putes cõſilium petendum à ſenatu in rebus tã ſubitis.i. ſubito faciendis, & tã anguſtis.i. tã modicum tẽpus ad deliberationẽ habẽtibus. Ipſe.i. tute ſis tibi ſenatus, ſequere te.i. cõſiliũ tuũ, quocunq; ratio reipub. deducet te. Cures, ut audiamus aliquod factũ egregie à te, antequã putaremus futurum. Ego promitto tibi illud quidquid factũ erit à te, id ſenatũ cõprobaturũ nõ modo, ut factum fideliter, ſed etiam, ut factum ſapienter. ASC. Error Vallæ. Ad unũ

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Narrat Ciceroni, quomodo inſtituerit Antonium uictum perſequi bello, ut finem tandem hiſce malis imponat.

PLANCVS IMP. CICERONI S. D. 17

ANTONIVS idib. Maij ad Forum Iulij cum primis copijs uenit. Ventidius bidui spatio abest ab eo. Lepidus ad forum Voconij castra habet. qui locus à Foro Iulij quatuor, & uiginti millia passuum abest: ibique me expectare constituit, quemadmodũ ipse mihi scripsit. quod si omnia mihi integra, & ipse, & fortuna seruauerit: recipio uobis celeriter me negocium ex sñia confecturum: Fratrẽ meum, assiduis laboribus, cõcursationibusq; cõfectũ grauiter se habuisse, antea tibi scripsi. sed tamẽ, cũ primum posse ingredi cœpit; nõ magis sibi, quam reipu. conualuisse se existimans, ad omnia pericula princeps esse non recusabat. sed ego eum non solum hortatus sum, uerũ ẽt coegi isto proficisci: q illa ualetudine magis cõficere se, quàm † me tueri posset in castris: & q acerbissimo interitu consulum rempu. nudatam, tali ciue prætore in urbanis officijs indigere existimabam. quod si quis uestrum non probabit, mihi prudentiam in consilio defuisse sciat; non illi erga patriam fidelitatem. Lepidus tandem, quod ego desiderabam, fecit, ut Appellam ad me mitteret, quo obside fide illius; & societatis in repu. administrãda uterer. studiũ in ea re suũ mihi L. Gellius; de trib. fratribus, Segauiano ꝓbauit; quo ego interprete nouissime ad Lepidum sum usus. amicum eum reipub. cognoscere uideor. libenterque ei sum testimonio, & omnibus ero, qui bene merentur. Fac ualeas, meq; mutuo diligas, dignitatemque meam, si mereor, tuearis, sicut adhuc singulari cum beneuolentia fecisti.

ANTONIVS] Postquã Ant. apud Mutinam superatus est, celeri cursu ad alpes se proripuit, sperans forte, ut Ventidius ei amicissimus ex Piceno, ubi erat cum tribus legionibus ad se ueniret, & Lep. & Plancus secũ cõiungerentur, sin aũt pergeret morari circa Mutinã, sicut quidã eius amici ei consulebant, fore ut contineretur à Lepido, & à Planco. Scriptũ. n. fuerat à senatu ad Lepid. Pl. & Asiniũ Pol. ut cum Ant. proximi forent, cum illo depugnarent. Plan. igitur scribit ad Cic. ubi sit Ant. & ubi sit Lep. & quemadmodũ sperat se oĩa confecturum ad utilitatem reip. Deinde quia miserat fratrum suum Rom. dicit quare miserit. quod si quispiam improbaret id factũ, dicit se non fratrẽ suũ accusandũ. [Id. Maij] Puto deesse, ad, ut sit ad id. Maias. [Primis) Electis uel quia Ventidius erat postea uenturus ex piceno cum tribus legionibus, ut scr. App. [Vẽtidius) Is primũ fuerat mulio, deinde militauerat sub Cæsa. eratq; amicissimus M. Ant. is fuit, q postea de Partis triumphauit, de quo Iou. Ventidius quid enim, qd Tullius anne aliud quam Sydus & occulti miranda potentia fati. [Spatio bidui) .i. quantum duobus diebus possit ad eum accedere. [Ad forum) .i. apud: ut, Prima quod ad Troiam pro caris gesserat Argis. Est aũt forum Voconij, ut hic docet Cice. oppidum trans alpes. [Integra) Sine aliquo impedimẽto, uel ita, ut ego deliberaui, ut nihil aliud innouetur. [Ipse) Lepidus, ut nõ mutet suĩam [Recipio) Promitto. [Ex sententia) Vt uolumus. [Concursationibus) Itinerationibus eundo modo huc, modo illuc [Cõfectum) Debilitatum. [Grauiter se habuisse) .i. uehementer, & periculose egrotasse [Ingredi) Incidere. [Sibi) propter se. [Princeps, Primus] Vt, Primus ante omnes densum Palinurus agebat Agmen. [Isto) .i. istuc. s. R. ubi tu es. [Conficere) Debilitare. [Consulum) Hittij, & Pansæ. [Tali) Qualis est frater meus, qui posset esse optimus prætor, deficientibus consulibus. [Quod) .s. fratrem meum esse missum Romam. [Mihi prudentia) .i. adscribat imprudentiæ meæ, non autem fidelitati illius erga patriam. [Appellam] Nomen proprium fortasse legati Lepidi, uel alicuius ei clarissimi.

Obsides [Obside] .i. apud me manente loco obsidis. dicũtur enim obsides, qui dantur in tutelam fidei. [Illius) .i. Lepidi. [Studium) Voluntatẽ. [Quo] Gellio [Interprete) Nuncio. [Sum testimonio) Quòd sit amicus reipu. [Qui bene merentur de rep. .i. qui ei benefaciunt [Singulari) Maxima, præcipua.

ASC. *ANTONIVS &c.*] Postquam Ant. apud Mutinam superatus est, celeri cursu ad alpes se proripuit sperans Ventidiũ ad se uẽturum ex Piceno, cum tribus legionibus Lep. ac Plancum sibi cõiungendos. Scribit ergo ad Cic. Plancus ubi sit Ant. & ubi Lep. & quid speret se pro rep. facturum. deinde docet cur fratrẽ Romam miserit. Ordo est: Antonius uenit ad Forum Iulij .i. vrbem. illã Galliæ Cisalpinæ .i. Italiæ, id. Maijs, cum primis .i. expeditissimis copijs. Ventidius abest ab eo spacio bidui .i. itineris duorum dierum. Lepid. habet castra ad forum Voconis oppidũ trans alpes. qui locus abest à Foro Iulij 24. mil. pass. & cõstituit expectare me ibi, queadmodũ ipse scripsit mihi. qd si, & ipse .s. Lepidus, & fortuna seruauerit mihi oĩa integra .i. non impedita. nec uiolata aliqua perfidia. recipio .i. polliceor uobis confecturum celeriter negocium .i. totũ bellum ex sñia .i. arbitrio nostro. Ego scripsi tibi antea, eẽtsi litæræ non extant, fratrẽ meũ confectũ .i. debilitatũ, defatigatum assiduis laboribus, & cõcursationibus (præmiserat .n. eum, ut uidimus) habuisse se grauiter .i. multum ægrotasse, se tũ, cũ primum cœpit posse ingredi, existimans se cõualuisse non magis sibi .i. ad utilitatem suam, quam reip. i. ad utilitatẽ reip. nõ recusabat esse princeps ad oĩa pericula. Sed ego nõ solum hortatus sum eum, uerum ẽt coegi proficisci isto .i. istuc ad uos Romam, q ipse, &. i simul, posset magis conficere .i. interimere se illa ualetudine .s. tã aduersa, q̃ tueri me in castris, & q existimabã rẽp. nudatam .i. orbatã, & spoliatã, acerbissimo interitu consulũ .i. Hirtij & Pansæ, qui in conflictu cũ Antonianis ceciderant, ut Ap. late recitat, indigere in officijs urbanis, tali .i. tã fideli, & prudenti ciue ꝑtore. Qd .s. consiliũ meũ, & factũ fratris, siquis vestrũ non probabit .i. nõ approbabit, sciat prudentiã defuisse mihi in cõsilio non fidelitatẽ illi .s. fratri meo, erga patriã. Lepidus tñ fecit, qd ego desiderabã, ut mitteret Appellã legatũ suũ ad me, quo obside supplente, aut habito, ego uterer fide illius, & societate in rep. administrãda. L. Gellius ꝓbauit .i. oñdit mihi in ea re studiũ suũ .s. in rẽp. Segauiano .s. uno de trib. fratribus, hoc est, ut intelligo, Segauiano mihi obside dato, quo .s. Gellio ĩterprete .i. internũcio, ego sum usus nouissime .i. ultime ad Lepidũ. Ego uideor cognoscere eũ .s. Gelliũ amicũ reip. & libẽter sũ ei testimonio: s. fidelitatis. & ero oĩbus, qui bñ merẽtur. Fac ualeas, & diligas me mutuo, & tuearis dignitatẽ meã, si mereor, sicut fecisti adhuc .i. in hunc usq; diem cum singulari beneuolentia .i. ea comitante.

OBSIDE fide) Sic in oĩbus uetustis exẽplaribus, & dixit, fide ꝑ fidei. g̃ñdi, casu, quemadmodũ ẽt Sal. in Iug x. parte die reliqua ꝑ diei .i. id quod Gell notauit, qui ẽt C. Cæs. huius die, & huius specie, dicendum putasse tradit [De trib. fratrib Segauiano ꝓbauit.) Ita legiẽ in plerisq; antiquis libris, forte melius, S. Gauiano ut significetur Sex. Atilius Gauianus, de quo in orõne ꝑ Sextio. Sẽsus erit: In ea re (ut. s. Lepidus Appellã ad me mitteret) studiũ mihi suũ Gellius ꝓbauit, de tribus aũt fratribus, [quippiã sigñat nobis minus notum, cuiusmodi in epistolis ad Atticum scriptis multa sunt) Sexto Gauiano. Postea in Vbaldini libro animaduerti scriptũ esse, Gauiano. pro Segauiano. in meo autẽ sit. Studium mihi suum de tribus fratribus se Gauianus probauit. PAVL: MAN.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Narrat Ciceroni consilium suum, de sua, Lepidique coniunctione.

PLANCVS CICERONI S. D. 18

QVID in animo habuerim, cum† Leernus, Neruaq; discesserunt à me, & ex literis, quas eis dedi, & ex ipsis cognoscere potuisti, q oĩbus, reb. consilijsq; meis interfuerũt, accidit mihi qđ hoĩ pudenti, & cupido satisfaciẽdi reip. bonisq; omnibus accidere solet; ut consilium sequerer periculosum magis, dum me probarẽ, q̃ tutum, quod habere posset obtrectationem. itaq; post discessum legatorum cũ binis continuis literis, & Lepidus me ut ueuirẽ, rogaret; & Laterensis multo ẽt magis ꝑpe implorãs, obtestaretur, non ullã rẽ aliam extimescẽs, q̃ eadẽ. quæ mihi quoq; facit timorẽ uarietatẽ, atq; infidelitatem exercitus eius: non dubitandum putaui qn succurrerem meq; cõi periculo offerrem. sciebam q. n. & cautius illud erat cõsilium, expectare me ad Isarã, dũ Brutus traijceret exercitũ, & cum collega consentiente, sicut milites faciũt; hostib. obuiã ire. tamẽ si quid Lepidus bene sentiens detrimenti cepisset, hoc oẽ assignatum iri aut pertinaciæ meæ, aut timori uidebam, si aut hoĩem offensum mihi, coniunctum cũ rep. nõ subleuassem, aut ipse à certamine belli tã necessarij me remouissem. itaq; potius periclitari nolui, si possem mea ꝑsentia & Lepidum tueri, & exercitũ facere meliorẽ, quam nimis cautus uideri. sollicitiorem certe hominem non suis contractis neminẽ puto fuisse. nam quæ res nullam habebat dubitationem, si exercitus Lepidi absit, ea nunc magnam affert solicitudinem, magnumque habet casum. mihi. n. si contigisset, ut prior occurrerem

Anto-

Antonio, non me hercule horam conſtitiſſet: tantum ego, & mihi confido, & ſic perculſas illius copias, Ventidiſq; Mulionis caſtra deſpicio. ſed non poſſum non exhorreſcere ſi quid intra cutem ſubeſt uulneris: quod prius nocere poteſt quàm ſciri, curariq; poſſit. ſed certe, niſi uno loco † metaremur, magnũ periculum ipſe Lepidus, magnum ea pars exercitus adiret, quæ bene de rep. ſentit. magnam etiam perditi hoſtes acceſſionem ſibi feciſſent, ſi quas copias à Lepido abſtraxiſſent. quæ ſi aduentus meus repreſſerit, agã gratias Fortunæ, conſtantiæq; meæ, quæ me ad hanc experientiã excitauit. itaq; ad xij. Kal. Iun. ab Iſara caſtra moui: pontem tamen quem in Iſara feceram, caſtellis duobus ad capita poſitis, reliqui; præſidiaq; tibi firma poſui; ut uenienti Bruto, exercituiq. eius ſine mora trãſitus eſſet paratus ipſe, ut ſpero, diebus octo, quibus has literas dabam, cum Lepidi copijs me coniungam. Vale.

† alias me teuerem

HVB. QVid in animo]Cum rogatus fuiſſet Planc. à Lep. ut ad ſe ve-
niret, ſecumque coniungeretur, ut M. Ant. poſſet occur-
rere licet Planc. ei diffideret, ſuſpicareturq. aliquid fraudis ſub-
eſſe, tamen ne poſtea ſibi imputaretur, ſi Lep. qui à multis crede
batur bene ſentire, aliquid detrimenti accepiſſet, dicit ſe maluiſ
ſe ſequi conſilium ſibi periculoſum, dummodo reip. probaret fi-
dem ſuam & aĩum, quam tutum, de quo poſſet ab aliquo accu-
ſari. quod aũt eſſet periculoſum, & tutum declarat. Itaq; dicit ſe
coniunctum iri cum Lep. ꝙ ſperat fore octo diebus poſt literas
ſcriptas, eius ferè argumenti eſt ſuperior illa epiſt. quæ incipit.
His literis ſcriptis. ubi narrat ferè idem conſilium. [Leernus &
Nerua]Quos ad uos miſi cum literis meis, & Mandatis [Puden-
ti].i. uerecundo, timenti dedecus. [Dum probarem me]Dũ oſtẽ-
derem me uirum bonum. [Obtrectationem] Reprehenſionem.
[Continuis literis]Poſt alteras ſtatim miſſis[Implorans]Cũ mi-
ſericordia petẽs [Obteſtaretur.]Adiuraret.[Varietatem]Hęc eſt
illa res, quæ & laterenſi, & ipſi Pl. timorem faciebat, quod exerci
tus Lep. erat uarius & infidelis.[Cõi]Et Lep. meo.[Sciebam]Iam
incipit exponere tutum conſilium. [Traijceret] Tranſmitteret
exercitũ ſuum huc ex Italia.[Brutus]Decius. [Collega] Decio.
[Sicut milites faciunt].i. armis intentis, & animis arrectis, ut eſt
mos militum.[Aſſignatum iri].i. aſſignandum. eſt n. futurũ infi-
nitiui paſſiui.[Pertinaciæ ob.]ꝙ nõ uoluiſſem ſuccurrere. [Aut]
.i. quod timuiſſem [Si aut hoĩem offenſum] Hæc eſt ratio perti-
naciæ.[Aut].i. à certamine. tõ timoris,[Periclitari] Experiri, in-
de periculum, experimentũ, ut: fac periculum in literis. inde aũt
dr, quia rerũ eſt experimentũ ſine periculo. [Meliorem] qui, ut
ſupra dixit, erat corruptus, & à rep. alienatus.[Nimis cautus] Ni
mis aſtutus, oñdens me uidere oĩa picula, q̃ ĩminebãt. [Solicitio
rẽ].ſ. q̃ me, eſt aũt ſenſus, nunq̃ puto fuiſſe hoĩem, qui maiorem
capiat ſolicitudinẽ: ubi nihil admiſit, q̃ ego facio, uel qui magis
ſit ſolicitus ſuis contractis.i, ſuis reb. non cõgregatis, non cõpoſi
tis. Et hic eſt fortaſſe melior ſenſus, q̃ dicere contractis . [Amiſ.]
.i. non potuiſſet per unã horã ſe ſuſtinere contra me, & exercitũ
meum, qui fuiſſet uictus[Mihi]Meis cõſilijs, quę aduerſus eum
ꝑparaui.[Illius]Antonij[Perculſas]Iam terrore concuſſas, quia
fuerunt uictę apud Mutinã.[Ventidij Mulionis] ad cõtẽptũ di-
xit. fuerat. n. Mulio, non aũt tunc erat.[Deſpicio] Paruifacio.[Si
quid intra cutem].i. ſi quid eſt occultum, & latet, tractum à mor-
bis, quia intra cutem latẽtes ſunt periculoſiores, unde illud Per-
ſij: Ego te intus, & in cute noui.[Subeſt] Latet. [Quod] Vulnus.
[Nocere]Vtputa ſi putreſcat, & ut uulgo dicunt chirurgi, ſi infi-
ſtuletur.[Perditi hoſtes]Antoniani. [Acceſſionẽ] Incrementum
.i. auxiſſent res ſuas.[Quas]Aliquas.[Quę bene remp.] Qui be-
ne reip. ſentiunt periculum adeunt, & ne hoſtes noſtri augeãtur
abſtractis aliquibus copijs à Lepid.[Excitauit]Cõmouit.[Ab Iſa
ra]Fluuio, quem ſupra dixit eſſe in finibus Allobrogum.[Pontẽ]
Supra. n. dixit. Itaq; in flumine Iſara, qđ in finibus eſt Allobro-
gum, ponte uno die facto exercitũ ad 4. Id. Maij traduxi.[Caſtel-
lis] Turrib. ꝓpugnaculis [Pręſidia]Milites ad cuſtodiã illius põ
tis [Tranſitus eẽt paratus]Vt poſſet trãſire nullo impediẽte.[O-
cto dieb.]Ad octo dies.[Quib.i. ex qb.ſ. dieb.[Copijs] Exercitui.

ASC. *QVID in animo &c.*]Rogatus fuerat à Lepido Plancus, ut ſe
cum eo adiungeret aduerſus Antoniũ, qđ conſilium licet ſuſpe-
ctum haberet Plan. dicit ſe maluiſſe ſequi, q̃ accuſari, detrimen-
to fuiſſe reip. ſi p ſe ſtetiſſet, quo minus Antonium Lepidus per
ſecutus fuiſſet, dicit ergo ſe cõiunctũ iri cũ Lepido octo diebus
poſtq̃ has dederat. Ordo eſt: Tu potuiſti cognoſcere quid habue
rim in aĩo cũ Leernus, & Nerua, diſceſſerũt à me, &.i. ſimul ex li
teris quas dedi ei ſup. ad te, & ex ipſis.i. ex eorũ relatione, q in-
terfuerunt oĩb. rebus, & cõſiliis meis. Accidit mihi.ſ. deinde ſup.
id, qđ ſolet accidere hoĩ pudenti.i. uerecundo & cupido ſatisfa-
ciendi reip. oĩbus bonis, ut ſequerer magis cõſilium periculoſũ,
dum.i. dũmodo probarẽ.i. probatum, aut probum facerẽ, & oñ-
derẽ me, q̃, ſ. cõſilium tutum.i. ſine periculo, quod poſſet hr̃e ob
trectationẽ. Conſiliũ aũt, aperui in argumento, & ſtatim expla-
nabitur. Itaq; poſt diſceſſum legatorũ, uidelicet Leerni, & Ner-
uæ, cũ.ſ. ita eſſet, ꝙ, & Lepidus rogaret me binis literis cõtinuis
.i. alteris ſuper alteras miſſis, & Lateren. multo magis & prope.i.
quaſi plorans obteſtaretur.i. deos, & fidem meam in teſtes addu-
cens rogaret ut uenirem.ſ. ad Lep. obteſtaretur inq̃ Lateren. nul-
lã aliã rẽ extimeſcens q̃ eandem, quę mihi quoq; facit timorẽ.
Multi textus hñt implorans, & nõnullã pro nullam, ſed minus
probantur, quia ſi quã aliã extimuiſſet Laterenſis, nõ tam excu-
ſabilis eſſet Plãc qđ inq̃ eandem quę, &c. hoc eſt quã uarietatẽ
.i. uariabilitatẽ. Nã uariũ quoq; dr̃, qđ eſt uariabile, ut Æneid. 4.
Varium, & mutabile ſemper Fęmina. Vnde uarietas, mutabilitas
atque infidelitatem exercitus eius.i. Lepidi, qui pollicitationib.
Antonij, ferè corruptus erat, non putaui dubitandũ, quin.i. quo-
minus, ſuccurrerem.ſ. Lepido, quem fidum uterque exiſtimabat,
offerrem me periculo cõi.ſ. mihi, & Lepido, ſi non poſſent indu
cere exercitum in ſnĩam ſuam. nihil aũt de Lepido tũc timebat.
Sciebã. n. & conſilium erat cautius.i. hominis magis caute agen-
tis, me expectare ad.i. iuxta Hiſarã, aut Iſaram flumen, dum, id-
eſt donec Brutus, ſ. Decius traijceret exercitum. ſ. trans alpes, &
iret obuiam hoſtibus cum collega.ſ. Bruto cõſentiente, ſicut mi-
lites faciunt.ſ. dum pari conſenſu in hoſtem inferuntur.i. tunc ui
debam ſi Lepidus bene ſentiens. ſ. de repub, vt putabatur, cepiſſet
quid.i. aliquid detrimenti, hoc omne aſſignatum iri, i. quòd aſſi-
gnaretur, aut pertinaciæ meę, aut timori. ſ. meo pertinacię, ſi aut
non ſubleuaſſem.i. adiuuiſſem in onere belli portando: hoĩem
offenſum.i. inuiſum mihi coniunctum cum repu.i, licet eſſet con
iunctus cum rep. noluerim tamen iuuare, eo ꝙ eſſet inuiſus mul
tis, aut ſup. timori, ſi remouiſſem me à certamine belli tam ne-
ceſſarij. Itaq; ego uolui potius periclitari.i. experiri, ſi.i. an, mea
pręſentia poſſet, &.i. ſimul, tueri.i. protegere Lepidum, & facere
exercitum ſup. eius meliorem, q̃ uideri nimis cautus, ſi.ſ. nollẽ,
aut non auderem me Lepido coniungere. Ego puto certe nemi
nem fuiſſe hominem ſolicitiorem.i magis ſolicitũ ſup. q̃ me nõ
ſuis contractis.i. ob res, quas ipſe non contraxit. Nam ea res, quæ
nullam dubitationem hẽbat, ſi exercitus Lepidi abſit.ſ. longe à
prouincia, quia tunc certum fuiſſet, ꝙ Bruto coniungi deberet,
aut Ant. oppugnaret, affert nunc magnam ſolicitudinem, & hẽt
magnum caſum, quia incertum eſt an Lep. Ant. iungi uelit, qđ
ſi faciat, non tutum ſit utriuſque exercitui occurrere, ſicut ſolus
Ant. Enim.i. quia ſi contigiſſet mihi ut occurrerem prior Ant.ſ.
anteq̃ ille cum Lepido coniungeretur, mehercule, ſup. Ant. non
conſtitiſſet.i manſiſſet ſtans, horam.i. per ſpatium unius horæ,
tm̃.i. tam multa, &.i. ſimul confido mihi.i. uiribus meis, & deſpi
cio.i. contemno, & uilipendo, copias illius.ſ. Ant. perculſas.ſ. ex-
clade apud Mutinam accepta, & caſtra.i. exercitus, qui in caſtris
ſunt. Ventidij Mulionis.i. qui aut Mulio fuerat.i. agitator mulo-
rum, aut ſic cognominatus, aut per contemptum dictus, ꝙ nihil
militare ſciret, q̃ mulos clitellarios agere. Sed nõ poſſum nõ ex
horreſcere, qa qđ latet timere nequimus, uerum id ipm̃ exhorre
ſcere poſſumus, hoc eſt neq̃d lateat, uñ legendũ putẽ pp particu
lã aduerſatiuã, ſed nõ exhorreſcere. negauit. n. ſe aut Ant. aut Vẽ
tidiũ timere. Sed inquit, non poſſum nõ exhorreſcere.i. quin ex-
horreſcã.i. cum horrore quodam formidem, ſiquid uulneris ſub
eſt intra cutem.i. latet in Lepidi uoluntate, qđ nocere põt prius,
q̃ poſſit curari, quia nõ põt ſciri niſi cũ sũmo periculo. Sed cer-
te niſi tenerẽ me uno loco.ſ. cum Lepido. ipſe Lep. adiret magnũ
periculum.ſ. ab Ant. & ea pars exercitus.ſ. Lepidi, quæ bene ſenti
ret de rep. adiret magnum periculum, quia ab Ant cum alijs non
bene ſentientibus oppugnaretur. Et hoſtes perditi.i. in quibus
nihil eſt boni, feciſſent et ſibi magnam acceſſionem.i. magnum
incrementum, ſi abſtraxiſſent à Lep. quas.i. aliquas copias. Ab-
ſtracturi aũt nõ ſũt, ſed oẽs cum Lep. attracturi, quę.ſ. dicta, hoc
eſt periculum bonorum & acceſſionẽ malorum, ſi aduẽtus meus
repreſſerit, agam gratias fortunę, & conſtantiæ meę, quæ excita
uit me ad hanc experientiam.i. faciendam. Itaq; .i. & ita, in hoc
propoſito, ego moui caſtra ab Iſara ad 12. Kal. Iun. & tamen reli-
qui põtem, quem feceram in Iſara, duobus caſtellis.i. ut dicunt
fortelicijs poſitis ad capita.i. extremas partes pontis, & poſui ibi
pręſidia firma, ut tranſitus eſſet paratus ſine mora Bruto, & exer-
citui eius. Ipſe.i. egomet, ut ſpero coniungam me cum copijs Le
pidi, octo dies ſup. poſt illos, quibus dabam literas.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Nunciat Planco, quàm gratæ fuerint senatus literæ, deinde solicitatione hortatur ad reip. studium.

CICERO PLANCO IMP. S. 19

QVanquam gratiarum actionem à te non desiderabam, cum te re ipsa, atque animo scirem esse gratissimum, tamen (fatendum est enim) fuit ea mihi periucunda. sic.n.uidi, quasi ea, quæ oculis cernuntur, me à te amari. dices: Quid antea? Semper quidẽ, sed nunquam illustrius. Literæ tuæ mirabiliter gratæ sunt senatui cum rebus ipsis, quæ erant grauissimæ, & maximæ, fortissimi animi, summiq; consilij: tum etiam grauitate sententiarum, atq; uerborum. sed mi Plance incumbe, ut belli extrema perficias. in hoc erit summa, & gratia, & gloria. cupio omnia reipu. causa: sed mehercule in ea conseruanda iam defatigatus, non multo plus faueo patriæ, q̃ tuæ gloriæ: cuius maximam facultatem tibi dij immortales, ut spero, dedere: quam complectere, obsecro. qui enim Antonium oppresserit, is hoc teterrimum bellum, periculosissimumque confecerit. Vale.

HVB. QVanquam gratiarum] Quia Pl. egerat gratias Cic. per literas de ijs, quæ pro eius dignitate egerat. Scribit Cice. quòd licet ab eo non expectaret gratiarum actionem, quia sciebat eum reipsa, & animo esse gratũ, tñ sibi fuit iucũda illa actio gratiarum. Deinde dicit quam gratæ fuerint eius literæ senatui, postremo hortatur, ut incumbat dare finem huic bello. [Re) Effectu, sine uerbis. [Animo) Volũtate. [Quasi) Tanquam. [Quid antea). s. non uidisti te à me amari. [Semper q̃dem) Responsio, subaudi uidi me à te amari. [Extrema) Finẽ. [In hoc] ut extrema perficias. [Defatigatus] Fessus assidue pro eo laborando. [Non multo plus) Sensus est, licet omnia cupiã reip. causa, tñ non multo plus cupio eius cã, q̃ tui, ut gloriã assequatis. [Cuius) s. gloriæ. [Quã] Facultatem. [Complectere) Accipe. [Confice) Finiuerit.

ASC. *QVANQVAM* dicit se nõ expectasse à Planco gratiarũ actiones, gratum tame fuisse, cohortaturq; eum ad reip. defensionem dicens: Quanq̃ non desiderabam à te actionem gratiarũ, cum scirem te esse gratissimum re ipsa, & aĩo, tñ. s. gratiarum actio fuit mihi periucũda, quod sup. dico (fatẽdum est. n.) quia uerum est. Ego. n. uidi sic quasi ea quæ cernuntur oculis. s. exterioribus me amari à te: Dices, quid antea sup. tibi uisum est? Semper quidem sup. idẽ uisum est, sed nunquam illustrius. i. clarius, Literæ tuæ sunt gratæ senatui mirabiliter, cum. s. ita sit q̃ fuerant gratæ reb. ipsis. i. pp res ipsas, quæ erãt grauissimæ, & maximæ, & fortissimi animi, & summi consilij, tum etiam grauitate uerborum, & sententiarum. Sed ò mi Plance incumbe. i. enitere, ut perficias, extrema belli summa, & gratia & gloria erit ĩ hoc. i. hac re. Ego cupio omnia. s. prospera causa reipu. sed mehercule ego iam defatigatus. i. vsque ad extremum fatigatus in ea. s. rep. conseruanda nõ faueo multo plus patriæ, quàm gloriæ tuæ, cuius. s. gloriæ Dij immortales dedere tibi, ut spero, maximam facultatem, quam cõplectere obsecro. Qui. n. oppresserit Ant. is confecerit. i. finierit hoc bellũ teterrimum. i. execrabile, & periculosissimum.

PAVL. MAN. *GRAVISSIMÆ, & maximæ fortissimi animi, summiq; consilij]* Sic habẽt omnes impressi libri. nos in nostro ita legi, & interpungi uolumus, grauissimæ, & maximæ, fortissimi animi, summiq; consilij, ut animi maximæ res sint, consilij grauissimæ. Leuia sunt hæc; eo igitur uidetur esse turpius, non animaduerti.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Petit ut de interto rumore coniunctionis Lepidi cum Antonio senatum certiorem faciat, hortaturque, ut finem bello imponat.

PLANCVS CICERONI. S. 20

ITA erant omnia, quæ istinc afferebantur, incerta, ut, q̃d ad te scriberem, non occurreret. modo.n. quæ uellemus, de Lepido, modo contra nunciabantur. de te tamen constans fama, nec decipi posse, nec uinci. quorum alterius fortuna partem habet quandam: alterum proprium est prudẽtiæ tuæ. sed accepi literas à collega tuo, datas idib. Maij: in quibus erat, te ad se scripsisse, à Lepido non recipi Antonium, quod erat certius, si tu ad nos idem scripseris. sed minus audes fortasse. propter inanem lætitiam literarũ superiorum. uerum ut errare mi Plance potuisti: (quis.n.id effugerit?) sic, decipi te non potuisse, quis non uidet? nunc uero etiam erroris causa sublata est: culpa.n.illa, BIS ad eundem, uulgari repræhensa prouerbio est. sin, ut scripsisti ad collegam, ita se res habet: omni cura liberati sumus. nec tamen erimus prius, quàm, ita esse, tu nos feceris certiores. mea quidem, ut ad te sæpius scripsi, hæc sententia est; qui reliquias huius belli oppresserit, eum totius belli confectorem fore, quem te & opto esse, et confido futurũ. Studia mea erga te, quibus certe nulla esse maiora potuerũt, tibi tam grata esse, quàm ego putaui fore, minime miror, uehementerq; lætor. quæ quidem tu, si rectè istic erit, maiora, & grauiora cognosces. 4. Kal. Iun.

HVB. ITA erant] Binis lr̃is declarauerat Planc. se cõiunctum iri cum Lepido, idq; fore utilitatem reip. ut M. Ant. facilius opprimeretur, qua re intellecta uehemẽter lætatus fuerat senatus, sed postea nunciatum est, Lep. cum M. Ant. coniunctum esse, quæ cum diu fuissent incerta, quia uario modo, nunciabat. Scribit Cic. scriptum fuisse à Brut. collega Planci nõ esse uerum quod Lep. esset coniunctus cum M. An. id n. sibi à Planco scriptum fuisse, quare Cic. ab eo petit, ut si ita est, suis literis P.R. & senatum certiorem reddat. Deinde hortatur, ut incumbat finire hoc bellum. [Istinc) Ex Gallia, ubi tu es. [Incerta) Varia. [Quæ uellemus) Quæ optaremus, s. quod tecum coniungeretur. [Modo) Interdum. [Contra) Aliter. s. quã uellemus. [Cõstãs) Firma, certa. [Alterius fo.) i. quorum alterum est magna ex parte in fortuna. s. ut non uincaris. [Alterum est proprium) i. te non posse decipi. [A collega) D. Bruto. [Non recipi) s. in societatem suam, uel in prouinciam. [Adscripsisse) Agnocasse tuis literis. i. te ad eum scripsisse. [Quod). s. Ant. non recipi à Lep. [Idem) Q̃d scripsit Brut. [Minus). i. non. [Inanem læt.] Superiorũ literarum. i. quia superiorib. tuis literis effecisti nos frusta lætari, cum scripsisti te coniunctum cum Lep. cũ postea ille mutauerit propositum. [Verum Plance) Quod sponte deceptus sit, non imprudentiam, & quod uoluerit & ipsum Cic. errare. [Quis. n. id effugerit?) Vt interdum nõ erraret, quasi diceret, nemo [Sic). s. ut uelles me errare credendo tibi. [Quis non uidet?] q. d quilibet. [Sublata) Remota. [Illa culpa) . s. errandi. [Bis ad eundem, vulgari pu̾bio). s. vt semel deceptus non credat. secundo, nisi uelit haberi imprudẽs, quia si secũdo fallit, uitium est secũdum illud, quod vulgo dr̃, semel falli, humanũ esse, scdo inconsiderati, tertio uel dementissimi, uel obstinati. [Ad collegã) D. Brutũ. [Ita se hẽt) Quod Ant non recipiat à Lepido. [Nec tñ erimus). s. liberati. [Reliquias] quia fuerat iã fusus Ant. apud Mutinam. [Confectorem) Finitorẽ. [Quem). s. cõfectorem belli. Cõfido) Indubitanter credo [Studia) Rñdet nũc particulæ epistolę Plãci, qui scripserat officia Cic. erga se sibi gratissima, q̃d Ci. scripsit se non admirati, uehemẽter aũt lætari. [Quæ) Studia mea erga te. [Si rectè istic erit] Si rectè egeris res ĩ ista puincia, ubi tu es.

ASC. *ITA erant &c.]* Binis literis declarauerat Planc. coniungendum breui cum Lepido, sed intellexisse Lepidum ab Ant. transisse, q̃d Ci. nunc scribit nõ ita esse. Monet ergo, ut bellum cõficiat, dicens: Oĩa quæ afferebant istinc. i. à te, & exercitu tuo, erant ita incerta, ut non occurreret quod scriberem. i. scribere deberem ad te. Enim. i. quia, mõ. i. interdum ea nunciabantur de Lepido, quæ uellemus, mõ. i. interdum contra. i. contraria, vtpote, quę nollemus, tñ constans fama est de te. s. te nec posse decipi. i. capi per insidias, nec uinci. i. p uim apertã, quorum. s. duorum fortuna hẽt partem quãdam alterius. s. eius, q̃d est uinci non posse, alterũ. s. decipi non posse est proprium prudentiæ tuæ. Sed accepi literas datas a collega tuo. s. D. Br. Idib. Maijs, in quib. erat te scripsisse. Ant. non recipi à Lepido, quod erit certius, si tu scripseris idem ad nos, sed fortasse minus. i. non, audes pp inanem lętitiam literarũ superiorum. in quibus scripserat se propediem coniungendum eum Lep. verum ò Plance, tu noluisti id. s. vt errarem, uel, ut errarem id. i. in ea re. Quis. n. effugerit, id. s. aliquando errare aut potius id, quod scriptum erat in literis tuis nobis, quia eas non habemus, ignotum. quis non uiderit te potuisse decipi sic. s. per tantam fraudem, cum haberes obsides, Laterensem interpretem, & auctorem, sed quia prius dixit famam constantem esse, ipsum non posse decipi. Legunt hic quidam, non potuisse. Verum quia dicit sic, stare potest ipsum non planè deceptum, sed sic. i. ex parte. Nunc vero etiam causa erroris est sublata iam, hoc est credulitas, quæ nulla esse debet de homine semel fidefrago. Culpa. n. illa bis ad eundem. s. scopulum nauem impingare, aut ad eundem insidia.

insidiatum locum incidere, aut ad eandem causam erroris eijcere, est repræhensa prouerbio vulgari .s. dictanti non dandam ueniam excusantibus eundem errorem. Sin.i. sed si sup. prius nõ errasti, sed res habet se ita, ut scripsisti ad collegam.s. Br. nos sumus liberati omni cura. Nec tamẽ erimus.s. securi, aut certiores prius quam feceris nos certiores ita esse Sententia mea quidẽ est hæc, ut scripsi sępius ad te, qui oppresserit reliquias huius belli.s. cum Ant. eum fore confectorem 1. finitorem totius belli, quem.s. confectorem totius belli ego, & opto, & cõfido te futurum esse. Ego minime miror, & uehementer lætor, studia mea erga te quib. certe nulla potuerunt esse maiora, esse tibi tam grata, quàm.i. quãtum ego putaui, fore.i. futura esse. Quæ quidem.s. studia mea erga te, tu cognosces maiora, & grauiora, si rectè erit istic.i. tecum & cum exercitu tuo, 4 Kal. Iun.

PAVL. MAN. ERRARE] Potuisti errare, decipi non potuisti. error.n. facile in mentem irrepit, neque id cuiquam licet effugere, quoniã autẽ qui decipiuntur, ostendunt se minus ualere prudentia, quàm satis sit, icirco tu, qui prudentissimus es, decipi non potuisti. & est turpius decipi, quam errare. nam erramus ipsi, opinione lapsi; decipimur ab alio, prudentia uicti. sed quoniam, inquit Cic. credulitas te in errorem induxit, cũ sperares, Lepido te esse bono usurum, qui deinde tuam spem fefellit; eadem credulitas non iam te amplius in eundem errorem inducet, nã re expertus es, Lepidum esse infidum, neque eum recte facturum. ergo etiam erroris causa sublata iam est, ut iam non modo decipi, sed ne errare quidem possis. nisi si in eadem te iterum errare, hoc est, iterum Lepido uelles credere, homini fallacissimo, & à reipubli. partibus alieno, quod si committeres, magnam infamiam subires, quòd quasi ad eundem lapidem, vt dicitur, offendisses. quam culpam scis vulgari prouerbio esse repræhensam.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Nunciat Ciceroni, quo pacto frustratus sit eum Lepidus, & qua ratione perfidiam eius deprehenderit.

PLANCVS CICERONI. S. 21

PVDERET *me inconstantiæ mearum literarum, si nõ hæc ex aliena leuitate penderent. omnia feci, quare, Lepido coniuncto ad remp. defendendam minore solicitudine uestra perditis resisterem. omnia ei & petenti recepi, & ultra pollicitus sum: scripsiq; tibi biduo ante, confidere me bono Lepido esse usurum, communiq. consilio bellum administraturum, credidi chirographis eius, affirmationi præsentis Laterensis qui tum apud me erat, reconciliaremq; me Lepido, fidemq; haberem, orabat. nõ licuit diutius bene de eo sperare. illud certe caui, & cauebo, ne, mea credulitate reip. summa fallatur. Cum Isaram flumen uno die ponte confecto, exercitum traduxissem, pro magnitudine rei celeritatem adhibens, q petierat per literas ipse, ut maturarem uenire præsto mihi fuit stator eius cum literis, quibus ne uenirem, denũciabat, se posse conficere per se negocium; interea ad Isaram expectarem. indicabo temerarium meum consilium tibi: nihilominus ire decreueram existimans eum socium gloriæ uitare, putabã posse me nec de laude ieiuni hominis deliberare quidquã & subesse tamen propinquis locis; ut, si durius aliquid esset, succurrere celeriter possẽ. ego non malus homo hoc suspicabar at Laterẽsis, uir sãctissimus, suo chirographo mittit mihi literas, meisque, desperans de se, de exercitu, de Lepidi fide, querensq; se destitutum: in quibus aperte denunciat, uideam ne fallar: suam fidem solutam esse: reipu. ne desim. exemplar eius chirographi Titio dedi. ipsa chirographa omnia, & quibus credidi, et ea, quibus fidem non habendam putaui, Lęuo Cispio dabo perferenda, qui omnibus his interfuit rebus. accessit eo, ut milites eius, cum Lepidus concionaretur, improbi per se, corrupti etiam per eos, qui præsunt Canidios, Rufrenosq;, & cæteros, quos, cum opus erit, scietis, conclamarint uiri boni, pacem se uelle, neq; esse cum ullis pugnaturos, duobus iam consulibus singularibus occisis, tot ciuib. pro patria amissis, hostib. deniq; omnibus iudicatis, bonisq; publicatis, neque hoc aut uindicarat Lepidus, aut sanarat. huc me uenire, & duobus exercitibus coniunctis obijcere exercitum fidelissimum maxima auxilia, principes Galliæ, prouinciam cunctam, summæ demenciæ, & temeritatis esse uidi, mihiq; si ita oppressus essẽ, remque pub. mecum † perdidissem, mortuo non modo honorẽ sed misericordiam quoq; defuturam. itaque rediturus sum: nec tanta munera perditis hominibus dari posse sinam exercitum locis, ut habeam opportunis prouinciam tuear, etiam si ille exercitus desciuerit, omnia ut integra seruem, dabo operam, quoad exercitus huc summittatis, pariq; felicitate rep. hic uindicetis. nec depugnare, si occasio tulerit: nec obsideri, necesse fuerit; nec mori, si casus inciderit pro uobis paratior fuerit quisquam. quare hortor te mi Cic. exercitum huc traijciendum quàm primum cures, & matures prius, quàm hostes magis corroborentur, & nostri perturbantur. in quo si celeritas erit adhibita, resp. in possessione uictoriæ, deletis sceleratis, permanebit. Fac ualeas, meq. diligas. Fratrem meum tibi, fortissimum ciuem, & ad omnia paratissimum, excusem literis: qui ex labore in febriculam incidit assiduam, & satis molestam. cum primum poterit istuc recurrere, non dubitabit, ne quo loco reip. desit. Meam dignitatem commendatam habeas, rogo. concupiscere me nihil oportet. habeo te, et amantissimum mei, &, quod optauisummæ auctoritatis. tu uidaris, quantum & quãdo tuum munus apud me uelis esse. tantum te rogo, in Hirtij locum me subdas, & ad tuum amorem, & ad meam obseruantiam.*

† alias, prodidissem

HVB. PVderet me] Quia, ut supra diximᵘ, scripserat Pl. se sperare habere Lep & coniunctum, & fidum ad remp. defendẽdam, cũ inuenisset se ab eo deceptum, hac epst. se excusauit, omnemque culpam transtulit in leuitatem, & perfidiam Lep. à quo dicit sibi oĩa demonstrata fuisse, quibus facile potuisset credere. Narrat autem quõ deprehẽderit eius perfidiã, tum ex eius Statore, tum ex literis Laterensis. Deinde exponit quo aĩo essent quidã ex militibus Lepid, uixque se cõstituisse, quin ad eum uenerit, sed uidisse esse summæ dementiæ obijcere se, & exercitum suum tantis periculis, si Lep. cũ Ant. cõiunctus fuisset, pollicetur tñ se defensurũ prouinciam, quantum poterit, seruaturũque oĩa integra, donec ad eum transmittatur exercitus, quia erit in Italia, quod ut quã primum fiat, rogat Cic. Postremo excusat fratrem suum q nõ citius uenerit, quia laborauerat febri, quem oñdit esse paratũ ad oĩa cõmoda reip. petitq. à Cic. sit eũ commendatum habeat, & si poterit, substituat eũ in locum Hirtij consulis, q perierat in bello Mutinensi. [Inconstantiæ) Instabilitatis, uarietatis, quia cum scripserim primum, Lep. coniunctum esse mecum, postea scribã non ita esse. [Penderent) Procederent. [Aliena) i. Lepidi. [Quare] Ob quam rem. [Perditis) Sceleratis [Recepi) Promisi cum obligatione. [Pollicitus sum] Obtuli. [Bono) Fido amico reip. [Cõmuni) Et suo, & meo. [Chirographis) Scriptis manu eius. [Affirmationi) Attestationi, qui dicebat eum omnino ita esse facturum. [Reconciliarem) Vt redirem in gratiam. [Fidem haberem). i. ut crederem Lep. [Non licuit] Non potui, quia statim mutauit propositum. [Summa reipu.]. i. status ipse reip. [Cum Isaram) Nũc Pl. dicit, quomodo mutat. ouem Lep. di intellexerit, q cum iret ad eius auxilium, sicut ab eo rogatus fuerat, statim admonitus est ab eius nuncio, ne iret, sed eum ad Isaram expectaret. [Quod petierat per literas) Quia ipse ad me scripserat, ut quam primũ ad eum uenirẽ. [Præsto fuit) Obtulit se mihi, occurrit [Stator] Cubicularius. est. n. nomen officij. dr̃ autem stator, ut supra plenius diximus, q apud imperatorem, vel prætorem assidue stat, inquales sũt cubicularij. [Se posse,) scilicet scribebat. [Per se] Sine auxilio meo [Conficere negocium) Resistere M. Ant. & sustinere oẽm impetũ belli. [Iudicabo) Fatebor. [Nihilominus) Licet scripsisset ne irem. [Socium gloriæ) Participem gloriæ. i. existimans q ipse solus uellet habere gloriam de superato M. Ant [Delibare) Degustare, sumere. [Ieiuni.] Insatiabilis, quia omnia sibi appetit sicut ieiuni. [Subesse) Latẽter esse. s. putabã. [Durius] Asperius. i. si quid periculosius ei immineret. [Non malus homo.]. i. bonę intentionis. [Suo chirographo) Propria manu scriptas. [Desperans) Spem amittens. [Destitutum) Deceptum, derelictum à Lepido. [Ne fallar) A Lepido [Suam fidẽ solutam esse) Suam fidẽ, quam mihi dederat, cum affirmaret de Lepido esse fractam, quia non posset eam præstare, quia Lep. eum decepisset. supra.n. dixit

credidi

credidi chirographis eius affirmationi præsentis Laterensis.[Lęuo Cispio legato meo, de quo supra in epis. quæ incipit: Quid in animo habuerim. [Perfereda) Ad uos, [Concionaretur) Orationem haberet, p̄ concione. [Improbi per se).i. sua natura mali, corrupti, facti mali. [Per eos, qui pręsunt).i. ab iis qui eis præsunt, & declarat qui sint. [Canidios, & Rufrenos] Pluralem posuit, p̄ singulari inuidiose. Nã Canidios, & Rufrenos mali uiri tribuni corruperant milites, & eos à rep alienauerant. [Quos cæteros) Viri ironice. [Duobus consulibus) Hirtio, & Pansa. [Occisis] In bello Mutinẽsi. [Amissis) Mortuis [Iudicatis) A senatu. [Hoc quod dixerant milites se nolle pugnare aduersus aliquem pro rep. p̄pter causas supradictas [Vindicarat) Punierat. [Aut sanarat) Mitigauerat aliqua exhortatione, unde & ipse uidetur assentiri uoluntati militum, ne pugnet contra Ant. [Huc] Pro illuc. s. ad Lep. [Duobus [Lepido, & Ant. [Obijcere) Tanquam uilem. [Maxima auxilia). s. obijcere. i. eos, qui uenissent in auxilium meũ. [Principes Galliæ) Qui fauebant mihi. [Ita,] scilicet obijciendo temere duobus exercitibus coniunctis. [Oppressus) Fusus, deletus cum exercitu. [Perdidissem] Deleuissem [Non modo honorem mortuo) Quia ijs, qui pro rep. mortui fuissent, magnificentissima funera fiebat, q̄ uero eam perdidissent, nulla oratio. [Misericordiam de futuram).i. Fore, ut nemo misereret̃ mei, sed potius diceret̃ me merito perijsse. [Rediturus) reuersurus ut nullo pacto eam ad ipsum Lepidum. [Tanta munera) Tantas occasiones. s. ut obijcerẽ eis exercitum meũ, prouinciam, & principes Galliæ Cę. quę ipsi munera existimarent. [Perditis) sceleratis. [Opportunis) Commodis [Ille exercitus. s. Lepidi.] Desciuerit. [Defecerit] Rebella-
Quoad uerit. [Integra) Sine detrimẽto in eo statu, in quo nũc sunt. [Quoad] Quousque. [Summittatis) Celeriter mittatis. [Exercitus) Bru. & Cæs. Octauiani. [Pari] Sicut uindicastis apud Mutinam. [Nec depugnare) Pollicetur Plãcus se paratissimum esse p̄ rep. ad oĩa ad mortem usq;, nec cuiq̃ cessurum [Traijciendum] Transmittẽdum. [Corroborentur) Confirmentur, capiant uires, nobis quiescentibus [Perturbentur] Videntur q̄ non mittantur auxilia. [In quo) In qua re. s. ut traijciuntur exercitus. [In possessione) quia iã habuerat unam uictoriam apud Mutinam. [Fratrẽ meum] Planc. [In febriculam [Sic supra fratrem meum assiduis laboribus, conuersationibusq. confectum grauiter se habuisse ante tibi scripsi. [Cõcupiscere].i. mihi optare. [Habeo te).i. relinquo iudicio tuo. qui me plurimum amas, ut quãtum tu uelis, & q̃n tu uelis mihi conferatur, sic supra: Concupisco autem mihi nihil contra quod ipse pugno, sed & tẽporis, & rei te moderatorem facile patior esse. [Subdas) Substituas [Hirtij) Consulis, qui in bello interijt.

ASC. *PVDERET me &c.*] Quia scripserat Plancus se sperare, ut haberet Lepidum, & cõiunctum, & fidum ad remp. defendendam. ideo cũ inuenisset se ab eo deceptum, hac epistola se excusauit, omnemque culpam transtulit in leuitatem, & perfidiam Lepidi, quam quomodo deprehenderit, etiam scribit, & se uix continere potuisse, quin ad eum iuerit, sed uidisse fore summæ dementiæ obijcere, & se, & suos tantis periculis. Purgatque fratrem, quod non citius uenerit. commẽdatq. eum, rogatq; ut ipsemet in Hirtij locum substituatur. Ordo est: Puderet me inconstantiæ literarum mearum, si sup. literæ meæ non penderent ex leuitate.i. inconstantia aliena. s. Lepidi. Mallem tñ legere penderet, ut sit, si in cõstantia literarũ mearũ, nõ pẽderet ex lenitate aliena, Feci oĩa quare.i. quamobrem. Lepido cõiuncto, scilicet mihi ad defendẽdam remp. ego resisterem perditis. s. ciuibus, Antonio, & eius fautoribus sup. cum minore solicitudine uestra. Ego &.i. simul, recepi, idest promisi omnia supp. Lepido penti, & scripsi tibi biduo ante, me confidere, me usurm Lep. bono.i. amico, & fauorabili, & administraturum bellum cousilio cõi.i. cõicato cum Lepido, Credidi.i. fidẽ adhibui, chirographis. s. scriptis manu eius. s. Lepidi, credidi affirmationi Lateren. qui erat tũ.i. tũc apud me, & oradbat, sup. vt reconciliarem.i. in amicitiam coniungerem me Lepido, & haberem fidem.i. confiderem. Non licuit.i. non est datum, aut concessum sperare bene de eo. s. Lepido diutius.i. multũ diu. Ego certe caui.i. cauendo insidias effeci & cauebo. s. deinceps, ne summa.i. suprema salus reip. fallatur.i. decipiatur, & fraudetur, credulitate mea.i. p credulitatem meam, hoc est, facilitate credẽdi. Cũ traduxissem exercitum Hisarã, aut Isarã.i. duxissem trans Isaram flumen in Delphinatu ponte effecto uno die, in quo cõmendat celeritatem, mirum est tamẽ, quod alibi dicit duobus castellis, & multo præsidio capita pontis munita reliquisse, si uno die põtem fecerit adhibens celeritatẽ, pro magnitudine rei, q. s. id exigebat, vtpote accessio Lepidi, & exercitus eius ad remp. vti sperabat, q̄.i. quia, ipse. s. Lepidus caput rei peticrat p literis, ut maturarẽ uenire. Stator.i. minister publicus dictus à stãdo, q̄ stet paratus ad eundũ, quò mittatur, fuit pręsto.i. pñs cũ literis eius q̄-

bus denunciabat.i. cõtrariæ sñiæ factus sig̃nabat ne uenirẽ. s. ad ipm. Et denũciabat se posse cõficere. s. absoluer negociũ.i. expugnationẽ Ant. & deliberationẽ reip. p se, & sup. ut expectarẽ sup. eũ ad Isarã. Indicabo tibi ò Ci. cõsiliũ meũ temerariũ: ego decreuerã ire. s. ad Lepidũ, nihilominus.i. q̃uis denũciasset mihi ne irẽ existimãs eũ uitare.i. fugere sociũ gloriæ, hoc ẽ uelle se solũ hrẽ laudẽ deuicti Ant. Putabã. s. scdo loco, me nec delibare.i. degustare quidq̃ de laude hominis ieiuni.i. sic auidi ad laudẽ, ut ieiunus est ad cibum, & putabam tñ subesse.i. clã inesse propinquis, vt si aliquid esset.i. accideret durius, hoc est si forte succumberet Lepidus, possem succurrere celeriter. Ego homo nõ malus.i. minime astutus suspicabar hoc, ut Laterẽsis uir sanctissimę, idest integerrimæ fidei, mittit mihi literas suo chirographo.i. scripto manus suæ, & desperãs meis.i. copijs, de se, d̃ exercitu, de fide Lepidi, & quętẽs se destitutum, idest derelictum solum in fide. In quibus, scilicet literis ipse denũciat aperte, sup. uideam.i. prospiciã, ne fallat, fidẽ suam esse solutam, aut à se, aut à Lepido. si à se, sensus est, fidem suam nõ esse obligatam ad præstãda, quę non posset, cum denunciaret se amplius non posse. si à Lepido. dic solutam, idest uiolatam, & interrruptam, ne desim.i. ut cõsulam reip. Ego misi Tytio, exemplar.i. ut dicunt duplum chirographi.i. manuscripti eius. Ego dabo Lęuo Cispio perferẽda scilicet ad senatum, omnia chirographa.i. scripta manibus Lepidi, Laterensis, & aliorum, ex quibus credidi, scilicet promissis eorum, & à quibus putaui, fidem non habendam.i non credendum esse, qui. s. Læuo Cispius interfuit omnibus his rebus accessis.i. additum est, eo.i. ad eam infidelitatem Lepidi, ut cum Lepidus cõcionaret̃.i. orationem haberet ad milites suos, milites eius improbi per se, idest propria natura, & corrupti etiam per eos, qui præsunt, vtpote p Canidios, Rufrenos, & ceteros, quos scietis cum opus fuerit, conclamarint, sup. tanquam uiri boni se uelle pace. Neq; esse pugnaturos cum illis, & hoc duobus consulibus singularibus, scilicet Hirtio, & Pansa iam occisis, tot ciuibus amissis, pro patria. Denique oĩbus, scilicet Antonianis iudicatis, scilicet à senatu hostibus, & bonis, scilicet eorum publicatis, neque Lepidus, aut uindicarat hoc, aut sanarat.i. ad sanum consilium conuerterat. Ego uidi.i. consideraui me uenire huc.i. ad talem exercitum, & obijcere. s. trucidandum duobus exercitibus coniunctis. s. Antonij, & Lepidi, exercitum fidelissimum, & ita diligendum, & maxime auxilia Galliæ, & cunctã prouinciam, esse summę dementiæ, & temeritatis. & uidi si oppressus essem ita, & perdidissem remp. mecum non modo honorem, sed quoque.i. etiam, misericordiam defuturam mihi mortuo. Itaque rediturus sum. s. in prouinciam, nec sinam.i. patiar, tanta munera.i. tam fidelem, & bene instructũ exercitum posse dari.i. obijci, hominibus perditis. Ego habebo exercitum locis opportunis, tuear.i. protegam p̄uinciam, etiam si ille s. Lepidi exercitus desciuerit.i. defecerit à rep. ad Antoniũ & dabo operam, ut seruem omnia integra.i. neq; imminuta. Quo ad.i. donec mittatis huc exercitũ, & uindicetis.i. libertati restituatis remp. pari felicitate, qua. s. apud Mutinam. Nec quisquam fuerit paratior. s. quam ego, depugnare.i. excidio naualẽ pugnã obire, si occasio tulerit.i. dederit, nec obsideri, si necesse fuerit, nec mori pro uobis, si casus inciderit Quare ò mi Ci. ego hortor te sup. ut cures exercitum traijciendum.i. trans Alpes mittẽdum huc.i. ad nos, quamprimum.i. ualde cito, & matures.i. acceleres priusq̃ hostes corroborentur, nam & nostri, qui pauciores, & debiliores sunt, perturbantur. In quo.i. in qua re, hoc est exercitus traiectione, si celeritas erit adhibita, resp. manebit in possessione uictoriæ s. apud Mutinã initæ, & hoc sceleratis, scilicet reliquis deletis. Fac sup. ut ualeas, & diligas me. Hic uidetur finis superioris epistolæ, ut sequẽtia nouam constituant, aut saltem seorsum scripta censeãtur. Sũt enim alterius argumenti, & quæ sic scripta uidẽtur. ut à solo Cic. legant̃, cũ superiora ab omnibus legi possint. Ordo autem est: Excusem literis s. mittẽdis ad senatum fratrem meum, ciuem fortissimum tibi, & paratissimum ad omnia.i. mãdata obeũda, qui. s. frater incidit ex labore.i. fatigatione, in febriculam assiduam, & satis molestam. Cum primum poterit non dubitabit recurrere istuc.i. ad uos, ne quo.i. aliquo loco desit reipu. Ego rogo supp. ut habeas dignitatem meam commendatam. s. tibi, hoc est suspicias eam protegendam ab obtrectatoribus. Sed sup. nihil oportet me concupiscere, nam sup. habeo te, &.i. simul amantissimum mei, & quod optaui, summæ auctoritatis, q. d. qui uelis cum sis amantissimus mei, & possis me defendere, cum sis summæ auctoritatis. Tu uideris i. tuum fuerit uidere, & iudicare quantum.i. quam magnum, & quando.i. quo tempore, uelis tuũ munus esse apud me.i. me. t bi esse obnoxium, aut tuum munus esse apud me.i. me obire munus, & partes tuas, q. d. fuero semp, & omnibus paratus, ut sit simile illi postea ab Æolo apud Virgil.
ad

ad Iunonē dicto: Tuus ò regina quid opres, Explorare labor, mihi iussa capessere fas est. Et rogo te tantum. i. dūtaxat sup. ut subdas. i. sufficias, & substituas me in locum Hirtij. i. ut sim pro Hirtio consul, & i. simul ad amorem tuum agendum in me, & ad obseruantiam meam s. augendam in te obseruando, quasi dicat cū id & amor tuus in me, et obseruantia mea in te exigat.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

De agris diuidundis agebatur Romæ: quòd cum Plancus accepisset, ut militibus suis gratior esset, ipse quoq; petere instituit: & de ea re literas Ciceroni scripserat: ad quas respondet Tullius.

CICERO PLANCO S. D. 22

IN te, & in collega omnis spes est dijs approbantibus. concordia uestra, quæ senatui declarata literis uestris est, mirifice, & senatus, et cuncta ciuitas delectata est. Quod ad me scripseras de re agraria, si consultus senatus esset, ut quisq; de te honorificentissimam sententiam dixisset, eam secutus essem, qui certe ego fuissem: sed propter tarditatem sententiarū, moramq; rerum cum ea, quæ consulebantur, ad exitum non peruenirent, commodissimum mihi, Plancoq; fratri uisum est, uti eo, quod ne nostro arbitratu componeretur. quis fuerit impedimento, arbitror te ex Planci literis cognouisse. sed siue in S. C. siue in ceteris rebus desideras aliquid, sic tibi persuade, tantam esse apud omnes bonos tui caritatem, ut nullum genus amplissimæ dignitatis excogitari possit, quod tibi non paratum sit. Literas tuas uehementer expecto, & quidem tales, quales maxime opto. Vale.

HVB, IN te, & in collega] Cum Bru. recepisset se in Galliam ad Pla. scri
pserat Planc. magnā esse inter se cōcordiam ad defendēdam
patriam, quare dic t Cic. senatum, & totam ciuitatē uehementer
delectatam esse. Deinde quia rogauerat Planc. Cic. ut si senatus
fuisset interrogatus de re agraria, assentiretur ipse Cic. ijs, qui ho
norifice dixissent pro Planc. qui hanc curabat magis propter mi
lites suos, quàm propter se, ut infra alio loco dicet; respōdet Cic.
se fuisse paratissimum. sed cum nihil concluderetur in senatu ꝓ
pter tarditatem eorum, qui dicebant, sententias, uisum fuisse, &
sibi, & Pl. Planci fratri, ut faceret id, quod non potuit cōponi ar
bitratu ipsorum, quodam impediente, de quo dicit se putare esse
ad eum scriptum à Plan. eius fratre. Postremo dicit eum non de
bere dubitare tantam esse ei caritatem apud omnes bonos, ut nō
possit omnia obtinere. [Collega) D. Brut. [Omnis spes) Conficiē
di belli. [Dijs approbantibus] dijs fauentibus. [Cōcordia uestra)
tua & collegæ Brut. [De re agraria) quærebat enim Planc. ut in
distributione agrorum, qui erant uiritim diuidendi inter bonos
ciues, ipse esset commē datus. [Consultus) Interrogatus, ut dixi-
mus in lib. 1. (Vt) Sicut. [Honorificentissimam) cum laude, & cō
mendatione tua. [Eam secutus essem) i. eam approbassem. [Qui
fuissem]. i. qui fuissem ille, qui dixissem, sentētiam honorificen-
tissimam pro te, & non solum essem secutus sentētiam aliorum.
[Sed] dicit Cic. quare non potuerit dicere sententiam pro Planc.
[Quæ consulebantur) quæ interrogabantur in senatu, uel quæ de
liberabantur. [Fratri) tuo. [Vti eo). i. id capere. [Quod ne). i. quod
quidam de quo ad te puto fratrē tuum scripsisse, impediuit nos
ne fieret, ut uolebamus. Est autem ordo, uisum est mihi & Planc.
fratri uti eo, quod ut ne componeretur arbitratu nostro, non ar-
bitror te cognouisse literis Pl. fratris, qui fuerit impedimento.
impediti enim fuerant à quodam, quem non nominat, ne illa
i res agraria componeretur, ut uolebant ipsi Cic. & Pl. frater. [In
S. C.] id est in ijs, quæ à senatu deliberanda sunt. [Caritatem tui]
amorē erga te. [Tales]. s. quæ declararent mihi Ant. oppressum.

ASC. IN te, &c.) Cum Br. recepisset se in Galliam ad Plancum, scri
pserat Plācus se cum eo ad patriæ defensionem cōsentire, de qua
re nunc dixit Cic. S. P. Q. R. mirifice lætatum. Deinde quod de
Agraria lege rogatus erat, dicit se ad id paratum fuisse, opportu
nitatem defuisse, iterum inflammans hominem ad reipub. prote
ctionem, & ad literarum scriptionem. Ordo est; Omnis spes. s.
reip. aut salutis est in te ò Plance, & in collega. s. tuo Bruto, dijs
approbantibus. i. uota nostra, & uestra secundantibus. Et i. simul
senatus, & cūcta ciuitas. s. Romana, delectata est mirifice, cōcor
dia uestra. i. pp uestram concordiā, quę declarata est. i. clare signi
ficata senatui literis uestris. Qd tu scripseras ad me de re agraria
. i. de agris diuidendis militib. tuis, ut bn̄ de rep. meritis, si senatus
eēt cōsultus. i. rogatus sn̄as, ut quisq; dixisset sn̄iam honoratissi
mam. s. tibi, secutus essem eam, qua. s. sn̄ia honoratissima tibi, aut
de te, ego certe fuissem, sed ea quæ consulebantur. i. de quib. fie-
bat consultatio, non pueniret ad exitum. i. ad decretionē, uisum
est mihi, & fratri. s. tuo Plāco, commodissimum uti eo. s. quo, ut,
scis, usi sumus, qđ. s. decretū, quo usi sumus ego arbitror te cogno
uisse ex lr̄is Planci. s. fratris tui, quis fuerit impedimento. i. impe
diuerit. ne componeret. i. fieret, & absolueretur, arbitratu nostro
. i. secundum arbitrium, & uoluntatem nostram, hoc est Planci,
& meam, Sicut in multis alijs epist. quia res erat nota scribenti,
& ei, ad quem scribit, nobis mansit ignota. Quis. n. diuinauerit,
qđ fuerit. quo usi sint, aut qs impediuerit, quo minus S. C. & sn̄ia
utriusq; fuerit factū? Sed siue tu desideras aliquid in S. C. siue in
ceteris reb. psuade tibi, charitatem tui. i. in te esse tantā apud om
nes bonos, utpote reip. amatores, ut nullū genus dignitatis am-
plissimæ, possit excogitari. s. à te, quod non sit paratū tibi. Plus est
qđ dicit excogitari, quàm si diceret posci, facilius. n. est aliqd
excogitare q̄ poscere. Plus etiam est quod dicit quod tibi compa
ratum sit, q̄ si diceret, quod tibi non detur, quia quod paratū est,
expectat habiturum ē: si non petierit. Ego expecto uehementer
literas tuas, & quidem tales quales maxime opto, hoc est quibus
significas te hostes deleuisse, aut quid simile.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Et se, Laterensemq; excusat ne temere credidisse Lepido existimeni, hortaturq; Ciceronem, ut det operam apud Senatum, ut Octauius cum exercitis ad eum mittatur.

PLANCVS CICERONI S. D. 23

NVnquam mehercule mi Cicero me pœnitebit, maxima pericula pro patria subire, dum si quid acciderit mihi, à repræhensione temeritatis absim. Confiterer imprudētia me lapsum, si unquā Lepido ex animo credidissem. CREDVLITAS enim error est magis quàm culpa: & quidem in optimi cuiusq; mentem facillime irrepit. sed ego non hoc uitio pene sum deceptus: Lepidum n. pulchre noram. quid ergo? pudor me, qui in bello maxime est periculosus, hunc casum coegit subire. nam nisi uno loco essemus uerebar ne cui obtrectatorū uiderer, & nimium pertinaciter Lepido offensus, & mea patientia etiam alere bellum. itaq; prope in aspectū Lepidi, Antonijq; adduxit, quadragintaq; millium passuum spatio relicto, consedi, eo consilio, ut uel celeriter accedere, uel salutariter recipere me possem, adiūxi hæc in loco eligēdo, flumē oppositum, ut haberē, in quo mora transitus esset. Vocōtij sub manu, ut essent, p quorū loca mihi fideliter pateret iter. Lepidus, desperato aduentu meo, quē nō mediocriter captabat, se cum Antonio coniunxit ad. 4. Kal. Iun. eodemq; die ad me castra mouerunt. uiginti millia passuum cum abessent, res mihi nunciata est. dedi operam, deum benignitate ut, & celeriter me reciperem, & hic discessus nihil fugæ simile haberet, non miles ullus, non eques, non quidquam impedimentorum amitteretur, aut ab illis † furentibus latronibus interciperetur. itaquē prid. Iun. oēs copias Isaram traieci, pontesque, quos feceram, interrupti, ut & spatium ad se colligendum homines haberent, & ego me interea cum collega coniungerem: quem triduo, cum has dabam literas, expectabam. Laterēsis nostri, & fidem, & animum singularem in remp. semper fatebor. sed certe nimia eius indulgentia in Lepidum, ad hæc pericula perspiciunda fecit cum minus sagacem. qui quidem cum in fraudem se deductum uideret, manus, quas iustius in Lepidi perniciem armasset, sibi afferre conatus est. in quo casu tamē interpellatus, adhuc uiuit, & dicitur uicturus. sed tamen de hoc mihi parum certum est. ego magno cum dolore parricidarum elapsus sum ijs: ueniebant. n. eodem furore in me, quo in patriam incitati. iracundias autem harum rerum, recentes habebunt, q; Lepidum castigare non destiteram, ut extingueret bellum, q; colloquia facta improbabam: q; legatos fide Lepidi † missos ad me, in conspectum uenire uetueram: q; C. Catiniū Vestinū trib. mil. missum ab Ant. ad eū cū literis,

† alias, missum ab A. ad me cum
† alias, Catium

ris, exceperam. in quo hãc capio uoluptatem, ꝙ certe, quo magis me petiuerunt, tanto maiorem ijs frustratio dolorem attulit. Tu, mi Cicero, quod adhuc fecisti, idem præsta, ut uigilanter, neruoseq́; nos, qui stamus in acie, subornes. ueniat Cæsar cum copijs, quas debet firmissimas: aut, si ipsum aliqua res impedit, exercitus eius mittatur: cuius ipsius magnum periculum agitur. quidquid aliquando futurum fuit in castris perditorum contra patriam, hoc omne iam cõuenit. pro urbis uero salute, cur non omnibus facultatibus, quas habemus, utamur? quod si uos istic non defueritis, profecto, quod ad me attinet, omnibus rebus abunde reip. satisfaciam. Te quidem, mi Cicero, in dies mehercule habeo cariorẽ, solicitudinesq́; meas quotidie magis tua merita exacuunt, ne quid aut ex amore, aut ex iudicio tuo perdam. opto, ut mihi liceat iam præsenti pietatem meorum officiorum tua beneficia tibi facere iucundiora. Vale. 8. idus Iun. † Cuarone, ex finibus Allobrogũ.

† alias, Anercẽe,

HVB. NVnquam] Quia cum Plã. putaret se cõiunctum esse cũ Lep. fuerat ab eo deceptus, hac epistola primum se excusat, ne uideatur per imprudentiam fuisse deceptus. Deinde scribit quẽadmodũ & sibi & exercitui suo prouiderit, postea quam cognouit perfidiam Lepidi, & excusat Laterensem. qui affirmauerat de Lepido non malitiose ut deciperet Plan. sed propter nimiam indulgentiam suam erga Lepidum, à quo posteaquam uidit se deceptum, dicit eum tm̃ dolorem accepisse, ut uoluerit seipsum interficere. incertumq́ adhuc sibi esse, utrum sit uicturus. Narrat q̃tum doluerit Lepidus, & M. Ant. ꝙ non potuerint intercipere ipsum Planc. & exponit aliquas causas odij Lepidi erga se Hortatur postremo Cic. ut det operam Cæsa. Octauianum ad se mitti cum exercitu, aut saltem eius exercitum, dicit.n. ꝙ si ipsi recte gesserint res Romæ, ipse bene tuebitur prouinciam. [Acciderit] male euenerit. [Absim à reprehensione temeritatis]. i. non reprehendat fuisse temerarium, & imprudenter fecisse. [Lapsum) .i. cespitasse. (Credulitas) Facile credere [Error) cum casu quispiam decipitur, & aliud pro alio accipit; culpa uero cum ob negligentiam quispiam peccat. [Irrepit] Ingreditur, [Cuiusq; optimi) Vt enim quisq; optimus est, ita facillime credit qm̃ alios ex ingenio suo iudicat, & plerunq; errat. [Penè hoc uitio non sum deceptus]. i. ferè non peccaui et per errorem credulitatis, quia nunq̃ credidi Lepidum bonum. [Noram]. s. malum, & inconstantem. [Quid). s. est, si non fuit credulitatis error, quid ergo est, quod te decepit? [Pudor) Rñdetur sicut supra accidit mihi, quod homini prudẽti, & cupido satisfaciendi reip. accidere solet. [Vno loco) Ne cõiungerem me cum Lepido sicut ille orabat. [Pertinaciter) Obstinate, indurate. [Alere) Fauere, in longum deducere. [Offensus) Iratus, inimicus. [Mea patientia) Si paterer ipsum esse solũ aduersus An [Prope) Ferè. Consedi, constiti cum exercitu. [Eo consilio) Ea deliberatione. [Accedere) Ad ipsos, uel recipere, retrahere. [Cum salute) Et me, & exercitu meo incolumi [Adiunxi] Pergit probare se omni prudentia usum esse, ne captaretur insidijs à Lepido. [Oppositũ] A Lepido. [Mora) Aliqua dilatio, ne tam cito posset transire. [Vt essent) Subaudi, adiunxi hoc, uel prouidi, ut essent [Vocontij) Populi Galliæ, super. Quatos non longe à Druentia fluuio. De quibus Stra. lib. 4. [Sub manu] Prouerbialiter, dixit, i. apud propè. [Patet &) Esset apertum & facile sine cuiusq̃ impedimento. [Fideliter) Sine insidijs cuiusquam. [Captabat) inuidiose quærebat. [Res) ꝙ erãt coniuncti, & quòd mouerent castra contra me [Deum] Deorum. [Reciperem,] retraherem in locum tuum [Nihil simile fugæ]. i. ne uiderer fugere, timore eorum. [Impedimentorum) sarcinarum, dicuntur.n. impedimenta onera militaria. [Interrupi) Fregi, disieci. Colligẽdum se) Intra urbes suas prius q̃ opprimerentur repentino aduentu hostium [Fatebor) dicam, protestabor, licet deceptus sit à Lep. [Indulgentia) obsequio. [Minus sagacem) Minus acutum, & diligentem. [Iustius) honestius. [In Lepidum] Quia fuit perfidus contra eum [Afferre manus) Inijcere manus, idest uiolenter se manibus proprijs interficere. [Conatus est) Tentauit. [Interpellatus) Impeditus. [De hoc) ꝙ sit uicturus. [Parricidarũ) ꝓditorum. dicuntur.n; quasi parricida, & interfectores parentum & patriæ proditores, quia patria parens est uniuscuiusque. [Cum dolore) Dolent.n. summopere ꝙ non potuerint me excipere & opprimere. [His) Eis s. parricidis. [Recentes.) Nouas. exponit autem causas iracundiarum [Castigare) obiurgare, reprehendere. [Extinguere) sopiret, penitus tolleret. [Improbabam) Accusabam. [Colloquia) Ipsius Lep. cum Anton. secreta contra rẽp. [Fide Lepidi) Data eis fide à Lep. [Vestinũ) ex Vestinis populis, qui sunt Italiæ ultra Picenum finitimi. Amiternis, ut scri Su. [Petiuerunt me) Insidias in me intenderunt. nam petitiones propriæ gladiatorum dicuntur, & petere est inuidiose, aut uiolenter aggredi, ut apud Virg. Reginam petit. Cic. Q. Lig. Quid n. Tubero tuus ille destrictus in acie Pharsalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? [Frustratio) inanis conatus eorum. [Neruose] Fortiter. [Subornes) adiumes, instruas. [Cæsar) Octauianus adolescens. [Cuius ipsius) uel Cæs. uel exercitus eius, sed melius Cæs. quia fuderat Ant. apud Mutinã. [Agitur) Est in pẽdenti. [Quidquid) Sensus est, quidquid necessarium fuit sceleratis & perditis contra patriam, omne paratum, est ita, ut nihil desit. Nos autem pro defendenda salute, cur non ponamus omnes facultates nostras, quas habemus? [Perditorum) Patricidarum. [Id omne) Id totum conuenit. i. concordauit, congregatum & compositum est [Istic) Romæ [In dies] Per singulos dies. i. dietã [Merita) Beneficia. [Exacuunt) Incitant. legitur tñ & excutiunt, ut sit sensus: tua merita quotidie magis amouent mihi solicitudines .i. anxietates meas si autem legitur exacuunt, intelligimus solicitudines. i. curas bene administrandæ reip. & hic sensus est uerior, ut declarant sequẽtia, cum dicit quæ sint solicitudines. s. ne perdat aliquid de amore, aut de opinione Cic. erga se. [Iudicio tuo) s. de me, quia scio te bene de me sentire [Præsenti pietate) .i. de præsenti animi affectione. i. opto facere, ut cum uideas nũc meam pietatem erga te, & erga patriam, iucundius tibi sit in me beneficia contulisse.

NVNQVAM &c.] Quia Plancus ab Lepido, ut uidimus, deceptus erat, hac epist. se purgat, ne putetur per imprudentiam suam fuisse deceptus. Deinde scribit quemadmodum sibi, & suis prospexerit, postquam perfidiam Lepidi cognouerat, purgatq. Laterensem, qui Lepidum commendarat non malitiose quo Plancum deciperet, sed pp nimiam indulgentiam suam erga Lepidũ. Dicit autem ex ea fraude se tm̃ doluisse, u. parum abfuerit, quin sibi mortẽ inferret. Narrat etiam q̃ ægre tulerit Lepidus, & Antonius ꝙ se. i. Plancum non circumuenerint. Hortaturq. ut Cæs. Octauium ad se mittat. Ordo est: Nunquam o mi Cic. i. non pœnitebit unquam mehercule me subire maxima pericula pro patria, dum. i. dummodo. siquid. s. aduersitatis acciderit mihi. ego absim. i. immunis sim à repræhensione temeritatis. i. si non uererer temeritatis argui, si præter opinionem quidquam acciderit. Ego confiterer me lapsum imprudentia, si unquam credidissem ex animo. i. sincere, & plene Lepido, dico. sup. me lapsum fuisse non peccasse. Enim. i. quia, credulitas. i. facilitas in credendo, est magis error, quam culpa. & quidem. i. certe, ipse irrepit. i. tacite illabitur, facillime in mentem optimi cuiusque. Quod perq̃ uerum est. Nam mali, cum credunt omnes sui similes, nõ facile decipiuntur. Sed ego sum penè. i. quasi deceptus nõ hoc uitio. s. credulitatis. dices supp. ergo quid est. s. quod errasti? Rñsio: Pudor, q̃ est maxime periculosus in bello, quia audacẽ fortuna iuuat, coegit me ad hunc casum. Nam si essem uno loco. i. si manerem in prouincia mea, uerebar ne uiderer cui. i. alicui obtrectatorũ. i. inuidorum famæ meæ detrahentium infensus. i. iratus Lepido nimis pertinaciter si. s. pro cõi salute nollem me illi coniungere, & uiderer etiam alere bellum, mea patientia. lõganimitate, aut tarditate, ꝙ paterer hostem tandiu uiuere, quẽ coniunctus cum Lepido, possẽ statim opprimere. Itaq; adduxi copias, supp. meas prope. i. quasi in conspectum Lepidi, & Antonij Consedi. i. locũ quietis reperi, à consido, quod sic accipitur Æn. 1. Vultis & his mecum pariter considere regnis? Vnde uerum est sido quoq; sedi hr̃e in præterito, ꝙ docet Valla, spatio 45. mill. pass. relicto. s. à castris Lepidi, eo cõsilio, ut possem uel accedere celeriter. s. ad Lepidum, si fuisset in ea sententia, in qua esse debebat. uel possẽ recipere me. i. a conflictu eripere, cum salute. s. mea & exercitu. Ego adiunxi. i. addidi, hæc. i. has res, quas res dicam in loco. s. cõsidendi. eligendo. i. in eligendo ut haberẽ flumen, oppositum. s. exercitui Lep. in quo. s. flumine, esset mora transitus. i. in quo trãseundo, moram traheret Lepidi exercitus Et sup. adiunxi, hoc ẽ, effeci, ut Voconij (alij legunt Vocontij) populi in illis partibus Galliæ, essent sub manu. i. in potestate mea, ꝑ quorum loca iter pateret mihi fideliter. Lep aduentu meo, quem captabat nõ mediocriter, imò ardenter desperato, coniunxit se cum Anto. ad 4. Kal. Iun. &. s. ipsi coniuncti mouerunt castra. s. sua, ad me. s. procedendo, res est nunciata mihi, cum abessent 20. mill. pass. Ego dedi operam benignitate deum. i. deorum, qui eam mẽtem dederant, ut &. i. simul reciperem. i. in loca tuta retraherem me celeriter, & hic discessus nihil haberet simile fugæ, & ullus miles, non admitteretur, quidquid impedimentorum. s. itineris, hoc est

ASC.

machi-

machinarũ & sarcinarum bellicarum nõ admitteret, aut interciperetur.i.in medio itinere per insidias caperetur ab illis latronibus ferueutibus.i.ardentib. ad prædã. Itaq; ego traieci prid.non. Iunias.i.die pŕiũe nonas Iunias.i.quarto die Iunij, copias meas Isara.s.flumen Galliç in Delphinatu, & interrupi põtes, quos feceram, ut homines.i.milites mei haberent spatium ad colligẽdũ se.i.ad resumendum animum, & ad cõponendas res turbatas celeri profectione. Ego coniungerem me interea s.cum hostes põtes reficerẽt, cum collega s.Bruto quem ego expectabam triduo .i.intra triduum affuturum cum ego dabam .s.ad te has literas. Ego fatebor.i.protestabor semper & fidem & animum singularẽ in.i.erga remp. Laterensis nostri s.communis amici. Sed certe nimia indulgentia.i.immoderatus amor eius in Lep. feci eum minus sagacem.i.prouidentẽ ad hæc pericula pspicienda. Qui.s.Laterensis, quidem.i.certe, cum uiderit se deductum in fraudẽ.i.deceptum à Lepido, conatus est afferre sibi manus.s. seipsum interficere inferendo sibi manus, quas armasset iustius in pnicié.i.cædem, & interitum Lepidi, in quo tñ casu ipse interpellatus.i. impeditus uiuit adhuc, & dr̃ uicturus, quia non adegerat adhuc vulnus satis altum. Sed tñ parũ certũ est mihi de hoc.s.an uicturus. & conualiturus sit, & ego elapsus sum his.s.malis & insidijs, cum magno dolore parricidarum s.Antonij & Lepidi. patriam per sequentium, & eius defensores trucidãtiũ. Ipsi.n.veniebant incitatç in me eodem furore, quo in patriam.i.ut me penitus opprimerent. Aũt.sed, ipsi habebant iracundias harũ rerũ.i.ob has res recentes, ꝙ nõ destiteram.i.desiueram, aut prætermiseram, castigare.i.obiurgando monere Lep. ut extingueret bellum, ꝙ improbabam colloquia facta.s.inter ipsum & missos ab Anto. aut potius Ant.& ipsum, ꝙ uetuerã legatos dimissos.i. à diuersis missos ad me fide Lepidi.i.data eis fide à Lepido, nihil molestiæ à me passuris, uenire in conspectũ.s.meũ, & ꝙ interceperam .i. in medio itinere ceperã C.Catinium Vestiniũ.i.ex Vestinis populi Italiç vltra Picenum iuxta Amiternos missum ad me ab Ant. In quo.s. facto, aut in qua re ego capio hãc uoluptatem, ꝙ certe quo.i.quãto magis periuerunt me.s.capere, aut occidere, tãto maiorem dolorem frustratio.i.irritus conatus attulit ijs. Tu, ò mi Cic. præsta supp. mihi id sup. qđ fecisti adhuc, ut subornes.i.per subsidia adiuues uigilanter & neruose.i.firmiter & solide, nos qui stamus ĩ acie.s.pro patria contra hostes. Veniat Cæs. Octauius adolescens tunc adhuc, & ab rep. stare uisus, sed mox cum Ant.& Lep. cõspiratus. cum copijs, quas habet firmissimas, aut si aliqua res impedit eum, quo minus possit uenire, mittat exercitus.s.eius. Cuius ipsius.s.Cæsaris magnum periculũ agitur.i.impẽdet, fuderat.n. Ant. copias apud Mutinam, & ita putauit Pl. ꝙ non esset cum illo in gratiam rediturus, & hostes oẽs uires suas collegerãt: Vñ addit: Quidquid futurum aliqñ.i.quouis tpe, in castra proditorũ contra patriam, hoc omne conuenit iam.i.congregatum est. vero.i.sed econtrario, cur non utamur omnibus facultatibus.i. copijs, & opibus, quas habemus, pro salute urbis, q.d nullã esse rationem. tacite tñ saluti suæ consulere uidet. Quod si uos non defueritis.s.reip isthic s.Romç, aut isthic.i.in ista re, pfecto ego satisfaciam abunde reip. in omnibus rebus, quod.i. quantum attinet ad me. Quidem.i.certe, ò mi Cic. ego habeo te in dies chariorem .i.te diligo per singulos dies, cum quodam incremento & merita tua.s.in me exacuunt.i.vegetant, & instigant quotidie magis solicitudines meas, ne quod perdam, aut ex amore tuo.s.in me, aut ex iudicio tuo.s.de me. Opto, ut liceat mihi facere beneficia tua in me, iucundiora.s.tibi, & etiam mihi pietate.i. pia exhibitione meorum officiorũ iam præsenti, quæ nunc est futura, iucundum autem est in gratos beneficium conferre, & gratos referre.

PAVL. MAN. *ELAPSVS sum his*] Dictio, his, cum oleret mendum scripsi ad amicissimum meum, ut is mihi, de ea quid sentiret, exponeret. rescripsit corruptam se iam pridem iudicasse, nuper autẽ carissimæ uirtutis, & summç nobilitatis hominem, Benedictum Accoltum Rauennæ Card. quem ego honoris, amplitudinisque causa nomino, cum has Cic. epistolas successiuis temporibus legendo percurreret, eam emendasse; nempe sic: Elapsus sum bis, vt se dicat Plancus periculum bis effugisse, semel, cum ad Lepidum non accessit, neque se unquam cum eo uoluit coniungere, quod si fecisset, ipse cum uniuerso exercitu in Ant. potentiam Lepido prodente deuenisset, iterum, cum audito Lepidi Antonijq. aduentu, celeriter se recepit.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Ciceronem certiorem facit & de exercitu, & de suspicione, quam habet de Cæsare, ne cum Antonio conspiret.

PLANCVS IMP. COS. DES. CIC. S. D. 24

FACERE non possum, quin in singulas res, meritaq. tua tibi gratias agam: sed mehercule facio cũ pudore. neq;.n. tanta necessitudo, quantã tu mihi tecum esse uoluisti, desiderare uidetur gratiarum actionẽ: neq; ego libenter pro maximis tuis beneficijs tam uili munere defungor orationis; et malo præsens obseruantia, indulgentia, assiduitate memorem me tibi pbare. ꝙ si mihi uita contigerit; omnes gratas amicitias, atq; etiam pias propinquitates in tua obseruantia, indulgentia, assiduitate uincã. amor.n. tuus, ac iudicium de me utrũ mihi plus dignitatis in perpetuum, an uoluptatis quotidie sit allaturus, non facile dixerim. De militum commodis fuit tibi curæ: quos ego non potentiæ meæ cã (nihil.n.me non salutariter cogitari scio) ornari uolui à Senatu, sed primum, ꝙ ita meritos iudicabam; deinde, ꝙ ad oẽs casus coniunctiores reip. esse uolebam: nouissime, ut ab omni omnium solicitatione auersos eos, tales uobis pstare possem, quales adhuc fuerunt. Nos adhuc hic oĩa integra sustinuimus. quod consiliũ nostrum; etsi, quanta sit auiditas hominũ, non sine causa, talis uictoriæ, scio, tamen uobis probari spero. non.n. si qđ in his exercitibus sit offensum, magna subsidia resp. habet expedita, quib. subito impetu, ac latrocinio parricidarum resistat. copias uero nostras notas tibi esse arbitror. in castris meis regiones sunt ueteranæ tres, tironum uel luculentissima ex omnibus una. in castris Bruti una ueterana legio, altera bima, † octo tironum. ita uniuersus exercitus numero amplissimus est, firmitate exiguus. quantum autem in acie tironi sit committẽdum, nimiũ sæpe expertum habemus. ad hoc robur nostrorum exercituũ, siue Africanus exercitus, qui est ueteranus, siue Cæsaris accessisset: æquo animo summam rempu. in discrimen deduceremus. aliquanto autem propius esse, quod ad Cæsarem attinet, uidebamus. nihil destiti eum literis hortari, neque ille intermisit affirmare, se sine mora uenire, cum interim aduersum illum ab hac cogitatione, ad alia consilia uideo se contulisse. ego tamen ad eum Furnium nostrum cum mãdatis, literisq; misi, si quid forte proficere posset. scis tu, mi Cic. quod ad Cæsaris amorem attinet, societatem mihi esse tecum, uel quòd in familiaritate Cæsaris, uiuo illo iam tueri eum, & diligere mihi fuit necesse, uel quòd ipse, quo ad ego nosse potui, moderatissime, atque humanissime fuit sensus, uel quòd ex tam insigni amicitia mea, atque Cæsaris, hunc. filij loco illius, & uestro iudicio substitutum, non perinde habere mihi turpe uedetur. sed quidquid tibi scribo, dolenter mehercule magis quàm inimice, facio. quòd uiuit Antonius hodie, quòd Lepidus una est, quòd exercitus habent non contẽnendos, ꝙ sperant, quòd audent, id oẽ Cæsari acceptum referre possunt. neq; ego superiora repetam, sed ex eo tempore, quo ipse mihi professus est se uenire, si uenire uoluisset, aut oppressum iam bellum esset, aut in aduersissimam illis Hispaniam cum detrimẽto eorum maximo detrusum. quæ mens eum, aut quorum consilia à tanta gloria, sibi uero etiam necessaria, ac salutaria uocarint, & ad cogitationem consulatus bimestris summo cũ terrore hoĩum, & insulsa cum efflagitatione transtulerint: exputare non possum. multum in hac re mihi uidentur necessarij eius & reip. & ipsius causa proficere posse: plurimum, ut puto, tu quoque, cuius ille tanta merita habet, quanta nemo præter me. nunq̃ enim obliuiscar, maxima, ac plurima me tibi debere, de his rebus, ut exigeret cum eo, Furnio mãdaui quòd si, quantam debeo, habuero apud eum auctoritatem, plurimum ipsum iuuero. nos interea duriori conditione bellum sustinemus; quòd neque expeditissimam dimicationem putamus; neque tamen refugiendo commissuri sumus, ut maius detrimentum respu. accipere possit. ꝙ si aut Cæsar se respexerit, aut Africanæ legiones

† alias, octo milliũ

giones celeriter uenerint, securos uos ab hac parte reddemus. Tu, ut instituisti, me diligas, rogo, proprieq; tuum esse, tibi per suadeas. V. Kal. Sext. ex Castris.

HVB. Facere] Cum egisset Cic. omnia diligẽter pro dignitate Plãci, & maxime de re agraria, de qua in alia epist. mentio facta est, Plan. artificioso quodãmodo se erga Cic. memorem, & gratum ostendit. Nam dum sigñat non esse ei satisfaciendũ actione grarìarum, agit quidem, & hẽt maximas gratias. postea uero oñdit qui diffidat copijs suis, in quib. maxima pars fit tyronum, dicitq. Cæs. Oct. causam esse, quare M. Ant. & Lep. nondum sint oppressi, significat. n. latenter se intelligere eum consentire cum Anto. dicit autẽ se misisse ad ipsum Cæs. Furnium cum mandatis suis. [In singulis). i. pro singulis. [Neq;. n.) nõ quare faciat cũ pudore, q̃a amicitia magna, q̃ra erat inter eos, nõ patit̃ grarũ actionẽ. p̃terea, q̃a dicit se nolle maximis bñficijs uerbis satisfacere. [Ego] qui sum & magno, & grato aĩo. [Vili munere) est. n. uile munus orationis, & uerborum pro bñficijs acceptis, quia non sunt reddenda uerba pro rebus. [Probare) cum laude ostendere. [Defungor) vtor. [Ex malo) Sensus est, potius uolo cum ero. R. in præsẽtia tua tibi obtẽperando in omnibus, quæ à me uoles, & honorãdo te, oñdere de me esse memorẽ bñficiorum tuorum, q̃ nunc satisfacere uerbis. [Obseruantia] honore, reuerentia erga te. [Indulgentia] obsequio. [Quòd si) sensus est, si deus concesserit mihi uitam, præstabo tibi maiorẽ obseruantiam, indulgẽtiam, & assiduitatem, quam oẽs grati amici amicis suis, aut pij propinqui propinquis suis unq̃ ostenderint. [Amor, ac iudicium) quę duo dixit superius afferre sibi magnas solicitudines, ne imminuantur. Cõmodis]. i. quod supra dixit de re agraria. Curabat Pl. ut militibus suis darentur, cum ob remunerationem pristinorum laborũ, tum uero, ut magis excitarentur in futurum ad defendẽdam rẽp. nati, honorati munerib. agrarijs eis datis. [Causa po. meæ) ut uiderer esse potentior. [Nihil. n.) Parenthesis est. est aũt sensus. nihil cogito, quod non sit utile reip. [Ita me.) .f. milites meos. [Coniunctiores) Magis astrictos pp maxima p̃mia accepta. [Nouissime). i. postremo, hoc est finali cã. [Auersos) Motos. [Ab oĩ sollicitatione) quam faciebat assidue M. Ant. qui solicitabat eos assidue promittendo maxima, quæ uidebam eos esse aspernaturos, si à senatu fuissent ornati. eos autẽ solicitatos fuisse ab Ant. supra oñdit his uerbis. Confirmandus erat exercitus nobis magnus, sępe præmijs solicitatus, ut à repub. moderata potius q̃ ab uno infinita speraret. [Pręstare) Reddere, oñdere. [Tales) .i. prõptos manu pro repu. & fidos [Adhuc) hucusque. [Sustinuimus] Tutati sumus. [Quod consilium) Quod sustinuerim omnia integra potius sapienter defendendo, q̃ periculose cum hoste dimicando. [Scio probari à uobis) Scio uobis placere, scio à uobis laudari. licet aliqui ita sint auidi huius uictoriæ, q; nollent me amplius sustinere, sed iam dare finem. [Non. n.) dicit quare potius hactenus sustinuerit q̃ extremo prœlio expertus sit fortunã, q̃a si male ei conuenisset, non uidebat remp. habere alia subsidia parata, quæ possent resistere impetui Antonij & Lepidi, & ideo dicit noluisse se exponere periculo. [Si quid esset offensum) Si q̃d nobis male accidisset. [In his exercitibus) Nostris quibus ego pręsum. [Subsidia) Auxilia ad succurrendum. [Expedita) Parata. [Notas) quales sint. [Veteranę) ueteranorũ militum, licet essent cognitę. Cic. tamen dicit quas copias habeat. [Tironum) nouitiorum militum [Luculentissima) splendidissima. Nam luculentus à luce dr̃, lutulentus uero à luto. i. cœno, & significat immundum, fœdatum. [Bina) duorum annorum .i. quæ duos annos tm̃ militauit, & exercuit te. [Firmitate) Fortitudine. [Exiguus) Quia ex maxima parte sunt tirones. Contra est illud Virg. Exigui numero, sed bello uiuida uirtus. [Nimium) Quia cũ clade nostra. [Ad hoc robur) .i. ad has uires, quas habemus, maxime pp paucos ueteranos. [Accessisset) Adductus esset. [African⁹) qui fuerat in Africa [Aliq̃to aũt) Sensus est Videbamus sub Cæs. esse nobis propius, q̃ Africanum. [Quod attinet ad Cæsarẽ) .f. ut nobis succurrat [Siue Cæsaris). f. Octa. [Aequo aĩo) Non magna cura, aut timore. [In discrimen) In periculũ, quia non dubitaremus suscipere prœlium aduersus hostes. [Eum). f. Cæs. Octa. [Intermisit) Destitit, cessauit. [Auersum) Amotum. [Ab hac cogitatione) Veniendi ad me [Ad alia consilia) Vt Ant. consentiret [Proficere) Persuadere ei. [Scis) Remouet Plancus à se suspicionem odij erga Octauium, ne uideatur hæc ex maleuolentia dicere. [Societatem esse mihi tecum). i. me esse coniunctum tecũ ad eũ amandum. [Cæsa. J. f. Iulij. [Viuo illo). i. cũ uiueret Iulius Cæs. [Quòd) .i. inquantum [Loco filij) quia Cæs. adoptauerat Octau. in filium iudicio & sñia senatus. [Dolenter magis, quã inimice). i. magis cum dolore, q̃ cum odio, & inimicitijs. i. ut hæc dicam, magis mouet me dolor, quẽ capio pro rep. quam odium, aut inimicitiæ, q̃ mihi sint cum Cæs. [Quod] re petitio est, hæc autẽ omnia, quæ hñt hostes, dicit ascribenda esse Octauiano, quia si uoluissent, iam fuissent oppressi. [Quòd uiuit) q; habet uitam, quia potuisset eum interficere. [Est una). i. coniunctus cum Ant. [Non contemnendos) id est fortissimos. [Quòd sperant) de uictoria & de opprimenda patria. Quòd audent) Quod habent animos, & non fugiunt. [Id omne Cæsari acceptum referre pñt, id omne attribuere Cæs. à quo acceperũt. i. possunt dicere se accepisse id omne à Cæs. Octauiano. [Neq; repetã]. i. neq; re censebo. [Superiora) Quę antea fecit. [Professus) pollicitus. [Oppressum) Extinctum. [Aut). n. aduersissimã] Inimicissimam subaudi fugisset, uel essent expulsi, & rursum sensus, et etiam nõ possum satis putare q̃ mente sua, aut quorum consilijs sit adductus, ut efflagitet p̃consulatum tantummodo duorum mensium, qui superant ad finiendum consulatum Pansę, & Hir. qui perierant in bello Mutinensi. in horum autem locum substitui petierat Plan. ut supra uisum est: &, ut scribit Appianus petierat ẽt D. Bru & itidẽ petierat Cęs adolescens non ad senatum, sed ad Cic. priuatim mittens. [Aduocarint) auerterint, amouerint [A tanta) quãta erat cõparaturus, si perrexisset, ut cæperat. [Salutari) utili. Cum summo terrore hominum) ut scri. App. percussorum cognati, & amici ueriti ne Cæs. Consul effectus supplicium de illis sumeret, dilationibus in creatione factis uariis de causis ex legerẽ pertrahebãt. [Insula) uel quia ad solum Cice. scribebat, uel certe quia per ætatem non licebat ei gerere cõsulatum, quia adhuc erat adolescẽs. [Exputare) Diligenter putare, excogitare. [Quorum) at qui turmarum eius duces ad senatum uenerunt. Cæs. cõsulatum petẽs, & senatu eius ætatem accusante : illi, qui edocti fuerant, exponunt Coruinum iampridem ætate iuniore gessisse consulatum. Dehinc Scipiones primum ac secundum, cum adhuc uterque adolescens esset, multa patrię adeptos esse. Ad recentiora deinde progressi Pomp. magnum & Dolab. protulere, ipsi ẽt Cæs. per Decennũ ante tp̃s concessum esse, ut consulatum peteret. Hæc App. [In hac re) Ne persiet in efflagitatione consulatus. [Eius) Cęsaris. [Necessarij) amici. Proficere) Retrahendo eum [Tu quoque) ò Ci. plurimum. f. poteris proficere, q̃ia multum tuis consilijs parebit, q̃m tibi plurimum debet, cui autem plurimũ debemus, ei plurimum credimus [Merita) Præstita beneficia [Exigeret) tractaret. [Iuuero ipsum] Si potero eũ retrahere ab hac sñia, quæ est contra eius & honorem, & salutem [Duriori) Asperiore. [Quod neq;). i. quia non putamus nos esse expeditos, & apertos ad dimicandum, neq; tamen uolumus fugere, ne resp. ex fuga nostra maius detrimentum accipiat [Respexerit) .i. habuerit respectum sui, ut nihil agat nisi, quod est se dignũ [Africanę legiones) Exercitus, qui est in Africa, de quo supra. [Securus) ut nihil timeatis [Instituisti) Incepisti [Proprieq, tuum) .i. omnino & iure tuum tanquam res, quæ in proprietas sit tua.

FACERE &c.] Cum egisset Cic. omnia diligenter pro dignitate Plãci, & potissimũ de re agraria. Plancus se artificio arguto memorem ostendit. Nam significans non esse satisfaciẽdũ Cic. per actionem grattarum, gratias agit. & se habere indicat maximas, deinde ostendit quàm diffidat copijs suis, in quib. plurimi erant tirones. Dicitq; Cæs. Octauium esse causam, quare Anto. & Lep. nondum sint oppressi. significat. n. eum latenter consentire cũ Ant. Dicit aũt se misisse ad Cæs. cum mandatis suis. Ordo est: Ego nõ possum facere, quin agã gratias tibi in. i. ob singulas res, & merita tua. Sed mehercule facio, sup illud cũ pudore. Neq;. n. tanta necessitudo. i. necessaria conciliatio amicitiæ, quantam tu uoluisti esse mecũ, uidetur desiderare. i. poscere actionẽ gratiarũ. Neq; ego defungor libenter tam uili munere orationis. i. uerborũ pro maximis bñficijs tuis. i. agendo, p beneficiis gratias, quas referre deberẽ, & malo. i. magis uolo probare. i. ostẽdere me tibi memorẽ. f. beneficiorum. i. gratum, pñs. i. q̃ñ ero pñs, obseruantia. i. ueneratione, & cultu, quib. sic obseruamus aliquem, ut caueamus quidquam, aut dicere, aut facere quod illũ offendat, indulgentia. i. concessione. obs(qui) ẽt ultra quam oporteat; assiduitate. f. obsequiorum. Quod f. præsentẽ esse, si contigerit mihi in uita, ego uincã. i. superabo, oẽs amicitias gratas, & alij legũt, oẽs gratias, amicitias & c, utrũq. placet, sed quia ad propinquitates addidit pias, puto, ad amicitias ẽt gratas addidisse, atq; etiã oẽs propinquitates. i consanguinitates & cõiunctiones sanguinis, pias. i. pietate obsequiosas in maiores suos, uincã, inquit in obseruãtia tua Valla diceret tui, sed tua quã tibi impẽsam à me possidebis, in indulgentia & assiduitate, quib. se memorem probare iã dixit. Enim. i. quia, ego nõ dixerim. i. dijudicauerim facile, utrũ amor tuus, ac iudicium. f. tuũ de me sit allaturus, nouæ figuræ

guræ locutio,nã per zeugma diceret allaturum, & per ſyllepſim allaturi,aut qa res ſunt inanimes,allatura.ſ.amor , vnde ꝓcedit iudicium, mihi plus dignitatis in perpetuum.i. quæ ſit in perpetuum duratura,an uoluptatis,quotidie.i. quæ quotidie innouabitur. Fuit tibi curę.i.habuiſti curam de commodis militum. Ro gauerat.n.Pl.vt per Ci.militib.diuiderentur agri , quos.ſ.milites ego uolui ornari à ſenatu,non cã potẽtiæ meæ.i.ut potẽtior euadã.Scio.n.me nihil cogitare non ſalutariter.i. quod non ſit cum ſalute reip.coniunctũ.Sed ſup.uoluit eos ornari,primum,ꝙ iudicabam eos meritos eſſe ita,deinde ꝙ uolebã eos eſſe cõiunctiores reip.ad oẽs caſus, nouiſſime.i.poſtremo loco,ut poſſem præſtare.i.exhibere nobis,eos aduerſos.i. ab horrentes ab omni ſolicitatione omnium tales , quales fuerunt adhuc.i.reipub.fideles. Nos ſuſtinuimus hic.i.in ꝓuincia adhuc omnia integra.i. ſalua, &|nulla imminuta,quod cõſiliũ noſtrum.ſ.ſuſtinendo omnia integra,& ſi.i.quanquã ſcio quanta ſit auiditas hominum, talis uictoriæ.ſ.hñdæ non ſine cã,quia in ea tota ſalus reipu. pendebat , tñ ſpero probari.i.approbari uobis.i.à uobis.Non.n.&c Affert rationem,quare ꝓbabile putet cõſilium ſuum. ꝙ nondum cõmiſerit pugnã dicens: Enim.i.quia,ſi quid ſit offenſum.i. peccatũ , & erratum in his exercitibus.ſ. quos habemus, hoc eſt ſi male eſſet nobis pugnatum,mitioribus tamen id uerbis,ad uitandum malũ omne proſequitur,reſp.non habet magna ſubſidia.i.magnas copias ſubſidio uenturas,expedita.i.parata , quib.ſ.ſubſidijs ipſa reſiſtat.i.reſiſtere poſſit ad latrocinia parricidarũ, impetu ſubito. alij legunt ac latrocinio,ut ſit quib.reſiſtat ſubito impetu pro impetui declinatione antiqua,ac latrocinio parricidarũ.ſ.Antonij, Lepidi,& aliorum patriã pſequẽtium. Vero pro ſed,ego arbitror copias noſtras eſſe notas tibi. In caſtris meis ſunt legiones ueteranæ tres tironum.i.nouitiorũ militum,una.ſ.legio,uel.i. etiam luculentiſſima.i.clariſſima ex omnibus.In caſtris Bruti eſt , ſup. una legio ueterana.i.ueteranorum militum .i. qui multos annos in militia exegerunt,altera .i. adhuc una bina.i.duorum annorũ .i.eorũ,q bienniũ militauerunt,octo ſup.legiones tironum ſup. ſunt.Itaq; uniuerſus exercitus eſt ampliſſimus numero,exiguus firmitate,quia plurima pars tironum eſt,aũt.i.ſed non habemus nimiũ expertum.i.cõpertum cum malo noſtro, quantum ſit cõmittendũ tironi .i. nouo militi in acie. Siue exercitus Africanus .i.ex Africa reductus , qui eſt ueteranus, ſiue exercitus Cæſaris.ſ. Octauij,acceſſiſſet.i.additus fuiſſet,ad hoc robur exercituũ noſtrorũ,nos deduceremus in diſcrimen.i.periculũ ſummam reip. hoc eſt ſalutem eius, æquo animo.i. libenter congreſſi eſſemus cum hoſtibus,conflictu pernicioſo Autem.ſ.ſed, nos uidebamus .i.conſiderabamus id,quod attinet.i.ſpectat ad Cæſ.eſſe aliquanto propius.i. coniunctius ſaluti reipu. Et ita ego nihil.i.in nulla re,aut nullo modo deſtiti.i. prætermiſi , ſeu intermiſi hortari eũ literis,neq; ille.ſ.Cæſar,loquitur,ut notũ de Octauio,qui poſtea Auguſtus dictus eſt,intermiſit.i.interdum omiſit,affirmare ſe uenire,ſine mora hoc eſt ad ſingulas literas meas reſpondit ſe uenire,cũ ego uideo illum.ſ.Cæſ. aduerſum .i. alienatũ interim.i.interea tpis ab hac cogitatione.ſ.fauendæ reip.contuliſſe ſe ad alia cõſilia Ego cũ miſi ad eũ Furnium noſtrum.ſ.amicum,& ut opinor legatum, cum mandatis,& literis.ſupp.noſtris,ſi forte poſſit proficere quid.i.aliquo. Scis tu ò mi Cice. ꝙ .i.quatenus aut quæ res attinet ad amorem Cæ.ſ Octauij ſocietatem eſſe mihi tecum .i.me hre in ea re te ſocium, uel ꝙ .i. quia familiaritate Cæſa.ſ. Iulij ſup.fuerim uiuo illo.i.dum ille uiueret, neceſſe fuit mihi,ſi videlicet uir bonus,& fidelis amicus uelim hri,& tueri & diligere iam ſ,poſt cędem eius,eum,vel ꝙ.i.quia ipſe.ſ.Cęſar,quoad.i. quatenus potui noſſe.i.nouiſſe,fuit ſenſus moderatiſſimi, atque humaniſſimi,quia non ſuperbe,nec immaniter dñatus eſt , imò fuit uſque ad pœnitudinem clemens,uel ꝙ turpe vr̃ mihi ex tam inſigni amicitia mea.i.poſt tam inſignẽ amicitiam meam,atque Cæſaris.ſ.Iulij,non hre.i.æſtimare,& amplecti hunc.ſ.Oct.Cæſ ſubſtitutum.ſ.teſtamento Iulij Cæſ.loco filij iudicio , & illius ſ. Cæſaris cæſi,& ueſtro,peinde.i.ita ut ſuo ſubſtitutus eſt,hoc eſt, vt filium Cæſ.nobis dum uiueret amiciſſimi. Sed quidquid ſcribo tibi , ego facio mehercule magis dolenter .i. quia dolet mihi Cæſ.non recte ſentire de rep.quã inimice .i. quàm ſim inimicus Cæſ.quod Antonius uiuit hodie.i.adhuc,& Lepidus eſt una,ideſt ſimul cum Antonio,ꝙ hñt exercitus non contemnendos,ꝙ ſperant.ſ.uictoriam,ꝙ audent.ſ. nos laceſſere, poſſunt referre acceptum i.agnoſcere ſe debere,ut à quo acceperint, id omne Cæſ.ſ. Octauio acceptum ferre,eſt facere ſe accepiſſet,etiã ſiquis nõ acceperit Pulchre autem cum datiuo dr̃ qñ uolumus, innuere beneficio alterius nos aliquid habere,ut hoc loco,Neq; ego repetã ſuperiora i. quæ multum pręceſſerunt , ſed ex eo tpe quo ipſe.ſ. Cęſar profeſſus eſt mihi ſe uenire,ſi uoluiſſet uenire , aut bellum eſſet iam oppreſſum.i.ſopitum,aut extruſum .i. ui eiectũ ex Italia cum maximo detrimento eorum.ſ.Antonij,& Lepidi, in Hiſpaniam aduerſiſſimam illam.ſ.bello gerendo. Ego non poſſum exputare.i.excogitare,aut cõminiſci quę mens,aut quorum conſilia auocarint eum à tanta gloria.ſ.libertate patrię neceſſaria ẽt, ac ſalutari ſibi , & trãſtulerint eam cogitationem conſulatus bimeſtris.i.duos tm̃ menſes duraturi per mortem conſulum obtinendi,cum ſummo terrore hominum.ſ. qui uerebantur, ne conſul effectus,percuſſores Iulij Cæ.perſequeretur,quod ẽt euenit, eiſq; deletis monarchiam inuaſit, & cũ efflagitatione inſulſa.i. inſipienti,Neceſſarij.i.cõiunctiſſimi amici , & cõſanguinei eius vñr poſſe proficere.i.profectum facere multum in hac re .ſ. vt à conſulatu deſiſtat,& Ant.non adhęreat,&.i.ſimul,cauſa reip. & ipſius.ſ.Octauij. & ut puto tu quoque, ſup. uideris poſſe proficere plurimum,cuius ille .ſ. Octauius habet tanta merita , quanta nemo ſup.habet præter me,ſup.quod dico. Enim.i.quia ego nunquam obliuiſcar,me debere tibi maxima ac plurima.ſ.à te ſuſcepta beneficia. Ego mandaui Furnio.ſ.legato meo , ut exigeret .i. poſtularet , & quaſi quereretur cum eo.ſ.Octauio, de his rebus.ſ. ut ad ſaniorem mentem redeat. Quòd ſi habuero apud eum tantam auctoritatem,quãtam debeo .ſ. habere.i. meritus ſum de eo, vt habeã: Ego iuuero ipſum plurimũ , qa ad ſaniora conſilia reduxero. Nos ſuſtinemus interea , ſcilicet dum Furnius eum eo aget bellum conditione duriorem.i.multum aſpera, ꝙ neque putamus dimicationem i pręliationem expeditiſſimam.i.maxime vtilem fore,neque tamen commiſſuri.i.paſſuri ſumus, refugiendo.ſ.dimicationem,ut reſp.poſſit accipere maius detrimentum. Quod ſi aut Cæſ.ſ.Octauius,reſpexerit.i. miſeratus remp. aſpexerit,aut lege rſipuerit, aut legiones Africanæ .i. quæ in Africa nunc ſunt,uenerint celeriter , nos reddemus uos ſecuros ab hac parte.ſ,quàm tuendam receoimus.Rogo ſup.ut diligas me, ut inſtituiſti.i.data opera cępiſti,& perſuadeas,ſup.me eſſe tuum propria.i.peculiariter,ſicut non alerius. Quinto,&c.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Diſſuadet Furnio petitionem præturæ,quod facilius aſſequetur,cum Plancus fuerit conſul.

M. CICERO C. FVRNIO S.P.D. 26

SI intereſt,id quod homines arbitrantur,reip. te, ut inſtituiſti,atque feciſti,nauare operam,rebusq; maximis,q̃ ad extinguendas reliquias belli pertinent,intereſſe: nihil uideris melius , neque laudabilius , neque honeſtius facere poſſe: iſtamque operam tuam † nauitatem,animum in remp. celeritati præturæ anteponendam cenſeo.nolo n.te ignorare,quantam laudem conſecutus ſis:mihi crede,proximam Planco, idque ipſius Planci teſtimonio,præterea fama, ſcientiaq; † omnium.quambrem ſi quid operis tibi etiam nunc reſtat,id maximopere cenſeo,perſequẽdum.quid enim honeſtius? aut quid honeſto anteponendum? ſin autem ſatisfactum reip.putas:celeriter ad comitia, quando mature futura ſunt , ueniendum cenſeo;dummodo ne quid hæc ambitioſa feſtinatio imminuat, eius gloriæ,quã conſecuti ſumus multi clariſſimi uiri, cũ reip. darent operam , annum petitionis ſuæ non obierunt . quod eo facilius nobis eſt,ꝙ non eſt annus hic tibi deſtinatus:ut,ſi ædilis fuiſſes, poſt biennium tuus annus eſſet.nũc nihil prætermittere uidebare uſitati,et quaſi legitimi temporis ad petendum. uideo autem, Planco conſule etſi etiam ſine eo rationes expeditas haberes , tamen ſplendidiorem petitionem tuam fore , ſi modo iſta ex ſententia confecta eſſent. omnino plura me ſcribere,cum tuum tantum conſilium,iudiciumq; ſit, non ita neceſſe arbitrabar;ſed tamen ſentẽtiam meam tibi ignotam eſſe nolebam,cuius eſt hæc ſumma , ut omnia te metiri dignitate malim,quàm ambitione,maioremq; fructum ponere in perpetuitate laudis,quàm in celeritate præturæ . hæc eadẽ locutus ſum domi meæ,adhibito Quinto,fratre meo et Cecina, & Caluiſio,ſtudioſiſſimis tui,cum Dardanus, libertus tuus intereſſet.omnibus probari uidebatur oratio mea : ſed tu optime iudicabis. Vale.

† alias, naturã

† alias, ſnĩaque

SI intereſt[Furnius Planci legatus,de quo ſupra mentio facta eſt,diligentiſſime ſe pro rep.geſſerat,& in Gallia Narbonẽſi HVB.

multa prælia egerat, itaque cum appropinquantibus comitijs cuperet petere præturam, uelletque relicto negocio prouinciæ Roma ad comitia uenire. Cic. hac episto. ei dissuadet, ne ueniat, ostendens fore contra honorem, & dignitatem eius, si omiserit rem magnæ gloriæ pro cupiditate præturæ. fore autem, ut cum maiore honore suo petat præturam, cum Plancus fuerit consul, quod erat futurum breui, idem autem dicit sentire Q. F. suum, Cæcinnam, & Caluisium eius amicissimos. [Si interest) Si utile

Nauare est. [Id quod). i. quod. [Nauare) diligenter & studiose præstare. [Interesse) Præsentem esse. [Reliquas] particulas. quæ restant

Nauitas in bello. [Nauitatem) Industriam, tractum à naui. [Anteponendam celeritati prętur ç] i. pluris faciendam, quàm quod celeriter assequaris præturam. [Censeo) Iudico. [Proximam Planco) idest secũdam post Planc. [Fama) Sermone. [Sententiaque) Iudicio. [Operis) Negocij [Persequendum) ad exitum deducendum. [Satisfactum) Præstitum, à te quod debuerat. [Quando) quoniam. [Mature) Cito [Comitia) de quibus satis multa diximus libr. I. Hic autem intelligit comitia, quæ erant futura prætorum creandorum causa. [Quid) Aliquid. Consecuti, adepti, personam autem suam tanquam amicissimi inseruit laudibus Furnij, quoniam amicorum omnia sunt communia. [Cum darent operam reipub.] Id est cum agerent negocia reipub. & pro ea laborarent. [Non obierunt) Non adierunt, nam antiqui interdum ob, pro, ad, ponebant, vnde obire mortem, est ad mortem ire, vnde & apud Virgil. Hectora circum. Et lituo pugnas insignis obibat, & hasta. Et Cice. in Lælio: Qui illum diem, & illud munus semper solitus es obire. [Annuum petitionis suæ). i. annum sibi destinatum & deputatum ad petendum magistratum suum. [Destinatus) Deputatus, ut putas nunc præturam. Ordo est: Hic annus non destinatus tibi, ut esset tuus annus post biennium, idest, duobus annis post ædilitatem administrandam posses petere p̃turam. [Si,] Id est quamuis fuisses ædilis, hoc vult dicere, quòd quamuis post ædilitatem sequeretur præturam, tamen non erat hic annus eis destinatus, ut post biennium peteret præturã, licet gessisset ædilitatem. [Nihil usitati) id est nihil consueti, sed id quod, & alii soliti sunt prætermittere, ut post ædilitatem non petant præturam. [Video autem) hortatur, ut differat petitionem pręturæ usque ad consulatum Planci, quia licet haberet Furnius optimas rationes petendi præturam sine Planc. tamen dicit eius petitionem fore spendidiorem sub eius consulatu, qui potetis esse testis uirtutum ipsius Furnii, & eorum, quæ pro republica gessit [Ista) quę agitis in Gallia contra hostes. [Confecta] Finita. [Cum tuum iudicium, & consilium sit tãtum) Cum ita sis sapiens, & habeas tam magnum iudicium de rebus omnib. [Cuius) sententiæ meæ. [Hæc est summa) Hęc cõclusio. [Metiri] Diffinire, considerare. [Dignitate malim, q̃ ambitione) i. magis respicere quid sit te dignum, quam quid tu cupias. [Fructum) uolu ptatem, ut lucrum. [In perpetuitate laudis]. i. perpetua laude, quã comparabis, si feceris, q̃ instituisti pro rep. [Quàm in celeritate præturę). i. quam in obtinenda prætura potius hoc anno, quàm in anno sequenti. [Adhib.) Assumptis in cõmunicationem sermonis mei. [Studiosissimis tui) Amantissimis tui. [Dardanus) Nomina seruorum plerumque à regionibus sumebantur, ut sæpius diximus. hic autem factus erat libertus nominę Dardanus, [Probari omnibus) Placere omnibus [Iudicabis] An rectè consulam. [Optime. s. omnium. i. melius, quam ceteri omnes.

ASC. *SI interest, &c.*] Furnius Planci legatus diligentissime se pro rep. gesserat, præsertim in Gallia Narbonensi. itaque cum proximis comitijs pręturam esset petiturus, uelletq. ob id relicta prouincia in urbẽ venire, Cic. hac epist. suadet ne id faciat, cum honori non sit futurum, & facilius assequatur sub consulatu Planci proximo. Ordo est: Si id, quod homines arbitrantur, interest. i. refert, & in utilitate est reip. te, ut instituisti. i. cœpisti, aut proposuisti, atque fecisti. s. hactenus nauare. i. abunde dare operã, & interesse rebus maximis, quæ pertinent ad extinguendas reliquias belli. s. contra Ant. sumpti, tu nihil uideris posse facere, neq; laudabilius, neq, honestius. s. q̃ hoc. & ego censeo istam operam tuã natiuitatem. i. strenuitatem operę, & animum. i. studium in repu. anteponendum esse priori celeritati pręturę. Nolo enim te ignorare, quantam laudem consecutus sis, proximam Planco. i. Planci laudi, idq. i. & id testimonio ipsius Planci: præterea. i. insuper fama & scientia omnium. Quamobrẽ si quid operis restat tibi etiã nunc. i. adhuc, ego censeo magnopere id persequendũ. i. perficiẽdũ tibi. Quid enim est honestius, aut quid est anteponendum honesto? q. d. nihil. Sin aũt. i. sed si tu putas satisfactũ supp esse reip. ego censeo. i. iudico ueniendũ sup. esse tibi ad comitia. i. congregationes & cõciones populi ad magistratus eligendos, celeriter, qñ. i. qm̃ futura sunt mature. i. cito. Dũmodo hęc festinatio ambitiosa. i. plena ambitionis & suspecta de ambitione neq; d. i. aliquid, non imminuat aliquid, eius glorię, quam sumus cõsecuti. Multi uiri clarissimi, cum darent operam reip. i. cum essent militiæ, aut in legatione, aut alio officio publico, non obierunt. i. nõ adiuerunt seu iniuerunt annum petitionis suæ. i. quo poterãt legitime petere magistratũ. Nam p ordinem ferè quasi gradatim ad summos honores ascendebant, quod. s. non obire annum petitionis vestræ est facilius uobis. s. qui in castris agitis, quam hic. i. pręsens annus non est destinatus. i. adiudicatus & addictus tibi ò Furni, ut. i. quemadmodũ annus tuus esset post biennium, si fuisses ædilis, sed quia nõ fuisti ædilis biẽnio ante, nõ est nũc annus petitionis tuę. Nunc, n. qñ non est annus tuus, tu nihil. i. non aliquod nõ uis debere pętermittere aliquid usitati temporis quasi legitimi ad petendum. Autem. i. sed, ego uideo petitionem tuam. s. pręturę, Planco consule. i. si differres eam, donec Plancus imperator tuus esset consul, etsi. i. quanquam haberes etiam sine eo. i. eius auxilio & suffragio rationes. i. uias, & media impetrandæ pręturę expeditas. i. nullo impeditas, sed paratas ad manum, tamen, i. nihilominus splendidiorem, supp. futuram, quia splendidum esset legatum sic ab Imperatore suo commẽdari, ut dignus censeatur, qui magistratum obtineat, si modo. i. dummodo. s. quæ nunc pro rep. geritis, essent confecta, perfecta & absoluta. Ego non arbitrabar ita, idest multum necesse me scribere omnino plura, cum sit tantum. i. duntaxat consilium & iudicium tuum utrum. s. hoc anno, an in alio petere malis, sed tamen nolebam sententiam meam esse ignotam tibi. Cuius. s. sententiæ meę. i. iudicij de petitione tua. hęc est summa, idest breuis expressio caput consilij complectẽs, ut malim. i. magis uelim te metiri, idest ęstimare dignitate. i. secundum dignitatem, quàm ambitione. i. secundum ambitionem. i. te iudicare id maxime utile & expetendum tibi, quod ex dignitate tua fit, non quod ambitionem tuam expleat, & te ponere maiorẽ fructũ in perpetuitate laudis, quàm celeritate pręturę. Ego locutus sum hęc eadem. s. quæ scribo domi meę adhibito. s. consilio meo, & Cęcinna & Caluisio studiosissimis tuis, idest tibi summe fauentibus, cum Dardanus libertus tuus interesset. Oratio mea. i. sententia, uidebatur probari omnibus, idest ab omnibus, sed tu iudicabis optime, quia potuisti rem optime nosse.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Rursus dissuadet Furnio petitionem præturæ hortatur autem, ut rẽpub. quantum possit adiuuare, pergat.

M. CICERO C. FVRNIO S. P. D. 26

LEctis tuis literis, quibus declarabas aut omittẽdos Narbonenses, aut cum periculo dimicandũ; illud magis timui, quod uitatum non moleste fero. Quod de Planci, & Bruti concordia scribis, in eo uel maximã spem pono uictoriæ. De Gallorum studio, nos aliquando cognoscemus, ut scribis, cuius id opera maxime excitatum sit, sed iam, mihi crede, cognouimus. itaque iucundissimis tuis literis stomachatus sum in extremo. scribis enim. si in Sextilem comitia, cito te: si iam confecta citius, ne diutius cũ periculo fatuus sis ò mi Furni, quàm tu causam tuã non nosti, qui alienas tam facile discas. tu nũc candidatum te putas: & id cogitas, ut aut ad comitia curras; aut, si iam confecta, domi tuæ sis. scilicet ne cum maximo periculo, ut scribis, stultissimus sis. non arbitror te ita sentire. omnes. n. tuos ad laudem impetus noui q. sit, ut scribis, ita sentis: non magis te, quàm de te iudicium reprehendo meum. te ad piscendi magistratus leuissimi, & diuulgatissimi, si ita adipiscare, ut plerique, præpropera festinatio abducet à tantis laudibus, quibus te omnes in cœlum iure, & uere ferunt? scilicet id agitur, utrum hac petitione, an proxima prætor fias, non ut ita de repu. mereare, omni honore ut dignissimus iudicere utrum nescis, quàm alte ascenderis; an pro nihilo id putas? si nescis, tibi ignosco: nos in culpa sumus. sin intelligis, ulla tibi est prætura uel officio, quod pauci, uel gloria, quam omnes sequũtur, dulcior? hac de re & ego, & Caluisius, homo magni iudicij, tuiq; amantissimus, te accusamus quotidie, comitia tamen quando ex his pendes, quantum facere possemus, quòd multis de causis reip. arbitramur conducere, in Ianuarium mensem protrudimus. Vince igitur, & uale.

Lect. s]

HVB. Lectis] Hac epis.sicut superiore deterret Cic. Furnium à petitione præturę, hortaturq; , ut potius expediat quæ pro rep. instituerat, ex eo.n. maiorem laudem eum consecuturum. Et qm̃ scripserat Fur. ꝙ si non posset assequi præturam, uolebat se conferre domum, ubi in ocio uiueret, Ci. respondit se non credere eũ esse hoc animo, licet ita dicat, deterretq. eum ab hoc proposito, ostenditq; non pertinere ad eius laudem, utrum hoc anno prætor, an in sequẽti, interesse autem plurimum, ut ita mereatur de rep. ut non solum honore præturæ, sed etiã omni honore dignissimus iudicetur. [Dicit tñ se dare operã eius causa, ut comitia in mense Ian. differantur. [Narbonenses) Gallos. [Narbonensis .n. Gallia ea dr̃, quę statim post Italiam ab ea Varo flumine diuisa est, ut scri. Stra. [Cognominata) A Narbone ciuitate eius prouinciæ. Cum periculo cladis tuę, & exercitus. [Illud). s. quod cũ periculo esset dimicandum. [Non moleste fero). i. gaudeo. [In ea re) Quod sint inter se concordes. [Studio] uoluntate, fauore erga Ant. [Cuius opera maxime excitatum sit) . i. quis fuerit ille, qui eos excitauit ad partes Anto. [Itaque) Sensus est: cum literæ tuæ fuerint mihi iucundissimę, tñ in fine fecerunt mihi indignationem. [In sextilem) . i. in Augustum mensem, subaudi differantur. [Cito te] . s. uenturum ad ipsa comitia. [Si iam confecta) . s. etiam celerius te uenturum, q̃ si differetur in Augustum. [Ne sis fatuus cum periculo) . i. ne sis stultus dimittendo petitionem præturæ, & pugnando cum periculo tuo [O mi Furni) Familiaris repræhẽsio. [Quàm) . i. quantum. [Alienas) causas. [Candidatũ] . i. parat ũ ad petendam pręturam. Nam qui magistratus petebãt, candidis uestibus induti candidati dicebantur [Et id cogitas) Repræhẽdit cogitationem Furnij, qui putaret aut se celeriter uenturũ ad comitia, ut præturam obtineret, aut si comitia iam essent cõfecta, se mansurum domi suæ. [Domi tuæ) . s. maneas. [Ita sentire) . i. habere eũ animum, quẽ dicis. [Impetus) motus animi [Meum iudicium) qꝫ semper de te recte iudicauerim, te esse hominem magis cupidũ laudis, q̃ ambitionis. [Te adipiscendi) Argm̃ ab honesto, aũt ẽ sensus, si tu uelis adipisci hũc magr̃atũ leuissimũ & uulgatissimũ eo modo, quo multi alij. Ista festinatio ita propera abducet, & abstrahet te à tantis laudibus, quibus oẽs te iure extollebant [Scilicet id agitur) Ironia est. q. d. non agitur. Virg. Scilicet is superis labor est, Idem, Scilicet id magnũ sperans fore munus amanti. [Quàm alte] In quantam ęstimationem apud populum, & senatum deueniris. [An putas id pro nihilo?] An id nihil impedis: ꝙ in tãta sis extimatione. [Nos sumus in culpa] qui tibi non declarauimus, q̃ alte ascenderis [Tibi ulla) cum interrogatione legendum est hic, sin intelligis q̃ alte ascenderis, debet ne ulla prætura esse tibi dulcior, & charior officio, & debito tuo erga remp. (Quod pauci sequuntur) . i. pauci quærunt, & pręstant. [Vel debet ne esse dulcior gloria, quam omnes sequuntur] . i. quærunt, nam omnes trahimur cupiditate gloriæ [Quando] quoniã [Pẽdes ex his] Ea expectas, ꝑpterea solicitus es. [Quòd] quia [Conducere) utile esse. [Protrudimus) Reijcimus, differenda mittimus.

ASC. *LECTIS &c.*] Rursus deterret Furnium à petitione præturæ. Hortaturq. eum, ut potius & prios expediat, quæ pro rep. instituerat. ex eo. n. dicit eum maiorem laudem assecuturum. Hortaturq. ne domum re nondum confecta, redeat, cũ non minus honorifice alias prætor fieri possit. Pollicetur autem se daturũ operã ut comitia in Ianuarium differantur. Ordo est: Literis tuis lectis. i. postq̃ lectæ sunt literę tuæ, quibus declarabas, aut Narbonenses. s. Gallos dimittendos, aut dimicandum, sup. esse cum periculo; Ego magis timui illud. s. pugnari cum ꝑiculo, quod ego fero non moleste uitatum supp. esse. Ego pono, uel i. ẽt maximã spẽ uictoriæ in eo, quod scribis de concordia Plãci, & Bruto nos cognoscemus. i. disquiremus aliqñ de studio Gallorũ, quos Furnius ad defectionem spectare scripserat, & ideo ab exercitu amouendos, cognoscemus, inq̃, cuius opera id. s. studium Gallorum in Ant. maxime excitatum. Sed crede mihi, nos iam cognouim⁹, q. d. pp ambitionem tuã ab æmulo tuo ad hoc sunt incitati. Itaq; stomachatus. i. indignatus, & ira cõmotus sum literis tuis iucudissimis, in extremo. i. calce earum. Scribis. n. si comitia. s. sint differenda in Sextilem. s. mensem, hoc est, qui nunc Augustus dicitur, te cito. s. affuturum, si comitia sup. sint iam confecta, te supp. reditũ citius ne sis diutius fatuus cum periculo. s. tuo, quia fatuus uŕ, qui neglecto proprio, bono cõi inseruit, cum cõe quodã mõ proprium sit. O mi Furni, q̃ . i. ò quantum tu nosti causam tuam qui discas tam facile, alienas. s. causas, putas me nunc te cãdidatum. i. candida ueste ad petitionem pręturæ indutum. Et cogitas. i. solũ id in animo habes. s. ut auc curras ad comitia, aut sis domi tuæ, si comitia supple sint iam cõfecta. s. Ironiæ apta uox, ne sis stultissimus, ut scribis cum maximo periculo, quia ĩ bello periculosissimo. Ego non arbitror te sentire ita. Ego. n. noui o ẽs impetus tuos ad laudem. Quod si sentis ita, ut scribis, ego nõ magis reprehendo te, q̃ iudicium meum de te, quod. s. te bonum ciuem & prudentem uirum existimo. Festinatio præpropera. i. ante tempus properata adipiscendi magistratus leuissimi, diuulgatissimi, adipiscare. i. obtineas sup. eum, ut plerique per importunas preces, aut per ambitum aliquem occultum, abducet te à tãtis laudibus, quibus oẽs ferunt te in cœlum iure, quia per ipsum præcipuè Plancus in fide manserat, Scilicet, iterum indignãtes & ironicos loquentis uox, q. d. scio cur ita properes, qa. s. id agitur. i. in eo omnis uis iacet, utrũ fias prætor hac petitione . s. quæ nunc fiet, an proxima. i. in proximis comitijs, & non sup. id agitur, ut ita mereare de rep. ut iudicere. i. iudiceris dignissimus omni honore. Vtrum nescis q̃ alte ascenderis? an putas. i. reputas, id pro nihilo? nescis. i. quam alte ascenderis. ego ignosco tibi, nos sumus in culpa, quia tibi nos significauimus. Si intelligis: est ulla præterea dulcior tibi, uel officio, quod pauci assequuntur uel gloria, quam omnes assequuntur. i. ad obtinenda sequũtur? q. d. certe nulla esse debet, quia melius est officium fecisse, aut gloriam meruisse sine prætura, q̃ præturã sine illis. Et ego & Caluisius homo magni iudicij & amantissimus tui, accusamus te quotidie de hac re. i. ob hanc rem. Nos tamen protrudimus, aut protendimus comitia in mensem Ianuarium , quantum possumus facere, quod arbitramur conducere. i. utile esse reipub. multis de causis. i. ob multas causas, quod sup. dico aut facio, quando . i. qñ quidem, tu pendes. i. suspensus es ex his. s. comitijs. Igitur uince . s. ambitionem tuam & hostes, & Vale.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Lepidum primo accusat, quod inciuilis senatui pro datis honoribus gratias non egerit. Deinde suadet, ut ita pacem faciat inter senatum, & Antonium, ne tandem in seruitutem remp. propellat.

M. CICERONI LEPIDO S. P. D. 27

H.VB. *QVòd mihi pro mea summa erga te beneuolentia magnæ curæ est, ut quam amplissima dignitate sis; moleste tuli te senatui gratias non egisse, cum esses ab eo ordine ornatus summis honoribus. Pacis inter ciues conciliãdæ te cupidum esse lætor. pacem eam si a seruitute seiungis, consules, & Reip. & dignitati tuæ. sin ista pax perditum hominem in possessionem impotẽtissimi dominatus restituta est: hoc animo scito esse omnes sanos, ut mortem seruituti anteponant. itaque sapientius, meo quidem iudicio, facies. si te in istam pacificationem non interpones, quæ neque senatui, neq; populo, neque cuiquã bono probatur. sed hæc audies ex alijs, aut certior fies literis. tu ꝑ tua prudẽtia, qđ optimũ factu sit, uidebis.*

ASC. QVòd mihi] Lepido à s. natu mãdatũ erat, ut Anto. oppugnaret, ille uero aĩo corruptus, & male reip. affectus , cum iam decreuisset se cum Ant. coniungere, priusq̃ id faceret, scripserat Romã se cupidum esse conciliandę pacis inter ciues Rom. factu rusq. ut Ant. desisteret à bello. Itaq; Cic. qui intelligebat quorsum intenderet intentio Lepidi, qui Anto. fauebat, & eum sustinere cupiebat, rescribit aliqñ acerbius primũ accusans Lep. ꝙ non egerit gratias senatui . à quo esset ornatus, cum erat factus Imp. aduersus Ant. Deinde dicit se lætari, quod uelit esse auctor pacis, si modo illa pax non afferat periculum seruitutis P. R. ꝙ si est futura in rem Mar. Ant. contra P. R. hortatur, ut eam amittat, neque se tali paci immisceat, quia sapientius faciet. [Quod mihi) Sẽsus est, quia ualde curo, & laboro, ut tu sis magna dignitate, ideo dolui ꝙ non egeris gratias senatui, à quo ordine ornatus es, & accepisti dignitatem. [Maximis honoribus) quia pręcs exercit. b. R. conciliandæ, componendæ. [Si seiungis eam pacẽ) . s. si facis quod per eam pacem nos redigamur in seruitute Ant. [Consules) Prouidebis, facies, ꝙ reip. & tibi sit utile. [Perditum] Sceleratum Anto. [Impotentissimi) Incontinentissimi, superbissimi, nam impotentes dicuntur qui ab appetitib. uincuntur. (Dominatus) Tyrannidis & uiolenti imperij. [Restituta) Reposita. [Sanos] Sanæ mentis, bene sen tientes. [Vt mortem) . i. ut malit mori, quam se effici seruũ. [Interponeres) Intermitteres. [Istã] Talem. [Probatur) Placet. [Ex alijs) Quam ex me. [Literis] Quia ad te scribetur ab alijs sicut ego nunc dico.

QVOD mihi &c.] Lepido à senatu mandatum erat , ut Anto. oppugnaret. Ille uero corrupto animo & in rempu. male affecto se cum Ant. coniuncturum decreuit. Scripsit autem se uelle Romam uenire conciliandæ pacis inter ciues gratia, q̃ uanam cum in-

intellexiſſet Ci.acerbe accuſat Lep.ingratitudinis,& pacem laudat,modo bona ſit.Ordo eſt:Quòd.i.quia ſummę curę eſt mihi, ut ſis q̃ ampliſſima dignitate,i.habeas ampliſſimam dignitatem, pro ſumma beneuolentia mea erga te,ſupp.ideo,tuli moleſte, te nõ egiſſe ſenatui gratias,cum eſſes ornatus ab eo ordine.ſ.ſenatorio ſummis honoribus. Ego lętor te eſſe cupidum pacis conciliandæ .i.componendæ inter ciues,ſi tu ſeiungis.i.ſeparas eã pacem à ſeruitute,hoc eſt,ſi uis,ut illi cum pace remp.tractent,qui eam liberam eſſe uelint, tu conſules.i.proderis reip.& dignitati tuæ. Sin .i. ſed ſi iſta pax.ſ.quam conciliare uis , eſt reſtitutura hominem perditum.ſ.Ant.in poſſeſſionem dominatus.i,tyrannidis,impotentiſſimi.i.ſuperbiſſimi,ſcito omnes ſanos hoc animo ſup.eſſe,ut anteponant ſeruituti mortem.i. potius moriantur , q̃ illi ſeruiant,itaq; tu facies,meo quidem iudicio , ſapientius , ſi non interpones te in iſta pacificatione,quæ neq, probatur.i.bona uidetur ſenatui,neque populo,neq; cuiquam bono. Sed tu audies hæc ex alijs,aut fies certior.i,diſces literas.Tu uidebis.i. conſiderabis pro prudentia tua .i. ſecundum prudentiam tuam quid ſit optimum factu.i.ut fiat.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Nunciat Trebonio,quam forti animo ſit pro defenſione reipu. Oportet autem animaduertere principium ænigmaticum de epulis , hoc eſt abſumptione,& Cæſaris morte.

M. CICERO C. TREBONIO. S.D. 28

Quam uellẽ,ad illas pulcherrimas epulas me id. Mart. inuitaſſes.reliquiarum nihil haberemus.at nunc cũ his tantum negocij eſt,ut ueſtrũ illud diuinũ in remp. beneficiũ non nullam habeat querelam.q; uerò à te, uiro optimo ſeductus eſt,tuoq; beneficio adhuc uiuit hæc peſtis:interdum quod mihi uix fas eſt,tibi ſubiraſcor.mihi enim negocij plus reliquiſti uni,quam præter me omnibus.ut.n.primum poſt Antonij fœdiſſimũ diſceſſum ſenatus haberi libere potuit; ad illũ animum meum reuerti priſtinum,quẽ tu cũ ciue acerrimo, patre tuo,in ore,& amore ſemper habuiſti.nam cum ſenatũ ad 13.Kal.Ianuar.trib.pl.uocauiſſent;deq; alia re referrent; totam remp.ſum complexus,egiq; acerrime;ſenatumq; iam lãguentẽ,et defeſſum,ad priſtinam uirtutem,conſuetudinemq; reuocaui,magis animi,quam ingenij uiribus. hic dies , meaq; contentio,atq; actio ſpem primum P.R.attulit libertatis recuperandæ,nec uero ipſe poſtea tempus ullum, intermiſi de rep. non cogitandi ſolum, ſed etiã agendi.q; niſi res urbanas.actaque omnia ad te perferri arbitrarer,ipſe perſcriberem. quanquam eram maximis occupationibus impeditus.ſed illa cognoſces ex alijs,a me pauca, & ea ſummatim. Habemus fortem ſenatũ,conſulares partiũ male ſentiẽtes. magnum dãnum factũ eſt in Seruio,L.Cæſ.optime ſentit:ſed,q; auunculus eſt,nõ acerrimas dicit ſententias.conſules egregij præclarus D.Brutus:egregius puer Cæſar ; de quo ſpero equidem reliqua , hoc uero certum habeto.niſi ille ueteranos celeriter conſcripſiſſet, legioneſq; duæ de exercitu Antonij ad eius ſe auctoritatem cõtuliſſent,atque is oppoſitus eſſet terror Antonio , nihil Antonium ſceleris,nihil crudelitatis præteriturum fuiſſe. Hæc tibi & ſi audita eſſe arbitrabar , uolui tamen notiora eſſe . plura ſcribam,ſi plus ocij habuero. Val.

HVB. QVàm vellem] Cum uideret Cic. quantum M.Anto.vexaret rẽp.poſt mortem Cæſ.conqueritur de Trebonio,qui eum detinuerat ante fores ſenatus.donec Cæ.interficeret, q; & illũ nõ interfeciſſent ne ſupereſſent aliquæ reliquiæ tyrrannidis,'duas dicit nõ fuiſſe ſuperfuturas,ſi ipſe Ci.interfuiſſet illi cõiurationi,quam appellat epulas,& quaſi conuiuium quoddã.Deinde dicit q̃ fortiter dixerit in ſenatu pro rep.præcipue aduerſus Ant.Enumerat autẽ quoſdam,quales ſint erga remp. inter quos præcipue laudat Brut.& Cæſ.iuniorem.[Inuitaſſes)uocaſſes, eſt autem uerbum epulis , & conuiuio aptum.[Idibus Mart.) Eo.n. die,ut tranquil.& Plut.& Ap.ſcribũt interemptus eſt Cæ.[Nihil reliquiarum]Perſeuerauit in tranſlatione.Reliquias.n.de epulis dicit,epulas'aũt intelligit cædem Cæſ.reliquias uero M.An.quia & ipſe fuerat Cęſarianus,eodem aũt argumento ep.uide lib.12. ad Caſſium,quę inquit,uellem ibid.Mart.me ad cœnam inuitaſſes,reliquiarum nihil fuiſſet &c.[Cum his).ſ.reliquijs.i. cũ Ant. & ceteris amicis Cęſ.[Tm̃ negocij) Tm̃ laboris.[Beneficium]Liberatio à ſeruitute,& tyrãnide.[Nonnullam)quandam, ut poſſit ex aliqua parte accuſari.[Seductus) Seorſum ab alijs ductus, quia vt ſcr.App.relictus fuerat Trebon. ut Ant. ante fores ſenatus detineret,donec Cæſ.interficeretur.[Tuoq; beneficio)quia ſi fuiſſet ingreſſus , uoluiſſet fortaſſe defendere Cæſ. & fuiſſet cum eo trucidatus. [Quod uix fas eſt) Quod uix poſſum,aut uix decet, quia ſum tibi amicus,& tu pro ſalute patriæ hoc feciſti. [Præter me) Me excepto.i.plus infeſtat me Ant.q̃ omnes alij. [Reliquiſti].ſ.ſeruando ipſum à morte,[Illum animum) Priſtinum amatorem,& defenſorem libertatis.[Habuiſti in ore) .i. laudaſti , & extuliſti ſemper uerbis.[Habuiſti in amore).i.amaſti.[Vocauiſſent) Congregaſſent.[De alia re)quã de libertate tuenda.[Complexus) Suſcepi defendendam.[Egi]dixi.[Acerrime) Animoſiſſime.[Languentem) Quaſi debilitatum.[Virtutem) Fortitudinẽ. [Conſuetudinem) Tuendæ libertatis, quæ proprie eſt. P. Rom. [Animi uirib.) quem oſtendebam inflammatum, & promptiſſimum erga remp.[Quam uiribus ing.) Eloquentia & ui dicendi. [Summatim) Breuiter.[Fortem) Magno & prompto animo.[Timidos) Qui non audent defendere,quod eſt defendendũ.[Male ſentientes) Male affectos erga remp. [In Ser.Sulp.] Is.n.optime de rep.ſentiebat,& ex labore nimio:cũ ad M. Ant. miſſus fuiſſet legatus:interiit.[Auũculus] ſ.Cæſ.enim frater matris.[Egregij) Optimi.[Puer]Cæ.[Octauianus) Qui adhuc erat pene puer.[De quo) Cæſ.[Spero reliqua).i.quod etiam in futurum egregius, & opprimet Ant.[Conſcripſiſſet]Stipendio conduxiſſet.[Is error) .ſ.Cæſ.ita inſtructi.[Præteriturum]Omiſſurum.[Notiora) Ex ſermone,& ex literis aliorum.

Seductus

QVAM vellem &c.] Cum uideret Cice.quantum Anto. uexaret rempu.poſt mortem Cæſaris,conqueritur de Trebonio , qui eum detinuerat ante fores ſenatus,donec Cęſ.interficeretur, per hoc enim factum,ex quo minus ille quoque occideretur,& reſp. melius liberaretur,quod factum uelit , ſcribitque quàm fortiter in Antonium ſenatus dixerit,laudans bonos.Ordo eſt:Quàm .i. ò quantum uellem ſupp.vt inuitaſſes me,id.Mart. quibus Cæſ. à cõiuratis diſcerptus eſt,ad illas pulcherrimas epulas .ſ. quibus Cæſ. abſumpſerunt cõiurati. nos nihil haberemus reliquiarum, quia etiam Anto.delendum curaſſet.Satis autem crudeliter Cæſ. cædem epulis comparat.At.i.ſed tantum.i.tam multum negocij eſt nunc cum his.ſ.reliquijs,ut illud diuinum beneficium ueſtrũ in remp. habet nonnullam,i.quandam querelam.ſ.non conſummationis.Quod uero.ſ. Anto.ſeductus eſt.i.ab oculis coniuratorum adductus,capitur.n.in bonũ,a te uiro optimo.i.de rep.'optime ſentiente,& quod hæc peſtis uiuit adhuc beneficio tuo, ergo ſubiraſcor tibi interdum . Quod uix eſt mihi fas.i.licitum & permiſſum. Tu.n.reliquiſti mihi plus negocij.i.curæ,& laboris,quã omnibus præter me. Enim.i.quia , ut .i. poſtquam ſenatus libere primum poſt diſceſſum fœdiſſimum Anto.ſ.Marci:ego reuerti , id eſt iterum conuerti , priſtinum animum meum ad illum , ſcilicet ſenatum, quem .ſ. ſenatum tu habuiſti ſemper in ore , & amore, cum patre tuo ciue acerrimo .i. maxime ſtrenuo . Nam cum trib.pl.uocauiſſent ſenatum ad 13. Kal.Ian.& ſi tribuni referrent.i.conſulerent ſenatum de alia re, ego ſum complexus totam remp.& egi acerrime.ſ.pro Rep. contra Anto.& reuocaui ſenatum iam languentem & defeſſum.i.extrema feſſum,ad uirtutem & conſuetudinem priſtinam , magis uiribus animi .i.actionis.quàm uirib.ingenij.Hic dies & contentio mea.ſ.in Ant.attulit P.R.ſpẽ libertatis recuperandę.Nec uero ipſe.i.ego prętermiſi poſtea.i.deinceps ullum tempus,non ſolum cogitandi , ſed ẽt agendi ſcilicet, in ſenatu de rep.ideſt, de eius libertate tuenda. Quod niſi arbitrarer res urbanas & omnia acta.ſ. in ſenatu & iudicio perferri ſcilicet ſcripto ad te, ipſe, ideſt egomet perſcriberẽ quãquam eram impeditus.ſ.cum hæc ſcriberem occupationibus maximis , Sed tu cognoſces illa ex alijs,ſup.cognoſces pauca à me, aut ex me, Et ea ſup. cognoſces ſummatim.i.p ſummas, nõ per ſingulas particulas. Nos habemus ſenatum fortem , & habemus conſulares.i.qui aliqñ conſules fuerunt partim ſentiẽtes male,quia cõtra bonũ publicum.Magnum damnum factum eſt in Seruio.i.Seruij morte, Lucius Cæſ.ſentit optime,ſed q;.i.quia ipſe eſt auunculu.ſ.M. Ant. ipſe non dicit ſententias acerrimas. Conſules ſup.ſunt egregii.ſ.Hirtius & Panſa,Decius Bru.eſt præclarus,Cęſ.ſ.Octauius eſt puer egregius,de quo.ſ.Cęſ.quidem.i. ego quidem,ſpero reliqua,hoc eſt,q; perſeuerabit in amore reip. qui tamen ſolum dominaturus eſt,ſed clementer. Vero pro ſed , habeto hoc certum,niſi ille.ſ.Cę.ſcripſiſſet celeriter ueteranos.ſ. milites,& niſi duæ legiones.de exercitu Ant.cõtuliſſent ſe ad auctoritatẽ eius,atque is.ſ,Cęſ.eſſet oppoſitus terror Ant.Antoniũ

Protrudimus ASC.

nihil

nihil sceleris, & nihil crudelitatis fuisse prӕteriturū.i.prӕtermissutum. Ego etsi arbitrabar hæc esse audita tibi; tamen uolui esse notiora tibi. Ego scribam plura, si habuero plus ocij.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Approbat studium suum in Appio defendendo.

M. CICERO APPIO S.D. 26

DE meo studio erga salutem, & incolumitatem tuam credo te cognoscere ex literis tuorum: quibus me cumulatissime satisfecisse certo scio, nec ijs concedo, quanquam sunt singulari in te beneuolentia, ut te saluum malint, quàm ego. illi mihi, necesse est, concedant, ut tibi plus, quàm ipsi, hoc tempore prodesse possim. quod quidem nec destiti facere, nec desistam, & iam in maxima re feci, & fundamenta ieci salutis tuæ. tu fac bono animo, magnoq; sis, meq; tibi nulla re defuturum esse confidas. Pridie non. Quint. Vale.

HVB. DE meo] Ad eundē Appium puto Cic. scribere ad quem scripsit li.3. Sed nescio quo pacto hæc epis. in hunc librum reiecta est, nisi quod illæ de rebus prouinciæ tractant, in hanc aūt cum ageretur de salute & incolumitate Appij, qui à patria aberat, Cic. scr. studium in defendēda eius salute, seq. iam iecisse optima fundamenta, nec defuturum posthac. [Salute] uita. [Incolumitatem] tui corporis & fortunarum tuarum. quibusdam placet hanc epist. scriptā fuisse, quo tempore resp. opprimebatur à Cæ. [Satis fecisse] Quia nō possunt plus exigere à me, quàm præstiti. ijs. s. tuis propinquis. [Cōcedo] Vincor ab eis. [Possim prodesse] Quia maior est mea auctoritas, quàm ipsorum. [Ieci fundamenta,] Id est feci optima initia: tractum ab ędificijs, quorum prius fundamenta iaciuntur.

ASC. *DE meo &c.*] Ad eundem Appium uidetur scribere, ad quem scr. lib.3. agens de rebus p̄uincię, nunc autem de salute eius scribens dicit se pro ea iecisse optima fundamenta, & nec cessaturū deinceps. Ordo est: Ego credo te cognoscere de studio meo erga salutem & incolumitatem tuam, ex literis tuorū, quib. ego scio certo me satisfecisse cumulatissime. i. abundantissime, nec cōcedo ijs. i. eis. i. non fateor me ab eis uinci, quāquam sunt singulari beneuolentia in te, ut malint. i. magis uelint te sup. esse sauū quā ego. Necesse est sup. ut concedant. i. attribuant mihi illud. s. ut. i. q̄ possim prodesse tibi hoc tempore, plusquàm ipsi. Quod. s. tibi prodesse, quidem. i. certe, ego nec destiti facere, nec desistam, & feci iam in maxima re. i. pro maxima parte, & ieci fundamēta. i. posui initia salutis tuæ, tracta metaphora à fundamētis ædificiorum, quorum prius fundamenta iaciuntur. Tu fac sup. ut animo bono, & magno, & confidas me nulla re defuturum tibi. Pridie no. Quinctiles. i. quæ postea Iuliæ dictæ sunt.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Narrat conflictum cum Antonio, uires recensendo, uictoriamq; speratam Ciceroni, bonisq; omnibus enunciat.

GALBA CICERONI. S.D 30

DEcimoseptimo Kal. Maij, quo die Pansa in castris Hirtij erat futurus, cum quo ego eram, (nā ei obuiam processeram millia passuum centum, quo maturius ueniret) Antonius legiones eduxit duas, secundam, & quintamtrigesimam, & cohortes prætorias duas, unam suam, alteram Silani, & euocatorum partem. ita obuiam uenit nobis, quòd nos quatuor legiones tironum habere solum arbitrabatur. sed noctu, quo tutius uenire in castra possemus, legionē Martiā, cui ego pęsse solebā, & duas cohortes p̄torias miserat Hirtius nobis. cū equites Antonij apparuissent, cōtineri neq; legio Martia, neq; cohortes prætoriæ potuerunt, quas sequi cœpimus coacti, quādo eas retinere non poteramus. Ant. ad Forū Gallorū suas copias cōtinebat, neq; sciri uolebat, se legiones habere: tantum equitatum, & leuē armaturam ostēdebat. posteaquam uidit se inuito legionem ire Pansa; sequi se, duas legiones iussit tironū, posteaq; angustias paludis, et siluarū trāsiuimus: acies est instructa a nobis duodecim cohortium. nondū uenerant legiones duæ, cum repente Antonius in aciem suas copias de uico p̄duxit, & sine mora concurrit. primo ita pugnatū est, ut acrius nō posset ex utraq; parte pugnari. dexterius cornu, in quo ego erā, cū Martiæ legionis cohortibus octo, impetu primo fugauerat legionem trigesimamquintam Antonij. ut amplius passus † quingentos ultra aciem, quo loco steterat, processerit. itaque, cum equites nostrum cornu circuire uellent, recipere me cœpi, & leuē armaturam opponere Maurorum equitibus, ne auersos nostros aggrederentur. interim uideo, me esse inter Antonianos, Antoniumq; post me esse aliquāto. repente equū immisi ad eam legionem tironū, quæ ueniebat ex castris, scuto reiecto. Antoniani me insequi: nostri pila conijcere uelle. ita nescio quo fato, sum seruatus, q̄ cito sum à nostris cognitus. in ipsa Aemilia, ubi cohors Cæsaris prætoria erat, diu pugnatū est. cornu sinisterius, q̄d erat infirmius, ubi Martiæ legionis duæ cohortes erant, & cohors p̄toria, pedem referre cœperunt, q̄ ab equitatu circuibātur, quo uel plurimū ualet Antonius. cū oēs se recepissent nostri ordines, recipere me nouissimus cœpi ad castra. Antonius, tanq̄ uictor, castra putauit se posse capere: quò cū uenit, complures ibi amisit, nec egit q̄dquàm. audita re, Hirtius cū cohortib. uiginti ueteranis redeunti Antonio in sua castra occurrit, copiasq; omnes eius deleuit, fugauitq;, eodem loco, ubi erat pugnatum, ad Forū Gallorum. Antonius cum equitibus hora noctis quarta se in castra sua ad Mutinam recepit. Hirtius in ea castra rediȷt, unde Pansa exierat, ubi duas legiones reliquerat, quæ ab Antonio erat oppugnatæ. sic parte maiorem suarū copiarum Ant. amisit ueteranarum, nec id tamen sine aliqua iactura cohortium prætoriarum nostrarum, et legionis Martiæ fieri potuit. Aquilæ duæ signa sexaginta sunt relata Antonij res bene gesta est. Ad xiij. Kal. Maij, ex castris. Vale.

† alias, CC.

HVB. DEcimoseptimo] Galba unus fuit ex ijs, qui in cædē Cæs. coniurauerat, cui, post eius mortem, cum Ant. desciuisset à uoluntate senatus, commissæ fuerant quædam legiones aduersus eum, qui Mutinæ Brutum obsidebat. Narrat igitur Galba quemadmodum eo die, quo Pansa, & Hirtius consules erant futuri in castris contra Anto. Antonius existimans hos habere tantummodo 4. legiones Tironum, eos aggressus est, exponitq; uires Ant. & suas, & conflictum inter se acerrimum, ex quo dicit Ant. superatum cum magna iactura, & amissione suarum copiarum ueteranarum recepisse se in castra sua ad Mutinam. [Nam ei] Parenthesis. [Processeram] progressus eram [Veniret]. s. in castra, in quibus ego eram antequam ipse. [Secundam, & quintamtrigesimā] Ita erant apud Romanos nomina legionum. [Syllani] Is erat unus ex ducib. [Partum]. i. quæ legio Syllanis erat pars euocatorum, qui autem dicerentur milites euocati, supra diximus. [Apparuissent] de improuiso ostēdissent. [Contineri] A nobis, quin irruerent in hostes. [Continebat] Seruabat. Sciri, à nobis. Forum Gallorum] Nomē est oppidi in Italia ita dicti, quoniam à Gallis fuit conditum. Appianus appellat Celtarum forum, seu uillā [Leuem] Armaturam. i. milites leuis armaturę, qui præmittebantur, ut essent agiliores ad incipiendum prœlium. [Tantum] Solummodo. [Angustias] difficultates, loca angusta, & difficilia, sic enim sunt, ubi commissum est prœlium, ut declarat App. his uerbis de hoc ipso prælio loquens: Antonius angustias locorum nō multi faciens, quasi nihil amplius, quam ab accessu eos esset prohibiturus, & pugnæ ductos desiderio, cum equitatu ante iret per campum palustrem, & fossis præpeditum duas ex præstantiorib. legiones in occulto collocat uersus iter. quod angustum, & manu factum utraque ex parte harundinib. circum sęptum adeat. [Duæ legiones] quas Pansa iusserat se sequi. [De uico] de foro Gallorum. [Martiæ] Ita appellabatur fortasse quasi bellicosa. [Cornu] diuiditur enim exercitus in duo cornua, dextrum, & sinistrum. Luc. Cornus tibi cura sinistri Lentule. [Processerit] Progressum sit. s. cornu dextrum. Circumuenire] Insidijs, circūuallare. [Recipere] retrahere. [Equitib. Maurorum] Quos habebat M. Anto. [Auersos] A tergo. quia se recipiebant, ut iusseram. [Reiecto] post terga posito, ne feriretur a sequentibus hostib. [Pila] Proprie sunt tela Ro. ut & pila minātia pilis. [Velle] Volebā. [Conijcere in me] quem credebant esse hostem, quia uiderant me in medio Antonianorū. [Nescio quo fato] Nescio, qua fortuna, ita dijs uolētib. [Referre pedem] Retrahere sese retro. [Equitatu] Equitib. Antonianis. [Quo] Equitatu. [Nostri ordines] Nostræ

ſtrę acies.[Nouiſſimus) Vltimus omnium.[Quò) Ad quæ caſtra. [Iactura) Amiſſione.[Prætoriarum noſtrarũ) Nã prætoria Cæſ. cohors.integra cõciſa eſt, & cecidit in prima pugna ad dimidiã ferè partem & utroq; exercitu.ex Hirtij militibus pauci interie rẽ.[Signa]Vexilla.[Relata) Reportata.ſ.a noſtris.[Bene feliciter[Geſta) A noſtris.hanc pugnam ſcribit pleniſſime App.lib.2. ſed tamen non nominat hunc Galbam.

ASC. *DECIMO ſeptimo &c*]Galba unus fuit ex his,qui in Cæſ.cõiurauerant,cui poſt eius mortem, cum Ant. deſciuiſſet à uoluntate ſenatus, commiſſæ ſunt quædam legiones aduerſus eundẽ Ant.qui Mutinæ obſidebat Brutum. Narrat autem hac epiſtola quemadmodum eo die de quo Panſa,& Hirtius conſules erãt futuri,in caſtris Ant.eos aggreſſus ſit, & quid in eo conflictu effectũ.Ordo eſt:Ant.eduxit legiones duas 17. Kal. Maii, hoc eſt in Aprili ſeptemdecim diebus ante primũ diem Maij,quo die Panſa erat futurus in caſtris & ſup.etiam Hirtius,qui conſules erãt. cũ quo.ſ.Pãſa ego eram. Nam proceſſeram ei obuiam.ſ.officij, & honoris gratia centum millia paſſuum,quo .i. vt ipſe ueniret maturius.i.citius,ſed tñ in tpe opportuno.Antonius, inq̃,eduxit legiones duas.ſ.ſecundam,& trigeſimamquintã, & duas cohortes prætorias,unam.ſ cohortem ſuam,alteram Syllani.i.cui præerat Syllanus,appoſitorię partem euocatorum.Ita quia bene inſtructus uenit obuiam nobis.i.quia arbitrabar nos hr̃e tm̃.i. dũtaxat quatuor legiones tyronum.i.nouitiorum militũ. Sed Hircius miſerat nobis noctu.i.tempore nocturno quo.i.ideo ut poſſemus uenire tutius in caſtra,legionem Martiam, quæ præſtantiſſima habebatur, & duas cohortes prætorias quæ ueteranorũ erãt.Cum.i.poſtq̃ equites Ant.apparuiſſent, neq; legio Martia, neque cohortes p̃torię ab Hirtio miſſæ,potuerunt cõtineri.ſ q̃n in hoſtes irruerent.Quas.ſ.legiones, uos coacti, ne eos turpiter deſeramus,cœpimus.i.incepimus ſequi.Docet qũo coacti, qñ.i. quandoquidem nos non poteramus retinere.ſ. ſub ſignis , & in ſtatione ſua eas.Anto.obtinebat copias ſuas ad forum Gallorũ, qui Galli in ea regione condiderant oppidulum dictum Celtarũ forum,ſeu uillam ab Appiano, eo ꝙ Celtæ condiderant aut frequentare ſolebant,neque uolebant ſciri.i.ut ſciretur. Eſt autem uerbum imperſonale ſe habere.i. quod ipſe haberet legiones.i. exercitum pedeſtrem,quia oſtendebat.ſ.nobis tantũ.i.duntaxat aut ſolummodo,equitatum.i.exercitum equeſtrem,aut equitatum,ſeu equo merentium,& armaturam leuem,i.uelites,qui equitatum comitabantur,quia cum leuiter eſſent armati cum equis fugere,& inuadere poterant.deo autem noluit ſciri ut incideré inſidias.Poſteaquã Panſa uidit legionem ire i.proficiſci in Ant. ſe inuito iuſſit duas legiones tironum ſequi ſe.Poſteaquam tranſiuimus anguſtias paludis,& ſiluarum , acies duodecim cohortium eſt inſtructa à nobis Nã ſup.duæ legiones,ut opinor,prętorianæ nondum uenerant,Ant.produxit de uico .ſ. fori Gallorum,repente copias ſuas in aciem,& concurrit.ſ. nobiſcum ſine mora.i.dilatione facta.Pugnatũ eſt primo.ſ.concurſu,ita ut non poſſit pugnari ex utraque parte acrius. Etſi.i tametſi cornu dexterius.i.dexterũ,in quo ego erã,inquit Cic,Cum octo cohortio legionis Martiæ fugauerat trigeſimãquintam legionem Anton, ita ſup.ut proceſſerit amplius cẽtum paſſus ultra aciem,quo loco ſteterat.ſ.prius.Itaq; cũ equites uellent circũire cornu deſtrũ qđ pſequendo hoſtẽ proceſſerit longius , ego cœpi recipere me .i.retrocedere ad caſtra tanq̃ loca tutiora , & opponere equitib. Maurorũ armaturã leuem.i.uelites leuiter armatos ne aggrederentur auerſos noſtros.i.à tergo.Interim.i.inter id faciẽdum uideo.i.agnoſco me eſſe inter Antonianos, & Antonium eſſe aliquanto poſt me,ego immiſi repente equum.ſ. meum ad eam legionẽ tironũ,quæ ueniebat ex caſtris ſcuto reiecto.i.poſt tergũ iacto,ne feriret,ab inſequentibus Antonianis,ſup. cœperunt inſequi me,aut inſequi pro inſequebãtur me.Noſtri.ſ.milites uelle ſup.cœperunt aut uelle pro uolebant,coniicere.i.ſimul iacere in me pila.i.tela ſua oblonga.Ita neſcio quo fato ſum ſeruatus, quia petitus tã à meis,quàm ab hoſtib.ſũ aũt ſeruatus , qđ.i. qa ſum cognitus cito à noſtris. Pugnatum eſt diu in ipſa Aemylia .ſ.uia,ubi erat cohors prætoria Cæſ.ſ. Octauij Cornu ſiniſterius .i.q erãt in cornu ſiniſtro capit.n.collectiue p iis, qui in cornu ſunt, vñ cœperũt dicere,qđ.ſ cornu erat infirmus.i. qui erant in firmiores, vbi erant duę cohortes legionis Martiæ , & cohors prętoria,cœperunt referre.i.retrocedere,quod.i. quia circuibantur.i.concludebantur ab equitatu, quo Anto.ualet.uel.i.ẽt plurimum cum oẽs ordines noſtri.ideſt milites in ordines diſpoſiti recepiſſent ſe.ſ.in caſtra,ego nouiſſimus.i. ultimus cœpi recipere me ad caſtra Ant.tam,quàm uictor,ſ.eſſet,putauit ſe poſſe capere caſtra.quo,ideſt,ad quę,cũ.ideſt poſquã uenit, amiſit ibi cõplures,nec egit quidquã.i.nihil cępit.Hirtius audita re occurrit cũ uiginti cohortib.Ant.redeunti in ſua caſtra,& deleuit oẽs copias eius,fauitq́. ab eodem loco,ubi erat pugnatum ſup. uſq; ad forum Gallorum. Ant.recepit ſe cum equitib hora quarta noctis in caſtra ſua ad.i apud Mutinam.Hirtius redijt in caſtrs vñ .i.è quib.Panſa exierat,ubi.ſ.Pãſa reliquerat duas legiones, quæ erant oppugnatę ab Ant.Sic Ant.amiſit maiorem partem copiarum ſuarum ueteranarum. Nec tñ id potuit fieri ſine aliqua iactura.i.detrimento cohortum prætoriarum noſtrarum, & legionis Martiæ Duę aquilæ.i.uexilla magna.ſ.ſexaginta ſigna.ſ.minora uexilla Ant.ſunt relata.ſ ex conflictu. Res eſt geſta bene.i. feliciter.Ad 12.Kal.Maij,ſup.dedimus has ex caſtris.

AMPLIVS paſſus quingentos] Paſſuum numerum, quem alijs ſcriptis in libris ſe nõ uidiſſe dixerunt, comperimus in libro ep. rantiquo Vincentij Riccij. PAV. MAN.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Excuſat ſe,cur minus ſcripſerit,conqueriturq́; de Balbo pretore ſuo. & quem animum habeat,erga rem,oſtendit. Poſtremo conſiliũ captat à Cic.num in prouincia manſurus ſit,an in Italiã ſe trãsferre debeat

C. ASINIVS POLLIO M. CICERONI S. D. 31

MInime mirum debet tibi uideri, nihil me ſcripſiſſe de rep.poſteaq̃ itum eſt ad arma.nam ſaltus Caſtulonenſis,qui ſemper tenuit noſtros tabellarios,& ſi nunc frequẽtioribus latrocinijs infeſtior factus eſt,tamen nequaquam tanta in mora eſt,quanta qui locis omnib.diſpoſiti,ab utraq; parte ſcrutantur tabellarios,& retinent.itaq;, niſi naue perlatæ literæ eſſent,omnino neſcirẽ,quid iſtic fieret.nunc uero nactus occaſionem poſtea q̃ nauigari cœptũ eſt,cupidiſſime, & q̃ creberrime potero:ſcribã ad te.Ne mouear eius ſermonib. quem tametſi nemo eſt qui uidere uelit,tamen nequaq̃ perinde, ac dignus eſt.oderunt hoĩes,periculum non eſt.adeo eſt.n. inuiſus mihi,ut nihil non acerbum putẽ,quod cõe cum illo ſit.natura aũt mea.& ſtudia trahunt me ad pacis, & libertatis cupiditatem.itaq; illud initiũ ciuilis belli ſæpe defleui.cum uero non liceret mihi nullius partis eſſe,quia utrobiq; magnos inimicos habebã.ea caſtra fugi,in quib.planè tutum me ab inſidijs inimici ſciebã non futurum.cõpulſus eò quo minime uolebã; ne in extremis eſſem planè pericula non dubitanter adij. Cæſarẽ uero,quod me in tanta fortuna,mòdo cognitum uetuſtiſſimorum familiariũ loco habuit,dilexi ſumma cũ pietate,& fide. quæ mea ſñia gerere mihi licuit,ita feci,ut optimus quiſq; maxime pbarit.quod iuſſus ſum eo tpe,id ita feci,ut appareret, inuito imperatũ eſſe . cuius facti iniuſtiſſima inuidia erudire me potuit.q̃ iucunda libertas,et q̃ miſera ſub dominatione uita eſſet.ita,ſi id agitur , ut rurſus in poteſtate oĩa unius ſint, quicunq; is eſt,ei me profiteor inimicũ, nec periculum eſt ullũ quod p libertate aut refugiã aut deprecer.ſed cõſules neq; S.C.neq; literis ſuis p̃ceperant mihi, quid facerẽ.unas .n. poſt id.Mar.demũ à Panſa literas accepi,in quib. hortatur me ſenatui ſcribã,me,& exercitũ in poteſtate eius futurum . qđ, cũ Lepidus cõcionaretur,atq; oĩb.ſcriberet,ſe conſentire cum Ant.maxime contrariũ fuit.nã quib.cõmeatib.inuito illo , p illius prouinciã legiones ducerẽ.aut.ſi cætera trãſiſſem , nũ ẽt Alpes poterã tranſuolare,q̃ p̃ſidio illius tenerẽtur? adde huc, ꝙ perferri literæ nulla conditione potuerunt.ſexcentis.n. locis excutiũtur.deinde ẽt retinentur à Lepido tabellarij illud me Cordubæ pro cõcione dixiſſe nemo uocabit dubium prouinciã me nulli niſi qui à ſenatu miſſus ueniſſet,traditurum.nam de legione trigeſima tradẽda q̃titas habuerim cõtẽtiones, qd ego ſcribã?qua tradita,q̃to p rep.infirmior futurus fuerim, quis ignorat?hac.n.legione noli acrius, aut pugnacius quidq̃ putare eſſe.quare me eum exiſtima eſſe,qui primum pacis cupidiſſimus ſim,(oẽs.n.ciues plane ſtudeo eẽ ſaluos)deinde q de me, et rep.uindicare in libertatẽ paratus ſim. Qđ familiarẽ meũ

in

earum numero habes: opinione tua mihi gratius est. inuideo illi tamen quòd ambulat, & iocatur tecum. quæres, quanti æstimem? si unquam licuerit uiuere in ocio, experieris: nullũ enim uestigium abs te discessurus sum. Illud uehementer admiror, non scripsisse te mihi, manendũ in prouincia ne, an ducendo exercitum in Italiam, reipub. magis satisfacere possim. ego quidem, etsi mihi tutius, ac minus laboriosum est manere, tamen, quia uideo, tali tempore multo magis legionibus opus esse, quam prouincijs, quæ præsertim recuperari nullo negocio possunt, constitui, ut nunc est, cum exercitu proficisci. deinde ex literis, quas misi, cognosces omnia: nam earum tibi exemplar misi. 27. Kal. April. Cordubæ

HVB. MINIME] Cum tumultibus bellorũ ciuiliũ aduersus M An. post cædem Cæs. Asin. Pollio esset Cordubę, q̃ urbs est in Hispania Bętica, neq; postquam illuc iuerat, quidquam scripsisset Romam, ne haberetur suspectus, quia fuerat Cæsarianus. hac epist. se excusauit transferens culpam suæ cessationis in latrones à quibus literæ intercipiebantur. Postq̃ uero cœptum est nauigari, ita ut literæ possint naui deferri, dicit se quam crebertime scripturum. cõqueritur autem de Balbo quæstore suo, de quo sequẽti epistola plura dicet, ostenditque se cupidissimum esse pacis, & dicit se olim necessitate non uoluntate secutum fuisse partes Cę. quas quanta moderatione seruauerit declarat, ex quo ostendit quem animum nunc habeat, ne rursus omnia in potestate unius ueniant. Dicit autem se prohibitum à Lep. ne transiret in Italiã, aut etiam scriberet. ex hoc autem testatur fidem suam erga rẽp. ꝙ cum iuissent qui uellent ei succedere, in prouincia peterẽt dari sibi ab eo legionem trigesimam ducendam contra Ant. respondit se nemini traditurum prouinciã, nisi senatus misisset eũ, neq; etiam traditurũ legionem trigesimã, quæ erat pugnacissima, dubitabat. n. Pollio de eorũ animo, & fide erga rẽp. qui uenirẽt non missi à senatu. concludit aũt se cupidissimum pacis & uindicãdę reipu. in libertatem. Postremo dicit quantum cupiat consuetudinem ipsius Ci. quanti faciat, ostendet. si aliqũ pax fuerit. petit autem à Ci. fieri certior, an utilius sit futurum, ꝙ ueniat in Italiam, an ꝙ remaneat in prouincia. [Itum est ad arma).i. ueni ad bella, ut in hac prouincia obsisterem Antonianis, & omnibus hostibus reip. [Nam saltus) Ponit causam, quare non scripserit, quia apud Castulonem oppidum Hispaniæ, silua quædam, per quam necesse erat transire, ita esset referta latronibus, qui intercipiebant tabellarios & literas, ut nemo posset tuto transire. Saltus autem ꝓ silua & loco nemoroso ponitur, ubi solẽt insidiari latrones. Iuu. Quoties tuto custode tenentur. Et pontina palus, & gallinaria pinus. Nam quod satis legendum sit, & sit nomen sicarij, qui apud Castulonem latrocinabatur, absurdissimũ est, quod & uerba textus declarant, quibus ostendit saltum omnem non uno latrone, sed multis latronibus fuisse infestum, cum dicit latrocinijs, & dicit alijs ẽt in locis dispositos esse multos latrones. [Tenuit) Impediuit. [Frequentioribus) quã solebat [Infestior) Periculosior. [Tanta mora est) .s. saltus Catulonensis tantum moratur, & detinet nostros tabellarios. [Dispositi) Collocati. s. latrones. [Scrutantur) Inquirunt. [Istic) In Italia, quia non potuissent perferri mihi literę ex Italia, nisi perlatæ essent naue. [Cupidissime] Libẽtissime. [Perinde) Ita quia maiore etiam odio hominum dignus est, q̃ eum prosequantur. Videtur aũt significare Balbum quæstorẽ suum pessimo ingenio, qui quantum conijcimus maledixerat de Pollione. [Periculum non est) .s. in eo quod ipse de me dicit. [Nõ acerbum] Graue. i. nihil est, quod nõ uideatur infelix, quod cum illo sum gesturus. [Natura autẽ) Significat Balbum discordiarum amatorem: se uero pacis & concordiæ cupidum, quod ꝓbat ex ante acta uita ẽt tpib. Iulij Cæ. & Pomp. [Defleui] Indolui. [Illud] i. cum orta sunt bella inter Cæ. & Põp. [Vtrobiq;) & apud Cæs. & Pomp. [In ea) Cæs. [Inimici) .s. cuiuslibet inimici mei. [Eõ) ad Cæs. [In extremis) .i. omnino contẽptus. [Non dubitanter) Sine dubio, certissime. [Modo cognitum) .i. paulò ante cognitum, non autem multo ante. [Vetustissimorum) Quos iãdiu cognouerat, & expertus erat. [Mea sententia) Iudicio meo. Ita ea moderatione. [Probarit) affirmarit me bene fecisse. [Iussus sum) A Cæs. [Ita) Eo modo, ut homines intelligere possent me nõ gaudere, quod imperatum esset mihi. [Cuius facti) .s. quod licet inuitus, tñ fecissem, quæ imperasset. [Inuidia iniustissima) Odium, quo me homines iniustissime prosequebantur, quia facerẽ quæ mihi imperaret. iniustissimam aũt inuidiam dixit, qm̃ quod spõte non faceres, non merebatur odium, quod licet nõ mereretur. quia nõ potuit effugere: dicit se nunc intelligere ex eo, quã iucũdum sit uiuere in libertate: ubi nullius imperio cogaris aliquid facere quod nolis. itaq; profitetur se fore inimicum ei, qui rẽpu. opprimere uoluerit, quicũque is fuerit. [Erudire) Docete. [In potestate unius] ut unus sit omniũ dñs sicut fuit Cæs. [Quicunque is est) q. d. nullo excepto, etiã si esset mihi frater. [refugiam) uitẽ. [Aut deprecer) aut recusem precando ne mihi imponatur, sicut equidem merui, nec deprecor, inquit. [Post id. Mar.] i. postquam Cæs. est interfectus. [Quod) Dicit ualde sibi nocuisse, quod Lep. in concione dixit suis militibus Pollionem esse in potestate senatus, & scripsit etiam ad multos se cõsentire cum Ant. [Fuit cõtrarium) .i. nocuit. [Quibus) Interrogatus q. d. nullis: quia nulli dati essent mihi, cum ille iam diuulgasset se cõsentire cum Ant. [Cõmeatibus] Cibarijs datis exercitui meo [Illius) Lep. [Cętera] Eius prouinciã. & uim militum Lep. [Nam) Ant. [Poteram trãsuolare) Tanquam uolucris. q. d. non, quia non habeo alas. [Præsidio) Militibus. [Illius) Lep. qui deposuit milites ad seruandas alpes ne quispiam possit transire. [Adde) subiungit aliam causam, quare non potuerit declarare senatui se, & exercitum suum in potestate eius futurum. [Huc) .i. ad hæc. [Sexcentis] Numerus finitus pro infinito. i. in plurimis locis Secentis aũt non sexcentis legendum est, quia numerales dictiones inter se integræ compositæ inuariabiles sunt per casus: ut, Hic iam tercentum totos regnabitur annos: Sin vero cum corruptis componantur, uariantur, ut Virg. l. x. Æn. Secentos illi dederat Populonia mater Expertos belli, iuuenes, est illa trecentos. Et sic ducentos, & bis centum quatercentum, & quadringenti, & sic de reliquis. [Excutiuntur) uiolenter inquirũtur. [Cordubę) In Corduba, quæ urbs est Hispaniæ Bœticæ ædificium Marcelli hodie duorum Senecarum, & Lucan. poetę nomine percelebris. [Pro cõcione) .i. in concione [Nemo uocabit in dubium) .i. non dubitabit [Prouinciam meã) Hispaniã, cui præsum. [Cõciones) Orationes, quia dicebãt me nunquam cuiquam traditurum esse. [Hac legione) Trigesima. [Tradita) Alij data. [Pugnacius) Bellicosius. [Acrius) Animosius & fortius. [Deinde) Post cupiditatem pacis. [Qui) .i. eum qui uelim me libertatem meã defendere, & restituere. [Familiarem meum) De quo dicat, nõ satis intelligetur. [Quæres.] Petes, interrogabis. [Quanti æstimem) Quanti faciam. s. ambularę, & iocari tecum. [Si licuerit uiuere in ocio) Si unquam potero in tranquillitate uiuere. [Experieris) Reipsa cognosces. [Nullum uestigiũ) .i. Nullum passum. i. non mouebis pedem sine me. [Magis satis.) magis prodesse, & præstare officium meum, & facere quod illa a me exigat. [Nullo negocio) .i. nullo labore, hoc est sine difficultate. [Tutius) Quia non ita exponam me periculis bellorum. [Etsi mihi) .i. quia nõ ibo per hostes: & per alpes. [Legionibus. [Exercitibus, qui subueniant reip. [Vt nũc] .i. secundum conditionem horum temporum. [Proficisci] Discedere in Italiã. [Pansæ) Consuli. ad eum enim scripserat Pollio plenius. [Exemplum] .i. eas literas trãscriptas. sic enim appellamus exemplum, quod est ad similitudinem alterius, neque solum factorum, sed etiam rerum dicimus exempla, utputa si uelim uendere uinum, aut frumentum, aut pannum, quod damus, & mõstramus, pro similitudine illius, appellatur exemplum, quod vulgo appellant monstrationem, ut dabo tibi exemplum panni, quem sum uenditurus. i. monstrabo tibi qualis sit. [Cordubæ) Subaudi, scripta est hæc epistola, uel data,

Cõmeatus

Cordubam

ASC. *MINIME &c.*] Cum tumultibus bellorum ciuilium post cædem Cæs. cõtra Ant. Asinius Poll. esset Cordubæ in Hispania, neq; quidquam à profectione sua Romam scripsisset, ne haberetur suspectus, quia fuerit Cæsarianus, hac epistola se excusat trãsferens culpam cessationis suæ in latrones, a quibus literæ intercipiebantur. Postquam uero cœptum est nauigari, dicit se quam primum scripsisse. Scribit autem se cupidissimum pacis, & Cæsa. partes necessitate secutum. Dicit etiam se à Lepido ne in Italiã transiret prohibitum, nec cuiquam se traditurum prouinciam si ne iussu senatus, demum se cupere uehementer consuetudinem. Cic dicit. Ordo est: Minime mirũ debet uideri tibi me nihil scripsisse de rep. postea quã itũ est ad arma. s. contra Ant. Nam saltus Castulonensis. i. locus siluosus, & etiã saltuosus in Hispania iuxta Castulonem, oppidum, qui tenuit semper. i. omni tpe tabellarios nostros. i. eos, qui ferunt tabellas, hoc est literas nostras, etsi. i. q̃q̃ factus est nunc infestior. i. maiorem uim inferens frequẽtionib. ijs, tñ ipse nequaq̃ est in tãta mora i. impedimẽto nostros remoranti, quanta sup. sunt ij, qui dispositi omnibus locis scrutãtur ab utraque parte, aut actionis, aut regionis tabellarius, & retinent. Itaque nisi literæ essent perlatę naui. i. nauigio, ego nescirẽ omnino quid fieret istic. s. Romæ vbi tu es. Nunc uero nactus occasionem, postea quàm cœptum est nauigari, scribã ad te cupidissime,

Saltus

dissime, & quàm.i.quãtum potero crebberrime, ne moueat sermonibus eius.i.pessimi delatoris, uidelicet, ut opinio est, Balbi quęstoris eius, quem tametsi nemo est qui uelit uidere, tamen homines non oderunt perinde ac.i.tm quantum dignus est. periculũ non est.s.si eum oderint, aut si male de me loquantur. Ipse est mihi adeo inuisus.i.in odio habitus, ut nihil putem non acerbum, quod sit commune cum illo. Autem.i.sed, natura mea, & studia mea.i.inclinationes naturales, & exercitia mea trahũt me ad cupiditatem pacis, & libertatis. itaque ego defleui sępe illud initiũ belli ciuilis.s.inter Cæs. & Pompeium. Vero.i.sed, cum non liceret mihi esse nullius.i.neutrius partis, quia tales pro hostibus Põpeianis iudicabantur. sed hic affert aliam occasionem dicens: quia habebam utrobique.i.ab vtraque parte magnos inimicos, ego fugi in ea castra.s.Cæs. in quibus sciebam me non futurum tutum plane.i.oĩno, ab insidijs inimici.s.a Pompeio stantis, compulsus eo quò uolebam minime.i.ad bella ciuilia gerenda, ne essem planè.i.oĩno in extremis.i.deputarer cum abiectissimis, & pessimis militibus, adij non dubitanter pericula. Vero pro sed, ego dilexi cũ summa pietate, & fide Cęs.s.Iulium, q.i.quia, ipse habuit me cognitum. Modo.i.paulo ante, in tota fortuna, loco, idest ęstimatione familiarium, idest suorum uetustissimorum. Ego feci ea, q licuit mihi gerere snĩa mea.i.ex arbitrio, & iudicio proprio, ita ut optimus quisque probarit.i.laudarit, maxime ego feci id, quod iussus sum sup. facere eo tẽpore, ita ut apparet imperatũ esse inuito, q.d. si qd hostile gessi, id coactus feci, & ita frigide feci, ut coactus uiderer. Cuius facti inuidia iustissima, quia quod potui, fecerat, potuit erudire.i.docere me, quàm.i.quantum iucunda sup. esset libertas, & quàm.i.quantum misera uita esse sub dominatione.i.tyrannide. Ita pro itaq;.i.& si, id agitur.i.prætenditur, ut omnia sint rursus.i.iterum in potestate unius, ego profiteor me inimicum ei, quicunque is est. Sciebat autem Antonium esse. Verũ tamen postea sub Augusto rerum domino suauissime uixit. Nec vllum est periculum quod aut fugiam, aut deprecer.i. precer ne sit mihi obeũdum, pro libertate.s.publica. Sed consules.s. Pansa, & Hirtius, neque præceperant mihi, quid facerem per senatuscõsultum.i.mittendo ad me senatuscõsultum.i. decretum senatus, neq, literis suis. Ego enim accepi demũ post idus Martias, unas literas a Pansa s.consule, in quibus hortatur me, ut scribam senatui, me, & exercitũ.s.meum, futurum in potestate eius.s. senatus. quod.s.significasse me futurum in potestate senatus fuit maxime contrarium.i.nociuum, cum Lepidus concionaretur.i. uerba ad milites suos faceret, atque scriberet omnibus se consentire cum Ant. Nam quibus commeatibus.i.vt dicunt victualibus pro itinere necessarijs ego ducerẽ.i.ducere possem legiones per puinciam illius.s.Lep. illo inuito, q.d. nullius, aut si supp. Lep. uitans transissem cætera.s.loca, unde.i.nunquid poteram transuolare et alpes, quæ tenẽtur præsidio illius.s.Lep. q.d. minime. Adde huc .i.ad hanc rationem, aut excusationem, q literæ nulla conditione potuerunt perferri. literæ enim excutiuntur.i. inuestigantur, & leguntur sexcentis i.plurimis locis, deinde.i.insuper tabellarij retinentur etiam à Lepido, Nemo uocabit illud in dubium.s.nemo poterit asserere illud dubium me dixisse Cordubæ, quæ ciuitas est Hispaniæ Baticæ pro concione.i.ante omnes ad cõcionẽ cõcitatos me tradituru nulli prouinciam, nisi qui uenisset missus à senatu.s. Romano. Nam quid.i. ad quid scribam, quantas conciones habuerim de legione trigesima tradenda.i. qd nolim cuiquàm tradere: Qua.s.legione tradita i. si fuisset alteri ut Lepido, aut Antonio tradita, quis ignorat quanto infirmior pro rep. fuissem futurus? q.d. nemo. Enim i.quia, ò Cic. noli putare quidq̃ esse acrius, aut pugnacius.i.efficacins ad pugnam, hac.s.legione trigesima. Quare existima.i. iudica me esse eum primum, q̃ sim cupidissimus pacis. Ego enim studeo.i.studiose cupio, omnes ciues esse saluos. Deinde sup. eum, qui sim paratus uindicare.i.asserere, & me, & remp. in libertatem, quod habes familiarem meum (opinor de Appio loqui) in numero tuorũ, est mihi gratius opinione tua i.quam opinaris. Inuideo tamen illi, quòd ambulat & iocatur tecum, hoc est uelim id mihi contingere. Quod.s. tecum ambulare, & iocari, quanti æstimẽ. i.appreciandum iudicem tu experieris si licuerit sup. nobis uiuere unquam in ocio. Ego enim nullum uestigium discessurus sum à te. Ego admiror uehemẽter illud te non scripsisse mihi utrum sup ego possim magis satisfacere reip. manendo in prouincia, hoc est in Hispania, an ducendo exercitum in Italiam. Ego quidem, etsi.i q̃q̃ tutius, ac minus laboriosum est mihi manere.s. in Prouincia, tamen quia uideo multo magis opus esse.s.reip. tali tempore.s.quo disceptatur pro libertate legionibus.s.quibus defendatur resp. quam prouincijs, quibus augeatur, præsertim supp. illis prouincijs, quæ possunt recuperari nullo negocio, cõstitui, ut nũc est.i.ut res se nunc habẽt proficisci.i. discedere hinc in Italiam cum exercitu. Deinde.i.insuper, tu cognosces ea.s.q̃ decreuerim facere ex literis, quas misi Pansæ.s.consuli, à quo literas acceperat. Sunt qui legant: Quas Pansa mihi misit, sed non procedit nouit enim quæ Pansa scripserat etiam prius Cic. Nã misi tibi exemplar.i.diploma, aut duplum earum. Datum sup. aut scriptum Cordubæ. 7.Kal.Apr.

QVANTAS habuerim contentiones] Antea, conciones. nes contentiones, emendauimus ex uetusto libro Pauli Boti, & ex epistola sequenti. in qua idem Pollio ita scribit. Nec uero minus Lepidus uisit me, & suis, & Antonij literis, ut legionem trigesimam mitterem sibi. PAVL. MAN

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Conqueritur de Balbo flagitia eius recenses, & quo animo erga Senatũ rempublicamq; sit: postremo quid apud exercitum agat, exponit.

ASINIVS POLLIO M. CICERONI S. 82

BAlbus quæstor, magna numerata pecunia, magno pondere auri, maiore argenti coacto de publicis exactionibus ne stipẽdio quidem militibus reddito. duxit se à Gadibus; & triduum tempestate retentus ad Culpen Kal Iunij traiecit sese in regnum Bogudis, plane bene peculiatus. his rumoribus utrum Gades referatur, an Romam, (ad singulos enim nuncios turpissime consilia mutat) nondum scio. sed, præter furta, & rapinas, & uirgis cæsos socios. hæc quoq; fecit, ut ipse gloriari solet, eadem, quæ C. Cæsar: ludis, quos Gadibus fecit, Herennium Gallum, histrionem, summo ludorum die, annulo aureo donatum in quatuordecim sessum deduxit: tot enim fecerat ordines equestris loci quatuoruiratum sibi prorogauit: comitia biennij biduo habuit, hoc est renũciauit quos ei uisum est: exules reduxit, non horum temporum, sed illorum, quibus à seditiosis senatus trucidatus, aut expulsus est Sex. Varro proconsule. Illa uero iam ne Cæsaris quidem exemplo, quòd ludis prætextam de suo itinere ad† L. Lentulum pro consule solicitandum posuit: & quidem cum ageretur, fleuit. memoria rerum gestarum commotus. gladiatoribus autem Fadium quendam, militem Pompeianum quia, cum, depressus in ludum, bis gratis depugnasset, auctore sese nolebat, & ad populum confugerat; primum Gallos equites immisit in populum, (coniecti enim sunt lapides in eum, cum arriperetur Fadius) deinde abstractum defodit in ludo, & uiuũ combussit; cum quidem pransus, nudis pedibus, tunica soluta, manibus ad tergum reiectis, inambularet, & illi misero quiritanti: Ciuis Romanus sum, responderet: Abi nunc, populi fidem implora. bestijs uero ciues Romanos, etiam in his, circulatorem quendam auctionum, notissimum hominem Hispali, quia deformis erat, obiecit. Cum huiusmodi portento res mihi fuit. sed de illo plura coram. Nunc, quod præstat, quid me uelitis facere, constituite. tres legiones firmas habeo: quarum unam uigesimamoctauam cum ad se initio belli accersisset Antonius hac pollicitatione. quo die in castra uenisset, denarior quingenos singulis militibus daturum, in uictoria uero eadem præmia, quæ suis legionibus (quorum quis ullum finem, aut modum futurum putauit?) incitatissimam retinui ægre mehercule; nec retinuissem si uno loco habuissem: utpote cum singulæ quædam cohortes seditionem fecerint. reliquas quoque legiones non destiti literis, atque infinitis pollicitationibus incitare. nec uero minus Lepidus ursit me & suis, & Antonij literis, ut legionem trigesimam mitterem sibi. itaque quem exercitum neque uendere ullis præmijs uolui, nec eorum periculorum metu quæ uictoribus illis portendebantur, diminuere, debetis existimare retentum, & conseruatum reip. esse; atque ita credere, quodcunque imperassetis, facturum fuisse, si quod iussistis, feci. nam & prouinciam in ocio, & exercitum in mea potestate tenui: finibus meæ prouinciæ nusquam excessi: militem non modo legionarium, sed ne auxiliarium quidem ullum quoquam misi; &, si quos

equites

eqxites decēdētes nactus sum, supplicio affeci. quarum rerum
fructum satis magnum rep. salua tulisse me putabo. sed resp.
si me satis nouisset, & maior pars senatus, maiores ex me
fructus tulisset. Epistolam, quam Balbo, cum etiamnum
in prouincia esset, scripsi, legendā tibi misi, etiam prætextā,
si uoles legere Gallum Cornelium, familiarem meum po-
scito. 6. id. Iun. Cordubæ. Vale.

HVB. BALBVS]Commemorat Pollio Balbi quæstoris sui fugam ex
Hispania, & rapinas, & quasdā crudelitates, quas exercuit
in quosdam deinde & ineptias in ludis, quas iactabat se fecisse
exemplo Cæs. Postea uero Pollio exponit se totum arbitrio sena
tus, & P. R. dicitq; se facturum quidquid ab his constitutum fue-
rit, ostēditq; quem exercitum habeat, & quemadmodum eū uix
retinuerit aduersus pollicitationes, quas ei faciebat M. Ant. Po-
stremo declarat qua moderatione vsus sit, & in retinendo exerci
tu, & in conseruanda prouincia[Quęstor meus]In hanc prouin-
Coactus ciam. [Numerata]sibi [Coacto) Congregato ut, Tityre coge pe-
cus. [De exactionibus) Publicis, s. de uectigalibus quæ fuerāt exi
Exigere genda nomine P. R. exigere. n. est ex debito petere, licet & alia ꝓ
loco significet [Ne stipendio quidē militibus reddito) i. defrau
datis et militibus suo stipendio, quia eis non dedit, qđ debuerat.
Gades [Duxit) Mouit. [A Gadibus) Gades, ut scribit Strab. li. 3. angusto
discreta freto insula distās à Turdetania Calpe stadios circiter se
xaginta, & quinquaginta, seu, ut alij perhibent, octingēta. est aūt
eadē Turdetania Hispanię regio, q̄ & Bætica. Calpe uero mōs ē
circuitu quidē non admodū magnus, altitudine uero ingens, &
arrectus, in cuius radicibus sita est vrbs Calpe uetustum, & haud
obiectū oppidū. [Bene peculiatus) Bene nūmatus, pecunia bene
munitus. [His rumoribus) Qui ex Italia referuntur de M. Ant. su
perato. [Referatur]Euertatur. [Ad singulos]Parenthesis est. [Præ
ter furta] Exceptis furtis, q̄ fecit in ꝓuincia. Furta dicunt, q̄ oc-
culte fiunt, rapinæ, quæ p uim [Socios) Amicos P. R. fœdere no-
Furta Rapina bis coniunctos[Cæsos) Acriter diuerberatos uirgis publice, ꝙ so-
let fieri ijs, q aliquid sceleris admiserūt. [Gloria) Cū sua gloria ia
ctare. quasi potuerit æquari fastis suis uirū maximū C. Cę. [Fecit
Gadibus) In Hispaniā, cum in ea fuisset q̄stor[Herenniū Gallū]
.s. quod iactabat Balbus se fecisse exēplo Cęs. nā ultimo die, quo
ludi finiti sunt donauit Herēniū Histrionē annulo aureo, & de-
duxit eū ad sedendū in quartodecimo gradu, quo solebant tantū
mō sedere equites Rom. qui quadraginta milia sestertiū posside
rent, Cæs. aūt, ut scribit Trāquillus, edidit spectacula uarij gn̄is,
munus gladiatorū. ludos et regionatim urbe tota, & qdē p oīum
linguarum histriones, quibus ludis Laberius eques Roma. mimū
suum egit, donatusq; est quingētis sestertijs, annulo aureo, ses-
sum in 14 scęna per orchestram transit, in quo dicebat Balbus
se imitatū Cæs. q idem fecisset Herēnio Gallo histrioni. [Qua-
Quatuor uiratum tuor uiratū]Magistratus erat ita dictus, quia quatuor uiri ad eū
gerendum eligerentur. [Prorogauit)Prolongauit, ita longiūs tē
pus produxit. [Comitia biennij biduo habuit) idest duobus die-
bus fecit comitia, quæ in duobus annis solebant fieri. [Renūcia
uit]pro denunciauit se facere comitia. [Quos est uisum ei) scili-
cet reducere, i. quos ipse suo iudicio putauit reducēdos, reduxit
[Non horū tpum], s. exules reduxit. (Sed illorū,]q. d. nō reduxit
exules horū tpum, qui parū sontes sunt sed eos, qui p seditionē
olim aut trucidauerunt senatū, aut expulerunt. [Illa)Dicit quæ-
dam à Balbo facta, q̄ non pōt iactare se fecisse ad exēplum Cæs.
qm̄ tentauit solicitare L. Lentulū proficiscentē proconsulem in
Hispaniā: quominus iret. [Illa uero ne exēplo qdē Cæsaris) Sub-
audi fecit [Posuit) Exposuit. [Prætextam)vestē. [Solicitandū de
suo itinere) ut de suo itinere reuocatur. Hāc aūt pretextā posue
rat in ludis, quia posset solicitare, ipsum Lentulum ab itinere.
[Ageretur) idest cum ludi agerentur. [Depressus) cōpulsus, (Gra
Gratis tis) Sine mercede, & aliquo munere. [Sese auctore) Sese impulso
re (Nolebat). s. amplius pugnare. [Immisit). s. Balbus [Gallos eq
tes) quos secum habebat[In populum) ut ei eriperēt Fadiū. [Col
lecti). s. à populo. [In eum) In Balbum, [Defodit) demisit in fo-
ueam. [Viuū) Adhuc uiuentē, ut maiorem sentiret pœnam. [Cū
quidem] .i. cum interea dum combureretur Fadius ipse ambula
ret circa pyram bene potus & pransus. [Nudis pedibus) Sine cal-
ceis. [Tunica soluta] veste recisa, aut more furiosi, aut more sacri
ficantis, quasi illum immolaret, ut Virgil. de Didone.

Ipsa mola, manibusq; pijs altaria iuxta,
Vnum exuta pedem uinclis, in ueste recincta
Testantur moritura deo. Et alibi.
Aut ante ora deum pinguis spatiatur ad aras.

[Manibus reiectis ad tergum]quod apud quosdam habetur inur
banum, licet is mos sit satis familiaris Genuensis. [Quæritanti) Mos genuensium
conquerenti, lamentanti, uel certe melius legatur quiritanti, nā
ut scr. Varro, quiritare dicitur is, qui quiritum fidem clamans
implorat, ergo qritanti fidē populi inuocanti. [Ciuis Roma-
nus) quem non licet tali suspicione afficere. [Responderet) Bal.
bus. [Abi nunc) uade nunc, & inuoca populi fidem, ut te defendat
[Implora) Implorare est cum miseratione auxilium petere in re Implorare
bus malis, & aduersis, neque enim recte diceretur, implora te ad
nuptias[Vero) indignationem quandam indicat. [Bestijs) Obie
cit & non est legendum bestias, sicut à quibusdam deprauatˀ tex
tus. [Circulatorem) Circumforaneū, hi enim circulatores dicū- Circulator
tur, qui circa fora cōcionari solent & multis fabellis, & adulatio
nibus victum mendicare. [Hispalis) quæ urbs est, ut scr. Pomp. in Hispalis
Bætica Hispania. fuit autem auct. Str. olim insignis, & Romana
colonia [Quia deformis erat) quia aliquantulum monstruoso
corpore, quasi ideo non esset homo. [Huiusmodi) Talia, quo ho
mines tam crudeliter necarentur. [Res mihi fuit cum huiusmo-
di portento). i. monstro. i. fuit mihi tolerandum tale monstrum
potius, quàm homo. monstrum autem appellat propter feritatē.
[Plura). s. dicā. [Accersisset] Aduocasset, iuuasset. [Singulis mi
litibus) unicuiq; militi. [Denarius) Denarius, genus monetę, in Denarius
de dictus, ut uoluit Var. quod denos æris ualebat. [Quingentos)
quinque centum, nam quinquaginta dicimus de quinquies de-
cem: quingentos uero de quinquies centum. [Quorum) Quarū
rerum ab eo Ant. promissarum. [Modum) Mensuram.]incitatissi
mam) Inclinatissimam, ualde motam. & stimulatam erga Anto.
[Ægre) Difficile. [Vt pote) declarantis est uerbum. [Seditionē.)
Tumultū, quod fuisset periculosius, si fuissent omnes uno loco.
[Reliquas) Præter uigesimam octauā, de qua dixi. [Destitit] Ces-
sauit. s. Anto. [Vrsit) stimulauit. [Portendebantur) Denunciaban
tur, intelligebātur futura. [Illis uictoribus). i. si illi habuissent ui
ctoriam, est etiā ablatiuus casus [Reip.) idest pro rep. [Credere)
scilicet deberis. [Si feci) Quia iam feci. [In ocio) idest pace. [Nus Nusq̄
quam) In nullum locum, significat enim in loco, & ad locū, ut
alio loco ꝓbauimus alijs exemplis. [Legionarium) Qui esset ad
scriptus alicui legioni, qui esset de legione. [Auxiliariū) Ex ijs, Auxiliarij
qui in auxilium uenerant, dicūtur autem & auxiliarij & auxilia Auxiliare
res. [Quoquā]In aliquē locū. [Nactus) Inueni, depræhendi. [Fru
ctum) utilitatē, remunerationem. [Tulisse) Percepisset [Prętex Prætextam
tā) comœdiā aliquam dicit. nā erat comœdiæ, quæ prætextatæ,
siue prætextates dicebantur à prætexta ornamēto nobilium Ro
manorū. Horat. Et qui prætextas, & qui docuere togatas. Sunt &
alia genera comœdiarum, de quibus nō est nunc dicendi locus.

BALBVS &c.]Commemorat Pollio Balbi quęstoris sui fugā ASC.
ex Hispania, & quasdā crudelitates, quas exercuit in quosdam.
Deinde etiam ineptias eius in ludis, quos iactabat se fecisse exē
plo Cæsaris, postea uero exponit se totū arbitrio senatus, popu
lique R. Dicitq; se facturum, quidquid ab his constitum fue-
rit. ostenditque quem exercitum habeat, & quemadmodū eum
uix retinuerit propter pollictationes quas ei M. Antonius fece-
rat. Et postremo declarat qua moderatione usus sit, & in retinen
do exercitu, & in conseruanda prouincia, quę omnia ad sui com
mēdationes & studij sui in remp. ostentationem facit. Ordo au-
tē est: Balbus quæstor i. receptor, accumulator pecuniæ publicæ
in Hispania duxit. i. proripuit se à Gadibus. i. ultima parte Hispa
niarum, magna pecunia numerata. i. ut dn̄t moneta sup. coacta. i.
coaceruata, & magno pondere auri, & maiore pondere argenti
coacto de exactionibus publicis. i. quas publico nomine fece-
rat, ne quidē. i. non saltē stipēdio. i. mercede militari reddito mi
litibus, & ipse retentus tempestate. s. aduersa triduum. i. per tres
dies. ad Calpen. i. montem illum in finibus Hispaniæ, traiecit se
Kal. Iun. regnum Bogudis. i. in Mauritania, peculiaris. i. numa-
tus, aut peculiatus. i. deperdatur ꝓuinciā plane. i. omnino, bene
.i. multum. Ego nondum scio his rumoribus. sup. diuulgatis utrū
referatur Gades an Romam. mutata. n. turpissime, ut uir nullius
fidei & constantiæ, consilia ad singulos nūcios. s. quos mittit di-
uersa nunciantes, Sed sup. Balbus fecit p̄ter furta, & rapinas, &
socios cęsos uirgis quoque. i. etiam, hęc eadem quę Cæsar sup.
factitauit, ut ipse solet gloriari. i. iactāter dicere. fecit dico ludos
quos fecit Gadibus. Ipse deduxit Herennium Gallum Histrio-
nem, donatum. i. pro dono auctum & decoratum annulo aureo
summo. i. ultimo die, ludorum in decimum quartum. sessum. i. se
dile, aut deduxit sessum, ut sederet in quatuordecim. s. gradibus
theatri. Enim. i. qa tot. i. 14 erant ordines. i. gradus loci equestris
.i. in qbus habentes censum equestrem i. quadragies mille sester
tium, solūmodo sedebant lege lata ab Othone. unde Iuuē. Sic li-
bitum uano, qui nō distinxit Othoni. Reliqui autem in ea cauea
sedebāt. Ipse prorogauit sibi, q. d. propria auctoritate, quatuorui-
uirorum

tirorũ.i. magistratum, quem quatuor uiri simul gerunt. Ipsa habuit biduo.i.spatio duorum dierum comitia bienij.i.duorum annorũ:hoc est renunciauit,i. significauit saltem se habuisse comitia.ipse reduxit exules,quos uisum est.i.placitum est ei reducere non horum temporum.f.in quibus etiam boni uiri exulant,sed illorum.f. tẽporum, qbus senatus ꝓuincialis est trucidatus aut expulsus à seditiosis. Sexto. Varro proconsule.i.consulari postea te in Hispania fungente. Vero pro sed.ipse fecit illa, idest quæ sequuntur ne quidem.i.non ẽt exemplo,i. ad exemplũ Cæsaris qd posuit,aut proposuit ludis.f. factis prætextam.i.vestem illã nobilem,ad sollicitandum Luc. Lentulũ proconsulem de itinere suo. Id est ꝓferret iter suum donec ludi essent peracti, aut posuit de itinere suo.i.qua iter esset facturus ad sollicitandum.i.afficiendũ forte inuidia Luciũ. Et quidẽ, i.certe ipse cõmotus memoria rerũ gestarũ.f.ab ipso Cæs.fleuit cũ ageret.i.inter agendũ. Aũt.i. sed,posuit gladiatoribus.i.inter gladiatores quẽdã militem Pompeianũ Fadiũ.f.nomine,quia cum ipse Fadius depressus.i. vi intrusus in ludũ.i.in arenã depugnasset.i.ad finem vsq;,hoc est ad victoriã pugnasset,bis gratis.i.sine mercede, nolebat.i. amplius pugnare auctore sese.f. Balbo,&.f.Fadius confugerat ad populũ, vt ab eo defenderetur.ipse Balbus immisit primũ in populũ Gallos equites. f. ad recipiendum Fadium. ideo aũt immisit Gallos .n.idest,quia lapides sunt coniecti,i.à populo in eum.f.Balbum, cũ.i.qñ, Fadius acciperet.f.ab eo. Deinde ipse Balbus defodit, i. in terra fodit.f.Fadiũ abstractũ.f.p Gallos è populo, & cõbussit vnũ in ludo,i.in publico spectaculo.quidem.i.certe,cũ pransus, & ita potus ac ebrius inãbularet.f.circa rogum. perinde ac sacrificium facturus nudis pedibus,quia saltem alterũ nudũ habebãt sacrificantes,ut Æn.quarto de Elissa dr̃. Vnũ exuta pedem vinclis in ueste recincta.i.soluta,ne quid nõ solutum i.nõ liberũ inderet in sacrificio. vñ addit. Tunica sol.i.habẽs tunicã solutã,& manibus reiectis ad tergũ,ut.f.nullam hosti uim inferre putaretur,responderet illi misero scilicet. Fadio quiritanti,idest,inuocando quiritum nomen, & opem clamanti ac dicenti, natus sum ciuis Rom. responderit inquam,ubi nũc,implora fidem populi.f.ut te à dimicando defendat,qui nõ possunt ab igne defendere. Bestijs uero sup.obiecit ciues Rom.& obiecit his.i. iter hos ciues Rom. Hispali,idest,in eo oppido Hispaniæ Bœticæ quendã circulatorem,idest circumforaneum exercitatorem auctionum .i.vẽditionum sub auctione,hoc est sectorem,aut auctionum, i. fabulatũ ridiculatũ hoĩem notissimũ,quia erat deformis,q̃ càerat,quod notissimus esset, aut qđ obiectus bestijs deuorandus ab eis. Cũ & c Ordo est:Res.i.cõmertiũ,fuit mihi,quia quæstorẽ cum sortitus erat, cũ hmõi portẽto.i. monstro hominis. Sed sup. dicã plura de illo corã.i.cum adero. Nũc quod præstat.i. de quo utilius est loqui,cõstituite quid uelitis me facere. Ego habeo tres legiones firmas. quarũ unã, uidelicet vigesimãoctauã cum Ant. accersisset.i.allexisset,& uocasset ad se initio belli ac pollicitatione.f.sedaturũ singulis militib.quingẽtos denarios,sup.eo die quo .f.legio illa uenisset in castra. Vero ꝓ sed, pollicitus est se daturũ in uictoria eadem præmia qua legionibus suis. Quorum scilicet militum sic sollicitatorum quis putauit,ullam fidem aut modum .i moderamẽ futurũ?q.d.nemo & tñ retinui,inquit, citatissimã.f. legionẽ.i.maxime inclinatã ad præmia illa.hercule.i.per Herculem,egre.i.cum difficultate,nec retinuissem si habuissem.f. oẽs legiones uno in loco, vpota cũ singulæ cohortes seiunctæ.f ad cautelã ab alijs fecerunt q̃dam seditionẽ, sed non perfecerunt timẽtes alias in fide mansisse,& in se immittẽdas,sed si simul fuissem conspirare impune potuissent,quia Antonius non destitit incitare quoque.i.ẽt reliquas legiones lr̃is atq; infinitis pollicitationibus. Nec uero minus.i.& æq; Lepidus ursit.i.urgenter sollicitauit me lr̃is, & suis & Antonij,ut mitterẽ sibi legionem trigesimam, q̃ firmissima erat. Itaq; uos debetis existimare exercitũ, quẽ nec uolui vendere ullis ꝑmijs,nec diminuere metu eorũ periculorũ q̃ portendebantur illis victoribus.i.si forte fuerint uictores, esse retentum,idest à me,& conseruatum reip.atque ita sup.debetis credere sup.me fuisse facturum,quodcũque imperassetis,si fecei quod iussistis Nam ego tenui,& idest,simul ꝓuinciam in ocio .f.pacis,& exercitum in potestate mea, nusquam excessi finibus prouinciæ meæ. Non modo, idest non solum sup. non nisi quoquã.i.ad quemuis locum, militem legionarium.i. ad legionem pertinentem,qui sub sacramento legitime militabant,sed ne q̃dem,idest non saltem misi quoquã ullũ auxiliariũ.i.missũ auxilio,& qui,cũ eius auxilio opus non esset,alio mitti posse uidebatur. Sanè negatio,q̃ est in particula ne, debet utriq; particulæ seruire.etsi nactus sum.i.deprehendi,quos.i. aliquos milites, decedentes.f.de prouincia,ego affeci sup.eos supplicio. Quarum rerũ .i.quorum studiorum in rep. Ego putabo me tulisse.i.reportasse, satis magnum fructum.i.utilitatẽ rep.salua.i.si respu. fuerit salua. Sed resp.si nouisset me, & maior pars senatus nouisset supp. me.i.animũ meũ,tulissent ex me maiores fructus. Ego misi tibi legendã epistolã, quã scripsi Balbo cum esset ẽt nunc.i.adhuc in prouincia. Si ẽt uoles legere prætextã.i.comœdiã,& fabulã agendã in prætexta, quia est de argumẽto Romano pręsertim hominis nobilis, vtpote Balbi,hoc est de Balbi insolẽtia in q̃stura,posita sup.eã Corn. Gallũ familiarẽ meũ,qui Virgilio summe dilectus erat, poeta insignis. Scriptum sup. Cordubæ 6.id.Iun.

DVXIT se à Gadibus) Locutio quibusdam uidetur durior,quatamen & Terentius in Hecyra usus est:Vxor,inquit,ubi me ad filiam ire sensit,se duxit foras:& Plautus in Aulularia cum dixit; Ego me deorsum duco de arbore.& in Bacchi. Duc te ab ædibus. **PAVL. MAN.** Sexto Varro proconsule) Historia mihi quidem ignota.&,ut,dicam,quod sentio,mendum subesse crediderim.nam etiam librũ habeo uetustissimum,in quo hæc uerba non leguntur.[Ciuis Romanus natus sum] Cum mihi Hieronymus Ferrarius hunc locũ se mendosum suspicari dixisset,&,ut,veteres libros inspiceremus rogasset; collatis cũ impressa lectione manu scriptis libris, dictione, natus, ita ut ipse existimauerat, abundare cõperimus. quo factum est,ut eam de nostro expungere ne dubitarem. hanc autem coniecturam ea ratione Ferrarius faciebat, quod Ciceronem V.in Verrem libro ita locutum esse meminisset. Ceruices, inquit,in carcere frangebantur indignissime ciuium Romanorũ,ut ẽt illa uox,& illa imploratio,Ciuis Romanus sum,q̃ sæpe multis in ultimis terris ope inter barbaros, & salutem tulit, ea mortẽ illis acerbiorẽ,& suppliciũ maturius ferret. & infra eodẽ libro:Nulla vox audiebatur,nisi hæc:Ciuis Romanus sum.& itẽ paulò post sæpissime:ut sibi quisque legendo facile reperiet.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Scribit Ciceroni Pollio se tardius accepisse nuncios de cõflictu Mutinensi,grauiterq; conqueritur de clade illata reip.per Coss mortem:cui quam primum succurrendum consulit.

C. ASINIVS POLLIO M. CICERONI S. D. 23

QVO tardius certior fierem de prælys apud Mutinam factis, Lepidus effecit, qui meos tabellarios nouem dies retinuit.tametsi,tantum calamitatem reip. quam turpissime audire optandum est,sed illis qui prodesse nihil possunt, neque mederi,atque utinã eodem S.C. quo Plancũ,& Lepidum in Italiã accersistis,me quoque iussissetis uenire. ꝑfecto nõ accepisset resp.hoc uulnus.quo si qui lætatur in ꝑsentia,quia uidentur & duces,& ueterani Cæsaris partium interisse: tamẽpostmodum necesse est doleant,cum uastitatẽ Italiæ respexerint nã,& robur,& soboles militũ interijt: siquidem, quæ nunciantur,ulla ex parte uera sunt. Neque ego non uidebam quanto usui reip.essem futurus,si ad Lepidum uenissem:oẽm .n.cunctationẽ eius discussissem,præsertim adiutore Plãco,sed scribẽti ad me eiusmodi literas,quas leges, & cõcionibus uidelicet,quas Narbone habuisse dicitur,similes,palparer, necesse erat,si uellem cõmeatũ, per prouinciã eius iter faciẽs,habere. Præterea uerebar ne si ante q̃ ego incepta perficerẽ, præliũ cõfectũ esset,piũ meũ consilium raperẽt in contrariam partem obtrectatores mei,ꝑꝑ amicitiã,q̃ mihi cũ Antonio,nõ maior tamen, † quã Planco,fuit.itaq; à Gadibus mense Aprilis binos tabellarios in duas naues imposui. & tibi,& consulib. & Octauiano scripsi,ut me faceretis certiorẽ,quonã mõ † plurimum possem prodesse reip.sed,ut rõnem in eo,quo die præliũ Pansa cõmisit,eodem à Gadib.naues ꝑfectæ sunt.nulla.n.post hiemem fuit ante eã diem nauigatio.& hercule longe remotus ab oĩ suspicione futuri ciuilis tumultus, penitus in Lusitania legiones in hibernis collocarã.ita porrò festinauit uterque confligere,tanquam nihil peius timerent,quàm ne sine maximo reip.detrimento bellum cõponeretur. sed, si properandum fuit nihil non summi ducis consilio gessisse Hirtiũ uideo. nam hæc mihi scribuntur ex Gallia Lepidi,& nunciantur. Pansæ exercitum concisum esse:Pansam ex uulneribus mortuũ: eodem prælio Martiam legionẽ interijsse,& L. Fabatũ & C. † alias, q̃ cum Planco † alias, primũ

Pedu-

† alias, per equites

Peducem, et D. Carsulenum. Hirtiano autem prælio & quartam legionem, & omnes † pereque Antonijs cæsas: item Hirtij quartam, cum castra quoque Antonij cepisset, à quinta legione concisam esse: ibi Hirtium quoque perisse, & Pótinum Aquilam, dici etiam, Octauianum cecidisse. quæ si, quod dij prohibeant, uersa sunt, non mediocriter doleo: Antoniũ turpiter Mutinæ obsessionem reliquisse, sed habere equitatum, ac legiones sub signis amatas tres. & P. Vagieni unam, inermes bene multos: Ventidium quoque se cum legione septima, octaua nona cõiunxisse, si nihil in Lepido spei sit, descensurum ad extrema, & non modo nationes, sed etiam seruitia concitaturũ: Parmã direptã L. Antoniũ Alpes occupasse. quæ si uera sunt: nemini nostrum cessandum est; neque expectandum, quid decernat senatus. res. n. cogit, huic tanto incẽdio succurrere omne qui aut imperium, aut nomen denique populi R. saluum esse uolunt. Brutum enim decem & septem cohortes, & duas nõ frequentes tironũ legiones, quas conscripserat Antonius, habere audio. neque tamen dubito, quin omnes, qui supersint de Hirtij exercitu, confluant ad eum. nam in delectu non multum spei puto esse; præsertim cum nihil sit periculosius, q̃ spatium confirmandi sese Antonio dari. anni autem tempus libertatem maiorẽ mihi dat: propterea qui frumenta aut agris, aut in uillis sunt. itaque proximis literis cõsiliũ meum expedietur. nã neque deesse, neque superesse reip. uolo. maxime tamen doleo, adeo & longo, & infesto itinere ad me ueniri, ut die quadragesimo post. aut ultra etiam, quæ facta sunt, omnia nuncientur. Vale.

HVB. QVO *tardius*] De M. Ant. apud Mutinã ab Octauiano Cæs. & consulibus superato. interfectis tñ in p̃lio ipsis cõsulibus
Pollio se tardius intellexisse scribit pp Lep. qui tabellarios
ex Italia uenientes nouem dies retinuit. Dicit autem quæ audie
rit de illo conflictu. ob quæ, cum decreuisset ad Lep. uenire, dicit
se à proposito reuocatum, ne obtrectatores sui in aliam partem
eius consilium acciperent, oñdit aũt acerbissima multa de reip.
calamitate ad se delata esse, quib. dr̃ ab oĩbus, q pñt, succurrẽdũ
esse. [Qui). i. vt [Meos tabellarios) Qui ex Italia ueniebãt. [Quã
tardissime) Quæq; n. tristissima semper debemus. ut tardissime
nuncientur, & quam diutissime pñt, differant. [Eodem S.R.) Nã
p S.C. Lep. & Planc. q erant in Gallia, iussi sunt in Italiam ueni-
re, ut succurrerent Bruto obsesso. [Vulnus). i. cladem, est autem
translatio sumpta à corpore. [Quo) Vulnere. [In pñtia). i. hoc
tpe & est recte dictum. male. n. quidquam dicũt impræsentiarũ.
[Cæsaris partium). i. ex ijs, qui fuerant Cæsariani: signat autem
quosdam ex ijs, qui fuerant Pompeiani gauisos fuisse clade Ro-
manorum, qui perierant apud Mutinam, qm̃ fuerãt uel duces,
uel milites Cæsariani. [Vastitatem) Destructionem, calamitatẽ.
Soboles [Robur). i. militũ. i. robustissimi milites. [Soboles) Successio, di
Cunctatio cta est aũt à sobolescendo. i. crescẽdo. [Si quidem) Pro si. [Vsui)
utilitati. [Cũctationem) Dubitationem, tardationem, discussio-
nẽ. [Discussissem) Deiecissem, amouissem. [Scribẽti) Lep. [Eius
modi) Tales, & similes cõcionibus. i. tales quales fuerunt concio
nes, & orationes, quas dr̃ habuisse. [Narbone) Quæ urbs est Gal-
liæ, quæ aliqñ Brachata Gallia appellata est, nũc à ciuitate Nar
bona Narboniensis dr̃. [Commeatum) Cibaria uictus. [Per eius
prouinciam) Per Galliã Narbonẽsem [Incepta) Vt ad Planc. ue
nissem. [Prælium) Mutinense. [Pium) Reip. officiosum, & patriæ
debitum. [In contrariam partem) s. atq; ego fecissem. i. dicerent
me fecisse, contra remp. [Binos) duos. notandum aũt iunctũ cũ
nomine ẽt singulari declinato. [In duas] Vt si una capta, aut detẽ
ta fuissent, saltem altera ad uos ueniret cum tabellario. [Quonã
modo) an manendo in ꝓuincia an ueniendo in Italiam; an alio
mõ [Vt in eo rõnem). i. sicut cõputo. in eo. autẽ uerbũ est, legen
dum est. i. sic, sed ut rõnem in eo, quo die, &c. [Profectæ sunt) di-
scesserunt. [Remotus ab oĩ). s. nihil oĩno suspicans de ciuili tu-
Lusitania multu futuro in Lusitania, est aũt Lusitania pars Hispàniæ, diui
ditur. n. Hispania in Bæticam, siue Turdetaniam Terraconen-
Hyberna sem, & Lusitaniã: auct. Põp. [In hibernis). i. ut hiemarẽt, sunt. n.
Hibernia loca, ubi milites tpe hiemis esse solent. dñr tñ ẽt abusi
ue ubicunq; solent esse milites ocij, & quietis gratia. [Vterq;). s.
cõsilia 1 Hirtius, & Pãsa. [Cõponeret) Finiret [Nihil nõ summi
Ducis cõsilio). i. oĩa prudẽtissime, & eo cõsilio, quo sũmus dux
gaudere dẽt. [Gallia Lepidi. i. Narbonensi. cui p̃erat Lep. [Conie-
sum) Cõmuniũ, ex magna parte trucidatũ. [Hirtiano p̃lio). i. prę Concisum
lio q̃ Hirtius fecit, qui erat collega Pãsæ. [L. Fabatu, C. Peduceũ.
&c.) Hæc oĩa sunt noĩa ductorũ, qui erãt in castris cõsulũ aduer-
sus Antoniũ [Oẽs Ant. ... legiones. [Peræq;). i. ęqualiter, sicut & Peræq;
quartã legionẽ nostrã. [A quinta legione) Antonij. [Dici) Subau
di, nunciant [Qđ dij ꝓhibeant) Qđ dij auertant, ut ita nõ sit, est
aũt parenthesis. [Antoniũ). s. nunciabat. [Turpiter) Cum magno
dedecore sum. [Pupilli Bieni] Nomẽ ꝓpriũ ducis cuiuspiã [Bene
Valde. [Vẽtidiũ) De quo diximus supra, qui fuerant ante multo.
[Se nihil spei sit in Lep.) Vt secũ coniũgat sicut tentauerat, & tã
dem, ut supra uidimus, effectũ est. [Defensurũ ad ex). i. expertu-
rũ oĩa, positurũ ad omnia pericula [Seruitia). s. seruos [Parmam)
urbẽ [Direptam) Depopulatã. [Occupasse) Inuasisse, & in ptãtẽ
suã redegisse. [Cessandũ.] Morandũ. [Non frequentes) Non inte
gras, non plenas. [Qui supersit) Post prælium Mutinense. [Con-
fluant) Vndiq; cõcurrant [In delectu) Quẽ decreuerant facere p
Italiam, dicitur aũt delectus militũ collectio ex uarijs locis à de
ligendo, quod ex quolibet oppido aliquot deligantur. [Spatiũ) Delectus militũ
Moram. [Confirmandi sese) Colligẽdi uires suas, quod fortasse
faciet interea, dum fiet delectus. [Tempus) Opportunitas, erat
. n. æstas. [Proximis) quas mox scribam, post has deesse ad succur
rendum. [Superesse) Superstites esse, quia si ipsa interierit, & ego
uolo una interire. [Infesto) Difficili, periculoso pp hostes & la
trones, qui retinẽt tabellarios. [Aut ultra etiã) idest, etiam post
quadraginta dies intelligã, quæ istis facta sunt, & quæ multo ci
tius deberem intelligere, si iter non esset ita longũ, & infestum.

QVO tardius &c.] De M. Ant. apud Mutinã ubi Brut. obsessũ A S G.
tenuerat ab Octauio Cæsare & cõsulibus superato, interfectis ta
mẽ in prælio ipsis consulibus, Pollio se tardius intellexisse rem
oẽm dicit pp Lepidum, qui tabellarios ex Italia uenietes nouẽ
dies retinuerat. Dicit autẽ q̃ audierit de illo conflictu, ob quæ de
creuisset ad Lepidũ uenire, sed dicit se reuocatum à proposito,
ne obtrectatores sui in aliã partẽ eius consiliũ acciperent. Oñdit
autẽ acerbissima de reip. calamitate ad se delata esse, quibus sen-
tit succurrendũ esse oĩbus q̃bus facultas fuerit. Ordo est. Lepi-
dus effecit, q̃. i. ut fierẽ certior. i. cognoscerem tardius de pręlijs
factis, apud Mutinã, q. s. Lepidus retinuit tabellarios meos. i. à
me missos, nouẽ dies, tametsi. i. tanquã rñ optandum est audire
tantã calamitatẽ reip. quã tardissime. Sed nequeo mederi illis aut
occisis, aut p̃ditis hominibus, qui nullo modo possunt ꝓdesse.
Atq; utinam iussisseris me quoque uenire in Italiã eodẽ senatu-
cõsulto, quo accersistis. i. aduocastis Plancũ & Lepidum in Ita-
liã. s. ex Gallia: profecto resp. nõ accepisset hoc vulnus. i. hoc de-
trimentũ, quia innuit se Antoniũ aut absterruisse, aut recõciliaſ
se reip. si interfuisset. quo. s. vulnere. i. strage tot ciuium si qui læ-
tantur in præsentia. i. pręsenti tẽpore, quia duces & ueterani mi
lites partiũ Cæsaris uidentur interijsse, tñ necesse est sup. ut do-
leãt postmodũ. cũ respexerint uastitatẽ. i. desolationẽ Italię. Nã
& robur, & soboles, i. propagatiua uirtus militiũ interijt, quidẽ
. i. certe, si illa, quę nunciantur, sunt uera ex ulla parte. Neq; ego
non uidebã, i. & ego bene cognoscebã quãto usui futurus essem
reip. si uenissem ad Lepidũ. Enim, i. q̃a, discussissem. i. amouissẽ
oẽm cũctationem. i. morã aut dubitationẽ eius, pręsertim Plãco
adiutore. Sed necesse erat sup. ut simularem Planco. s. me in illius
sñiam concessurum, scribenti. i. cum Lepidus scriberet ad me
eiusmodi literas, quas leges, quia ad Cic. aut missurus, aut allatu
rus erat, & cõcionibus. i. propter conciones, quas dicitur habuis-
se Narbone si uellem habere commeatum. i. uiaticum cibum, fa-
ciens iter per ꝓuinciã eius. Si hæc uera est lectio, illud, scribenti
meo iudicio, positum est absolute, sicut Æn. 1. dicitur. Talia ia-
ctanti. i. cum talia iactaret. nam si in datiuo cum uerbo, simula-
rec, posueris, dure poneretur uox cõcionibus, nisi sunt concioni
bus utenti, ubi est uidelicet. Sunt tñ qui legunt, non simularem,
sed similis parerẽ: ut sit, necesse est parere scribenti eiusmodi li-
teras, quas leges & similes concionibus uidelicet quas &c. Pręte-
rea. i. insup uerebar, ne si prælium esset confectum antequã ego
perficerẽ incepta, i. pertraherẽ Lepidũ in partes nostras, obtre-
ctatores mei caperent cõsilium meum pium. s. in patriã, in partẽ
cõtrariã. i. ad impietatẽ, contra rẽp. propter amicitiam, q̃ fuit
mihi cum Antouio, nou tñ maior quàm cum Plancco. Itaq; im
posui mense Aprilis binos tabellarios in duas naues. i. in singu-
las duas, à Gadibus ultima parte Hispaniarum. Scripsi tibi & cõ
sulibus & Octauiano, s. Cæsari, qui raro alibi Octauianus, sed fe
re Octauius dicit Virg Lusimus Octaui &c. ut faceretis me cer-
tiorem, quonã modo possem prodesse plurimum reip. Sed ut in
eo rationẽ. i. ut coniectura consequor, naues profectę sunt à Ga-
dibus eodem die quo die Pansa commisit prælium. Nulla. n. na-
uigatio, idest facultas pugnãdi fuit post hiemem ante eam diem

.i.id ips. Et hercule, ego remotus longe, ab oi suspitione tumultus ciuilis collocarā legiones in hibernis.i. locis, in qbus hiemē transigerent penitus.i. oino intus, in Lusitania. Porro.i.uterq;.s. tā Pansa q̃ Antonius festinauit confligere.i. pugnare ita tanq̃ nihil timerent peius.i. grauius, & tanquam magis malū, q̃ ne bellū cōponeretur.i. finiretur sine maximo detrimēto reip. Sed si fuit ꝓperandum i. necesse ꝓperare, ego nihil uideo Hirtiū gessisse non cōsilio, i. qđ non gessisset cōsilio summi ducis. Nā hæc scribuntur & nunciantur mihi ex Gallia Lepidi.i. Narbonensi, cui Lepidus pręest: exercitū Pansæ esse cōcisum.i. simul cæsum, Pansam esse mortuū ex uulneribus: Martiā legionē interijsse eodē prælio, & L. Fabatū, & C. Pæduceū, & D. Carsulenū, sup. interijsse. aūt, idest, sed, & quartā legionem, & omnes sup. legiones Antonij esse cæsas, peræque, idest consimiliter sup. in prælio Hirtiano.i. quod Hirtius commisit, item quartam sup. legionē Hirtij. ergo superior Antonio erat, cum cœpisset quoque.i. etiā castra Antonij, esse concisam.i. totam simul cæsam à quinta legione.s. Antonij: & sup. scribitur mihi, Hirtium quoque perijsse ibi, & Pontium Aquilam: dici etiam, quod tamē uerum non fuit. Octauianum etiā cecidisse ibi. Quæ si uera sunt, quod dij prohibeat, doleo non mediocriter. & sup. scribitur Anto. reliquisse turpiter obsessionē Mutinę, sed habet equitatum & tres legiones armatas sub signis, & vnam.s. legionem P. Vagieni.i. qua ille duxerat. & sup. milites inermes. bene.i. ualde multos; Ventidium quoque se coniunxisse.s. Antonio cum legione septima, octaua, nona: & sup. Antonium descensurum ad extrema.i. ultimā fortunā tentaturū, si nihil spei sit in Lepido.s. attrahendo: Parmā direptā sup. esse L. Antonium fratrē.s. Antonij occupasse alpes, ita ut Antonius per eas liberum habeat transitum. Quæ si sunt uera nemini nostrum.s. qui reip. fauemus, est cessandum; nec expectandū est, quid senatus decernat. Res enim cogit, omnes, qui uolūt aut imperium, aut deinde nomē P.R. esse saluum, succurrere.s. ad extinguendum, huic tanto incendio.i. tumultui bellico, quo ut ædificia incendio, resp. sit subito peritura. Enim quia, ego audio Brutum habere decem & septem cohortes, & duas legiones tironum, idest, nouitiorum militum, non frequentes.i. non plenas, aut militum non semper præsentium, quas Antonius conscripserat.s. sibi non Bruto. Neque tamen dubito, quin omnes, q superfint de exercitu Hirtij, confluant ad eum, uidelicet Brutum. Nam nō modo puto multum superesse in delectu, idest, conscriptione nouorum militum præsertim cum nihil sit periculosius quàm dare Antonio spatium confirmandi.i. corroborandi sese. Autem.i. sed, tempus anni dat mihi maiorem libertatem, propterea q.i. quia frumēta, ut triticum, hordeum, auena, siligo, & similia sunt aut in agris.s. matura & demessa, aut in uillis.i. domibus in agro positis. Itaque consilium meum expedietur.i. explicabit proximis literis. Nam neque uolo deesse, idest, quod dicunt deficere reip. neque superesse.i. superstes esse illa cadente. Significat etiam (ut Gellius docet) superfluum esse, sed hic non uidetur hic accipiendum. Doleo tñ maximę, ueniri.i. q venit ad me itinere adeo & longo & infesto.i. uim inferēte, qa ab latronibus obsesso, ut oīa nūcietur die quadragesimo. Scriptū reperi quadragesima, post aut ēt ultra, i. supra quadragesimum diem, quam facta sunt.

NON maior tū, q̃ Planco, fuit] Hoc dicit. Sanè mecum iniquissime agatur, si pp amicitiam, quæ mihi cum Antonio fuit, durius quidquam homines de me suspicentur; cum eundem Antonium non minus, q̃ ego dilexerit Plancus: cui tamen exercitum credidistis, ut cum Antonio, reliquisque bonarum partium inimicis bellum gerat. Scripsit autem hoc cum indignatione quadam grauiter ferens, inimicum suum melius erga remp. animatum existimari. inimicitias autē inter Asinium, & Plancum fuisse, cū alij, tum Plinius in præfatione librorum suorum ad Vespasianū ostendit. [P. Vagieni) Hāc lectionem in extremo olim adnotaueram, è coniectura tantum, uetustis libris nihil adiuuantibus postea in antiquo exemplari, qđ Bernardinus Maff. hēt, eā reperi. — PAVL. MAN.

NAM neque deesse reip. uolo neque superesse] Superesse pro superstitem esse dixit. Significat n. si resp. emoriatur & pereat, nolle se uiuere. Sic Plaut. in Asin. Sicut tuum uis unicum gnatū tuæ superesse uitæ sospitem & superstitem. — A. Gel. lib. 1. c. 22.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Purgatoria est epistola, se pepercisse Antonio, nō illius gratia, sed ne in suos, & ciues Romanos sæuiret. † De Lepido sic Velleius lib. 2. Lepidus pont. max. in locum Cæsaris furto creatus decreta sibi Hispania adhuc in Gallia morabatur. & Phil. 13.

M. LEPIDVS IMP. ITERVM, PONT. MAX. M. CICERONI S.P.D. 34

SI uales bene est: ego quoque ualeo. Cum audissem, Antonium cū suis copijs, præmisso. L. Antonio cū parte equitatus, in prouinciam meam uenire; cum exercitu meo à confluente Rhodano castra moui, ac cōtra eos uenire institui. itaque cōtinuis itineribus ad Forum Vocotium ueni, & ultra castra ad flumen Argenteum cōtra Antonios feci P. Ventidius suas legiones tres coniunxit cum eo, & ultra me castra posuit. habebat antea legionem secundam, & ex reliquis legionibus magnam multitudinem, sed inermium. equitatum habet magnum; nā omnis ex prelio integer discessit ita ut sint amplius, equitum XXX itaque ad me complures milites, & equi, ab eo transierunt, & in dies singulos eius copiæ minuūtur. Silanus, & Culeo ab eo discesserunt. nos, etsi grauiter ab his læsi eramus, ꝙ contra nostram uoluntatem ad Antonium ierant: tamen, nostræ humanitatis, & necessitudinis causa, eorum salutis rationem habuimus. nec tamen eorum opera utimur; neq. in castris habemus; neque ulli negocio præfecimus. quod ad bellū hoc attinet, nec senatui, nec reip. deerimus. quæ postea egerimus, faciam te certiorē. Et si omni tempore summa studia officiaq; mutuo inter nos certatim constiterunt ꝓ nostra inter nos familiaritate, & proinde diligenter ab utroque conseruata sunt, tamen dubito, in tanto, & tam repentino motu reip. quin nō nulla de me falsis rumoribus à meis obtrectatoribus me indigna ad te delata sint: quæ tuum animū magnopere mouerent ꝓ tuo amore in remp. ea te moderatè accepisse, neque temere credendū iudicasse, à meis procuratorib. certior sum factus, quæ mihi, ut debet gratissima sunt. memini autem & illa superiora, quæ abs tua uoluntate profecta sunt ad meam dignitatem augendam, & ornandam, quæ perpetuo animo meo fixa manebūt. abs te mi Cice. magnopere peto. si meam uitam, studium diligentissime superioribus tēporibus in rep. administrāda, quæ Lepido digna sunt, ꝑspecta habes, ut paria, aut eo ampliora reliquo tempore expectes, & ꝓinde tua auctoritate me tuēdū existimes, quo tibi plura tuo merito debeo. Vale. 12. Kal. Iun. ex castris, ex Pōte Argēteo.

CVM audissem] Quia Anton. apud Mutinam superatus in transalpinam Galliam se conuerterat, spe coniungendi secum Lep. hac epistola docet Cic. quid egerit in aduentu An. & ubi aduersus eum castra fecerit, & quantum & qualem exercitū habeat Ant. à quo dicit adfugisse, & multos milites & duos duces Syllanum & Culeonem, quibus tamen dicit se non fidere, licet eos receperit. Pollicetur deinde se non defuturum reipub. Et quoniam quidam suspicati fuerant, de eius leuitate quod esset coniuncturus secum Ant. idque Romæ fuerat diuulgatum cum Cic. eum defendisset cōtra obtrectatores. Lep admonitus suis à procuratoribus, quod à Ci. fuisset defensus, ostendit eius beneficia sibi gratissima fuisse, & in se defendendo, & in credendo moderate quæ de eo dicerētur. pollicetur autem se non minora præstaturum, quàm adhuc fecerit. Itaque rogat, ut pergat eum tueri. [L. Ant.) Fratre suo [Prouinciam meam) Galliam Narbonensē. [A confluente Rhodano) Confluentes fluuij dicuntur, ubi alijs fluminibus admiscentur, uel à confluente Rhod pro à fluuio Rhodani. [Ad flumen Argēteum) Argenteus fluuius est non longe à foro Vocōtio, de quo oppido supradiximus in epistolis Pl. figurate autem dixit Argēteum flumen: sicut Horat. Aut flumen Rhenum, aut pluuius describitur arcus, & idem 4 carm. testis Metaurus flumen. [Integer) Sine diminutione. [Ab his) Syllano & Culeone [Læsi) Offensi, iniuria affecti, quia à nobis ad ipsum antea transieram.] Necessitudinis) Quæ mihi cum eis fuerit. [Rationem salutis eorum habuimus), i. uoluimus ꝓuidere, ut essent salui recipiendi ipsos. [Neque habemus in castris] Neque tenemus ipsos in castris: quia non fidimus eis. [Præfecimus) Præposuimus. [Certatim) Studiose. [Falsis rumoribus) Falsa fama, falsis nuncijs. [Mouerent) Turbarent. [Moderate) Neque cum omni perturbatione, neque cum omni securitate [Temere) Inconsiderate sine ratione. [Procuratoribus meis) Ab ijs, qui Romæ gerūt negocia mea. [Illa superiora). i. superiorum & præteritorum tē- — HVB. — Confluens Argenteus fluuius

porum

porum.[Abs tua) Sponte tua,nemine te rogante.[Fixa]Immobilia.[Spectata]Cognita, probata. notanda est cõstructio: uitam & studium spectata, quia ut alibi diximus diuersorum generum dictionibus congrue neutrum adiectiuum respondetur.[Paria]Aequalia,similia.[Ampliora eo) Pro eis. est autem ornatus dicendi modus sic Habes 30. annos, aut eo amplius.[Expectes) Speres, [Reliquo) Futuro [Tua auctoritate)Qua plurimũ polles.[Tuo merito] Quia in me multa contulisti. [Ex Ponte Argenteo).i. ex ponte,quia est super flumen Argenteum.nam eodem nomine & pons & flumen uocabantur.

ASC: *S I uales &c.*]Excusat hac epistola quòd Ant.ut potuisset, non contriuerit in Gallia,ad quam post cladẽ Mutinensem fugerat. adducit autem pro excusatione se coactum ab exercitu cõsulere saluti tot bonorum ciuium , petitque ne putetur coniunctus cũ Antonianis,aut pacificatum scelere , aut perfidia ,cũ id misericordia fecerit.Ordo est:Si uales,bene est idest bene se res hẽt,q. d.gaudeo,ego quoq; ualeo,hic est uulgaris modus salutãdi,quo utebantur fere quorum amicitia suspecta erat. Post salutationẽ aũt incipit narrare rem,quam purgaturus est,dicens:Cum audissem Antonium scilicet Marcũ uenire cũ suis copijs,idest exercitu armato, L.Ant. scilicet fratre eius præmisso cum parte equitatus,ut scilicet iter exploraret.quodammodo uiam muniret,uenire,inquàm, in prouinciam meã,hoc est in Galliam,ego moui castra cum exercitu meo à Rhodano confluente , idest simul cũ Arari ad eum locum, ubi nũc Lugdunum est, confluentem faciẽte,Confluens enim est quò duo flumina conueniunt.illis autem temporibus dicitur Plan. iecisse fundamenta urbis Lugduni,sed in colle quæ centum annis postea(vt auctor est Seneca) penitus incendio perijt,nunc autem inter flumina duo & in ripis utriusque instaurata est,ac institui,idest ꝓposui uenire contra eos, scilicet Antonium & Antonianos.Itaque ueni continuis itineribus ad forum Vocontium quod circa alpes est & feci castra, idest castrametatus sum ultra , idest paulo ulterius ad flumen Argenteũ .s.nomine,contra Antonianos.P.Ventidius coniunxit tres legiones cum eo.s.Anto.& posuit castra ultra me .i. adhuc ulerius quã ego.Sup.Anto.habebat antea , idest ante aduentum Ventidij legionem secundam,numero enim signabantur legiones , ut iam uidere fuit,nam alia dicebatur prima, alia secunda &c. alia etiã trigesima,interdum etiã uirtute ,& ut Martia legio,& nõnullæ dignitate,ut legiones prętorianę,quę ad prętoris,hoc est,imperatoris custodiam erant addictæ. & sup.Antonius habebat magnam multitudinem,ex reliqs legionibus,sed sup.habebat equitatum magnum,quod tamen Plancus aliter scripsit.uerum Lepidus Antonij uires oñtare vr̃,ut uideat̃ cõsuluisse saluti suorũ, & ut indicet suos forte terrores ad misericordiã motos.Nã oĩs.s.equitatus Antonij,discessit ex prælio.s.ad Mutinã cõmisso,integer.i. nõ diminutus nec mutilatus, ita ut sint amplius sup.q̃ triginta millia.Norit grãmaticus, plus amplius, & similia aduerbia non semper regere rẽ excessã in ablatiuo,eo ꝙ vr̃ subaudiri particula q̃,ut si dicas plus decẽ milia desiderata sunt. Itaq; cõplures milites, s.pedestres, cũ tamen sint,qui ꝓ decurione aut equite aurato militem dicant.Recte ergo Valla dicit militẽ potius peditẽ signare & equites, trãsierunt ab eo ad me,& eius copiæ minuũtur in dies singulos,qa Syllanus & Culeo discesserũt ab eo. Nos etsi,i.q̃q̃ eramus læsi,i.offensi,grauiter ab his.s.Syllano & Culeone,aut et alijs,ꝙ ierant ad Antoniũ contra nostrã uoluntatẽ , tñ habuimus rõnẽ.i.piũ respectũ salutis eorũ,cãę nr̃æ humanitatis & necessitudinis.s. q̃ habuimus cũ eis. Verius tñ ex his q̃ secuta sunt dicere potuit,ideo recepisse,ut aĩos cæterorũ militũ ad Antonij partes allicerẽt,qđ ne quis suspiceret̃ addit:Nec tñ utimur opera eorũ.s.qui transierunt ad nos: neq; habemus sup.eos in castris,neq; præfecimus sup.eos ulli negocio.quod attinet ad hoc bellũ nec dederimus senatui,nec reip.i.utriusq; sẽper.s. auxilio erimus.ego faciã te certiorẽ sup.eorũ,quę egerimus postea.Hactenus narrauit, deinceps,dolose factum suũ purgat dicens:Etsi sũma studia,& sup.officia mutua consistere. i. apparuerunt inter nos certatim,oĩ tpe ꝓ nostra familiaritate inter nos,& ꝓinde,i, adeo, ut sit similiter conseruata,diligenter ab utroq;.s.nostrũ:tñ non dubito,quin in tanto i.tã magno,& tã repẽtino mõ reip.nõ nulla de me indigna me, i. fide & integritate mea, sint delata ad te falsis rumoribus ab obtrectatoribus meis,q̃ mouerent.i.possẽt uere perturbare aĩum tuũ pro amore tuo.i.pp, aut iuxta uehemẽtiam amoris tui in rẽ,Ego factus sum certior,i.intellexi,aut accepi à ꝓcuratoribus meis te accepisse ea moderate,i. tẽperate, neque,i.& non,& iudicasse nõ credendũ supple esse,temere,i.incõsiderate,& leuiter,quæ.s.facta tua sunt mihi gratissima,ut debẽt Memini.n.& illa superiora , q ꝓfecta sũt à uolũtate tua adaugẽdã,& ornandã dignitatẽ meã, q̃ manebunt fixa ꝑpetuo aĩo meo O mi Ci.ego peto magnopere abs te,si habes ꝑspecta.i.cognita diligẽtissime,q digna sunt Lepido.s.vitã meã,& studiũ in administrãda re.tpib⁹ superiorib⁹,ut sup.expectes paria,ut ampliora, tpe reliquo .i. qđ deinceps erit.Et ꝓinde.i. ꝓ tãto existimes me tuẽdũ.i.ꝓtegendũ auctoritate tua,quo,i.q̃to plura debeo merito tuo.Ex põte Argẽteo.i.q ẽ sup Argenteũ fluuiũ extructus, &c.

PAVL. MAN. XXX]Lineã, quam super numerum duximus,olim ab aliquo fuisse omissam credimus,qui,ea quanti esset ignoraret,nã in libro Vincẽtij Riccij scriptũ est,xxx.qũo ãt nos scripsimus,triginta milia significatur.[Studia officij]Non nihil offendor.nõ.n.satis usitate dictũ.suspicor interdũ abundare, officij, & suspicionẽ non nostrã confirmat antiquus Sigonij liber [Memini aũt) Sic, opinor,melius,q̃,ut antea,memini.n.quò.n.spectabat,n. ? mihi certe cũ superioribus cohærere posse,non vr̃.itaque,ea deleta,reposui aũt,motus auctoritate vetustissimi libri,quẽ habet Vincẽtius Riccius,in quo,aũt.ꝓ.n,scriptũ est. q̃q̃ præcedẽs dictio mẽdum hẽt.nõ.n.memini sed maxime, in eo libro legit̃.sed nullus est iã antiquus liber,q nõ multis locis corruptus tñ sit,itaq; vno, aut ẽt altero scripto libro,qui se putãt ueteres scriptores posse restituere,meo iudicio falluntur.plurimis opus est, qui licet inquinati sint:tñ ex singulis boni aliqd excerpẽtes,usu sæpe uenire uidemus,ut ex multis libris,q mali sint, bon⁹ tñ liber efficiat̃ un⁹:

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Narrat Ciceroni,quid in aduentu Antonij in prouinciam suam egerit,& gratias illi agit quòd dignitatem illius, & famam contra obtrectatores res defenderis.

M. LEPIDVS IMP. ITERVM, PONT. MAX. S. P. D. L. Q. R. S. D. 35

SI uos,liberiq́ꝫ uestri ualetis,bene est:ego quoq. ualeo.Deos, hominesqꝫ testor P.C. qua mente,& quo animo semper in remp.fuerim,et q̃ nihil antiquius cõmuni salute,ac libertate iudicarim.qđ uobis breui ꝓbassẽ, nisi mihi fortuna ꝓpriũ consiliũ extorsisset,nã exercitus cunctus consuetudinẽ suã in ciuibus cõseruandis,cõiqꝫ pace,seditione facta, retinuit, meqꝫ tante multitudinis ciuiũ Romanorũ salutis atqꝫ incolumitatis cãm suscipere,ut uere dicã coegit. in qua re ego uos P. C. oro,atqꝫ obsecro,ut priuatis offensionibus omissis, summæ reipu. consulatis;ne ue misericordiam nostram, exercitusq́ꝫ nostri in ciuili dissensione sceleris loco ponatis.ꝙ si salutis oĩum, ac dignitatis rationem habueritis:melius & uobis,& reip.cõsuletis Dat.4.Kal.Iun.à Ponte Argenteo. Valete.

HVB. SI *ualetis*]Cum M.Ant.post Mutinense prælium.ut supra diximus, in Galliam fugisset:ut secum iũgere Lep. potuissetque Lep.eũ oĩno cõterere,hac epistola excusat se, qđ nõ pugnauerit contra M.Ant.qa exercitus suus coegerit eũ cõsulere incolumitati,& saluti tot ciuiũ Rom.& uoluerit potius pacẽ cõponi,q̃ pugnã fieri cõtra ciues.Ita petit,ut nõ existimet̃ se pacificatũ cum Antonio,& Antonianis magis ꝑfidia,& scelere aliquo,q̃ misericordia.ꝙ nõ putarit in suos sęuiendũ esse.[Testor) Testes adduco,alias iuro [Quò)Quali.[Antiquius)Carius.Probassẽ.[Oñdissem.[Fortuna)Casus q̃dã potius q̃ uoluntas [Extorsisset]Per uim eripuisset,[Propriũ consiliũ) Cogitationes meas,& ea,q̃ decreuerã facere.[Nã exercitus)Dicit quẽadmodũ exercitus suus dixit se nolle pugnare aduersus ciues suos,sed malle pacẽ,q̃ bellũ sic supra dixit accidisse Plã.in epist.quę incipit.Puderet: sic.n.inqt, Accessit eo,ut milites eius,cũ Lep.cõcionarent̃.improbi ꝑ se corrupti ẽt, ꝑ eos,q̃ui ꝑ̃sunt,Canidios,Rufrenosq & cæteros quos cũ opus erit,scietis, cõclamarint uiri boni pacẽ se uelle,neq; esse cũ ullis pugnaturos,duobus iã cõsulibus singularibus occisis,tot ciuibus pro patria amissis &c.confert igitur nũc Lepidus culpã suæ coniunctionis cũ Ant.in exercitũ suũ.[Consuetudinẽ) .s.qa cõsueuit conseruare ciues,non aũt ꝑdere.[Seditione facta) inter nos duces.i.cũ nos discordaremus,& ciuilẽ seditionẽ fecissemus [Coegit suscipere cãm salutis).i.coegit me defendere salutẽ , & incolumitatẽ tot ciuiũ Romanorũ.[In qua re)Orat senatũ,& ut ipse priuatas offensiones omittat reip.cã signat aũt latẽter quosdam esse, qui non ꝑꝑ remp. sed ꝑꝑ odium quorundã gauderent hoc bello.[Misericordiam) Clemẽtiam,& benignitatem animi nostri,& exercitus mei.[Loco sceleris).i.ꝓ perfidia.i.ne qđ misericordia fecimus,appelletis perfidiam,proditionem,& scelus.

ASC. *S I uos &c.*]Quia Antonius superatus apud Mutinã in transalpinam Galliam se receperat, spe coniungendi secũ Lepidũ ipse Lep.hac epist.docet Cic. quid egerit in aduentu Antonij & ubi

aduersus castra fecerit, & qualẽ quãtumq́; exercitũ habeat Ant. à quo scribit ad se multos perfugisse. Ordo est: Si uos S. P. Q. R. valetis & liberi uestri, aut per syllepsim nos & liberi uestri, ualetis, bene est, ego quoq; ualeo. O patres cõscripti ego testor, i. testes cito deos, & homines, qua mẽte, & quo animo fuerim semp in rẽp. & q̃. i. quantopere, nihil iudicarim antiqus. i. carius, & ob seruabilius salute ac libertate cõi, qđ probassem. i. effectu demõstrassem uobis, nisi fortuna extorsisset. i. vi eripuisset mihi consiliũ propriũ, i. quod meapte natura, & propria spõte secutus fuissem. Nã exercitus cunctus retinuit suã consuetudinẽ in ciuibus cõseruandis, & cõmuni pace. s. conseruanda, facta seditione. i. licet facta esset seditio inter ciues, tñ milites mei consueti cõcordiã seruare, saluti ciuiũ consulere, nõ potuerunt à me induci, ut cõtra conciues pugnarent. Et ut dicã uere. i. fatear qđ uerũ est ingenue. exercitus coegit me suscipere causam salutis, atq; incolumitatis tantæ multitudinis. i. q̃ esset tãtæ multitudinis ciuiũ Ro. In qua re ò Patres conscripti ego oro uos, atq; obsecro. i. ob sacra precor, ut offensionibus priuatis omissis, hoc est quib. aliqui uestrũ ab Ant. forte offensi sunt, & Antonius ab ipsis, consulatis. i. prospiciatis, & opẽ feratis summæ. i. maximę, & supremæ saluti reip. Est qdẽ sũma hic substãtiuũ, sed sicut quãdo de rationibus loq̃mur, summa accipit pro ultima, quæ oẽs alias cõplectitur, supputatione. ita dũ dicimus sũma reip. eã rationẽ intelligamus, in qua tota salus eius cõtinetur. Ne ve ponatis loco sceleris. i. reputetis uti scelus misericordiã nostrã, & exercitus nostri in dissensione ciui. i. qua usi sumus nõ in hostes externos, sed in cõciues licet dissentientes, ꝙ si habueritis rationẽ. i. respectum salutis, ac dignitatis omniũ, uos cõsuletis & uobis, & reip. Data &c.

PAVL. MAN. *IMPERATOR iterum*] in antiquo libro Vincentij Riccij, & in alijs legitur imperator ter. i. tertiũ quo modo etiã dicebatur, cõsul tertium. sed siue, iterum, siue, tertium, legas, mihi tñ de loci ĩtegritate certum non est. nã qđ alij dicunt, in titulis & monumẽtis solitos fuisse ueteres notare, quoties à militibus ob rem bene gestã imperatores essent appellati: sanè id assentior: sed, factum esse antequã Augustus rempu. opprimeret, nõdum cõperi. ego, ut dicã qđ conijcio, sine affirmatione tñ, mallem legere sic: imperator, Pont. Max. ab antiquis literis non admodum discedẽs, siquidẽ in uetere li. Petri Bẽbi legitur. Imp. & ter. idẽ Vbaldino Bandinello uidebatur. [In ciuibus cõseruandis) Potius ita lego, q̃ obseruandis. nostrã lectionem habet liber uetustus Bernardini Maffei, & antiquissimus alter, qui est apud Vbaldinum Bandinellum. [III. Kal. a Põte Argẽteo] Vitiosi sunt hoc loco scripti libri, sed boni tñ aliquid habent singuli. in tribus uetustissimis legitur IV. Kal. à Ponte Argẽteo: in eo, de quo mihi Vincẽtius Riccius cõmodauit, qui & ipse perantiquus est, III. Kal. Iun. atq; in nostro lib. IV. Kal. Iunij, scribere nõ dubitaui, ut sit dies, quo se cũ Antonio coniunxit. libro enim x. epistola, cuius initium est: Nũquam mehercule, ita scribit Plãcus. Lepidus, desperato aduentu meo, se cum Antonio coniunxit ad IV. Kal. Iun. hanc autem epistolam, post eam, quę sequitur, scriptam esse, nemo non uidet.

M. TVLLII CIC. EPISTOLARVM, AD BRVTVM, ET ALIOS,

LIBER VNDECIMVS.

GIBERTI LONGOLI LEMMA.

Nunciat M. Bruto, & Cassio Decius, qua mente sit in eos Antonius, & quam spem habere debeant obtinendæ reipublicæ. Postremo suadet, ut ex Italia discedant.

D. BRVTVS M. BRVTO, ET C. CASSIO S. D. I



VO in statu simus, cognoscite. Heri uesperi apud me Hirtius fuit. qua mente esset Antonius, demõstrauit, pessima scilicet et infidelissima. Nam se neque mihi prouinciam dare posse aiebat, neque arbitrari, tuto in urbe esse quemquam nostrum: adeo esse militum concitatos animos, & plebis. quod utrunq; esse falsum, puto uos animaduertere. atque illud esse uerum, quod Hirtius demonstrabat, timere eum, ne si mediocre auxilium dignitatis nostræ habuissemus, nullæ partes ijs in repub. relinquerentur: cũ in his angustijs uersarer, placitum est mihi, ut postularem legationem liberam mihi, reliquisque nostris, ut aliqua causa proficiendi honesta quæreretur. hoc se imperaturum pollicitus est, ne, tamen impetraturũ confido: tanta est hominum insolentia, & nostri insectatio. ac, si dederint, quod petimus; tamen paulo post futurum puto, ut hostes iudicemur, aut aqua, & igni nobis interdicatur. Quid ergo est, inquis tui cõsilij? Dandus est locus fortunæ. cedendũ ex Italia, migrãdum Rhodũ, aut aliquo terrarum arbitror. si melior casus fuerit, reuertemur Romam: si mediocris, ĩ exilio uiuemus: si pessimus, ad nouissima auxilia descendemus. succurret fortasse hoc loco alicui uestrum, cur nouissimũ tẽpus expectemus potius, quàm nunc aliquid moliamur. quia ubi consistamus, nõ habemus, præter Sex. Pompeium, & Bassum Cæcilium: qui mihi uidentur, hoc nuncio de Cæsare allato, firmiores futuri. satis in tempore ad eos accedemus, ubi qđ ualeant, scierimus. pro Cassio, & te si quid uelitis me recipere, recipiam: postulat enim hoc Hirtius, ut faciã. rogo uos, quamprimum mihi rescribatis. nam non dubito, quin de his rebus ante horam quartam Hirtius me certiorem sit facturus. quem in locum conuenire possimus, quò me uelitis uenire, rescribite. Post nouissimum Hirtij sermonem, placitum est mihi postulare, ut liceret nobis esse Romæ publico præsidio. qđ illos nobis concessuros non puto. magnã enim inuidiam ijs faceremus. nihil tamen non postulandum putaui, quod æquum esse statuerem. Valete.

HVB.



VO in statu] Inte[illegible]cto. C. Iulio Cęs. in senatu à D. Bruto, & Cass. & cæteris coniuratis, M. Anton. ut Plut. auctor est, magistratus insignia deposuit, erat. n. consul, & mutata ueste se occultauit. deinde ut audiuit illos nemini nocere, sed globo facto in Capitoliũ se recepisse. egressus è latebris, quò confugerat, filium suum ad eos misit in Capitolium, ut eũ pro obside tenerent, & è Capitolio descenderẽt. quo facto ipse C. Cassium in cœna apud se eo die habuit. Lepidus uero Brutũ. Postridie frequenti senatu retulit, de obliuione discordiarum, deque prouincijs diuidundis, cui quidem summo studio assensus est, mox uero principatus cupiditas ab hac sententia illum deiecit. Nam cum Cæs. ut mos erat, in funere pro rostris laudaret, animaduertens, multitudinem oratione sua mirabiliter ductam admiscuit laudibus commiserationem, stimulosq́; animorum, & in perorando uestem Cæs. explicuit sanguine fœdatam, & multis in locis gladijs cæsam, & laniatam, & qui ea patrassent, impios scelestosque uocãs, quod Cęs. sanctum re ipsa, & colendum uirum interemissent, tãtum furorem multitudini iniecit, ut corpus Cæs. in foro cremarent subsellij, mensisque undiq; ad Pyram raptis, & accensis facibus ad occisorum domos percurrerunt, quibus rebus Brutus ceteriq́; ex urbe migrarunt, ad quos absentes D. Bru. scripsisse ex Hirtio intellexisse M. Ant. pessima mente esse in omnes, qui coniurassent in eodem Cæs. neque eos tutos Romę esse posse, quia Ant. & militũ, & plebis animos oratione sua uehemẽter cõcitasset, ut scribit App. Deinde dicit qđ in his difficultatibus tentauerit, ostenditque se non impetraturum ea, quæ petiuit. Itaque suadet discedendum ex Italia, quia uidet futurum, ut hostes iudicentur, & dicit in quibus maxime spem aliquam habere possit. [Quo in statu] In qua cõditione, q. d. pessima. [Cognoscite] Intelligite. [Vesperi] Dariuus est aduerbialiter positus (Apud me.] Domi meæ. [Demonstrauit] Exposuit. [Qua mente] In nos. [Pessima] culpa nocendi nobis. [Infidelissima] Quia primum promiserat se acturum de communi concordia, & pace, & tamen postea irritauit populum. [Prouinciam] Galliam Celticã Italię finitimam. [Nostrum] Percussorũ Cęs. aut qui in eius cędem cõsensimus. [Tuto] Sine periculo. [Adeo] Tantum. [Concitatos] Commotos in nos. [Vtrunque] scilicet & quod non possit mihi dare prouinciã, & quod animi militum, & plebis sint concitati cõtra nos. [Animaduertere] Intelligere. [Illud esse uerum] Subaudi puto uos animaduertere. [Demõstrabat] Aperte dicebat. [Eum] Anto. [Timere] idest, puto uos intelli-

gere id esse verum, quod dicebat Hirtius, quod M. Ant. timet. ne si nos retineamus mediocre auxilium nostræ dignitatis ipse & alij, qui eum tuentur, nullas partes habeant in remp. [Nullæ partes) Quia omnes nobiscum starent, & teneret à nostra. [Ijs) Cæsarianis. [Angustijs Molestijs,) difficultatibus. [Versarer) Essem. [Legationem) Missionem in prouincia, idest ut libere mitteret in prouinciam [Reliquisq; nostris) Vt Trebonio in Asiam, quæ circa Ioniam est. Tullio Cimbro in Bithiniam & c [Proficiscendi) Discedendi. [Honesta) Ne uideremur fugere. [Pollicitus est) Promisit. s. Ant. [Insolētia) Temeritas, superbia [Insectatio) Persecutio. [Nostri). i. nostrum. i. tantum persequuntur nos. [Quod petimus). s. liberam legationem. [Hostes) P. R. [Aqua & igni). i. mittamur in exilium, ubi etiam aqua & igni prohibeamur. & ut supra alio loco diximus, dicitur interdico tibi aquam, & ignem, sed interdico te aqua, & igni melius. [Quid ergo.) Interrogatio. [Inquis) Pro inquies. [Dandus locus) Abeundum est. [Cedendū fortunæ] Non repugnandum ipsi fortunæ, tractum autē à militibus, qui credere dicuntur, cum non repugnāt. [Migrādum) Discedendum. [Rhodum) Vrbem Lyciæ sitam in promontorio orientali, de qua dictum lib. 4. in epist. ad Mar. [Aliquo terrarum). i. in aliquas terras: est autem terrarū additio: sicut nusquam gentium. vbique locorum. [Melior) Quam nunc est. [Casus) Fortuna. [Si mediocris). s. casus. i. non ualde malus. [Nouissima) Vltima. i. nihil relinquemus intentatum [Succurret) Occurret, in mentem ueniet. [Alicui uestrum) Vel tibi Brut. uel Cassio. [Tēpus nouissimum] Vltimum. i. ut tantum differamus descendere ad auxilia nouissima. [Moliamur) Faciamus, aggrediamur. [Quia) Hæc est ratio quare expectetur nouissimum tempus potius quā aliquid in pręsentia agatur, quia dicit, quod nō habet quibus possit fidere præter Sext. Pompeium filium, qui erat in Hispania, & Basssū Cæcilium, qui erat in Syria. [Firmiores). s. constantiores in tuenda rep. & seruanda coniunctione nostra. [Tempore). i. tempore, & opportune. Vbi posteaquam [Quid ualeāt) Quid possint. [Recipere] Spondere, mea fide promittere. [Vt faciam) Vt recipiam pro te & Cassio. [Esse Romæ publico præsidio). i. morari Romæ cum aliquibus nobis à rep. concessis, qui sint ad tutelam & custodiam nostram. [Quod] Vt simus Romę publico præsidio. (Illos) Anto. & alios Cæsarianos. [Inuidiam] Dolorem. (Faceremus] Cæsarianis si erimus Romæ publico præsidio tamen, licet non sint concessuri. [Nihil non postulandum) i. omne postulandū putaui, quod esset honestum, & iustum.

ASC. *QVO in statu &c.*) Interfecto Cæsare, & eodem ab Lepido laudato, & honorifice à plebe concitata cremato, Brut. profugit. de cuius calamitate D. Brutus nunc conqueritur, suadetque, ut cum Cassio Italia abeat, quia Anto. eis aduersatur, & futurum uidet, vt hostes iudicentur. Aperit etiam in quibus spem præcipuam habeat. Propterea autem uidetur Ciceronianis inserta epistola, cum sit D. Bruti, aut Argumentum appareat, an quia Tironi visa est satis luculenter scripta. Ordo autem est cognoscite ò M. Brute & C. Cassi in quo statu nos, s. peussores Cæsaris simus. Hirtius, qui reipu. amator paulo post consul futurus erat, fuit apud me heri uesperi, i. cū esset uesper, & sup. demōstrauit qua mēte Anto. s. Marc. erat sup in nos. s. i. scire licet qua mente q̄ pessima, & infidelissima. Nā aiebat se neq; posse dare mihi prouinciā. ut. s. ab oculis militum absim, neque. i. & non. & aiebat arbitrari quenquam nostrum, qui. s. coniurauimus in Cęsar. & occidimus eum, esse in urbe. s. Rom. tuto, idest sine periculo, supp. aiebat animos militum, & plebis esse concitatos, idest commotos, adeo, idest, intātum. Quorū utrunque esse falsum puto uos animaduertere, atq; illud esse uerum, quod Hirtius demonstrabat, cum. s. Anto. timere, ne si habuissemus. s. in senatu, mediocre auxilium dignitatis nostræ. s. habendæ, aut protegendæ, nullæ partes. i. nulla officia relinquerentur ipsis. s. Cæsaris ultoribus in Reip. Cum ego uersarer in his. i. hmōi angustijs. Placitum est mihi, ut postularem legationem liberam. i. quocunque ire uellemus, aut liberam. i. sine persecutione mihi, & reliquis nostris, ut Trebonio, Tullio Cymbro, & c. ut aliqua honesta causa proficiscendi. i. discedēdi, ab urbe quæreretur. i. acquireretur nobis. Hirtius pollicitus est se impetraturum hæc. s. postulata mea, nec tamen cōfido sup. eū impetraturum supp. esse. Tanta. i. tam magna est insolentia. i. superbia, & immoderata cupiditas ulciscendi, hominum. s. Antonij, & aliorum per Ant. incitatorū, & insectatio, i. persecutio nostri: At. i. sed si. s. Anto. & fautores eius dederint supple iam quod petimus. i. liberam legationem, tamē. i. nihilominus puto futurū paulo post, ut iudicemur hostes. s. P. R. aut sup. ut interdicatur nobis aqua & igni. i. nequis nobiscū cōicet, aut nobis commodet usum aquæ, & ignis, sine quibus ita nostra constare non pōt. Nam oēs qui uiuimus, uescimur aura. Et licet aeris usum à nemine petimus, tamen grauius est aqua & igni interdici, q̄ hostem iudicari cū etiā hosti aquam & ignem accommodare soleamus. Notū est eleganter dici interdico tibi aqua & igni & c. Quid ergo est, inquis, sic puto legendum, quia seorsum ad fratrem nunc loquitur, consilij tui. i. de consilio tuo, aut quod est consilium tuum ò Deci? Responsio. Dandus est locus. s. furori. dicendū est. fortunæ: migrandum arbitror ex Italia Rhodum, aut aliquo. s. alio terrarū, si casus. i. euentus fuerit, melior, nos reuertemur Romam. si casus erit mediocris, non uiuemus in exilio, si pessimus nos descēdemus ad nouissima auxilia. s. cōtra sæuitiam inimicorum, hoc est morituri in media arma ruemus. Fortasse hoc loco. i. cum hæc legetis, succurret. i. in mētem ueniet alicui uestrum, cur expectemus tempus nouissimum. s. quo nihil amplius possimus, potius, quàm moliamur nunc aliquid. s. ad nos liberandos? Responsio. Quia non habemus vbi consistamus, præter Sextum Pompeium Pompeij filium, q erat in Hispania, & Bassum Cœlium, qui erat in Syria, qui uidentur mihi futuri firmiores. i fortiores in seruanda repu. hoc nuncio de Cæsare. i. de cęde Cæsaris allatō Nos accedemus ad eos satis in tēpore, ubi scierimus, qd ualeāt si uelitis me recipere, qd. i. aliquid, hoc est polliceri, & spondere ꝓ Cassio & te. s. M. Bruto, ad quem pręcipue loquimur, recipiam. i. spōdebo. Hirtius enim postulat ut faciam hoc. i. recipiam aliqd pro uobis. Rogo uos sup. ut rescribatis quā primum. i. ualde cito. Nā non dubito, quin Hirtius facturus sit me certiorem de his rebus ante horam quartā s. diei sequentis, hoc est post ortum solis. Rescribite in quē locum possimus conuenire, & quò, idest, ad quē locum uelitis me uenire. Placitū est mihi postulare. s. ab Hirtio post nouissimum sermonem Hirtij, hoc est cum à me discederet, ut liceret nobis esse Romæ præsidio publico, idest, sub custodia & ꝓtectione publica, quod puto illos nō cōcessuros nobis. Nos enim faceremus ijs. s. Cæsarianis magnā inuidiā, idest, molestiam & dolorem, quia graue fuerit eis, uidere publico præsidio munitos, aut inuidiā. i. odium, quia qui nos libertatis auctores sine præsidio in urbe non posse uiderent, eos oderit: Tñ ego nihil putaui non postulandum, qd statuerē esse æquum. i. iustū, ut impetremus. Vale, aut potius ualete, qui ad duos scribit.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Petunt Brutus, & Cassius, ut Antonius eos certiores faciat, quid de se futurum sit, & an tuto in urbe persistere possit.

M. BRVTVS ET C. CASSIVS PRAET. M. ANTONIO COS. S. P. D. 2

DE tua fide, & beneuolētia in nos, nisi psuasum esset nobis, nō conscripsissemus hæc tibi. quæ ꝓfecto, quando istū animum habes, in optimam partem accipies. Scribitur nobis, magnam ueteranorum multitudinem Romam cōuenisse iā, & ad Kalen. Iun. futuram multo maiorem. de te si dubitemus, aut uereamur; simus nostri dissimiles. sed certe cum ipsi in tua potestate fuerimus; tuoq; adducti consilio dimiserimus ex municipijs nostros necessarios; neque solum edicto, sed ēt literis id fecerimus, digni sumus, quos habeas tui cōsilij participes, in ea præsertim re, quæ ad nos pertinet. quare petimus à te facias nos certiores tuæ uolūtatis in nos; putes ne nos tuos fore in tanta frequentia ueteranorū, quos etiam de reponenda ara cogitare audimus, quod uelle te probare uix quisquā posse uidetur, qui nos saluos, & honestos uelit. nos ab initio spectasse ocium, nec quidquam aliud à libertate communi quæsisse, exitus declarat. fallere nemo nos potest, nisi tu, quod certe abest à uirtute tua & fide, sed alius nemo facultatē hēt decipiēdi nos. tibi enim uni credidimus, & credituri sumus. maximo de nobis timore afficiuntur amici nostri. quibus etsi tua fides explorata est; tamen illud in mentem uenit multitudinē ueteranorum facilius impelli ab alio quolibet, q̄ à te retineri posse. rescribas nobis ad omnia, rogamus. nam illud ualde leue est, ac nugatoriū, ea re denunciatum esse ueteranis, quod de commodis eorum mense Iunio laturus esses. quē enim impedimento futurum putas, cum de nobis certū sit, nos quieturos? nō debemus cuiquā uideri nimiū uitæ cupidi, cū accidere nobis nihil possit sine pernicie, & cōfusione oium rerū. Vale.

De tua

HVB. DE tua fide] Concitatis à M. Antonio animis militum, & plebis, ut supra dictum est, contra interfectores Cæsaris Brutus, & Cassius ex urbe cesserunt: vt cederent iræ: hac igitur epistola blanditur M. Antonio, ostendunt se magnam in eo, & spem & fiduciam habere, eumque orant, ut reddat eos certiores, an tuto Romæ esse possint, & excusant factum dicentes, se tantum spectasse publicam vtilitatem, & significant se dubitare, quare illi milites, & ueterani congregati sint Romæ. Conscripsissemus, i. simul ambo scripsissemus de communi consensu. [Istum animũ) Talem animum, ut nos ames, & sis nobis fidelis. [Cõuenisse iã) Congregatam esse usque ad hunc diem. [Simus nostri dissimiles) idest faciemus contra naturam nostram, non erimus quales existimamur, & esse debemus. [Ipsi) Nos. [In tua potestate) Dictum in argumẽto præcedenti epistolæ. [Adducti) Persuasi, moti. [Necessarios) Propinquos: quos causa tutelæ nostræ cõgregaueramus. [Edicto) Mãdato publice facto. [Literis tuis) Quib. nõ hortabaris, ut id faceremus, uel literis nostris, qbus ad eos scripsimus, ut discederent. [Quos habeas participes tui consilij, idest, meremur, ut nobiscum cõmunices ea, quæ agere delibere. [In ea re) In salute nostra: in constitutiones reipu. [Fore) Tutos futuros sine periculo. [Frequentia) Multitudine. [Quos) Veteranos. [Reponẽda) Reficienda, instaurãda. [Ara) Quæ facta fuerat in honorem Cæsa. & primum directa, quam nunc dicunt intellexisse ueteranos uelle. [Vix quisquã vr̃ posse credere) .i. uix cuiquam est credibile ꝙ tu uelis eam aram reponi, quia sciunt te curare honorem reip. contra quem esset, si ara Cæsa. tyranni poneretur [Te probare] Tibi placere. [Qui nos saluos, & honestos uelit. i. qui salutem & honorẽ nostrũ cupiat. [Nihil aliud à libertate]. i. nihil aliud, quam libertatem. non nostrum, sed omnium. honesta autem est elocutio, quæro nihil aliud ab honore. i. nihil aliud q̃ honorem. (Ab initio) Cum cepimus cõsilium de interficiendo Cæs. [Quod). s. fallere. [Abest] Alienum est, remotum est. [Tibi. n.] Cui. n. plurimum credimus, ab eo facile decipi possumus [De nobis.] Propter nos. [Explorata) Cognita. [Impelli) Cõmoueri, incitari. s. contra nos. [Ab alio) Quolibet. i. quouis alio. ut puta Cæsariano. [Retineri) Prohiberi, ne vobis uim inferant. [Leue) Vanum. [Nugatorium] Ridiculum, fabulosum. [Denũciatum] Vt conueniret ad urbẽ. Fingebant. n. quidam Cæsariani militibus veteranis denunciatũ esse ab Ant. ut cõuenirent Romã, quoniam ipse laturus esset de præmijs eorum, cum te uera eos congregasset aduersus interfectores Cæs. quod nunc se intelligere significat Brut. & Cassius. [Quieturos) Nullum impedimentũ facturos. [Videri cuiquam) existimari à quoquam. [Nimium cupidi uitæ) .i. nimium curare uitam nostram, quia malum nostrũ est futurum cum pernicie, & confusione omnium rerum.

ASC. DE tua fide, &c.) Concitatis à M. Antonio animis militum in interfectores Cæsaris, & Bruto ac Cassio, urbe egressis, consilium inierunt sciscitandi per literas humaniores, quo in se esset animo Antonius, itaq; significantes se summam in eius fidem fiduciam habere, rogant certiores faciat, an tuti sint Romæ futuri, apud tot ueteranos milites Ordo est: Nos non conscripsissemus hæc tibi nisi persuasum esset nobis, de fide & beneuolẽtia tua in nos, quæ. s. scripta nostra, tu profecto qñ. i. qm̃ hẽs istum. i. tam beneuolum animum in nos, accipies in optimam partem. Scribit̃ nobis magnam multitudinem, ueteranorũ. s. militũ, qui sub. Cæsare meruerant, conuenisse iam Romam, & futurã multo maiorem ad. i. circiter Kal. Iunias. Si nos dubitemus, aut vereamur de te, nos simus dissimiles nostri. i. facientes contra naturam nostram, quæ fidelis est, & omnibus confidit. Sed certe cũ ipsi. i. nos fuerimus in tua potestate, & nos adducti cõsilio tuo dimiserimus ex municipijs. i. oppidis Italię municipalib9, necessarios nostros, ut familiares, & propinquos, cum seruis & clientibus, neq; solũ fecerimus id edicto. i. publico mandato, sed ẽt literis. s. tuis priuatis, non sumus digni, quos habeas participes tui consilij, præsertim in ea re. quæ pertinet ad nos. Quare petimus à te sup. ut facias nos certiores voluntatis tuæ, in. i. erga nos Ne. i. an, putes nos fore. i. futuros tutos in tãta frequẽtia militũ veteranorũ, quos audiuimus ẽt cogitare de ara reponenda. s. Cęs. quem tamẽ Dolabella prohibuerat, quod, s. reponere aram Cæsari, uix quisquam qui uelit nos saluos & honestos sup. uiuere, videt̃ posse credere te uelle probare. i. approbare. Exitus declarat nos spectasse, & quæsiuisse ab initio. s. coniurationis ocium. i. pacem [illegible] uitam priuatam in ocio, nec quæsisse cuiquam aliud à libertate communi. i. quam libertatem communem. Nemo potest fallere nos nisi tu, quia non alteri confidebant, ꝙ. s. fallere abest certe à uirtute, & fide tua, sed nemo alius habet facultatem decipiendi nos. Nos enim credimus tibi uni, & sumus crediturí. Amici nostri afficiuntur maximo timore & de nobis, quibus scilicet amicis nostris, etsi. i. quamquam fides. i. fidelitas tua est explorata, tamẽ illud uenit in mentem, & multitudinem ueteranorum posse impelli. s. in nos facilius à quolibet alio quã retineri à te. Nos rogamus supple, ut rescribas nobis ad omnia. Nã illud est ualde leue & nugatorium, denunciatũ esse ueteranis. s. ut uenirent in urbem, ea re. i. propterea ꝙ laturus esses. s. legẽ aliquã de cõmodis eorum, mense Iunio. s. proximo, quod adeo nugatorium censet, quia superuacaneum innuit addes: Quem. n. putas futurũ impedimento, cum sit certũ de nobis, nos quieturos sup. esse? Nos nõ debemus uidere cuiquam nimium cupidi uitæ, cum nihil possit accidere nobis, scilicet perniciosum, sine pernicie, & confusione omnium rerum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Expostulant cum Antonio de contumeliosis, & improbis literis; & minas illius se facile contemnere asserunt. postremo monent minaciter, ut rebus suis consulat; & meminerit, quid Cæsaris seruitutis auctori, contigerit.

BRVTVS, ET CASSIVS PRAET. ANTONIO COS. S. D. 3

LITERAS *tuas legimus, simillimas edicti tui, contumeliosas, minaces, minime dignas, quæ à te nobis mitterentur. nos, Antoni, te nulla lacessiuimus iniuria, neque miraturũ credidimus, si pratores, & ea dignitate homines, aliquid edicto postulassemus à consule. ꝙ si indignaris, ausos esse id facere; concede nobis, ut doleamus, ne hoc quidem abs te Bruto, & Cassio tribui. nam de delectibus habitis, & pecunijs imperatis, exercitibus solicitatis, & nuncijs trans mare missis, ꝙ te quæstum esse negas, nos tibi quidẽ credidimus, optimo animo te fecisse, sed tamẽ neq; agnoscimus quidquam eorum, & te miramur, cum hæc reticueris, non potuisse continere iracũdiam tuam, quin nobis de morte Cæsaris obijceres. illud uero quemadmodum ferendum sit, tute cogita; non licere pratoribus concordiæ, ac libertatis causa, per edictum de suo iure decedere, quin consul arma minetur. quorum fiducia, nihil est, quod nos terreas. neque enim decet, aut conuenit nobis. periculo ulli submittere animum nostrum, neque est Antonio postulandum, ut ijs imperet, quorum opera liber est, nos si alia hortarentur. ut bellum ciuile suscitare uellemus, literæ tuæ nihil proficerent.* NVLLA *enim minantis auctoritas apud liberos est. sed pulchre, intelligis non posse nos quoquam impelli, & fortassis ea re minaciter agis, ut iudicium nostrum metus uideatur. nos in hac sententia sumus, ut te cupiamus ẽt in libera rep. magnum, atq; honestum esse, uocemus te ad nullas inimicitias. sed tamen pluris nostrã libertatem, quam tuã amicitiam æstimemus. tu ẽt atq; ẽt uide, quid suscipias, quid sustinere possis, neque quã diu uixerit Cæsar, sed quã nõ diu regnarit, fac cogites. Deos quæsumus, consilia tua reip. salutaria sint, ac tibi, si minus, ut salua atque honesta rep. tibi quam minimum noceant; optamus. Pridie non. Sext.*

HVB. LITERAS tuas) Cum Brut. & Cassius territi multitudine ueteranorum ex urbe migrassent, scripsit ad eos Anto. literas minaces, & contumeliosas, quibus appellabat eos homicidas, & proditores, obijciebatque aperte mortem Cæsar. pro cuius vindicta eis minabatur. Itaque ei respondent animose sequi sunt viri liberi, & auctores libertatis, non terreri talibus minis. hortantur autem eum, ut recte consulat rebus suis, & meminerint quid acciderit Cæsari. qui uoluit uiolenter dominari. [Simillimas, edicti) idest, tales, quale fuit edictum, quod in nos fecisti. [Contumeliosas] plenas contumelijs, quia appellas nos paricidas. [Minaces) Quia dicis te ulturum mortem Cæsa. [A te) Consule. [Nobis) Prætoribus urbanis. [Lacessiuimus) Prouocauimus, incitauimus. [Ea dignitate) idest tali dignitate, quale fuimus. i. prætura. [Edicto) Per edictum tuum, ut per illud liceret nobis ire quocunque uellemus. [Id) Petere aliquid à te. [Hoc) scilicet, ut doleamus. (Ne) idest non. [Tribui,) scilicet debet. [Bruto, & Cassio,) q. d. qui non solum hoc meremur, sed omnia maxima. est enim uis magna in nominibus proprijs, multo plus, quàm dixisset. [Nam] Responsio ad quandam excusa-

excusationem Anton. qui scripserat se nunquam questum esse ꝙ Brut. & Cass. fecissent delectus, imperassent prouincijs pecunias parandas P.R. & ꝙ exercitus solicitassent, & ꝙ nũcios trãs mare misissent, admonerent oẽs de eo, quod fecissent. Dicũt autem se mirari, cum hæc recitauerit, obiecerit ei mortem Cæs. sed tñ se nihil scire, quia neq; imperauerunt pecuniam, neque fecerunt aliquid ex ijs, de quibus dixerat M. Ant. se non esse questũ. [Eorum) Quæ supra dicta sunt, de quibus negas te questum esse [Obijceres) Improperares, exprobrares. [Concordiæ) Non belli. [Libertatis) Quid si seruitutis. [Per edictum) Tuum. [Quorum) Armorum. [Nobis] Qui pro libertate contemnimus uitam nostram. (Neque est postulandum Antonio). i. neque Ant. debet postulare, aut quærere esse dominus eorũ, per quos factus ẽ liber, interfecto tyrãno, à quo omnes opprimebãtur. [Alia). i. aliæ causæ. [Nihil proficerent) Nihil mouerent nos. [Nulla. n.) Sententia, exornatio, est aũt frustra q libet ẽt magnæ auctoritatis minatur hominibus liberis, quia non terrentur minis. [Impelli] Induci. [Quoquam] In aliquam sententiam, quæ sit contra libertatem. [Ea re) Propter eam causam. [Agis) Loqueris. [Vt iudicium nostrum). i. ut id, quod iudicio, & certa sententia nostra facimus, uideamur facere metu. [Nos) Dicunt se optare honorem M. Ant. dummodo ciuitas sit libera, sed si velit facere aliquid cõtra libertatem, se pluris facere libertatem, quàm eius amicitiam. [Honestum) Honoratum. [Vocemus) Vt vocemus. i. inuitemus, adducamus. [Sustinere) Tueri, defendere. [Neque quàmdiu) Pulcherrimum documentum, ut intelligatur uiolentum imperium diuturnum esse non posse. [Quàm diu] quia modicum tẽpus & uix triennium. [Salutaria] vtilia. [Si minus]. s. fuerint salutaria. [Quam minimum (Admodum parum [Noceant) Ne fortasse accidat tibi, quod Cæs.

ASC. *LITERAS &c.*] Responderat Ant. superbe literis Bruti, & Cassij, qui nunc etiam animose rescribunt se uere liberos, & libertatis auctores, nec cum sint prætores, ab eo contemnendos, precãturque ei mentem bonam. Ordo est: Nos legimus literas tuas simillimas edicti tui, contumeliosas, minaces, minime dignas, ꝙ mitterentẽ nobis à te. O Anto. nos nulla. i. non ulla lacessiuimus. i. iniuriose prouocauimus te ulla iniuria, neq; credidimus suprte miraturum si nos prætores, & homines ea dignitate, qua. s. nos sumus, postulassemus aliquid à consule, edicto, idest, publica postulatione. quod si indignaris nos ausos esse facere, id concede nobis ut doleamus, ne quidem, idest, non saltem. hoc scilicet edicto aliquid postulare tribui abs te Bruto, & Cassio. Nam quod negas te esse questum, idest, fecisse querelam de delectibus habitis. s. à nobis, idest, de acquisitione militum, & de pecunijs imperatis. s. à ciuibus ad stipendia militum, & nuncijs missis. s. à nobis trans mare, nos quidem credimus tibi, te fecisse optimo animo, verisimilius tamen est pessimo animo fecisse, nã qui iniuste quẽquam calumniatur, solet sic dicere, non queror, aut nihil dico, de delectibus habitis, &c. sed tamen neq; agnoscimus. i. fatemur fecisse quidquam eorum, & miramur te cum reticueris hæc. i. nihil questus sis de his, potuisse continere iracundiam tuam, quin obijceres nobis de morte. i. cęde Cæsaris. Vero. i. sed, tute. i. tu ipse cogita, quemadmodum illud sit ferendum. Non licere, idest, quod dixisti non licere prætoribus decere per edictum de suo iure causa concordiæ, ac libertatis. quando cõsul minetur, idest, tu consul mineris arma. quorum. s. fiducia armorũ nihil est, ꝙ terreas nos. Neque. n. decet. i. decẽs est, aut conuenit nobis summittere. i. subijcere animum nostrum ulli periculo. Neque est postulandum Antonio. i. Antonius non debet postulare, ut ipse imperet his, quorum opera liber est. Si alia hortarentur nos, ut uellemus suscitare. i. excitare bellum ciuile, literæ tuæ. s. tam minaces nihil proficerent. Enim. i. quia, auctoritas minantis apud liberos, debet esse nulla. i. nullius momenti. Sed tu intelligis pulchre. i. euidenter nos non posse impelli quoquam, & fortassis tu agis minaciter ea re. i. propter eam rem, ut iudicium nostrum uideatur metus. i. ut qđ certo iudicio facimus, metu facere uideamur. Nos sumus in hac sentẽtia, ut cupiamus te esse etiã in rep. libera, magnum atque honestũ. i. decoratum honoribus, & sup. ut uocemus. i. prouocemus te ad nullas inimicitias. sed tamen æstimemus pluris libertatem nostrã, quam amicitiam tuam. Tu uide. i. considera, etiam atque etiam. i. iterum atque iterum, quid suscipias. s. faciendum, quod possis sustinere. i. quod dicunt portare & efficere, neque fac cogites quandiu uixerit Cæsar. sed quã non diu. i. quam parum regnarit. Nos quæsumus deos sup. ut consilia tua sint salutaria reipu. atque tibi. Sin minus. i. si non sup. salutaria, tibi, nos optamus ut ipsa salua, & honesta. i. honorifica rep. noceant tibi quam minimũ. i. valde parum. Prid. Non. Sext. i. eius mensis, qui nunc Augustus dicitur.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Postulat à Cice. ut dignitatem eius defendat, & quid in prouincia egeris, nunciat.

D. BRVTVS IMP. M. CICERONI S. 4

SI de tua uoluntate dubitarem, multis à te uerbis peterẽ, ut dignitatẽ meam tuerere: sed profecto est ita, ut mihi persuasi, me tibi esse curæ. Progressus sum ad inalpinos cum exercitu, non tam nomen captans, imperatorium, quam cupiens militibus satisfacere, firmosque eos ad tuendas nostras res efficere. quod mihi uideor consecutus. nam, & liberalitatem nostram, & animum sunt experti. cum omnium bellicosissimis bellum gessi. multa castella cepi, multa uastaui. non sine causa ad senatum literas misi. adiuua nos tua sententia. quod cum facies, ex magna parte communi commodo inseruierit. Vale.

SI de tua) D. Brutus. ut in x. lib. diximus, antequam Mutinæ obsessus sit, in Galliam transalpinam, ut ipse nunc scribit, se receperat, ubi cum prospere egisset, breuiter à Cic. petit, vt Romę dignitatem eius tueatur, & sententia sua eum adiuuet contra Cæsarianos, qui eum criminabantur, ꝙ Cæsa. interfecisset. [Transalpinos) Ad Gallos, qui transalpes incolunt. [Captans) Quærens nomẽ imperatorium. i. ut nominaretur imperator. [Satisfacere militibus) Facere qđ uellent milites, qui me poscebant imperatorẽ. [Firmos) Fortes, intrepidos. [Quod) ut sint fortes ad tuendas res nostras. [Videor consecutus) uideor effecisse. [Bellicosissimis omniũ) Cũ pugnacissimis, & in bello fortissimis. [Vastaui) Dirupi & euerti. [Non sine causa. Post magnas & pręclaras uictorias [Tua sententia) Sentiendo & bene dicendo de nobis. [Inseruieris]. i. beneficiũ pręstiteris. [Cõmuni cõmodo) Pro quo ego laboro. adiuuando igitur me, adiuuabis cõmunem utilitatẽ. HVB.

SI de tua &c] Brutus antequam Mutinę obsidebatur, se in Galliam transalpinam, ad Italos spectantẽ contulerat, unde ad Cice. scribens suam dignitatem ab eo confidit defensum iri. Ordo est: dubitarem de uoluntate. i. beneuolentia tua in me. i. erga me, ego peterem à te multis uerbis, ut tuerere. i. defenderes & protegeres dignitatem meam. Sed profecto est. i. res se hẽt ita, ut. i. quod persuasi mihi me esse tibi curæ. Ego progressus sum ad transalpinos. s. populos cum exercitu non tam captãs. i. affectãs nomẽ Imperatorium, quàm cupiens satisfacere militibus, & efficere eos firmos ad tuendas res nostras. Quod. i. quãrem' ego videor mihi consecutus. i. obtinuisse. Nam sup. milites sunt experti. i. re ipsa cognouerunt, &. i. simul, liberatẽ nostram, qua milites multum deuinciuntur imperatori, & animum. i. aut beneuolentiam nostrã in se, sed sic cõcideret cum liberalitate, aut igitur propositum & quo aĩo bellum susceperim, sed potissimum aĩum. i. animositatem, quia sequitur: gessi bellum cum populis bellicosissimis omnium, cepi multa castella, uastaui multa, misi literas ad senatum non sine causa. Adiuua nos sñia tua, quod cũ facies, inseruieris communi commodo. i. pro magna parte. ASC.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Excusat principio se ipse, cur tum Lupo non rescripserit, deinde hortatur, ut pergat defendere libertatem reip. Postremo operam suam Bruto pollicetur.

M. CICERO D. BRVTO IMP. S. 5

LVPVS, familiaris noster, cum à te uenisset, cumque Romæ quosdam dies commoraretur; ego eram in ijs locis, in quibus maxime me tuto esse arbitrabar. eo factum est, ut ad te Lupus sine meis literis rediret, cum tamen curasset tuas ad me perferẽdas. Romam aũt ueni ad 5. id. Dec. nec habui quidquam antiquius, quàm ut Pansam statim conuenirem: ex quo ea de te cognoui quæ maxime optabam. quare hortatione tu quidem non eges. sine illa quidem in re, quæ à te gesta est post hominum memoriam maxima, hortatorem desiderasti: illud tamẽ breuiter significãdũ uidetur P.R. omnia à te expectare, atque in te aliquando recuperandæ libertatis oẽm spem ponere. Tu, si dies, noctesq; memineris, qđ te facere certo scio, quantã rẽ gesseris; nõ obliuiscere profecto, quãtæ tibi etiã nunc gerendæ sint. si. n. iste prouinciã nactus erit; cui quidem ego semper amicus fui ante q̃ illum intellexi non

modo aperte, sed etiã libenter cũ rep. bellum gerere: spem reliquã nullã uideo salutis, quamobrẽ te obsecro iisdẽ precibus, quibus senatus populusq; R. ut in perpetuum rempu. domina tu regio liberes: ut principijs consentiant exitus, tuum est hoc munus, tuæ partes. a te hoc ciuitas, uel omnes potius gentes non expectant solum, sed etiã postulant. quanquam, cum hortatione nõ egeas, ut supra scripsi, non utar ea pluribus uerbis: faciam illud, quod meum est, ut tibi oĩa mea officia, studia, curas, cogitationes pollicear, quæ ad tuam laudẽ, & gloriam pertinebunt. quamobrẽ uelim tibi ita pesuadeas, me tũ reip. causa, quæ mihi uita mea carior est, tũ ꝙ tibi ipsi faueã, tuamq; dignitatem amplificari uelim, tuis optimis cõsilijs amplitudini, gloriæ nullo loco defuturum. Vale.

HVB. LVPVS *familiaris*] Excusat se primum Cic. quare non rescripserit Bruto per Lupũ, qui eius ad se literas attulerat. Deinde hortatur Brutum, ut iactis tam maximis fundamẽtis libertatis interfecto tyranno perficiat, & reliqua, ut oppresso M. Anto. liberet remp. dñatu regio, ut finis factorum suorum rñdeat principio. Postremo pollicetur ei oĩa, quæ ad eius laudẽ, & gloriam pertineant, quem sibi esse carum dicit & reip. causa, cuius ille est defensor, & ꝙ ei fauet, & eius dignitatem amplificari cupit. [Lupus) Nomen utriusq; familiaris, & amici [Tuto) Sine periculo. aberat aũt ab urbe Cic. ut ex sequentibus cognoscitur, cum dicit se uenisse Romam ad quintũ idus Decẽb. [Eo) propter id, quia aberã ab urbe. [Hortabar) s. ut faceres]Si ne in illa quidem re) Arguit a maiori ad minus, est aũt sensus. Tu non ages hortationes, quia nec in illa re, quæ erat maxime, expectasti hortationẽ, sed sponte tua fecisti [S.) quia. affirmationem. n. significat. [In illa re] In interficiendo Cæsa. [Post hominum memoriam) postq̃ homines pñt meminisse, quia nullus meminit, tantã unq̃ rẽ factam esse. [Significandum) Innuendum. [Quod) s. meminisse. [Quantam rem) Interfecto Cæs. feceris [Gerendæ] Et reliqui tollãtur, qui remp. parant opprimere. [Iste) Inuidiosum pronomẽ & ad contemptum, positũ, significat autem Ant. [Prouinciam.) Galliam Celticam, quam sibi petebat. [Spem nullam] Reliquam spem nullam nobis relictam, & in futurum esse. [Exitus) Opprimendo M. Ant qui appetit tirannidem. [Principijs) Sicut interfecisti Cæs [Munus) Onus, officium [Vel potius) correctio. [Oẽs gentes) Non solum Italiæ, sed etiã cuiuscunq; nationis. [Ex) hac ratione [Pluribus) s. uerbis [Quod meum est] Quod ad me pertinet. [Tibi faueam) Tui sim studiosus, & amator. [Optimis consilijs [Defendenda libertate, ordo est: [Quamobrem uelim tibi persuadeas) Me defuturum nullo loco tuis optimis consilijs, amplitudini, & gloriæ cum causa reip. tum quod tibi ipsi faueam.

ASC. *LVPVS &c.*] Excusat se primum Cic. quare non rescripsit Bruto per Lupum, qui literas eius ad se attulerat, dicens se Romæ nõ fuisse. deinde hortatur Brutum, ut iactis tam magnis fundamentis libertatis reliqua perficiat Anto. opprimendo, q solus libertati obstet, polliceturq; se omnia ꝓ eius dignitate facturũ. Ordo est: Lupus familiaris noster cum uenisset ad te, & cũ commoraretur Romæ quosdam. i. aliquot certos dies. ego eram in his locis, in quibus arbitrabar me esse maxime. i. præcipue, tutò. i. sine periculo. Eo. i. per id factũ est, ut Lupus rediret ad te sine literis meis, cum tñ curasset tuas. s. literas perferendas. i. ut perferantur ad me. Autem. i. sed, ego ueni Romam ad 5. Idus Decẽb. nec habui quidquã antiquius. i. carius, eo ꝙ antiquissimos hr̃e solemus, q̃ ut conuenirem. i. colloquendi gr̃a adirem statim Pãsam. s. consulẽ, ex quo cognoui de te ea, q̃ optabã maxime. Quare tu quidem nõ eges hortatione, si ne quidem. i. nõ saltẽ desiderasti hortatorem in illa re. s. in cęde tyranni, vtpote Cęs. quæ gesta est à te maxima post memoriã hoĩum, Tũ. i. nihilominus illud vr̃ sigñandum breuiter P. R. expectare à te omnia, atq; ponere. i. collocare in te omnem spem libertatis recuperãdæ aliqñ. i. tandem. Si tu memineris dies & noctes. i. per totum tp̃s continuum, quod scio te facere, quãtam rem gesseris, profecto. i. reuera, non obliuiscere. i. obliuisceris quantæ. s. res sint tibi gerendæ, ẽt nunc. i. adhuc. Si. n. iste. s. Antonius homo contemptibilis, cui quidem ego fui semper amicus, antequam intellexi bellum gerere cum rep. i. contra remp. eam oppugnando, nõ modo aperte. i. manifeste, sed ẽt libẽter, nactus fuerit prouinciam. s. Gallicanã nullam. i. non ullam, nõ uideo ullam spem salutis. s. reliquam. i. relictam. Quamobrem obsecro te ijsdem precibus, quibus S. P. Q. R. vt liberes rempu. in perpetuum dñatu regio. i. tyrãnide, ut exitus. i. fines consentiant. i. concordent principijs, quibus. i. unũ regem sustulisti. Hoc est munus tuum, hę sup. sunt partes tuæ. i. officia tibi à rep. assignata, ciuitas. s. Romana uel potius omnes gentes. i. nationes mundi, non expectant solum. i. duntaxat hoc à te, sed etiam postulant. i. quasi debitum exigunt. Quanquam cum non egeas hortatione, ut scripsi supra. i. paulo ante hac epistola non utar ea. s. hortatione pluribus uerbis. Faciam illud, qđ est meum, i. officij mei. Nõ legi ubi mea dixerit cum uerbo est, ut pollicear tibi omnia officia mea, studia. s. oĩa, curas, omnes cogitationes sup. omnes quæ pertinebunt ad laudem, & ad gloriã tuam. Quamobrẽ uelim sup. ut persuadeas tibi ita, me nullo loco defuturum, idest, oĩ loco auxilio futurũ tuis optimis cõsilijs, & sup. amplitudini gloriæ tuæ, tum, i. pariter causa reip. tũ, i. pariter quod faueã tibi ipsi, & uelim dignitatẽ tuam amplificari.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Petierat à Cicerone Brutus operam, & diligẽtiam eius in Bruti dignitate defendenda: ad hoc respondet Cicero, se maxime id fecisse: idque à facto suo in senatus approbat.

M. CICERO D. BRVTO IMP. S. D. 6

LVPVS *noster, cum Romam sexto die Mutina uenisset, postridie me mane conuenit, tuaque mihi mandata diligentissime exposuit, & literas reddidit* † *Quod mihi tuam dignitatem commendas: eodẽ tempore existimo, te mihi meã dignitatem commendare: quam mehercule non habeo tua cariorem. quare mihi gratissimum facies, si exploratũ habebis, tuis laudibus nullo loco nec consilium, nec studium meũ defuturum. Cũ tribuni pl. edixissent, senatus adesset ad 13. Kal. Ian. haberentque in animo de præsidio consulum des. referre: quanquam statueram, in senatum ante Kal. Ian. non uenire; tamen, cum eo die ipso edictum tuum propositũ esset, nefas esse duxi, aut ita, haberi senatum, ut de tuis diuinis in remp. meritis sileretur, quod factum esset, nisi ego uenissem: aut, etiam si quid honorifice de te diceretur, me non adesse. itaque in senatum ueni mane. quod cum esset animaduersum, frequentissimi senatores conuenerunt. quæ de te in senatu egerim, quæ in concione maxima dixerim, aliorum te literis malo cognoscere. illud tibi persuadeas uelim, me omnia, quæ ad tuam dignitatem augendam pertinebunt, quæ est per se amplissima, summo semper studio suscepturũ, et defensurũ. quod quanquam intelligo me cum multis esse facturum, tamen appetã huius rei principatum. Vale.*

† alias cum

LVPVS *noster*] Cum Brutus literis suis per Lupum missis commendasset dignitatem suam Cic. respondet Cic. se existimare non Bruti, sed suam propriam dignitatem sibi commendatam fuisse, affirmatque se eius laudibus nullo loco defuturum. Deinde dicit se eius causa iuisse in senatum citius, quàm proposuerat, ibique defendisse acerrime dignitatem Bruti, malle autem, ut ab alijs, quàm à seipso intelligat, quę de eo dixerit, hoc autem affirmat se summo studio defensurum quæcunque ad eius dignitatem pertinebunt, quod & si cognoscit multos alios facturos, tamen dicit se uelle esse primum in ea re. [Sexto die) idest sex diebus, post quam Mutina discessit. [Postridie) Postero die, q̃ uenit. [Mandata) Quæ uerbis ei cõmiseras [Eodẽ tpe) Simul & semel. [Quam) meã [Exploratũ habebis) Certissimum tenebis. [Edixissent) Fecissent, dictum, & decretum, ut senatus cõueniret. [Referre) Proponere. [De pręsidio cõsulum designatorum) Vt liceret cõsulibus designatis hr̃e p̃sidiũ militum ad tutelam suam, ne interficerentur à Cæsarianis, q eos persequebant, erant aũt Coss. Des. Cn. Pl. & D. Bru. qui, ut uisum est in 1. epist. huius 2. lib. postulauerat, ut liceret interfectoribus Cæsaris esse Romæ cum præsidio. [Edictum) i. de te, uel quod ꝓposuerat de præsidio. [Vt sileretur) Vt nemo diceret de immortalibus tuis in remp. beneficijs. [Quod factum esset) Quia nemo dixit de tuis meritis præter me [Aut etiam me nõ adesse) Subaudi nefas esse duxi. [Esset animaduersum) Intellectũ me uenisse in senatum. [Frequẽtissimi) Omnes.) Literis aliorũ) Ne uidear obijcere tibi officium meum, si commemorauerim, quæ de te dixerim. [Cum multis) Qui sunt parati ad idem faciendum. [Principatum huius rei). i. tamen uelim tibi persuadeas me uelle esse in hac re principem. i. primum omnium. HVB.

LVPVS &c.] Rñdens Bruti epistolæ dicit sibi Bruti dignitatẽ non minus, quàm suam esse commendatam, ac caram, dicitque ASC.

eius

eius causa iuisse in senatum, & ibi dignitatem eius acerrime defendisse, quod ex alijs potius, q̄ ex se illū discere uelit, polliceturq. se omnia quæ ad eum pertinebunt, pro uirili sua defensurum. Ordo est: Lupus noster cum uenisset Romam Mutina.i. ab vrbe in Italiam non longe à Rhegio, sexto die.i. spatio sex dierū, cōuenit me.i.ad me postridie.i.die qui proxime secutus est, mane, & exposuit mihi diligentissime mādata tua, & reddidit literas. quod[vt erat in literis]tu cōmendes mihi dignitatem tuā. ego existimo te commendare mihi meam dignitatem eodē tēpore, hoc est quasi eadem opera, quam.f. dignitatem meam non habeo cariorem tua.i. q̄ tuam, mehercule.i.ita prosequente, ut verum dico. Quare tu facies mihi gratissimum, si habebis exploratum.i.oīno certum nullo loco, nec consilium meum, nec studium meum defuturum tuis laudibus. Cum trib.pl.edixissent.i. denunciassent publice sup.ut senatus adesset, ad 24. Kal. Ian. & hrēnt in animo referre.i.consulere senatum de præsidio consulum designatorum.i.quod præsidium illis addiceretur, q̄q̄ statueram, non uenire in senatum ante Kal. Ian. tū cum edictum tuum esset propositum eo ipso die, duxi.i. existimaui nefas esse aut senatum hri ita, ut sileretur de tuis diuinis meritis, in rempu. quod factum esset.i.si ita dicere liceat, silitum aut tacitū fuisset de eo, nisi ego uenissem, aut etiam me non adesse, siquid diceretur honorifice de te. Itaque ego ueni mane in senatum, quod cum esset animaduersum, senatores frequentissimi conuenerunt. Sed sup. ego malo te cognoscere literis aliorum.f.quam meis, ea quę egerim de te in senatu, & quæ dixerim in concione.i. congregatione hominum maxima. Ego velim sup. ut persuadeas tibi illud me suscepturum, supp esse, & defensurum semper summo studio omnia, quæ pertinebunt ad augendam dignitatem tuam, quę est amplissima per se.i.absq; alicuius suffragio Quod quanquam intelligo me esse facturum cum multis, tamen appetā.i. conabor hrē principatum.i.primum locum huius rei i.in hac re.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hortatur Brutum, ut pro rep. laboret: nec senatus auctoritatem ad id expectet, sed suo consilio conficiat.

M. CICERO D. BRVTO IMP. S. D. 7

CVM adhibuisset domi meæ Lupus me, & Libonem, & Seruium, consobrinum tuum; quæ mea fuerit sentētia cognosse te ex Cn. Seio arbitror, qui nostro sermoni interfuit. reliqua, q̄q̄ statim Seium Græceius est subsecutus, tamē ex Græceio poteris cognoscere. caput autem est hoc, quod te diligentissime percipere, & meminisse uelim, ut ne in libertate, & salute populi R. conseruanda auctoritatem senatus expectes nōdum liberi; ne & tuum factum condemnes, (nullo. n. publico consilio remp. liberasti: quo, est etiam res illa maior, & clarior) & adolescentem, uel puerum potius Cæsarem indices temere fecisse, qui tantam causam publicam priuato consilio susceperit, denique homines rusticos, sed fortissimos uiros, ciuesque optimos, dementes fuisse, iudices, primum milites ueteranos, cōmilitones tuos, deinde legionem Martiam, legionē quartam, quæ suum consulem hostem iudicauerunt, seq; ad salutē reip. defendendam contulerunt. uoluntas senatus pro auctoritate haberi debet, cum auctoritas impeditur metu. postremo suscepta tibi causa iam bis est, ut non sit integrum, primū idib. Mar. deinde proxime, exercitu nouo, & copijs comparatis. quāobrem ad omnia ita paratus, atque animatus esse debes, non ut nihil facias, nisi iussus, sed ut ea geras, q̄ ab omnibus summa cum admiratione laudentur. Vale.

HVB. CVM adhibuisset] Cum domi Cice. multi ex amicis Bruti congregati essent, vt consultarent quid à Bruto agendum esset, scribit Cice. Brutum posse intelligere sententiam suam ex M. Seio, qui omnibus rebus interfuit. illud autem suadet, ut in conseruanda libertate, & salute. P. R. non expectet auctoritatem, & iussa senatus, sed ipse faciat quod putabit, & iudicabit esse faciendum, q̄a satis intelligitur senatus iussisse, cum habet uoluntatem, sed non audet ob aliquem metum iubere, postremo ostēdit omnino perseuerādum esse Bruto ad defendendam libertatem, cum iam bis id inceperit, à quo incepto non potest bonus ciuis sine infamia desistere [Adhibuisset] Adiunxisset, aggregasset. [Sententia] Iudicium de eo, quid sit agendum. [Subsecutus est] Successit statim, postquam Seius discessit. [Caput) Summum principium. [Percipere) Intelligere. [Vt ne] Ordo est, ut ne expectes auctoritatem senatus in libertate conseruanda. [Auctoritatem] Sniam, senatusconsultum.] Nondum liberi]. f. senatus. i. qui adhuc non est in libertate, ut audeat decernere quid tibi sit agendum. [Ne & tuum) Subaudi uelim. [Ne damnes tuum factum).i. pœniteat te, & putes te male fecisse qđ Cæs. interfeceris. [Nullo publico] sed tuo [Quo) Ob quam rem, quia tuo consilio, & non publico usus es. [Clarior) Illustrior, quia si publico cōsilio id fecisses, esset tua laus cum multis communicanda. [Et adolescentem] Subaudi uelim ne iudices Cæs. adolescentē. [Temere fecisse).i. impudēter. [Tantam cām) Defendendæ reip. [Priuato suo) Non committēte ei senatu: [Denique) Subaudi uelim ne iudices. [Homines rusticos) Homines imperitos, & timidos, quales solēt esse rustici [Sed uiros fortissimos) Bene uiros dixit contra homines, quia ad uirtutem refertur: [Fortissimos] Maximi animi, contra quod dixit rusticos [Fuisse dementes) Sed potius sapientes. [Commilitones) Qui tecum militauerunt sub Cæs. in Gallia primum, subaudi ne iudices dementes fuisse. [Suum consulem) M. Ant. qui erat consul cum Cæs. est interfectus. [Voluntas) Intentio. [Pro auctoritate) Pro decreto [Metu) timore alicuius, ne audeat ea dicere, & decernere quæ sentit, & uellet fieri, sicut tūc pp Anto. timorē nō audebat senatus dicere, quod uolebat. [Causa) Tuendæ reip. [Vt non sit) vt iā nō liceat tibi desistere, si uelis non sit amplius in potestate tua omittere causā bis susceptē [Primū) Suscepta est tibi causa. [Idib. Mart.) Quo die Cæs. interfecisti. [Proxime) Nuperrime. [Exercitu nouo) A te collecto [Aīatus) Inflammatus [Ita non ut nihil facias nisi iussus).i. non ita ut nihil facias, nisi quod iusserit senatus, sed ita debes esse animatus. [Vt ea geras). f. iudicio tuo. [Cum summa admiratione] Quia sint & subito, & optime facta, talia enim solent esse admirationi.

ASC. CVM adhibuisset &c.] Cum multi ex amicis Bruti domi Cic. consultarēt quid Bruto agendū esse, interērat M. Seius, à quo dicit Brutū posse oīa intelligere. Monet aūt, ut pgat, nec expectet auctoritatē, & iussa senatus, q satis iussisse uisus est, cum se uelle signaret, licet ob metū palā non auderet. Ordo est: Cū Lupus adhibuisset.i.ad consultationem aggregasset domi meæ, me, & Libonem, & Seruium cōsobrinum tuum, ego arbitror te cognoscere ex Cn. Seio, qui interfuit sermoni nostro, q̄ fuerit snīa mea, & tu poteris cognoscere reliqua ex Græceio, q̄q̄ Græceius subsecutus est statim Seium, aūt.i.sed, caput.i. principalis conclusio, est hoc.i. hmōi, qđ uelim te pcipere, & meminisse diligētissime. Vt ne.i. nō expectes auctoritatē senatus nōdū liberi in libertate, & salute P. R. conseruanda. ne.i. simul, condemnes factum tuum, nullo.n. consilio publico liberasti rempu. quo.i. per quod, res illa.f. quam egisti, est sup. ēt maior, & clarior.i. illustrior, q̄ si alterius auctoritate eam suscepisses, & iudicem Cæs. f. Octauianum adolescentem uel potius puerū, fecisse temere.i. inconsiderate, qui susceperit tantam causam publicam. f. quantam peregerat. Denique tu iudices. f. sic homines rusticos, sed uiros fortissimos, & ciues optimos, primū milites ueteranos, cōmilitones tuos, deinde legionem Martiam, legionem quartam, quæ iudicauerunt, suū consulem. f. Ant. hostem. f. P. R. & contulerunt se ad salutem reipu. defendendam, hos, inquā, oēs iudices fuisse demētes. Sed nō est ita iudicandum, quia uoluntas senatus debet haberi p auctoritate, cum auctoritas.i. publica approbatio impeditur, metu. Postremo.i. quod ultimo loco dico, causa est suscepta tibi.i. à te iā bis, ut non sit. f. tibi integrum.i. mere liberum utrum pergas, an desistas, quia necesse est pgere. Primū sup. suscepta tibi, idi. Martij, quibus Cæsarem occidisti, deinde proxime, exercitu nouo, & copijs comparatis. Quamobrem tu debes esse paratus, atque animatus ad omnia ita, nō ut facias nihil nisi iussus, sed ut geras ea, quæ laudentur ab omnibus cum summa admiratione.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Scribit Bruto, quæ sit expectatio Senatus de eo, quidque in urbe de exercitu & suis rebus agatur.

M. CICERO D. BRVTO IMP. S. 8

EO tempore Polla tua misit, ut ad te, si quid uellem darem literarum, cum quid scriberem, non habebam. omnia enim erant suspensa propter expectationem legatorum; qui quid egissent, nihil dum nunciabatur, hæc tamen scribēda existimaui. primum, senatum populumque R. de te laborare non solum salutis suæ causa, sed etiam dignitatis tuæ. admirabilis est enim quædam tui nominis caritas, amorque in te

te singularis omniũ ciuium. ita enim sperant, atq; confidunt; ut antea rege, sic hoc tempore regno te rempu. liberaturum. Romæ delectus habetur, totaque Italia: si hic delectus appellãdus est, cum ultro se offerunt omnes: tantus ardor animos hominum occupauit desiderio libertatis, odioque diutinæ seruitutis. De reliquis rebus à te iam expectare literas debemus, qd ipse agas, quid noster Hirtius, qd Cæsar meus: quos spero breui tempore societate uictoriæ tecum copulatos fore. Reliquũ est, ut de me id scribam, quod te ex tuorum literis & spero & malo cognoscere; me neque deesse ulla in re, neque unquam defuturum dignitati tuæ. Fac ualeas.

HVB. EO *tempore*] Quo tẽpore Bru. maximis uiribus Ant. opprimebatur Mutinæ ostendit Cic. Brutum magnæ curæ esse senatui non solum propter salutem publicam, sed ẽt propter dignitatem ipsius Bruti, quẽ dicit esse omnibus ciuibus carissimum, in quo maximam habeaat spem perpetuæ libertatis. monet autem eum, quid fiat in Italia, & petit se ab eo certiorẽ fieri, quid & ipse, & Hirtius, & Octauius agãt. Postremo pollicet se nulla re defuturum eius dignitati. [Polla tua). s. uxor. [Cũ) i. quo. s. tempore [Suspẽsa) adhuc incerta & dubia. [Legatorum) qui missi fuerãt ab Ant. vt obsidione desisteret. [Nihil dum) Pro nihil, nã dũ adiectio est, sicut ades dum, uel certe nihil dum pro nondum more græco, nam, & *μηδέμπω* & *μήπω* pro nõdũ dicitur apud Græcos. [Confidunt) Certissimum habent, sine dubitatione credunt. [Vt) sicut. [Rege) Cæsa. Erat aut regium nomen apud Rom. inuidiosum, unde ad fugiendã inuidiã Cæs. Imperator, quam rex appellari maluit. [Regno) Dominatu quorundam. [Delectus[Qui ut supra diximus, ex diuersis locis, aliqbus electis, fit, sed qm oẽs & non quidam se offerebant ad libertatem, ideo correxit dicens, si hic delectus appellandus, cum potius sit appellanda cõis omniũ conspiratio. [Vltro] Sponte non inuitati. [Tantus ardor) Admiratiue. ut, Tantæ molis erat Romanam cõdere gentem. [Diuturnæ) Longę [Hirtius) Consul. qui erat in castris Cæs. Octau. [Societate vict.) Quia simul eritis victores [Reliquum] Superest.

Nihil dum

Dum

Vltro

ASC. *EO tempore &c.*] Quo tpe M. Ant. maximis uiribus opprimebat Mutinam, scripsit ad Brutum Cic. dicens eius salutẽ maxime curæ esse senatui, omniq; populo, cum sponte sua nomina darẽt, & ad militiam scriberentur pro liberando eodem, & per eũ rep. subleuanda à regno. ut liberata erat à rege. Ordo est. Polla tua. s. uxor misit ad me, ut si quid literarum uellem sup. dare ad te, darem. Sunt qui legant dare, qũo subaudiendum esset aliud verbũ quale cẽt, ut sup. admoneret, aut sciret &c. eo tpe, cum. i. quo, nõ habebam quid scriberem. Omnia. n. erant suspensa pp expectationem legatorũ, q missi fuerant ad Ant. ut desisteret ab obsidione, qui. s. legati quid egissent. s. apud Ant. nihil dũ. i nihil adhuc nunciabatur. Ego tamẽ existimaui hæc scribenda S.P.Q R. laborare de te non solum causa salutis tuæ, sed etiam dignitatis tuæ. Enim. i. quia, caritas quædã nominis tui est admirabilis, & amor omnium ciuium est in te singularis. Ipsi enim sperant, atq; confidunt ita te, ut antea. s. liberasti rẽp. rege. i. tyranno, ita te liberaturum sup. esse hoc tempore remp. regno, hoc est, ut nullus deinceps se regem profiteri audeat. Delectus. i. conscriptio militum, qui de multis legitur, habetur Romę, & in tota Italia, si hic. i. huiusmodi conscriptio est appellandus delectus, cũ omnes se offerunt ultro. Tantus ardor occupauit. i. inuasit animos hominum desiderio libertatis, & odio seruitutis diutinæ. Nos debemus expectare a te literas de reliquis rebus, quid. s. ipse. i. tu agas. quid Hirtius noster, sup. agat. qd Cæs. s. singularis amicus. dicit meus, q pp interfectũ Cæs. à quo hæres scriptus erat, & filij loco habitus, nõ audet cũ Bruto dicere amicũ, sup. agat quos spero breui tpe fore copulatos tecũ societate victoriæ. Reliquũ est, ut scribã id de me, qđ ego, & spero, & malo te cognoscere ex literis tuorũ, neq; deesse, neq; defuturum ulla in re dignitati tuæ. Fac valeas.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hortatur Ciceronem, ut operam det, ne ob consulum mortem resp. detrimentum capiat amplius, & suam operam reip. pollicetur.

D. BRVTVS M. CICERONI S. D. 9

PANSA *misso quantum detrimenti resp. acceperit, non te præterit. nunc auctoritate, & prudentia tua prospicias oportet, ne inimici nostri, consulibus sublatis, sperẽt se cõualescere posse. ego, ne consistere possit in Italia Antonius, dabo operam. sequar eum confestim. utrunque me præstaturum spero, ne aut Ventidius elabatur, aut Antonius in Italia moretur. in primis rogo te, ad hominem uentosissimũ, Lepidũ mittas, ne bellum nobis redintegrare possit, Antonio sibi coniuncto. nam de Pollione Asinio, puto te perspicere, quid sit facturus. multæ, & bonæ, & firmæ sunt legiones Lepidi, & Asinij. neque hæc iccirco tibi scribo, quòd te non eadem animaduertere sciam; sed quòd mihi persuasissimum est, Lepidum rectè facturum nunquam; si forte uobis id de hoc dubium est Plãcum quoque confirmetis, oro: quem spero, pulso Antonio, reipu. nõ defuturum. si se Alpes Antonius traiecerit, cõstitui psidium in Alpibus collocare, & te de omni re facere certiorẽ. iij. Kal. Maij, ex castris, Rhegij.*

PANSA] Fuso & superato Ant. apud Mutinã non sine clade, & vulnere victorum, quia eo prælio præter multos milites interierunt etiam consules Hirtius & Pansa hortatur Brut. Cic. ut prouideat ne cæde consulũ hostes uires accipere possint, dicitq. quid ipse sit facturus, & quid sentiat de Lepido, Pollione, & Plãco, nam de Plãco se bene sperare dicit, cum de aliis duobus, & pcipue de Lepido dubitet. (Amissio) Interempto [Detrimenti) Damni [Non præterit te) Scis. [Inimici) Antoniani. [Consulibus) Hirtio & Pansa [Sublatis) Interemptis. [Conualescere] Validiores fieri. [Confestim) Statim. [Vtrunque) Quod sequitur. [Vẽtidius elabatur) id est effugiat, ut Antenor potuit medijs elapsus Achiuis. erat enim Ventidius Anto. Amicissimus. [Præstaturum) Effecturum. [Vẽtosissimum] Vanissimum, mẽdacissimũ, & leuissimum. [Redtegrare) Reĩnouare. [Perspicere) Prouidere, & eum puto coniunctum iri cum Anto. [Nunquam recte facturum.) Quia uideret inclinari ad Anto. [Persuasissimum) Certissimum [Confirmetis) Vt pseueret in tuenda libertate, ut ante cępit. [Traiecerit) Transmiserit. [Præsidium) Milites qui seruant ipsas alpes. [Rhegij) Quæ urbs est non procul à Mutina. HVB.

PANSA &c.] Fuso Antonio apud Mutinam, nõ sine clade eorum, qui uicerunt, quia Hirtius, & Pansa consules in eo conflictu ceciderant, hortatur Brutum Cic. ut prospiciat ne per necẽ, consulum hostis uires augeantur, dicitq. quid ipse sit facturus, & quid sentiat de Lepido, Pollione, & Planco. Ordo est: Nõ præterit te. i. scientiã tuam non fugit, hoc est bene scis, quantum detrimenti resp. acceperit, Pansa. s. cõsule amisso, quia occiso, nũc oportet, sup. ut prospicias auctoritate, & prudentia tua ne inimici nostri sperent se posse conualescere. i. fieri ualidiores, consulibus. s. Pansa, & Hirtio sublatis. s. de medio uiuentium. Ego dabo operam, ne Ant. possit consistere. i. sedem figere in Italia, sequar. n. confestim, hoc est cum festinatione, ego spero me præstaturũ. i. effecturũ utrunq;, ne aut Ventidius elabatur, aut Ant. qui iã elapsus erat, moretur in Italia, neutrũ tñ præstitit. In primis rogo te, sup. ut mittas ad Lep. hominẽ uentosissimum. i. leuissimum & inconstantissimũ, ne possit redintegrare nobis bellum, Antonio coniuncto sibi, id autem euenit. Nam ego puto te prospicere de Asinio Pollione, qui proconsul in Hispanijs erat, quid sit facturus. Multæ, & bonæ, & firmæ legiones sũt legione Lepidi, & Asinij. Neq; scribo id tibi iccirco, q sciam te non animaduertere eadẽ, sed q persuasissimum est. i. omnino creditum mihi, Lepid. nunquam facturum recte. i. pro rep. Si id forte dubiũ est uobis de hoc s. Lepidum confirmetis (oro) Plancum, quẽ spero nõ defuturum reip. Antonio pulso, ita autem simulauit se facturum, sed nihil boni effecit. Sed si Anto. traiecerit alpes, ego constitui. i. proposui collocare in alpibus psidium. i. militum custodiã q transitũ prohibeant & facere te certiorem de omni re. Quæ ferè tota contra constitutum bonorum euenit. Nã Lepid. & Ant. etiam Cęsa. in partes suas traxerunt, & simul, trium uiratum inierunt. Ex castris Rhegijs i. quę sunt Rhegij quod oppidum est non longe è Mutina. dictum Rhegium Lepidi.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Scribit Ciceroni, se maxime illius patrociniũ expetere in defensione suæ auctoritatis deinde reip. calamitatem extenit, quidq, Ant egerit à fuga, et quomodo facile superari potuisset, si oĩa ex uoto successissent.

D. BRVTVS M. CICERONI S. C. 10

NON *mihi rẽp. plus debere arbitror, q̃ me tibi. gratiorem me esse in te posse, quam isti puersi sint in me exploratũ habes: si tamẽ hæc tẽporis uideatur dici causa, malle me tuum iudicium, quam ex altera parte omniũ istorũ. tu. n.*

à certo

à certo ſenſu, & uero iudicas de nobis: quod iſti ne faciāt ſumma maleuolentia, & liuore impediūtur. interpellent, me, quo minus honoratus ſim; dum ne interpellent, quo minus reſp. à me commode adminiſtrari poſſit. quæ quanto ſit in periculo quam potero breuiſſime exponam. Primum omnium, quātā perturbationem rerum urbanarum afferat obitus cōſulum, quantamq; cupiditatem hominibus inijciat uacuitas, non te fugit. ſatis me multa ſcripſiſſe, quæ literis commēdari poſſint, arbitror: ſcio. n. cui ſcribā. reuertor nūc ad Antoniū, q̄ ex fuga cum paruulam manū peditū haberet inermiū, ergaſtula ſoluēdo, omneq; genus hoīum arripiēdo, ſatis magnū numerū uidetur effeciſſe. huc acceſſit manus Ventidij, q̄ trans Apenninū itinere facto difficillimo, ad Vada peruenit, atq; ſe ibi cum Antonio coniunxit. eſt numerus ueteranorum, & armatorū ſatis frequens cū Ventidio. cōſilia Antonij hæc ſint, neceſſe eſt, aut ad Lepidū ut ſe conferat, ſi recipitur: aut Apēnino, Alpibusq; ſe teneat, et decurſionib. p̄ equites. quos habet multos, uaſtet ea loca, in quæ incurrerit; aut rurſus ſe in Etruriā referat, ꝙ ea pars Italiæ ſine exercitu eſt. q̄ ſi me Cæſar audiſſet, atq; Apēninū trāſiſſet: in tantas anguſtias Antoniū cōpuliſſem, ut inopia potius q̄ ferro, conficeretur. ſed neq; Cæſari imperari pōt. nec Cæſar exercitui ſuo. quod utrunque peſſimum eſt. cum hæc talia ſint: quo minus, quod ad me pertinebit, homines interpellent, ut ſupra ſcripſi, nō impedio: hæc quemadmodum explicari poſſint, aut à te cum explicabuntur, ne impediātur, timeo. alere iam milites non poſſum. cum ad remp. liberādam acceſſi, H-S mihi fuit pecuniæ cccc amplius. tantum abeſt, ut meæ rei familiaris liberū ſit quidquā, ut meos iam omnes amicos ære alieno obſtrinxerim. † ſeptenum numerum legionum alo; qua difficultate, tu arbitrare. nō. ſi Varronis theſauros haberem ſuſtinere ſumptum poſſem. cum primum de Antonio exploratum habuero, faciam te certiorem. Tu me amabis, ita, ſi hoc idem me in te facere ſenſeris. iij. non. Maij ex caſtris, Dertona.   Vale.

† alias, ſeptem

HVB. NON mihi] M. Ant. ut ſępe ſup. diximus, poſtquā ſuperatus eſt apud Mutinā, ſemper q̄ſiuit ſecū Planc. & præcipua cū Lep. coniungere Itaq; cum Romæ, ageretur de dignitate Bruti, multiq. ei aduerſarentur. Primum oſtendit Bru. ſe malle defenſorem ſuum ſolum Cic. quam oēs alios. Deinde oſtendit in quāto periculo ſit reſp. exponitq. quid fecerit Ant. poſt fugam ſuam ex Mutina, cui dicit potuiſſe obſiſti ſi Cæſ. Octauianus uoluiſſet ei parere, q̄ omnia dicit, ut à Cice. diligenter exponantur in ſenatu. Poſtremo dicit ad quā difficultatem pecunię ſit redactus. [Remp.] Debere mihi, propter aſſiduam curam meam erga eam & propter immortale beneficium, quod ei præſtiti, cū meo periculo eam ex tyrannide liberaui. [Quam me tibi ſcilicet arbitror debere [Peruerſi] iniqui, malo animo. [Dici cauſa] ſcilicet mea, i. uideatur eſſe agendum de me, uel. [Si]. i. quamuis. [Mea cauſa uideatur dici] Dum uideatur defendi, & agi. [Ab iis]. ſ. peruerſis ciuibus, qui non ſunt in me ualde grati. [Omnium iſtorum]. ſ. iudicium. [Tu enim] Non. [A certo] ſ. ex certa & uera ſententia, & ex cognitione rerum. [Quod]. ſ. iudicare ex certo ſenſu. [Maleuolentia) Odio in me. [Liuore, Inuidia. [Interpellent] Impediāt q. d. nihil quęro mea cā, ſed omnia cauſa reip. [Quā potero breuiſſime] i. quanto breuiori ſermone potero. [Obitus] Mors. [Cōſulum] Hirtij & Panſæ, qui Mutinenſi pręlio interierunt. [Vacuitas] Locus conſulum uacuus, quærebant. n. multi ſubſtitui in eorum locū, ut ſup. uidimus de Planc. & Octauio. [Quę poſſint commēdari litteris] i. poſſint ſcribi, quia reliqua potius ſunt tacenda, q̄ ſcribenda. [Cui] q. d. amiciſſimo & fideliſſimo. [Ex fuga] Poſt Mutinenſe pręlium. [Paruulam manum] Exigua multitudine. [Ergaſtula] Seruos, qui in ergaſtulis erant, poſuit autē locum pro ipſis ſeruis, [Soluēdo) Liberādo uinculis, & ſeruitute. [Huc) ad ſupra dicta. [Trans Apenninum) ſ. mōtem omnem in lōgū tendens Italiam in partes duas diuidit, à dextra inferū i. Tuſcū mare ſpectans, à ſiniſtra uero ſuperum. quod Adriaticum uocāt, in ſiculum uſque fretum progreditur. capit autem initium, ut uoluit Str. à Genua, ſicut alpes à Sabbathijs, inter Genuam uero, & Sabbatios ducēta ac ſexaginta ſtadia interſunt. [Ad Vada] Quę Sabbathia Stra. teſte nuncupantur. quidam dicuntur hodie appellari portū Vadorū apud Saonā, quæ Sabbatia dicta eſt. [Ad Lepidum) Qui tenebat Galliam Narbonēſem, ut ſæpe diximus. [Decurſionibus) Subitis & improuiſis ſuaſionibus. [Si Cæſa. audiſſet me [Si paruiſſet mihi Cęſ.] Octa. [Anguſtias] Difficultates. [Conficeretur] Conſumaretur. [Exercitui ſuo]. ſ. poteſt imperari. [Ad me) Ad honorem, & rē meā. [Hæc) Ordo eſt: [Timeo quemadmodum hæc poſſit explicari). ſ. ut debent, & ut ſunt uera [Impediantur) A peruerſis, & maleuolis uiris. [Alere) Victu ſuſtentare, paſcere. [Cum acceſſit) Dicit quantum detrimentum rerū ſuarum fecerit, quia cum incipit liberare remp. habebat ſup. quadraginta millia ſeſtertiorum, nunc autem dicit Brutus ſe nihil liberum habere in re familiari ſua, ſed etiam accepiſſe mutuo omnibus amicis ſuis pro fideiuſſione obligatis. [Tm̄ abeſt) i. tm̄ non eſt uerum. [Liberum) Sine obligatione. Vt obſtrinxerim) Obligauerim. [Aere alieno) Debitis pecunia mutuo accepta ſub eorū fideiuſſione. [Septenū numerum legionū]. i. ſeptem legiones, quæ continebant ſup. quadraginta millia militum. [Varronis) Qui illis temporibus fuerat ditiſſimus. [Exploratum) Certum, quod conſilium ſit capturus, rebus ſuis.

Ergaſtula — Sabbatia — Vada

ASC. NON mihi &c.] Dicit ſe plurimum debere Cice. à quo grauiſſimè defenſus erat. Oſtendit etiam in quāto periculo ſit reſp. & quid moliatur Antonius, cuius inceptis facile obſiſtere potuiſſet, ſi Cæſ. Octauium adiutorem habuiſſet. quod & ſenatui indicari petit, & in quanta ſit pecuniæ penuria. Ordo eſt: Non arbitror rēp. debere mihi plus q̄ me tibi, tu, habes exploratum. i. perſpectum, & cognitum, me poſſe eſſe, uidelicet ſi libere in ciuitate libera uiuere poſſem, gratiorem. i. magis memorē beneficij in te, quàm iſti peruerſi, qui. i. ob liberatam rempu. pro qua immortales mihi gratias debent, ut hoſtem patriæ perſequūtur, ſint in. i. erga me. Autem, i. ſed, ſi uideatur hoc tēpore. ſ. adhuc dubio & incerto de exitu belli dici. ſ. ſententia honeſta de me ab his. ſ. peruerſis cā ſimulationis. i. ut ſimulent ſe amicos reip. ego mehercule mallem. i. pluris ęſtimem, iudicium tuum. ſ. ſolius de me, quā ſup. iudicia omnium iſtorum. ſ. peruerſorum ex altera parte. ſ. ſi iudiciū tuū ponatur ex una parte quaſi bilancis, & iudicia omnium peruerſorū in altera parte, ego pluris faciam iudicium tui ſolius, quàm omnium iſtorū, ēt ſi cauſa ſimulationis pro me iudicent. Tu enim iudicas de nobis à ſenſu certo, & uero. i. non ficto, nec pro tēpore aſſumpto, quod iſti. ſ. peruerſi impediunť ne faciant. i. impediunť facere nō, quia illius iuſta cauſa deſit, ſed ſumma maleuolentia, & liuore. ſ. ſummo. i. terra inuidentia, quę hominē liuidū facit, hoc eſt plumbei coloris, qualis fit ex morſu non aperta cute, aut ex cōgreſſu uiolento, unde Tibullus. Tū ſuccos herbaſq; dedi, q̄s liuor abiret. Quem facit impreſſo mutua dente Venus. Et Iuuen. Vuaq. conſpecta liuorem adducit ab uua. Interpellent. i. innuo, aut concedo ut interpellent. i. diſturbent, ꝙ impediant me, quo minus. i. ut non ſim honoratus, dum me. i. non interpellent. i. impediant. i. quo minus. i. ut nō reſp. nō poſſit adminiſtrari commode à me. Quæ. ſ. reſp. in quanto ſit periculo, ego exponam. i. declarabo, q̄ i. quātū potero breuiſſime. Primum omnium non fugit te. i. ſciētiam tuā, hoc eſt bene ſcis quantam perturbationem omnium rerum urbanarum, hoc eſt urbis Romæ, quæ per excellentiam dicitur urbs. obitus. i. interitus & cædes conſulum. ſ. Panſæ & Hirtij in bello occiſorum, afferat. ſ. modo, eſt. n. præſentis coniunctiui non futuri optatiui, & quātam cupiditatem nouitas. ſ. ſtatuum, & gubernatorum inijciat. i. quam cupidi & auidi ſint homines, ut ſemper fuerunt innouādarū rerum, iniecta. ſ. ſpe per mortem cōſulum. Et ſup. aut de qua re, ego arbitror me ſcripſiſſe ſatis multa quę pn̄t cōmendari. i. tuto credi literis. Scio enim cui ſcribam, quia amatori reipu. & homini ſapientiſſimo. Reuertor nunc ad Ant. qui cū haberet paruulam manum militum inermium ex fuga. ſ. collectorū, vr̄ effeciſſe ſatis magnum numerum. ſ. militum, ſoluendo. i. aperiēdo ergaſtula. i. ſeruos ipſos, qui in ergaſtulis legati tenebātur, ad faciēdum opus dn̄is ſuis, & arripiēdo omnę genus hominū, ut ſunt latrones, ſicarij, exules, parricidæ, qui ſolū uerterūt, & ſimiles. Huc. i. ad hoc malū, aut ad hanc uim militū, acceſſit. i. addita eſt manus. i. exercitus Ventidij quæ. ſ. manus itinere difficillimo facto trās Apēninū. ſ. montē, qui Italiā dirimit à Liguſtico mari Adriaticū ferè propenſus, peruenit Vada. ſ. Sabbatia, nūc q̄dā portū Vadorū ad Saonā dici uolunt, atq; coniunxit ſe ibi cū Anto. Numerus ueteranorū. ſ. militū, cū prius paucos armatos habuiſſet, eſt ſatis frequens. ſ. in exercitu Antonij poſt aduentū Vētidij. Neceſſe eſt, ut cōſilia Anto. cū Ventidio ſint hæc aut ut. ſ. Ant. cōferat ſe ad Lep. ſi recipitur. ſ. à Lepido, aut teneat ſe Apēnino. ſ. mōte & alpibus, hoc eſt in Liguria inter Apneninū, & alpes, & uaſtet ea loca, quę incurrēt decurſionibus p̄ equites, quos

habet multos, aut referat se rursus in Hetruriã, quod ea pars Italiæ est sine exercitu, quod .i. quam rem si Cęs. .s. Octauius audisset me, atq; transisset in Apenninũ præclusurus .s. iter Ventidio, ipse cõpulisset Ant. in tantas angustias, ut conficeretur .i. cõsumeretur & periret potius inopia .s. cõmeatus q̃ ferro. Sed neque põt .s. à me, aut quoquã imperari Cæsari. nec Cæsar. sup. põt imperare suo exercitui, quod utrunq; est pessimũ. Cum hæc sint talia .i. tam periculosa, non impedio .i. non obsto, ut scripsi supra quo .i. ut homines minus .i. non interpellent .i. disturbent qđ pertinebit ad me .i. ad honorẽ meum. Ego timeo .s. non inueniri, aut timeo pro dubito, sicut dubito pro timeo interdum accipitur, quemadmodũ hæc .s. quæ impendẽt mala possint explicari .i. absolui, aut ne impendiantur cũ .i. qñ explicabuntur à te. Ego nõ possum iã alere milites, quia pecuniæ defecerũt. Cũ .i. qñ accessi ad remp. liberandã fuit mihi amplius quatuor millibus sestertium pro sestertiorum. quod si non dr̃, dicere tñ licet, quia sestertius reperit: sic ordo, sestertium fuit mihi amplius quatuor millibus. Tãtum abest sup. nunc ut quidquã rei meæ familiaris sit liberum .i. non obligatum ære alieno, ut obstrinxerim iam omnes amicos meos ære alieno .i. debito, quo se pro me obligauerunt. Ego alo numerum septenum legionum .i. legiones septem numero, in quibus sunt ultra quadraginta millia militum. Arbitrare tu .i. existima, qua difficultate, q.d. nimirũ maxima. Ego non possem sustinere sumptus .i. impendia, si haberem thesauros Varronis, hominis ditissimi. Ego faciam te certiorem, cum primum habuero sup. aliquid exploratũ de Antonio. Tu amabis me, si senseris sup. me facere hoc idem in te. Datum sup. aut scriptũ Derthonæ, alij habẽt Derthona subaudiendo ex castris 3. non. Maias.

MALLE me tuum iudicium] Referuntur hæc ad id, quod dicit exploratum habes. totum autem hunc locum ex libro Pauli Bouij, & Vincentij Riccij emendauimus. PAVL. MAN.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Narrat Ciceroni quid de Lepido, & Planco suspicabatur, & quos milites, quæque auxilia adhuc expectet.

D. BRVTVS IMP. COS. DES. M. CIC. S. 11

EODEM exemplo literæ à te mihi redditæ sunt, quo pueri mei attulerunt. Tantum me tibi debere existimo, q̃tum persoluere difficile est. Scripsi tibi, q̃ hic gererentur, in itinere est Antonius: ad Lepidum proficiscitur, ne de Planco q̃dem spem adhuc abiecit, ut ex libellis eius animaduerti, qui in me inciderunt. in quibus quos ad Asinium, quos ad Lepidum, quos ad Plancum mitteret, scribebat. ego tamẽ non habui ambiguum, & statim ad Plancum misi: & biduo ab Allobrogibus & totius Galliæ legatos expecto, quos confirmatos domum remittam. Tu, quæ istic opus erunt administrari, prospicies, ut ex tua uoluntate reique pub. commodo fiant maleuolentiæ hominum in me. si poteris, occurres: si non poteris, hoc te consolabere. quòd me de statu meo nullis contumelijs deterrere possunt. Pridie non. Maij, ex castris, finibus Statiellensium.

HVB. EODEM] Cum Ant. post cladem Mutinensem alpes uersus fugisset, scribit Bru. se dubitare de Lepi. & Pl. ne cum eo coniungatur, quia miserat Ant. ad eos nuncios occulte, sicut Brut. se cognouisse dicit quibusdam scriptis Anto. quæ ad eius manum peruenerũt, dicit tñ se expectare, & ex Allobrogibus, & ex oĩ Gallia legatos, quos sperat remissurum domũ confirmatos. Postremo orat Cic. ut eum Romæ defendat. [Quo) .i. exemplo. [Pueri) Serui. [Persoluere) Satisfacere. [Ex libellis) Codicillis, lr̃is. [Eius Antonij. [Inciderunt in me) Casu quodam uenerunt ad manus meas. [In quibus) Libellis. [Quos] .s. nũcios secretos [Asinium) Pollionem, qui præerat Hispaniæ, ut supra libro 10 [Non habui ambiguũ) Non posui in dubio, sed statim credidi. [Misi) .s. noĩe meo nuncium [Biduo) Intra duos dies [Ab Allobrogibus) Populis qui statim occurrunt superatis alpibus, de quibus li. 10. [Et totius Galliæ] .s. legatos. [Cõfirmatos) bene persuasos, ad defendẽdam libertatem Romanam ne faueant Ant. [Istic) Romę. [Administrari) Geri [Prospicies] Prouidebis. [Occurres) Resistes. [Hoc] Hac rei [Consolabere) .s. te. [Deterrere] Remouere ab officio, & defensione libertatis [Contumelijs] Iniurijs.

ASC. *EODEM &c*] Ex Alpibus scribẽs Brutus dicens se dubitare de Lepid. & Pl. ne cum Anton. coniungantur, quia miserat ad eos nuncios occulte, dicit se expectare Allobrogas, & petit à Cicer. defendi. Ordo est: Literę sunt redditę mihi à te scilicet missæ eodem exemplo, id est eadem forma scribendi, & eodem argumento, quo pueri mei, id est serui. attulerunt, id est annunciauerunt mihi uerbis, hoc est id, quod pueri mihi annunciauerant de te, pspexi in literis tuis quæ fuerunt consonæ uerbis eorũ, & ideo: Ego existimo, id est iudico, me debere tibi tantum, quantum difficile sit persoluere. Scripsi tibi quæ geruntur hic. Ant. est in itinere, proficiscitur ad Lepid. ne quidem, id est non et iam aut saltem abiecit spem de Planco, scilicet in partes suas uocãdo me, id est in manus meas, aut meorũ. In quibus, scilicet libellis scribebat, quos .s. nuncios, aut solicitatores mitteret ad Asinium .s. Pollionem in Hispaniam, quos mitteret ad Lep. quos ad Plã. Ego tamen non habui ambiguum, id est dubium. & misi statim ad Plan. & expecto biduo, id est intra biduum, legatos ab Allobrogibus populis Galliæ inter alpes, & Rhodanum, & legatos totius Galliæ, quos .s. legatos, ubi uenerint, ego mittam domum, .s. suam confirmatos .s. in fide reip. Romanæ, si prospicies, q̃ opus erunt administrari istic .i. Romæ ut fiant ex uoluntate tua, & cõmodo reip. Tu occurres .i. resistes, si poteris maleuolentię hominum in me, si non poteris, cõsolare, sup. te, hoc, in hac re ꝙ ipsi maleuoli nullis contumelijs possunt deterrere me, de statu meo.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Mirari se dicit, cur Antonium Brutus confestim non sit persecutus, cum id pleriq; illi facile fuisse dicant: hortaturq; sub finem, ut omnes calumnias, quantum fieri potest, uitet.

M. CIC. D. BRVTO IMP. COS. DES. S. D. 12

TRES uno die à te accepi epistolas; unam breuem, quã Flacco Volumnio dederas; duas pleniores, quarum alteram tabellarius T. Vibij attulit, alteram ad me misit Lupus. Ex tuis literis, & ex Græceij oratione non modo non restinctum bellum, sed etiam inflammatum uidetur. non dubito autem pro tua singulari prudentia, quin perspicias, si aliquid firmitatis nactus sit Antonius, omnia illa tua præclara in remp. merita ad nihilum esse neutra: ita enim Romam erat nunciatum, ita persuasum omnibus, cum paucis inermibus pterritis metu, fracto animo fugisse Antoniũ. qui si ita se habet, ut, quemadmodũ audiebam de Græceio, confligi cum eo sine periculo non possit: non ille mihi fugisse à Mutina uidetur, sed locum belli gerendi mutasse. itaq; homines alij † fracti sunt, nonnulli etiam queruntur, quòd psecuti non sitis. opprimi potuisse, si celeritas adhibita esset, existimant. omnino EST hoc populi, maximeq; nostri, in eo potissimum abuti libertate, per quem eam consecutus sit. sed tamen prouidendum est, ne qua iusta querela esse posit, res sic se habet. is bellum cõfecerit, qui Antoniũ oppresserit. hoc quã habeat uim, te existimare malo, quàm me apertius scribere. Vale.

† alias, facti

HVB. TRES uno die] Cum scripsisset Brutus Cic. & Græceius corã retulisset. M. Ant. ita fugisse ex prælio Mutinensi, ut aduersus eum non posset sine periculo pugnari. Cic. qui credebat eum penitus fractum, dicit nunc nõ uideri sibi eũ fugisse, sed potius mutasse locum ad bellum gerendum. Itaque dicit multos queri de Bruto, ꝙ eum statim nõ persecutus sit, antequã permitteret eum uires recipere, qñ est opinio hominũ, ꝙ si usus esset celeritate in persequendo, facile potuisset eũ opprimere, quã querelam dicit esse ex ingratitudine. Sed tamen hortatur eum, ne det alicui iustã de se querelę causam. [Pleniores) Lõgiores. [Restinctum) Sopitum, penitus amotum [Inflammatum) Incensum, ut augeatur, & bene restinctum, & inflãmatum dixit, quia ut sępius diximus, comparatur bellum incẽdio. [Nactus sit) Acceperit. [Illa) Quæ tamẽ hac fecisti. [Fracto animo) Debilitato, & sine ulla spe. [De Græcio) .i. Græceio, amabant .n. antiqui frequenter ponere de pro à [Confligi) Certari pugna. [Locum) Aptiorem sibi quàm esset Mutinæ. [Fracti) .s. ceciderũt animo. [Querũtur) De te & exercitu tuo. [Opprimi] Ant. [Populi) Cuiuslibet gn̄aliter, unde est prouerb. Beneficia, quæ in populum cõferuntur, in nullum cõferuntur [Hoc) Hic mos. [Nostri) Rõ. [Abuti libertate) Esse nimium liberum, & ingratum cõtra rationem in maledicẽdo, & malefaciendo, ei p quem libertatem consecutus sit. de multis talibus exemplis lege Val. Max. in c. de ingratis. [Sit) Proerit.

[Confe-

[Cõfecerit, quam uim habeat) Quod pondus, sic.n.supra scripsit ad Pl. id probans auctoritate Hora. qui solum Vlyssem euersorẽ Troiæ appellauit. [Apertius] Pluribus uerbis.

ASC. TRES &c.] Cũ intellexisset Cic. quas uires haberet M. Ant. dicit eum non fuisse, sed locum mutasse uideri, itaque Brutum, quod eum non sit statim persecutus, monet, caueat dare iustam querelæ causam. Ordo est: Ego accepi à te tres epistolas uno die, vnam breuem, quàm dederas. s. perferendam Flacco Volumnio. Duas pleniores, .i. plenius rẽ declarantes, quia prolixiores. Quarum. s. duarum tabellarius Titi Vibij attulit alterã, Lupus misit ad me alteram. Bellum vr̃ ex literis tuis. i. ut sonant literæ tuę, & oratione Græceij. i. secundum qđ Græceius locutus est, non mõ non restinctum, sed ẽt inflãmatũ. Non dubito aũt quin ꝑspicias pro singulari prudentia, si Ant. nactus sit. i. acquisiuerit aliquid firmitatis, omnia illa præclara merita tua in rẽp. esse uentura ad nihilum, quia nunc uidearis tm̃ peccasse, quantum prius demeruisse. Enim. i. quia, nunciatum, erat Romam ita, persuasum erat oĩbus ita. Anto. fugisse animo fracto. i. habens animum fractum, cum paucis. s. militibus inermibus, & supp. perterritis metu. Qui. s. Ant. si habet se ita, ut non possit confligi. i. conflictus fieri. hoc est pugnari cũ eo sine periculo. quemadmodum audiebam, de. i. ex uel à Græceio, ille. s. Anto. non vr̃ mihi fugisse de Mutina, sed mutasse locum gerẽdi belli. Itaq;. i. & ita homines, hoc est ciues R. alij. i. aliqui sunt fracti. s. animo. i. desperantes de uictoria. nonnulli queruntur. i. conqueruntur etiam quod non sitis persecuti eos. s. fugientes tantisper dum erant trepidi, & inermes. Ipsi sup. existimant eos potuisse opprimi. i. vi expugnari. & occidi. si celeritas. s. persequẽdi eos esset adhibita. Callide quod ipse opinatur ne Brutum lædat dicit alios opinari, ueruntamen fieri potuit, ut alij opinarẽtur. Hoc. s. quod dicet, uidelicet abuti libertate. i. nimis libere loqui, potissimum. i. præcipue in eo uidelicet in te, ꝑ quem consecutus sis eam. s. libertatem. Est omnino. s. proprium populi, & maxime nostri, i. nobis fauentis. Sed tñ. i. tametsi forte populus id inique fecerit, tamen prouidendum sit, ne qua iusta querela possit esse, Res. i. negocium hoc, habet sic se, sup. ut is cõfecerit. i. finierit bellum, qui oppresserit Antonium. Quam uim .i. efficaciam habeat hoc. s. consilium aut dictum malo te existimare. i. iudicare quàm me scribere apertius.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Excusatoria est epistola qua purgat se ab iniustis querelis, quod Antonium non sit mox persecutus. hortaturq́ Ciceronem, ut & ipse, & omnes boni bono animo sint, sed tamen soliciti in curanda republica.

D. BRVTVS IMP. COS. DES. M. CIC. S. 13

IAM non ago tibi gratias: cui.n. re uix referre possum, huic uerbis non patitur res satis fieri. Attendere te uolo, quæ in manibus sunt: qua enim prudentia es, nihil te fugiet, si meas literas diligenter legeris. Sequi cõfestim Antonium his de causis, Cicero, non potui. eram sine equitibus, sine iumentis. Hirtium periisse nesciebam. Cæsari nõ credebam prius, quàm conuenissem, & collocutus essem. hic dies hoc modo abijt. postridie mane à Pansa sum accersitus Bononiã. cum in itinere essem, nunciatum mihi est, eũ mortuum esse. recurri ad meas copiolas: sic enim uere eas appellare possum. sunt extenuatissimæ, & inopia omnium rerum pessime acceptæ. biduo me Antonius antecessit, itinere multo maiore fugiẽs, quã ego sequẽs. ille enim ijt passim: ego ordinatim: quacunque iuit, ergastula soluit, homines arripuit. constitit nusquam prius, quam ad Vada uenit: quem locum uolo tibi esse notum. iacet inter Apenninum, & Alpes, impeditissimus ad iter faciendum. cum abessem ab eo millia passuũ triginta, & se iam Ventidio coniunxisset; concio eius ad me est allata; in qua petere cœpit à militibus, ut se trans Alpes sequerentur: sibi cum M. Lepido conuenire. succlamatũ est, & frequenter à militibus Ventidianis, (nam suos ualde quã pauces habet) sibi aut in Italia ꝑeundum esse, aut uincendum. etiam orare cœperunt, ut Polletiã iter facerent: cũ sustinere eos nõ posset, in posterũ diẽ iter suũ contulit. hac re mihi nunciata, statim quinq; cohortes Pollentiã præmisi, meumq; iter eò contuli. hora ante ꝑsidiũ meũ Pollentiam uenit, q̃ Trebellius cum equitib. sanequam sum gauisus: in hoc.n. uictoriam puto consistere. in spem uenerant, ꝙ neque Planci quatuor legiones omnibus suis copijs pares arbitrabantur, neque ex Italia tam celeriter exercitum traijci posse credebant. quos ipsi adhuc satis arroganter Allobroges, equitat usque omnis eò ꝑmissus erat à nobis, sustinebãt nostroq; aduentu sustineri facilius posse confidimus. tamẽ, si quo ẽt casu Isarã se traiecerint: ne quid detrimenti reip. iniũgant, sũma à nobis dabitur opera. uos magnũ aĩum, optimãque ſpẽ de sũma reip. habere uolumus, cũ et exercitus nostros sigulari cõcordia cõiunctos, ad oĩa pro uobis uideatis paratos. sed tamẽ nihil de diligentia remittere debetis, dareq; operam, ut q̃ paratissimi ab exercitu, reliquisq; reb. ꝓ uestra salute cõtra sceleratissimam conspirationem, hostiũ confligamus: qui quidẽ eas copias, quas diu simulatione reip. cõparabant, subito ad patriæ periculum conuerterunt.

HVB. IAM non ago] Quia Cic. in præcedenti epist. familiariter monuerat Brut ut daret operam ne iustam querelę causam de se daret, quia dixerat quosdam quęstos esse, quòd non statim persecutus esset cum exercitu suo Ant. ex Mutinẽsi conflictu fugientem, sic enim potuisset facile opprimi. primum Brut. ostendit se tantum habere Cice. ut actione gratiarum non putet, satisfaciendum, cui re uix satisfieri possit, deinde excusat se quare statim nõ persecutus sit Ant. adducitque ad excusationẽ suam multas & iustas rationes, dicit ꝙ se receperit M. Ant. & quod deliberet se factum aduersus eum. hortatur autem, ut omnes bonam spem habeant de repu. & tamen, ut semper sint parati & exercitu & ceteris rebus aduersus eos, q sub. prętextu defendendæ rei magnas sibi uires comparant ut eam opprimant[Res) Honesta. [Attendere] Diligenter considerare. [In manibus) In potestate, idest q̃ fieri possunt. [Nihil te fugiet) Nihil te latebit, nihil ignorabis. [Qua, idest ea prudẽtia) qua es. [Sequi) Incipit se excusare. [Sine iumentis) Quæ differant impedimenta & sarcinas militares. dicuntur enim iumenta tantummodo ea animalia, quæ iuuãt humeris ferre onera, ut equi, muli, asini, cameli, &c. huius generis non etiam quæ trahunt, nisi fortasse improprie ponuntur, quod rarissimum est. [Non credebam) Nõ fidebam. [Hic dies) Primus quò fugit Ant. & quia occurrebat, quare non persecutus es sequẽti die, adducit etiam cãs. [A Pansa) Alterum consulem, qui grauiter uulneratus fuerat, & Bononiã statim delatus. [In itinere) Vt ad eum item [Copiolas) Paruũ exercitum. [Extenuatissimæ) Valde tenues & imminutæ. [Male ac.) Male tractatæ [Maiore itinere] Quia plura militaria faciebat ipse fugiẽs, quam ego per sequens ipsũ. [Passim) Vage, nulla seruata uia. [Ergastula) Seruos sicut supradictum est. [Ad Vada) Ad Sabatios, ut supra diximus, vbi sunt Vada dicta Sabatia apud Saonam. [Apẽninum) Quem supra diximus auct. Str. īcipere à Genua. Alpes uero à Sabbatiis, in medio sunt Sabbatia Vada [Concio) Oratio. (Eius] Anto. petere ex hortando eos, (Conuenire sibi,) idest se cõcordare & habere, ut ita dicam, intelligentiã cum Lep. [Nam suos] Parenthesis. [Habet) Anto. [Iter facerent,] idest irent. [Pollẽtiam) Hoc tẽpore etiam extat oppidũ in Liguribus loco edito habẽs à sinistra Tanarum fluuium distans circa 60 stadia ab Alba Ligustica. possidetur autem id oppidũ & comitatus titulo & dominatus iure à magnifico & generoso uiro & sapientissimo iurisconsulto Ant. Romagnano olim ducali Sabaudię scriba, secretario nũc Mediolani Ducali senatore grauissimo, cuius singularem æquitatẽ, & sapientiam omnes admirantur, laudant, amant. Errat aũt qui dicit Pollentiam esse, quæ hodie corrupto uocabulo Valẽtia uocatur in ripa Padi, cum & ambo oppida extent, & multum inter se distẽt. [Sustinere) Retinere. [Cõtulit). s. Pollẽtiam. [Eò) Aduerb. est loci. i. illuc. s. Pollentiam [Hora ante præsidium meum uenit) .i. una hora ante uenit ꝑsidium meũ. [Pollentiam, q̃ Trebellius) Dux Ant. cum equitib. suis. [Præsidiũ) i. milite mei, quos ad muniendã Pollẽtiam cõtra Ant. ꝑmiserã. [Saneq̃) .i. valde. [In hoc] Quod mei citius aduentarũt. [Pollentiã) Quã equites, Ant. quos ducebat Trebellius [Allobroges) Quos ego confirmauerã. [Satis arrogãter) Cõstanter, audacter. [Nostro aduentu] Quia pręsentia mea fient fortiores. [Isaram) Fluuiũ in finibus Allobrogũ, ut lib. 10. dictũ est. [Iniũgantur) Inferat. [De summa) De statu. [Remittere] Dimminuere. i. pp hoc non debetis esse negligẽtiores. [Cõspiratione) Coniurationem, sed qm̃ cõspiratio ẽt in bonũ dicitur, ideo dixit sceleratissimam. [Cõfligamus) Prælieniur. [Simulatione) Prætextu. [Periculum) Discrimen, quia Vẽtidius cõiunctus erat cum Ant. & de fide Lep. dubitabatur.

Iumẽta

Copiola

Polentia

Conspiratio

ASC. *IAM &c.*]Quia in præcedenti epistola Cic. familiariter mo
nuerat Brutum, ut daret operam, ne iusta habeat de eo querela,
Brutus se tantum debere Cic.fatetur,ut agendo gratias nõ putet
se satisfacturum. Purgat autem ꝙ non statim persecutus sit An
tonium,adducẽs uarias rationes, & bonam de se spem concitãs.
Ordo est:iam non ago gratias tibi, idest iam non est mihi hone-
stum,aut satis possum agere.i. uerbis dicere tibi gratias. Enim.i.
quia res non patitur satisfieri uerbis huic cui uix possum referre
.i.tantundem ferre,atq; acceperim re.s.ipsa reddenda.s.rem,aut
operam æquiualẽtem. Ego uolo te attẽdere.i. animaduertere,q̃
sunt in manibus.i.parata & proxime fient.Enim.i. quia qua pru
dentia es.i. secundum eam prudẽtiam,qua polles nihil fugiet.i.
præteribit,aut latebit te,id est rẽ omnem intelliges,si leges lite-
ras meas diligenter. O Cic. ego non potueram sequi Antonium
confestim.i. cum festinatione statim post cladem apud Mutinã
ab eo acceptam his causis.i.pp has causas,sine equitibus, & sine
iumentis.i.cum non haberem equites,ut ille,& deessent iumẽta
quæ impedimenta nostra ferrent. Vna causarum est ꝙ nesciebã
Hirtium.s.consulem perijsse. Ego non credebam Cæsari.s. Octa
uio,priusquam cõuenissem sup.eum,& locutus essem.s.cum eo.
Hic dies.i.qui tunc erat, abijt.i.transactus est hoc modo.s. cũ au
xilia &cõsilia deessent.Ego sum accersitus.i.uocatus Bononiam
.i.in eam urbem postridie.s.eius diei, hoc est die proxima sequẽ
ti,mane.i.cum prima luce à Pansa.s.consule.Cum essem in itine
re nũciatum est mihi sup. Pãsam esse mortuum.s.ex uulnere ac
cepto. Ego recurri ad copiolas .i. modicas copias meas.i. uires
exercitus mei.possum appellare eas uere sic.i.p diminutionẽ co
piolas nõ copias.Nam sup. ipsæ sunt extenuatissimæ.i. maxime
extenuatæ & imminutæ,& acceptæ.i.affectę pessimè. s.incõmo
dissime,inopia.i. pp inopiam omniũ rerum. Anto.antecessit me
biduo.i.spatio duorum dierum,fugiens.i.fugiendo, faciẽs itine
ra.i.ut dicũt diętas, multo maiora, quia fugientibus semper co-
mes est celeritas, Vñ facete Maro. Pedibus timor addidit alas.
q̃ ego sequens. Affert rationem.Enim i,quia ille.s.Anto. fugiens
ijt.i.iter fecit,passim.i.uage per quãcunque uiam reperiebat.alij
legũt sparsim.i.disperso exercitu ex fuga,ego sup.iui aut proces-
si ordinatim .i. agmine in ordine instructo. Quacunque.i.p quẽ
cunque locum,Anto.sup.iuit,soluit ergastula.i.carcerem seruo-
rum ad opus faciẽdum in ergastulis catenis uinctorum,arripuit
homines.s.prius uinctos,aut alios se sibi iũgentes.Nusquam cõ-
stitit i.mansit stans priusquam uenit ad Vada.s. Sabbatia, quem
locum uolo esse notum tibi, iacet inter Apẽninum & Alpes. eas
sup.impeditissimas ad iter faciendum.Cum.i.quãdo ego abes-
sem ab eo s.Ant. aut ab eo loco iã descripto triginta millia pas-
suum,& sup.Anto.coniunxisset se iã Ventidio concio.i. oratio
quam ad milites suos habuit, est allata ad me.s.p occultos ex-
ploratores,aut per trãsfugas,in qua.s. concione Ant. cepit.i.ce
perat petere à militibus,ut sequerẽtur se trans alpes,quia sup.di
xit conuenire.i.cõcordiã esse sibi cũ M. Lep.Succlamatum.i.sta-
tim post cõcionem clamatum est, &.i.ẽt frequenter à militibus
Ventidianis.i. quos Ventidius adduxerat. nam habet ualde quã
.i.perquam paucos suos.i. quos ipse ex fuga eduxerat p̃ter equi-
tes, aut pereundum esse sibi.s. militibus in Italia, aut uincendũ
in Italia. Etiam sup.milites cœperũt orare,ut facerẽt iter.Pollen
tiam.i. ad eam urbem Liguriæ in loco alto ad Tanarũ fluuium,
quem à sinistra habet. Cum sup. Ant. non posset sustinere eos.i.
impetum eorum,q irent quò uellent, ipse contulit iter suum in
diem posterum.i. proxime secuturũ.Hoc renunciato mihi,p̃ter
misi statim quinque cohortes Pollentiã,& contuli iter meum eo
.i.ad eam,Pręsidium meum præmissum.s.ad custodiam urbis il-
lius,uenit Pollẽtiam hora.i.spacio unius horę,antequã Trebel-
lius sup.uenit cũ equitib.s. Antonianis. Ego sum sanequam.i. p
quã gauisus.puto.n.uictoriam consistere in hoc.i.in occupatio-
ne Pollentiæ. Ipsi sup.uenerant in spem.s.uictoriæ,aut præuẽtio
nis,ꝙ neque arbitrabãtur quatuor legiones Planci pares omni-
bus copijs suis, neq, credebant exercitum posse traijci tam cele-
riter,ut subueniri possit Planco ex Italia.Quos.s.Antonianos,ip
si Allobroges populi,scilicet Galliæ & omnis equitatus qui pr-
missus erat à nobis,sustinebant adhuc satis arroganter,i.iactan-
ter.nullo modo dimissis animis,& cõfidimus sup.eos posse susti
neri facilius nostro aduentu.i. per aduentum nostrum. Tametsi
ipsi.s.hostes,traiecerint se quo.i.aliquo casu,etiam Isaram s.flu-
uium,iuxta Granopolim,summa opera dabitur à nobis,ne iniũ
gant aut potius ingerant aliquid detrimenti reip.Nos uolumus
uos.s.qui in urbe estis,habere magnum animum,& optimã spẽ
de summa,id est præcipua salute reip.cum uideatis & nos exer-
citus nostros cõiũctos singulari cõcordia paratos uobis, ad om
nia,scilicet subeunda.Sed tamen nihil debeti sremittere de dili-
gentia,& sup.debetis dare operam,ut nos confligamus quàm pa
ratissimi ab exercitu & reliquis rebus.i. in his quæ concernunt
exercitum & reliquas res pro salute nostra contra sceleratissimã
conspirationem hostium.Qui scilicet hostes,quidem.i.certe cõ-
uerterunt subito ad periculũ patriæ eas copias, quas comparãt
diu similitudine.i.per simulationem reip.s.iuuandæ.

GIBERTI LONGOLII LEMMA

Nunciat uaria Bruto:primum de suo animo, deinde de populi R au ctoritate,de pecunijs & postulatis à Bruto,de exercitu mittendo Lepi do alijsque rebus.

M. CICERO D. BRVTO IMP. S. D. 14

MIRABILITER *mi Brute lætor mea cõsilia, measque
sententias à te probari de decemuiris, de adornando
adolescente, sed quid refert? mihi crede. homini non glorioso,* † .i. in-
plane iã Brute frigeo. † ὄργανον *enim erat meum senatus:id* itrumẽ-
est iam dissolutum. tantam spem attulerat exploratæ uicto- tum
*riæ tua præclara Mutina eruptio,fuga Antonij. cõciso exerci
tu,ut omnium animi relaxati sint, meæq; illæ uehementes cõ-* † .i.um-
tentiones tanq̃ † σκιαμαχίαι *esse uideantur. sed ut ad rem* bratiles
redeam;legionẽ Martiam, & quartam negant qui illas no- pugnæ
*runt,ulla conditione ad te posse perduci. Pecuniæ,quam desi-
deras, ratio potest haberi; eaq; habebitur. De Bruto accer-
sendo,Cæsareq; ad Italiæ præsidium tenendo,ualde tibi assen
tior:sed,ut scribis, habes obtrectatores: quos equidẽ facillime
sustineo,sed impediunt tamen. Ex Africa legiones expectan
tur:sed bellum istic renatũ homines mirantur. nihil tã præ-
ter spem unquam. nam,die tuo natali uictoria nunciata, in
multa secula uidebamus rẽp.liberatam.noui timores retexũt
superiora. scripsisti autem ad me ijs, quas idib. Maij dedisti,
modo te accepisse à Planco literas,non recipi à Lepido Anto-
nium,id si ita est, omnia faciliora: sin aliter magnum nego-
ciũ:cuius exitum ne extimescam.tuæ partes sunt.ego plus,q̃
feci,facere non possum.te tamen,id quod spero, omnium ma-
ximum, & clarissimum uidere cupio. Vale.*

MIRABILITER]Scripserat Cic.ad Bru.quid sentiret de decẽ- HVB.
uiris creandis,uel dignitate cõcedẽda Cæsa. de qua in pro
cessu epistolæ dicam.cumq; rescripsisset Bru.ea probari à se quę
Cic.consuluisset,dicit Cic.se ea re plurimum gaudere,ostenditq.
in quantam spem de Bru.uenerit P.R.postquam liberatus est ob
sidione Mutinensi,& Anto.cum exercitu suo fusus,deinde peti-
uerat.Brut.ad se mitti duas legiones & pecuniam.rescribit Cice.
quid ijs de rebus fieri possit. deinde ostẽdit aliquam spem esse
certæ uictoriæ,si uerum est, ꝙ Lep.non coniũctus sit cum Ant.si
cut ipse Bru.scripserat.Postremum dicit plurimũ uirtute Bru.cõ
fidere,qua sperat se usurum eum uirum clarissimũ.[De decẽui-
ris]Vel qui creati fuerãt,ut scribit App.ad punitionem Ant.ma-
gistratus,ea autem figura quædam erat abolitionis eorum, quæ
Cæs.decreuisset. nam Anto.nulla ex se aut parua quædam,uerũ
uniuersa ex cõmentarijs Cæs.ediderat &c. uel certè quia,ut idẽ
App.scribit, cũ senatus per legatos solicitasset duas legiones, q̃
ad Cæs.ab Anto.recesserant.edocens ne in uno solo spem pone-
rẽt, sed senatũ qui potestatem immortalẽ solus haberet,potius
sequerẽtur,accederentque ad D.Bru.quo loco pecunias sibi alla
tas inuenirẽt.Iam.n.dimidium muneris ad eos attulisse,decem
uiros ad distributionem creauerũt,quos nunc possumus intelli-
gere.nã decemuiros electos ad agros diuidũdos sicut Cæs.insti-
tuerat,non conuenit,cum senatus uellet oĩa aboleri quę Cęs.fe-
cisset.[Adolescente]Cæs.Octauio.[Ornando]Vel cõsulatu,quæ
postulabat,in locum Hirtij &Pansę maxime fauore Cic.ad quẽ
solum scripserat,ut dicit App.uel Ornãdo prætura.nam eodem
Appiano auctore cum Cæs.uererentur,ne se cum Ant.coniunge
ret pretorem eum denuo in Ant. satis indecẽter creare decreue
runt.[Quid refert]Quid interest,ornetur,an nõ.[Nõ glorioso]
Nõ iactabundo.[Frigeo]Cesso,ociosus sum,h.d.ne uideatur ual
do curare honorẽ Cęs.cũ de eo maxime laboraret.[Opra] Om-
nes dicũt hic aliquid deesse,qđ quidem mihi ita uidetur.[Meũ]
Ex snĩa mea,qđ aũt senatusconsultum esse non constat,quia ni-
hil ante dixit.[Dissolutum]Irritũ,anni hilatũ,non habuit locũ.
[Explorata]Indubitata.[Eruptio] Euasio.[Pręclara] Et fortis, &
astuta

astuta.[Relaxati) Recreati, exhilarati, cum antea essent nimia solicitudine contracti.[Tanquam) Si iam ἀκαλαὶ ita habent quidā codices, idest tanquam si iam quietæ sint. nam ἀκαλὶς quietē significat. alius codex ex uetustissimo transcriptus habebat tanq̄ si annihilata esse uideantur, qui tū sensus idem erit. i. quasi nō oporteat me uehementioribus contentionibus uti, ut solebā.[Ratio) Via, modus.[Æque).s.rō habebitur.[Bruto) M. qui tunc erat in Sardinia, ut infra patebit. [Quos sustineo) Quibus obsisto. [Istic) Istud.[Vnq̄).s.fuit.[Nam) Ratio quare nihil fuerit tā præter spem, q̄ illud bellum esset renouatum, quod credebāt esse omnino extinctum intellecta uictoria ipsius Bru. eius die natali, ita ut resp. per multos annos crederetur esse liberata.[Die tuo natali) cum.n. omnium Romanorum natales dies celebrarētur, tamen eorum maxime, qui de rep. benemeriti essent. Iuue. Quare coronati Heluidius Traseasq. bibebant, Brutorū & Cassij natalib.[Retexunt) quidam exponunt manifestauerunt, sed magis placet retexunt. i. remouent & destruunt, sicuti infra in epist. Marij, An, quod adolescens præstiti, cum etiam errare cum excusatione possem, id nunc, ętate præcipitata commutem, ac me ipse retexā, ut eo loco exponimus plenius.[Is,) scilicet literis tuis. [Modo) Nuper.[Non recipi) In societatem. ut ferebatur.[Magnum negotium] Magnus labor.[Cuius) Negocij.[Tuę partes sunt).i. ad te pertinent.

Ratio

ASC. *Mirabiliter &c.*] Scripserat cōsilia sua de decemuiris creandis uel dignitate concedenda Cæs. quæ placuisse Brut. dicit se gaudere, addens quantum de eo speret, & quid de libertate publica. Ordo est: O mi Brute, egò lętor mirabiliter consilia mea & sententias meas de decemuiris, & de adolescente. s. Cæs. adornando probari. i. approbari à te Sed quid refert. i. interest s. sic se res habere an aliter? Responsio: O Brute, crede mihi homini non glorioso. i. non affectanti gloriam, sed quod uerū est simpliciter petenti, ego iam frigeo. i. in ocio sum plane. i. omnino. Enim. i. quia ὄργανον meum senatus. i. quo sonabam in senatu excitādo, erat iam dissolutum. i. non amplius tensum, quia sicut chordæ tensæ acutius sonant, solutæ lentius, ita homo curis agitatus ad concionem acrior est, securus remissior, se aut securiorem factum docet addens: Victoria tua explorata est. i. manifesta, præclara eruptio tua Mutina, ubi obsessus obsidentes in fugam uertisti. Fuga Antonij, exercitu sup. conciso, idest simul cæso, attulerat supple nobis tantam spem ut animi omnium sint relaxati, & illæ uehementes conciones meæ, uidentur esse tanquam σκιωμαχίαι. i. umbratiles Pugnæ. i. in cubiculo aut scholis excogitatæ, σκιὰ dicitur umbra, σκιαμαχέω, pugno. unde umbra. nā μάχη pugna dicitur. Sed ut redeam ad rem, pro ueniam ad rem. i. principale institutum, negant legionem Martiam & quartā perduci. s. posse ad te ulla conditione, negant inquam, qui norunt illas. Ratio. i. inuentio aut supputatio pecuniæ quam desideras, & ea habebitur. Ego assentior tibi ualde, de Bruto. s. Marco accersēdo, & de Cæs. tenendo ad pręsidium. i. custodiā Italiæ. Sed ut scribis tu habes obtrectatores, quos equidem. i. ego quidem sustineo .i. perfero. ita ꝙ me defensorem tui non uideant facillime. Sed hominis mirantur bellum renatum istic. s. cum Ant. Nihil supp. accidit, unq̄ tam præter spem. Nam uictoria nunciata. i. postq̄ erat nunciata. Die tuo natali, qui. l. celebrabantur ab omnib. tūq. bene meritis de patria, unde Iuu. Quale coronati Heluidius Traseasq. bibebant, Brutorum & Cassij natalibus. Nos uidebamus remp. liberatam, in multa secula, sed sup. timores noui retexūt .i. destruunt superiora, s. gaudia. Scripsisti autem ad me ijs. s. literis, quas dedisti ad me idib Maij, te recepisse modo. i. paulo ante literas à Planco, Ant. i. quæ dicebant Anto. non recipi a Lepido. Si. i. ita, omnia supp. erunt faciliora, sin. i. sed si aliter supp. sit, magnum negocium sup. erit. i. difficile bellum, cuius exitum. i. finē ne extimescam, sunt tuæ partes. i. ad tuū officium pertinet. Ego non possum plus facere, quam feci. Tamen cupio id, quod spero. s. uidere te maximum, & clarissimum omnium. s. mortalium.

Ex miscellaneis Angel. Pol. cap. 34. *RVSTICVM* nimis & illepidū sordidumq. adeo plane uocabulum Cic. epist. occupauit, eam quæ est ad Bru. isto principio. Mirabiliter mi Brute lætor. Sic.n. in ea legimus. Meq. ille uehementes cōtētiones tanquā scia annihilatæ esse uideantur. Quod quidā tū hactenus corrigunt, ut dicant tanquā si iā annihilatæ esse uideantur. Consulant quæso eruditi, peritiq. idoneoq uerborum ueterumq lectionum consulant suum quisque iudiciū, sensumq. at tum demum credere audeant, annihilatas contentiones scriptum fuisse à Cicerone. Nos in codicibus duob. Mediceæ familiæ, quorum supra quoque fidem allegamus, mendose id etiam. sed tamen ut erroris adhuc uestigium non sit oblitū, sic reperimus, Tanquā Sciamachalæ esse uideantur. Quare suspicamur legendum, Sciamachiæ. sunt.n. Sciamachię nihil sanè aliud, quàm umbratiles pugnæ. Sentit.n. Cicero hoc utique frigere iam se plane in senatu, non succedentibus Bruto rebus, suasq. illas uehementes contentiones, Sciamachias uideri. Vocabulū ipsum per quàm est elegās apud Græcos, & magnopere usitatū. quin Galenus quoque medicus lib. 2. ὑγιεινῶν, sic ait, μεταβαίνειν δὲ καιρὸς ἐπὶ τὰ ταχέα χωρὶς εὐτονίας καὶ βίας δρόμοι δ' εἰσὶ ταῦτα, καὶ σκιαμαχίαι. Inter celeres exercitationes, quę tamen attentæ, uiolentæq. non sunt, etiam cursus numerat, & sciamachias. Denique uel Eustathius in Odysseæ commentario Rhapsodiæ tertiæ, de uerbo sic meminit: ὅμοιος δὲ καὶ τὸ μὲν μαχούμεθα φαῦλον δηλοῖ οὐδὲν οὗ μὲν τοι καὶ τὸ σύνθετον σκιαμαχεῖν. Et M. Varro satyram unam è suis illis Menippeis Sciamachiam inscripsit. Hæc.n. apud Gellium uera ex antiquis exemplarib. lectio, non, ut quidam etiam scribunt, Criomachia. quin paulo etiam supra in epist. eadem Ciceronis uocabulum alterum, quod est, ὄργανον de greca scriptura deprauatum, migrauit in latinam. nam pro eo quod erat ὄργανον factum iam, optanum: neq; autem hoc quoque ab ullo hactenus animaduertitur. Quare sic legeris Planciam, Brute, frigeo. ὄργανον.n. erat meum senatus. ut quo pro organo Cicero, instrumentoq. utebatur.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Gratam sibi Bruti diligentiam in salutando illum per Plancū fuisse scribit. hortatur deinde, ut egregiam operam reip. nauet.

M. CICERO D. BRVTO IMP. S. D. 15

HVB. *ETsi mihi tuæ literæ iucundissimæ sunt: tamen iucundius fuit, quod in summa occupatione tua Planco collegæ mādasti, ut te mihi per literas excusaret. quod fecit ille diligenter. mihi aūt nihil amabilius officio tuo & diligentia. Coniunctio tua cum collega, concordiaq; uestra, quæ literis communibus declarata est, senatui, populoq; R. gratissima accidit. Quod superest, perge mi Brute, & iam non cum alijs, sed tecū ipse certa. Plura scribere non debeo, præsertim ad te, quo magistro breuitatis uti cogito. Literas tuas uehementer expecto, & quidem tales, quales maxime opto.*

ETSI] Cum non potuisset Brutus ad Cice. scribere, mandarat collegæ suo Planco, ut eum apud Cice. excusaret. qđ cū fecisset, scribit Cic. sibi gratissimam fuisse talem diligentiā. Deinde quoniam publice scripserant Bru. & Planc. se optime inter se conuenire, dicit Cic. senatum uehementer gaudere ea concordia. Postremo hortatur ipsum Brutum, ut pergat imitari nō aliū, quàm seipsum.[Cum collega) Planco.[Certa tecum).i. enitere uincere teipsum, & quotidie melius facere.[Magistro breuitatis).i. à quo uolo discere esse breuis, sicut tu es. unde inferius appellat eius sermonem laconismon.

ASC. *ETSI &c.*] Mandauerat Planco Brutus, ut se apud Cic. excusaret, ꝙ ad eum non scripserat, quod factum esse sibi placere dicit, sicut & concordiam Planci ac Bruti, mouens Brutum, ut se solū imitetur. Ordo est: Etsi. i. quanquam literæ tuæ sunt iucundissimæ mihi, tamen iucundius fuit, ꝙ mandasti in summa occupatione tua Planco collegæ. s. tuo, ut excusaret mihi te per literas. quod ille. s. Plancus fecit diligenter. Autē. i. sed nihil sup. est mihi amabilius officio tuo & diligentia. s. in uindicāda libertate reip. Coniunctio tua cum collega. i. cum Imperatore Planco, & concordia uestra, quæ declarata est omnib. literis. i. per literas, accidit senatui, populoq. R. gratissima. Quod superest. i. restat ò mi Brute perge. i. perfice & procede, & certa iam, non cum alijs s. quos superasti, sed tecum Ego non debeo scribere plura, præsertim ad te, quo cogito, idest propono uti magistro breuitatis. Ego expecto uehementer literas tuas, & quidem. i. certe tales. s. uictoriæ tuæ iudices, quales opto maxime.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Commendat Lamiam familiaritatis & meritorum ratione D. Bruto, ut eum iuuet per suos in prætura petitione.

M. CICERO D. BRVTO IMP. S. D. 23

PERMAGNI interest, quo tibi hæc tempore epistola reddita sit; utrum, cum solicitudinis aliquid haberes; an, cum ab omni molestia uacuus esses. itaq; ei præcepi, quem ad te misi, ut tempus obseruaret epistolæ tibi reddendæ. nā quēadmodum coram, qui ad nos intempestiue adeunt, molesti sæpe sunt. sic epistolæ offendunt, non loco redditæ. si autem, ut spe-

re,

ro, nihil te perturbat, nihil impedit; & ille, cui mandaui, satis scite, & commode tempus ad te cepit adeundi: confido me, quod uelim, à te facile impetraturum. L. Lamia præturam petit. hoc ego utor uno omnium plurimum. magna uetustas, magna consuetudo intercedit. quodq́; plurimum ualet, nihil mihi eius est familiaritate iucundius. magno præterea beneficio eius, magnoq́; merito sum obligatus. nam Clodianis temporibus, cum equestris ordinis princeps esset, proq́; mea salute acerrime propugnaret, à Gabinio Cos. relegatus est: quod ante tempus ciui Romano Romæ contigit nemini. hoc cum populus Ro. meminerit, me ipsum non meminisse turpissimum est. qua propter persuade tibi, mi Brute, me petere præturã. quanquam enim Lamia summo splendore summa gratia est, usus magnificentissimo munere ædilicio: tamen, quasi ea ita non essent, ego suscepi totum negociũ. nunc, si me tanti facis, quanti certe facis; quando equitum centurias tenes, in quibus regnas, mitte ad Lupum nostrum, ut is nobis eas centurias conficiat. Non tenebo te pluribus: ponã in extremo, quod sentio. nihil est Brute cum omnia à te expectem, quod mihi gratius facere possis. Vale.

HVB. PERMAGNI] Hęc epistola inter omnes commendaticias paucis uerbis uim maximam obtinet. Cum enim Cicero plurimum deberet L. Lamiæ, quid quod olim ei fauerat contra Clodium, fuerat à Gabinio cõsule relegatus, isque L. Lamia peteret præturam, uelletq́, Cicero beneficij se memorem ostendere, cõmendat diligentissime Bruto absenti hunc Lamiam; oratq́; Brutum, ut scribat Romam ad Lupum familiarissimum suum, ut omnes centurias, in quibus Brutus plurimum poterat, congreget ad fauendum Lamiæ, ut præturam obtineat, cum nihil sit, quod ei omnino gratius facere possit. [Permagni interest] Magni est momenti. [Obseruaret) Diligẽter consideraret. [Tempus) Quo esses lætus & vacuus ab omnibus molestijs [Loco) .i. tempore. Terẽt. Veni in ipso tempore, quod omnium rerum est maximum. Hora. in 1. epis. Augusto reddes signata volumina Iuni, Si ualidus, si lætus erit, si denique poscet. Ne studio nostri pecces. odiumq́ libellis. Sedulus importes. Nam plerunque ex importunitate nũcij, aut tabellarij odiosior fit qui scribit, & minus gratæ literæ. [Offendunt) Displicent. [Scite) Prudenter [Vetustas) Quæ magnam uim habet in amicitia. nam ut ipse in Lælio, inquit, Veterrima quæque, ut ea uina, quæ uetustatem ferunt, esse debent suauissima. [Consuetudo) Conuersatio. [Merito] Quod plus est quã beneficium, ut alibi sæpe diximus, & in sequenti epistola apparebit. [Clodianis temporibus) .i. quibus Clodius me oppugnabat, & ex vrbe etiam eiecit [Princeps) Ex primis. [Propugnaret] Contenderet me defendendo. [Relegatus] Ex patria eiectus. [Ante id tempus) Primus. n. fuit qui relegatus sit usque ad id tempus. [Me ipsum) Pro quo ei id contigit. notandum autem contigit de malo dictum, sicut alijs multis locis, & contra accidit de bono, sępe notauimus. [Me) q d. non ipsum Lamiã [Splendore] Nobilitate. nam Lamiarum familia uetustissima fuit, & nobilissima. Hora. Heli uetusto nobilis ab Lamo [Sũma gratia) Valde gratus populo. [Munere magnificentissimo) Quia in ędilitate exhibuit splẽdidissimos ludos quod conciliabat magnum fauorem populi, ut alio loco probauimus ex auctoritate Cic. in officijs, [Tenes] Habes. [In queis) In quibus. [Regnas) Habes maximam potestatẽ. [Eas centurias] i. ipsos equites ad centuriata comitia nobis congreget. [In extremo) In conclusione epistolæ.

Meritũ

Relegatus

Contingit

Accidit

Lamiarum familia.

ASC. *PERMAGNI &c.*] Hæc epist. inter oẽs commendatitias, paucis uerbis uim amplissimam continet. Commendat aũt Lamiam Bruto absenti, petens ab eo, vt Lupus pro eo centurias cõueniat ad præturam eidem impetrandam. Ordo est: Interest. i. refert permagni quo tempore hæc epistola sit reddita tibi utrum cũ hęres aliquid solicitudinis, an cũ esses uacuus ab omni molestia. Itaq; ego præcepi ei, quem misi ad te, ut obseruaret. i. custodiret tempus. i. opportunitatem epistolæ reddendæ tibi. Nam quemadmodum qui eorum. i. cum sint in præsentia, adeunt nos intempestiue. i. non suo tempore, sunt sæpe molesti, sic epistolæ offendunt redditæ non loco. s. suo. i. nõ opportune. Autem. i. sed, si nihil perturbat te, vt spero, & sup. nihil impedit, & ille cui mandaui cepe rit satis commodum tps, adeundi ad te. Ego cõfido me facile impetraturum qd confido. s. posse impetrare. Lucius Lamia petit pturam, ego utor hoc uno. s. uiro plurimum aduerb. est. i. frequentissime omnium. Magna uetustas. s. amicitiæ, & magna consuetudo. i. conuersatio intercedit. i. inter nos communis est, & quod ualet plurimum. s. ad amorem & gratiam nihil est mihi iucundius familiaritate eius. Pręterea ego sum obligatus magno beneficio, & magno merito eius. Nam Clodius temporibus. i. cũ persequeretur me Clodius, cum. s. Lamia esset princeps ordinis equestris, & propugnaret acerrime pro salute mea, relegatus est. i. in alienã puinciã legatus est à Gabinio cõsule, qđ nemini. i. non alicui, nõ cõtigit alicui ciui R. ante id tempus. Cum populus R. meminerit hoc. s. ipsum fecisse, & passum esse p me. turpissimum est me ipsum nõ meminisse. Qua pp persuade tibi ò mi Brute, me petere præturam. i. ac si peterẽ pro me. [Enim. i. qa, q̃q̃ Lamia est summo splendore, & suprema gratia. i. ad summam gratiam in populo magnificentissimo munere ędilitio. i. propter munus ędilitiũ ab eo magnificentissimo exhibitum, tamen ego suscepi. i. ad me cepi, totum negocium, quasi ea. s. iam dicta, hoc est splẽdor, gratia, & munus ædilitiũ præclare exhibitũ nõ essent ita. [Nunc si tu facis. i. æstimas me tanti quanti certe facias, quando. i. quoniã tu tenes. i. in potestate habes centurias equitum, in quib. regnas quia imperatores, mitte ad Lupum nostrum, ut is conficiat. i. fauorabiles facias centurias. Ego non tenebo te pluribus. s. precib. occupatum. Ego ponam in extrem. i. in fine epistolarum, quod sentio, ò mi Brute, cum ego expectem. i. sperem omnia a te, nihil est, quod possis facere mihi gratius.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Eiusdem est argumenti cum superiore.

M. CICERO D. BRVTO IMP. S.D. 17

LAmia uno omnium familiarissime utor. magna eius in me, non dico officia, sed merita; eaq́; sunt populo R. notissima. is, magnificentissimo munere ædilitatis perfunctus, petit præturam: omnesque intelligunt, nec dignitatem ei deesse, nec gratiam. sed is ambitus † extare uidetur, ut ego omnia pertimescam, totamque petitionem Lamiæ mihi sustinendam putem. in ea re, quantum me possis adiuuare, facile perspicio: nec uerò, quantum mea causa uelis, dubito. uelim igitur mi Brute tibi persuadeas, nihil me maiore studio à te petere, nihil te mihi gratius facere posse, quàm si omnibus tuis opibus, omni studio Lamiam in petitione iuueris, quod ut facias, uehementer te rogo. Vale.

LAmia] Eodem argumento quo & in pręced. epistola commedat Cic. Lamiam. D. B. ut eum adiuuet in obtinenda prætura, quo nihil sibi gratius fieri posse affirmat. [Perfunctus munere ædilitatis) Quia ut uidimus supra lib. 10. ad Furnium, dabatur pręture post ædilitatem. [Is ambitus) Multorum, qui petunt hãc præturam ambientes hunc & illum. [sustinendam mihi) Tuendam, meis humeris suscipiendam. [Opibus) Facultatib. auxilijs. H.VB

LAMIA &c.] Commendat eodem argumento eundem Lamiam, quem in superiori epist. D. Bruto, ut eum adiuuet in obtinẽda prætura, qa nihil sibi gratius fieri posse affirmat. Ordo est: Ego utor Lamia, scilicet Lucio, uno. i. solo familiarissime oĩum, magna sunt eius in me, non dico officia, quæ sunt quasi debita, sed merita. i. beneficia gratis impensa, & ea sunt notissima P. Ro. Is perfunctus magnificentissimo munere ędilitatis, petit præturam. Omnesque intelligunt, nec dignitatem ei deesse nec gratiã. Sed is ambitus. i. corruptio suffragiorum per munera, aut preces uidetur æxtare. i. eminere, ut ego pertimescam omnia, scilicet p amico, & putem totam petitionẽ Lamiæ sustinendam mihi. i. tãquam meam iuuandam. ego facile perspicio quantum possis iuuare me in ea re, nec uero dubito quantum uelis causa mea. Velim igitur ò mi Brute, sup. vt psuadeas tibi, me nihil petere à te maiore studio, te nihil posse facere mihi gratius, quàm si iuueris Lamiam in petitione. s. præturæ, omnibus opibus. i. facultatibus tuis, & omni studio. s. tuo. Quod ut facias, rogo uehemẽter. Valdubitet forsitant quispiam, cum de eadem prætura eiusdem anni pro eodẽ amico ab eodẽ Bruto petat, cur duab. id faciat episto. sed potuit alterã amicis Lamiæ dedisse ad Brutum, aut per suos, misisse, alteram ipsi Lamiæ dedisse perferendam, aut forte ne altera periret, duas scripsisse, non eiusdem penitus exempli, ut res magis cordi uideretur, nec ipse uerborum inops. ASC

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Reprehendit Brutum, qui se ad Senatum timere scripserat.

M. CICERO D. BRVTO IMP. S.D. 18

ETSI ex mandatis, quæ, Galbæ, Volumnioque ad senatum dedisti, quid timendum, suspicandumque putares, suspica-

suspicabamur: tamen timidiora mandata uidebantur, q̄ erat dignum tua, populiq́; Ro. uictoria. Senatus aūt, mi Brute, fortis est, & hēt fortes duces. itaq; moleste ferebat, se à te, quem oīum, quicunque fuissent, fortissimum iudicaret, timidū, atq; ignauū iudicari, etenim cū, te incluso, spem maximā oēm habuisset in tua uirtute, florente Antonio: quis erat, qui quidq̄ timeret, profligato illo, te liberato? nec uero Lepidum timebamus. quis enim esset, qui illum tam furiosum arbitraretur. ut, qui in maximo bello pacem uelle se dixisset, is in optatissima pace bellum reipu. indiceret? nec dubito, quin tu plus prouideas: sed tamen, tam recenti gratulatione, quàm tuo nomine ad omnia deorum templa fecimus, renouatio timoris magnam molestiam afferebat. quare uelim equidem, id quod spero, ut plane abiectus, & fractus sit Antonius: sin aliquid uirium forte collegerit; sentiet, nec senatui consilium, nec populo Rom. uirtutem deesse, nec reipub. te uiuo, Imperatorem. 14. Kalen. Iun. Vale.

HVB. ETSI] Per Galbam & Volumnium miserat Brut. ad senatum se timere, ne Anto. vires reciperet, præsertim cum timeret, ne Lep. fidē mutaret, & cum eo cōiungeretur. Quamobrem rescribit Ci. molestum fuisse senatui, quòd ipse Brut. nunc profligato M. Anto. se timidum ostendat, cum existimaretur fortissimus, & in eo maxima spes esset, cum obsideretur adhuc florente, & integro Anto. ex quo arguit non decere eum timere, pro cuius uictoria tantæ gratulationes factæ sint. dicit autem non deesse animū senatui, nec defuturum contra Anto. si forte uires receperit. [Timendum) De Lep. quem nunquam rectè facturum putasti. [Suspicandum) vel de eodem Lepido, uel de Octauio, quia post quam Bru. de obsidiōe Mutinēsi liberatus, missis caduceatorib. ad Cæs. per quos rogabat, ut quoniā flumē in medio esset, ad colloquiū accedere una uellet, ille consulibus è medio sublatis, Brutum uelut hostem metuens respondit, nō Brutum salutaturus huc accessi, sed Ant. oppugnaturus, cum quo conciliari non impium mihi fuerit. ob hæc igitur uerba eum suspectū habuit Decius. [Fortis) Intrepidus [Incluso) Obsesso, [Profligato) Fuso [Nec uero] Nūc. Respondet ad suspicionem de Lepido. [Furiosum] Insanum, mēte captum. [Pacem velle] Quia ut lib. 10. uisum est epist. quæ incipit: Quod mihi pro summa, uoluerat Lepidus conciliare pacem inter populum Ro. & Antonium, idem etiam ostendit epistola vlt. eiusdē libri. [Optatissima) Qua uehemēter optauit. [Ad omnia deorū tēpla) Quia ut scribit Appianus supplicationes quinquaginta dierum, anniuersarias Senatus hn̄das censuit ob res in Antonium gestas. quod nec unquam bello Celtico, nec alijs prælijs decreuere Romani, p̄terea uota publice, suscepta sunt, si Antonium Decius oppressisset. [Renouatio) Quam fecerat per mādata ad senatum missa, sed per Galbam, & Volumnium. [Velim) cupio. [Consilium] Prudētiam. [Virtutem] Animositatem. & fortitudinem. [Te uero] Donec uixeris. nam Decio omnem consuli exercitum concesserunt Romani: eumque solum Imperatorem Antonium decreuere.

ASC. *ETSI &c*] Scripserat Brutus se timere uires, quas colligebat Anto. quod displiceret senatui, vt pote q̄ profligatum, timeret: nunc scribit Cice. cum tantam de eo spem conceperit. Ordo est: Etsi. i. quanquam nos suspicamur ex mandatis, quæ dedisti Galbę, & Volumnio ad senatum. i. recitanda senatui nos suspicabamur, q̄d putares timendum, & suspicandum. i. pro suspicioso habendū, aut ut suspiciosum timendum. Tamen mandata uidebantur timidiora. i. magis timida, quam erat dignū uictoria tua, & P. R. s. habita de Anto. Autem. i. sed ò mi Brute senatus est fortis, & habet duces fortes. Itaq;. i. & ita ferebat moleste se iudicari timidum, atq; ignauum à te, quem iudicaret fortissimum omniū, quicunque fuissent. Etenim cum te incluso. s. Mutinę, omnes habuissent spem maximam in uirtute tua, florente Antonio. i. cum Antonius floreret, quis erat, qui timeret quidquam, illo. s. Antonio, p̄fligato. i. decusso, pulso, & te liberato? q. d. nullus. Nec uero timebamus Lepidum. quis enim esset, qui arbitraretur illum. s. Lepidum tam furiosum, ut q dixisset se uelle pacē in maximo bello. i. durante maximo bello, is indiceret. i. denūciaret reip. bellum, in pace optatissima? q. d. nullus, & tamen secus euenit. Nec dubito, quin tu prouideas plus, idest, quàm ut hoc p̄spicias. Sed tamen renouatio timoris, adferebat magnam molestiam supp. in gratulatione tam recenti. i. tam paulo ante habita, quam fecerimus tuo nomine ad omnia templa deorum per supplicationes, scilicet indictas 50. deorum. Quare ego uelim quidem, id quod spero, vt Anto. sit planè. i. omnino tractus, & abiectus. Sin. i. sed, si ipse collegerit forte aliquid virium, sentiet, nec consilium deesse senatui, nec uirtutem, scilicet bellicam. i. animositatem, & fortitudinem deesse P. R. nec Imperatorem deesse reip. te uiuo. i. tantisper dum tu uiues. xiij. Kal. Iun.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Petit à Cicerone, ut literas, quas ad Senatum mittit prius legat, & corrigat, si qua damnanda uidebuntur.

D. BRVTVS M. CICERONI S. D. 28

AD senatum quas literas misi, uelim prius perlegas: & si qua tibi uidebuntur, commutes, necessario me scripsisse, ipse animaduertes. nam cum putarem quartam, & Martiam legiones mecum futuras, ut Druso, Pauloq́; placuerat, uobis assentientibus, minus de reliquis rebus laborandum existimaui; nunc uero cum sim cum tironibus egentissimis, ualde & meam, & uestram uicem timeam, necesse est. † Vicentini me, & M. Brutum pręcipue obseruant. his ne quam patiare iniuriam fieri in senatu uernarum causa, à te peto, causam habent optimam, officium in rempu. summum, genus hominum, aduersariorum seditiosum, & inertissimum. xij. Kal. Iun. Vercellis. † alias, Vicentini

HVB. A *D senatum*] Cum scripsisset Decius ad senatum de opinione, quā hēt de bello cōficiēdo, & de suspicione sua, de Cęsa. & Lepido, & mitterentur ad se duæ legiones, misit prius eas literas ad Ci. rogatq. ipsum, ut cōmutet quidquid uidebitur prius quàm recitentur in senatu. [Misi) scripsi prius: q̄ recitentur in senatu. [Perlegas: diligenter legas) Cōmutes: scilicet ea, q̄ tibi nō uidebantur ad propositū tuū. [Necessario: ex necessitate) Aīaduertes: considerabis. [Ipse: tu) Nam cum. ratio quare fuit necesse, q̄ scriberet. [Mecū futuras: vt ad me mitterētur) Vt Druso, & Paulo placuerat: hi fortasse consules Romani erant. [Vobis assentientibus;) Vobis approbantibus, scilicet ut illæ duę lectiones essent. [De reliquis) Si minus habuissem reliqua, ut uellem. [Minus laborandum) minus curandū. [Egentissimis) Omni facultate militari carentib. [Vicem) Periculum, ut Vir. in 4 Nec tela, nec ullas vitauisse uices Danaum. Significat etiam incommodum, & pænam, vt Hora j. Carm. vicesq; superbæ Te maneant ipsum. [Obseruant) Habent in magno honore. [Quam) Aliquam. [Iniuriā) Iniustitiam. [Vernarum) Seruorum. [Optimam) Iustissimam. [Genus hominum) Adducit in odium eorum aduersarios, dicēs seditiosos esse: item in contemptum, cum dicit eos esse inertissimos. i. sine ulla industria, & uirtute. [Vercellis) Nomē oppidi, q̄d Str. non longe esse à Placentia ostendit lib. 5. his uerbis: Superioribus uero annis opera dabatur, cum Vercellæ auri fodinam haberent, & in ictu multorum uico, & alio huic vicino, vterque vero Placentiæ finitimus est. sunt & Vercellæ supra Nauariam circa 10. mill. pass. alia, ut puto urbs ab hac.

ASC. A *D senatum quas &c.*] Scripserat ad senatum Brutus literas de belli conficiendi opinione, de Cæsar. & Lepidi coniunctione, quas à Cicer. commutari petit. Ordo est: Ego uelim, supp. ut perlegas prius, eas literas, quas misi ad senatum supp. quam reddantur senatui, & uelim supp. vt commutes, si qua uidebuntur tibi, supp. commutanda, ipse. i. tute animaduertes. i. animaduertendo intelliges me scripsisse necessariò. Nam cum putarem quartā, & Martiam legiones futuras mecum, vt placuerat Druso, & Paulo uobis assentientibus Ego existimaui minus laborandum, idest minus anxie agendum, & curandum de reliquis rebus. Nunc uero cum sim cum tironibus. i. nouitijs in re militari egentissimis, scilicet armorum cōmeatus, & stipendii, necesse est supp. vt timeam ualde, & meam, & uestram uicem. i. sortem aut periculum, quod per uices obitur. dum enim uices alterius obimus, eius quoq; pericula obimus, vnde uices pro periculis quādoque ponimus, ut Æneid. 2. Nec tela, nec ullas Vitasse vices Danaum, &c. Vicentini. s. populi, de certis tamen ciuib. loquitur, nō de omnibus, obseruant. i. colunt, & honorāt me & M. Brutum. s. fratrem, peto à te sup. ut nequaquam patiare iniuriam fieri his in senatu causa uernarum. i. eo q̄ læserunt uernas. i. seruos, ex ancillis alterius familiæ potentis natos. Ipsi habent optimam causam, iudicio. s. Bruti, habent officium. s. suum, summum in. i. erga rempu. & habent genus hominum aduersariorum seditiosum, & inertissimum. i. minime industrium.

GIBER-

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Ostendit principio Brutus, quàm sit solicitus pro Cice. salute, deinde suadet, ut omnia ex militum uoluntate faciat. & quid ei nunc agat, exponit.

D. BRVTVS IMP. M. CICERONI. S. D. 20

QVod pro me non facio, id pro te facere meus in te amor, tuaq; officia cogunt, ut timeam. sæpe .n. mihi cum esset dictum, neque à me contemptum, nouissime Labeo Segulius, homo sui simillimus, narrauit mihi, apud Cæsarem se fuisse, multumq; sermonem de te habitum esse: ipsumq; Cæsarem nihil sane de te questum, † nisi dictum, q diceret te dixisse laudandum adolescentem, ornandum, tollendum; se non esse commissurum, ut tolli possit. hoc ego Labeonem credo illi retulisse, aut finxisse dictum, non ab adolescente prolatum. ueteranos uero pessime loqui, uolebat Labeo me credere, & tibi ab ijs instare periculum, maximeq; indignati, q in decemuiris neque Cæsar, neq; ego habiti essemus, atque omnia ad uestrum arbitrium essent collata. hæc cum audissem, & iam in itinere essem, committendum non putaui, prius ut alpes transgrederer, quàm, quod istic ageretur, scirem. nam de tuo periculo, crede mihi, iactatione uerborum, & denunciatione periculi sperare eos, te perterrefacto, adolescente impulso, posse magna consequi præmia; & totam istam cantilenam ex hoc pendere, ut quamplurimum lucrifaciant. neque tamen non te cautum esse uolo, & insidias uitantem. nihil enim tua mihi uita potest esse iucundius, neque carius. illud uide, ne, timendo, magis timere cogare: & quibus rebus potest occurri ueteranis, occurras. primum, quod desiderant de decemuiris, facias: deinde de præmijs si tibi † uidetur, agros militum eorum, qui cum Antonio ueterani fuerunt, his dandos censeas ab utrisq; nostrum; de nummis, lente, ac ratione habita pecuniæ: senatum de ea re constituturum quatuor legionibus ijs, quib. agros dandos censuistis, uideo facultatem fore ex agris Syllanis, & agro Campano, æqualiter, aut sorte agros legionibus assignari puto oportere. Hæc me tibi scribere non prudentia mea hortatur, sed amor in te, & cupiditas ocij, quod sine te cōsistere non potest. Ego, nisi ualde necesse fuerit, ex Italia non excedam. legiones armo, paro: spero me non pessimum exercitum habiturum ad omnes casus, & impetus hominum. de exercitu, quem Pansa habuit, legionem mihi Cæsar non remittit. ad has literas statim mihi rescribe: tuorumq; aliquem mitte, siquid reconditum magis erit, meq; scire opus esse putaris. Vale, 7. Kal. Iun. Eporædia.

† alias, quod

† alias, uicebit

HVB. QVod pro me] Labeo Segulius quidam homo nequam, & discordijs gaudens, finxerat Cæs. Octauianum domi suæ dixisse Cic. dixisse Cæs. laudandum, ornandum, tollendum. quod quidem uerbum cum Cæs. accepisset in aliam partem, ac dictum esset, molestissime tulit, præterea ueteranos male loqui de Cic. quia prohibuisset. Cæs. & Decium in decemuiris esse, q electi fuerant ad pecuniam distribuendam militibus. Itaq; Decius his de rebus Cic. certiorem facit, monetq. ut uitet pericula, faciatq. de Decemuiris quod ueterani uelint, deinde ut assentiatur de agris ueteranis dandis ab ipso Decio, & à Cæs. & de legionibus, quibus agri erant assignandi. Postremo dicit quid agat & quid acturus sit, petitq. ut si quid sit secretius; eum certiorem faciat. [Amor cogit] Sic Cic. Lel. seu de Am. quam multa. n. q̄ nostra causa nunquam faceremus, fecimus causa amicorum. [Neq; contemptum) Neque paruifactum, quia res erat magni pōderis hō sui simillimus, quia à prauo ingenio suo non discedit. [Apud Cæsa.] Domi Cæs. [Multumq. sermonem] Multa uerba. [Dictū] .s. à Cæs. [Ornandum) Honorandum. [Tollendum) Hoc uerbū dixerat Cic pro extollendum sed, cum sit ambiguum, acceperat Cæs. in malam partem, tollendum. i. interficiendum Sic illud de Nerone. Quis neget Aeneæ magna de stirpe Neronem? Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem. [Commissurum] Permissurum, daturum copiam, facultatem. [Non prolatum) s. credo pessime loqui. s. de te. [Instare) imminere. [Habiti) Electi. dicit. n. App. decem præterea uiros ad distributionē creauerunt, quibus nec Cęs. undecimum addidere. [Ad uestrum arbitriū) Vt uos uelletis nobis exclusis. [In itinere) Vt irem in Galliam transalpinam [Eos] ueteranos. [Iactatione uerborum) .i. iactando, & spargendo uerba, quibus te perterrere faciant. [Et denunciatione periculi) Minando tibi malum, & mortem. [Impulso) Incitato propter uerba tua in eum dicta. [Cantilenam) Sermonem, fabulam, quā de te fingunt. [Pendere ex hoc) Inde prouenire. [Tamen) Licet causa lucri hoc faciant [Cogare timere) Dando .s. causam timoris. [Occurri) Prouideri. [De decemuiris) Vt ego & Cæsar in eis simus. [De præmijs) Quæ eis promissa sunt, ut reddātur. [His nostris) Veteranis. [Ab utrisque nobis] A me & Cæs. [Lente.] s. agas. [Ac senatū constiturū) .s. dicas. [Cēsuistis) Iudicastis, decreuistis. [Facultatē) Cōmoditatem. [Ex agris Syllanis, quos olim Sylla suis militibus distribuerat. [Ex agro Capano) Quē Cęs. et uiuēs militib. suis distribuendū curauerat, ut scribit App [Æqualiter) Vt tātum detur uni, q̄ alij. [Aut sorte) Per iactum sortium, ut nemo possit queri factam sibi fraudem, aut iniustitiam, quę uel per ęqualem diuisionem, uel per sortem fieri non potest. inde Virgil. Iustam reginam describens. 1. Aenei. dixit. Operumque laborem Partibus æquabat iustis, aut sorte trahebat. [Prudentia) quia plus uideam, quàm tu. [Valde necesse] Maxima necessitas coegerit. [Non pessimum) Liptote, idest, optimum. [Reconditum) Secretum.

ASC. QVOD pro &c.] Audierat Brutus Octauium Cæs. ægre ferre, q Cic. dixisset eum tollendum, quod uerbum in malam partem acceperat, & q Cæs. ac Decium decēuiris esse prohibuisset, quocirca monet eum amice, ut pericula deuitans de decemuiris, ueteranos sequatur, & illis pręmia assignet. Ordo est: Amor meus in te, & tua officia; sup. in me, & in temp. cogunt me facere id p te, quod ego non facio pro me, uidelicet, ut timeam. Cum. n. dictum esset mihi sæpe, neque cōtemptum .i. pro nihilo habitum, sed magni æstimatum à me, Labeo Segulius homo simillimus sui. i. ut uidetur ita perfidus, narrauit mihi nouissime. i. ultimo tēpore, se fuisse apud Cæs. s. Octauium, & multum sermonem esse habitum de te Et narrauit ipsum Cæs. nihil quæstum sanè. i. omnino de te, nisi dictum. i. ob dictum, quòd diceret te dixisse, supp. Cæsarem adolescentem laudandum, ornandum, tollendum, qđ ultimum potest dupliciter intelligi, in bonam partem, ut sit ex tollendum, & augendum sicut pueri tolluntur dum educantur. vnde comicus: Quidquid peperisset, decreuerunt tollere. aut in malam, quasi de medio auferendum, sicut illud in Euāgelio. Tolle tolle crucifige eum. Potuit autem fieri, ut Cice. qui petulanti satis fuit ingenio, & se, ut in superioribus patuit, nonnūquam iactauit ob sales suos, tale quid de Cæs. per ambages dixerit, quod ille in peiorem partem acceperit, unde Cæs. indignatus respōdet se non esse commissurum. i. passurum, ut possit tolli. i. auferri de hoc mundo. Ego credo Labeonem retulisse, i. narrasse, illa .s. Cæsari, hoc. s. à te dictum esse, aut finxisse dictum esse à Cæs. nō prolatum ab adolescente. s. Cæs. Vero pro sed, Labeo uolebat me credere. i. ut crederem ueteranos. s. milites loqui pessime .s. de te, & periculum instare .i. imminere tibi ab iis, & sup. eos indignari. i. ægre ferre maxime. i. præcipue, quòd neque Cæs neque ego essemus habiti in decemuiris. i. inter decemuiros creatos ad reipu. gubernationem, donec consules crearentur, atque uolebat eos maxime indignari, quòd omnia essent collata. i. redacta ad arbitrium uestrum. s. qui decemuiri essetis. Cum ego audissem hæc, & essem iam in itinere. i. proficiscerer, non putaui committendū .i. q deberem pati, ut transgrederer prius alpes, q̄ scirē quid ageretur istic, hoc est Romæ. nam crede mihi eos. i. ueteranos sperare te perterrefacto. i. si fueris perterrefactus ex iactatione uerborum. i. iactando uerba de tuo periculo. i. quibus innuant te uersari in magno periculo. Et denunciatione, i. insinuatione periculi .s. in quo uerseris, & adolescente. s. Cęs. impulso s. per eos in uos decemuiros, sperare dico posse consequi magna præmia, & crede mihi istam totam cantilenam. i. istam fictionem indignationis Cæs. pendere, i. esse ortam ex hoc, ut lucri faciant. s. ut lucrentur quam plurimum: Petierunt. n. Agros sibi diuidi. Neque tamē uolo te non esse, imò uolo te esse cautum & uitantem insidias. Nihil. n. potest esse mihi neque iucundius, neq; carius uita tua. Vide. i. considera & caue illud, ne cogare. i. cogaris timere magis timendo, i. si percipiaris timere. Et sup ut occurras. i. obsistas, ueteranis sup. omnibus rebus, quib. potest occurri sup eis. Et supp. ut facias primum, quod desiderat de decēuiris. i. ut ego, & Cæsa. in eis simus, deinde de præmijs. i. q attinet ad præmia censeas, si uidetur tibi. s. utile, agros eorum militum, qui fuerunt ueterani cum Anto. dando his. s. ueteranis nostris Et censendo sup. agi ab nobis utrisque. i, mę & Cæs. lente. i. tarde, ac ratione. i. considera-

tione

tione pecuniæ.s. publicæ, quæ minima est habita de nummis s. dandis militibus, hoc est licet ueterani & agros & pecunias sibi decerni in præmium petant, nos duntaxat de agris agimus nobiscum, de nummis autem lente, & censeas, aut dicas senatum constituturum de ea re. Ego uideo facultatem fore ex agris Syllanis .i. quos olim Sylla suis distribuerat, & agro Campano in quatuor legionibus quibus censuistis agros dandos, aut puto sorte oportere agros assignari legionibus æqualiter. Prudētia mea, q.d. magna nō est, hortatur me tibi scribere hæc, sed amor in te & cupiditas ocij.i. cessationis à bello, quod.s. ocium non potest consistere.i. firmum & stabile esse sine te. Ego non excedam ex Italia, nisi fuerit ualde necesse. Ego armo & paro legiones, & spero me habiturum exercitum non pessimum .i. satis utilem ad omnes casus, & impetus hominum. Cæs. non remittit mihi legionem de exercitu, quem Pansa habuit, quia reuera iam tum Cæs spectare cœperat ad defectiorem. Rescriben mihi statim post has literas, & mitte mihi aliquem tuorum, si quid erit magis, & reconditum, idest occultum, & putatis opus esse me scire, idest ut ego sciam. Eporedia, locus est, ubi castra habebat.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Inficiatio dicti Segulij, & ad reliquas superioris epistolæ partes respondet.

M. CICERO D. BRVTO IMP. S. 21

DII isti Segulio malefaciant, homini nequissimo omnium, qui sunt, qui fuerunt, qui futuri sunt. quid? tu illum tecum solum, aut cum Cæsare: qui neminem prætermiserit, qui cum loqui potuerit, cui non eadem ista dixerit? te tamen, mi Brute, sic amo, ut debeo, q istud, quidquid esset, nugarum me scire uoluisti, signum enim magnum amoris dedisti. Nam quod idem Segulius ait, ueteranos queri, quod tu & Cæsar in decemuiris non essetis, utinam ne ego quidem essem: quid enim molestius? sed tamen, cum ego sensissem, de ijs, qui exercitus haberent, sententiam ferri oportere, ijdem illi q solent, reclamarunt. itaque excepti etiam estis, me uehementer repugnante, quocirca Segulium negligamus, qui res nouas quærit. non quo ueterem comederit: nullam enim habuit: sed hanc ipsam recētem nouam deuorauit. Quod autem scribis, te, quod pro te ipso non facias, id pro me facere, ut de me timeas aliquid: omni te, uir optime, mihiq; carissime Brute, de me metu libero. ego enim quæ prouideri poterunt, non fallar in ijs: quæ cautionem non habebunt, de ijs non ita ualde laboro. sim etenim impudens, si plus postulem, quam homini a rerum natura tribui potest. Quod mihi præcipis, ut caueam, ne timendo, magis timere cogar: & sapiēter, & amicissime præcipis: sed uelim tibi persuadeas, cum te constet excellere hoc genere uirtutis, ut nunquam extimescas, nunquam perturbere; me huic tuæ uirtuti proxime accedere. quamobrem neq; metuam quidquam, & cauebo omnia. sed uide, ne tua iam mi Brute culpa futura sit, si ego quidquam timeam. tuis enim opibus & cōsulatu tuo, etiā si timidi essemus, tamen omnem timorem abijceremus: præsertim cum persuasum omnibus esset, mihique maxime, nos a te unice diligi. Consilijs tuis, quæ scribis, de quatuor legionibus, deq; agris assignādis ab utrisq; uestrū; uehementer assentior. itaque cum quidam de collegis nostris agrariam curationē ligurirent, disturbaui rem, totamq. nobis integram reseruaui. si quid erit occultius, &, ut scribis, reconditum, meorum aliquem mittam, quo fidelius ad te literæ perferantur. Vale. Pridie non. Iun.

HVB. DII isti) Respondet Cic. superiori episto. Decij ostendens Segulium non solum locutum cum Cæsa. id quod scripserat Brut. epist. sua, sed etiam cum omnibus quibuscunq; locutus est, quæ tamen uana & falsa esse ostēdit, cum appellat, nugas. Deinde rñdet sigillatim ad reliqua, & præcipue, quia scripserat Dec. ut caueret ne timēdo magis timeret, dicit se imitari ipsum Dec. ī hac re, qa nunquam fuit timidus, se tamen uitaturum pericula, assentiturq; ei de legionibus & agris quod scripserat [Dij) Legitur & Dei, est autē, execratio & imprecatio [Nequissimo) .i. improbissimo, & scelestissimo. [Tecum) Subaudi locutū putas, [Istud nugarum) Istas nugas & ineptias, siue uanitates. [Ne ego essem) .s. in decemuiris, nam Cic. in eis erat. [De ijs) .i. ab ijs .i. cum iudicassem uos, qui habetis exercitus, oportere dicere sententiam uestram sicut, & reliquos decemuiros, quidam reclamarunt contra meam sententiam. [Qui solent) Notat aliquos inuidos Decij. [Excepti,) id est exclusi .s. ex decemuiris [Me repugnante) Ne exciperemini. [Res nouas) Allusit ad uocabuli æquiuocationem, nam res multa significat. inter alia negocium, & patrimonium, ergo res nouas .i. noua negocia, nouas inuentiones. [Non quo, ueteres] .s. rem .i. patrimonium & substantiam [Nullam rem) Significat maiores eius fuisse paupertimos. [Deuorauit) Indicat fuisse gulosum. [Libero metu me de) .i. nolim propter me aliqd timeas. [Cautionem) Prouisionem, ut possint caueri. [A rerum natura) .i. quæ neminem facere potest plusquam prudentem, ergo esset imprudentia mea, si uellem esse plusquam sapiens. [Constet) Notissimum sit. [Nunquam) per quod officium est fortitudinis. [Accedere proxime) Esse secundum post te. [Ligurirent) Assumerent gulose uiuendo. [Reconditum) Quod non facile propaletur, & in lucem ueniat. [Quo) i. ut.

ASC. DII &c.] Respondens superiori epistolæ Decij Cic. ostendit Segulium cum multis uana locutum, respondens deinde ad reliqua quæ scripserat Brut. ad id præcipue, quod scripserat, ut caueret ne timendo magis timeret dicens se imitari in hac re Decium qui nunquam fuit timidus, uitaturus tamē sit periculū. demum probat quod de legionibus scripserat. Ordo est: Dij male faciant isti .s. contemptibili, & pernicioso Segulio .s. Labeoni, homini nequissimo .i. minimæ uirtutis, omnium qui fuerunt, & q sunt, & qui futuri sunt. Hyperbolicos dictum, quid supp. putas ut illum supp. locutum solum .i. duntaxat tecum, aut cum Cæsare .s. Octauio, qui neminem prætermisit, qui cum, id est cum quo potuerit loqui, cui non dixerit ista eadem. Tamen, id est licet ille futilis & contemnendus sit, tamen, ô Brute ego amo te sicut debeo, quòd .i. quia tu uoluisti me scire istuc quidquid esset negatum. Dedisti enim .s. hoc faciendo magnum signum amoris. Nā idem Segulius ait ueteranos queri .i. conqueri, q tu, & Cęsar non essetis in decemuiris .i. numero decemuirorum, utinā ne quidē .s. non etiam ego essem. [Quid .n. sup. est molestius .s. quàm cum magistratum nunc gerere? q.d. nihil. Sed tamen ego sensissem oportere sententiam ferri de ijs, qui haberent exercitus. quales erant Brutus, & Cæs. illi ijdem qui solent .i. noti obmurmuratores reclamarunt. Itaque uos estis excepti .s. è decemuiratu, me etiā repugnante uehementer. Quo circa, .i. qua propter, negligamus .i. contemnamus Segulium, qui quærit res nouas .i. immutationē statuum, non q comederit rem .i. substantiam suam ueterem, data opera utitur uocabulo æquiuoco, nam res nouę dicuntur nouæ rerum administrationes, sicut rerum potiri est earum administratione, uel imperio fungi. Res autem singulariter est. aut Venus, aut, lis, aut substantia. alludit ergo ad uocabuli æquiuocationem, nullam .n. habuit .s. rem ueterem, sed deuorauit hanc ipsam .s. modicam quam habuit recentem .i. recenter à patre, per mortem eius acceptam, & ita non permisit eam fieri ueterem. Quod autem scribis .s. in principio epistolæ, te facere id pro me, quod pro te non faceres, ut de me timeas aliquid .i. quod mihi accidat: ô Brute uir optime, & carissime mihi, ego libero te omni metu de me .i. nolo quidquam metuas de me, aut pro me, & est stomachose satis dictum. Ego .n. non fallar in ijs, quæ poterunt prouideri, & ego non laboro ita .i. multum ualde, de ijs .s. decipiar in ijs, quæ non habebunt cautionem .i. quę nullo humano consilio caueri poterunt. Enim .i. quia ego sim impudens .i. inuerecundus ac petulans in petendo, si postulem plus, quam potest tribui homini à natura rerum, quę unicuiq; rei milites constituit, illa ut minus uideant homines, quā dij. quod præcipis mihi, ut caueā ne timendo cogar magis timere, tu præcipis .i. mones sapiēter & amicissime, sed uelim sup. ut persuadeas tibi, cum constet te excellere hoc genere uirtutis, ut nunquam perturbere, me accedere .i. appropinquare, ꝓxime huic uirtuti tuæ, hoc est me nō multo minus imperterritum esse, quàm te. Quamobrem, neque metuam .i. non timebo quidquam, & cauebo omnia .s. metuēda. Sed ô mi Brute, uide ne tua culpa futura sit si ego timeam quidquā. Etenim .i. quia, etiam si essemus timidi .s. a natura, tamen abijceremus omnem timorem tuis operibus .i. potentijs & consulatu tuo .s. freti, præsertim cum esset persuasum omnibus & maxime mihi, nos diligi unice à te. Ego assentior uehementer consilijs tuis, quæ scribis de quatuor legionibus, & de agris assignādis ab utrisque uestrum, .i. te & Cæsare. Itaq; cum quidam de collegis nostris .i. de decemuiris ligurirent .i. iam quasi rem dulcem fingerent & degustarent, sperantes ex ea re lucrum, aut fauorem sese capturos,

Capturos, curationem agrariam. i. agrorum distribuendorum curam, ego disturbaui rem, & reseruaui sup. eam uobis totam integram. Si quid erit occultius, &, ut scribis, reconditum, ego mittam aliquem meorum, quo, idest, ut literę perferantur ad te fidelius. Pridie &c.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Commendat Appium Bruto: & ut eum in ciuitate, ex qua inimicorum iniuria expellebatur, retineat, petit.

M. CICERO D. BRVTO IMP. S. D. 22

CVM App. Claudio C. F. summa mihi necessitudo est, multis eius officijs, & meis mutuis constituta. peto a te maiorem in modum, uel humanitatis tuæ, uel mea causa, ut eum auctoritate tua, quæ plurimum ualet conseruatum uelis. uolo te, cum fortissimus uir cognitus sis etiam clementissimum existimari. magno tibi erit ornamento, nobilissimum adolescentem beneficio tuo esse saluum. cuius quidem causa hoc melior debet esse, ꝙ pietate adductus, ꝑpter patris restitutionem † se cum Antonio coniunxit. quare et si minus ueram cām habebis, tamen uel probabilem aliquam poteris inducere. nutus tuus pōt hominē summo loco natū, summo ingenio, summa uirtute, officiosissimum præterea, & gratissimum, incolumē in ciuitate retinere quod ut facias, ita a te peto, ut maiore studio, magis ue ex animo petere non possim. Vale.

† alias, i pecum

I. HVB. CVM App.] Commendat Cic. diligentissime D. Bru. Appium quendam, quo cum maximam sibi, & iustissimam necessitudinem esse dicit. Rogat aūt Decium, ut eam cōtra aduersarios, q cum uehementer oppugnabant, & urbe eijcere studebant, tueat, & in urbe retineat, cum facillime id facere possit, quem eo beneficio dignum esse ostendit. Meis mutuis) In eum uicissim collatis. [Constituta) Confirmata [Volo) Sensus, uolo ꝙ homines ita existiment te clemētissimum, sicut existimauerunt fortissimum, quod assequeris, si hunc defendes. [Patris) . s. sui. [Minus ueram) Minus bonam & iustam, debuerat. n. quantum conijcimus, aliquid mali admisisse. [Probabilem) Proximum uero, uerisimilē, quod patrono cuiq conceditur. [Mitius potes) Alius codex satis emēdatus habebat, Nutus tuus pōt, quod magis placet, ut sit sensus solo nutu tuo potes hominem incolumen in patria retinere.

ASC. CVM App &c.] Commendat diligentissime D Bruto Appium quendam, qui cum maximam sibi dicit necessitudinē, rogat q, ut eum tueatur, contra aduersarios, qui eū eijcere ex urbe cōtēdebant dicens. Summa necessitudo. i. necessaria cōiunctio amicitiæ est mihi cum App. Claudio filio Caij s. Claudij instituta. i. inita & cōparata, multis officijs eius & meis mutuis. Peto a te maiorē in modū. i. obnixe, uel causa humanitatis tuæ, uel meæ ut velis eum cōseruatum. i. saluum esse auctoritate tua, quę ualet plurimum. Volo te, cum sis cognitus uir fortissimus, existimari. i. iudicari etiam clementissimum. Erit tibi magno ornamento adolescentē nobilissimum esse saluum. i. conseruatū beneficio tuo. Cuius. s. adolescentis causa debet quidem esse melior, hoc. i. propter hoc, quod ipse adductus pietate s. in patrem, cōiunxit se cum Anto. propter restitutionem patris. s. sui. Quare etsi. i. q̄q̄, habebis causam minus ueram. i. non satis iustā, tū poteris inducere uel. i. saltem aliquam probabilem. Nutus tuus. i. solum iudicium uolūtatis, poterit retinere incolumen in ciuitate hominē natum summo loco. i. clarissimis natalibus, & summo ingenio. i. & summa uirtute, præterea. i. præter illas dotes officiosissimum s. in conferendis beneficijs, & gratissimum in reddendis. Quod, ut facias. i. vt incolumem retineas, ego peto a te ita, ut nō possim petere maiore studio, ue pro uel, magis ex animo. i. sententia mea.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hortatur Ciceronem, ut bono sit animo, nec quidquam timeat. causas asserit, Lepidi (sed falso id sibi persuaserat) integritatem, & fortes suos exercitus.

D. BRVTVS M. CICERONI S. D. 23

NOS hic ualemus recte, &, quo melius ualeamus, operam dabimus. Lepidus † commode de nobis sentire uidetur omni timore deposito, debemus libere reip. consulere. ꝙ si omnia essent aliena, tamen trib. tantis exercitibus, proprijs reipub ualentibus, magnum animum habere debebas; quem & semper habuisti, et nunc, fortuna adiuuante, augere potes. Quæ tibi superioribus literis mea manu scripsi, terrendi tui cā homines loquuntur, si frænum momorderis; peream, si te omnes, quotquot sunt, conantem loqui ferre poterunt. Ego, tibi, ut antea scripsi, dum mihi à te literæ ueniant, in Italia morabor. Vale. viij. Kal. Iun. Eporedia

† alias, commodo de nobis

HVB. NOS hic] Hortatur Decius Cic. ut bono sit animo, & nihil de rep. timeat, dicit autem Lep. bene de se sentire, de quo antea suspicatus fuerat, ut supra sæpe uisum est, iustam aūt causam nullius timoris esse ondit, cum habeat tres exercitus ita fortes, ꝑ terea quæ supra scripserat dicit homines loq & diuulgare, ut terreant ipsum Cic. Hortatur autem, ut in eos sit fortis. [Commode) Bene [Libere) Sine cuiusquam respectu. [Si omnia essent aliena]. i. si alia omnia nobis deessent, uel essent contraria. [Tribus) mei, Cæs. & Planci. [Valentibus) Fortibus. [Augere) Habere maiorem, quàm unquam habueris. [Quę scripsi]. s. fuisse dicta à Segulio. [Si frænum momorderis). i. si eos contempseris. translatio sumpta ab equo, qui cum sessorem, uel equitem contemnit. frænum mordet. [Peream) Iurantis est. [Quotquot sunt). i. etiam si essent infiniti. [Conantem) Volentem, tentantem.

HVB. NOS &c.] Hortatur Decius Ciceronem ut bono sit animo, qđ de rep. bene speret, cū Lep. iam bene sentiat, & ipse bonas habeat copias. Ordo est: Nos uidemus hic recte, & dedimus operam quo. i. vt ualeamus melius. Lep. uidetur sentire cōmode. i. bene & utiliter de nobis. nos debemus cōsulere reip. libere, omni timore deposito. Quod si omnia essent aliena. s. à nobis, tamen tu debebis habere magnum animum, tribus tantis exercitibus proprijs reipu ualētibus. i. cū tres tales exercitus rei. p. proprij sint valentes. s. meus, Cæs. & Planci, quem. s. animū & simul. i. habuisti semper, & potes nunc augere fortuna fauente, aspirāte. Homines loquūtur causa tui terrendi. i. ut te terreant, ea quæ scripsi tibi mea manu literis superioribus. Propria autem manu secreta & recōdita scriptitabant. Scribæ suis manib. vulgatiora. Si momorderis frænum. i. pertinaci animo contra omnia terricula restiteris. tracta metaphora ab equo, qui dum equiti obtēperare non vult, frænū mordet, & dentibus tenet, peream si omnes quotquot sunt poterunt ferre te conantem loqui. Ego, ut scripsi tibi antea, morabor in Italia, dum. i. donec, literæ ueniant mihi à te. Octauo, &c.

GIBERTI LONGOLII LEMMA

Ostendit sibi persuasum superiore epistola, ut omnem timorem deposuerit.

M. CICERO D. BRVTO S. D. 24

NARRO tibi: antea subirascebar breuitati tuarum literarum: nunc mihi loquax esse uideor. te igitur imitabor. quàm multa, quàm paucis? Te recte ualere, operamq; dare, ut quotidie melius: Lepidū cōmode sentire: tribus exercitibus quiduis nos oportere confidere. si timidus essem, tamen ista epistola mihi omnem metum abstersisset. sed, ut mones, frænum momordi, etenim, qui, te incluso omnem spem habuerim in te: quid nunc putas? cupio iam uigiliā meam, Brute, tibi tradere, sed ita, ut ne desim constantiæ meæ. Quod scribis, in Italia te moraturū, dū tibi literæ meæ ueniant, si per hostem licet, non erraris, multa. n. Romæ. sin aduentu tuo bellum confici potest, nihil sit antiquius. Pecunia, expeditissima quæ erat, tibi decreta est, habes amantissimum Seruilium. nos non desumus. Vale. viij. id. Iun.

ASC. NARRO] Rńdet Cic. superiori epistolæ breuiter, ut dicit imitione ipsius Decij, dicit iam oēm timorem, si mō esset timidus, potuisse sibi penitus amoueri illa eius epist. [Narro) q. d. fateor tibi, legitur tū in alijs cod. parū tibi subirascebar. [Breuitati] ꝙ minus breuiter scriberes. [Loquax) Nimium uerbosus. [Imitabor te) Breuibus scribam, sicut soles. [Quàm multa). s. dicam, uel scribam. [Paucis) Verbis. [Te recte ualere) Ordo est, si timidus essem, tū abstersisses mihi omnem metum illa epis. s. quod uis nos recte cōfidere, te recte ualere. i. quod recte ualeas. [Lepidum sentire commode) Sentiat de te &c [Frænum momordi) Frēnum accepi dentibus. [Etenim) Ratio à minori ad maius, est autem sensus. si audebam spe tui, cum eras obsessus, quid nunc putas me facere cū obsidione liberatus? potes me multo magis defendere,

q. d.

Vigilia q.d. multo magis audeo. [Vigiliam] Custodiam reip. uigilare.n. pro diligenter seruare ponitur. Iuuen. Sed uigilat consul. [Vt nō desim constantię].i. ne uidear facere ex leuitate. [Si per hostem licet].i. si hostes te permittent morari. [Multa].s. sunt noua. [Cōfici] Finiri. [Antiquus] Charius.s. q̄ confidere bellum.

ASC. *NARRO &c*] Respōdet breuiter superiori epistolæ dicens, se imitari in breuitate epistolarum ipsum Bru.& oēm timorem, si modo timidus fuisset, potuisset, ista episto. deponere. Ordo est: Ego subirascebar.i. succensebam tibi parū antea breuitate.i. pp breuitatem literarum tuarum, & ego uideor mihi nunc esse loquax. Ego igitur imitabor te.s. breuiter rñdebo ad ea quæ breuiter scripsisti. q̄.i.ō quantū multa sup. scripsisti, quam paucis, sup. verbis. Scripsisti.n. te rectè ualere, & dare operam sup. ut ualeas quotidie melius. Lepidum sentire commodè.i. utiliter pro rep. nos oportere cōfidere. quiduis.i. quodlibet bonum tribus exercitibus.s. Bruti, Planci, & Lep. si essem timidus, tamen tu abstersisses mihi omnem metū ista episto. Sed ut monęs ego momordi frænum.i. contra impetum uires assumpsi, sicut equus recalcitrare uolens contra sessorem, ne fræno obediat, frænum mordicus tenet. Etenim quid putas supp. nunc facere, ut quam spem habere me, qui habuerim omnem spem in te incluso? Brute; ego cupio tradere iam tibi uigiliam meam.i. solicitudinem & curam pro rep. q.d non opus est, ut ipse uigilem dum tu pro rep. excubabis, sed ita supp. cupio tradere, ut non desim constantiæ meæ. Quod scribis te moraturū in Italia, dum.i. donec literæ meæ ueniant.i. afferantur tibi, non erratis, pro erraueris. si licet per hostem.i. hostis quoq; in Italia manserit. Multa.n. sup. dicuntur, & sunt Romę seditiose, aut quid simile intelligit. Si bellum potest confici.i. finiri in aduentu tuo.i. statim eum ad hostem perueneris, nihil sit antiquius.i. charius, pecunia, quæ erat expeditissima .i. paratissima est, decreta tibi, tu habes Seruilium amantissimū, .s. tui, nos non desumus sup. tibi.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Ne nihil ad Brutum literarum cum occasio esset, daret, scribit, in eo ut accendat hominem, omnem spem esse: & de M. Bruto, quem ad commune bellum uocarat, nunciat.

M. CICERO D. BRVTO. S. D. 25

EXpectanti mihi tuas quotidie literas Lupus noster subito denunciauit, ut ad te scriberē, si quid uellē. ego autem etsi, quid scriberem, non habebam, (acta enim ad te mitti sciebam: inanē autem sermonē litterarū tibi iniucundū esse audiebā) breuitatē secutus sum, te magistro. scito igitur in te, & in collega spē omnē esse. De Bruto autē nihil adhuc certi: quemadmodū præcipis, priuatis literis ad bellū cōe uocare non desino: qui utinā iā adesset: intestinum urbis malū, quod est non mediocre, minus timeremus. sed quid ago? non imitor † λακωνισμὸν tuū. altera iam pagella procedit. uince, & uale. 14. Kal. Quint.

† alies', breuitatem

HVB. EXpectanti] Hac epist hortatur Cic Brutum, ut diligentissime agat pro rep. spem.n. totam esse in eo, & in Plan. deinde dicit M. Bru. uocari ad hoc bellum Italicum, qm̄ si adesset, minus mali timeretur. [Acta) Quæ in urbe fiunt & in scripta rediguntur, q̄

Acta acta appellantur. [De Bruto).s. Marco [Priuatis) Meo noīe scripris, non autem nomine senatus. [Intestinum) ciuile. [Non est mediocre).i. maximum est, l. prope. [Sed quid ago) Videbat Cic.

Laconismos se nimium multa scripsisse, ideo repressit [λακωνισμὸν].i. breuitatem. Lacones.i. breuiloqui esse consueuerūt, unde laconismos breuiloquum dicitur [Altera) Secunda. [Iam prodit) .s. plena iā prima pagella.

ASC. *EXPECTANTI &c*] Hortatur Cic. Bru. ut diligētissime agat pro rep. cum in eo & Planco tota sit spes, dicitq. M. Bru. uocādū ad id bellū, qa si adesset, minus mali timeretur. Ordo est: Lupus ster denunciauit subito mihi expectanti quotidie literas tuas, ut scriberem ad te, si quid uellem, ego autem etsi non habebam qd scriberem, sciebam.n. acta.s. publica mitti ad te, autem.i. sed, audiebam, sermonem literarum. inanem.i. minime necessariū esse, iniucundum tibi. secutus sum breuitatem, te magistro.i. qui id re ipsa docuisti. Scito igitur omnem spem esse in te, & in collega .s. Planco. Autem i. sed, nihil sup. habeo, aut audiui adhuc certi de Bruto.s. Marco, quem ego non desino uocare ad bellum commune, quemadmodum præcipis literis.s. meis priuatis.i. mea auctoritate non pub. scriptis, qui utinam adesset, iam nam timeremus minus.s. quam nunc facimus, malum urbis intestinum.i. internum, quod est inter ciues, qui sunt sub unis mœnibus, ut intestina sub una pelle. Sed quid ago? Ego non imitor.s. ut inte-ram, λακωνισμὸν.i. formam scribendi breuitate Laconica. altera pagina scilicet tabellæ procedit.i. occupatur scriptura. uince .s. hostes, & Vale.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Iam Lepidus coniunctus erat Antonio, cum diligenter monet Brutus, ut curæ sit omnibus resp. & petit à Cice. ut senatus postulata illius impleat.

D. BRVTVS IMP. M. CICERONI S. D. 26

IN maximo meo dolore hoc solatio utor, q intelligunt homines, non sine causa me timuisse ista, quæ acciderunt. Deliberent, utrū traijciant legiones ex Africa, nec ne, & ex Sardinia, Brutum accersant, nec ne: mihi stipendium dent, an non, decernant. ad senatū literas misi. crede mihi, nisi ista oīa ita fiunt, quemadmodum scribo, magnum nos omnes adituros periculum. rogo te, uidete, quibus hominibus negocium detis, qui ad me legiones adducant. & fide opus est, & celeritate. Vale. iij. non. Iun. ex castris. HVB.

IN maximo] Cum semper habuisset Decius suspectū Lep. ne se coniungeret cum Ant. molesteq. tulissent quidam eius timorem, quem antea credebant esse intrepidum, postq̄ Lep. se coniūxit, dicit se hac re cōsolari dolorē suum, q hoīes intelligūt eum non sine cā timuisse dicit autem quæ scripserit ad senatū, & ab eo petiuerit, q̄ oīa nisi fiant, ut scripsit, oñdit tempu. in maximo periculo fore, & qm̄ duas legiones ad se mitti petiuerat, rogat vt fidelibus uiris mandet id negocium. [Quæ acciderunt) De coniunctione Lepidi, & Ant. licet possimus intelligere de mutatione Cęs. [Traijciant) Transmittant [Brutum) Marcum. [Nec ne) An non. [Quibus) Qualibus [Negocium) Curam. [Fide) Vt sint fideles, & celeriter adducant. Nec ne

IN maximo &c.] Cum Decius habuisset Lep. semper suspectū, ne Ant. se coniungeret, & ob id meticulosior haberetur postquā Lep. illi coniunctus erat, hac epist. dicit iā patere q non sine cā timuerat &c. Ordo est: Ego utor, in maximo dolore meo hoc solatio, q hoīes intelligunt me timuisse ista, quæ aciderunt .s. de perfidia Lepidi nō sine causa. Ego misi literas ad senatū, ut sup. deliberent, utrum traijciant legiones.i. transmittant in Italiam ex Africa, nec ne.i. an non, & accersant.i. uocent ad se Brutum ex Sardinia nec ne. & sup. aut dent mihi stipendium, an non decernant.s. dandum. Crede mihi ô Cic. nisi ista omnia fiunt ita, quēadmodum scribo.i. nisi legiones accersuntur & stipendium decernitur mihi, nos omnes adituros magnum periculum. Rogo te uidere.i. ut attendas, quibus hominib. detis negocium, qui adducant legiones ad me, opus est & fide, & celeritate. Tertio &c. A'SC.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Purgat se apud Marium Cicero, quod non labefactauerit eius famam, sed dignitatem potius, & auctoritatem Matij defenderit.

M. CICERO C. MATIO S. D. 27

NOndum satis constitui, molestiæ ne plus, an uoluptatis attulerit mihi Trebatius noster, homo tū plenus officij, tum utriusque nostrum amantissimus: nam cum in Tusculanū uesperi uenissem, postridie ille ad me, non dū satis firmo corpore cū esset mane uenit. quē cū obiurgarē, quod parū ualetudini parceret; tū ille nihil sibi fuisse longius q̄ ut me uideret. nunquidnā, inq̄, noui? detulit ad me querelā tuā: de qua prius, q̄ respondeo, pauca præponā. Quantū memoria repetere præterita possum, nemo est mihi te amicus antiquior. sed VETVSTAS habet aliquid cōe cū multis, amor nō habet. dilexi te, quo die cognoui, meq; à te diligi iudicaui. tuus deinde discessus, isq; diuturnus ambitio nostra, & uitæ dissimilitudo non est passa uoluntates nostras consuetudine cōglutinari. tuū tamē erga me animū agnoui multis annis ante bellū ciuile, cū Cæsar esset in Gallia, quod.n. uehementer mihi utile esse putabas, nec inutile ipsi Cæsari, perfecisti, ut ille me diligeret, coleret, haberet in suis. Multa prætereo, quæ tēporib.

illis

illis inter nos familiarissime dicta scripta, communicata sunt: grauiora enim sunt consecuta. & initio belli ciuilis cum Brundusium uersus ires ad Cæsarem, uenisti ad me in Formianū. primum hoc ipsum quanti, præsertim temporibus illis? deinde oblitum me putas consilij, sermonis, humanitatis tuæ? quibus rebus interesse memini Trebatium, nec uero oblitus sum literarum tuarum, quas ad me misisti, cum Cæsari obuiam uenissem in agro, ut arbitror, Trebulano. Secutum illud tempus est, cum me ad Pompeium proficisci siue pudor meus coegit, siue officium, siue fortuna. quod officium tuum, quod studiū uel in absentem me, uel præsentes meos defuit? quem porrò omnes mei & mihi, & sibi te amiciorem iudicauerunt? ueni Brundusium: oblitum ne me putas, qua celeritate, ut primū audieris, ad me Tarento aduolaris? quæ tua fuerit assessio, oratio, confirmatio animi mei, fracti communium miseriarū metu? tandem aliquando Romæ esse cepimus. quid defuit nostræ familiaritati? in maximis rebus, quonam modo me gererem aduersus Cæsarem, usus tuo consilio sum. in reliquis officijs cui tribuisti, excepto Cæsare, præter me, ut domum uentitares, horasq; multas sæpe suauissimo sermone consumeres? tum, cum etiā si meministi, ut hæc† φιλοσοφούμενα scriberem, tu me impulisti. Post Cæsaris reditum, quid tibi maiori curæ fuit, quàm ut essem ego illi quā familiarissimus? quod effeceras, Quorsum igitur hæc oratio longior, quam putarā? quia sum admiratus, te, qui hæc nosse deberes, quidquam à me commissum, quod esset alienum nostra amicitia, credidisse. nam præter hæc, quæ cōmemoraui, quæ testata sunt, & illustria, habeo multa occultiora, quæ uix uerbis exequi possum. omnia me tua delectant, sed maxime maxima cum fides in amicitia, consilium, grauitas, constantia, tum lepos, humanitas, literæ. quapropter redeo nunc ad querelam. Ego, te suffragium tulisse in illa lege, primum non credidi: deinde, si credidissem, nunquam id sine aliqua iusta causa existimarem te fecisse. dignitas tua facit, ut animaduertatur, quidquid facias: maleuolentia autem hominum, ut non nulla durius, quam à te facta sint, proferantur, ea si tu non audis; quid dicam, nescio; equidem, si quando audio, tam defendo, quam me scio à te contra iniquos meos solere defendi. defensio autem est duplex. alia sunt, quæ† liquido negare soleam, ut isto ipso suffragio: alia, quæ defendam à te pie fieri, & humane, ut de curatione ludorum. sed te, hominem doctissimum, non fugit, si Cæsar rex fuerit, quod mihi quidem uidetur, in utranque partem de tuo officio disputari posse, uel in eam, qua ego uti soleo, laudandam esse fidem, & humanitatem tuam, qui amicum etiam mortuum diligas; uel in eam, qua non nulli utuntur, libertatem patriæ uitæ amici anteponendam. ex his sermonibus utinam essent delatæ ad te disputationes meæ. Illa uero duo, quæ maxima sunt laudum tuarum, quis aut libentius, quàm ego, commemorat, aut sæpius? te & non suscipiendi belli ciuilis gratissimum auctorem fuisse. & moderandæ uictoriæ: in quo qui mihi non assentiretur, inueni neminē. Quare habeo gratiam Trebatio, familiari nostro, qui mihi dedit causam harum literarū: quibus nisi credideris; me omnis officij, & humanitatis expertem iudicaris, quo nec mihi grauius quidquam pot est esse, nec à et alienius. *Vale.*

† .i. in philosophia tractata

† alias, aliqñ

HVB. NOndum] Hæc epistola vr̄ præponēda superiori. nam, cū Treba. in Tusc. ad Cic. venisset, exposuit ei querelam Matij de Cic. ꝙ Cic. tulisset suffragium legi, quæ facta esset de efficiendis oībus, quæ Cæs. instituerat commentarijs suis. Itaque Cice. se excusaturus longius repetit, & initium, & causas amicitiæ, q̄ sibi cum Matio fuit, ostenditq; nō modo eum non accusasse, sed potius defendisse, & quō defenderit, exponit, & præcipue quod ei obijciebatur, ut supra uisum est, ꝙ Cæsa. mortuum diligeret, & amissum doleret. Optat autem Cic. ad eū delatos fuisse sermones, quos de eo habuerit, & præcipue de eius moderatione, & initio bellorū ciuilium, & post ipsa bella. [Cōstitui) Iudicaui [Firmo) ualido, sano. [Obiurgarē) Reprehenderem [Parceret) Rationem hr̄et. [Tum ille) .s. rn̄dit [Longius) desideratius, quod uideretur longioris morę. [Detulit) Denūciauit [Commune cum multis) quia multi possunt uetusti esse. [Nō habet) .s. aliquid commune cum multis, quia amo singulariter [Diuturnus) Longi temporis, dum esses in Gallia cum Cæs per decēnium. [Ambitio) Honorum petitio. [Dissimilitudo) quia tu peregrinatione, ego ciuitate delectatus sum, tu re militari, ego ocio, & ciuilibus officiis. Ambitio [Conglutinari) Coniungi, colligari. Gluten n. genus est collæ tenacissimę, ut ostendit Virg. li. 4 Georg. [Grauiora) Maiora. [In Gluten Formianum) Rus meum apud Formias, quod oppidū est Cāpaniæ. [Hoc ipsum) .s. ꝙ ueneris ad me. [Quanti) .s. putas me fecisse [Illis) quibus eras in magna auctoritate apud Cæs. [Consilii) Formia Quod dabas mihi [Trebulano) Trebulæ. est autem Trebula oppidum Campaniæ mediterraneum, ut scribit Ptol. non autē idē fluuius, q Trebia dicitur, ut quidam falso opinantur. [Pudor) qa Trebula pudebat me deesse ei, cui multum debebam. [Officium) Tuendæ reip. [Fortuna) Felicitas mea [Quod studium) q.d. nullum [Aduo Trebia laris) Celeiter veneris. [Tarento, quæ ciuitas est Calabrię, dicta à Tara, filio Neptuni aucta, deinde à Laconibus, qui duce Pallāto illuc aduentantes, expulsis incolis, eam tenuerunt, ut Iust. lib. Tarētū 3 [Assessio) Familiaris apud me sedendo commoratio. Assidere Assessio .n. est iuxta sedere. Hora. in Ser. Habes qui assideat, fomenta paret. [Aliquando) post longum tempus, postquam Cæs. rerum potitus est. [Quid defuit) q.d. nihil. [Aduersus) Erga. & notandum Assidere Aduersus est aduersus in bonam partem dictum esse. sic Terent. in And. Et id gratum fuisse aduersum te habeo gratiam [Cui tribuisti) .s. officium q.d. null: [Præter quàm; mihi [φιλοσοφούμενα] A philosophis tractata, a uerbo φιλοσοφέομαι καὶ φιλοσοφοῦμαι. est. n. participium passiuum. intelligit autem, ut puto officiorum libros. quos temporibus illis scripsit. [Reditum) i. in urbem ex bello ciuili [Effeceras] vt essem illi familiarissimus. [Quorsum) .s. dicta est à me. i. quam ob causam, ad quē finem [Quia) Responsio causæ [Hæc) quæ a me supra commemorata sunt [Testata) Manifestata, in significatione passiua, sicut notauimus etiam lib. 2. [Illustria] Clara. [Occultiora) Secretiora [Consilium) sapientia [Grauitas. [Constantia. Lepos) Suauitas morum, & uerborum. [Literæ] Cognitio literarum. [Qua propter) post longam digressionē Testatus reuertitur Ci. ad respōsionē querelæ Matii. [Tulisse suffragium) Lepos Dedissem uocem tuā, approbassem illam legem, qua decernebatur, ut quę Cæs. statuisset efficeretur [Non credid) Id enim est proprium uiri sapientis, non facile credere criminationibus oblatis. [Dignitas facit, ut animaduertatur) Quia oīa facta eorum, q excelso loco sunt obscura esse non pn̄t. Iuu. Omne animi uitiū tanto conspectius in se crimen habet, quanto maior, qui peccat, hr̄. [Maleuolentia) .s. facit. [Durius) Asperius in peiorem partem. quia cum aliquem odimus, quidquid facit, etiā si rectū sit, semper in deteriorē partē accipitur, sicut utilissimi labores mei, & uigiliç ab inuidis meis. [Ea] Quę de te proferūtur. [Alia) Quę dicaris fecisse. [Pie] Ex officio. [Curatione ludorum] De quo ipse Matius in pręcedenti epist. mentionem fecit. [Sed hominem) Cum Cic. proposuit duplicem opinionē de officio Matii, latenter innuit, vtrum magis sit sequendum. [Illa duo) .s. quę sequuntur. [Expertum) Immunem. s. te fuisse auctorem, suasorem [Moderandę] ne Cęs. faceret in uictos oīa, quę iure uictorię potuisset. [Qui nō assentirentur mihi) .i. qui idem non faterentur. [Habeo gratiam) obligatus sum [Causam) qui retulit mihi querelam, ex qua inductus sum, ut ad te scriberē. [Nisi credideris) Nisi, admiseris eam excusationem, quam afferunt [Expertem) immunem. [Grauius] Molestius [Alienius à te) .i. quod minus ad te pertineat.

ASC: NONDVM &c.] Hęc epis. vr̄ superiori pręponenda. nam cū Treb. in Tusculanum ad Cic. uenisset, exposuit ei querelam Matij de Cic. ꝙ tulisset suffragium legi de efficiendis omnibus, quę Cęs. instituerat commentariis suis. unde se excusaturus Cic. repetit longius causam amicitię cum Matio, docetq; se eum potius defendisse, quàm accusasse, optatque ad eū delatos fuisse sermones, quos de eo habuerit, & potissimum de moderatione eius circa bella ciuilia. Ordo est: Ego nondum constitui. i. definiui ac decreui satis, ue. i. an Trebat. noster attulerit mihi plus molestię an uoluptatis. Trebat. inquam homo tum plenus officij, tum amantissimus utriusque nostrum. i. tui & mei. Nam cum uenissem uesperi. i. hora uespertina, in Tusculanum. s. pręsidiū, & villā meā, ille uenit ad me postridie. i. die proxime secuto, cū esset mane, existens sup. corpore nondum satis firmo. i. adhuc aliquantulum infirmo pręualetudine, ęgrotauerat. n. Quem cum obiurgarem, ꝙ parceret parum ualetudini. s. infirmæ, tum ille sup. rn̄dit mihi nihil fuisse sibi lōgius. i. desideratius, (qa quæ longe ab sunt, ma-

iore

iore cruciatu desideramus,q̃ ut uideret me.inquã.i. animo tunc illi,nunquid nam noui sup p.esset,aut afferret?Et supp.ille tunc, detulit ad me.i.enarrauit mihi,querelam tuam,de qua prius q̃ respondeam.i.me purgem,præponam pauca.s.ad purgationem accommoda,& fidem factura. Quantum ego possum repetere memoria.i.recordari præterita,nemo.i.nullus est mihi amicus antiquior.i.uetustior,& carior,nam utrunque significat antiquum mihi te.i. q̃ tu. Sed uetustas habet aliquid cõe cum multis, quia multos æque diu amaui ac te,amor non habet.s.quidquã cõe cũ multis te,plus quã ceteros,amaui.Dilexi,q primus gradus amoris est,te sup.eo die,quo cognoui.s.primũ te,& iudicaui me diligi à te.Deinde discessus tuus.s.à patria & is diuturnus .i. diu durans ambitio nostra .i. æmulatio in obtinendis honoribus, quas Brigas Galli uocant,& dissimilitudo uitæ,quia ego domi,tu foris agere delectabaris,non est passa uoluntates nostras conglutinari.i.consolidari consuetudine.i.commercio , & cõione uitæ. Ego rñ cognoui animum tuũ.i.beneuolentiã tuã erga me multis annis ante bellum ciuile.s.inter Cæsarem,& Pompeium cum Cæsar esset in Gallia.Tu.n.perfecisti.s.tunc id, quod putabas esse ualde utile mihi,nec inutile ipsi Cæsari.s.ut ille diligeret,coleret,haberet in suis.i.inter sibi carissimos,me. Ego prætereo.i. pertranseo multa,quæ dicta, scripta, cõicata sunt inter nos illis tẽporibus,familiarissime.i.ut inter maxime familiares . Enim.i. q̃a,grauiora.i.maiora testimonia familiaritatis, & amicitiæ sũt consecuta ex initio belli ciuilis, cũ ires Brundusium uersus , ad Cæsarẽ,uenisti ad me in Formianũ.i.agrum & uillã primũ quãti sup.putas æstimandum,& hoc ipsum.s.deflectere se de uia, ut uisus amicũ,præsertim tẽporibus illis.s.tam dubijs & suspectis? q.d haud dubio maximi.Deinde putas,q.d.scio ꝙ nõ putas, aut non dẽs putare me oblitum cõsilij,sermonis, humanitatis tuæ? Quibus reb.memini Trebatium interesse.Videmus quod Agrecius adnotauit,memini ferè p̃senti coniungi. Nec uero oblitus sum literarũ tuarũ,quas misisti ad me,cũ uenissem obuiã Cæsa. in agro Trebulano,ut arbitror.i.si recte recordor.illud tẽpus est secutũ cum.i.quo tpe siue pudor meus , siue offm̃,siue fortuna.i. sors iniqua mihi coegit me proficisci ad Pomp. non dicit cõtra Cæsarem,quasi non tam odio Cæsaris, quã amore Põpeij in bellũ profectus sit quod officium tuũ , & sup.quod studium tuum, defuit uel in me absentem uel in meos p̃sentes?q.d.nullum.Porrò,i.sed,quẽ oẽs mei iudicauerũt amicorum.i.magis amicum & mihi,& sibi,te.i.q̃ te.q.d,nullum profecto;Ego ueni Brundusiũ, putas ne me oblitum , qua celeritate aduolaris pro aduolaueris .i.accurreris Tarento.i.Tarentum est autẽ datiuus localis , quẽ octauum casum quidã uocant: ut, It clamor cœlo,i.ĩ cœlum, ad me ut primũ audieris.s.me adesse.& quæ,id est, qualis apud me sessio tua, quæ sup.oratio.s.tua, quę confirmatio animi mei fracti metu cõium miseriarum,q.d.iucũdissima,& amicissima.Nos tandẽ cæpimus esse aliquãdo Romæ,qd defuit familiaritati nostræ in maximis rebus ? Ego usus sum consilio tuo,quonã modo gererem me aduersus Cęsa. ubi aduersus non capitur in malam partem.in reliquis officijs,cui tribuisti præter me .i. præter quã mihi,excepto Cæsare?ut uentitares.i. frequenter uenire,domum .s.eius,& consumeres sæpe multas horas sermone suauissimo,tũ .i.tunc,cum.i.quando tu impulisti me , si meministi.i.si forte tenes memoriæ,ut scriberem hęc φιλοσοφούμενα.i.philosophicos tractatus,ut libr.offic. de amicitia,de senectute,de paradoxis, de q̃õnib.Tusc.Quid fuit tibi maiori curæ post reditum Cæs.s.è pugna Pharsalica feliciter pugnata,quã ut ego essem familiarissimus illi,s.Cæs.quod effeceras?Aliter tñ ad Cassium & Brut. scribet.Quorsum igr̃.i.mea oratio longior sup.tendat,q̃res sup. respõsio. Quia sum admiratus,te,qui deberes nosse .i. cognoscere hæc.s.dicta testimonia amoris,credidisse, quidquam cõmissum esse à me quod esset alienum ab amicitia nostra. Nã ego habeo multo occultiora.i.secretiora indicia ueræ amicitię,quę uix possim exeq̃.i.exprimere verbis p̃ter hęc q̃ cõmemoraui, q̃ sunt testata.i.testib comprobata.& pro.i.illustria.i.clara & manifesta. Oĩa tua.s.dicta,& facta delectant me,sed maxime.i.p̃cipue, maxima,cum.s.ita sit ꝙ me delectant. fides in amicitia, consilium, grauitas,constantia,tum sup.uerum est apertius,ꝙ me delectẽt, lepos.i.suauitas loquendi,humanitas.i.suauitas uiuendi, & literæ.i.eminentia doctrinæ,q̃ licet maiora non sint,quàm fides cõsiliũ,grauitas,constantia,plus tñ earundẽ rerum studiosos delectare solent.Quapropter redeo nunc ad querelam.s quam dicũt te de me fecisse.Ego primum non credidi te tulisse suffragium.i. assensum,& fauorem illa lege.s.qua decretum est , ut quæ Cęsa. statuerit rata haberentur.Deinde,si credidissem,ego nunq̃ existimarem te fecisse: id sine aliqua iusta causa.Dignitas tua facit,ut animaduertatur.i.diligenter consideretur,quidquid facias . maleuolentia autem hominum facit,ut nonnulla proferantur.s.diuulgentur durius,quàm sint facta à te.Si tu non audis ea,s. q̃ proferuntur durius,quàm sint facta à te,nescio quid dicã,q. d. si auderem,dicerem te surdastrum.Equidem.i.ego quidem , si audio qñ.i.qñque sup.ea, ego tam.i.tãtopere defendo sup.ea, quam.i. quantopere,ego scio me solere defendi à te:contra iniquos.s.de me censores. Autem.i.sed,defensio est duplex , quia alia sunt , q̃ soleã aliqñ negare, ut de illo ipso suffragio.s.facto in lẽgẽ latã, sup.sunt q̃ defendã.i.defendendo afferã fieri à te pie & humane, ut de curatione ludorum.s.funebrium,in honore Cęsaris.sed nõ fugit te hoĩem doctissimum.i.tu bñ scis,cũ sis hõ doctissimus, si Cæs.fuerit rex , quod quidem vr̃ mihi posse disputari de officio tuo.s.in illum exhibito in utranq; partẽ,& bonã,& malã, uel in eã sup partem qua ego soleo uti , uidelicet fidẽ , & humanitatẽ tuã in Cæsarem esse laudandam,qui diligas amicum ẽt mortuũ, uel in eã sup.partem,qua nonnulli utuntur sup.dicentes libertatem patriæ esse anteponẽdam.i.p̃ferendã, vitæ amici.s.Cæsaris, tibi.Vtinam disputationes meæ essent delatæ ad te,ex his sermonib.Vero.i.sed,quis cõmemorat,aut libentius,aut sæpius,quàm ego,illa duo,q̃ sunt maxima.i.præcipua capita laudum tuarum, te fuisse grauissimum auctorem belli ciuilis non suscipiendi.s.i Cæs.contra Põpeium,& uictoriæ moderandæ. i. modeste habendæ?in quo.s.iudicio de te,ego neminẽ inueni,qui non assentiretur mihi.Quare ego habeo gratiã Trebatio familiari nostro, qui dedit mihi causam harum literarum.s.ad te scribendarum , quibus nisi credideris,tu iudicaris,pro iudicaueris,me expertẽ.i.sine participatione,hoc est habentẽ nihil officij,& humanitatis, quo .s.iudicio tuo nec quicquam potest esse grauius .i. molestius mihi,nec alienius à te.

QVID defuit nostræ familiaritati,in maximis rebus?quonã modo me gererem aduersus Cæs.usus tuo consilio sum] Distinguo sic;quid defuit nostræ familiaritati? in maximis reb. quonã modo me gererem aduersus Cæs.usus tuo cõsilio sum. Hæc etsi leuia vñr,quia tñ quidam afferunt ad sententiam, non contempsimus,quæ non esse adhuc animaduersa miramur. PAVL. MAN.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Excusat se Matius , ꝙ Cæsaris mortem ægre tulerit, cum tanta illius in Matium merita essent,ut non potuerit non dolere ratione officij: impiosq; ostendit eos, qui ab hoc officio eum auocent.diluitq; quædam, quæ falso illi obijciebantur,ꝙ remp non amaret,cum euidentibus argumentis id falsum esse dicat.

M. MATIO C. CICERONI S. P. D. 28

MAgnam uoluptatem ex tuis literis cepi,ꝙ, quam speraram,atq; optaram,habere te de me opinionem cognoui.de qua etsi non dubitabam,tamen quia maximi æstimabam,ut incorrupta maneret,laborabam, conscius aũt mihi eram,nihil à me commissum esse,quod boni cuiusquam offenderet animum,eo minus credebam, plurimis , atque optimis artibus ornato tibi temere quidquam persuaderi potuisse,præsertim in quem mea propensa,& perpetua fuisset,atque esset beneuolentia.quod quando,ut uolui,scio esse : respondeo criminibus,quibus tu pro me,ut par erat, tua singulari bonitate,et amicitia nostra sæpe restitisti.nota enim mihi sunt,quæ in me post Cæsaris mortem contulerint.Vitio mihi dant,quòd mortem hominis necessarij grauiter fero,atque eum, quem dilexi,perijsse indignor.aiunt enim patriam amicitiæ præponendam esse : perinde ac si iam uicerint, obitum eius reipubl.fuisse utilem . sed non agam astute. fateor me ad istum gradum sapientiæ non † peruenisse.neque enim Cæsarem in dissensione ciuili sum secutus;sed amicum,quanquam re offendebar, tamen non deserui : neque bellum unquam ciuile , aut etiam causam dissensionis probaui , quam etiam nascentem extingui,summe studui.itaq; in uictoria hominis necessarij , neque honoris,neque pecuniæ dulcedine sum captus. quibus præmijs reliqui,minus apud eum,quam ego,cum possent, immoderate sunt abusi.atque etiam res familiaris,mea,lege Cæsaris diminuta est:cuius beneficio plerique; qui Cæsaris morte lætantur,remãserũt ĩ ciuitate ciuib.uictis,ut parceretur,æq;,ac pro

† alias, uenisse

mea salute laboraui. Possum igitur, qui omnes uoluerim incolumes, eum, à quo id impetratum est; perijsse non indignari? cum præsertim ijdem homines illi & inuidiæ, et exitio fuerint. Plecteris ergo, inquiunt; quando factum nostrum improbare audes. O superbiam inauditam alios in facinore gloriari, alijs ne dolere quidem impune licere. at hæc etiam seruis semper libera fuerunt, timerent, gauderent, dolerēt suo potius, quam alterius arbitrio. quæ nunc, ut quidem isti, dictitant, libertatis auctores metu nobis extorquere conantur. sed nihil agūt. nullius unquam periculi terroribus ab officio, aut ab humanitate desciscam. NVNQVAM *enim honestam mortem fugiendam, sæpe et appetendam putaui. sed quid mihi succensent si id opto, ut pæniteat eos sui facti? cupio enim Cæs. mortem omnibus esse acerbā. at debeo pro ciuili parte remp. uelle saluā. id quidem me cupere, nisi & ante acta uita, & reliqua mea spes, tacente me, probat: dicēdo uincere non postulo. quare maiorem in modum te rogo, ut rem potiorem oratione ducas; mihiq́; si sentis expedire recte fieri, credas nullam communionē cum improbis esse posse. an, quod adolescens præstiti, cum etiā errare cum excusatione possem, id nunc, ætate præcipitata, cōmutem, ac me ipse retexam? non faciam, neque, quod displiceat, committam, præterquam quod hominis mihi coniunctissimi, ac uiri amplissimi doleo grauem casum. quòd aliter essem animatus; nunquam quod facerem, negarem; ne & in peccando improbus, & in dissimulando timidus ac uanus existimarer. At ludos, quos Cæsaris uictoriæ Cæsar adolescēs fecit, curaui. At id ad priuatum officium, non ad statum reip. pertinebat. quod tamen munus & hominis amicissimi memoriæ, ac honoribus præstare etiam mortui debui, & optimæ spei adolescenti, ac dignissimo Cæsari petenti negare non potui. Veni etiam consulis Antonij sæpe domum salutandi causa; ad quem, qui me parum patriæ amantem esse existimant, rogandi quidem aliquid, aut auferendi causa frequentes † uenitasse reperies.* († alias, uētitare) *Sed quæ hæc est arrogantia, quod Cæsar nunquam interpellauit, quin, quibus uellem, atque etiam quos ipse non diligebat, tamen ijs uterer; eos, qui mihi amicum eripuerunt, carpendo me, efficere conari, ne, quos uelim, diligam? sed non uereor. ne aut mea uita modestia parum ualitura sit in posterū cōntra falsos rumores; aut etiam ijs, qui me non amant propter meam in Cæsarem constantiam, non malint mei, quam sui similes amicos habere. mihi quidē si optata cōtingent: quod reliquum est uitæ, in ocio Rhodi degam. sin casus aliquis interpellarit: ita ero Romæ, ut recte fieri semper cupiam. Trebatio nostro magnas gratias ago, quòd tuum erga me animum simplicem, atque amicum aperuit; & quòd eum, quem semper dilexi lubenter, quo magis iure colere, atque obseruare deberem, fecit. Bene uale, & me dilige.*

ASC. M*Agnam*) Matius ciuis R. cum apud Cęsa. multos annos in summa gratia fuisset, plurimumq; apud eum ualuisset, & in Gallia, & postea Romæ, nō immemor acceptorum beneficiorum, neque ingratus mutuo amore Cæs. semper prosecutus est, cumque eo interfecto uehementer angeretur, & de eius cęde cōquereretur, percussores indignabātur, objciebātq; Mario quod fleret mortem Cæsa. quia doleret remp. liberatam tyrannide, & ob id ei minabantur. Itaque hac epistola ostendit se semper fuisse amatorem concordię potius, quàm belli ciuilis, neque se sęcutū Cæs. quod gauderet remp. opprimi, sed ne amicitiæ officio deesset, liceret autem nunc flere eum mortuum, à quo antea tot ciuium salutem impetrauerit, in quo accusat superbiam eorum, qui eum ab officio humanitatis deterrere ponantur, à quo affirmat nullis terroribus, aut minis se unquam deterritū iri. deinde excusat ēt se, quod accusabatur curasse ludos, qui facti fuerant in honorē Cæs. Postremo dicit se esse uicturum in exilio, quod reliquum est uitæ suæ. Sin autē id non licuerit, se ita futurum Romæ, ut semper bene cupiat reip. [Incorrupta) Inuiolata, talis, qualis fuerat antea [Offenderet] Læderet. [Tibi plurimis atque optimis artibus ornato] Tibi doctissimo uiro, qui propter multarum rerum peritiam, & doctrinam, non facile omnia credis. [Temere) Sine causa [Propensa) Magna, inclinata [Atq; esset) Etiam hoc tempore. [Criminibus]. s. quæ mihi objciuntur. [Vt par erat) ut decebat amicū facere [Restitisti] Refellendo respondisti. [Nota) Ex relatione amicorum, & potissimum Trebatij [Contulerunt me] Im putauerunt mihi. s. maleuoli & aduersarij mei. [Vitio dant) Culpant tanquam malefactum. [Perinde) ac si, tanquam [Vicerint) Perindo i. rationibus ipsi obtinuerint, & probauerint. [Non agam astute] Non simulabo. [Istum gradum sapienti) Eorum qui præponant patriam amicitiæ. [Non sum secutus Cæs.]. s. tanquam Cæsarem, & oppugnatorem patriæ. [Sed amicum) Sed ut amicum, cui non debueram deesse etiam in summis periculis. [Re) Oppugnatione patriæ. [Causam) ut propter negatum triumphum deberet cōuerti in patriam suam. [Nascētem). s. causa dissensionis. [Extingui) Delere, omnino tolli. [Studui) diligenter curaui. [Itaque) Infert ex ijs, quæ dixit se fecisse, quod amicum, non hominem sit secutus, quia non fecerit id propter honorem, & præmie, sicut alij, q. cū minus possent apud Cęs. quàm ipse; præmijs tamen immoderate abusi sunt & honore. [Sunt abusi] qui omnino uoluerunt habere. [Cuius) Cæs. [Beneficio) Clemētia & libertate. [Atque, ac, pro mea salute). i. tantum quantum pro salute mea propria. [Possum igitur?] q. d. non possum, interrogatiue legendum est [Fuerit) i. ipsi Cæs. [Plecteris) Punieris. [Factum nostrum) Cæs. cædem. [Alios] Interfectores Cæs. [In facinore) In homicidio. [Alijs) vt mihi. [Hæc quæ se). s. timerent, gauderent &c. [Quę) Gaudere, dolere. [Extorquere) Eripere. [Periculi) Etiam si mortem minentur. [Appetendam) vltra quærendam. [Sui facti) interfecisse Cæsarem. [Acerbam) grauē, molestam. [At debeo] Obiectio quę posset fieri. [Id quidem) Responsio obiectionis, est aūt sensus: Non quęro probare uerbis me cupere rempub. esse saluam, nisi uitá mea ante acta, & reliquas spes mea satis id probāt, etiam me nihil dicente. [Rem) Voluntatem, intentionem meam. [Expedire] utile esse. [Recte fieri) Bene uiuere. [Communionem) Commercium, coniunctionem. [An sensus est] an debeo nunc commutare ętate jam matura, quod feci in adolescentia, dum potuissem excusari, si errassem, quasi dicat nō. [Quod pręstiti] Quod effeci, ut rectè uiuerem. [Ipse me retexam) idest, faciam contra naturam. Nam retexere contrarium est suo simplici, ut de multis uerbis diximus, sicut reuelo, & retego contraria sunt suis simplicibus. est autem tractum à telis, quę destruuntur, cum retexuntur, vel retexam. i. iterum texam & renouem, & ut ita dixerim, faciā me nouum hominem. (Retexere Reuelo Retego.) [Grauem casum) Crudelem cædem. [Si essem aliter animatus] idest, si haberem alium animum. [Nunquam negarem, quod facerem,) id est aperte confiterer id, quod facerem. [Ne & in peccando,) id est ne putarer esse audax in male faciēdo. [Et timidus in dissimulando,) id est non audendo fateri, quod facerem. [Vanus) Mendax. [At ludos) Alia obiectio. [Fecit) in honorem Cæsa. patris, in quibus in meridie dicitur apparuisse stella, qua Cæsa. anima credita est in cœlum translata. de ea Virg. Ecce Dionei processit Cæsaris astrum. [At id) Dissoluit obiectioné. Est autem sensus, quod curauerim ludos factos in honorem Cæsa. nihil pertinet ad statum reipub. quia nihil contra eum feci curando illos ludos, sed pertinet tantummodo ad priuatum officiū meum. [Quod tamen) Dicit se duplici de causa debuisse præstare id officium propter ipsum Iuliū Cæs. cuius memoriæ & honori debebat, & propter Cæs. Octauium hoc petentē, cui negare nō potuit. [Repetenti) Sæpius petenti [Salutandi] Visendi pro officio meo. [Rogandi) Interrogandi. [Aut auferendi) Aut eripiendi aliquid. [Sed quæ) dicit hos esse multo arrogantiores, quàm fuerit Cæsar, quem regem fuisse queruntur, quod Cæs. nunquam prohibuit, quo minus amaret Matius, quos uellet, cum isti, q. eripuerunt sibi amicum Cæsa. uelint efficere, ne eos diligat quos velit [Carpendo) Repræhendendo me. [Modestia) Moderatio. [Similes mei con.] Qui nulla re possint deterreri ab officio amicitię, qualem me esse uident [Quàm similes sui) Qui putauit amico mortuo nullā eius memoriam seruandam esse. [Rhodi) De qua dictum est lib. 4 in epis. ad Marcellum. [Degam) Viuam. [Interpellarit) Impedierit. [Simplicem) Sincerum, uerum, cōtra duplex, pro fallaci, ponitur. Hor. Aut cursus duplicis per mare Vlyxei, licet quidam aliter exponant.

ASC. *MAGNAM &c.*] Matius ciuis R. cū apud Cæs. multos annos in summa gratia fuisset, & mutua beneuolentia eundem semper prosecutus, & eo interfecto uehementer conturbatus, & questus fuisset, percussores Cæsa. obiiciebant id illi, quod fleret necem Cæsa. & reip. liberationem iniquo animo ferret. quo circa hac epistola ostendit, se semper fuisse amatorem concordiæ, neque secutum Cæs. ut remp. opprimat, sed ut officio satisfaciat, purgās quod

ludos

ludos in honorem Cęs.faciendos curauerit, demum dicit se aut in exilio, aut Romæ, si detur, uicturum amatorem reip. Ordo est: Ego cepi magnam uoluptatem ex literis tuis, quod cognoui te hre de me, sup. eam opinionem, quam sperarā, atq; optatam. De qua.s.opinione, etsi non dubitabā. Tamen quia maximi æstimabā, laborabam, ut maneret incorrupta.i. integra. Autem.i.sed, ego eram conscius mihi, nihil esse cōmissum à me, quod offenderet.i.lęderet, & ad irā prouocaret animum cuiusq; boni. Ego .i.tanto, aut propterea credebā minus quidquam potuisse persuaderi temere.i.inconsiderate, & sine certa ratione tibi ornato plurimis, atq; optimis artib. præsertim in quem mea beneuolentia, fuisset.s. prius, atque esset.s.adhuc propensa.i. prona, & inclinata & perpetua.i.intermissa. quod quando.i.quoniā scio esse, ut uolui, respondebo, criminibus.i. criminationibus, quibus tu restitisti sæpe pro me ut par.i.æquum erat pro tua singulari bonitate, & amicitia nostra. Enim.i, quia, ea quæ.s.obtrectatores, contulerint in me, idest, obiecerint mihi post mortē Cęs.sunt nota.i. manifesta. Ipsi sup.dant mihi uitio.i. dicunt mihi uitiosum esse, ꝙ fero grauiter, i. moleste: mortē hoīs necessarij. s. Cæs.atq; sup. ꝙ indignor.i.indignāter patior, eū, quē dilexi.s.Cæs.perijsse. Ipsi.n.aiunt Patriā esse præponendā amicitiæ.i.plus diligēdā, quā amicum. Proinde.i.perinde ac si uicerint.i. probauerint contra aliter sentientes necessarijs argumentis obitū eius.s. Cæsaris fuisse utilē reip. Sed non agā astute, quia non ficte nec dissimulāter. Fateor me non peruenisse ad istum gradū sapientiæ.s.ut cognoscā Cæsaris mortem fuisse utilē reip. Neque, n. secutus sum Cæs. in dissensione ciuili.i.eo animo, at feruore discordiam ciuilem, sed qq̄ offendebar re.i.ipsa discordia, tamen non deserui amicū, neq; probaui.i. non approbaui, neq. laudaui unquam bellum ciuile, aut causam dissensionis.q̄.s dissensionem, aut causam eius ego studui summe extingui.i.ut extingueretur, etiā nascentem .i.in primis exordijs. Itaque neque sum captus dulcedine honoris, neque pecuniæ, in uictoria hominis necessarij.s.Cæsaris. quibus præmijs.s.honoris, & pecuniæ reliqui.s. Cęsa.assecIæ, cum possent minus apud Cæs. quam ego, tñ sup. abusi sunt immoderate. atq; ēt.i.insuper res mea familiaris est diminuta lege Cęsaris.i.per Cæsarem lata. Cuius beneficio pleriq; qui lætātur morte.i.de morte Cæsaris, remanserunt in urbe. Ego laboraui æque, ac pro mea salute, ut parceretur ciuib. uictis. Possum igitur ego, qui uoluerim oēs incolumes, sup. esse, non ind gnari eum à quo id impetratum.i.obtentum est perijsse, q. d. merito non possum non indignari, sed cogor indignari, pręsertim cum ijdem homines fuerint illi.s. Cæsari, & inuidię, & excidio.i. causa inuidię, & excidij. Inquiunt ergo, tu plecteris.i.punieris. quandoquidē audes improbare factum nostrum. O superbiam.i. insolētiam inauditam, alios gloriari.i. gloriātes se iactare in facinore.i. facto scelerato, & non licere alijs ne quidem .i. non saltem dolere impune.i.sine punitione aut pœna. At.i.sed, hæc .s. sequentia fuerunt semper seruis libera.i.impune permissa, aut.s.timerent, gauderent, dolerent potius arbitrio suo, quā alterius. Quæ nūc, ut qui dē isti.s.maleuoli dictitant.i. frequenter dicunt, auctores libertatis conantur extorquere.i.eripere nobis metu.i. per metum. Sed nihil agunt.i.in uanum laborant. Ego nullius.i.non ullius, non desistā unq̄ ab officio, aut humanitate, terroribus.i. pp terrores, ullius periculi. Ego.i.nunq̄ putaui mortem honestam fugiendā supple esse, & putaui etiam sæpe appetendam pro expetendam sup. esse. Sed quid succensent, id est, occulte irascuntur mihi, si ego opto id, ut pœniteat eos facti sui? Cupio.n mortem Cæs. esse omnibus acerbam. At.i.sed debeo uelle temp.saluam sup. esse, pro parte ciuili, i.eo q̄ sum pars ciuitatis, & ita particeps reipu. Quidem.i.certe, ego non postulo uincere.i.necessario [probare dicendo.i.argumentando, me cupere id.s. temp. esse saluā, nisi, & uita mea acta.s.transacta, & spes mea reliqua.i.quæ est de reliqua parte uitę, probat id, me tacente.i.quāuis tacerem. Quare ò Cic. ego rogo te maiorē in modū.i. magnopere, ut ducas .i. æstimes rem, idest, effectum, potiorem oratione.i. uerbis meis, & credas si sentis expedire i.utile esse fieri recte nullam concionem posse esse mihi cum improbis. An ego cōmunem nunc ętate pręcipitata.i.ad extremum accelerāte, id quod præstiti, exhibui, & effeci, adolescens.i.cum essem adhuc adolescens, cum posse errare etiam cum excusatione, quia facilius ignoscitur adolescētiæ peccanti, q̄ uirili ętati. ac retexam.i. dissoluam, destruam, me ipsum.i. pristinos mores meos. Non faciam; neque committam, quod displiceat, pręterq; ꝙ doleo casum grauem hominis coniunctissimi mihi, ac uiri amplissimi. Quod si ego essem animatus aliter, ego nunquam negarem, quod facerem, & ne.i. non existimarer.i.iudicarer improbus in peccando, & timidus, ac uanus .i. mendax, futilis in dissimulando .i. simulando me nō facere ꝙ facerem. At.i.sed, sup. dicunt aduersarij: ego curaui.s.ut fierēt dicentes, ludos, quos Cæs.adolescens .s. Octauius fecit uictoriæ.i. propter uictoriam Cæs.s. Iulij, à quo adoptatus fuerat. At.i. sed, id.s.curare illius ludos, pertinebat ad officium priuatum, non ad statum reip. Quod tñ munus.i.ludos funebres debui pręstare.i. exhibere, &.i.& simul memorię, ac honoribus hominis amicissimi.s.Cęs.etiam mortuo.i.cū iam esset mortuus. [Absolutius & apertius legeretur mortui) & non potui negare Cæs. s. Octauio, adolescenti optime spei.i.de quo optime speramus, ac dignissimo.s. cui obsequar repetenti.i, frequenter exigenti. Veni etiam sæpe domum.i.ad domum Antonij cos. causa salutandi, ad quē .s. Ant. cos. tu reperies sup. eos, qui existimant.i. iudicant me parū amantē patriæ uentitare frequenter quidem.i.certe causa rogandi, aut auferendi aliquid ab eo. Sed quæ, idest, qualis est hæc arrogantia.i.superbia ꝙ Cęs.s. Iulius nunquā interpellauit.i. impediuit, quin uterer quibus uellem, atq; etiā iis, tamen.i. nihilominus, quos ipse non diligebat eos, qui eripuerunt mihi amicū, conari efficere carpendo.i. rodendo & repręhendendo me, ne diligam quos uelim: Sed non uereor ne aut modestia uitæ meæ sit ualitura parum in posterum contra falsos rumores, aut ne etiam ij, qui non amant me propter constantiam meam, i. constantem amorem meum, & fidem in Cæs. eis inuisum, non malint habere amicos similes mei. s. qui amicū post mortē amore prosequor, q̄ sui.s. qui inconstantes sunt. Quidam.i. certe, si optata cōtingēt mihi, degam.i.transigam Rhodi in ocio.i. uacatione à munere publico, & negocio militari, id sup. uitæ, quod est reliquum, idest, relictum mihi adhuc uiuendum. Sin.i.sed si aliquis casus interpellarit.i.impediuerit quo minus uiuam Rhodi in ocio, ego ero Romæ, ita ut cupiam sup. omnia fieri semper recte, aut cupiam recte.s.nihil fieri, ut sim illic in ocio, sicut Terent. Tū qd' illi dem recte est.i.nihil est. quare autem recte pro nihil dixerit, ostendit subdēs. nam nihil dicere.i.dicere, ꝙ nihil mihi sit quod dem illi, est religio.i. metus mali oīs cauendi. Putabant.n. superstitiosi illi mortales, si dixissent sibi nihil esse, nihil etiam futurū, etsi interrogāti, quis me petiit, nullus rñdisset puer, sed à nullo deinceps expetēdos, unde rñdere solebat, bona fortuna hære .i. nullius. Ego ago Trebatio nostro magnas gratias, ꝙ aperuit aīum tuum simplicem.i. non dolosum atq; amicū erga me, & fecit quo.s.ut deberem iure.i. merito magis colere, atq. obseruare .i. cauere ne lædā eū, quē dilexi semper libenter.i. quantū in me fuit, hoc est te. Vale bñ, quia ualetudo ēt mala est, & dilige me.

PATRIAM amicitię pręponēdam: Nihil muto. etsi alij ex antiquis codicibus legant, patriæ amicitiam præponēdam, unt.n. aliquot manuscripti libri, & ij peruetusti, qui cum impressa lectione consentiant [Dignissimo Cæs.] Ita lego ex lib. Ioānis Scalæ manuscripto. sēsus hic est: munus illud, & eius hoīs, qui mihi amicissimus fuit, memorię pręstare debui; & ei adolescenti qui optime spei est, ac Cæs. dignissimus, negare nō potui. in quibusdam antiquis exemplaribus legitur: Cæsari repetenti. quod nostram lectionem magis uidetur confirmare. PAV. MAN.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Exponit Oppio, q̄ fuerit utile & gratum consilium, ab illo datum, quamq; tenere eum dilexerit: & ut id porrò faciat, petit.

M. CICERO M. OPBIO S. 26

DVbitanti mihi, quod scit Atticus noster, de hoc toto consilio profectionis, quod in utranq; partem in mentē multa ueniebant, magnum pondus accessit ad tollendam dubitationem iudicium, & consilium tuum. nam & scripsisti apertè, quid tibi uideretur: & Atticus ad me sermonem tuū pertulit. semper iudicaui, in te & in capiendo consilio prudētiam summam esse, & in dando fidem; maximeq. sum expertus. cū initio ciuilis belli per literas te consuluissem, quid mihi faciendum esse censeres eundum ne ad Pōpeium, an manendum in Italia. suasisti, ut consulerē dignitati meæ. ex quo, quid sentires, intellexi: & sum admiratus fidem tuam, & in consilio dando religionem; ꝙ, cum aliud malle amicissimum tuū putares, antiquius tibi officium meum, quàm illius uoluntas, fuit equidem & ante hoc tempus te dilexi. & semper me à te diligi sensi: & cum abesem, atque in magnis periculis essem, & me absentem, et meos præsentes à te cultos, & defensos esse memini: & post meū reditum, q̄ familiariter mecū uixeris,

quæq; ego de te & senserim, & prædicarim, omnes, qui solent hæc animaduertere, testes habemus. grauissimum uero iudicium de mea fide, & de constantia fecisti, cum post mortem Cæsaris totum te ad amicitiam meam contulisti. quod tuum iudicium nisi mea summa beneuolentia erga te, omnibusque meritis comprobaro, ipse me hominem non putabo. Tu, mi Oppi, conseruabis amorem tuum, (etsi more magis hoc quidem scribo, quam quo te admonendum putem) meaq; omnia tuebere; quæ tibi ne ignota essent, Attico mandaui. A me autem, cũ paulum ocij nacti erimus, uberiores literas expectato. Da operam, ut ualeas. hoc mihi gratius facere nihil potes.

HVB. DVbitanti] Profecturus Cic. legatus in Græciam, ut in argumento epistolæ primæ lib. x diximus, essetq. in dubitatione iret ne, an non, consuluit Oppium, qui, & per literas, & per Atticum quid sentiret de ea profectione ita aperuit, vt Cic. sibi faciendum putaret, quod ille consuluisset, quod hac epistola fatetur, & commemorat aliud cõsilium, quod olim sibi datum est sapientissime ab eodem Oppio simul, & quam iustis causis eum semper dilexerit. Postremo eum orat, ut & amorem suum erga se seruet, & omnia sua tueatur. [Quod scit) Quam rem scit. [Consilio] Deliberatione. [Profectionis) In Græciam, ut supra: & abfui pficiscens in Græciam. [In utranq; partem) Vt vulgo dicitur p & contra. i. ut irem, ut non irem. [Magnum põdus) Magnus effectus, magnum momentum. [Ad tollendam dubitationem) Nam cum animus est in dubio, paulo momẽto huc uel illuc impellit. [Quid uideretur tibi) Quid iudicares [In capiendo consilio] Qđ temere omnibus non crederes, quod non facile supplantari posses. [Fidem) Fidelitatem, quia consuleres tantummodo quod uideretur esse, & honestum, & utile. [Consuluissem) Te interrogassem, petiuissem à te consilium. [Consulerem dignitati meę]. i. vt facerem, quod dignitas mea exigeret. [Quid sentires) Quid iudicares, quid in animo haberes. [Nam cum scires) Non licere mihi nõ præstare officium meum, & Pomp. cui plurimum debebã, & reip. quæ mihi semper carissima fuit, non aperte dixisti, ut irẽ ad Pomp. ne uidereris mihi contra Cæs. consulere, quo cum tũc eras, sed fideliter consulere cupiens suasisti, ut faciam qđ dignitas mea postularet, quod æque fuit, ac si dixisses, ut irem ad Põp. [Religionem) Sanctitatem, quia neque contra Cæs. mihi consuluisti, neque contra dignitatem meam [Quod]. i. quia: est autem probatio religionis cõsilij, neq; exponendum est, quod pro sed, ut quidam dicit. [Amicissimum] Cęsa. Malle aliud]. s. ut ad se irẽ. [Equidem) Commemorat Cic. & amicitiam & causas amicitiæ inter se & Oppium. [In magnis periculis) Aut tempore bellorũ ciuilium, cum eram cum Pomp. aut tempore exilij mei. [Præsentes) qui erant Romæ. [Reditum] In patriam. [Senserim) Iudicauerim. [Prędicarim) publice dixerim. [Animaduerterem) cõsiderarem, attenderem. [Grauissimum) maximum. i. maxime iudicasti me, & fidelem & constantem. [Comprobaro) mihi placere, & gratum esse ostendero. [Nõ putabo me hominẽ) Existimabo me alienum ab omni humanitate. [Etsi) quasi parenthesis quædam. [Magis more). i. magis ex consuetudine, quia ita mos est scribendi, licet non sit opus. [Quę). s. mea tuenda à te mandauit Att. [Erimus nacti) Habebimus. [Vberiores). i. prolixiores, & pleniores. [Hoc] quantum des operam bene valere.

ASC. *DVBITANTI &c.*] Profecturus Cic. legatus in Gręciam, dubitansq. vtrum iret, consuluit per literas Oppium de ea re, qui & per literas & per Atticum quid sentiret, ita aperuit, ut Cic. sibi faciendum putaret, quod ille consuluisset. quod hac epist. fatetur commemorans, & aliud consilium ab Oppio datum, oratq. demum, ut amorem sui conseruet. Ordo est: Iudicium, & cõsilium tuum accessit magnum pondus. i. momentum ad tollendam dubitationem mihi dubitãti, quod. i. quam rem Atticus noster scit. de hoc toto consilio profectionis. s. in Græciam, q. i. quia multa ueniebant mihi in mentem in utranque partem . i. eundi & non eundi. accessit dico, magnum põdus; nam & scripsisti aperte qđ uideretur tibi, & Atticus pertulit ad me sermonem tuum. Ego iudicaui semper summam, &. i. simul prudentiam esse in te in consilio capiendo, & fidem in dando. s. consilio & sum maxime expertus sup. illud cum consuluissem te initio belli ciuilis, quid cẽseres faciendum esse ne. i. an eundum sup. esset ad Pomp. an manendum in Italia. Suasisti, ut consulerem. i. prodessem dignitati meæ, ex quo intellexi quid sẽtires, & sum admiratus fidem tuã, & religionem. i. metum deorum, in consilio dãdo, quod cum putares amicissimum tuum. s. Cæsarem, malle aliud, officium meũ i. debitum munus, fuit antiquius. i. carius, quam uolũtas illius. Equidem. i. ego quidem dilexi te, &. i. simul ante hoc tempus, & sensi semper me diligi à te, & memini cum abessem, & essem in magnis periculis, &. i. simul me absentem, & meos pręsentes cultos, & defensos esse à te. Prudenter commemorat beneficia eius ante acta. ut inuitet ad noua. turpe. n. uidetur in tam gratos non augere beneficia. Et q̃. i. quantum familiariter uixeris me cũ post reditum meum, & quę ego, & senserim, & prædicarim de te, habemus testes oẽs. s. homines, qui solent animaduertere. i. cõsiderare hæc. i. hmõi officia hominum inter se. Vero. i. sed, tu fecisti gratissimum. i. maximi momenti, & ponderis iudicium de fide, & constantia mea, cum contulisti te totum ad amicitiam meam post mortem Cæs. Quod iudicium tuum nisi comprobaro. i. cõprobauero, summa beneuolentia erga te, & omnibus meritis, ipse. i. egomet, putabo me non esse hominem, sed pecudem supp. O mi Oppi tu conseruabis amorem tuum. s. in me. Etsi. i. quãquam, ego scribo hoc quidem magis amore. i. ex uehementia amoris mei in te, quàm quo. i. ut aut lege, quòd. i. quia putem te admonendum sup. esse, & tuebere. i. proteges omnia mea. quę ne essent incognita tibi, mandaui Attico. s. ut tibi patefaceret. Autẽ. i. sed, expectato à me literas uberiores, cum. i. quãdo nos erimus nacti paulum. i. modicum ocij. Da operam, ut ualeas, & nihil potes facere mihi gratius hoc, s. quam ut eam operam des. s. ut ualeas, Quoties autem illam aut similem particulam appositam uidemus, superfluum fuerit addere Vale. est autẽ amantius dictũ: Cura, aut da operam, ut ualeas, quam illud tritum, Vale. Sane in tota hac epistola Cicero id agit, ut se in amicitiam Oppij insinuet, commemorans eius fidem, & religionem, & sanctissimam amicitiam, cum potius iudicarit Cic. faciendum quod ex officio debuit, hoc est Pompeium sequi. cui plurimum deuinctus erat, quam quod nouit amico sibi carissimo, hoc est Cæs. magis placiturum fuisse, in quo facto dicit se admiratum eius religionem, hoc est. ut Hub. interpretatur, sãctitatem, ut mihi autem placet, metum deorum, quos amicitiæ inseruiendo ultra id, quod uerũ & iustum est, læderet. Scitum. n. est apud A. Gell. præceptũ. Amicis inseruiendum usque ad aras, seu deos. i. sic ut propter amicitiam iustitia, & ueritas non lædantur, Vnde & ipse Cic. in Lælio seu libro de amicitia dicit, primam esse legem amicitiæ, ne qđ inhonestum rogemus ab amico, nec faciamus rogati. Hæc autẽ, & huiusmodi, breuitati studens lubens prætereo.

M. TVLLII CIC. EPISTOLARVM, AD CASSIVM, ET ALIOS, *LIBER DVODECIMVS.*

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Narrat Cassio, quam immania ab inimicis reip. hoc est, Cæsaris mortem vindicantibus, perpetrentur.

M. CICERO S. D. C. CASSIO S. P. D. 1



FINEM nullum facio, mihi crede, Cassi, de te, & de Bruto nostro. i. de tota rep. cogitãdi: cuius omnis spes in uobis est, & in D. Bruto: quam quidẽ iam habeo ipse meliorem, rep. a Dolabella meo præclarissime gesta. manabat. n. illud malũ urbanũ, & ita corroborabatur quotidie, ut ego quidẽ & urbi, et ocio diffiderẽ urbano: sed ita cõpressum est, ut mihi uidaemur oẽ iam ad tps ab illo dũtaxat sordidissimo piculo, tuti futuri. reliqua magna sunt, & multa. sed posita oĩa sunt in uobis, q̃q̃ primũ qdq; explicemus. nã, ut adhuc qđe actũ est nõ regno. sed rege liberati uidemur. interfecto. n. rege, regios oẽs nutus tuemur. neq; uero id solũ, sed ẽt, q̃ ipse ille, si uiueret, nõ faceret, ea nos, quasi cogitata ab illo, probamus. nec eius quidẽ rei finem uideo. tabulæ figuntur, immunitates dantur, pecunia maxime describũtur, exules reducuntur: S.C. falsa referuntur: ut tantũmodo odiũ illud hominis impuri, et seruitutis dolor depulsus

esse

esse uideatur:resp.iacet in ijs perturbationibus, in quas eam ille coniecit. Hæc omnia nobis sunt expedienda : nec hoc cogitandum, satis iam habere remp.à uobis. habet illa quidem tã tum, quantum nunquam mihi in mentem uenit optare, sed contenta non est ; & pro magnitudine, & animi, & beneficij uestri à uobis magna desiderat . adhuc ulta suas iniurias est per uos interitu tyranni:nihil amplius: ornamenta uero sua, quæ recuperauit?an,ꝙ ei mortuo paret, quẽ uiuum ferre non poterat ? cuius æra refigere debebamus eius etiam chirographa defendimus?at.n.ita decreuimus.fecimus id quidem temporib.cedentes,quæ ualent in rep.plurimũ: sed immoderate ꝗdam, & ingrate nostra facilitate abutuntur. Verũ hæc propediem. & multa alia corã.Interim uelim, sic tibi persuadeas, mihi cũ reip.ꝗ semper habui carissimam, tum amoris nostri cã maximæ curæ esse tuam dignitatem.Da operã, ut ualeas.



INEM] Ex argumentis primarum epistolarum, & 11.lib.facilius cognoscuntur sequentiũ epistolarum argumenta.Sunt enim ex eadem historia,itaque breuius referentur,cum interfectores Cęs. ex urbe profugissent,& Ant.qui iam animũ ad principatum intenderat,ꝓ libidine sua, omnia in urbe ageret, quẽadmodum olim egerat Cæs.Cic.cum magno dolore ea commemorat, ostenditq́.omnẽ reliquam plenæ libertatis, spem esse in M.Bru.ipso Cass.& D.Bru.quos ita incendit,ut ostẽdat eos frustra interfecisse Cæs.nisi remp.etiã regno M. Ant.liberent,quẽ adducit in odium,& inuidiam commemorans eius, tũ inique,tum arroganter facta.[Facio nullum finem) quia semper te amabo.i.maxima laus Bru.& Cassij,de quibus cum se cogitare dicit,de tota rep.se cogitare affirmat,quasi resp. in eis consistat. [Præclarissime) cum magna laude, quia tutos reddiderat interfectores cum eo confisi,Cassius,& M.Brutus descendissent,uel quod vt scr.App.cum senatu secreto cõsentiebat aduersus Ant. priusꝗ Syriam ab eo petere persuasus esset.[Manabat] Fluebat. [Vrbanum malum) Seditio,quæ erat in urbe,& metus seruitutis.[Corroborabatur)Confirmabatur.[Diffiderem) nullam fiduciam aut spem haberem. [Compressa) .s.est urbs. i.composita. [Reliqua) Quæ supersunt facienda . [In uobis) Te & M. Brut. & D. Brut. [Quanquã explicemus).i.quãꝗ expediamus & dicamus.[Quidquam primum) idest,quodcunq; maximum, est autem, explicemus,imperatiui modi.[Tuemur) seruamus [Regios nutus) uolũtates regias.[Id solũ).s.nutus regios.[Hic) Cæs.[Probamus)Cõfirmamus.[Ab illo) Cæs.[Tabulę) Leges nouę, hæc autẽ omnia, quæ ab Ant.fieri dicit, regiæ sunt uolũtatis,& potestatis.[Immunitates dantur) idest, emptiones,& uacationes munerum,& onerum publicorum [Describuntur) Assignantur.[Falsa)Quia dicũtur esse constituta & decreta à senatu, cum non sint. Sunt autem in supradictis orationibus disiunctum,& similiter desinens exornationes.[Homines) Cæsa.[Iacet]depressa est [Cõiecit]Immisit, quia nihil utile reip.post eius mortem constitutũ est.[Expedienda]expedite facienda.[Satis habere] esse à uobis ei satisfactum. [Pro magnitudine) quia plura & potest & vult præstare animus uester maximus [Adhuc)usque.[Vlta iniurias suas) facit tantũmodo uindictã de oppressione sua. [Per uos opera uestra, nihil amplius) .s.habuit, quam ultionem iniuriarũ suarũ.[Quæ ornamenta,]q.d.nulla, est.n.interrogatiue legendum.[An, ꝙ ei) Per irrisionem dixit an recuperauit ornamenta sua, cũ efficiat decreta Cæs.quem uiuentem ferre non potuit?[Cuius)Cæs.[Æra) Leges ære incisas.Ouid. 1.Met. Nec uerba minantia fixo Aere legebãtur.[Refigere) Auellere, tollere.[Chirographa) Scripta,comẽtarios, in quib.decreta sua manu propria scripserat.[At enim]Obiectio, q.d.aliquis, cur non debemus ita facere, si ita semel decreuimus, vt quęcunq; Cæ.ordinasset,ea efficeremus,& rata habere mus?[Fecimus) Responsio ad obiectionem.[Cedentes tpibus].i. sequentes tempora, quia nunc cũ decreuimus facere, necesse fuit ita facere,non aũt uoluntate adducti, quasi innuat Cic.ꝙ necessitate sit promissum, aut factum non esse pręstandum.[Quæ)tpa. [Abutuntur) quia plus uolunt fieri quàm honestum sit, quia uiderunt nos faciles fuisse in promittendo.[Coram) scilicet dicemus.[Interim) inter hæc ista, quæ diximus facienda.[Sic tibi persuadeas) Sic tibi in mentem ueniat.[Maximæ curæ) idest habere in maximo honore, & æstimatione. [Tuam dignitatem) Te ipsum,& omnia, quæ sunt ad laudem tuam.

Immunitates

Refigere

Chirographa

ASC. *FINEM nullum facio &c.*] Argumenta huius libri consonant argumentis x.& xi.librorum. nam cum interfectores Cæs. ex urbe profugissent,& Ant.qui iam ad imperium animum adiecerat, omnia pro libidine sua in urbe ageret, Ci. ad profugos scribens, ea dolenter commemorat, docẽs omnem libertatis spem esse in Decio & Marco Brutis,& Cassio,quos etiam ad Antonij cædem incendit.Ordo est:O Cassi,crede mihi,ego nullũ finẽ facio cogitandi de te,& de Bruto, nostro,& de tota rep.Cuius oĩs spes est in uobis.i.in te & M.Bruto,& in D.Bruto.Quam.s.spem, quidem i. certe,ipse.i.ego habeo eam meliorem,rep.gesta.i. administrata præclarissime, a Dolabella meo.s.genero, qui ueuit aras Cæs.extrui,& occulte contra Antonium sensit.Enim.i.quia illud malũ vrbanum.i.seditio excitata in urbe per Antonium concitantem ueteranos in ultionem Cæs.manabat.i.extendebatur, & corroborabatur quotidie, ego quidem diffiderem, & urbi.i.saluti urbis,& ocio urbano.i.tranquillitati futuræ in urbe, quã nullã fore fidebã.Sed sup.urbs.i.commotio incepta fieri in urbe, est compressa .i.simul sedata,& sopita,ita ut uideamur futuri tuti iam ad omne tempus, duntaxat.i.saltem ab illo periculo sordidissimo.i.turpissimo,qđ imminebat ab Ant.in Cæs.interfectores. Eo cũ nõ erat defunctus, nec liberatus Cic. sed nescia mẽs hominũ fati, sortisque futuræ.Reliqua.i.quæ restant ultra ea,quæ Dolabella fecit, sũt magna & multa, sed omnia sunt posita in uobis.i. in ptãte uestra,ꝗꝗ.i.tametsi explicemus.i. expediamus primũ quidquam.i. quolibet qđ primũ,expediendum est, aut explicemus.i.declaremus primũ quidꝗ,i.quod primũ explicandum occurrit.Nam ut quidem.i.scđm,quod actũ est adhuc, nos uidemur liberati nõ regno, quia adhuc resp.libera non est, ea aũt potiturus rex futurus fuerit,sed rege.s.Cęs.Enim.i.quia, rege interfecto.i.postquam rex est interfectus, nos tuemur.i.inspicimus oẽs nutus.i.gestus magnificos quasi ad nutum cuncta regentium, regios.i.quales habẽt reges. Annotãdum dico uersiculum illũ:Dic tuor,inspicio: tueor defendere dico, non sic esse admittendũ ut prouideo, & inspicio, non dicamus etiam tueor, nam hic dicit tuemur, non tuimur. Neque uero sup.tuemur.i.inspicimus solum in hoc.i.nutus regios, sed etiam nos probamus.i.comprobamus ea,quæ ille ipse.i.Cæsar rex nõ faceret si uiueret. cõprobamus, dicit, quasi cogitata.i.præmeditata ab illo, nec quidem uideo finem eius rei.i.huiusmodi mali eorum, qui referunt nutus regios . Tabulæ.i.leges nouæ, aut tabulæ proscriptionis, figuntur.s. ad pubicas colũnas. Immunitates dãtur scilicet militib. Cæsaris mortem ulturis, pecuniæ maximæ distribuũtur sup.ipsis.exules reducuntur.s.In urbem, senatuscõsulta falsa .i. nunꝗ à senatu probata referuntur.s. ad populum, ut ab eo approbentur ita, sup.ut tantummodo illud odium hominis imputi.s. Cæsaris nihil uerentis remp. per quã ita creuit, opprimere,& dolor seruitutis uideat esse depulsus. Respu.iacet in his perturbationibus.in quas ille.s.Cæs.coniecit eã. Hæc omnia sunt expedienda.i.abolenda à uobis, nec cogitandũ est. s.uobis hoc, uidelicet remp.habere iam satis.s.officijs à uobis. illa quidem habet tantum, quantũ nunquam uenit mihi in mẽtem.i.cogitaueram, & ausus fuerim optare. Sed nõ est contenta, & desiderat à uobis magna, pro magnitudine & animi & beneficij uestri.ipsa ulta est adhuc.i.hacteuus iniurias suas per uos, interitu.i.per cędem tyranni, nihil amplius.s.assecuta est.uero prosed, quę ornamẽta sua recuperauit?q.d.nulla Ant.sup.illud ornamentum,qđ paret.i.obtemperet ei mortuo, quẽ non poterat ferre.i.tolerare, uiuũ?& sup.ꝙ defendimus ẽt chirographa .i. manu scripta eius. cuius ęra.i.leges in æra incisas debebamus refigere .i.euellere ex colũnis, & tabulis.Etenim.i.sed certe nos decreuimus.i.approbauimus ęra.i.leges eius. Rñsio:Fecimus quidẽ id cedentes tpibus, quæ ualent plurimũ in rep.Sed qui eã, ut Anto & eius sequaces, abutũtur facilitate nostra immoderate & ingrate. Verũ nos sup.dicemus propediem hęc,& multa alia coram .i.in mutua pñtia loquentes alter ad alterum Ego uelim sup.ut psuadeas tibi interim sic tuam dignitatẽ esse mihi maximę curę,tum .i.pariter cã reip.quã habui semper carissimam, tum.i.pariter,cã amoris nostri s.mutui, aut mei in te.Da operam,ut ualeas.

ITA compressum est]Antea compressa est,in lib. omnibus impressis nos, compressum , ut est in lib. Vincentij Riccij, rectius quàm compressa, legi putauimus, ut referatur ad uerbum, manabit.antitheta enim sunt, comprimere, & manare, quibus etiam usus est lib.ad Att.3 epis.12.Orationem illam ita compresseram, vt nunquam emanaturam putarem. PAVL. MAN.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Exponit Cassio, quã grauiter iratum Antonium habeat, nec ipse modo, sed omnes, qui in illius improbitatem inuehuntur, enumerat ẽt consulares aliquot, in quibus cum spes defensionis esse possit, omnino à senatu iam abscedant

M. CICERO S.D. C. CASSIO S.P.D. 2

VEhementer lætor tibi probari sententiam, & orationẽ meam. quasi sæpius uti liceret; nihil esset negocij, libertatem, & remp. recuperare. sed homo amens, & perditus, multoq; nequior, quàm ille ipse, quem tu nequissimum occisum esse dixisti, cædis initium quærit: nullamq; aliã ob causam me auctorem fuisse Cæsaris interficiẽdi criminatur, nisi ut in me ueterani incitantur. quod ego periculum non extimesco, modo facti uestri gloriam cum mea laude cõicem. ita nec Pisoni, qui in eum primus inuectus est nullo assentiẽte; nec mihi. qui idem tricesima post die feci; nec P. Seruilio, qui me est consecutus, tuto in senatum uenire licet. cædem. n. gladiator q̃rit, eiusq; initium ad 13. Kal. Oct. à me se facturum putauit. at q̃ paratus uenerat, cum in Villa Metelli complures dies commentatus esset. quæ autem in lustris, & in uino commentatio potuit esse? itaque oĩb. est uisus. ut ad te antea scripsi, suo more uomere, non dicere. quare, ꝙ scribis te confidere, auctoritate, & eloquentia nostra aliquid profici posse, nihil, ut in tãtis malis, est profectum. intelligit. n. populus R. tres esse consulares, qui, quia, quæ de rep. bene senserint, libere locuti sunt, tuto in senatum uenire non possint. nec est præterea, ꝙ quidquam expectes. tuus. n. necessarius affinitate noua delectatur. itaq; iã non est studiosus ludorum. infinitoq; fratris tui plausu dirumpitur. alter item affinis nouis cõmẽtarijs Cæsaris delinitus est, sed hæc tolerabilia, illud non ferendum, ꝙ est, qui uestro anno consulem filium suum futurum putet, ob eamq; causam se huic latroni deseruire præseferat. nam L. Cotta, familiaris meus, fatali quadam desperatione, ut ait, minus in senatum uenit. L. Cæsar, optimus, & fortissimus ciuis, ualetudine impeditur. Seru. Sulpicius, & summa auctoritate, & optime sentiens, non adest. reliquos, exceptis designatis, ignosce mihi, si non numero consulares. Habes auctores consilij publici. qui numerus etiam bonis rebus exiguus esset: quid censes, perditis? quare spes est omnis in uobis, qui si iccirco abestis, ut sitis in tuto; ne in uobis quidem, sin aliquid dignum uestra gloria cogitatis, uelim saluis nobis: sin id minus, res tamen publica ꝑ uos breui tempore ius suum recuperabit. Ego tuis neque desum, neque deero, qui siue ad me referent, siue non, mea tibi tamen beneuolentia, fidesq; præstabitur. Vale.

HVB. V*Ehementer*] Absentibus Cæs. percussoribus ab urbe, cum Cic. assidue eos tueretur, & de eorum incolumitate seruanda, & cogitaret, & aperte publiceq; ageret. M. Ant. nimia ira odioque in ipsum incendebatur, minabaturq; ei mortem & meditabatur quotidie quomodo posset eum è medio tollere, quia uidebat suę uoluntati aduersantem. Hæc igitur Cic. exponit Cassio, & q sũt consulares uiri qui rectè sentiant, & in senatu sñiam suam dicere audeant: quos cum admodum paucos rebus ita perditis esse dicat, ostendit omnem spem esse in eo, & ambobus Brutis. [Vehemẽter]. i. ualde, [Lætor) Gaudeo. [Tibi probari] Laudari à te [Sẽtentiã) ꝙ ea non probem, q̃ Ant. facit. [Nihil negocij) nihil laboris, quia traherem reliquos in sñiam meã. [Homo) Ant. [Amẽs) Insanus. [Ille ipse) Cæsar. [Quem Cæsarem. [Nequissimum) Impijssimum. s. contra libertatem Patriæ. [Initium cædis quęrit] Male exponunt qui dicunt quærit quis fuerit causa, & auctor cędis Cęs. nã affirmabat Cic. non fuisse. sed ita est intelligendum. [Quærit initium cædis). s. quærit incipere aliq̃ cędem, quam uellet a me incipere, cum criminantur me fuisse auctorem, & suasorem interficiendi Cæs. ut Veterani Cæs. odio incitati me interficiant, & dicant aperte contra Ant. non licet venire in senatum. [Cædem gladiator quærit) Iniuriose gladiatorẽ appellat Anto. quia gladiator uilissimæ professionis nomen erat. [Primus inuectus est) Primus in eum acerbissimam orationem dixit, licet postea pro Ant. Cic. acerrime dixerit, ut testatur App. lib. 3. [Idem feci) Acerrime quoque inuectus sum. [Eius initium) quod supra dixit, quærit initium cædis. [Commentatus esset) de ea re cogitasset, & mentionem fecisset. [In lustris) In Lupanaribus. Sũt. n. lustra, & loca ferarum, & loca meretricum. [Quæ). i. qualis, q. d. fœdissima, & omnino nullius honestatis particeps. [In uino) In crapula, in conuiuijs, ubi inebriabatur, carpit Ant. & ebrietatis & libidinis inhonestę, sicut ĩ paradoxis, & multo magis ĩ philippicis. [Vomere) Ostendit gestum ebriorum, in dicendo, qui ita effundunt uerba cum ructibus, ut potius uomere, q̃ dicere uideantur, qđ & in Philippicis Ant. obijcit. [Vt in tãtis malis]. i. secundũ ꝙ in tãtis malis ꝓficisci potuit. [Profectũ) Aliqd utilitatis factũ. [Tres) quos supra noĩauit. i. se, Pisonẽ, & Seruiliũ. [Libere) Sine respectu Ant. & cuiusq̃ alterius ꝓ utilitate reip. [Præterea). i. pter nos tres [Tuus necessarius) Credo Lep. intelligi. qui erat affinis Cassij, ut infra alijs epis. patebit. [Noua) quã nouã facit cũ Ant. [Ludorũ) trãslatiue dixit ꝓ plausibus, & lætitijs, quæ fiebãt de morte Cæs. [Dirũpitur) Dolore frãgitur. [Plausu) Quẽ facit frater tuus de liberatione patriæ, & cæde tyranni. Nam de ludis nõ est hic credendũ, quib. rep. iã perturbata, nullus erat locus. [Alter) Fortasse Paulus Lepidi frater. [Cõmentarijs) Nõ his, quib. scripsit historiã bellorũ à se gestorũ, ut quidam opinãtur, sed quibus scripserat testimonium suum, & oĩa, quę se facturum decreuerat. [Non ferẽdum) Nullo pacto tolerãdum. s. eũ. [Qui) incertũ est de quo dicat.] Putant quidã intelligi Philippum vitricũ Cæs. Octau. quia suadebat ei petere consulatum loco Hirtij, & Pansæ, ut supra diximus. [Vestro anno) Quo uos consules esse debetis. (Ob eã cãm) vt filius suus habeat consulatũ uestro anno. [Latroni) Ant. [Fatali desperatione) Quia uidet oĩa male accidere. [Valetudine) Mala ægrotatione. [Exceptis designatis) . s. Planco & D. Bru [Si non numero) s. si nõ nomino, singulatim, numeratim. [Habes) Intelligis [Qui num.) Supradictorum. [Bonis rebus). i bono statu. in quo non est opus multorum consilio: [Quid censes, perditis?). s. esse, quasi diceret, si esset exiguus reb. bonis, multo magis exiguus est rebus perditis, quæ indigent plurimum consilio, ut seruentur. [Iccirco] Ob eam causam. [Ne in uobis quidem]. s. est spes, si. n. abestis, quia timeatis uobis, qũo saluabitis alios? [Cogitat) Interea dum abestis. [Velim] Saluis nobis, idest, cupio cum salute nostra. s. cogitetis. [Sin minus. i. si nõ. [Id) s. ut saluis nobis, cogitetis dignum uestra gloria. [Siue nõ] . s. referẽt. i. nõ dicent, quid eis sit opus. [Præstabitur) Ostenditur.

ASC. *VEHEMENTER lætor &c.*] Quia Cæsaris percussores Cic. defendebat, Antonius in eum atrociter sæuiens, excidium minabatur, unde ad Cassium scribens exponit, qui sint consulares uiri in rempub. bene animati, & qui audeant aperte sententiam dicere, addens rursus omnem spem esse in ipso Cassio, & duobus Brutis. Ordo est: Ego lætor vehementer, sententiam, & orationem meam probari. i. approbari; & laudari tibi. i. à te, qua. s. oratione mea, si liceret uti sæpius, nihil negocij. i. facillimum esset recuperare libertatem, & rempub. Sed homo amens. i. sine mente & ratione. & perditus. i. desperatę salutis. s. Antonius, & nequior. i. peior multo q̃ ipse. s. Cæsar, quem tu dixisti esse occisum nequissimum. i. eo ꝙ essent, aut cum esset nequissimus, quærit initium cædis. s. faciendæ in me, & nullam. i. nonnullam, ipse criminatur me fuisse auctorem Cæs. interficiendi non ob ullam aliam cãm, nisi ut ueterani. s. milites. Cæsarem, sub quo militauerant adhuc amantes, incitentur in me, Quod periculum ego nõ extimesco. modo. i dummodo communicem gloriam facti uestri, cum mea laude. i. dummodo, ut particeps fuero pœnæ, & ultionis subeundæ, ita sim particeps gloriæ uestræ de tyrannicidio, quod tamen, me nesciente, commisistis, q. d. tam gloriosum est factum uestrũ, ut vitam, uelim pro tali lauda pacisci. Ita, idest, & sic nec licet Pisoni, qui inuectus est primus, in eum. s. Antonium, aut Cæsarem, nullo assentiente, nec mihi, qui feci idem trigesimo die post. i. qui inuectus sum in Anto. aut Cæsarem, nec P. Seruilio, q est consecutus me. i. sententiam meam, aut post me diem dixit, licet uenire tuto. i. sine periculo in senatum. Enim. i. quia gladiator. s. Antonius, quem per contemptum gladiatorem appellat, quærit cædem sup. facere, & putauit se facturum initium eius. s. cædis à me. i. incipiendo à me, ad 13. Kal. Octob. ad quem. s. me, ipse uenerat paratus, cum esset commentatus. i. excogitasset modum mei interficiendi, dies complures, i. per plusculos dies in uilla. i. domo rustica Mætelli: Et si dicas, si paratus, & commentatus ac præmeditatus uenit, quomodo ergo nõ effecit quod uoluit? Responsio, autem. i. sed quæ commẽtario. i. subtilis meditatio, q. d. nulla. Itaque ut scripsi ad te antea, ipse est uisus omnib. non dicere, sed uomere suo more. Quare quod scribis te confidere aliquid posse profici auctoritate, & eloquentia nostra, nonnihil. i. aliquid, est profectum. i. utilitatis factum, ut. s. fieri potuit in tantis malis. Enim. i. quia P. R. intelligit tres. s. uiros in Senatorio ordine. s. me, Pisonem, & Seruilium esse consules. i. consulari animo, & dignos, qui consules fuerint, qui quia locuti sunt libere quæ senserint bene de repub. non possunt uenire tuto. i. sine periculo, in senatum. Est autem tuto aduerbium, sed ne coincidat

incidat cum pro nomine compositæ figuræ tute, frequentius tuto q̃ tute legimus: Nec est præterea.i.præter nos tres, qui sumus quodammodo prohibiti a senatu eo, ꝙ libere locuti, ꝙ expectes, quicq̃.s.pro te fieri, aut dici. Enim.i.quia necessarius tuus, s. Lepidus, delectatur noua affinitate.s.cum Antonij propinquis. Itaq; .i.& ita, ipse iam non est studiosus, ludorum .i. non studet sic ijs ludis.i. plausibus, qui fiunt ob Cæs. ut studuit olim ludis Romanis, aut funebribus in laudem Cæs. celebratis, & dirumpitur.s.inuidia, & dolore, infinito plausu.i.pp infinitũ plausum, & lętitia fratris tui. Item aliter affinis.s.tuus, ut opinor Paulus, Lepidi frater, est delinitus.i.inescatus, & oblectatus nouis cõmentarijs Cę. .i.tabulis testamentarijs, & de rebus à se si uixisset, gerendis. Sed hæc.i.hmõi insolẽtia gaudia, & studia sup. sunt tolerabilia, illud non sup. est ferendum, qđ est.s.quidam, ut uero simile sit Philippus uitricus Octauij Cęs. qui putet filium suum saltem priuignũ futurum consulem, anno uestro.i.quo uos merito consules sitis, & præ se ferat.i. indicet se deseruire huic Latroni.s. Ant. ob eam causam. Nam L.Cotta familiaris meus minus.idest, non, aut frequenter uenit in senatum, quadam desperatione fatali, ut ait.i.q̃ è fato & astris, aut deorum præfinitione dependere puta, ut Respu. Romana à tyrannis occupetur. L.Cæs. auunculus Ant. ciuis optimus.s.aĩo impeditur.s.venire in senatum, ualetudine.i.ægritudine, S.Sulpitius sup. ciuis, & summa auctoritate, & optime sentiens.s.de rep. non adest.s.in urbe. Tu habes reliquos consulares .i.qui consules aliquando fuerunt, ignosce mihi, si non numero eos. vr̃ hoc ironicę precari, quasi paucissimos, aut nullos uere cõsulares censeat auctores, ac probatores consilij publici.i. ꝙ à maiore numero decernitur. id enim ignari & imperiti rerum sequi solent, exceptis designatis .s. consulib. in proximum annum. D. Bruto, & C.Planco, q numerus.s.vere consularium esset exiguus .i.modicus, etiam bonis rebus.i. bono statu reipu. quid censes, sup. eum esse perditis sup. rebus? q.d. aut minimum, aut nullum, & ita non opus esse, ut numerentur reliqui consulares. Quare cũ alii non sint, oĩs spes est in uobis, qui abestis.s.ab urbe, iccirco, vt sitis in tuto, ne quidem.i.non etiam in uobis supp. spes est. Sin.i. sed si, uos cogitatis aliquid dignũ gloria uestra.s.iã parta, uelim sup. id faciatis nobis saluis.i.tantisper dũ salui sumus, Sin.i.si, id sup. fiet minus.i.non saluis nobis, tamen respub. recuperabit breui per uos ius suum. Sed ego non desum.i.semper auxilio sum tuis.s.necessarijs, neque deero.s.unquam. qui.s. tui, siue referent ad me.i.consultabunt me, siue non, tamen .i. nihilominus beneuolentia mea, & fides præstabitur tibi.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Grauis indignatio Ciceronis in Antonium, dum improba illius facinora in amico reip. Cassio explicat.

M. CICERO D. CASSIO. S.P.D. 5

A*Vget tuus amicus furorem in dies, primum in statua, quam posuit in rostris inscripsit,* PARENTI OPTIME MERITO: *ut nõ modo sicarij, sed iam etiam parricidæ iudicemini: qđ dico, iudicemini? iudicemur potius: Vestri enim pulcherrimi facti ille furiosus me principem dicit fuisse. utinam quidem fuissem: molestus nobis non esset. sed hoc uestrũ fuit. qđ quãdo præterijt; utinam haberem, quid darem uobis cõsilij. sed ne mihi quidẽ ipsi reperio quid faciundũ sit.* QVID *enim est, qđ contra uim sine ui fieri possit? consilium aũt omne hoc est illorũ, ut mortẽ Cæs. psequãtur. itaq; ante diẽ 6. non Oct. productus in cõcionẽ à Canutio, turpissime ille qdem discessit, sed tamen ea dixit de conseruatorib. patriæ q̃ dici deberent de proditoribus: de me quidẽ non dubitãter, quin oĩa de meo consilio, & nos fecissetis, & Canutius faceret. cætera cuiusmodi sint, ex hoc indica, ꝙ legato tuo uiaticum eripuerũt. quid eos interpretari putas, cum hoc faciunt? ad hostem.s. portari. ò rem miseram, dominum ferre nõ potuimus. cõseruo seruimus, & tamen, me quidem fauente magis, quàm sperante, etiam nunc residet spes in uirtute tua. sed ubi sunt copiæ? de reliquo malo te ipsum loqui tecum, quàm dicta uostra cognoscere. Vale.*

HVB. A*VGET*] Adducit Cic. Ant. in maximum odium Cassij, ostendens quid fecerit in honorẽ Cæs. mortui contra dignitatẽ interfectorum, inter quos dicit se ab Ant. numerari, q.d. eũ fuisse auctorem illius cædis, cui optat se interfuisse, dicit autẽ quod sit con silium istorum, qui tuẽtur acta Cæs. & ei etiam mortuo fauent, quia nihil aliud cogitant, quàm ulcisci eius mortem. commemorat iniurias illatas, pręcipuè in ipsum Cassium, cuius legato dicitur uiaticum, quod ad eum mittebatur, ab Ant. & eius amicis ereptum quasi ad honestum mitteretur, non ad ciuẽ. Indignatur postremo Cic. tantam Ant. arrogãtiã ita patienter ferri. [Amicus) Ironice. [Auget furorem) In dies fit furiosior. [Statua] Cæsa. [Inscripsit) titulum fecit. [Parenti).i. Cæsar patri patriæ. [Optime merito) quia multa beneficia in patriam contulit. [Sicarij) Sica genus est gladij quasi seca à secando dicta. quicunque igitur gladio hominẽ interfecit, sicarius, & homicida appellatur. Parricida uero, qui patrem interfecerit, ergo Ant. significabat per eã inscriptionem eos non modo sicarios, qui hominem interfecissent, sed etiã parricidas, quia parẽtem patriæ cecidissent. [Quid dico] correctio est, ut immisceat etiam personam suam in numero horum. [Principem) Primum. [Nõ esset molestus nobis] quia eum sustulissemus, sicut & Cæs. [Præteriit) non est factum. [Reperio]. s. consiliũ. [Vim sine vi) uim enim ui repellere licet [Illorũ sc.) Inimicorum patriæ. [Persequantur) vlciscantur persequẽdo, qui eum interfecerint [Canutio.) Is erat trib. pl. aduersarius Ant. vt sc. Ap. [Ille] Ant. [Conseruatorib.) uobis, nam dixit sceleratos fuisse, qui uirum sanctum, & de rep. bene meritum interfecissent. [Faceret) Cum eum produceret in cõcionem. [Cuiusmodi) Qualia, q.d. quàm pessima, & mala spe. [Viaticum) Pecuniã, quę ad te mittebatur pro impensa uiæ, & peregrinationis tuæ. [Interpretari) Intelligere, & sentire. [Scilicet) Cum stomacho dicit. [Ad hostem) quem te indicant, cũ sis defensor patriæ. [O rẽ) Exclamatio ex indignatione. [Dominũ) Cæs. [Conseruo) Ant. q & ipse erat in seruitute Cęs. sicut & nos. conserui enim dicuntur, qui simul seruiunt domino. [Fauente) adiuuante, nos deserente. [Residet) Remanet. [Sed ubi) quasi dicat nusquam.

[Sica. Sicarius Parricidæ]

[Viaticũ]

[Conserui]

ASC. *AVGET &c.*) Adducit Ant. in maximum odium Cassij, ostendens, quid fecerit in honorẽ Cęs. & in contumeliam Cassij. vnde ægre fert, ꝙ tantam arrogantiam sic patiatur. Ordo est: Amicus tuus. per ironiam.i. summus inimicus, uidelicet Antonius auget in dies, furorem, primum in statua, scilicet Cæsaris, quam posuit in rostris, inscripsit idest, titulum posuit, parenti scilicet patriæ optime merito.s. de patria, ut uos occisores Cæs. iudicemini non modo sicarij.i. dolosi homicidæ, sica.s. pugione usi, sed etiam parricidę.i. percussores parentis patriæ. Quid dico iudicemini? iudicemur potius. Enim.i.qa, ille furiosus.s. Antonius, dicit me fuisse principem .i. principalem auctorem facti uestri pulcherrimi, Vtinam quidẽ fuissem ipse sup. non esset molestns nobis, quia ipse interfectus fuisset, sed hoc est uestrum.i. uestræ negligẽtię, q non abstulistis simul, omne malum è rep. quod quãdo.i. quoniã præterijt.s. opportunitas, aut occasio eius, vtinam haberem quid consilij darem.i. dare possem uobis. Sed ne quidem.i. non saltem reperio mihi ipsi quid sit faciendum. Quid enim est, quod possit fieri contra uim sine vi? q.d. nihil. Autem.i. sed, cõsilium istorũ, .s. qui rempub. oppugnant, est, vt prosequantur.s. vltione, mortẽ Cæ. Itaque, supp. Antonius productus à Canutio.s. trib. pl. aduersario Antonii (auct. Appiano) in concionem.i. cœtum P.R. congregati ad audiendam orationem eius, ante diem sextum nonarum Octobris, ille.s. Canutius, quidẽ.i. certe discessit turpissime, quia debebat resistere, aut præsentia sua deterrere, sed tamẽ Anto. supp. dixit ea de conseruatoribus patrię, quæ deberent dici de proditoribus. Non dubitant, scilicet aduersarii. quidem.i. certe de me, quin uos fecissetis, & quin Canutius faceret omnia de cõsilio meo. Iudica ex hoc scilicet, quod dicam. cuiusmodi, id est qualia sint cæterea, quòd eripuerunt. Legato tuo uiaticum.i. pro via facienda sumptum necessarium Quid putas eos interpretari .i. innuere cum faciunt hoc. Scilicet .i. scire licet quid interpretentur, quia portari, s. viaticum ad hostem? O rem miseram. nos non potuimus ferre dominum.i. tyrannum Cæs. & seruimus cõseruo .i. Antonio. qui nobiscum sub Cæsa. seruierat, & tamen, me quidem magis fauente, idest optante quàm sperante, quia nõ uero simile hoc malum posse expugnari, spes residet etiam nunc in uirtute tua. Sed ubi sunt copiæ? q. d. nusquam. Ego malo.i. magis uolo te ipsum loqui de reliquo, idest quod restat, quàm cognoscere dicta nostra.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Votum Cic, solitum, & in alijs epistolis, de epulis, hoc est Cæs. morte, & hic exponitur. Præterea narratur, quid de senatu senatoribusq;, et populo expectari debeat postea quoq; de Cassij, Brutiq;, & reliquorum rebus se solicitum esse dicit.

M. CICERO C. CASSIO S. P. D. 4

VEllem, idibus Mart. me ad cœnam inuitasses: reliquiarum nihil fuisset. nunc me reliquiæ uestræ exercent, et quidem præter cæteros me quanquam egregios consules habemus, sed turpissimos consulares; senatum fortem, sed infimo quenque honore fortissimum: populo uero nihil fortius, nihil melius, Italiaq; uniuersa. nihil autem fœdius Philippo, & Pisone legatis, nihil flagitiosius: qui cum essent missi, ut Antonio ex senatus sententia certas res renunciarent; cum ille earum rerum nulli paruisset, ultro ab illo ad nos intolerabilia postulata retulerunt. itaq; ad nos concurritur: factiq; iam in re salutari populares sumus. sed tu quid ageres, quid acturus, ubi deniq. esses, nesciebam. fama nunciabat, te esse in Syria: auctor erat nemo. De Bruto, quo propius est, eo firmiora uidentur esse, quæ nunciantur. Dolabella ualde uituperabatur ab hominibus non insulsis, q tibi tam cito succederet, cum tu uix dum triginta dies in Syria fuisses, itaq; constabat, eum recipi in Syriam non oportere. Summa laus & tua, & Bruti est, q exercitum præter spem existimamini comparasse. scriberem plura, si rem, causamq; nossem. nunc, quæ scribo, scribo ex opinione hominum, atq; fama. Tuas literas auide expecto. Vale.

HVB. VEllem] Dolet Cic. Antonium nõ interfectum fuisse, quo die Cęs. fuit interemptus, quod quidem dici futurum fuisse, si interfuisset, ut etiam sup. li. 10 scripsit ad Trebonium. Deinde dicit quales siut sententiæ singulorum in his ciuilibus dissensionibus, in quibus maxime queritur de Philippo, & Pisone legatis. Postea uero, quia Dolabella in Syria proficiscebatur, dicit qui rumores de eo sint. Posttemo qualis opinio de ipso Cass. & Bruto [Vellem) Recurre ad lib. 10 ad epist. quæ incipit: Quam uellem.
Exercere [Reliquię) M. Anto. quem incolumen reliquistis, cum Cæs. interficiendus. [Exercent) Fatigãt, uexant. [Virgil. Exercere odijs. [Pręter cæteros) Præcipue plus, quàm alios [Turpissimos) qui male sentiunt. [Infimo honore). i. qui gerũt minores magistratus, ędiles, quæstores. [Italiaque uniuersa) quæ tanquam ad extinguendũ cõmune incendium conspirauit. [Philippo.) Is erat uitricus Cęs. Octauiani [Pisone) Socero Cæs [Legatis] Missis ad M. Ant.
Vltro ut à Mutinensi obsidione desisteret, & ut faceret quæ decreuisset senatus. [Certas) quasdam. [Vltro) Sponte, cũ debuisset ipse mittere ꝓprios legatos, si qd uoluisset postulare. [Intollerabilia] Inhonesta, minus superba [Postulata] quæ fecit Anto. præter respõsa ad mandata, quæ scribuntur ad App. lib. 3. [Ad nos) ad me, tanquam qui solus audeam aduersari Anto. [Factique sumus populares). i populo accepti [Auctor). s. famæ. i. nullus certus nũcius. [Bruto) Marco. [Propius) erat enim Sardinia, ut uisum est lib. superiore epist. quæ incip Maximo meo dolore [Succedere) In Syria quã uolebat obtinere, cum fuisset decreta Cassio, & in ea paulũ admodum esset moratus. [Recipi) à te. [Cõparasse] Collegisse, nã ut scr. App. Brutus pręter exercitum, quem antea habebat, sex legiones, quæ fuerant C. Ant. mansuetudine sua deuictas sibi adiunxit. Deinde Macedoniam trãsgressus duas alias legiones Italorum, more pugnantes in unum collegit. [Rem) quid agatis. [Causamq; Cur tantus exercitus tam subito sit comparatus.

ASC. *VELLEM &c.*] Dolet Ci. quòd non interfectus sit Ant. cum Cæs. quod fuisset, si interfuisset, docetq́, quale si sententiæ in dissentionibus ciuilibus, & qualis de Cassio & Bruto opinio. Ordo est: Vellem inuitasses me ad cœnam, idest mactationem Cæ. Id. Martijs, nihil reliquiarum fuisset, quia etiam Antonium absumpsissem, idest interfecissem. Nunc reliquiæ uestræ, idest quos reliquistis percutiendos, exercent, idest persequũtur, & cura afficiũt me, & quidem me sup. exercent, præter cæteros. i. plus quàm omnes alios, quamuis. i. licet habeamus egregios consules. s. Hirtiũ, & Pansam. sed turpissimos consulares. i. consulatu functos, habemus senatũ fortẽ, sed quenq; infimo honore fortissimũ, hoc est, ut quisq; infimus est honore, ita fortissimus est. Vero pro sed, nihil sup. e, aut habemus fortius & nihil melius populo. s. R. Italia vniuersa. Nihil aũt fędius Philippo, & Pisone legatis. s. cõcordiæ faciẽdę causa ad Ant. missis, & nihil flagitiosius. i. scelestius, & increpatione dignius. s legatis, qui cum essent missi, ut nunciarent Antonio res certas. i. specificas, & non alias, ex sñia senatus. cum ille. s. Antonius. nulli. i. non ulli non paruisset ulli earum rerũ. s. quas nunciabant ex sñia senatus. retulerunt. i. reportauerunt vltro. i. insuper, ab illo. s. Ant. intolerabilia. s. mandata ad nos postulantia. s caput uestrum, aut quid simile. Itaque cõcurritur. s. ab omnibus ad nos, & nos facti sumus populares. i. de secta populi, & eius fautores in re salutari. i quæ ad salutem publicã spectat Sed nesciebam, quid tu ageres, quid acturus supp. esses, deniq; ubi esses: Fama nunciabat te esse in Syria, nemo erat auctor. i. certus assertor. Ea quæ nunciarunt de Bruto s Marco. vniuersaliter eo. i. tanto, firmiora. i. certiora, quo. i. quanto sup. Brutus est proprius. Dolabella uituperatur ualde ab hominibus non insulsis, id est non imprudentibus, quòd succederet tibi tam cito, quòd tu uix dum. i. uix adhuc fuisses 30 dies, in Syria. Itaque constabat. i. constans opinio erat, aut manifestum erat, non oportere recipi in Syriam. summa laus est, & tua, aut, ut ferè textus habent, tui. i. de te, & Bruti, quòd existimamini comparasse. i. acquisiuisse exercitũ, præter spem, scilicet Summam omnium. Ego scriberem plura, si nossem. i. cognoscerem rem, & causam. s. rei. Nunc scribo ea, quæ scribo ex opinione, atque fama hominum. i. ex opinione. Ego expecto auide literas tuas.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Quanta spes in Bruto sit scribit, & quomodo exercitus, & quos habeant muniat.

M. CICERO C. CASSIO S. P. D. 5

HIemem credo adhuc prohibuisse, quo minus de te certum haberemus, quid ageres, maximeq; ubi esses. loquebantur omnes tamen, credo q uolebant, in Syria te esse, habere copias. id autem eo facilius credebatur, quia simile uero uidebatur. Brutus quidem noster egregiam laudem est cõsecutus: res. n. tantas gessit, tamq; inopinatas, ut eæ cum per se gratæ essent, tum gratiores propter celeritatem, q si tu ea tenes, quæ putamus: magnis subsidijs fulta resp. est. à prima. n. ora Græciæ usq; ad Aegyptum optimorum ciuium imperijs muniti erimus, & copijs quanquam, nisi me fallebat, res sic se habebat, ut totius belli omne discrimen in D. Bruto positũ uideretur: qui si, ut sperabamus, erupisset Mutina nihil belli reliquũ fore uidebatur paruis oĩno iã copijs obsidebatur, q magno præsidio Bononiã tenebat Antonius. erat aũt Claternæ noster Hirtius, ad forum Cornelium Cæsar, uterq; cum firmo exercitu: magnasq. Romæ Pansa copias ex delectu Italiæ comparарat. hiems adhuc rem geri prohibuerat. Hirtus nihil nisi considerate, ut mihi crebris literis significat, acturus uidebatur. præter Bononiam, & Regium Lepidi, Parmam, totã Galliam tenebamus studiosissimam reip. tuos etiam clientes transpadanos mirifice coniunctos cum causa habebamus. erat firmissimus senatus, exceptis consularibus, ex quib. unus L. Cæsar firmus est, & rectus. Ser. Sulpi. morte magnum præsidiũ amisimus. reliqui partim inertes, partim improbi. nonnulli inuident eorum laudi, quos in repu. probari uident. populi uero R. totiusq. Italiæ mira consensio est. Hæc erant ferè, quæ tibi nota esse uellem. nunc autem opto, ut ab istis orientis partibus uirtutis tuæ lumen eluceat. Vale.

HIemem] Primum Cice. dicit ex communi rumore, & fama nũciari Cassium esse in Syria, quę ei decreta fuerat à senatu. Deinde laudat M. Brut. qui C. Ant. M. Ant. fratrem cum sex legionibus ad se sua mansuetudine cõuertit, ut in præcedenti epis. dictum est. magnamq; spem esse ostendit in D. Bruto, si ex Mutinensi obsidione eruperit, commemorat, quas uires, & copiarum, & populorum sibi fauentium haberet Ant. itẽ quas senatus, & q. apparatus fiat contra Ant. Postremo quales in senatu sint omnes. HVB.
[Hiemem] Qua nauigatio impeditur. Ouid in Heroi. Quo fugit, obstat hiems. Virg. lib. 4. Dũ pelago desęuit hiems. [Volebat] Optabat. [Simile uero) Probabile, uerisimile. [Brutus) Marcus. [Res tantas gessit) nam ut scr. App. lib. 3. C. Ant. M. Ant. frater cũ Bruto discedens bellum agitabat, legionem unam ex ciuibus secum agens, & Brutum acie inferior obseruat. Brutus cõtra: simulata fuga, insidias illi struebat, nec congressum hostium euitans quidquam militabatur, imò suis militib. ꝑceperat, ut hostes alloquerent, & amplecterẽtur, recusantibus host. b neq; se huiusmodi experimento credentibus ex insidijs tutos permisit abire, cum nocere posset. Deinde ad alia itinera ꝓgressus subito in crepidi-

ne quadam emicuit,neq; tñ eos est aggressus, sed summa hilaritate suscepit. Illi Brutum,ut ciuibus mansuetissimum,& ea sapiẽtiæ & caritatis opinione,quæ ferebatur,præditũ intuentes uicissim cõplexi sunt,& ad eam se conuerterunt oẽs. Caius etiam se illic trahit,quẽ apud se in magno honore habuit. donec eũ exercitum corrumperet,neq; reprehensus desisteret. tãdẽ interfectus est, hoc igitur ex quo egregiam laudẽ cõsecutum dicit Cic. [Per se) Sua natura,qa omnis victoria siue celeris, siue tarda grata esse solet.[Celeritatem) quia celerius,q̃ quisquam opinatus esset, eas affecit.[Tenes) quia in potestate tua habes.[Quæ putamus) .s.totam Syriam [Fulta) Sustentata.Iuuen. Nos urbem colimus tenui tibicine fulta.[Ora) Cõfinio,termino,siue regione [Discrimen]Periculũ. [Belli reliqui).i. belli remãsuri & futuri. (Paruis copijs) Paruo exercitu Ant.quia Ant. posuerat magnam partem suarum copiarũ Bononiæ,pro præsidio.[Claternæ]Ad forũ Cornelij.i.foro Cornelij,uel apud forum Cornelij, existimatur aũt esse vrbs,quam nũc dicimus Imolam.[Considerate) Cũ magno cõsilio. (Regiũ Lepidi) ad differentiã Rhegij,quod est in Sicilia [Cũ cã) cũ defensione,& reip.& libertatis.[Rectus]bñ sentiens. [Inertes]Ignaui,nullius cõsilij.[Probari) Bonos haberi,laudari. [Lumẽ eluceat ab partib⁹ oriẽtis].i.aliqd prçclarũ à te factũ ad nos deferat,adlusit aũt ad solẽ, q ex oriẽte primũ lumẽ emittit.

Fultus

Forum Cornelij

Rhegium Lepidi

ASC.

HIEMEM &c.]Dicit nunciari Cassium esse in Syria, eidẽ ab senatu decreta.laudat Brutum,qui C.Antonium, M.Antonij fratrẽ ad se cõuertit,iterũ quales sint in senatu aperiens. Ordo est: Ego credo hiemẽ prohibuisse adhuc,quo minus.i.ut nõ haberemus de te certũ,qd,& maxime.i.præcipue ubi esses,tñ.i.tametsi nihil certi haberemus,oẽs loquebantur.credo ꝙ.i. quia uolebãt .i.optabant,aut opinabantur te esse in Syria,& sup.hr̃e copias,i. collegisse exercitum.Aũt,i.sed,id credebatur eo facilius,quia uidebat simile vero. Quidẽ.i.certe quidquid tu feceris, Brutus noster.s.Decius consecutus est.laudẽ egregiã,gessit.n.tantas res, & tã inopinatas eç.s.res cũ essent gratç.i. utiles & acceptç p se.tũ, sup.erant gratiores pp celeritatẽ,ꝙ si tu tenes ea, quæ putamus, resp.est fulta.i.sustentata & munita magnis præsidijs,i.custodijs, & protectionibus.Enim,i.quia,nos erimus muniti à prima ora, .i.extremitate Græciæ usque ad Ægyptũ imperij,& copiis optimorũ ciuium,q̃q̃ nisi.s.res aut opinio fallebat me,res habebat se sic.ut oẽ discrimen, i. periculum totius belli videretur positũ in D.Bruto,qui si erupisset.i.vi in hostes impetũ fecisset,Mutina,i. ex ea vrbe ubi obsessus erat ab Ant. nihil belli reliq.i. relicti,aut nihil reliquũ belli uidebatur fore.i.futurũ.Ipse obsidebatur iam paruis copijs quod.i.quia Antonius tenebat Bononiã magno p̃sidio.i.multitudinẽ militum ad custodiã vrbis impositorũ.Aũt.i. Hirtius noster.s.cõsul erat Claternç.i.in eo oppidulo,cui Imolç nũc nomẽ putant, Cçs.s.Octauius, sup. erat ad forũ Cornelij, uterq; sup.erat tã Hirtius,quã Cæsar cũ firmo exercitu, & Pansa alter consul cõparat Romç magnas copias ex delectu Italiç. Hiems prohibuerat rem geri, adhuc Hirtius nihil uidebatur acturus nisi cõsiderate,vt significat mihi literis crebris.Nos tenebamus totã Galliam,scilicet Cisalpinam,præter Bononiã,Rhegium Lepidi,nam est etiam in Sicilia Rhegium, supple, & Parmam. Etiam habebamus transpadanos tuos clientes, id est, tuo patrocinio,dum Romæ agebas,utentes,& ita tibi addictos,coniũctos, mirifice cum causa,scilicet quam fouemus,i.cum defensione reip.Senatus erat,scilicet tunc,cum Decius Brutus obsideretur,fortissimus exceptis consularibus,idest,ijs,qui consulatũ gesserant, ex quibus unus, idest solus L. Cæsar est firmus, & rectus. Nos amisimus morte, idest per mortem S. Sulpitij, magnum Præsidium.i.protectorem,& custodem salutis nr̃ç.Reliq .s.consulares,partim sup.sunt inertes.s.sine arte,& industria, partim improbi.i.improbandi,quia pro Rep.facere, quæ sciunt, & possunt nolunt,nonnulli inuident laudi eorum,quos vidẽt probari i.approbari in Rep. Vero pro sed,mira consensio est P.R & totius Italiæ. Hæc erant fere.s. omnia quæ uellem esse nota tibi. Nunc aũt opto,ut lumen uirtutis tuæ eluceat ab istis partibus orientis, vñ sol oriens illuminat hemispheriũ nostrum. pulchre ergo ad solem alludit cum in Syria parte orientali esse Cass.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

C Tidium quendam commendat,&, quanta sit in Cassio spes,si res male eueniat,ut eum ad fortiter agendum exhortetur,adijcit.

M. CICERO C. CASSIO S. P. D. 6

QVI status rerum fuerit tum,cum has literas dedi scire poteris ex C. Tidio Strabone, uiro bono & optime de rep.sentiente. nam quid dicam,cupidissimo tui,qui, domo,& fortunis relictis,ad te potissimum ꝓfectus sit:itaque eum tibi ne commendo quidem.aduentus ipsius ad te satis eũ commendabit.Tu,uelim,sic existimes,tibique persuadeass,oẽ perfugium bonorum in te,& Bruto esse positum, si, quod nolim,aduersi quid euenerit.res,cum hæc scribebam,erat in extremum deducta discrimẽ.Brutus enim Mutinæ uix iam sustinebat,qui si conseruatus erit,uicimus: sin, quod Dij omen auertant, oĩs omnium cursus est ad nos. proinde fac tantum animum habeas,tantumque apparatum, quanto opus est ad uniuersam rem, recuperandam. Vale.

QVI]Commendat Cic.Cassio C.Tidium Straboñ ad eum proficiscentem,ut cum eo esset.dicit aũt posse ex eo intelligere præsentium rerum statum.affirmat deinde magnã opem, & perfugiũ esse oĩum bonorũ in eo & M.Bruto.nã D.Brutũ scribit eum laborare extremo obsidionis periculo,q si fuerit oppressus,confugient oẽs ad Brut.& Cassiũ.[Strabone]Cognomen est. [Cupidissimo) Amantissimo[Domo]Familia sua.est aũt magnũ argm̃ beneuolentiæ relinquere domũ,& res suas pp aliquẽ.[Potissimũ) Præcipue eũ ad alios,proficisci posset.[Aduentus]Quia uenit ad te.[Quod nolim]Quod deus auertat.[Si quid euenerit] Est aposiopesis.tacetur.n. vrbũ, q.d. actũ erit de nobis: (Sustinebat) Quia extrema fama laborabat.[Qđ nomẽ]Quod augurium malũ.[Proinde]Igit.[Vniuersã]Totã si oppressus fuerit Decius. HVB.

QVI status,&c.]Cõmendat Cassio C.Tidiũ Str.ad ipsum Cassium ꝓficiscentẽ,ut cũ eo esset.dicit aũt eum posse ex ipso intelligere p̃ntium rerũ statũ, deinde dicit magnã spẽ esse ex ipso Cassio,& M.Bruto. Nam D.Brutũ dicit obsidione teneri,itaq; ad illos perfugiũ fore,si Decius vincatur.Ordo ẽ: Tu poteris scire ex C.Tidio Strabone uiro bono,& optimæ sentiẽte de rep.q.i.qualis (nã sequẽte,s. sæpe qui ꝓ quis legitur) status rerũ fuerit,tũ.i. tunc,cũ.i qñ,ego dedi tuas literas scilicet,ad te dico sup. sentiẽte op.&c. Nã qd.i.ad qd dicã cupidissimo.i. ꝙ possis scire ex uno cupidissimo tui,qui ꝓfectus est potissimũ ad te domo,& fortunis.i.diuitijs oĩbus relictis.Itaq; ego ne quidẽ.i.nõ ẽt cõmendo eũ tibi,quia aduẽtus eius ad te,cõmendabit satis eũ.Ego uelim sup.ut tu existimes,& ꝑsuadeas tibi sic,oẽ ꝑfugiũ bonorũ.i. spẽ se conseruandi perfugã,esse positã in te & in Bruto. siquid.i.aliquid aduersi euenerit.s.bonis,hoc est Reip.fautoribus, quod nolim s.euenire.Res.s.bellica,erat,cum scribebam hæc,deducta in extremum discrimen.i.summum periculum. Brutus.i.uix sustinebat iã Mutinæ.s.uim obsidentium,qui.s.Brutus,si erit conseruatus,uicimus,non dicit uincemus,sed pp certitudinẽ uictoriæ vicimus.Cõseruatus aũt fuit,nec tñ vicit.Sin.i.sed si,ipse erit oppressus ibi,quod omen dij auertant, omnis cursus hoĩum est ad vos.s.à facie Antonianorũ.Adnotandum omnis mali amouendi gratia,quoties triste quid,quod impenderet,dicturi erãt,solitos p̃mittere, quod nolim,quod dij auertãt,&c. Proinde.i.& ideo, fac supp.ut habeas tantũ animum,& tantum apparatum, quantum opus est.s.habere,ad recuperandam uniuersam remp. ASC.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Approbat suũ studiũ,in defendenda Cassii dignitate hac epist. Cic.

M. CICERO C. CASSIO S. P. D. 7

QVANTO studio dignitatem tuam & in senatum, & ad populum defenderim, ex tuis te malo quã ex me cognoscere.quæ mea sentẽtia in senatu facile ualuisset,nisi Pãsa uehementer obstitisset ea sententia dicta productus sum in cõcionem a trib.pl.M.Seruilio.dixi de te,quæ potui tãta † cõtentione quantum forum est,tanto clamore consensuque populi,ut nihil unquam simile uiderim.id uelim mihi ignoscas, ꝙ inuita socru tua fecerim.mulier timida uerebatur, ne Pansa animus offenderetur. in concione quidem Pansa dixit matrẽ quoque tuam,& fratrem, illam à me sententiam noluisse dici.sed me hæc non mouebant: alia malebam: fauebã & reip. cui semper faui,& dignitati,ac gloriæ tuæ. quod autem & in senatu pluribus uerbis disserui,& dixi in cõcione, in eo uelim fidem meam liberes.promisi enim,& prope confirmaui, te nõ expectasse,nec expectaturum decreta nostra, sed te ipso tuo more remp. defensurum.& quamquam nihil dum audieramus, nec ubi esses, nec quas copias haberes: tamen sic statuebam,

† alias, concione

tuebam, omnes, quæ in istis partibus essent, opes, copiasq; tuas esse: per teque Asiam prouinciã confidebã iam Reip. recuperatam. tu fac, in augenda gloria te ipsum uincas. Vale.

HVB. QVANTO] Cum pugnaret in Asia Cassius cõtra Dolabellã, Cic. eũ vehementer laudauerat, promiseratque eũ facturũ per se quidquid uideret fore utile reip. nec expectaturũ senatus decreta, ut liberaret Asiã à Dolabella, qui fuerat iudicatus hostis. Itaq; licet Cic. simulet se nolle dicere q̃ ꝓ eo egerit, tñ latenter significat. imò quodã mõ breuiter cõmemorat, & ab eo petit, ut ea præstet, q̃ ipse Cic. senatui de eo ꝓmisit, & quasi data fide affirmauit. Postremo dicit se sperare totam Asiã ꝓpediẽ ab eo liberatã fore. [Malo) Volo potius [Quã ex me] Ne uideat iactare officiũ meũ. [Facile) Nullis aduersantibus. [Pãsa] Cõsul. [Productus) In publicũ ductus. [Cõtentione) Vehemẽti orõne. [Quantũ est forum) Quantũ totũ forũ poterat audire, i. tanta uoce, quanta poterat totum forum implere. [Nihil simile) Quia nunquam populus magis consensit ad rem aliquam. [Socru) Matre uxoris tuæ. [Inuita] Nolente [Offenderetur) Si te laudassem. [Hæc) Quæ socrus tua, & mater dicebant se nolle. [Faucbam, & Reipu.] i. faciebam cũ reipu. & cũ tuæ dignitatis. [Liberes fidem meã) Absoluas me fide, quã pro te dedi. [Promisi. n.] Dicit nunc q̃ sit ea fides. [Tuo more) Vt cõsueuisti. [Nihil dũ] Pro nondum. [Statuebam] Iudicabam [Istis] Asiaticis. [Recuperatam] Ad inuasione Dolab. [Vinceas reip.) Faciam etiam ultra uires.

A.SG. QVANTO studio &c.] Defenderat Cassium pugnantem cum Dolab. quod nunc paucis tangat, monens, ut ea præstet senatui, quæ Cic. de eo promisit, cum speret totam Asiam ab eo propediem liberandam. Ordo est: Ego malo, idest magis uolo, te cognoscere ex tuis, scilicet necessarijs, quam ex me, quanto studio ego defenderem dignitatem tuam, & in senatu, & ad populum. Quæ sñia mea, scilicet de te, ualuisset, idest, approbata fuisset, facile in senatu, nisi Pansa obstitisset vehementer. Ea sententia (non scribit eam, quia scit ab amicis Cassij perscriptam) dicta, id est postquam erat dicta. Ego productus sum in concionem, idest cœtum populi, à M. Seruilio trib. pleb. Dixi de te quam potui, scilicet decenter dicere, tanta contentione, idest uocis extensione, & auctione, quantum est forum in quod populus, tanto clamore, & consensu populi, ut nihil uiderim unquam simile. Velim sup. ut ignoscas mihi id, uidelicet, quòd fecerim, idest ita contenderim, socru tua, idest matre uxoris tuæ inuita. Mulier timida uerebatur ne animus Pansæ, qui in senatu obstiterat, offenderet. Pansa quidem dixit in cõcione matrem quoque tuam & fratrem, noluisse illam sententiam dici, à me. Sed hæc, scilicet obstacula nõ cõmouebant me, ego malebã. i. magis uolebã alia. Fauebã &. i. simul reip. cui faui semp, & gloriæ tuæ. Aũt. i. sed, ego uelim sup. ut liberes fidẽ meã. i. facias, ut pollicitus sum te facturũ, in eo, ꝙ & disserui uerbis pluribus in senatu, & dixi in cõcione. Promisi. n. & ꝓpe cõfirmaui. i. asserui ita fore te nõ expectasse, nec expectaturũ cẽ decreta nostra, sed te ipsũ. i. ꝓprio iudicio & auctoritate defensurũ sup. esse rẽp. tuo more. i. sicut incepisti Cę. occidendo Et q̃q̃ nihil dũ. i. nihil tũc adhuc audieramus, nec ubi esses, nec quas copias hr̃es, tñ statuebã. i. in aĩo proponebã si oẽs opes, q̃ essent in istis partibus. s. ubi tu es, & copias sup. oẽs cẽ tuas & confidebã Asiam iam esse recuperatam reip per te. Tu fac sup. ut uincas teipsum. i. plus facias quam hactenus fecisti, cũ tamen ea faciendo alios superaris, in augenda gloria. s. tua.

PAVL. MAN TANTA contentione] Corrigo concione, fidẽ habẽs Volfango Vuetter. docto & ꝓbo adolescẽti, mihiq; familiaritate cõiunctissimo, q̃ se ĩ antiquo libro cõcione ꝓ cõtẽtione, legisse affirmat.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Conqueritur de Lepidi perfidia, & quomodo illius improbitate in nouas turbas coniecti sint, narrat.

M. CICERO C. CASSIO S. P. D. 8

SCELVS affinis tui Lepidi, summãq; leuitatẽ, & inconstãtiã ex actis, quæ ad te mitti certo scio, cognosse te arbitror. itaq; nos, confecto bello, ut arbitrabamur, renouatũ bellũ gerimus; spemq; oẽm in D. Bruto & Planco habemus; si uerum quæris, in te, et in meo Bruto nõ solũ ad præsens perfugiũ, si qd nolim, aduersi qd acciderit, sed ẽt ad cõfirmationẽ ꝑpetuæ libertatis. Nos hic de Dolabella audiebamus, quæ uellemus; sed certos auctores nõ habebamus. te quidẽ magnũ hominẽ & ꝑsenti iudicio, & reliqui tp̃is expectatione scito esse. hoc tibi ꝓposito, fac ut ad summa contendas. nihil est tantum. quod populus R. à te perfici atque obtineri posse iudicet. Vale.

HVB. SCELVS] Post liberationẽ Bruti ex obsidione Mutinensi, Lepidus se cũ Ant. cõiunxit, quem dicit ualde nocuisse P. R. q̃a cum credidisset se finijsse bellum, superato M. Ant. apud Mutinã coactus est gerere bellum renouatum ꝑ perfidiam Lepidi Anto. coniuncti. Itaque dicit spem esse in M. Brut. & Cass. quem nõ solum dicit nunc credi magnum hominem, sed etiam in futurum, nihil. n. esse tã magnũ, quod P. R. non confidat eũ non posse pręstare. [Scelus) Perfidiã, quia Ant. fusum apud Mutinã in societatẽ, & prouinciã suam recepir. [Confecto) Finito. Decio liberato & Anto. fugato. [Renouatũ) Per coniunctionẽ Lep. [Quę uellemus] Qualia optabamus. s. qđ esset à te oppressus, eũ. n. Cassius ĩ Laodicea obsederat. [Expectatione) Spe bona. [Cõtẽdas] Enitaris

SCELVS &c.) Dicit perfidia Lepidi iam cum Antonio cõiuncti plurimũ noceri populo, libertatiq; Romanæ, unde spẽ reliq̃ dicit ĩ Cassio & M. Brut. Ordo est: Ego arbitror te cognoscere scelus & summam leuitatem. i. mutabilitatem in fide, & pro. i. incõstãtiam, affinis tui Lepidi, ex actis. i. scriptis de rebus in acta relatis, & de his, quæ publice agũtur, q̃. s. acta, ego scio certo mitti. i. ꝙ mittantur ad te. Itaq, q̃a Lepidus in fide non mansit, gerimus bellũ renouatũ bello confecto. i. postq̃ bellũ erat confectũ, & finitũ, ut arbitrabamur, & hẽmus oẽm spẽ in D. Bruto, & Plãco. & sup. si quęris uerũ, i. ut ꝙ uerũ est, dicã, habemus, sup. in te & in Bruto meo. s. familiarissimo Marco, nõ solũ perfugiũ. i. ad quos fugere poterimus ad pñs. i. ad euitãdũ instãs periculũ, aut ad tutela parũ duraturã. si quid aduersi acciderit. s. nobis, & reip. qđ nolim, sed ẽt ad confirmationẽ. i. stabilitionẽ perpetuæ libertatis. Nos audiebamus hic de Dolab. q̃ uellemus, uidelicet ꝙ à rep. staret, sed nõ habemus certos auctores. Scito te quidẽ esse magnũ hominẽ, &. i. simul. iudicio præsenti. i. qđ fertur iã de te ob res ꝑactas. & expectatione tp̃is reliqui. i. ob ea, quæ homines sperant te gesturum. Hoc. s. præmio præposito tibi. fac sup. ut cõtendas. i. toto conatu eas ad summã. i. consumationẽ rei. Nihil est tñ. i. tã magnũ, quod P. R. non iudicet posse perfici, atque obtineri à te.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Rursus ob lepidi perfidiam in Cassio omnem spem recuperandæ salutis esse ostendit.

M. CICERO CASSIO S. D. 9

BREVITAS tuarũ literarum me quoque breuiorem in scribẽdo facit: & uere ut dicam, non satis occurrit, quod scribam. nostras enim res ĩ actis perferri ad te, certo scio: tuas autem ignoramus. tãquam enim clausa sit Asia, sic nihil perfertur ad nos, præter rumores de oppresso Dolabella. satis illos quidem constantes, sed adhuc sine auctore. Nos confectũ bellum cũ putaremus, repente à Lepido tuo in summam sollicitudinem adducti sumus. itaque persuade tibi maximã reip. spẽ in te, & in tuis copijs esse. firmos oĩno exercitus habemus: sed tamen, ut oĩa, ut spero, ꝓspere ꝓcedãt, multũ interest te uenire. exigua est. n. spes reip. nã nullã nõ libet dicere: sed quæcunque est, ea despõdetur anno consulatus tui. Vale.

HVB. BREVITAS] Eodẽ est argumento hæc epist. quo & superior, nisi quod ostendit aduentum Cassij plurimum profuturum reipu. in parua spe, q̃ relicta est. [Breuiorẽ) Quia breuiter scripsisti, breuiter quoq; tibi respondendũ duco. [Clausa) Vel circũsessa, uel muto, ut ita dicã, circundata, ut nuncij uenire nõ possint. [Cõstantes) Eodẽ tenore non uariato. [Sed tñ) Vt. [Vt) i. quãuis. [Interest) Refert, utile est. [Despõdetur) Promittitur, deputatur.

Vt Despõdetur ASC. BREVITAS &c.] Eodẽ est argumento cum superiore, nisi ꝙ ostendit aduentũ Cassij plurimũ profuturũ reip. in parua spe, q̃ relicta est, dicitq; in principio, cur tam breuis sit. Ordo est: Breuitas literarũ tuarũ facit quoque. i. etiam me breuẽ in scribendo. Et, ut dicã uere, non occurrit satis quid scribã. Scio. n. certo res nostras perferri ad te in actis. i. instrumẽtis de actis publicis. Autẽ. i. sed, nos ignoramus tuas. s. res. Enim. i. quia nihil perfertur ad nos, sic tanquã Asia sit clausa, pręter rumores de Dolabella oppresso, quidem. i. certe. illos satis constãtes. i. continuatos, sed adhuc sine auctore. i. certo assertore. Nos cũ putaremus bellũ cõfectũ. i. finitũ esse, adducti sumus repẽte à Lep. tuo. s. affine. i. in solicitudinẽ summã. i. maximã. Itaq; persuade tibi maximã spẽ reip. esse in te, & in copijs tuis. Nos habemus exercitus. s. Bruti, & Planci oĩno firmos, sed tñ ut. i. ut demus, aut ponamus, ut oĩa ꝓcedãt prospere, ut spero. s. ea processura, tamen multũ interest, idest multæ utilitatis est te uenire. Enim. i. quia, spes reip. est exigua, nã non libet dicere nullam, supple spem reip. esse, sed quæcunq; est, ea despondet. i. promittitur futura anno cõsulatus tui.

GIBER-

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hortatur Cassium, ut propere ad urbem cum exercitu ueniat, in eo enim, & Bruto omnem spem esse reip. positam.

M. CICERO C. CASSIO S.P.D. 10

LEPIDVS, tuus affinis, meus familiaris, pridie Kalen. Quint. sententijs omnibus hostibus à senatu iudicatus est, ceteriq; qui una cum illo à rep. defecerunt, quibus tamen ad sanitatem redeundi ante Kal. Sep. potestas facta est. fortis sanè senatus, sed maxime spe subsidij tui. bellum quidem, cum hæc scribebā, sane magnū erat scelere, & leuitate Lepidi. Nos de Dolabella quotidie, quæ uolumus, audimus, sed adhuc sine capite, sine auctore, rumore nuncio. quod cum ita esset, tamen literis tuis, quas nonis Maij ex castris datas acceperamus, ita persuasum erat ciuitati, ut illum iam oppressum oēs arbitrarentur. te autem in Italiam uenire cum exercitu: ut, si hæc ex sententia cōfecta essent, cōsilio, atq; auctoritate tua; sin quid forte titubatum esset, ut fit in bello, exercitu tuo niteremur. quem quidem ego exercitum quibuscunque potero rebus ornabo. cuius rei tum tempus erit, cum, quid opis reip. laturus exercitus sit, aut quid iā tulerit, notum esse cœperit. nam adhuc tantum conatus audiuntur, optimi illi quidem, & præclarissimi, sed gesta res expectatur: quam quidem aut iam esse aliq̄ aut appropinquare confido. tua uirtute, & magnitudine animi nihil est nobilius. itaq; optamus, ut quā primū te in Italia uideamus. rempu. nos habere arbitrabimur, si uos habebimus. præclare uiceramus, nisi spoliatū, inermem, fugientē Lepidus recepisset Antonium. itaq; nunq̄ tāto odio ciuitati Antonius fuit, quanto est Lepidus. ille. n. ex turbulenta rep. hic ex pace, & uictoria bellum excitauit. huic oppositos consules designatos habemus: in quibus est magna illa quidē spes, sed † anceps cura propter incertos exitus præliorum. persuade tibi igitur, in te, & in Bruto tuo esse omnia, uos expectari, Brutum quidem iam iamq;. quòd si, ut spero, uictis hostibus nostris ueneritis: tamen auctoritate uestra resp. exurget, & in aliquo statu tolerabili consistet. sunt. n. permulta, quibus erit medendum, etiam si resp. satis esse uidebitur sceleribus hostium liberata. Vale.

HVB. LEPIDVS] Certiorē reddit Cic. Cassiū, quemadmodū Lepidus iudicatus est hostis, præscripto tū ei termino, quo possit adhuc redire ad sanitatem, hoc est ad societatē P. R. dicitq; eius cōiunctione cum Ant. bellum multum auctū esse. Deinde quid nunciatum sit de Dolabella, postea uero ipsum Cassiū, & M. Brutum expectari in Italia ꝓpter maximum incendium belli renouari perfidia Lepidi, contra quem dicit oppositos esse Plācum, & D. Brutum consules designatos, sed maximam spem esse in ipsis Cassio, & M. Bruto. [Defecerunt) Reliquerunt fidem P. R. [Sanitatem) quia fuit furor deficere, sanitatem autem animi, nō corporis intelligimus hoc loco [Sine capite) Sine origine, quia nescimus quis fuerit, à quo hic rumor ꝓcesserit. [Rumore nūcio) .i. tātum modo fama nunciante. [Literis tuis) Quæ sequuntur inferius incipientes. Legi tuas literas, debuerant enim ꝓcedere hanc epistolā, sed, ut sæpe diximus, non est seruatus rectus ordo harum epistolarū [Illū) Dolabellam. [Ex sententia) Vt uolumus

Titubatum [Titubatum) Erratum, cespitatū. [Niteremur) Sustentaremus. [Cuius rei) .s. ornandi exercitum tuum. [Apparatus) Voluntates.

Iam [Gesta] Perfecta. [Vos] De. & M. Brutū. [Quāto] .s. odio. [Ille] An.

Iamq; [Hic] Lepidus. [Consules des.) Plācum, & D. Brutū [Iamiamq;) .i. celerrime nunc nunc, uenerat enim in Sardiniam, ut uidimus, libro 1. [Qd si) Obiectio, quia possent dicere deuictis hostibus, quid est opus nos uenire? dicit Cic. auctoritatē eorum posse plurimum erigere remp. [Exurget) Erigetur, cum iaceant quasi pressa. [Tolerabili) Mediocri, si minus optimo. [Medendum) Prouidendum. trāslatio sumpta à corporibus ægrotis.

ASC. *LEPIDVS &c.* Certiorem facit Cassium, quemadmodum Lepidus declaratus sit hostis, ꝓscripto tū ei termino, quo possit adhuc redire ad sanitatem mentis, hoc est ad societatē P. R. dicitque eius ad Ant. accessione bellum multum auctum esse, deinde quid nunciatum sit de Dolabella. & demum eum cum Bruto, expectari in Italia scribit. Ordo est: Lepidus affinis tuus, familiaris meus iudicatus est hostis à senatu oībus sententiis, prid. Kal. Quinctilis, idest Iulij nunc dicti mensis, & ceteri qui defecerunt una .i. pariter cum illo à rep. quibus tamen potestas redeundi ad sanitatē .i. meliorē mentē, & saniora cōsilia ante Kal. Sept. est facta .i. ꝓmissa à senatu. Senatus sup. est sanè .i. multum fortis, sed maxima spes sup. est subsidij tui .i. in subsidio tuo. Bellū qdē erat sanè .i. ualde magnum, cum scribebā hæc, scelere & leuitate .i. ꝑfidia, & incōstātia Lepidi. Nos audimus quotidie quæ uolumus de Dolabella .i. eum oppressum esse, sed adhuc rumore nuncio .i. nunciante, sine capite, sine auctore .i. certo assertore, quod cum .i. quāuis esset ita, tn̄ persuasum erat ciuitati ex literis, quas acceperamus, datas Non. Maijs ex castris ita, ut oēs arbitrarentur illū iam oppressum, sup. esse, te autem uenire in Italiam cū exercitu. ut si hæc essent cōfecta .i. absoluta ex snīa .i. uoluntate, roborarēntur cōsilio, atque auctoritate tua, sin .i. sed si, quid .i. aliquid, esset titubatū .i. uacillatum forte, ut fit .i. fieri solet in bello, nos niteremur .i. corroboraremur & fulciremur tuo exercitu, quem quidē exercitum .s. tuum, ego ornabo quibuscunq; rebus potero. Cuius rei exercitus .s. ornandi, tempus erit sup. tunc, cum .i. qn̄ cœperit esse notū .i. cōstare, qd opis .i. auxilij, exercitus sit allaturus, aut quid attulerit iam rei. Nam conatus tm̄, & non effectus audiūtur adhuc, illi quidem .s. conatus audiunt optimi, & ꝑclarissimi. Sed res gesta expectatur. Quā .s. rē gestam, quidē .i. certe, ego cōfido aut aliquam esse iam, aut appropinquare .i. proxime futuram. Nihil est nobilius .i. illustrius, & notius uirtute tua, magnitudine animi. Itaq; nos optamus, ut uideamus te quā primū in Italia. Nos arbitrabimur hr̄e remp. si habebimus uos .i. te & Brutū. Nos uiceramus ꝑclare, nisi Lepidus Ant. spoliatum, inermem, fugientem excepisset. Itaque Ant. nunquam fuit ciuitati tanto odio, quāto Lepidus est. Enim .i. quia illa .s. Ant. excitauit bellū ex rep. turbulēta, hic .s. Lepidus excitauit bellū ex pace & uictoria .i. ubi pacem habuisset resp. pp uictoriam. Nos habemus consules designatos .s. Decium, Brutum, & Plancum oppositis huic .s. Lepido, cū Antonio, in quibus .s. consulibus designatis est quidē magna spes, sed cura anceps pp incertos exitus ꝑliorum. Persuade igitur tibi oīa esse ī te, & in Bruto .s. Marco, & uos expectari, sed Brutū iam iamq; .i. in singula momēta: qd si ueneritis, hostibus nostris uictis, ut spero, tn̄ resp. exurget .i. extolletur auctoritate uestra, & cōsistet .i. stabilietur, aliquo statu tollerabili. Sunt enim permulta, quibus erit medendum .i. quibus erunt remedia adhibenda, etiam si Resp. uidebitur liberata satis sceleribus hostium.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Scribit Ciceroni Cassius, quales legiones acceperit, hortaturque oblique Ciceronem, ut, & eum, & remp. defendat.

C. CASSIVS PROCOS.

M. CICEROMI S. D. 11

SI ualeas, bene est: ego ualeo. In Syriam me profectum esse scito ad L. Murcum, & Q. Crispum Impe. uiri fortes, optimiq; ciues, posteaq̄ audierunt, quæ Romæ gererentur, exercitus mihi tradiderunt; ipsique mecum una fortissimo animo remp. administrant. itē legionem, quā Quin. Cæcilius Bassus habuit, ad me uenisse scito, quatuorque legiones. quas A. Allienus ex Aegypto eduxit, traditas ab eo mihi esse scito. Nunc te cohortatione non puto indigere, ut nos absentes; remq; publicam quantum opus est, defendas. scire te uolo, firmo præsidia nobis, senatuiq; nō deesse, ut optima spe, & maximo aīo remp. defendas, reliqua tecū aget L. Carteius familiaris meus. Vale. Data non. Mar. ex castris, Tarichei.

IN Syriam] Cassius. Cic. certiorem facit se uenisse in Syriam, de inde quid ibi egerit. firma enim ꝑsidia se hr̄e dicit ad defensionem reip. hortatur aūt eum latēter, ut eum, & remp. tueatur. [Crispum) qui Bythiniæ præerat. [Murcum) qui & ipse in Syria erat. [Quæ gererentur) qā decretum erat per senatum, ut oēs Bru. & Cæs. parerent. [Legionem quā Q. Cæcil. Bassus) hæc olim fuerat Iulij Cæ. q cum per Syriam proficisceretur, eam illic reliquerat, iam tū in Parthos meditatus bellum. huius cura Cæcilio Basso mādata fuerat. [A. Allienus) hic. n. nuper à Dolabella missus in Ægyptū quatuor legiones à ꝓuincia, duxerat, quas ex Pompeij clade, Crassique dispersas Cleopatra sub Cæs. collectas retinuerat. hunc igitur nihil suspicatē Cass. in Palæstina adortus, legiones sibi tradere coegit, quatuor legionibus contra octo pugnare uetitū. [Firma) ualida: habebat enim xi. legiones Cassius. [Aget] loquetur. [Taricheis) ad Taricam Syriæ ciuitatem positis. HVB.

SI uales,

SI uales,&c.]Dicit se Cassius in Syriam uenisse, addẽs quid illic egerit, firma.n.pſidia se habere dicit ad defensionẽ reip. hortatur aũt latenter, ut rẽp. tueatur, & se nõ negligat, imò curet defendendũ. Breuis aũt est, eo q reliqua dicit ex Carteio familiari suo accipiẽda. Ordo est: Si uales, bene est, ego quoq; ualeo. Scito me profectum esse in Syriam ad L. Murcum, & Q. Crispum Imperatores. Viri fortes, & optimi ciues. s. Murcus, & Crispus, postquam audierunt quæ gererentur Romæ tradiderũt mihi exercitus, & ipsi administrant vnà mecũ rẽ aĩo fortissimo. Itẽ scito legionem, quã Q. Cæcilius Bassus habuit, uenisse ad me, & scito quatuor legiones, quas A. Allienus eduxit ex Ægypto, esse traditas mihi ab eo. nunc postquã sic reipu. studemus ego nõ puto te egere cohortatione, vt defendas nos absentes, & rẽp. quãtũ opus est. Ego uolo te scire firma pſidia nõ deesse nobis, senatuiq., vt defendas remp. optima spe, & maximo aĩo. i. habens optimam spem uictoriæ & maximum aĩum ad resistendũ inimicis. s. Carteius familiaris meus aget. i. disseret, & loquetur, aut tractabit tecum cætera, s. quæ essent scribenda, si ille non diceret ea. Vale. Data s. epist. non. Martij, ergo anno ferè reuoluto post cædem Cæs. Ex Castris Taricheæis. i. ad Taricham Syriæ ciuitatem positis.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Exaggerat Ciceronis erga se beneficia Cassius: & , quas literas scripserit, quos exercitus habeat, exponit. deinde à Cic petit ut eum tueatur apud senatum, & imperatores quoque libenter suscipiat. postremo narrat, quid in Asia egerit.

C. CASSIVS PRO COS. M. CICERONI S. D. 12

SI uales bene est: ego quidem ualeo. Legi tuas literas, in quibus mirificum tuum erga me amorem recognoui. uidebaris.n. non solum fauere nobis, id quod & nostra, & reip. causa semper fecisti; sed etiam grauem curam suscepisse, uehementerq́; esse de nobis solicitus. itaque quòd te primum existimare putabam, nos oppressa repu. quiescere non posse: deinde, cum suspicarere nos moliri, quòd te solicitum esse & de salute nostra, & de rerum euentu putabã, simul ac legiones accepi, quas A. Allienus eduxerat ex Aegypto, scripsi ad te, tabellariosq; cõplures Romam misi. scripsi etiam ad senatum literas, quas reddi uetui prius, quam tibi recitatæ essent, si forte mei obtẽperare mihi noluerũt. quòd si literæ perlatæ nõ sunt nõ dubito, quin Dolabella, qui, nefarie Trebonio occiso, Asiam occupauit, tabellarios meos deprehenderit, literasq; interceperit, exercitus omnes, qui in Syria fuere teneo. habui paululũ moræ, dum promissa militibus pſoluo. nunc iam sum expeditus. A te peto, ut dignitatem meam tibi commendatam habeas. si me intelligis nullũ neq. periculum, neq; laborẽ patriæ denegasse: si cõtra importunissimos latrones arma cepi, te hortante, & auctore, si non solũ exercitũ ad rẽp. libertatẽq; defendẽdã cõparaui, sed ẽt à crudelissimis tyrãnis cripui. quos si occupasset Dolabella; non solũ aduentu, sed ẽt opinione, & expectatione exercitus sui Antoniũ confirmasset. quas ob res milites tuere si eos mirifice de repu. meritos esse animaduertis. & effice, ne quẽ pœniteat, rẽp. q̃ spem prædæ, & rapinarũ, sequi maluisse. item Murci, & Crispi imp. dignitatẽ, quãtum est in te, tuere. nam Bassus misere noluit mihi legionẽ tradere. q nisi milites, inuito eo legatos ad me misissent, clausam Apameam tenuisset, quoad ui eẽt expugnata. Hæc à te peto nõ solũ reip. q̃ tibi semp fuit carissima, sed ẽt amicitiæ nostræ nomine; quã confido apud te plurimum posse. crede mihi, hunc exercitum, quẽ habeo senatus, atq; optimi cuiusq; esse, maximeq; tuum: de cuius uoluntate assidue audiẽdo, mirifice te diligit, carũq; habet. qui si intellexerit cõmoda sua curæ tibi esse; debere ẽt se tibi oĩa putabit. Literis scriptis; audiui Dolabellã in Ciliciam uenisse cũ suis copijs. pficiscar in Ciliciã. qd egerim celeriter, ut scias, dabo operã, ac uelim, ut meremur de rep. sic felices simus. Fac ualeas, meque ames. Nonis Maij, ex castris.

IVB. LEGI] Hæc epist. debuit poni in ordine post illã, q̃ superius incipit. Quãto studio, cum.n. Cicero significasset, quę pro Cassio egisset, & quid de eo promisisset senatui, respondet tũc Cassius se cognouisse Cic. erga se amorẽ: & qm intelligebat eũ de se grauem curã suscepisse, & uehementer esse solicitum, dicit se statim reddidisse eum certiorem de rebus prouinciæ, cũ primum habuit exercitus, q erãt in Syria, ut in præced. epist. uisum est se etiã scripsisse ad senatum, voluisseq;, ut Cic. prius illas literas, quæ ad senatum mittebantur, inspiceret, q̃ senatui redderentur, quę redditæ non fuerunt, dicit se non dubitare quin interceptæ fuerint à Lepido. deinde dicit quem exercitum habeat, petitque à Cic. ut eius dignitatem tueatur, & Murcũ, & Crisp. impe. q ei exercitum tradiderant, commendatos habeat, & milites suos, quos dicit esse vehementer Cic. affectos. Postremo dicit se psecuturũ Dolabellã in Ciliciam, q̃ regio est minoris Asię Syrię propinqua, facturumq́; ut Cic. q̃ primum intelligat, quid egerit. [Literas tuas) Quæ, ut dixi incipiunt: Quanto studio [Grauẽ curã) Quia intelligit quanta cõtentione de se uerba fecisset. [Oppressa) Ab Ant. [Suspicarere) Putares [Moliri, apparatũ facere. [De) .i. ppter. [Simul ac]Cum primum. [Ex Ægypto) Vt in pręcedẽti epist. declaratum est. Ordo est: Itaq; scripsi ad te, & misi complures tabellarios Romam, quia putabã te existimare nos nõ posse quiescere, rep. oppressa, deinde quia putabam te solicitum esse de nostra salute, & de rerum euentu, cum suspicarere nos moliri. [Recitatæ]Lectæ, ut si quid uideretur commutandum, cõmutares arbitrio tuo. [Trebonio occiso) Is.n. Asiæ pfectus Dolabellã ad se uenientem, Pergamo, & Smyrna non admiserat, sed solummodo ei commeatum ueluti consuli extra mœnia parauerat, aggrediente eodem cum ira urbes, nihilq́; perficiente. [Trebonio) In Ephesum recipi mandauit, & ad Ephesum euntem quosdam ex interuallo subsequi iussit, hi, nocte ingruente, Dolabellã recedentem intuentes, nec ulterius quidq̃ suspicari paucos ex suis liquere, q illum sequerentur. Ipsi uero ad Smyrnam redierunt. Dolabella omnes, qui relicti fuerãt, p insidias interficit, & nocte adhuc instante Smyrnam uersus gressum mouet, quam in custoditam inueniẽs p scalas occupat. Trebonius in lecto à militibus deprehensus, se ad Dolabellã deduci supplicat, spõte se illos esse secuturum: huic turmæ ductor eum intuens; Eia tu sequere, inquit, caput interim nobis derelinquas, non.n. te, sed caput tuum afferre nobis mãdatum est. quo dicto, caput illi subito abscidit. Orta luce Dolabella Trebonij caput ptorio in solio, quo iudicare solitus erat, affigi iussit, exercitus ira cõmotus, & supplex turba oĩs ob necẽ Cæs. cuius Treb. particeps fuisse dicebat, & qd, dũ interficeretur, Ant. ad senatus fores, uerbis detinuisset, in reliquũ corpus eius crudeliter sæuit, caput in morẽ sphærę, siue pilæ in strato lapidi cũ risu inuicẽ diu prouolutũ, donec contritũ, essassumq; est, & hic primus ex pcussorũ numero tales pœnas dedisse dr. [Habui paululũ morę]Paululũ moratus sum anteq̃ pugnarẽ. [Si] affirmatiue ponit p q. [Importunissimos) Infestissimos. [Crudelissimis tyrãnis]Antonio, & alijs, q rẽp. occupare nitebãtur. [Quos)Exercit⁹ [Cõfirmasset]Animosiorẽ reddidisset, si sperasset aduenturũ eius exercitũ. [Quã spẽ prædę, & rapinarũ) quę pmittebant eis ab Ant. & Dolab. & alijs hostib. reip. si eos sequi uoluissent. [Murci, & Crispi]De qbus in pcedẽti epist. uidimus, qui Cassio tradiderãt exercitus suos. [Nã Bassus) Is erat in Apamea, cũq; recusaret tradere exercitũ Cass. eius milites miserũt legatos ad ipsũ Cassiũ, se oĩno trãsituros ad eũ, & ita uel inuitus coactus est tradere [Misere noluit) i. ualde noluit, ualde recusauit. nã miserẽ p ualde sæpe ponit. Terẽ. misere hanc amat, nec legẽdus ẽ misero p malo, & scelerato uel astuto, ut qdã somniat, cũ nusquã id significet [Quòd) Quonsq; [Expugnata]Vi capta. [Cuius) s. tui. [Sic felices simus] Sic nobis oĩa prospere eueniãt. Misere

ASC. *SI uales,&c.*]Hæc epistola vr ponenda post illã, quæ superius incipit: Quanto studio. Cũ enim Cic. significasset, quæ pro Cassio egisset, quid de eo senatui promisisset, respondit Cassius se cognouisse amorẽ eius in se, & statim rñdisse, & petijsse, ut literas suas ad senatum det, & inspiciat, rogans, ut dignitatem suã tueatur, & Murcum commendatum habeat, additq; se Dolabellã psecuturum. Ordo est: Si uales, bene ẽ, ego quidẽ ualeo. familiaris salutandi forma. Ego legi literas tuas, in quibus recognoui mirificum amorem tuum erga me. Videbaris.n. non solum fauere nobis, id quod fecisti. i. qui fauisti nobis semper. & nostra causa, & reip. causa. i. tam ob bonum nostrũ priuatũ, q̃ ob publicũ, sed ẽt suscepisse grauem curam & esse solicitus vehementer de nobis. Itaque q. i. quia, ego putabã te existimare, primum nos nõ posse quiescere rep. oppressa. i. si resp. sit oppressa, deinde cum suspicarere. i. suspicareris nos moliri, idest aliquid magnum conari, qd .i. quia putabam te esse solicitum, & de salute nostra, & de euẽtu rerum. simul ac. i. eodem tẽpore, quo accepi legiones. s. quatuor, quas Allienus eduxerat ex Ægypto, scripsi ad te, ac misi Romã

complures tabellarios.i.nūcios,qui tabellas.i. literas in tabellis more antiquo scriptas pferrent. Ideo aūt complures, ut saltem unus ex illis literas perferret. Scripsi etiā literas ad senatū.quas .s.literas,uetui reddi.i. tradi senatui.priusq̃ essent recitatę tibi.si forte mei.s.tabellarij,q ex meis,vtpote seruis,aut libertis erant, uoluerūt obtemperare.i.obedire mihi. Quod si literæ sunt perlatę,nō dubito quin Dolabella,qui occupauit Asiā Trebonio occiso nefarie.i.p nefas,deprehenderit.i.in itinere cōprehēderit tabellarios nostros,& interceperit literas.s.nostras.Ego teneo oēs exercitus qui fuere in Syria,ego habui paululū morę.i.difficultatis,aut dilationis,dū persoluo militibus promissa.i. quæ promiserā,ut in uerba mea reip.iurarent.Ego sum nūc iam expeditus. Ego peto à te,ut habeas dignitatem meam cōmendatam tibi,si intelligis, me nullum,neque periculum, neq; laborē denegasse patriæ, & sup.si cepi arma cōtra importunissimos latrones.s.Antonianos,& Dolabellam,qui tunc remp. oppugnare inceperūt, cum ab illis præcipue fuit defendenda,te hortante,& auctore,& sup.si non comparaui.i.cōquisiui exercitum ad remp.& libertatem defendendā,sed etiā eripui.s.exercitū tyrānis crudelissimis .s.iā dictis Antonianis, & Dolabellę,q tamē ab initio ,p reip.defensoribus sensit.Duplex autē beneficium facit reip.qui è manibus hostiū copias illi allicit,& ēt dupliciter quodāmodo auget. nā si utrique triginta fuerint millia, ablatis decem millibus uni parti,altera erit duplo numerosior. quod non esset si aliunde cōparauerit.Quos.s.milites.prius aūt dixit exercitū,q erāt in exercitu si Dolabella occupasset.i: priusq̃ Cassius sibi assumpsisset, confirmasset Anto.non solū aduentu.s.suo,sed etiā opinione,& expectatione exercitus sui,quia animosiores sumus;dum prope diem auxilia affutura speramus.Ob quas res ò Cic.tuere.i.defende,& protege milites,si animaduertis eos esse meritos mirifice.i. & mira faciendo de rep.q̃ spem prædæ,& rapinarū.Item tuere.i. protege dignitatem Murci,& Crispi imperatorū,qui Cassio statim exercitū tradiderant,quantū est in te.i. quantū fieri pōt per te.Nam Bassus,q.d.ideo eum,non cōmendo, quia noluit misere .i.misere,& affectanter resistendo tradere mihi legionē. qđ si milites misissent legatos ad me.s.de recōciliatione ipsorū eo.s.Basso inuiso.i.renuente,tenuisset Apameam.s.urbem clausam quoad.i.donec esset expugnata vi,qa sponte nunq̃ se,aut suos tradidisset.Ego peto hęc à te,non solum nomine reip. quæ fuit semp carissima tibi,sed ēt amicitiæ nrę,quā.s. amicitiā nostrā ego cōfido posse.i.ualere, plurimū apud te.Crede mihi hunc exercitū, quē habeo,esse senatus atq; optimi cuiusq;.i.oīs boni, & maxime tuū.i.militaturum pro senatu,& optimo quoque,& maxime pro te.De cuius.s.tua uoluntate.i. beneuolentia in se audiēdo.s. a te quotidie, diligit te mirifice,atq; habet carum. Qui.s.exercitus si intellexerit cōmoda sua esse tibi curæ,putabit se debere ēt omnia tibi.literis scriptis,audiui Dolabellā in Ciliciam uenisse cū copijs suis,ego proficiscar in Ciliciam.& dabo operā,ut scias celeriter qd egerim.Ac uelim,sup.ut simus sic felices, ut mereremur.s.bene de repu.Fac ualeas & ames me.Non.Maij ex castris.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Laudat Ciceronis factum, quòd Antonius, per ipsum hostis indicatus,ob id superatus sit.

C. CASSIVS. S.D. M. CICERONI. 13

SI uales,bene est:ego quidem ualeo. Cum reip. uel salute, uel uictoria gaudemus,tū instauratione tuarum laudū, q maximus consularis maximum consulem te ipse uicisti,& letamur,& mirari satis non possumus.fatale nescio quid tuæ uirtuti datū : id,qđ iā sæpe experti sumus. est.n.tua toga omniū armis felicior:quæ nunc quoq; nobis penè uictā remp. ex manibus hostiū eripuit,ac reddidit.nunc ergo uiuemus liberi.nunc te oīum maxime ciuis,& mihi carissime, id qđ maxime reipu.tenebris cōperisti, nunc te habebimus testem nostri & in te,& in coniunctissimā tibi rēp.amoris:& quæ sæpe pollicitus es te & taciturum, dum seruiremus, & dicturum de me tū,cum profutura essent . nunc illa non ego quidē dici tantopere desiderabo,quā sentiri à te ipso. neque.n.oīum iudicio malim me à te commendari , q̃ ipse tuo iudicio digne , ac mereor,commendatus esse, ut hæc nouissima nostra facta nō subita,nec inconuenietia, sed similia illis cogitationibus,quarū tu testis es,fuisse iudices,meq; ad optima spē patriæ nō minimum tibi ipsi producendum putes.sunt tibi. M.Tulli liberi,propinquiq; digni quidem te, & merito tibi carissimi : esse etiā debent in rep.proxime hos cari, qui studiorū tuorū sunt æmuli:quorum esse cupio tibi copiam, sed tamen nō maxima me turba puto excludi, quo min. [illegible] tibi uacet me excipere,& ad oīa, quæ uelis, & probes, ,pducere.animū tibi nostrū fortasse probauimus:ingeniū certe diutina seruitus, qualecunq; est, minus tamen,q̃ erat,passa est uideri. Nos ex ora maritima Asiæ ,puinciæ,et ex insulis,quas potuimus,naues deduximus.delectū remigum, magna contumacia ciuitatū , tamen satis celeriter habuimus.secuti sumus classem Dolabellæ,cui Lucilius p̃erat,q spem sæpe transitionis p̃bendo,neq; nunquā non decedendo,nouissime Corycum se contulit,& clauso portu se tenere cœpit.nos, illa relicta , q & in castra peruenire satius esse putabamus;& sequebatur classis altera,quam anno priore in Bithinia Tilius Cimber cōpararat, cui Turulius quæstor præerat;Cyprū petiuimus,ibi,q̃ cognouimus, scribere ad uos q̃ celerrime uoluimus.Dolabellā,ut Tarsenses,pessimi socij,ita Laodiceni,multo amentiores, ultro accersierunt. ex quibus utrisq; ciuitatibus, Græcorum militum numero, speciem exercitus effecit. castra habent ante oppidū Laodiceam posita; & partem muri demolitus est; & castra oppido coniūxit.Cassius noster cū decē legionibus,& cohortibus uiginti auxiliarijs, & quatuor millibus equitū à milibus passuū uiginti castra habet posita παλτοὶ; & existimat se sine prælio posse uincere, nam iā ternis tetradrachmis triticum penes Dolabellam est. nisi quid nauibus Laodicenorū supportarit , cito fame pereat,necesse est,ne supportare possit , & Cassij classis bene magna,cui præest Sextilius Rufus, & tres,quas nos adduximus, ego, Turulius, & Patiscus facile præstabunt. uolo igitur uos bene sperare : & rempub. ut uos isthic expedijstis, ita ,p nostra parte celeriter nobis expediri posse,cōfidere.Vale.

Data idib. Iun.† Cypro, Acromani Ycride.

† alias, Cypræ ac Romam Iacrides. HVB.

CVM reipu.] Scriptis à Cic. mandatis ab Ant.ut ab obsidione Mutinēsi desisteret,deniq; cum id non faceret,eo iudicato hoste,cōsilio,hortatusq; Cic.ita cōiunctus est Octauianus Cæs. cū rep. ut eius auspicijs simul cum cōsulibus fusus, pulsusq; sit Ant.à Mutina,quā uictoriā ita nūc ascribit Cass.Ci.ut hoc eius factum anteponat oppressioni coniurationis Catilinæ, dicatq; eum esse cām libertatis Rom. petit aūt ab eo,ut testis sit amoris sui erga rēpu.existimetq; ea,q̃ fecit pro rep.nō casu aliquo,neq; temere facta esse,sed magna cōsideratione,magnoq; cōsilio,sicut & alias quoq; facere cōsueuit. dicit autē se ei carissimū esse debere,cum p̃ter ceteros semp eius fuerit studiorū maxime ęmulus.qđ si ingeniū minus oñdere potuit ,ppter diutinā seruitutē, animū tñ se probaturum affirmat.Deinde dicit,quid in Asia egerit,quo secutus sit Dolab.& ad quē exitum eum perduxit,quē dicit hr̄e castra apud Laodiceā, sed penuria rerū redactum esse ad magnā famem.prouisum autē esse ne aliunde possit adduci ad eum frumētum.Itaq; bonā spē de rep.pollicetur,& certissimam fiduciā uictoriæ.[Salute) Saluata est.n.Decio obsidione liberato & Anto.uicto. [Instauratione) Innouatione. [Cōsularis maximū consulē)Reip.uicisti,sensus,quia nunc cū sis consularis fecisti plura & maiora,quā cū eras cōsul, licet illa fuerint maxima, est aūt cōsularis ,pprie,qui consulatū gessit,neq; tñ amplius est consul.interdū ponitur pro eo , qui dignus est consulatu . Fatale,Diuinum , fato constitutū in bonā partē accipitur hoc loco, cum alibi noxium. & pestiferum significet.ut, Cū fatalis equus saltū super ardua uenit Pergama.[Id qđ)pro quod. [Tua toga) .i.tu rogatus.i.nō gerēs bellum sic ipse de se:Cedant arma togę, concedat laurea linguæ.] Nunc quoq;)Sicut & tpibus Catilinę. [Eripuit) Quia cōsilio Cic.bellū illud gestū fuerat[Nūc cōperisti) Effecisti, cōsecutus es. Qđ tenebris reip.).s. libertatē alij legunt,cōparasti. in quo tñ erit idē sensus.sed melior prior lectio. [Dum serui essemus) Dum essemus sub tyrannide , quia frustra esses dicturus,ubi nemo te audiret.[Tunc rep.libera)Sicut nunc est.[Illa)Quæ pollicitus es,te dicturū.Ordo est:Et nunc nō tanto tpe desiderabo illa dici, q̃ sentiri à te ipso, quæ sæpe pollicitus es,&c.[Nō tātopere)Sēsus,nō tātū desidero,ut illam dicas, quā ut iudices me , quia pluris facio esse cōmendatus digne, ut mereor,tuo iudicio,q̃ iudicio oīum aliorū.[Cōmendari) Laudari,,pbari.[Subita rep.)sine cōsilio[Incōuenietia]Incōmoda.[Similia]

milia]q.d.magna, & matura cõsultatione pẽsata.[Quorũ) significat cogitationes, quas fecerant de Cæs.interficiendo.[Non minimum.]ptore,q.d. principẽ & maximum producẽdum , ꝓponẽdũ.[Sunt) Ostẽdit Caſſ.q̃ carus eſſe Cic.debeat.[Dignitate]Boni qualis tu es.docet autem Cice. uirtutẽ, & imitationẽ probitatis paternæ eam eſſe, quæ liberos parentibus maxime caros efficiat. [Proximẽ hos).i.post hos. dicimus autem proxime te, proxime tibi. sicut & propius urbẽ, & propius urbi. [Aemuli]Imitatores [Sed tñ].i.non puto me eſſe extra numerum eius turbæ, quæ est æmula tuorum studiorum.[Quo minus) Vt non.[Vacet) Liceat. [Excipere]Recipere.[Probabimus]Demonstrabimus.[Diutina) Longi temporis, à diu.sicut & diuturnus,nã diuturnus à die deriuatur.[Ora) Regione,ut Troiæ,qui primus ab oris. [Maritima) Mari vicina,[Quas naues potuimus).i.quales, & quo potuimus [Delectum]Delectionem.[Remigum]Nautarum neq; legendũ est,remigium.[Contumacia)Repugnantia.[Transitionis]Simulabat.n.se discessurum , & transiturum in aliam regionem , cum tñ nunquã discederet,& tandẽ trãsiuit in Corycum oppidũ , ubi clauso Portu ne ab hostibus inuaderet̃, se tenet. Corycus aũt oppidũ Ciliciæ,portu saloq; cinctum, angusto tergore cõtinenti adnexũ. circa hoc oppidum crocum optimum , plurimumq. nascitur,qđ oĩbus anteponitur,colore,odore,& succo,quod ẽt ꝓficit ad medelã. supra specus est Corycius,de quo tũ alij,tum Põponius,& Solinus multa,& mirabilia scribunt,quæ qui noſſe cupit,apud eos legat.[Illa rep.].s.claſſe Lucilij præfecti Dolabellę [Satius]utilius.[Sequebatur].s.Lucilium.[Claſſis altera]Nostra. [Cui præerat) Quam ducebat.[Cimber]Hic unus ex percuſſorib. fuit.[Ibi]In Cypro.(Tarsẽses]Populi Ciliciæ.De Tarso diximus supra lib.3.in episto.ad Appium,& de Laodicea. [Acceſsierunt] ad se uocauerunt.[Vltro) Illo non hoc poscente.[Ex quibus utrisque]Tarso, & Laodicea.[Speciẽ exercitus].i. quandam apparentiam,& formã exercitus.[Demolitus est]Diruit.[Castra) Exercitum suum ὀστρα quidam codices hñt sic scriptũ, quod interpretabimur cum uallo.nã πέπνα significat iaculum, sed põt poni ꝓ vallo,cum etiam in quodam codice inuenerim latine scriptum cum uallo. [Sine prœlio)Sine conflictu,sperat enim se eum oppressurum fame.[Ternis tetradrachmis]Drachma,ut lib.3. diximus genus est nummi,eodem modo tetradrachma,quæ cõtinet quatuor drachmas.dicitur igitur triticũ.i.frumentum eſſe apud Dolab.iam in precio trium tetradrachmarum , quod quidẽ maximum,& cariſſimum preciũ.[Quid].i.aliquid.s.frumenti.[Caſſij]Fratris mei.[Præstabunt]Efficiẽt,ꝓuidebunt.Ordo est:claſſis Caſſij & tres claſſes,quas adduximus ego, Turulius, & Patiscus facile præstabũt, ne Dolab.poſſit supportare frumẽtum.[Isthic] In Italia.[Pro nostra parte]Quãtum in nobis erit,sicut & uos in Italia pro uestra parte.[Expeditis].i.confecistis.

Proxime

Quominus

Diurius. Diuturnus

Corycus

Coricũ

Corycius specus.

Drachma

Tetradrachmm

ASC. *SI uales, &c.*] Scriptis à Cic. mandatis ad Anton. ut ab obsidione Mutinensi desisteret, & denique cum non obtemperaret, eo iudicato hoste consilio,hortaturque Cic. ita cõiunctus est Octauianus Cæs.cum repu. ut eius auspicijs simul cũ consulibus fusus,pulsusq; sit Ant.a Mutina,q̃ uictoriã,ita nunc adscribit Caſſius Cic. ut hoc eius factũ anteponat cõiurationis Catilinariæ oppreſſioni.dicatq; eũ eſſe cãm libertatis Romanę. petit aũt ab eo,vt testis sit amoris sui erga rẽp.docens qđ in Asia egerit,& demũ bonam spem de rep.concipiendã ꝑdicat. Ordo est:Si uales, bñ est,ego quidẽ ualeo.Cũ.s.ita sit. ꝙ gaudemus,uel salute uel uictoria reip.Tũ.i.multo magis,lętamur instauratione in pristinũ statũ restitutione laudũ tuarũ,ꝙ tu maximus cõsularis.i.q a cõsulatũ geſſeris,cõsulari honore ꝑditus,vicisti teipsum consulẽ.i. plus fecisti, q̃ cũ eſſes cõsul, & nõ poſſum satis mirari nescio qđ fatale.i.à fatis depẽdens,datũ.i.cõceſsũ tuæ uirtuti,& nos experti sumus sæpe id.s.noĩ tuo fatale quippiã eſſe.Toga.n.tua ẽ felicior.i.tu in toga.i.habitu pacis ẽ felicior, armis.i.rebus ĩ bello gestis omniũ, quæ.s. toga tua eripuit ex manibus hostiũ,ac reddidit nunc quoq;.nobis.n.ad utilitatẽ nostram rẽp.penè uictam .i.depreſſam.Nos ergo uiuemus nunc liberi . Nunc ò ciuis maxime oĩum,& cariſſime mihi comparasti.i.consecutus es, id qđ tenebaris.i.debebas maxime reip.s. liberationẽ eius. Nos habebimus nũc te testẽ amoris nostri,&.i.simul in te, & in rẽp. coniũctiſſimã tibi, & quæ solicitus es sæpe te taciturum.i.celaturum dum eſſemus serui.i.sub Cęs.& dicturũ de me tunc,cũ eſſent ꝓfutura mihi non desiderabo tãtopere illa quidem nũc dici,q̃ sentiri.i.à te ipso,Neq;.n. malim me cõmẽdari à te iudicio omniũ, quã ipse.i.egomet,sup. malim eſſe cõmendatus digne ac.i.sicut mereor iudicio tuo , vt iudices hęc nouiſſima facta nrã.s. de nece Cæs.nõ fuiſſe subita.i.ex inopinato cõcepta,nec incõuenientia.i.diſſona ceteris factis,aut cogitatis meis.sed similia illis cogitationibus,quarum tu es testis,& putes me ꝓducendũ.i. ꝓferẽdũ, & proponendum tibi ipsi non minimũ,imò primarium, & principẽ ad optimã spem patriæ,aut producendũ.i.promouendum non minimũ.i. nõ minimi emolumenti in futurũ tibi ipsi ad optimam spẽ patrię.i.ad id, qđ optimũ speratur de patria. O M. Tulli,liberi,& propinqui digni quidẽ te, & merito cariſſimi tibi,sunt tibi,&.i.sup.debent ẽt eſſe cari tibi proxime hos,A propè aduerbium,quod uirtute positiui,vnde deducit̃, accusatiuum regit.s.propinquos tuos,qui sunt ęmuli.i.imitatores studiorum tuorum.s.in rẽp. quorum.s.æmulorum studiorum tuorum, ego cupio copiã.i.abundantiã eſſe tibi.Sed tñ nõ puto me excludi maxime turba.i.ob copiã,ut minus vacet.i.libeat,aut sat tpis, ac ocij sibi excipere.i.ex multis illis recipere me, & ꝓducere ad oĩa, q̃ uelis,& ꝓbes. Nos ꝓbabimus.i. demõstrabimus , fortaſſe tibi animũ nrm,seruitus diutina.s.sub Cæs.munus.i.nõ erat paſſa ingeniũ nrum certe qualecũq; est.i.licet fortaſſe tenue,aut rude sit tñ quale est,non est paſſa uideri.Non.n.sub Cæs. fiebant iudicia,nec iuuenum ingenia sese exercebãt ut antea.hactenus autem ad sui cõmendationẽ locutus est,deinceps res à se gestas prosequitur dicẽs.Nos deduximus ex ora.i. regione maritima.i. ad mare iacente, ubi ferè sunt nauali Asiæ prouinciæ & ex insulis .s.uicinis,naues,quas potuimus. Nos habuimus delectum.i.(ut dñt) mõstrã,& electionem remigum.i.eorũ, qui naues impellerẽt remis magna cõtumacia.i. in cõtumaci repugnantia ciuitatũ,tñ.i.licet repugnarent habuimus satis celeriter.Nos secuti sumus claſſem Dolabellę,cui.s.claſſi Lucilius præerat,qui ꝑbẽdo sępe spẽ transitionis.i.ad nos,aut(ut alij intelligunt) ad aliã regionẽ,neq; unq̃ non.i.& sẽp decedendo,hoc est non faciẽdo copiã pugnæ cõtulit nouiſſime.i.ultimo loco se Corycũ.i.ad illud oppidũ Ciliciæ,ubi magna uis boni croci nascit̃,& cępit se tenere portu clauso,ne.s. quisquam ingredi poſſet. Nos illa s. claſſe Dolabell.relicta sup.ideo qđ.i.simul putabamus eſſe satius.i.cõducibilius peruenire in castra.s.nostra,& altera claſſis sequebat̃, q̃ Tullius Cymber cõpararat.i.cõstruxerat,& cura sua parauerat anno priore.i.primo elapso, in Bithyniã, cui Turulius quæstor ꝑerat.nos petiuimus Cyprũ,putãtes.s.duarũ claſſiũ uictores fieri,difficile, eſſe. Nos uoluimus scribere ad uos quã celerrime.i. maxime celeriter,ea quæ cognouimus ibi.Vt.i.quẽadmodũ Tarsenses.i.ciues Tarsi peſſimi socij.i.P.R.ita Laodiceni amẽtiores .i.insensati, magis acceſsierũt pro acceſsiuerunt.i. ad se uocauerũt.Dolab.ultro.i.non rogati ab eo.Ex quibus utrisq; ciuitatib. Tarso, & Laodicea , Dolabella effecit speciẽ.i. imaginẽ exercitus numero.s.iusto,militũ Græcorũ,q.d contẽptibiliũ,qa (ut dicit Ouid.) Græcia facundũ,sed male forte genus.Et sup.Dolabella habet castra posita ante oppidũ Laodiceã.s.minime.Et demolitus est.i.deiecit partẽ muri,& cõiunxit castra oppido ita,ut castra eſsẽt oppido præsidio,& oppidũ castris.Caſſius nr.s.amicus & frater(nam tota epistola Caſſio adscribitur,unde neceſſe est alterũ fuiſſe Caſſ.de quo loquatur,ut dixi, de fratre suo loquitur) habet castra posita cũ uallo, cum decẽ legionibus,& uiginti cohortibus auxiliarijs.i. eorũ q auxilio uenerint, & equitatu quatuor milliũ.s.equitũ,aut capitũ.s.à castris Dolab. uiginti millibus paſſuũ,& existimat se poſſe uincere.i.expugnare Dolabellã sine prelio,qa fame.Nã triticũ est.i.æstimatur,& uenditur penes Dola.ternis tetradrachmis.i. singulos medios 12. drachmis, nã tetradrachma est nũmus 4.drachmarũ.ter aũt 4, 12.sunt . Certũ est ualde carũ signare triticũ, sed de qua mẽsura loquat̃,incertũ vr̃ tñ tũc feri una mẽsura uẽdi solitũ,alioqui.n.expreſſiſſet . Neceſſe est sup.ut pereat cito fame,nisi supportarit.i.occulte importarit quid.i. aliquid.s.tritici , at frumẽti alterius nauibus Laodicenorũ. Sed?sup.&.i.simul,claſſis Caſſij.s. fratris bene est multũ magna,cui Sextilius & Rufus ꝑest, & tres, sup.naues, quas,ego, Turusius,& Patiscus adduxerimus,præstabunt.i.efficient facile, ne.s.Dola.poſſit supportare.i. clanculũ inferre frumentũ. Et uolo uos bene sperare, & rẽp.cõfidere, ut & uos expediuisti istic.s. ubi uos estis sup.oẽ negocium,qđ tñ lõge secus erat.Ita iter poſſe experiri nobis celeriter , pro parte nostra.i.q̃tũ ad nos attinet.

NON subita,nec inconuenientia]Ita legit̃ in li. antiqs Bernardini Maffei,Ioãnis Scalę,Pauli Botti,Vbaldi.Bãdinel. Petri Bẽbi, in duob.Caroli Sigon.& in meo satis antiquo.unus Vincẽtij Riccij, hẽt, discõueniẽtia. qua uoce Horat.quoq; usus est epist.li.1. Aestuat & uitę discõuenit ordine toto,itaq;, siquis,incõuenientia,nõ ꝓbat;disconuenientia,poterit legere. [Cui Luc.præerat] Appianus hũc appellat L.Figulũ.qđ cũ ita sit;& cũ Figulos nõ è Lucilia gẽte,sed potius è Nigidia fuiſſe cõpererim.libẽtius legerim,Lucius,quã Lucilius,nã ẽt in uetusto li.Bernardini Maffei, nõ,Lucilius,sed Lucius legit̃.[Castra habet posita παλτοῖ.) E uetere li. Pauli Botti sic emẽdauimus,figura græca in aduerbijs in loco . vt κορύδαλλος κορυδαλλοῖ , προβάλινθος προβαλινθοῖ, φάληρον

PAVL. MAN.

φάληρον φαληρῖ, φρεάῤῥον φρεάῤῥοι [Acromani Icride] Vetusti libri alij aliter habet. sunt q legedū credāt, à Cromyu Acride. alii, Acamātide. qđ in antiquo libro scriptū dicāt, Acomātide. utraque lectio defendi pōt. de ꝓmontorio. Acamātide Plinius & Strabo.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Varia narrantur hac epistola, pracipua tamen capita sunt de Dolabellæ persecutione, item Rhodiorum infidelitate, de exercitu suo, & studio erga rempublicam.

LENTVLVS CIC. SVO S. D. 14

CVm Brutum nostrum conuenissem, eumque tardius in Asiam uenturum animaduerterem; in Asiam redij, ut reliquias mei laboris colligerem, et pecuniā quā primū Romam mitterem. interim cognoui in Lycia esse classem Dolabellæ, amplius q̄ cētū naues onerarias, in quas exercitus eius imponi posset; idque Dolabellam ea mente comparasse, ut si Syriæ spes eū frustrata esset, conscenderet in naues, & Italiā peteret seq; cū Antonijs, et reliqs latronib. cōiūgeret. cuius rei tāto in timore fuit, ut oībus rebus relictis, cū pauciorib. & minorib. nauibus ad illas ire conatus sim. q̄ res, si à Rhodijs nō essem interpellatus, fortasse tota sublata esset: tamen magna ex parte ꝓfligatū est: quando quidem classis dissipata est. aduentus nostri timore milites, ducesq; effugerunt: onerariæ omnes ad unam à nobis sunt exceptæ. certe, quod maxime timui, uideor consecutus, ut non possit classe Dolabella in Italiā peruenire. nec socijs suis firmatis, durius nobis efficere negocium. Rhodij nos, & remp. q̄ ualde desperauerint, ex literis, quas publice misi cognosces, & quidē multo parcius scripsi, q̄ re uera furere eos inueni. ꝙ uero aliquid de his scripsi, mirari noli: mira est eorū amentia. nec me meæ ullæ priuatim † iniuriæ mouerunt unquā: malus animus eorum in nostram salutem, cupiditas partiū aliarum, perseuerātia in contemptione optimi cuiusq;, ferēda mihi nō fuit. nec tamen oēs ꝑditos esse puto. sed ijdem illi, qui tū fugientē patrem meū, q̄ L. Lent. q̄ Pōp. qui ceteros uiros clarissimos nō receperūt; ijdem, tanq̄ aliquo fato, & nunc aut magistratum gerunt, aut eos q̄ sunt in magistratu, in sua habent potestate. itaque eadē superbia in prauitate utuntur. quorum improbitatem aliquādo retūdi, & nō pati impunitate augeri, non solū utile est Reipu. nostræ, sed et necessariū. De nostra dignitate, uelim tibi ut semper curæ sit, &, quocunque tēpe occasionem habueris, & in senatu, & in ceteris rebus laudi nostræ suffragere: Quoniam consulibus decreta est Asia, & permissum est ijs, ut dum ipsi ueuirent, darent negocium, q̄ Asiam obtineant. rogo te petas ab ijs, ut hanc dignitatē potissimū nobis tribuant, & mihi dent negocium, ut Asiam obtineā, dū ipsorum alteruter uenit. nā, q̄ huc ꝓperet in magistratu uenire, aut exercitum mittere; eam nō habent. Dolabella. n. in Syria est, & ut tu diuina tua mente prospexisti & ꝓdicasti, dum isti ueniunt, Cassius eū opprimet. exclusus. n. ab Antiochia Dolabel. et in oppugnādo male acceptus, nulla alia confisus urbe Laodiceam, q̄ est in Syria ad mare se cōtulit. ibi spero celeriter eum pœnas daturum. nā neq; quo refugiat, habet, neq; diutius ibi poterit tantum exercitum Cassii sustinere. spero et confectum esse iā, & oppressum, quare non puto Pansam, & Hirtium in consulatu ꝓperaturos in ꝓuincias exire. sed Romæ acturos consulatum. itaq; si ab his petieris, ut interea nobis ꝓcuratione Asiæ dent, spero te posse impetrare. præterea mihi ꝓmiserunt Pāsa & Hirtius cōtra & absenti mihi scripserunt Verrioq; nostro Pāsa affirmauit, se datu rū operā, ne in suo cōsulatu mihi succedatur. ego porrò non me diusfidius cupiditate prouinciæ produci longius spatiū mihi nolo, nam mihi fuit ista ꝓuincia plena laboris, periculi, detrimēti. q̄ ego ne frustra subierim, ne ue, prius, q̄ reliquias meæ diligentiæ consequar, decedere cogar, ualde laboro. nam si potuissem, quā exegeram pecuniam uniuersam mittere, postularē, ut mihi succederetur. nunc, q̄ Cassio dedi, qđ Trebonij morte amisimus, qđ etiā crudelitate Dolabellæ aut perfidia eorū, q̄ mihi fidē, reiq; pub. nō ꝓstiterūt. id cōsequi, & reficere uolo. qđ aliter non pōt fieri, nisi spatium habuero. id ut per te consequar, uelim, ut soles, tibi curæ sit. ego me de rep. ita puto esse meritū, ut nō ꝓuinciæ istius beneficium expectare debeā. sed tantū, q̄tum Cassius, & Bruti, nō solum illius facti periculique societate, sed et huius tēpis studio & uirtute. primus. n. ego leges Antonianas fregi, primus equitatum Dolabellæ ad remp. traduxi, Cassioq; tradidi, primus delectus habui ꝓ salute omnium cōtra coniurationem sceleratissimā. solus Cassio, & reip. Syriā, exercitusque, q̄ ibi erant, coniunxi. nam nisi ego tantam pecuniam, tantaq; ꝓsidia, & tam celeriter Cassio dedissem: ne ausus qđē esse ire in Syriam; & nūc nō minora pericula reip. à Dolabel. instarent, q̄ ab Antonio. atq; hæc oīa is feci, q̄ et sodalis & familiarissimus Dolabellæ erā, coniūctissimus sanguine Antonijs. prouinciā quoque illorū beneficio habebam: sed † πατρίδα ἐμὴν μᾶλλον φιλῶν, omnibus meis bellum prius indixi. hæc etsi adhuc nō magnopere mihi tulisse fructū aīmaduerto, tamen non despero, nec defatigabor ꝑmanere non solū in studio libertatis, sed ēt in labore, & periculis, attamen si etiā aliqua gloria iusta, & merita prouocabimur, senatus, & optimi cuiusq; officijs, maiore cum auctoritate apud ceteros erimus, & eo plus prodesse Reipu. poterimus. Filium tuum, ad Brutum cum ueni, uidere non potui, ideo q̄ iam in hiberna cum equitibus erat profectus. sed mediusfidius ea esse eū opinione, & tuæ, & ipsius, & in primis mea causa gaudeo, fratris enim loco mihi est, qui ex te natus, teque dignus est. Vale. Data iiij. Kal. Iun. Pergæ.

† alias, iniuriæ quam

† i. patriam meam magis amans

CVM Brutum]Hæc epist. licet longiuscula sit, non multū tamen habet difficultatis, consumitur. n. ferè tota in rerū narratione, quēadmodum, & sequens. Cum. n. præesset Asiæ proquæstor. P. Lentulus, narrat quemadmodum cum à Bruto in Asiā reuertisset, ut reliquum pecuniæ, quæ colligenda fuerat, colligeret, & Romā mitteret, intellexi Dolabellam esse in Lycia cum magno numero nauium onerariarū contra quē se iuisse dicit cū paucioribus, & minoribus nauibus, facileq; fuisse ei ablaturum totā classem, nisi impeditus fuisset à Rhodijs, de quorū ꝑfidia uehementer queritur, cōmemorans alias eorū iniurias illatas olim in Pōp. & alios clarissimos uiros Romanos, quos Rhodios dicit, oīno esse puniēdos, ne impunitate eorum improbitas augeatur. Deinde quia Asia erat decreta Hirtio & Pansæ consulibus, cum ex Italia non cōmode discedere possent in prouinciā, rogat Lētulus Cic. ut id agat, quod consules ei concedant procurationem prouinciæ loco suo. Adducit autē rōnes, & causas plurimas, quare id facere debeāt. & promissionem consulum, quā ei fecerant & uerbo, & scripto, cōmēdat offīn suum, & cōmemorat multa beneficia à se collata in remp. cum innuit Cassium, & pecuniā, & cōiūctionē omniū exercituū, qui erāt in Asia, deinde quia ꝓ reip. suscepit bellū aduersus Dolabellā, cuius erat sodalis, & familiarissimus, & aduersus Antonios quibus ei dicit se sanguine cōiunctum, & licet sit ꝑseueraturus semper in eodē studio, & amore libertatis, & suscepturus oīa pericula pro rep. tñ dicit se multo facilius, & alacrius esse facturū, & cum maiori auctoritate, si resp. eū aliqbus meritis effecerit. [Postremo laudat filium Cic. q̄ militabat sub Br. quē fratris loco se hr̄e dicit, & q̄ a sit eius filius, & q̄ a sit eo dignus [Brutū) q̄ præerat Macedoniæ. [Mei la,) Mei negocij. est aūt labor q̄storis, & ꝓquæstoris, colligere pecunias, & uectigalia populi. [Onerarias) Mercatoria ad onera ferēda aptas. [Id). f. ut hr̄et has naues [Ea mēte) Cōsilio & ꝓposito. [Antonijs.) Marco, & eius fratre C. Ant. frustrata esset, eū decepisset, nō successisset ei. [Cuius rei). f. ne peteret Italiā, & se cum Ant. coniungeret. [Tota] Ne aliquid faceret ex ijs, quæ hr̄et in mentē. [Sublata] ex eius ꝑtāte erepta [Profligata) Confecta. ita. n. & hic, & multis alijs locis significat. alias autē profligare est fūdere, uincere. [Interpellatus] Impeditus. [Dissipata) dispersa [Ad unā). i. usq; ad unā, nulla excepta [Exceptæ) dꝑrehensæ [Qđ) quam rē, ne perueniret in Italiam. [Nec efficere). f. possit. [Durius) laboriosius, difficilius ad uincendum. [Publice) quæ infra sequitur.

Profligatus. Profligare

[Multo

[Multo parcius) multo modestius, & minus. [Mira) maxima. [Nec ullę iniuriæ priuatim me unquã] subaudi mouerunt.i.nunquam motus sum iniurijs in me priuatim illatis. [Malus animus eorum).f.non fuit ferendus. Cupiditas partium aliarum.f. non fuit ferenda.i.quod nimium fauerent partibus Dolabellæ nobis contrarijs. [In contemptione optimi cuiusque).i.eorũ cõtumacia, & perseuerantia in cõtemnẽdis quibusq, optimis & studiosis reip. [Oẽs Rhod.) quia ĩ tãto numero necesse est esse aliquos bonos. [Iidem illi) Rhodi.n.Pomp.fugientem ex bello Pharsalico, & quosdam alios clarissimos Rom. non receperũt. [Tunc) tẽporibus bellorum ciuiliũ inter Cæs. & Põp. [Aliquo fato) quasi fataliter semper debeant nobis esse aduersi q.d.mala quadã fortuna, aut magistratũ gerunt.i.aut ipsi sunt in magistratu, ut possint iubere, aut hñt in potestate eos, qui sunt in magistratu, [Retundi) Reprimi, repercuti, & castigari. [Necessarium) quia cum impunitate & licẽtia oẽs fiant deteriores, nõ põt resp. cõsistere, ubi non puniuntur peccata. [De nostra] commendat nunc Lent. dignitatem suam Ci. cum omni tẽpore & loco, tum uero ut nũc obtineat Asiam loco consulum, quibus decreta erat illa prouincia post consulatum. [Occasionem) opportunitatem. [Suffragere] Faueas, auxilieris. [Permissum est ijs).i. concessum est à senatu, ut donec ipsi ueniant possint dare negocium administrandæ prouinciæ, alijs. [Alteruter).i.alter aut Hirtius, aut Pãsa. [In magistratu).i.dum adhuc sunt cõsules. Debent.n. expectare, ut functi sint cõsulatu. [Pœnas daturũ) Suæ perfidię, quia spero, ꝙ Cassius eũ omnino uincet [Ibi] apud Laodiceam. [Acturos) gesturos, profecturos. [Corã) Verbis, cũ istic essem. [Ne succedatur mihi, in consulatu) ne quispiam mittatur in prouinciam loco mei, donec ipse fuerit consul. [Produci) Prorogari, differri. [Lõgius spatium administrandæ prouincię. [Cupiditate) quia libenter in ea sim. [Periculi) propter multos hostes reip. cõtra quos necesse fuit pugnare & uerbis, & rebus. [Detrimenti) Damni, quia multum etiã de meo diminutum est mihi, dum sum in hac ꝓuincia [Cõsequar reliquias).i.ut efficiam quod restat meæ diligẽtiæ. [Laboro] Curo. [Morte Trebonij) Quẽ diximus supra in Smyrna fuisse interfectum. [Non pręstiterunt fidem reipu.) Non seruarunt quod reip. promiserãt. [Reficere) Resarcire, instaurare. [Ego) Ita commendat Lent. officia sua, ut sibi non minus deberi dicat & ꝓbet, q̃ uel Cassio, uel ambobus Brut. [Illius facti) Cædis Cæs. qa etiam fuit inter coniuratos. [Leges) Quas Ant. fingebat de seruãdis decretis Cæs. [Traduxi) Quia ab eo alienaui, & reip. coniunxi. [Coniunxi auxilio p.) Quam ad eum misit, ut declarat, cũ dicit, nam nisi &c. [Ab Antonio) qui Decium oppugnabat. [Atque hæc oĩa) q.d. quanto magis erã cõiunctus ijs, quorũ postea sum factus hostis cũ Reip. tãto maiora beneficia mea uideri debent. [Is) Habet emphasim.i.is. [Beneficio illorum) Qui fuerã causa, ut darer mihi eũ nõdum fuissent iudicati hostes. [Sed πατρίδα] Patriã. [μὴν) Meã, est autem genitiuus.i. patriam mei, qđ apud latinos non satis ornate dicitur, sed potius meã. μᾶλλον) Magis. [φιλῶν] Amo.i. Pluris facio patriã meã quam oẽs uel familiaritates, uel consanguinitates. [Induxi) Denũciaui, feci. Virg. Hoc autem Aeneadis indicere bella Latinis More iubebatur. [Hæc) Quę feci pro rep. [Fructũ] Vtilitatem. [Prouocabimur) Inuitabimur. Incitabimur. [Mediusfidius] Per Iouis filiũ, iurãtis est [Opinione) Existimatione, & spe. [Pergę) Quæ est Pãphilię ciuitas.

Retũdi

Reficere

CVM Brutum &c.] Hæc epistola ferè tota licet lõgiuscula sit, consumitur in rerum narratione quemadmodum & sequẽs. Cũ enim pręesset Asiæ proquæstor P. Lentulus narrat quemadmodum cum à Bruto in Asiã reuertisset, ut reliquum pecuniæ, quę colligenda fuerat colligeret, & Romã mitteret, intellexit Dolabellam esse in Lycia cum magno numero nauium onerariarũ, contra quem se iuisse dicit cum paucioribus, & minoribus nauibus, facileque ei ablaturũ fuisse totam classem, nisi impeditus fuisset à Rhodis, de quibus queritur, rogans ut consules sibi concedant procurationẽ prouinciæ, addens & alia quæ legenti patebunt. Ordo est: Cum.i. qñ aut postquã conuenissem.i. adijssem colloquẽdi grã, Brutũ nrm.f. Marcum, & animaduerterem.i. ex uerbis eius cognoscerem eum uenturum tardius in Asiam, redij in Asiam, ut colligerẽ reliquias laboris mei, & ut mitterem, quã primũ.i. ualde cito pecuniã Romam. cognoui interim classem Dolab. esse in Lycia, non.n. Cilicia uidelicet amplius, q̃ centum naues onerarias.i. onera negociatorũ ferre solitas, in quas.i. naues exercitus eius posset imponi, & cognoui Dolabellam cõparasse id.i. eam classem ea mẽte, ut si spes Syriæ, scilicet potiundæ esset frustrata eum, conscenderet in naues, & peteret Italiam, & coniungeret se cum Antonijs.f. duobus fratribus, & reliquis latronib. Cuius rei ego fui in tanto timore, ut oĩbus rebus relictis, ego conatus sim ire ad illas.f. centũ naues onerarias cum paucioribus & minoribus.f. nauibus. Quæ res, si non essem interpellatus.i. impeditus à Rhodijs, esset fortasse sublata tota.tñ.i. nihilominus, licet Rhodij interpellarint, ipsa est profligata.i. afflicta ex magna parte. Quãdoquidẽ classis est dissipata, & milites ducesque effugerunt timore aduentus nostri. onerarię, supp. naues sunt exceptę.i. captæ à nobis oẽs ad unã.f. inclusiue, hoc est nulla excepta. Certe ego uideor cõsecutus quod timui maxime, ut Dolabella non possit peruenire in Italiam, nec efficere uobis negociũ.f. bellicũ, durius.i. difficilius socijs.f. Ant.& Lep. firmis .i. firmiorib. factis. Tu cognosces ex literis, quas misi publicè.i. ad senatũ publicè legendas, quã.i. quantum ualde, Rhodij despexerint nos & remp.i. salutem nostram, & reip. Equidem.i. ego certe.f. scripsi multo parcius.f. quã res se habet. noli mirari amentia eorum. f. Rhodiorũ est mira. Nec ullæ iniuriæ meæ priuatim.i. quæ inferebantur in me nomine priuato, supp. mouerunt unquam me, animus eorum malus.i. peruersus in salutem nostram, cupiditas.i. nimium studium eorum, aliarum partium.i. in aduersas partes perseuerantia.f. eorum.i. contumacia. in contemptione.i. uili pensione optimi cuiusq;.f. ex nostris non fuit ferẽda.i. toleranda mihi. nec tamen puto oẽs.f. Rhodios, esse perditos.i. peruersæ mẽtis. Sed illi ijdem, qui nõ receperũt tum.i. tũc, uidelicet tempore belli ciuilis cum Cæs. patrẽ meum fugientẽ .f. à Pharsalica clade, qui non receperunt L. Lentulũ, qui non receperunt Pomp.f. magnũ, qui non receperunt ceteros uiros clarissimos, ijdem tanquam aliquo fato.f. reipub. nostræ inimico, & nunc gerunt magistratum, aut hñt in sua potestate eos, qui sunt in magistratu. Itaque ipsi utuntur eadem superbia in prauitate, Quorum improbitatem retundi.i. frangi, & repelli, & non pati, sup. eam augeri impunitate non solum est utile reip. sed etiã necessarium. Ego uelim, ut tibi sit semp curæ de dignitate nostra; & ut suffragere.i. suffragiũ, & fauorẽ præbeas nostrę laudi., & in senatu, & in ceteris rebus quocunq, tẽpore habueris occasionẽ. Qñ.i. qm, Asia decreta est.i. decreto addicta cõsulibus, & permissum est iis, ut dum.i. donec ipsi uenirent, darent negocium.i. cõmissionẽ ijs sup. qui obtineant Asiam, rogo te, petas ab ijs, ut tribuãt hanc dignitatem potissimã nobis, & dent negocium, ut obtineam Asiam dum.i. dum alteruter eorum uenit. Nam non habent causam, quod properent, idest, festinẽt uenire huc in magistratum.f. suum, aut quod properent mittere exercitum huc. Dolabella.n. est in Syria, & ut prospexisti diuina mente tua, & pędicasti, Cassius opprimet eum, dum.i. donec, isti.f. cõsules ueniẽt, Dolabella n. exclusus ab Antiochia, & acceptus.i. tractatus, male in oppugnando.f. Antiochiã, nulla.i. non ulla, non confisus, alia urbe.i. ꝙ possit ab alia recipi, contulit se Laodiceã, quę est in Syria ad mare. Ego spero eum daturũ ibi celeriter pœnas.f. perfidiæ suæ in patriam. Nam neque habet sup. alium locum, quo refugiat, neq; poterit sustinere.i. tolerare, resistendo impetui eius tm̃ exercitum Cassij. spero ẽt sup. negocium esse confectum iam .f. cum hæc legis, & Dolabellam esse oppressum. Quare non puto Pansam, & Hirtium in cõsulatu.i. cũ erunt consules, properaturos exire.f. Italia, in prouinciam, sed acturos consulatum Romæ. Itaq, si petieris ab iis, ut dent interea nobis procurationem Asiæ, spero te posse impetrare.f. ab eis. Præterea.i. insuper, Pansa, & Hirtius promiserunt mihi, &.i. simul, coram.i. cum præsens essem, & scripserunt mihi absenti, & Pãsa affirmauit Verrio nr̃o .f. cõi amico, se daturum operam, ne succedatur mihi.i. ut permanerem in magistratu meo, in suo consulatu.i. durante consulatu suo. Ego porrò.i. autem nõ uolo medius fidius.i. per Herculem Iouis filium, aut ita me iudicet Deus fidei prospector, spatium tuendæ prouinciæ produci mihi longius cupiditate.i. ꝑꝑ cupiditatem prouinciæ.f. regendæ. nam ista prouincia fuit mihi plena laboris, periculi, &, supp. detrimenti, quæ.f. dicta labores, pericula, & detrimenta, ne ego subierim.i. passus sim, frustra .i. sine fructu aliquo, ne ve cogar decedere prius q̃ consequar reliquias diligentiæ meæ, ego laboro.i. cõtendo ualde. Nam si potuissem mittere pecuniam uniuersam, q̃ exegeram.f. à Prouincialibus, ego postularem, ut succederetur mihi, nunc uolo.i. paro, consequi & reficere.i. reparare, id quod dedi Cassio, quod amisimus.f. oẽs, qui rẽp. fouemus morte Treboni etiam quod amisimus crudelitate.i. ꝑꝑ crudelitatẽ Dolabellæ, aut perfidia eorum, qui non præstiterunt.i. non exhibuerunt fidem mihi & reipubli. Quod.f. illud consequi, & reficere, non potest fieri. aliter. nisi habuero spatium.f. tpis. Ego uelim, ut tibi curæ sit, ut solet tibi res mea esse curę, ut consequar.i. impetrem, id .f. spatium. Ego puto me esse meritum de rep. ita ut nõ debeam expectare solum beneficium istius prouinciæ.f. prorogandæ. sed tm̃.i. tam magnum præmium, quantum Cassius, & Bruti.f. Marcus, & Decius non solum societate illius factj, & periculi, quo Cæsa. abstulerũt, sed

etiam

etiam studio, & uirtute huius tpis.i. quo utor erga rempub. hoc tēpore periculosissimo. Ego.n. primus fregi leges Antonianas.i. quas Ant. tulit in ultionem interfectorum Cæsaris. Ego primus traduxi equitatū Dolabellæ, qui alter tunc erat cōsul, ad rēp. & tradidi, sup. ipsū Cassio. Ego primus habui delectus.i. electionē militum pro salute oīum.s. bonorū contra coniurationē sceleratissimā. Ego solus cōiunxi Cassio & reip. Syriā, exercitus, q erāt ibi.i. in Syria. Nā nisi ego dedissem Cassio tantā pecuniā, & tāta præsidia, & tam celeriter, ne qdē.i. non saltem ausus esset ire in Syriam. Et non minora pericula instarent nūc reip. à Dolabella, q̄ ab Ant.s. instāt, si.s. Dolabellā, nō expulissem è Syria. Atq; ego feci hæc oīa is.i. ens, aut si dicatur in hoc significatu, existēs is q erā sodalis.i. socius dapis, hoc est cōuictor & familiarissimus Dolabellæ, & qui erā coniunctissimus sanguine.i. consanguinitate Antonijs, habebā quoq;.i. ēt, beneficio illorum, qui tunc cōsules erāt, ꝓuinciā.s. Ciliciā. Sed φιλῶν.i. amo, μᾶλλον.i. magis, πατρίδα.i. patrim, ἐμὴν.i. meam Grece aūt primitiuū est mei, aut mis. Ego primus indixi omnibus meis.s. necessarijs Antonio fauētibus bellum. Etsi.i. q̄q̄ ego animaduerto hæc.i. huiusmodi studia mea in remp. attulisse mihi fructum.i. utilitatem, magnopere.i. abunde, tamen ego non despero, nec defatigabor.i. non desistam præ fatigatione permanere nō solum in studio libertatis, sed ēt in labore & periculis.s. pro ea obeundis. Attamen.i. licet hoc sim animo, tam si prouocabimur.s. ad talia studia, aliqua gloria iusta & merita, s. à nobis, officijs.i. debita exhibitione, senatus, & optimi cuiusque, nos erimus apud cæteros, cum maiore auctoritate, & poterimus prodesse reip. eò plus. Argutissima forma petendi beneficij, cum illud, quod petimus ad rem conferentis facturum probamus. De his autem rebus pulchre locutus, transit ad commendationem filij Cic. nō minus arguto consilio, sciens nō posse melius placere Cic. quàm ut illi bona de filio denūciet. dicit igitur sic Cum.i quando, ueni ad Brutum.s. Marcum, non potui uidere filium tuum.s. M. Ciceronē, ideo ꝙ erat profectus iā cum equitibus in Hyberna.i. loca tuta, ubi hiemem transigant cum equis suis. Sed medius fidius, id est ita me filius Iouis amet, aut iudicet, ut uerū dico, uidelicet, Hercules ultro perfidorum, aut ita media sit fides, ego gaudeo eum.s. filium tuum, esse ea opinione, id est in ea æstimatione hominum, aut in eo proposito iuuandæ reip. &.i. simul, causa tua, qui pater es, & ita illius gloria in te redūdat, & ipsius.s. filij tui, q ex bono studio, & bona ęstimatione fructū aliqn consequatur, & in primis.i. præcipue (qd amāter dicit) cā mea. Enim.i. q̄a, q natus ē ex te & dignus te.s. patre, ē mihi loco fratris. frater aūt dicit ferè, alter, quasi inter se cōiunctiores sint fratres, q̄ pater, & filius, Pergæ, q ē ciuitas Pāphyliæ.

PAVL. MAN. *QVAM re uera fuere cos inueni qd uero aliqd de his scripsit*] Totū hoc nō erat in impressis, ego addidi multis ab hinc annis ex uetusto lib. Vincētij Riccij nūc itidē uideo scriptū eē in Sigon. lib.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

De Dolabellæ improbitate, & gestis, hac quoque epistola, ut in superiore, agitur.

P. LENTVLVS P.F. PRO QVAEST. PRO PRAET. S.D. COS. PRAET. TRIB. PL. SENATVI, POPVLO, PLEBIQVE R. 15

SI ualetis, liberiq; uestri ualent, bene est: ego quoq; ualeo. Scelere Dolabellæ oppressa Asia, in proximā ꝓuinciam Macedoniam, præsidiaq; reipu. q̄ M. Brutus uir clarissimus tenebat, me contuli; & id egi, ut ꝑ quos celerrime posset, Asia ꝓuincia, uectigaliaq; in uestrā potestatē redigerentur. qd cū pertimuisset Dolabella; & uestra prouincia, correptis uectigalib. ꝓcipue ciuib. Romanis oībus crudelissime denudatis, ac diuenditis, celerius Asia excessisset, q̄ eo præsidiū adduci potuisset: diutius morari, aut expectare præsidium, non necesse habui: & quam primum ad meū officium reuertendū mihi esse existimaui, ut & reliqua uectigalia exigerem, &; quā deposui pecuniam colligerē: quidquid ex ea correptum esset, aut quorum id culpa accidisset, cognoscerem quam primū, & uos de omni re facerē certiores. interim cum per insulas in Asiā nauiganti mihi nunciatum esset, classem Dolabellæ in Lycia esse, Rhodiosq; naues complures instructas et paratas in aqua habere: cum ijs nauibus, quas aut mecum adduxerā, aut cōparauerat Patiscus ꝓ quæstore, homo mihi cū familiaritate, tū ēt sensibus in rep. coniūctissimus, Rhodū reuerti, cōsisus auctoritate uestra, senatusque consulto, quo hostē Dolabellā iudicaretis, fœdere quoq; qd cū ijs M. Marcello, Ser. Sulpicio cos. renouatū erat, quo iurauerant Rhodij, eosdē hostes se habituros, quos senatus, populusq; R. quæ res nos uehemēter fefellit: tantū.n. abfuit, ut illorū præsidio nostrā firmaremus classem, ut ēt à Rhodijs urbe, portu, statione, quæ extra urbē est, cōmeatu, aqua deniq; ꝓhiberētur nostri milites, nos uix ipsi singulis cū nauigiolis reciperemur. quā dignitatē, diminutionēq; maiestatis nō solū iuris nostri, sed ēt imperij, populiq; R. iccirco tulimus, ꝙ itercepti literis cognoramus Dolabellā, si desperasset de Syria, Aegyptoq;, quod necesse erat fieri in naues cū oībus suis latronibus, atq; oī pecunia conscendere esse paratū, Italiāque petere: iccirco ēt naues onerarias, quarū minor nulla erat duū milliū amphorarū, cōtractas in Lycia è classe eius obsideri. huius rei timore P.C. percitus, iniurias perpeti, & cū contumelia ēt nostra oīa prius experiri malui. itaq; ad illorū uolūtatem introductus in urbē, et in senatū eorum quā diligentissime potui, cām reip. egi: periculumq; oē, qd instaret. si ille latro cū oībus suis naues conscendisset, exposui. Rhodios aūt tāta in prauitate animaduerti; ut oēs firmiores putarēt q̄ bonos; ut hanc concordiā & conspirationē oīum ordinū ad defendēdā libertatē ꝓpense non crederent esse factā; ut patientiā senatus, & optimi cuiusq; manere ēt nunc confiderent, nec potuisse audere quemquā Dolabellā hostē iudicare, at deniq; oīa quæ improbi fingebant, magis uera existimarent, q̄ quæ uere facta erāt, & à nobis docebantur. qua mēte ēt ante nostrū aduentū, post Trebonij indignissimā cædē, ceteraq; tot, tamq; nefaria facinora, binæ ꝑfectæ erāt Dolabellā legationes eorū, & quidem nouo exemplo; contra leges ipsorum, prohibentib. ijs, qui tum magistratus gerebant. hæc siue timore, ut dictitant, de agris, quos in cōtinenti hēnt, siue furore, siue potentiæ paucorum, qui & ante pari cōtumelia uiros clarissimos affecerāt, & nunc maximos magistratus gerentes, nullo exemplo, neq; uestra ex parte, neq; nostro præsentiū, neq; imminenti Italiæ, urbiq; nostræ periculo. si ille parricidā cū suis latronib. nauib. ex Asia, Syriaq; expulsus, Italiā petijsset mederi, cum facile posset, uoluerūt. nōnullis ēt ipsi magistratus ueniebāt in suspicionē, detinuisse nos, & demorari esse, dū classis Dolabellæ certior fieret de aduentu nostro, quam suspicionē cōsecutæ res aliquot auxerunt maxime ꝙ subito ex Lycia Sext. Marius, & C. Titius, legati Dolabellæ, à classe discesserunt, nauiq; lōga ꝓfugerunt onerarijs relictis, in quibus colligendis non minimū temporis; laborisq; † cōsumpserunt. itaq; cū Rhodo cū ijs, quas habueramus, nauibus in Lyciā uenissemus, naues onerarias recepimus, dominisq; restituimus. ijdēq; quod maxime uerebamur, ne posset Dolabella cum suis latronibus in Italiam uenire. timere desiimus. classem fugientem persecuti sumus usque ad Sydam: quæ extrema regio est prouinciæ meæ. ibi cognoui partē nauium Dolabellæ diffugisse, reliquas Syriā, † Cyprūq; petijsse. quib. disiectis, cum scirē C. Cassij singularis ciuis & ducis, classem maximā fore ꝑsto in Syria; ad meū officiū reuerti: daboq; operā, ut meū studiū, & diligentiā uobis P.C. & reip. præstem, pecuniamq; q̄ maximam potero, et quam celerrime cogā, oībusq; cū rationibus ad uos mittam, si pcurrero prouinciam, & cognouero, qui nobis & reip. fidem præstiterunt, in cōseruanda pecunia à me deposita, quibus scelere ultro deferētes pecuniam publicam hoc munere societatem facinorum cū Dolabella inierunt, faciam uos certiores. de quibus, si nobis uidebitur, si, ut meriti sūt grauiter cōstitueritis: nosq; uestra auctoritate firmaueritis: facilius et reliqua exigere uectigalia, & exacta seruare poterimus, iterea quo cōmodius uectigalia,

† alias, cōsumpserant

† alias, Aegyptumq;

lia, tueri, prouinciamq; ab iniuria defendere poſſim pſidium neceſſarium, uoluntariumque comparaui. His literis ſcriptis milites circiter 30. quos Dolabella ex Aſia conſcripſerat, è Syria fugientes in Pamphiliã uenerunt. hi nunciauerunt, Dolabellam Anthiochiam, quæ in Syria eſt, ueniſſe, non receptũ: conatũ eſſe aliquoties ui introire, repulſum ſemper eẽ cũ magno ſuo detrimento: itaque, centum circiter amiſſis, ægriſq; cõpluribus relictis, noctu Antiochia profugiſſe Laodiceã uerſus: ea nocte omnes ferè Aſiaticos milites ab eo diſceſſiſſe, ex his ad octingentos Antiochiam rediſſe. & ſe ijs tradidiſſe, q à Caſſio relicti, urbi illi præerant: cæteros per Amanũ in Ciliciam deſcendiſſe: quo ex numero ſe quoq; eſſe dicebant, Caſſium autẽ cum ſuis omnibus copijs, nunciatum eſſe quatridui iter à Laodicea abfuiſſe tum, cum Dolabella eò tenderet. quamobrem opinione celerius confido ſceleratiſſimum latronem pœnas daturum. iiij. non. Iun. Perge.

HVB:

SCELERE] Eodem argumento ſcribit. Lent. hãc epiſt. publicę quo ſuperiorem ad Cice. niſi quod cum Dol. inuaſiſſet Aſiã eamq. vaſtaſſet, & vectigalia P.R. corripuiſſet, & ciues R. ſpoliaſſet, & vẽdidiſſet, & celerius deceſſiſſet ex Aſia, q̃ præſidiũ in eam adduci potuiſſet. dicit Lent. non putaſſe ſibi expectandum præſidium mittendum à Bruto ex Macedonia. Itaq; ſe reuerſum eſſe ad offm̃ ſuum, perficiendumque, & cognoſcendum. qui fuiſſent illi perfidi, qui pecuniam tradidiſſent. Dol. quã ipſe Lent. apud eos depoſuerat. itaq; rogat, ut iſti, qui tradiderunt eam pecuniã, puniantur, ut facilius poſſit reliqua uectigalia exigere, & prouinciam ab iniuria tueri. Poſtremo ſe intellexiſſe ex quibuſdam militibus, qui fugerant à Dolabella, quam plurimos milites ab eo fuiſſe cũ expulſus, & excluſus fuiſſent ab Antiochia, itaq; ſe ſperare eum celerius daturum pœnas, quàm putauerat.
Morari
[Correptis) Sublatis. [Morari) Differri reuerti ad exigenda vectigalia. [Id accidiſſet) Vt pecunia eſſet correpta. [Interim] Narrat quæ ẽt ſuperiori epiſtola narrauit, conqueriturq. de perfidia, & improbitate Rhodiorũ. [Senſibus) Volũtate, ſnĩa. [Cũ ijs] Rhodijs. [Quos S.P.Q R.). ſ. hñt hoſtes. [Abfuit] Defuit. [Statione] Habitatione, eſt. n. ſtatio locus cõmorandi nõ perpetuo, ſed ad tẽpus. [Cõmeatu] Alimentis, cibarijs. [Nos ipſi) Ego qui eſſem magiſtratus. P.R. [Ipſi] Habet emphaſim. [Nauigiolis] Paruis nauibus. [Indignitatẽ, opprobiũ, dedecus. [Iuris noſtri]. i. officij & dignitatis qſturæ noſtræ. [Interceptis] Ereptis tabellarijs Dola. [Nulla minor erat duũ miliũ amphorarũ). i. nulla erat, quæ ad minus non contineret, & caperet duo milia amphorarũ. magnitudo. n. nauium ſolet maxime à numero amphorarum. deſignari, eſt aũt amphora genus uaſis uinarij, non autem frumentarij, duum uero ſyncopatur tantummodo in neutro genere. [Contractas] Collectas. [Eius) Dolabel. [Obſidij). ſ. cognoueramus. [Percitus] Cõmotus. [Ad illorũ uoluntatẽ) Cum ipſi uoluerunt. [Egi) Dixi. [Inſtaret) Immineret. [Latro) Dola. [Ordinũ oĩum) Magiſtratuũ Romanorũ [Propẽſe] Vehemẽter, inclinate & cũ animi afflictione. [Patiẽtiam ſenatus manere). i. quod ſenatus poſſet adhuc pati Dola. & Ant. perfidiã, nec quiſquã auderet ipſum Dola. conſul. ſ. Rom. hoſtem iudicare. [Improbi ſin). ſ. quod nos ex noſtra uolũtate non eo ſenatuſconſulto perſequeremur. ipſum Dola. [Quã quæ uere facta erant] Quod ſenatuſconſulto eſſent iudicati hoſtes Ant. & Dolab [Quod cũ Dola. tim.]. ſ. me facturũ prouincia vaſtata, uectigalibus. i. penſionibus publicis [Qua mente] Subaudi fuerunt Rhodij. q. d. perfidiſſima ẽt ante noſtrũ aduentũ, & hic eſt uerus ſenſus quidã aũt hunc locum falſa quadã interpretatione, ita puerterant, ut ne ſe quidem ipſi intelligerent. [Binę legationes] Probatio, quod peſſima mente eſſent, quia contra leges ſuas miſerant duas legationes ad Dolab. poſtquam Trebonius fuerat interfectus iuſſu Dolab ut diximus, quem ex eo debeant cognoſcere eſſe hoſtem P. R [Nouo) Inuſitato. [Hæc] Quæ ab his facta diximus. [Sine timore] Dicit cauſas quare illi feciſſent. ſ. aut timore, aut furore. ipſi autem dicebant ſe feciſſe timore, propter agros, quos incontinenti habebant, ne à Dolab. uaſtarentur. [Incontinenti] In terra firma, cui contrarium & ferè correlatiuum eſt inſula [Viros clariſſimos] Patrem meum & Pomp. & L. Lent. de quibus ſupra dictum eſt. [Et nunc maximos magiſtratus gerentes]. i. nos & proconſules Rom. contumelia affecerunt. [Ille parricida] Dolab. [Ipſi magiſtratus] Rhodiorum. [Veniebant in ſuſpicionem] Erant ſuſpecti. [Demorati eſſe]. i. tenuiſſe nos in mora. [Res] Effectus. [In quibus onerarijs nauibu. [Colligendis] Congregandis. [Dominis) Ipſarum nauium i. mercatoribus, quorum erant. [Deſiimus) Omiſimus, quia uidemus non eſſe opus timere receptis nauibus onerarijs, quas ille habuerat. [Sydam) Quæ urbs eſt Lyciæ portum habens, ut alibi ſupra diximus. [Diſiecti) Diſſipatis, diſperſis, [Præſtiterunt) Seruarunt, noluerunt eam dare Dol. [Scelere] perfidia. [Deferentes) Ipſi Dolab. [Inierunt ſo) Coniuncti ſunt cum ſcelerato Dolab. oblatione pecuniæ publicæ. [De quibus] Qui detulerant pecuniam Dolab. [Conſtitueritis) Iudicaueritis. [Firmaueritis] Firmiorem reddideritis, approbãdoque fecerim [Exacta] Ne amittantur, ſicut amiſſæ ſunt reliquię. [Volũtariumq.) Promptum. [His, literis] Cum iã eſſet clauſurus epiſtolã, adiunxit hanc particulam de ijs, quæ à quibuſdam militibus Dolabel. intellexerat. Pamphyliã regionem, vicinam Syriæ [Relictis ęgris) Labore cõfectis, & uulneratis. [Diſceſſiſſe). ſ. renunciauerũt [Illi vrbi) Antiochię. [Dicebant). i. illi milites 30. qui fugerant à Dolab. in Pãphyliam [Iter quatridui). i. tm̃ quantũ tribus diebus poſſet ire. [Celerius opinione] Citius q̃ putabamus de Antiochia, Laodicea, Sida, Amano, & ceteris his locis diximus plene lib. 3.

Margin notes (left): Morari; Statio comeatus; Amphora Duum; Propẽſa; Incontinenti

SI ualetis &c.] Scribit eodem argumento ferè hãc epiſtolã publice, quo ſuperiorẽ ſcripſerat ad Cic. niſi ꝙ cum Dolabella inuaſiſſet Aſiã, eamq; uaſtaſſet, ciues Roma. ſpoliaſſet, & uenditis ſpolijs celerius deceſſiſſe. ex Aſia, q̃ pręſidiũ in eam adduci potuiſſet, dicit nõ putaſſe ſibi præſidium mittendũ à Bruto, oẽm autẽ diligentiã facere, & feciſſe ad inquirẽdum ſcelus Dolabellæ. Ordo eſt: Si ò patres conſcripti, & P.R. valetis, & liberi ueſtri ualẽt. bene eſt, ego valeo. Aſia oppreſſa. i. cũ Aſia eſſet oppreſſa ſcelere Dolabellæ, contuli me, & præſidia reipu. quæ M. Brutus uir clarus tenebat, in prouinciã maximam, uidelicet Macedoniam, & egi. i. effeci id, ut Aſia prouincia, & uectigalia. ſ. Aſiæ, redigerentur in poteſtatẽ ueſtrã, ſup. per eos per quos poſſent redigi, celerrime. Qđ cum Dolabella timuiſſet. ſ. me facturum, prouincia uaſtata, uectigalibus. i. pẽſionibus publicis correptis. i. ſimul raptis, oĩbus ciuibus, pręcipue Romanis, denudatis, ac diu uẽditis crudeliſſimeq;, pro &, exceſſit Aſia celerius, q̃ pręſidiũ potuiſſet adduci eo, non habui neceſſe morari, aut expectare præſidiũ diutius, & exiſtimaui. i. iudicaui, reuertẽdũ eſſe mihi ad officiũ meũ, quamprimũ. i. ualde cito, ut, &. i. ſimul, exigerẽ pecuniã, quam depoſueram, & ſup. ut cognoſcerẽ quidquid eſſet corruptũ ex ea. ſ. pecunia depoſita, aut quorũ culpa id acceſſiſſet, & ut facerẽ uos certiores quamprimũ. i. ualde cito, de oĩ re. Interim cũ nunciatũ eſſet mihi nauiganti in Aſiam claſſem Dolabellæ eſſe in Licia, & Rhodios habere naues cõplures inſtructas, & paratas in aqua. i. ſuper aquã, reuerti Rhodũ cum his nauibus. quas autẽ adduxerã mecũ, aut Patiſcus pro quæſtor homo cõiunctiſſimus mihi, cũ. ſ. ita ſit ꝙ familiaritate, tum etiã ſenſibus. i. conſenſu in rep. cõparauerat. i. acquiſiuerat, reuerti, inquam, Rhodũ, cõfiſus auctoritate ueſtra, & ſenatuſconſulto, quo iudicaratis Dolabellã hoſtẽ, cõfiſus quoq; fœdere, qđ renouatũ e at M. Marcello, & S. Sulpitiõ Coſſ. cũ ijs ſ. Rhodijs, quo. ſ. fœdere Rhodij iurauerant ſe habituros eoſdẽ hoſtes, quos S. P. Q R. Quæ res fefellit nos uehemẽter. Tm̃. n. abfuit, ut firmaremus claſſem noſtrã præſidio eorũ, ut ẽt milites noſtri ꝓhiberentur à Rhodijs urbe. i. ingreſſu urbis, portu. ſ. diuturno, ſtatione. i. loco, ubi ad tẽpus poſſent ſtare in nauibus, cõmeatu. i. uictualibus, denique aqua. ſ. dulci, aut oĩ cõmunione, & noſipſi. ſ. duces, uix reciperemur cũ ſingulis nauigiolis. i. paruis nauigijs. Quã indignitatẽ, q;, pro &, diminutionẽ maieſtatis, non ſolũ iuris noſtri, ſed ẽt imperij, & P.R nos tulimus. i. tolerauimus iccirco, & cognoramus ꝓ cognoueramus, literis interceptis. i. per literas à Dolabella, miſſas interceptas à noſtris, Dolabellã ſi deſperaſſet de Syria, & Aegypto. ſ. retinẽdis, qđ erat neceſſe fieri, quia potentior erat in Syria Caſſius, paratũ eſſe conſcẽdere in naues cũ oĩbus latronibus ſuis, atq; oĩ pecunia. ſ. ſurrepta, & petere Italiã. Et cognoueramus iccirco etiã naues onerarias, quarum nulla erat minor duum milliũ amphorarũ. i. quæ non caperet minus bis mille amphoras, contractas. i. in unũ locum tractas, obſideri in Lycia claſſe eius, ò P. C. ego percitus timore huius rei, ne. ſ. in Italia traijcere, malui perpeti iniurias, & experiri prius oĩa, etiam cum contumelia noſtra. Itaque ego introductus ad uolũtatẽ eorũ. ſ. Rhodiorum, in urbem, ſcilicet Rhodum, & in ſenatum eorum, egi quàm potui diligentiſſime cauſam reip. & expoſui omne periculũ, quod inſtaret, ſi ille. ſ. latro Dolabella conſcendiſſet naues cum ſuis. Autem. i. ſed, ego animaduerti Rhodios in tanta prauitate. i. peruerſitate, ut putarent oẽs. ſ. alios, eſſe firmiores. ſ. in defendenda cauſa ſua, q̃ bonos. i. rei fautores, ut non crederent hanc concordiam, & conſpirationẽ omnium ordinum eſſe factam propenſe. i. affectanter, & ex inclinatione animi, ad defendendam libertatem, ut cõ

ſiderent

Margin note (right): ASC.

siderent patientiam.i. tolerantiam senatus, & optimi cuiusq;.i. omnis boni.manere etiã nunc.i.in eum vsq; diem,nec quenquã potuisse audere iudicare Dolab. hostem. Denique animaduerti Rhodios tãta prauitate,ut existimarent oĩa, quæ improbi fingebãt,sup.esse magis uera,q̃ quæ erant uere facta, & q̃ dicebãtur à nobis.Qua mente.i.affectione,& uolũtate binę legationes eorũ ꝓfectæ erãt ad Dolabellã ẽt ante aduẽtũ nostrũ, post indignissimã cædẽ Trebonij, &c.tot & tã nefanda facinora, & quidem.i. certe legationes erant profectæ nouo.i.insolito exẽplo,quia cõtra leges ipsorũ prohibẽtibus ijs, qui gerebãt tũ.i. tũc magistratum.s.Rhodios.Hæc,sup.fecerunt, siue timore (ut dictitant) de agris.i.pp agros,quos hñt in continenti.i. terra partim mari septa,partim se cum alia terra tenenti,timebant aũt ne uastarẽtur à Dolab.siue furore,quo correpti nesciunt quid faciant,siue impotentia.i.superbia,& insolẽtia paucorũ. dñr aũt impotentes,q iræ,& aĩo suo moderari nequeũt,qui affecerant antea pari cõtumelia,qua.s.nũc nos afficiunt,uiros clarissimos.s. patrẽ Lẽt.Põpeiũ,& L.Lentulũ,& nunc,sup. afficiunt gerentes maximos magistratus,uidelicet nos procõsules Romanos,nullo exẽplo sumpto.s.ab alijs,neq; ex parte uestra,ꝙ abestis,neq; nostra.s. ex parte,pñtium.i. q pñtes sumus.Neque uoluerunt, cũ possent facile mederi.i.remediũ facere,periculo imminẽti Italiæ, & urbi nr̃æ, si ille parricida.s. Dolabella expulsus ex Asia,& Syria, petiuisset nauibus cum suis latronib.Italiã.Ipsi ẽt magistratus.s.Rhodij,q̃ uidebantur in aliis fauere nobis,ueniebant nõ nullis in suspicionẽ detinuisse nos,& esse demorati nos.s.donec classis Dolabellę fieret certior aduẽtu nostro. Quã suspicionẽ res aliquot secutæ .i.q̃ secutæ sunt,auxerunt,maxime ꝙ Sex. Martius,& C.Titius, legati Dolabellæ,discesserunt,subito ex Lycia à classe, & profugerunt naui longa onerariis.s.nauibus relictis.in quibus.s.nauibus onerariis colligendis ipsi cõsumpserũt.s.prius,nõ minimũ, imò plurimũ tẽporis, & laboris. Itaq; cum uenissemus à Rhodo in Lyciã cum iis nauib. quas habuerã, nos recepimus naues onerarias, quia derelictas & restituimus dñis,à quibus illas abstulerant. Itemq.i.similiter nos desiimus timere, qđ uerebamur maxime.s.priusquã onerarias recepissemus,ne Dolabella posset uenire in Italiã cum latronibus suis, nos persecuti sumus classẽ .s.Dolabellæ,fugienẽ usq; in Sydã, quæ regio est Lyciæ.s. extra mare,& ꝓuinciæ meę. Ibi cognoui partẽ nauiũ Dolabellæ diffugisse,reliquas petiisse.s.consilio,Syriã,& Aegyptũ.Quibus disiectis cum scirem classem C. Cassii singularis ciuis, & ducis, & maximã fore præsto.i.paratam sup.proficiscendi in Syriã, reuerti.i.redij ad officium meũ.s.tutãdæ prouinciæ. Et dabo operam ò P.C. patres conscripti.ut pręstem studium meũ sup.& diligentiã uobis,& reip. & cogã.i. cõgregabo,pecuniam, q̃ potero maximã,& quã celerrime sup.potero,aut & ualde celeriter,& mittam ad uos oĩbus rationibus.i. uijs & medijs, si percurrero prouinciã,& cognouero, qui pręstiterunt fidem nobis, & reipu.in conseruanda pecunia deposita à me,quiq;.i.& qui deferentes.s. ad Dolabellam ultro scelere.i.per scelus pecuniam publicam.i. reip.inierunt.i.contraxerunt societatem.i. participationem facinorum,cũ Dolabella hoc munere.i. dono pecuniæ publicę. De quibus,si uidebitur uobis.s. utile,si constitueritis.i.iudicaueritis animaduertendum,grauiter.i.acerbe,ut meriti sunt,& firmaueritis.i.corroboraueritis nos auctoritate uestra,nos poterimus facilius,&.i.simul exigere uectigalia reliqua.i.nondum recepta,& poterimus seruare exacta,ne.s.alteri dentur,quàm à repu.misso. Ego comparaui.i. accumulaui, præsidium necessarium, quia sacramento astrictum,aut stipẽdio obnoxium, & uoluntarium.i. eos,qui sponte obtulerunt, quo possimus cõmodius tueri.i.conseruare interea uectigalia.s.publica,& defendere ꝓuinciã ab iniuria. His literis scriptis.i. postq̃ literæ erant scriptæ, sed nondũ signatæ,milites circiter triginta, quos Dolabella ex Asia cõscripserat,fugientes è Syria uenerunt in Pamphyliam. Hi.s. milites nunciauerũt Dolabellã uenisse Antiochiã, q.s. urbs est in Syria. non receptũ.s. in eã urbẽ, conatũ esse aliquoties introire vi.i.p uim ac uiolentiam,& sup.repulsum esse semper cũ magno detrimẽto.i.dãno ac deterrioratione sua, hoc est suarũ copiarũ,quia semper multos è suis amisit:Itaque sup. nunciauerũt eũ, hoc est Dol.à missis.s.militibus circiter centũ, & ęgris.s.alijs relictis,ꝓfugisse noctu Antiochia uersus Laodiceam. Et sup. nunciauerũt ferè oẽs milites Asiaticos discessisse ab ea nocte.s.qua aufugit, & octingentos ex his.s.Asiaticis rediisse Antiochiã,& tradidisse se sup.iis qui relicti à Cassio,p̃erant illi urbi.s.Antiochię,aut tradidisse se Cassio,qui relicti,&c.sed id minus placet,nõ.n. uero simile est trãsfugis urbẽ relictam esse sup.nũciauerunt,ceteros.s. Dolabellæ milites descendisse in Ciliciam p Amanũ.s.mõtẽ intermediũ,ex quo numero.s.ceterorũ dicebant se quoq; esse. Aũt .i.sed,nunciatũ est.s.ab alijs, Cassiũ abfuisse iter.i. per spatiũ itineris,quatridui,i.qđ quatuor diebus fieri solet, à Laodicea.s. urbe cũ oĩbus copijs suis,sup.tunc Dolabella tenderet eò.i.ad eam vrbẽ.Quamobrẽ ego cõfido latronem sceleratissimum.s. Dolabellã daturũ pænas.s.scelerũ suorum celerius opinione.i.q̃ opinari potest. Datum sup.aut scriptum Pergæ,iiij. nonas Iunij.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Laus est Ciceronis filij,& gratulatur patri de tali filio,& studioso, & moribus honestis prædito. in fine epistolæ dicit se uersus quosdam in Cæsarem scripsisse more Lucilij.

C. TREBONIVS M. CICERONI S. 16

SI uales, bene est: ego quidem ualeo. Athenas ueni ad xi. Kal.Iun.atque ibi, quod maxime optabam, uidi filium tuum deditũ optimis studijs, summaque modestiæ fama.quæ ex re quantã uoluptatem ceperim,scire potes,etiã me tacente:non enim nescis,quanti faciam;& q̃ pro nostro ueterrimo, uerissimoq; amore omnibus tuis ẽt minimis cõmodis, non modo tanto bono,gaudeam.noli putare mi Cicero, me hoc auribus tuis dare. nihil adolescente tuo, atque adeo nostro (nihil enim mihi à te potest esse seiũctũ) aut amabilius omnibus ijs, qui Athenis sunt,est, aut studiosius earum artium, quas tu maxime amas,hoc est optimarũ. itaq. tibi quod uere facere possum,libenter quoque gratulor, nec minus ẽt nobis,ꝙ eum, quem necesse erat diligere,qualiscunque esset, talẽ habemus, ut libenter quoque diligamus.qui cum mihi in sermone iniecisset,se uelle Asiam uisere: non modo inuitatus,sed etiam rogatus est à me, ut id potissimum nobis obtinentibus prouinciam faceret.cui nos caritate,& amore tuũ officium præstaturos nõ debes dubitare.illud quoque erit nobis curæ, ut Cratippus una cum eo sit.ne putes in Asia feriatum illum ab ijs studijs, quæ tua cohortatione incitatur,futurum. nam illum paratum,ut uideo,et ingressum pleno gradu,cohortari non intermittemus,quo in dies longius,discendo, exercendoque se ꝓcedat.Vos quid ageretis in rep.cum has literas dabam, nõ sciebam.audiebam quædam turbulenta.quæ.s.cupio esse falsa:ut aliquando ociosa libertate fruamur:quod uel minime adhuc mihi contigit. ego tamen nactus in nauigatione nostra pusillũ laxamenti,concinnaui tibi munusculũ ex instituto meo,& dictum cũ magno nostro honore à te dictũ,conclusi, & tibi infra subscripsi.in quibus uersiculis si tibi quibusdã uerbis † εὐθυρρημονέστερος uidebor,turpido personæ eius,in quam liberius inuehimur,nos uindicabit. ignosces ẽt iracũdiæ nostræ,quæ iusta est in eiusmodi,& hoĩes,& ciues. deinde, qui magis hoc Lucilio licuerit assumere libertatis,quã nobis?cũ,etiã si odio pari fuerit in eos,quos læsit, tamen certe nõ magis dignos habuerit,in quos tãta libertate uerborũ incurreret.Tu,sicut mihi pollicitus es,adiunges me quamprimum ad tuos sermones. nãq; illud nõ dubito, quin,si quid de interitu Cæs. scribas,nõ patiaris me minimã partẽ & rei,et amoris tui ferre. Vale.& matrẽ,meosq; tibi cõmendatos habe.D.viij.Kal.Iu.Athenis.

† .i.liberios in loquendo.

A*THENAS*]Cũ occiso Cæs.eius percussores in uarias prouincias,quæ ex senatusconsulto ei decretæ fuerant, proficiscerentur,Trebonius Asiã petens,cum iter per Athenas faceret,ubi M.Cicero,Ciceronis filius sup Cratippo philosophorũ eius ętatis principe philosophię operam dabat, scribit ad Cic. se uidisse eius filium, quem summopere laudat, quòd & optimis studijs deditus esset, ut eum omnes ualde modestum prædicarent, qua de re ei gratulatur.Deinde dicit, quòd cum quibusdam coniecturis intellexisset, eum cupidũ uisendi Asiam,inuitatus eũ & hortatus est,ut id faceret. interea dum ipse Trebonius ei prouinciæ præesset.se.n.habiturum eũ loco filij, curaturumq. ut & Cratippus una iret,ne interea tẽpus amitteret.Deinde dicit se audiuisse quędam turbulenta fuisse in urbe,quæ falsa esse cupit. postremo dicit se quibusdam uersiculis inscriptis ad Ci.inuectum esse in Cæs.imitatione Lucilij Satyrici poetæ, cũ ipse habeat multo iustiorem causam inuehendi in Cæsa. oppressorem propriæ patriæ, q̃ ille in quosdã ciues aliquo scelere pollutos. rogatq́ue ut HVB.

eam inserat sermonibus suis,& scriptis, sicut ei pollicitus est. [Quod] Quam rem.s. uidere filium tuum deditum optimis studijs.[Summa fama) Pro summæ famæ,ablatiuus pro genitiuo. i. de quo oēs optime loquuntur esse modestissimum,duo autem dixit in eo fuisse, quæ maxime probantur in adolescente, studium bonarum artium,& modestiam. [Non modo) Pro nedum.[Dare auribus]Demulcere aures tuas,tibi assentiri. [Atq; adeo nr̃o) Quasi quædam correctio. [Nihil] Ratio quare dixerit nostro. [Seiūctum) Separatum,quod non sit utriusque, nam amicorum oīa cōia[Necesse er.) Quia cum te diligam, necesse erat res tuas qualescunque diligere.[Iniecisset) Latenter significasset. (In sermone]]nterloquendum.[Nobis obtinentibus) .i.dum ego præessem illi prouinciæ [Tuum] Paternum. [Feriatum] Ociosum, nam ferias antiqui festa uocabant.[Ingressum]Qui iam incepit. [Pleno gradu).i.citato gressu.trāslatio sumpta a uiatoribus, uel ab equis[Procedat longius] Progrediatur ulterius ad maiora. [Turbulentia] Credo intelligendum de M. Ant. qui cum primū ostendisset se defensorem libertatis, postea concitauit populum contra interfectores,ut sæpius supra diximus.[Ociosa] Quieta, pacifica. [Quod]Vt fruamur ociosa libertate. [Laxamenti] Recreationis.[Concinnaui) Composui,confeci.dicitur autem concinnare non à cano,quia non posset geminare,sed à con & ciuo, quod erat potionis genus ex multis liquoribus confectum. [Tibi]At de.[ἀσχημονέστερος] .i.turpior, petulantior,nā τοασχήμω.i. turpiter & inhoneste ago significat, alius codex habebat ἐξιήτο, qđ sigñat sinisterior.(Nos vindicabit]Nos excusabit & liberabit à reprætensione.[Et ciues]Qui cum debeant tueri libertatem patriæ,eam opprimunt. [Deinde) Alia probatio licentiæ suæ loci ab exēplo.[Qui] Vnde, qua causa, vt Horat. Qui fit Mœcenas [In eos, quos læsit]Carmine suo ut Lupum & Mutinum,& alios, ex primoribus urbis,de quo Persius.Secuit Lucilius urbem te Lupe,te Muti,genuinū fregit in illis.fuit autem ex Aruncis,qui & Ausonij dicuntur populi Italiæ, ut exponit Seruius super illud Virgilij,Auruncæq; manus.& primus scripsit Satyram apud Latinos,ut ostendit Horat.in Serm.& Iuuen. Cur tamen hoc potius libeat decurrere campo, Per quam magnus equos Aurunca flexit alumnus.[Incurreret]Inueheret,impetum faceret oratione sua. [Ferre) Habere, nominando me,& immiscendo me ei consilio. [Rei)Cædis Cæsaris,cuius fuerim conscius.

Feriatū

Concinnare

Lucilius Arūcij Ausonij

ASC. *SI uales,&c.*]Trebonius post cędem Cęsaris ex decreto Asiam petens vidit Athenis Ciceronem Ciceronis filium philosophantem sub Cratippo, ut in principio officiorum meminit Cicer. Eum ergo sibi uisum laudat,dicitq; inuitasse ad Asiam secum uisendam,tum dicit se audisse turbulenta ad urbē, seq; inuectū in Cæs.Ordo est:Si uales,bene est,ego veni Athenas ad xi. Kal Iun. atque quod optabam maxime, ibi uidi filium tuum .s. M. Cicer. deditum optimis studijs, & summa fama modestię .i. moderatæ uitæ.Qua ex re tu potes scire,ēt me tacente,quantam uoluptatē ceperim.Nō.n.ne scis.i.quia,bene scis,quanti faciam.i.ęstimēte,& quàm.i.quātum gaudeā pro nostro uetertimo,& uerissimo amore.i.pp uetustissimum,& uerissimum, amorē nostrū. Quod nunc dicit uetus,olim dicebatur ueter.quo circa in ablatiuo proprie tm̄ facit uetere,& in plurali ueteres,vñ ēt superlatiuū ueterrimus,oībus cōmodis tuis ēt minimis,nō mō.i.ne dū tāto bono, q̄tum est hr̄e filiū talē.Vbi notādū nos ēt alienis gaudere bonis præsertim dū ea nostra cēsemus,ò Cic. noli putare me dare hoc auribus tuis.i.tibi blādiri dicēdo qđ libenter audias.Nihil est aut amabilius oībus ijs,q̄ sunt Athenis ,aut studiosius earum artium quas amas maxime,hoc est optimarū,adolescente tuo,atq; adeo .i.oīno nostro.i.nobis cōmuni. Nihil.n.pōt esse seiūctū.i. diuisū mihi à te,quia amicorū oīa sunt cōia.itaq; quod possum facere uere,gratulor quoq; i.etiam libenter tibi,nec ēt minus gratulor nobis.s. ambobus quod habemus eū. s.filiū tuū, quē necesse erat diligere,qualiscunq; eēt,habemus dico talē,ut diligamus quoq; .i.ēt libēter. Qui cum iniecisses mihi in sermone.i. inter loquendum,dixisset, se uelle uisere Asiā non mō inuitatus, sed ēt rogatus est à me facere id potissimū nobis obtinentibus prouinciā .s. Asiā,cui non debes dubitare nos præstaturos,& caritate,& amore officium tuū.i.paternū. Illud quoq; erit nobis curæ,ut Cratippus.s.pceptor eius situ na i.simul, cū eo,ne putes illū futurū feriatū.i.ociosum in Asia,in ijs studijs.in.i.ad quæ incitatur cohortatione tua.Nam nos nō intermittemus cohortari illum paratum, ut uideo,& ingressum.s.ad dicta studia pleno gressu, idest qui tā multū processit, aut profecit, quo, idest ut procedat in dies longius discendo,& exercendo se.Ego nō sciebam, quid uos ageretis in republica cum dabam has literas. Ego audiebam quædam turbulenta,quæ.s.cupio esse falsa,ut fruamur, aliqñ,idest tādē libertate, ociose.i.sine negocio belli , quod contigit mihi adhuc,uel.i.ēt minime.Ego tñ nactus in nauigatione nostra.i.dum essē in naui pusillū.i. modicū laxamēti.i.recreationis,& relaxationis cōcinnaui.i.cōposui tibi.i.ad honorē tuū munusculum.i. paruū munus literarum.s.ex instituto.i.timore,& studio meo,& conclusi.i.in fine posui,dictum.i. elegās verbū dictum. i. pronūciatū à te,cū magno honore nostro,& subscripsi i.assensum pbui tibi infra.i.ab inferiori parte, hoc est subsequēter. In qbus uerbis si uideor tibi ἀσχημονέστερος i. inuerecundior aut turpior , nam ἀσχήμας dr̄ turpis ἀσχήμων inuerecundus aut turpis, turpitudo psonę,in quam inuehimur liberius.i.nimis libere,uindicabit nos .s.à repræhēsione digna. Tu ignosces ēt iracundiæ nostræ, quæ iusta est in eiusmodi,& hoīes,& ciues.deinde qđ i cur,nisi ē legēdū qui,licuerit magis Lucilio.s.Satyrico, assumere hoc libertatis, ut aperte uitiosos taxet,cū ēt fi.i.quamuis fuerit, par.i. æqualis mi, hi sup.odio in eos,quos lęsit.tñ certe nō habuit magis dignos,in quos īcurreret tāta libertate verborū sup.q̄ ego, tu adiunges me quam primum.i.ualde cito ad sermones tuos.i. ad scripta tuā, siquam primum.i.ualde cito ad sermones tuos.i. ad scripta tuā, si cut pollicitus es mihi.Nanque ego,nō dubito illud, quin si quid scribas de interitu Cæs.non patiaris me ferre minimam partem & rei.i.facti,videlicet cędis Cæs.& amoris tui.Vale. & habe matrē,& meos.s.domesticos commendatos tibi.Data,&c.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Exponit Cornificio quid Cæsar,quidque ipse in ocio agat,petitque ut edito commentario de optimo genere dicendi faueat.

M. CIC. Q. CORNIFICIO COL. S.D. 17

GRATA mihi uehementer est memoria nostri tua, quā significasti literis:quam ut conserues,nō quo de tua cōstantia dubitem,sed quia mos est ita rogādi,rogo. Ex Syria nobis tumultuosiora quædam nunciata sunt:quæ quia tibi sunt propiora , quam nobis,tua me causa magis mouent, q̄ mea. Romæ summum ocium est, sed ita, ut malis salubre aliquod, & honestum negociū:quod spero fore,quia uideo id curæ esse Cæsari. Me scito,dum tu absis,quasi occasionem quandam et licentiam nactum,scribere audacius,et cætera quidē fortasse, quæ etiam tu concederes: sed proxime scripsi de optimo genere dicendi: in quo sæpe suspicatus sum te à iudicio nostro,sic scilicet, ut doctum hominem à non indocto, paulum dissidere. huic tu libro,maxime uelim ex animo ; si minus gratiæ causa suffragere.dicam tuis, ut eum,si uelint , describant , ad teque mittant. puto . enim etiam , si rem minus probabis,tamen in ista solitudine,quidquid à me profectū sit, iucundum tibi fore. Quod mihi existimationem tuam dignitemque commendas:facis tu quidem omniū more , sed uelim sic existimes,mecum amori, quem inter nos mutuum esse intelligam,plurimum tribuere,tum de summo ingenio , & de optimis tuis studijs, & de spe amplissimæ dignitatis ita indicare, ut neminem tibi anteponā,comparem paucos. Vale.

GRATA est]Post victum Pomp.cum Cæs.rerū potiretur,Cornificius uir doctissimus, & præcipue in poeticis clarus Libyæ præpositus fuit,cui etiam præfuit post mortem Cæsa.ut quibusdam epistolis infra uidebimus.cum igitur scripsisset ad Cice. dicit Cice.sibi gratum esse, quòd ex suis literis cognouit eū sui memorem esse,& se ab eo amari.rogat autem eum,ut pergat.Deinde,cum audiuisset quosdam tumultus fuisse in Syria, dicit se magis timuisse eius causa,quàm sua,ostenditque ocium esse Romæ non satis honestum,Cæ.omnia faciente,non solum pro libidine sua, uerum etiam arbitrio eorum , quos habuit adiutores suæ victoriæ.Postea monet eum sese scripsisse librum de optimo genere dicendi, cui,rogat,ut faueat ex animo,polliceturq; se daturum exemplum ipsius libri domesticis Cornificij , ut illū trāscribant,& ad eum mittant. Postremo declarat quam opinionē habeat de eius ingenio,studijs optimis, & dignitate. [Memoria nostri) Quam de nobis habes. [De constantia) Qui perseueres. [Propiora) Propinquiora,quia Syria uicinior ē Libyæ,quàm Romæ.eum autem præfuisse Lybiæ ostendit Appianus,& infra, epistola quæ incipit:C.Anitius.]Salubre) Vtile.i. ita ut melius esset habere aliquod honestum,& utile negocium,& laborem, quàm tale ocium,quod est cōtra dignitatem nostram.[Malis) Pro malit aliquis.secunda persona,pro tertia eleganter posita,ut sæpius diximus.[Occasionem]Quia nihil aliud habeo, quod curē. [De

HVB.

optimo

optimo genere dicẽdi]Quod opus inscribitur ad Brutũ elegãtissimũ,& utilissimũ,ut titulus ipse declarat.[A nõ indocto] .i. à me non indocto,uitauit arrogantiã, & tã modeste de se locutus est, ut neque doctum, neque indoctũ se diceret. [Suffragere]Faueas. [Causa gratię]Quia non sit tibi gratus,neq; placeat. [Rem]Opus ipsum. [Quidquid]Qualecunq; sit. [Omniũ more]Quia omnes solẽt ita facere,etiã si non dubitẽt de amicis suis.[De spe amplissimæ dignitatis]Quod sis futurus multo maior,quàm es.

ASC. GRATA &c.]Cæsare rerum potito, Cornificius uir in poetica clarus Libyæ præpositus, illi etiam post necem Cæsar. præfuit, qui cum scripsisset ad Cic. rescribit Cic. sibi gratum esse, ꝙ sui memorem noscat timuisse illi tumultum ortum in Syria, & ostendit ociũ nõ honestum esse Romæ. seque scripsisse de optimo genere dicẽdi,quod ut laudet eius ingenium miratur. Ordo est:Memoria tua nri.i.quam habes de nobis,est mihi grata uehementer,quam,scilicet memoriam significasti literis, quã rogo, ut conserues. Non quòd idest,quia dubitem de cõstantia tua.sed quia mos est rogandi ita. Quædam sunt nuntiata nobis ex Syria tumultuosiora,scilicet quàm uelimus, aut aliquãtulũ tumultuosa,quæ quia sunt propiora,idest uiciniora tibi,quam nobis,mouent,idest timore afficiunt,me magis causa tua,quàm mea.Summum ociũ est Romæ, sed ita,ut malis,idest magis uelis aliquod negocium salubre,scilicet patrię,& honestũ,quod spero fore,id est futurũ breui,quia uideo,idest cõsidero id esse Cæsari, scilicet Iulio,curæ.Scito me dum, idest interea dũ tu absis, scilicet ab urbe quasi nactum occasionem quandam & licentiam scribere audacius,quàm,scilicet si adesses,quandam innuit se eum ueteri.docuerat enim Cornificius publice literas, & sunt qui eius putent ad

Libri ad Herennium: Herennium libros rhetoricorum,qui Cicer. ascribuntur, & quidem fortasse,sup.scribere audacius cætera, quę etiam tu scilicet publicus censor,concederes,sed scripsi proxime de optimo genere dicendi,in quo.s. opere ego suspicatus sum sæpe te dissidere.s. diuersum esse,& dissentire,paululũ maxime.i.præcipue ex aĩo.i. uero iudicio,si minus.i.si non sup.possis id facere,eã gratiæ.i. beneuolẽtiæ tuę in me.Ego dicã tuis.s. ministris,& seruis,ut describant,i. de meo scribãt,si uelint eũ.s. librum,& mittãt,s.eũ ad te. Puto.n.ẽt si.i.ꝗꝗ minus.i.nõ satis probaris rem.i.opus ipsum, tñ iucundum fore tibi quidquid profectum.i.ortum sit à me,in ista solitudine.Quod tu cõmendas mihi æstimationem, & dignitatẽ tuã,tu quidem facis sup.id more oĩum,s.qui absunt à patria.Sed uelim sup.ut æstimes sic,me,cum,s. ita sit, quod tribuã plurimũ amori quẽ intelligã esse mutuum inter nos,tum,s. multo magis est,me iudicare de sũmo ingenio.s.tuo, de optimis studijs tuis, & de spe amplissimæ dignitatis.s.quam cõsecuturum speramus. ita ut neminem anteponam tibi,& comparem.i.cõparandos, & similes quodammodo putem paucos.

PAVL. MAN. IN ista solitudine] Solitudine potius, quàm solicitudine, è trib. antiq. lib.& è sensu legendum putaui.dixit.n.solitudine, ꝓ summo ocio,quod apertius sequenti epistola. Etsi,inquit, perinique patiebar animo,te à me digredi,tamen eo tempore me consolabar,quod & in summum ocium te ire arbitrabar, & impendentibus magnis negocijs discedere.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Purgat se, quod à Cornificio insimulatus erat diuturni silentij, deinde quid in urbe agatur, Cæsare, pro uoluntate omnia gerente.

Cic. Cornificio Collegae s. d. 18

QVOD extremum fuit in epistola, quam à te proxime accepi,ad id primum respõdebo:animaduerti enim hoc uos magnos oratores,facere non nunquã. Epistolas requiris meas. ego autem nunquam, cum mihi denunciatum esset à tuis,ire aliquem, non dedi. Quod mihi uideor ex tuis literis intelligere, te nihil commissurum esse temere,nec ante,quam scisses, quò iste nescio qui Cæcilius Bassus erumperet, quidquam certi constituturum; id ego & speraram prudentia tua fretus; &, ut confiderem, fecerunt tuæ grauissimæ literæ:idque, ut facias quam sæpissime, ut & quid tu agas, & quid agatur, scire possim, & etiam quid acturus sis, Valde te rogo. Vale.

HVB. QVOD extremum] Responsiua est hæc epistola, in qua primum se excusat Cic.apud Cornificium requirentem eius literas,quòd nunquam prætermisit aliquem, quem sciret ad eum iturum,cui literas non dederit.Deinde dicit quid ex eius prudentia sperarit eum facturum. Postea uero, quod etiam in superiori epist.fecit,damnat ocium,quod erat in urbe Roma,quod sit cõtra dignitatẽ, optatq; ipsum Cornificiũ adesse, quo cum ridere possit,quæ in urbe fiunt.[Facere hoc) Vt mutetis ordinem, & respondeatis primũ ijs, quæ erant extrema in epistola amici. [Vos) Assentatur ei. Fuit autẽ Cornificius & orator, & poeta, ut Ouid.memorat.[Ego autẽ)Ordo est:ego aũt nunquã non dedi, cũ eẽt denũciatũ mihi à tuis, aliquẽ ad te ire.[Quod) Respõdet ad aliã partem epist. Cornificii, qua dixerat se fore cautum, nec quidquã temere,& incõsiderate facturum,qđ Cic.se semper sperare dicit,fretum eius prudentia.[Quò erumperet) Quò euaderet,quorsum conatus suos dirigeret.[Iste nescio qui) Cum contẽptu dixit.[Cælius Bassus) Hic erat in Syria,ut supra uisum est, coniciamus ante eum aliquid conatum esse contra Cornificiũ.

QVOD extremum &c.] Excusat se primo,ꝙ Cornificius literas,a se non acceperit,cum nullũ,qui eas ferret,pretermiserit.dãnat ociũ urbis,ut qđ putat contra dignitatẽ suã,mallet.n.in rep. floreret.Optatq; ipsum Cornificium adesse, qui cũ ridere possit, quæ in urbe fiant. Ordo est:Ego respondebo primũ ad id,qđ fuit extremum.i.ultimum in ea epistola,quã accepi ꝓxime à te.Ego .n.animaduerti uos magnos oratores,facere hoc.i.rñdere primũ extremo loco dictis, aut obiectis. incipiens autẽ rñdere dicit. Tu requiris nõnũquã.i.interdũ epistolas meas, hoc est accusas, ꝙ non scripserim ad te. Ego aũt nunꝗ nõ dedi.i.semper dedi,cũ denũciatũ esset mihi aliquem à tuis.i.tuorũ,ire,i. proficisci.s.à me ad te.Qđ uideor intelligere ex literis tuis, te nihil commissurum.i.facturum esse temere,i.incõsiderate,nec cõstituturũ quid quã certi.i.firmi propositi ante quam scisses.i.sciuisses.quo.i.in quã partẽ iste nescio qui. uulgarius diceret nescio quis,& ita innuitur contemnẽdus.Cecilius Bassus erũperet.i.diu celatum,ac tectum consilium suũ tandẽ, ut reuelaret.ego,&.i.simul,sperarẽ id.i.te ita facturũ.fretus.i. cõfisus & adiutus prudẽtia tua,& lĩæ tuæ grauissimæ mihi fecerunt,ut cõfiderẽ.s.te id facturũ. Et ego rogo te ualde,ut facias ꝗ sępissime.i. frequẽtissime,id ut possim scire,&.i.simul,qđ agas,& qđ agat.s.ab aliis,& ẽt qđ sis acturus.

ASC.

M. Cicero Cornificio s. d. 19

ETSI periniquo patiebar animo,te à me digredi: tamen eo tempore me consolabar, quòd & in summum ocium te ire arbitrabar, & ab impendentibus magnis negocijs discedere.utrunque contra accidit:istic.n.bellum est exortum,hic pax consecuta, sed eiusmodi pax, in qua si adesses, multa te non delectarent, ea tamen, quæ ne ipsum Cæsarem quidem delectent. BELLORVM enim ciuilium ij semper exitus sunt,ut non ea solum fiant, quæ uelit uictor,sed etiam ut ijs mos gerẽdus sit, quibus adiutoribus parta sit uictoria. equidem sic iã obdurui,ut ludis Cæsaris nostri æquissimo animo uiderem. T. Plancum,audirem Laberij & Publij poemata.nihil tam deesse scito,quàm quicum hæc familiariter,docteque rideam. is tu eris,si, quam primum ueneris, quod ut facias, non mea solum, sed etiam tua interesse arbitror. Vale.

ETSI]nunc damnat ocium urbis.[Digredi) Discedere eo tẽpore,cum discedebas.[Impendentibus) Imminentibus, ut arbitrabar,ijs, qui remanserunt in urbe. [Cõtra) Aliter atq; arbitratus sũ [Istic) Declarat quare utrũq; cõtra acciderit.[Istic] Prouincia tua,quia Sextius,q. Libyæ, ꝗ noua dicitur prefectus erat, Cornificium ex ueteri Libya expellere conabať, ut scribit App. li.4 apud quẽ uide plura de his bellis.[Ne ipsum quidẽ Cæsarẽ] auctorem huius pacis.[Obdurui) Assuefactus sum &,ut ita dicã, callũ feci.[T.Plancũ]Hunc intelligimus histrionẽ egisse.[Laberij,& Publij) Hi mimographi fuerũt,ut alio loco diximus de Laberio,fuit aũt eques R.[Tã deesse mihi) Tã desiderari à me.[Docte)Sine scurrilitate,ingenuis scõmatibus [Is) Qui cum rideã. HVB.

ASC. ETSI] idest,quanquam patiebar animo periniquo te digredi à me,tamen ego consolabar eo tẽpore me,quòd arbitrabar te ire & in summum ocium,& discedere, magnis negocijs impendẽtibus.i.imminentibus. Vtrunque accidit cõtra.s.opinionem meã. Bellum.n.est extremum istic.i.ubi tu es. & pax est cõsecuta hic, sed tamen pax huiusmodi,in qua si adesses, multa nõ delectarẽt te. Tamen.i.sed ea,quæ ne quidem.i.non saltem,delectãt Cæsa. ipsum.s.caput rei,bellorum,&c probat assumptum dicẽs: Enim idest,quia,hi,idest,huiusmodi sunt semper exitus bellorum ciuilium,ut nõ solum ea,quæ uictor uelit, fiant,sed etiã, ut mos gerendus sit.i. ut obsequendum sit ijs,quibus adiutoribus uictoria

sit parta .i. acquisita. Equidem .i. ego quidem, obdurui .i. inuidendis rebus inuisis, sic animum obdurui, ut uiderē iā animo, æquissimo ludos Cæs. nostri .i. quos Cæsa. uictor agendos curat, & ut uiderē .s. agentem T. Plancum, .s. histrionē, aut audirem. T. Plācum .s. poetam, & poemata Laberij, & Publij, qui sunt mimographi. Et scito nihil tā deesse mihi, quā sup. aliquē, qui cū .i. cum quo ego rideā hæc familiariter, & docte .i. ex iudicio arguto. Tu eris is .s. q cum ridebo, si ueneris quam primū .i. ualde cito, quod ut facias ego arbitror interesse .i. in re esse non solū mea, sed ēt tua.

PAVL. MAN. *ETSI periniquo*] Rectè intelligentibus nō dubito quin pateat, initium hoc esse epistolæ, nec esse partem superioris. in hac n. ut q̄primum ueniat Cornificiū rogat, in illa uero, ut quā sæpissime scribat, quasi diutius abfuturus. & aptis sanè uerbis utraq; clauditur epistola, & esse principium potius, q̄ medium epistolę, ETSI PERIN. QVO PATIEBAR ANIMO, quis non uidet?

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Gaudere se dicit Syriam Cornificio a Cæsare assignatam, petitq́, ut de omnibus rebus eum certiorem faciat.

M. CICERO CORNIFICIO S. D. 20

LIBENTISSIME legi tuas literas. in quibus iucundissimū mihi fuit, q cognoui meas tibi redditas esse. non enim dubitabam, quin eas libenter lecturus esses: uerebar, ut redderentur. Bellum, quod est in Syria, Syriamq́, prouinciam tibi tributam esse à Cæsare, ex tuis literis cognoui. eandem rem tibi uolo bene, & feliciter euenire. quod ita fore confido, fretus & industria, & prudentia tua. sed de Parthici belli suspicione quod scribis, sanè me commouit. quātum copiarū haberes; cum ipse coniectura consequi poteram, tum ex tuis literis cognoui. itaque opto, ne se illa gens moueat hoc tempore, dum ad te legiones eæ perducantur, quas audio duci. quòd si pares copias ad confligendum nō habebis, non te fugiet uti cōsilio M. Bibuli, qui se oppido munitissimo, & copiosissimo tādiu tenuit, quandiu in prouincia Parthi fuerunt. sed hæc melius ex re, & ex tempore constitues. mihi quidem usque curæ erit, quid agas, dum, quid egeris, sciero. Literas ad te nunquam habui cui darem, quin dederim. à te, ut idem facias, peto, in primisque, ut ita ad tuos scribas, ut me tuum † sciant esse. Vale.

† alias, sentiāt

HVB. LIBENTISSIME] Cū Cæsar pfecisset Cornificiū Syriæ, in ea que timeretur, aut certe iam esset bellum, optat Cicer. eam rem illi feliciter euenire, postea uero contra bellū Parthicū monet, qūo agere debeat, oñditq; se cupidū esse scire, quid egerit. [Volo) Cupio. [Quod) Vt tibi bene & feliciter eueniat. [Fretus) Confisus. [De suspicione belli Parthici) scripserat. n. se suspicari Parthos moturos esse bellū. [Cū,) .i. & c [Illa gens] Parthorum. [Dū) Donec [Pares) Æquales Parthis. [Vti consilio) M. Bibuli .i. facere, sicut fecit Bib. [Oppido munitissimo) Antiochia, cū præfuisset Syriæ, ut uisum est lib. 2 [In puincia] In Syria, expulit aūt eos Cassius, ut uisum est. [Ex re) Vt uidebitis rē indigere consilio. [Cōstitues) Consiliū capies. Vsque] Semper, assidue. [Idē facias) Vt des ad me literas omnibus, quibus date poteris.

ASC. *LIBENTISSIME legi tuas litoras, &c.*] Cum Cæsar præfecisset Cornificium Syriæ, & in ea bellum timeretur, aut iā esset, optat Cic. eā rē illi feliciter euenire, postea uero cōtra bellū Parthicū, monet, qūo agere debeat, oñditq; se cupere scire, quid ille hactenus egerit. Ordo est: Ego legi libentissime literas tuas, in quibus fuit mihi iucundissimū, quod cognoui meas, .s. literas esse redditas tibi. Non. n. dubitabā qn esses lecturus eas libenter, uerebar .i. formidabā, ne redderent .s. tibi. Ego cognoui, ex literis tuis bellū, quod est Syria, & Syriā prouinciā esse tributā tibi à Cæsa. Ego uolo .i. opto eandem rem, .s. belli & prouinciæ administrationem euenire tibi bene, & feliciter. Quod confido fore, idest futurū ita fretus, idest confisus, & industria, & prudētia tua. Sed quod scribis de suspicione belli Parthici, scilicet quod instare scribis, commouit me sanè .i. multum, quia sup. cum, scilicet ita sit, q ipse .i. per me ipsum, poteram consequi .i. cognoscere coniectura .i. per cōiecturam, tum .i. multo apertius cognoui ex literis tuis. Itaq, opto ne .i. ut non, ut illa gens .s. Parthica, non moueat se hoc tempore dum .i. donec eę legiones quas audio, duci .i. adduci .i. diligi, perducantur ad te. Quod si non habebis copias pares .i. satis magnas ad confligendum, non fugiet te .i. memineris, uti consilio M. Bibuli, q retinuit se oppido munitissimo, & copiosissimo tā diu q̄diu Parthi fuerunt in puincia. Sed tu cōstitues hoc .i. quid de hoc sit faciēdū, melius ex re .i. ex dispositione negocij, & ex tpe .i. qualitate tpis quidē .i. certe, quid agas. erit mihi curæ usq .i. illud tēpus dū sciero quidquid egeris. Nunquā habui, cui darē lrās ad te, q n dederim. Peto a te, ut facias idē .i. simile. Et supp. peto in primis, ut scribas ad tuos ita, ut sentiant me esse tuum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Iocandi argumentum Sinuessano, exigua uilla Ciceronis dedit, petit interim, ut frequentius scribat.

CIC. CORNIFICIO COLLEGAE S. 21

GRATAE mihi tuæ literæ, nisi q Sinuessanū diuersoriolū contempsisti. quam quidem contumeliā uilla pusilla iniquo animo feret, nisi in Cumano, & Pompeiano reddideris† πάντα περὶ πάντον. sic igitur facies. meq; amabis, & scripto aliquo lacesses: ego enim respondere facilius possum, quā prouocare. quòd si, ut est, cessabis: lacessam; ne tua ignauia etiam inertiam afferat. plura ociosus. hæc, cum essem in senatu, exaraui. Vale.

† i. oīa de omnibus

GRATAE] Cū proficisceretur Cornificius per Campaniam, noluit diuertere in Sinuessanam uillam Cic. quare Cic. iocans dicit uillam suam paruam non passuram hanc iniuriā, nisi recompensauerit omnia in Cumano, & Pompeiano. Postremo regat Cornificium, ut se literis lacesset, se enim facilius posse respōdere, quam prouocare, pter occupationes, sed si fuerit ignauus in scribendo, se vltro eū puocaturū, ne & ipse iners fiat. [Diuersoriolū) Hospitiolū [Sinuessanū) Quod est in agro Sinuessano. est aūt Sinuessa ciuitas, mediterranei Cāpaniæ, uino satis abūdans, qd Sinuessanū dr. [Villa pusilla) .s. Sinuessanū. [Cumano, & Pōpeiano) Villis meis de Cumano alio loco diximus plenius. [πάντα περὶ πάντων) .i. oīa de oībus, est aūt puerbialiter dictū .i. nisi de oībus, & singulis, in quib. defecisti in Sinuessano satisfacias in Cumano, & Pōpeiano, quò uelim diuertas. [Lacesses] Prouocabis ad scribēdū. [Vt est) .s. cessator, uel piger. [Inertiā) .s. mihi. [Plura] Scribā [Exaraui) Scripsi, sed scribere est ēt ex ingenio facere, exarare uero tantū figuras literarū facere, quasi ergo hæc non sit epist dixit exaraui, & non scripsi.

ASC. *GRAT. &c.*] Iocatur q in uillā suam non diuerterit, & ad scribendum inuitat dicens Literæ tuæ fuerunt gratæ mihi, nisi q cōtempsisti diuersoriolū Sinuessanū .i. quod habeo Sinuessæ. Quā quidem contumeliā uilla .i. domus mea rustica pusilla .i. exigua: ferret iniquo aīo, alludit ad pauperes, qui se contemni ęgre ferūt nisi reddideris .i. sis redditurus in Cumano & Pōpeiano, sup. diuersorijs meis, πάντα .i. oīa, περὶ .i. de πάντων .i. oib Tu igitur facies sic, amabis me, & lacesses .i. puocabis aliquo scripto. Ego .n. possum facilius rñdere, quā puocare. Quòd si cessabis, ut es .s. tardus ad scribendum, ego lacessam .i. prouocabo, ne ignauia tua afferat ēt sup. mihi inertiam. Plura sup. scribam ociosus, ego exaraui .i. scripsi hæc, cum essem in senatu.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Commendat Anitium Cornificio, petitq́, ut eius negocia, & dignitatem adiuuet

M. CICERO CORNIFICIO S. 22

CANITIVS, familiaris meus, uir omnibus rebus ornatus, negociorum suorum causa legatus est in Africam legatione libera. eū uelim rebus omnibus adiuues: operamque des, ut quam commodissime sua negocia cōficiat, in primisq, quod ei carissimum est, dignitatem eius tibi commēdo: idque a te, peto, quod ipse in prouincia facere sum solitus non rogatus, ut omnibus senatoribus lictores darem: quod idem acceperam, & cognoueram a summis uiris factitatum. hoc igitur, mi Cornifici, facies, ceterisq́, rebus omnibus eius dignitati, reique, si me amas, consules. id erit mihi gratissimum. Da operam, ut ualeas.

HVB. C. ANITIVS] Cōmēdat Cic. hac epist Cornificio pfecto Africę. C. Anitium familiarem suum, pficiscentem legatum in Africam prouinciam pp negocia quædam sua. Rogat autē Cornif. ut eum oībus rebus adiuuet, ut possit negocia sua cōmodissimè conficere,

conficere, deinde commendat & eius dignitatem rogans, ut ei li ctores det, ꝙ se sua spōte facere consuetum esse dicit, cū præfuisset Ciliciæ, quia intellexerat summos uiros id fecisse. [Oībus rebus] uirtutibus, doctrina, ingenio, nobilitate, & ceteris similib. [Libera) Larga, quia nō est præscriptum tantum unum negociū agendum, sed quidquid necesse fuerit in prouinciam. [Nō rogatus) Spōte mea. [Acceperam] Intellexeram. [Facies) Hoc, ut des ei lectores, de qua dictione alio loco plenè dictum est.

ASC. *CAIVS*] Commendat Cornificio præfecto Africę C. Anitium familiarem suum dicēs: C. Anitius familiaris meus ornatus omnibus rebus, legatus est in Africam legatione libera, qa causa negociorum suorum, non publicorum. Velim adiuues eum reb. omnibus. Et des operam ut conficiat. i. perficiat negocia sua, quàm commodissime, & in primis commēdo tibi dignitatem eius, qđ .s. eam esse cōmendatam, est ei carissimum. Et peto à te id, quod ipse. i. ego solitus sum facere in prouincia nō rogatus, ut darē. s. solitus sum dare lictores. i. ministros publicos oībus senatorib. senatorij ordinis uiris, ꝙ. i. quia acceperam idem. s. beneficium. s. ab alijs & cognoueram id factitatum. i. frequēter factum à summis uiris. Tu igitur ô mi Cornifici, facies hoc, ꝙ consules. i. prouidebis, & ꝓderis, ceteris rebus, eius, omnibus, & dignitati & rei eius si amas me. id erit gratissimum mihi. Da operam, ut valeas.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Narrat quid in urbe à Cæsarianis, reliquisque post Cæsa. mortem agatur.

M. CICERO S. D. CORNIFICIO. 23

NOS hic cū homine gladiatore, oīum nequissimo, collega nostro, Antonio, bellum grimus, sed non pari conditione, contra arma uerbis. at etiam de te concionatur: nec impune: nam sentiet, quos lacesserit. ego autem acta ad te omnia arbitror perscribi ab alijs. à me futura debes cognoscere: quorum quidem non est difficilis cōiectura. Oppressa oīa sunt: nec habent ducem boni: nostrique † τυραννοκτόνοι lōge gentium absunt. Pansa & sentit bene, & loquitur fortiter. Hirtius noster tardius conualescit. quid futurum sit, planè nescio. spes tamen una est, aliquando populum R. maiorum similem fore. ego certe reip. non deero: &, quidquid acciderit, à quo mea culpa absit, animo forti feram. illud profecto, quoad potero, tuā famā, & dignitatē tuebor. Ad xiij. Kal. Ian. senatus frequens mihi est assensus cum de ceteris rebus magnis, & necessarijs, tum de prouincijs ab ijs, qui obtinerent, retinendis, neque cuiquam tradendis, nisi qui ex S. C. successisset. hoc ego cum reip. causa censui, tum mehercule in primis retinendæ dignitatis tuæ. quamobrem te amoris nostri causa rogo, reip. causa hortor, ut ne cui quidquam iuris in tua prouincia esse patiare, atque ut omnia referas ad dignitatem, qua nihil potest esse præstantius. uere tecum agam, ut necessitudo nostra postulat: in Sempronio, si meis literis obtemperasses, maximam ab omnibus laudem adeptus esses. sed illud & præterijt, et leuius est. hæc magna res est. fac, ut prouinciam retineas in potestate reipubl. plura scripsissem, nisi tui festinarent. itaque Cherippo nostro me uelim excuses. Vale.

† .i. tyrānicidæ,

HVB. NOS hic] Occiso Cęs. scribit Cic. se habere magnū negociū & bellum cum C. Ant. M. Ant. fratre, sed se agere uerbis, illum armis. dicit etiam eū oblocutum esse de Cornificio. deinde ostendit oīa oppressa esse, deesseque decemuiris bonis, & patriæ defensoribus. Brutos. n. & Cassium ceteros interfectores Cæsa. abesse à patria. se autem defensurum remp. quantum in se erit. Deinde dicit quid decretum sit à senatu de prouincijs, in quas quidem uolebat nouos successores mitti, quod dicit Cic. nō placuisse senatui te ita sentiente, ne prouinciæ traderētur, nisi ijs, q ex senatusc. missi essent ad succedendū. Superiores omnes epistolæ ad Cornificium vñr scriptæ fuisse ante mortem Cæs. sequētes uero post eius mortem. [Collega nr̃o) Non in auguratu, ut quidam falso putant. sed collega quondam. s. in consulatu meo oppressi. [Catilinā) tūc. n. C Ant. collega fuit Cic. [Verbis). s. gerimus bellum [Cōtra arma) Quia ille telis mihi minatur, & sic est declaratio imparis cōtētionis. [Cōcionatus est) Orōnē habuit. [De te) Tibi detrahendo. [Quos) Quales uiros. [Quorum) Futurorum. [Coniectura) Iudicium ex quibusdam signis. [Boni) Defensoris patriæ, & libertatis. [τυραννοκτόνοι] Interfectores tyrāni, tyrānicidę. s. Brutus, & Cassius. [Longe gentium] Pro longe, nā gentiū additio est. sic nusquam locorum, & nusquam gentium. [Cōualescit) quia solitus est esse timidus, & perseuerat. [Maiorū) Qui ob aī magnitudinem seruitutem ferre non potuerunt. [A quo mea culpa absit] .i. in quo nō sit culpa mea. [Retinendis) In futurum. [Retinendæ tuę dignitatis) Vt non cogaris discede, re & ex magistratu fieri priuatus. [Quidquam iuris) Aliquid potestatis. [Verè) Sincere, sine simulatione. [In Sempronio) Cui ut traderes ꝓuinciam, ad te scripseram. [Illud) Quo traderetur Sēpr. [Magna res est) Quia nescimus, cui sit habenda fides [Festinarēt) Accelerarent uenire. [Cherippo) ad quē pp festinationem tuorum scribere non potui. is erat amicus Cice. in Africa cum Cornificio.

Coniecturare

Tyrannicidæ

ASC. *NOS &c.*] Scribit se post cædem Cæs. habere magnum bellum cū Ant. sed se agere uerbis, illum armis. Queriturq; remp. desolatā cum Brutus, & Cassius absint. Deinde scribit de decreto senatus, unde uidet epistola hæc scripta paulò post necē Cæs. superiores ante eā. Ordo est: Nō gerimus hic bellum cum Anto. collega nostro, i. consenatore, homine gladiatore, i. gladiatorio animo arma tractanti, vtpote nequissimo omnium. Sūt qui putent Cic. de collega consulatus sui loqui, qđ minime placet. Sed gerimus bellum cōditione non pari, i. impari, utpote uerbis contra arma. At .s. Ant. concionatur. s. uerba ad populum facit, contra te, nec impune, i. non sine punitione futura, nā sentiet quos lacesserit, h. d. ut Cornificium ad ultionem stimulet. Ego autem arbitror acta pscribi ad te ab alijs. Tu debes cognoscere à me futura, quorum quidē, s. futurorum coniectura non est difficilis. Oīa sunt oppressa, nec boni habent ducem, & τυραννοκτόνοι. i. tyrannicidæ nostri absunt longe gentiū. i. in longum quis regionibus Pāsa, & sentit bene, & loquit fortiter. Hirt. nō cōualescit. s. ex ægritudine tardius. Quid futurū sit, planè nescio. Atqui dixerat se futura dicturum, sed ea dūtaxat, quorū nō difficilis esset coniectura. Et tñ una spes P. R. futurū aliquando. i. tandē similē maiorū. s. suorum. i. libertatis uindicem. Ego certe nō deero reip. & ferā. i. patiar animo forti quidqd acciderit, à quo culpa mea absit. profecto sup. faciā, illud quoad. i. quantū potero, & tuebor. i. defendā famam, & dignitatem. i. honorem & existimationem tuā, ad quā mox ait, oīa esse referenda, cum nihil sit ea præstantius. Senatus frequens. s. senatores, qui frequentes conuenerunt, assensus est. i. assensit mihi. nā assentior & assentio, utroq; modo dicimus, ad 13. Kal. Ian. seu Ianuarij, cum. s. ita sit, ꝙ assensus est mihi de ceteris rebus magnis. i. magni momenti, & necessarijs. i. reip. tum. i. multo magis & euidentius est assēsus mihi de prouincijs retinēdis. i. in posterum adhuc gubernandis, ab ijs, qui obtinent. i. iam habent, ac tenent. s. eas, neque tradendis, hoc est resignādis, ac renunciandis, cuiquam, s. alij successori, nisi. s. ei, qui successisset. s. procurationi prouinciæ, ex S. C. uoces illæ, retinēdis, & tradēdis, gerundia sunt. nam ita eas grammatici nomināt, quæ casum habent eorum substātiuorum, quibus iungūtur, ut hic uides, de ꝓuinciis retinendis, & tradendis, q̃ ita per gerundium resoluas licet, de retinēdo ac tradendo prouincias, qui tñ loquēdi modus inusitatus est, ego censui. i. sententiā dicendo iudicaui, hoc cum causa reip. i. pp ipsam rēpub. tum mehercule. i. per herculem in primis. l. potissimum aut principaliter supp. causa retinendæ dignitatis tuæ. i. retinendi, & conseruādi dignitatem, & honorem tuum. Quamobrem ego rogo te causa amoris nostri. i. per mutuā amicitiam nostram, & hortor te causa reip. i. ob amorem, & studium tuum erga remp. ut ne. i. ut non patiare. i. toleres, quidquā iuris. i. aliquid iuris dictionis ac potestatis, esse cui. i. alicui, ī tua prouincia, atque. i. & ut referas. i. dirigas, & ordines, omnia. i. omnes actiones tuas, omnia tua facta, ad dignitatem. i. ad honorem tuum cum tuendum, tum etiam augēdum, hoc est, quidquid unquam acturus es, id oē ob amplitudinem, & honestā famam, & consequendam, & cōseruandam, fac agas, qua. s. dignitate nihil potest esse pstantius. i. honorabilius, atq; excellentius in humanis rebus. i. qm̄ dignitas, & bona existimatio est summū bonū, atq; omnium bonorum finis. nam relatiuum hic coniunctionis caulalis uim habet uti alias sæpissime. Atq; hic animaduertēdū, q̄ cęci, ac stulti fuerint, quāta ve in caligine uersati sint ueteres illi Ethnici, non vulgares modo atq; indocti, nā de ijs neq; dubitandum ulli, neque adeo mirandum sit, sed præclari, & principes uiri, atque omnium disciplinatum eximij possessores, qui cum aliorum se duces ad bene beateq. uiuēdum esse gloriantur, tm̄ abest, ut ulli unquam, rectam, qua ad beatitudinem consequēdā ingrederetur, uiam monstrarint, ut ne ipsi quidem eā aut uidere unquā, aut tenere (horrēdis errorū tenebris obuoluti) potuerint. Quid. n. miserius, quid fœdius, quidve stultius fingi po-

Notandum

test, quam ut ij qui se rectè atque semper uiuendi magistros uulgo iactãt, quiq. humanum animũ una cũ corpore interire haud quaquam posse, & credunt, & docent, cum tñ in illo sempiterno æuo, nulla re alia beatum faciant, quàm ꝑpetua suorum rectè factorum memoria, quę iugi ac semper duraturo officio ab suis posteris celebranda, collaudanda, atque cauenda esse sperent? Nam in hac inani, leuissimaq; ac nihil facienda gloriola, auraq; populari, ac cõmemoratione posteritatis omnem illi suam beatitatem, omnẽ spem, oẽ deniq; totius illius suæ personatę, falsęque uirtutis præmium ponebant, nec alium ullum inferis sensum tribuere didicerant, nisi eius opinionis, eius famę, earumque laudationum, (quas futuris ætatibus) quarum infinitas myriadas fore sibi pollicerentur) sibi ab superstitibus deferẽdis falso augurabantur. lege Paulum c. 1. ad Rom. ubi uanam insipientium illorũ sapientium de se ꝑsuasionem, amentiã, errores, incredibilemq; furorem aperit, traducit, ac vehementius insectatur. sed iã ad textum redeamus. Ego agam. i. loquar tecum uere. i. ueraciter, sinceriter, ex animo, & aperte, vt. i. quemadmodũ, necessitudo. i. amicitia, ac beneuolẽtia nostra postulat. i. exigit, ac requirit. Nam uera fidelisq. inter homines caritas, atq; coniunctio, nihil fuci, nihil simulationis, nihil assentationis amat aut patitur. quamobrẽ & Paulus pie uiuendi præceptum, ac normam tradẽs, eam tribus his nempe charitate, quæ ex corde puro, conscientia bona, & fide minime simulata cõstat affirmat, qua de re ẽt philosophi diligentius cõscripserunt. Si obtẽperasses literis meis, in Sẽpronio .i. de Sẽpronio, seu quoad Sẽproniũ attinet, tu esses adeptus magnã laudẽ ab oĩbus. s. Rom. ciuibus. Sed illud, & ꝑterijt, & leuius est. i. modici momenti. Duplicẽ cãm reddit, cur ea res, q̃ tametsi ab se admonitus, tñ prorsus Cornificius cõtempserat, parũ esset curanda, tũ qđ iã acta & confecta res erat, tempusq; eius rei rectius gerendę, aut ẽt corrigẽdi erroris Cornificij ꝑterierat, ut iã quidq̃ ea de re statuere uelle, nihil planè aliud esse, quã facta infecta reddere, uideretur. Nã de præteritis nullã institui deliberationẽ aut cõsiliũ capi, manifestissimũ est: tũ ẽt, ꝙ res ea tã leuis esset, ut non admodũ esset ponderãda, sed plane negligẽda. hæc res est magna, fac ut retineas ꝑuinciã in potestate reip. ego scripsissem plura. nisi tui festinarent. Itaq; uelim excuses me Cherippo nostro. s. quod nihil ad eum scribo.

PAVL. MAN. *COLLEGA nostro*] Vetusti libri nonnulli, habent uestro, quos alij secuti sunt, qui quidem, non uideo, qua ratione ducti id fecerint. sed, cũ in libris item antiquis, collega nostro, legatur, (hẽt autem unum ex antiquis exemplaribus, in quibus ita scriptum sit, Petrus Bembus, hẽt, & Bernardinus Maffeus) Antoniũ autẽ Ciceronis in auguratu collegã fuisse, notissimum sit. priorem lectionẽ cõseruaui, quã eo minus arbitror immutandã, ꝙ & ad Atticũ scribens, epis. penul. lib. 10. collegã suũ appellat Antonium. inquit. n. Misit puerum, se ad me uenire: hoc quidẽ melius quã collega noster Antonius, cuius inter lictores lectica mimma portat. & Philip. 2. Sume diẽ: vide, qui te inauguret: collegę sumus.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Rursus, sed copiosius, Cornificio, quæ in urbe gerantur, nunciat.

M. CICERO CORNIFICIO S. D. 24

OMNEM Conditionem imperij tui, statumque prouinciæ mihi demonstrauit Stratorius. O multa intolerabilia locis omnibus. sed quo tua maior dignitas, eo, quæ tibi acciderunt, minus ferenda. neque enim quæ tu propter magnitudinem, & animi, & ingenij moderate fers, à te non ulciscenda sunt, etiam si non sunt dolenda. sed hæc posterius. Rerum urbanarum acta tibi mitti certo scio. quod ni ita putarẽ, ipse perscriberem, in primisq; Cæsaris Octauiani conatum. de quo multitudini fictum ab Antonio crimen uidetur, ut in pecuniam adolescentis impetum faceret. prudentes autem, et boni uiri, & credunt factum, & probant. quid quæris? magna spes est in eo. nihil est quod non existimetur laudis, & gloriæ cã facturus. Antonius aũt, noster familiaris, tanto se odio esse intelligit, ut cum interfectores suos domi cõprehenderit, rem proferre non audeat. ad 7 id. Oct. Brundusium uenerat, profectus obuiam legionibus Macedonicis quatuor, quas sibi conciliare pecunia cogitabat, easq; ad urbem adducere, et in ceruicibus nostris collocare. Habes formam reip. si in castris potest esse resp. in qua tuam uicem sæpe doleo, quòd nullam partem per ætatem sanæ & saluæ reip. gustare potuisti. atque ante hac qdem sperare salutem licebat, nunc etiam illud ereptum est. quæ enim spes est, cum in concione dicere ausus sit Antonius, Canutium apud eos locum sibi quærere, quibus, se saluo locus in ciuitate esse nõ posset? equidẽ et hæc, et oĩa, quæ homini accidere possunt, sic fero, ut magnã habeant philosophiæ gratiam, quæ me nõ mõ a solicitudine abducit, sed etiam contra omnis fortunæ impetus armat. tibiq; idem cẽseo faciundum, nec, a quo culpa absit, quidquam in malis numerandum, sed hæc tu melius. Stratorium nostrum cum semper probassem, tum maxime in tuis reb. summam eius fidem, diligentiam, prudentiamq; cognoui. Da operam, ut ualeas. hoc mihi gratius facere nihil potes.

OMNEM] Scribit Cice. se intellexisse ex Stratorio quodam oẽm conditionẽ prouinciæ Cornificij, in qua intellexerat eũ oppressũ esse. i. multa digna. quæ licet nõ uideantur ualde dolenda, dicit tñ ei esse ulcisceda, deinde licet sciat Ci. acta rerũ urbanarũ mitti ad Cornificiũ, perscribit tñ multa, quę fiebãt, & ab Ant. & ab Oct. de quo dicit magnã esse spem. Antoniũ aũt magno esse odio oĩbus, quẽ dicit tentasse solicitare pecunia legiones quatuor, q̃ ex Macedonia ueniebãt, ut eas hẽret ad oppressionẽ suæ ciuitatis. hæc aũt mala dicit se ita facere, ut ualde sit obligatus philosophiæ, q̃ eũ ab oĩ solicitudine abducit, & armat contra impetus fortunæ. cõmendat postremo diligentiã, & prudentiã Stratorij in rebus Cornificij [O] Exclamantis est. [Sed quo] dicit ꝙ licet multis locis multa sint intolerabilia. tñ q̃to maior sit dignitas Cornificij, eo minus ei ferenda esse q̃ acciderũt. intelligimus aũt aliquas molestias sibi factas ĩ ꝑuincia, quas Ci. Cornificio, ulciscẽdas esse dicit [Propter magnitudinẽ animi] q̃a q̃to q̃sq; est maioris animi, tãto moderatius fert iniurias, & facilius remittit, ut, & Arist. & Cic. scribunt, & Ouid. in lib. quem de Tristib. appellat. Quo quisq; est maior, magis est placabilis iræ. Et faciles motus mens generosa capit. Ordo est: Neque enim à te vlciscenda sunt, quæ tu propter magnitudinẽ animi, & ingenij moderate fers. [Posterius]. s. scribemus. [Conatũ]. i. M. Ant. [In pecuniam adolescentis) vt usurparet pecuniam Octauiani, quã cum Ant. uellet habere, dicebat se eam dedisse Dolabellæ ꝑfecto Syriæ, & legatis. P. R. [Credũt factum). s. ꝙ uoluerint opprimere Ant. [In eo) Octauiano. [Noster familiaris) Puto ironice dictũ, quia esset ab eis alienissimus. [Interfectores] qui credebant missi ab Oct. Ad 7 Kal. hãc rem uide plenissime apud App. [In ceruicibus nostris] quasi iugum quoddã imponere ne possemus ei resistere. [Nullam partem reip. sanę, & saluę. i. incolumis nõ diminutæ [Id]. s. sperare [Abducit) Attrahit de laudibus philosophię, & in officijs suis, & in Tusculanis quæstionibus, & supra in multis epist. multa dicit. [Quidquam) A quo culpa absit. i. in quo nõ sit culpa nostra. [Probassem] Bonum iudicassem. HVB.

OMNEM &c] Dicit ex Stratorio se omnia intellexisse quę intollerabilia quidem sunt, sed quæ speret ab ee ulciscenda. Ordo autem est: Stratorius tuus. s. amicus demonstrauit mihi oẽm conditionem imperij tui, & statum prouinciæ. s. tuæ. O, exclamãdi particula multa intolerabilia omnib. locis &c. Cetera patẽt. Sed hoc posterius, sup. scribã, &c. Rerum, &c. Hanc epist. quædã exẽplaria hñt superiori annexã. In qua scr. acta rerũ vrbanarũ, licet putet ad Cornificiũ mitti. scr. aũt pcipue de Ant. & Cæs. Oct. Ordo est; ego scio certo. i. ut certum acta rerũ mitti tibi, quod ni. i. nisi putarem (mire subiungit putarẽ, cũ se certo scire ꝑmiserit) ipse. i. egomet scriberem sup. ea, & in primis sup. scriberẽ conatũ Cęsaris Octau. i. Octauij filij, de quo vr̃ multitudini, crimẽ fictũ ab Ant. ut faceret impetum, in pecuniã adolescentis, derelictã ei testõ à Cæs. unde Antonius magnam uim sustulit. Aũt. i. sed; uiri prudentes, & boni, & credũt factũ. s. a Cæs. ex aĩo, & probãt. i. cõmendant. Quid quæris. s. ut multa scribã. Magna spes est in eo. s. Cæsa. nihil est quod non existimetur esse facturus causa laudis, & gloriæ. Ant. autẽ noster familiaris. ironia est, intelligit se esse tanto odio, ut cum comprehenderit interfectores suos. i. ad se interficiendum à Cæsare missos domi. s. suę, non audeat proferre. i. diuulgare rem. Ant. supple uenerat ad 7. Id. Octob. Brundusium profectus, idest egressus obuiam, quatuor de legionibus Macedonicis, quas cogitabat conciliare sibi pecunia, & abducere eas in urbem, scilicet Romam, & locare in ceruicibus nostris, ut nobis sint grauamini. Habes. i. intelligis formam reip. si resp. potest esse in castris. In qua, scilicet re, ego doleo sæpe uicẽ, idest sortẽ tuam, quòd nullam, idest non ullam non potuisti per ętatem, q̃a cũ resp. uigeret, nimis iuuenis eras, & postquam uir esse cepisti, resp. oppressa fuit, gustare ullam partẽ reip. sanæ, & saluę. Atque ASC.

licebat

licebat quidem ante hac,idest ante hoc tempus,saltē,idest,ad minimum,sperare i.gustare aliquando partē reip.saluę & sanæ,nūc etiam illud.s.sperare talia,est ereptum. Quæ enim spes est, cum Anto.ausus sit dicere in concione.i.sermone ad populū conuocatum.Canutium quærere sibi locum,apud eos.s.perditos homines,quibus te saluo.i.donec fueris saluus,locus nō posset esse in ciuitate? Equidem.i.ego equidem fero & hæc,& omnia quæ possunt accidere homini,sic,ut habeam magnā gratiā philosophię,quæ non modo.i.non solum abducit me à solicitudine, sed etiā armat me contra omnes impetus fortunæ, & ego censeo idem faciendū tibi, nec numerandum quidquam in malis.i.quę uere cēsenda sunt mala, à quo culpa absit.Id autē ex Stoicorū dicit dogmate.Sed tu melius sup.nosti,aut diceres hęc.Cum.s.ita sit quod probassem.i.approbassem Stratorium,nostrum,scilicet communem amicum,tum cognoui maxime summā fidem, diligentiā, & prudentiam eius in rebus tuis Da operam,ut ualeas.Nihil potes facere mihi gratius,hoc s.ut ualeas, id autem amanter dictū est, quo addito frustra,imò inepte adderetur. Vale. Nam eius loco ponitur,habetq; quandam vim accuratiorem.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hortatur Cornificium,ut pro rep laboret,quod se facere dicit,& commendat illi Pinarium,procuratoremq; Pinarij.

M. CICERO CORNIFICIO S.D. 25

EGO nullum locum prætermitto(nec enim debeo)non modo,laudandi tui sed ne ornandi quidem. sed mea studia erga te,& officia malo tibi ex tuorum literis, quàm ex meis, esse nota.te tamē hortor,ut omni cura in remp.incumbas.hoc est animi,hoc est ingenij tui, hoc eius spei, quam habere debes amplificandæ dignitatis tuæ. sed hac de re alias: ad te pluribus.cum enim hæc scribebam, in expectatione erant omnia non dum legati redierant, quos senatus non ad pacem deprecandam, sed ad bellum denunciandum miserat, nisi legatorum nuncio paruisset.eo tamen,ut primum occasio data est, meo pristino more remp.defendi,me principem senatui,populoq; Rom.professus sum,nec,postea quàm suscepi causam libertatis,minimum tempus amisi tuendæ salutis, libertatisq; communis. sed hæc quoq; te ex alijs malo.T.Pinarium, familiarissimum meum,tanto tibi studio commendo, ut maiore non possim:cui cum propter omnes uirtutes,tū etiam propter studia communia,sum amicissimus.is procurat rationes,negociaque Dionysii nostri,quē & tu multum amas,& ego omnium plurimum. ea tibi ego non debeo commendare, sed commendo tamen.facias igitur,ut ex Pinarij,gratissimi hominis, literis,tuum & erga illum, & erga Dionysium studium perspiciamus. Vale.

HVB. EGO]Scripta est hęc epist.quo tempore Ant.obsedebat Deciū Mutinæ. Primum igitur scribit Cic. se assidue curare,& laudes, & ornamēta Cornificij, sed malle, quæ ꝓ eo agit,ab alijs ad eum referri,quā à se scribi.Deinde hortatur eum,ut incumbat in remp.Postea uero ostendit nihil esse certi Romæ, quia nondum redierant legati,qui ad Ant.iuerāt denunciaturi, ut desisteret ab obsidione.se autem dicit diligentissime suscepisse curam tuendę libertatis. Postremo commēdat ei T.Pinarium quendam procuratorem cuiusdam Dionysij,ut amborum causa, & Pinarium, & negocia omnia,quæ procurat cōmendata habeat.[Animi).s. magni, q maxime probatur ex defensione reip.[Spei) Amplificādæ dignitatis, quia nihil magis affert dignitatem quàm protectio reip.[Nuncio) Mādato [Paruisset]Aut.ut desisteret ab obsidione [Occasio) Opportunitas.[More meo]Vt semper consueui.[Professus sum) Palam obtuli,& exposui.[Minimum) Pusillum.[Propter studia communia) quia literis, & Philosophiæ dat operā, sicut ego.[Procurat)Gérit,inde procurator,proprie negociorum gestor,quē vulgus factorem appellat.[Ea)Negocia.[Nō debeo) quia deberent tibi esse commendata sponte mea.

ASC. *EGO &c.*]Scripta est hæc epist.quo tempore M.Anto.obsidebat Mutinæ D. Brutū, in qua dicit se tueri dignitatē Cornificij, Hortatur ut in remp.incumbat,dicit nihil certi esse Romę,cum legati ad Antonium missi ut desisteret,nondum redierint,ac demum commendat ei T.Pinarium.Ordo est.Ego nullum .i. non ullum,non prætermitto,ullum locum,nec enim debeo, non modo laudandi tui,sed ne quidem quod magis liceret,ornandi tui. Sed ego malo mea studia, & officia erga te esse nota tibi ex literis tuorū.s.amicorum, & familiarium, quàm ex meis. Tamē ego hortor te,ut incumbas.i.propensus sis omni cura, in rempu.s.iuuandam.Hoc.i.incumbere in remp.est.s.officium animi tui,hoc est ingenij tui,hoc est eius spei.i.ptinet ad eam spem, dignitatis tuæ amplificandæ,quam debes habere.Sed sup.scribemus aut loquemur alias.i.alio tempore,pluribus.s.uerbis de hac re.ad te.n. .i.quia omnia erant in expectatione, & ita nihil certi neque peracti,cum ego scribebam hæc,legati.s.ad Ant.missi,nōdum redierant,quos senatus miserat,non ad pacem deprecādam.i. precib. impetrādam,sed ad bellum denūciandum, nisi.s.Ant.paruisset, nuncio.i.mandato legatorum.Ego tamen ut primum occasio data est.s.libere loquēdi,defendi rēp.more meo pristino.i.in priore statu cōsueto,& professus sum me principem senatus P.Q.R. neque amisi minimum tempus tuendæ salutis,& libertatis communis,posteaquam suscepi causam libertatis.s.tuendæ. Sed ego malo te cognoscere quoq; .i.etiam hæc,ex alijs.Ego commēdo tibi T.Pinarium familiarissimum meum tanto studio.i.molimine,ut non possim.s.eum commēdare, maiore.s.studio.s. Cui ego sum amicissimus,cum.s.ita sit ꝙ propter omnes artes, tum etiā propter studia communia.s.in remp. Is.s.Pinarius procurat,idest (quod dicunt) solicitat rationes & negocia Dionysij nostri.s.cōmunis amici,quem &.i.simul tu amas multum, & ego amo plurimum.i.abundātissime omnium. Ego non debeo commendare tibi ea.i.eiusmodi,quæ mihi tantopere sunt cordi, sed tamen cōmendo. Tu igitur facies,ut prospiciamus.i.euidenter cognoscamus ex literis Pinarij hominis gratissimi,studium.s. fauorē diligentem tuum,& .i.simul,erga illum.s.Pinarium tanquam solicitatorem,& ꝓcuratorem,qui si rem amici bene ꝓcurauerit, emolumentum ab eo consequetur.&.i.simul,erga Dionysium.s.communem amicum.cuius rationes, & negotia ille agit.

PAVL. MAN. *QVAM turbo deiecerat.*] Vide Dionem lib.28. char.18.item lib.45.cha.106.& Iuliū Obsequētem in lib.de prodigijs.[Quodam grecum tempus seruitutis) Suspicor in uoce, græcum, esse mendam,neque tamen excogitare quidquam ipse potui, quòd pro ea reponendum uideretur. Vbaldini, aut Bandinelli coniecturas non improbo.cum enim satis commodum uidetur habere sensum,tum à uetere scriptura nō admodum recedit. nam cū in libris quibusdam antiquis,pro, Græcum,scriptum sit,cæcum; ipse, nihil ferè præter unam literam immutans, legendum putat,necum,id est necessarium.cæcum autē in antiquo libro Vincentij Riccij scriptum est.mihi tamen & M. Anto. Moreti.iuuenis cum politioribus literis ualde eruditi, tum scientiarum etiā laude præstantis,ualde placet opinio, qui putat græcam uocem desiderari, quā librarius cum non intelligeret, in libri margine adscripsit Græcum.deinde alij,quasi à Cic.scriptum receperunt.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Exponit Cornificio,quòd senatus literas illius approbauerit,et quòd excusationem illius de Sempronio accipiat, petitq;, ut de suis rebus eū certiorem faciat.postremo amicorum quorūdā negocia illi cōmendat.

M. CICERO CORNIFICIO S.D. 26

LIberalibus literas accepi tuas,quas mihi Cornificius altero uicesimo die,ut dicebat,reddidit. eo die non fuit senatus,neque postero. Quinquatribus frequenti senatu causam tuam egi non inuita Minerua.etenim eo ipso die senatus decreuit,ut Minerua nostra,custos urbis, quam turbo deiecerat,restitueretur.Pansa tuas recitauit.magna senatus approbatio consecuta est cum summo gaudio,& offensione Minotauri.i.Caluisii,& Tauri.factum de te S.C.honorificum, postulabatur, ut etiam illi notarentur : sed Pansa clementior. Ego mi Cornifici,quo die primum in spem libertatis ingressus sum,& cunctantibus ceteris,ad 13.Kalen.Ian.fundamenta reipu.ieci;eo ipso die prouidi multum, atq; habui rationem dignitatis tuæ.mihi enim est assensus senatus de obtinendis prouincijs. nec uero postea destiti labefactare eum, qui summa cum tua iniuria contumeliaq; reip.prouinciam absens obtinebat,itaq; crebras,uel potius quotidianas compellationes meas non tulit,seque in urbem recepit inuitus:neque solum spe, sed certa re iam,& possessione deturbatus est meo iustissimo, honestissimoq; cōicio te tuā dignitatem summa tua uirtute tenuisse,prouinciæq; honoribus amplissimis affectum,uehementer

ter

ter gaudeo. Quod te mihi de Sempronio purgas, accipio excusationem. fuit enim illud quoddam † Græcum tempus seruitutis. Ego tuorum consiliorum auctor, dignitatisq; fautor, iratus temporibus, in Græciam desperata libertate rapiebar. cũ me Etesiæ, quasi boni ciues, relinquentem remp. prosequi noluerunt: austerq; aduersus maximo flatu me ad tribules tuos Rhegium retulit, atq; inde uentis, remisq; in patriam omni festinatione properaui: postridieq; in summa reliquorum seruitute liber unus fui: sic sum in Antoniũ inuectus, ut ille nõ ferret, omnemq; suum uinolentum furorem in me unum effunderet, meq; cum elicere uellet ad cædis causam, tum tentaret insidijs: quem ego ructantem, & nauseantem † conieci in Cæsaris Octauiani plagas: puer enim egregius præsidium sibi primum, et nobis, deinde summæ reip. comparauit: qui si nisi fuisset, Antonij reditus à Brũdusio pestis patriæ fuisset. quæ deinceps acta sint, scire te arbitror. sed redeamus ad illud, unde diuertimus. Accipio excusationem tuam de Sempronio: neque enim statuti quid in tãta perturbatione habere potuisti, nunc hic dies aliam uitam affert, alios mores postulat, ut ait Terentius. quamobrem mi Quinte conscende nobiscum, & q̃dem ad puppim. una nauis est iam bonorum omnium: quã quidem, nos damus operam, ut rectam teneamus; utinam ꝓspero. cursu, sed, quicunq; uenti erunt, ars nostra certe nõ aberit. quid enim præstare aliud uirtus potest? tu fac, ut animo magno sis, & excelso, cogitesq; omnem dignitatem tuam cum rep. coniunctam esse debere. P. Lucceium mihi meum commẽdas, quem, quibuscunque rebus potero, diligenter tuebor. Hirtium quidem, & Pansam, collegas nostros, homines in consulatu reip. salutares, alieno sane tempore amisimus, repub. Antoniano quidem latrocinio liberata. sed nondum omnino explicata: quam nos, si licebit, more nostro tuebimur, quanquam admodum sumus iam defatigati: sed NVLLA lassitudo impedire officium, & fidem debet. uerum hæc hactenus. ab alijs te de me, quàm à me ipso, malo cognoscere. De te audiebamus ea, quæ maxime uellemus. De Cn. Minutio, quem tu quibusdam literis ad cœlum laudibus extulisti, rumores duriores erant. id quale sit, omninoque quid isthic agatur, facias me uelim certiorem.

† alias, cæcum

† alias, confeci

HVB. Liberalibus] Docet Ci. quam diligẽter egerit cãm Cornificij, & ut multum Cornificij literæ approbatæ sint, quas Pãsa recitauerat Deinde idẽ dicit esse decretũ de ꝓuincijs retinẽdis. qđ ẽt dixit supra in alia epistola. postea uero admittit excusationẽ quã ille de Sẽpronio fecerat, & ostẽdit se nõ defuturũ, reip. quæcũq; fortuna futura sit, nec se defatigatũ iri. Postremo cõmẽdat ei quosdam amicos suos, qui habuerant hæreditatem in Africa, quæ ei impediebat à quodam Erote, Turij testatoris liberto. [Liberalib.) Die festo Liberi patris. Sunt qui putãt principiũ huius epistolæ esse: Literas accepi: Liberalib. aũt finẽ præcedẽtis quod ego nõ probo, sed puto, Liberalib esse principiũ huius epistolæ. [Altero uicesimo]. i. quadragesimo. [Cornificius filius tuus. [Quinquatrib)Die festo Mineruæ, de hac dictione plura diximus alio loco. [Non inuita Minerua) Non repugnãte natura. i. magna gratia, & sapientia [Minerua nostra) Nostrũ ingeniũ, nostro cõsuetudo dicendi ꝓ rep. sed allusit ad Mineruã Phidiæ, q̃ in arce posita erat, tanq̃ custos urbis. ita dicit suam Mineruã custodem esse urbis. [Turbo, impetus malorum [Deiecerat) Oppresserat, terruerat minis. [Restitueretur) Rediret ĩ pristinũ statũ [Pãsa) Credo aliũ esse, q̃ cõsulẽ, qm̃ consul iam perierat, ut infra hac epist [Summo gaudio). s. senatus [Offensione) Molestia, displicẽtia. [Minotauri) Per cõtẽptũ appellauit Ant. Minotaurũ à similitudine feritatis. nã quod sequitur, Id est clauis & tauri, non puto esse textũ Cic. alius codex hẽt, Caluisij, & Tauri, quæ puto esse oĩa ꝓpria, sed non probo [Clemẽtior). s. fuit, quia non sentiebat eos notandos infamia. [Cunctantibus) Cessantibus. [Mihi est assensus senatus) vt supra in epistola, quæ incipit: Nos hic cum homine. [Labefactare] Cõmouere, à proposito auertere [Fuisse] Nõ dicit qs fuerit, sed intelligimus aliquẽ fuisse, q noluisset succedere, Cornificio eo inuito, sicut & Sempronius, de quo infra [Cõpllationes) Sermones, repræhensiones. [Deturbatus) Deiectus, vt: Puppi detur-

Labefactare.

bat ab alta [Conuicio) Repræhensione, quod non deceret eũ sibi appetere, quod erat tuum. [Tenuisse) Conseruasse. [Purgas) Excusas, quòd non tradideris ei prouinciam, licet ex senatusconsulto eam peteret, ut pen. epist. huius libri uidebimus. [Fuit quoddam tempus græcum seruitutis). i. fuit quoddam tempus, quo cũ essemus in seruitute, in Græcia mallemus uiuere. [Rapiebar) Ferebar, celerrime ibã. [Cum Etesiæ, quasi boni ciues). i. cum uenti Etesię, tanquam haberent sensum, & essent ciues boni, noluerunt me sequi, quia relinquebam rempu. Boni. n. ciues relinquentem rempub. prosequi non debent, sicut Cice. in Lælio, seu de Amic. ostendit. De Etesijs diximus lib. 2. epist. ad Cœl. Rufum, quæ incipit: Non potuit accuratius agi, in fine. [Auster) Ventus Meridionalis, qui & Notus dicitur. [Aduersus) Contrarius, nauigationi meæ. [Retulerunt) Reportauerunt, retroduxerunt. [Tribules) .i. ad tuos, qui sunt eiusdem tribus. [In summa seruitute) .i. cum reliqui omnes essent serui, ego solus fui liber, qui sine ullo timore in Anto. reipub. inimicum, uehemẽtissime inuectus sum. [Sic) tanta contẽtione, & uehementia orationis. [Vinolentũ) quia supra dixit eum euomuisse in senatu. [Effundere) Euomere [Elicere) trahere [Eructantẽ) Ructus, emittentẽ, sunt. n. ructus crepitus uentosi, qui ore emittuntur ob crapulã, & nimiam repletionem. [Nauseantẽ) Nauseã habentẽ. i. uomitum. Dr̃ autẽ nausea à nautea, q̃ est aqua de corijs, uel uerius sentina, licet Põponius uideat dicere nauteam à nausea dictã. [Qui) Octauianus. [Reditus Anij à Brundusio fuisset pestis patriæ,) Id est Ant. à Brundusio reuersus (quò ierat, ut supra uisum est, & scribit App. ut quatuor legiones ex Macedonia redeuntes solicitaret)euertisse patriam, sed Octauianus ei restitit. [Statuti qđ] .i. aliquid deliberati. [Ad populũ) In qua parte nauis solet stare gubernator, q. d. non in ꝓrã, ut regaris, sed in puppi, ut regas. [Vna nauis) Comparat, ut sæpius notauimus supra temp nauı. [Alieno) Incõmodo cũ maxime essent necessarij reip. [Amisimus] Fuerunt. n. interfecti in prę lio Mutinensi. [Explicata,) Quia sunt adhuc, qui putẽtur receptu rum Ant. quod pp Lep. vr̃ dixisse, q, ut supra uidimus, Ant. inermem fugientem recepit [Cn. Minutio) Is tunc erat in Africa. puto autem eum esse, quem postea prætorem urbis in foro concionantem, cum Ant. esset triumuir, milites Ant. interemerunt.

Conuicium

Auster Notus

Effundere Ructus Nausea Nautea.

LIBERALIBVS &c.] Narrat, ut diligenter egerit causam Cornificij, & ut literę eius commendatæ fuerint, cum eas Pãsa recitarit. deinde dicit decretũ esse de ꝓuincijs retinendis. admittit excusationẽ de Sẽpronio, pollicet se reip. nõ defuturũ, ac demũ cõmẽdat amicos suos, q hr̃ditatẽ habebãt in Africa. Ordo est: Ego accepi literas tuas liberalibus. s. festis i. die liberalium, quas Cornificius tuus. s. filius reddidit (ut dicebat) altero uicesimo die. i. quadragesimo die, postquam scriptæ erãt. Senatus nõ fuit. s. habitus, aut collectus eo die. s. liberaliũ, neq. postero. i. proxime sequẽti. Ego egi cãm tuã frequenti senatu. i. cũ multi adessent senatores, q quatrib. festis Mineruę q̃ q̃nto quoq; anno celebrabãtur, nõ inuita Minerua. i. naturali ĩgenio astipulãte, alludit ãt ad quinquatria, quasi Minerua eo die ꝑpiue fauerit Etẽm̃ senatus decreuit eo die, ut Minerua nr̃a. i. facunda sapientia, custos urbis, ut patuit in detectione coniurationis Catilinariæ, quã turbo. i. tumultus belli ciuilis deiecerat. i. de sede sua expulerat, ut turbo. i. uis uẽtorũ deiecerat prius Mineruã, Phidiæ opus, quæ in arce posita fuerat, tanq̃ custos eius ad eã ergo alludit. Pansa recitauit literas tuas. Magna approbatio senatus est consecuta cum summo gaudio, & cum offensione Minotauri. i. clauis, & tauri. sic fere textus hñt, nonnullis dicentibus, non esse uerba Cic. sed apposititia, qđ facile crederem, si Minotaurũ in proprio signãtu accepisset, sed quia metaphoricos, non ociosum fuerit rem aperire. Minotauri igitur, uidelicet Antonij id est, clauis, & tauri, idest qui claue potentiæ rẽp. occludere vult, & cornibus tauri. i. petulãtiæ suæ impingere, sicut Minotaurus Labyrinto inclusos opprimebat. Senatusc. honorificum factum, sup. est de te aute, idest sed, postulabatur. s. à me, aut ab ijs, qui causam tuam agebant, ut ẽt illi. s. quos criminatus es, notarentur. s. infamia. sed Pansa, ut putatur iunior non consul, qui iam ceciderat in prælio, sup. fuit clementior. i. nimis clemens. Ego ò mi Cornifici, quo die ingressus sum primũ in spẽ libertatis. s. publicæ, & ceteris cunctãtibus. i. hæsitantibus, & immorantibus, ut dubijs, quid agerent. ieci fundamenta reipu. incepi facere, quæ pertinebant ad statum reip. ad 13. Kal. Ian. aut Ianuarij mensis. eo die prouidi. i. prospexi multum, atq; habui rationẽ dignitatis tuæ. Enim. i. quia, senatus est assensus mihi de prouincijs obtinẽdis. Nec uero destiti postea labefactare. i. debilitare, & ab instituto amouere eum. s. quem nosti, qui absens obtinebat prouinciam cum summa iniuria tua, & contumelia reipu. Itaq; ipse non tulit. i. nõ potuit perferre compellationes. i. molestationes uerbales, aut increpatiões meas crebras, uel potius quotidianas,

ASC.

tidianas,& ipse inuitus recepit se in urbem. Neq; solum deturbatus.i.deiectus est spe,sed ēt certa re,& pro.i.possessione.s.prouinciæ quam iā tenebar.Ego gaudeo uehementer te tenuisse,conuicio.i.increpatione meo iustissimo,& honestissimo.s.mihi inferenti non ei,cui intuleram dignitatem tuā uirtute tua.i.per virtutem tuam,& affectum esse amplissimis honoribus prouinciæ, ꝙ.i.quia,tu purgas te mihi de Sempronio,accipio.i. approbo excusationem.s.tuam.Enim.i.quia, illud tempus fuit, quoddā tps grecū.i.quo uiuendum fuit nobis in Græcia,seruitutis.i. eo ꝙ esset tēpus seruitutis,& non licebat nobis libere uiuere in pat.Ego auctor.i.approbator cōsiliorum tuorum,& fatuę dignitatis tuæ, iratus temporibus.i.qualitati temporum, rapiebat in Græciam libertate desperata, cum Etesiæ. s. uenti illa à tergo euntibus in Græciam ab Italia flantes,quasi boni ciues.i.tanquam essent boni ciues,noluerunt prosequi,me relinquentem remp.i.noluerūt à tergo flare,& auster.s. uentus aduersus.i. contrarius retulit me maximo flatu Rhegium.i.ad illud oppidum in ora Siciliæ,ad tribules tuos.i.eos,qui tecum eiusdem sunt tribus , atq; properaui inde.s.Rhegio,uentis,& remis,i.omni festinatione , in patriam. quando aliquid plena opera,& summa properatione fecerimus, pulchre remis,& uelis nauare dicemur.& ego,postridie.i. die sequenti ingressum meū,ego vnus.i.solus fui liber, in summa seruitute aliorum.Ego sic sum inuectus in Ant.ut ille non ferret,& effunderet omnem furorem suum uinolentum.i.contractum ex ebrietate, cui sæpissime indulgebat, cum & vellet tum. i. simul elicere.i. foras attrahere me ad causam cædis .i. ut me interficeret,tū.i.simul tentare.i.circumuenire,in urbe, insidijs, quem rustantem,& pro.i.nauseantem,ego confeci.i.contudi, & repressi in plagas.i.in retia tanquā feræ tensa.Cæsaris Octau i.de domo Octauianorum.Sæpe tam Octauius, quàm Octauianus dicitur, aut in plagas.i.vulnera , hoc est detrimenta ab Octauiano illata.Puer.n.egregius,postea tn̄ mutauit animum,& Cic.proscribi permisit,comparauit præsidium.i. custodiam militarem , primū sibi,& nobis,deinde summæ.i.ultimæ saluti reip.ꝙ Cęs.nisi fuisset reditus Ant.à Brundusio fuisset pestis patriæ . Ego arbitror te scire,quę acta sunt,deinceps,sed redeamus, unde diuertimus. Accipio excusat onem tuam de Sempronio.neque.n.potuisti habere quid.i.aliquid, statuti.i. firmi propositi in tāta perturbatione.Nunc(ut ait Teren.).i.Simo Terentianus in Andr.Hæc dies affert aliam uitam,& postulat alios mores . Quamobrem ò mi Quinte,Gaudent prænomine molles auriculæ,ut dicit Hora.cōscende nobiscum,& quidem ad puppim .i. summa gubernacula. Vna nauis est iam omnium bonorum,quam quidem.s.nauē nos damus operam,ut teneamus recta,utinam,supp.in cursu prospero.Sed quicunque uēti erant,siue prosperi,siue aduersi, certe ars nostra non abierit.Quid.n. potest uirtus præstare aliud .s. quàm obniti aduersis,& decenter uti prospexeris? q.d.nihil. Tu fac, ut sis animo magno,& excelso.& cogites omnem dignitatem tuā debere esse coniunctam cum rep. Tu commendas mihi P. Lucceium meum.s.summum amicum, quem ego tuebor.i. protegam, diligenter quibuscunque reb.potero. Nos quidem amisimus tēpore sane.i.multum alieno.i.importuno, Hirtiū,& Pansam collegas nostros.i.nobiscum senatores,& reip.defensores hoīes salutares reip.in consulatu.s.suo.Amisimus,inquit,rep.quidem.i. certe liberata latrocinio Antoniano,quia Anto.in fugam uersus erat,sed nondum explicata.i.expedita omnino.s.curis, & æmulationib.quam.s.remp.nos tuebimur more nostro,si licebit,quā quam nos sumus admodum.i.ualde fatigati.i.ad extremam potentiam usque fatigati,sed nulla lassitudo dēt impedire officiū, & fidem.s.in remp.Ego malo te cognoscere de me ab aliis,quàm à me ipso.Nos audiebamus. s.cum has scriberem,de te ea,q̄ uellemus,maxime.i.optima.Rumores erant duriores.i.non satis boni.de Cn.Minutio,quem tu extulisti ad cœlum laudibus .i. laudando eum sup.in quibusdam literis.s.tuis.Velim sup. ut facias, me certiorem, quale sit id.s.quod rumores sparserunt de Minutio ꝶomnino quid agatur istic.s.ubi tu es.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hec epistola ab alijs superiori connectitur.

CIMCERO CORNIFICIO S. 27

Q. Turius,qui in Africa negociatus est,uir bonus & honestus,hæredes fecit similes sui Cn.Saturninum , Sex. Aufidium,Cn. Anneium,Q.Considium Gallum,L.Seruiliū Postumum,Cn.Rubellinum.ex eorum oratione intellexi.gratiarum actione;eos magis egere,quàm commendatione.tanta enim liberalitate se tua usos prædicabant , ut ijs plus à te tributum intelligerē,q̄ ego auderent te rogare . audebo tamen. scio.n.quantum ponderis mea commendatio sit habitura.quare à te peto,ut ad eam liberalitatem, qua sine meis literis usus es,quam maximus his literis cumulus accedat:caput autem est meæ commendationis , ne patiare Erotem Turium, Q.Turij libertum,ut adhuc fecit,hæreditatem Turianam auertere,ceterisque omnibus rebus habeas, eos à me commendatissimos.magnam ex eorum splendore , & obseruantia capies uoluptatem . quod ut uelis , te uehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

Q.Turius]Vltima pars epist. in qua commendat hæredes Q. Turij,amicos suos,& uiros optimos.[Caput]Sūma. [Erotem)Nomen proprium liberti,grece aūt significat amorē(Aduertere) Auferre,eripere.[Hæredib.) quos Turius sibi instituit.[Quòd ut uelis).s.hrē eos commendatissimos. HVB.

Q. TVRIVS, vir bonus,& honestus,qui negociatus est, .i.mercaturā egit in Africa.fecit hæredes,similes sui.i. uiros bonos,& honestos,Cn.Saturninum,Sex. Aufidium, Cn. Anneium, Q. Considium Gallum,L.Seruilium Posthumum,& Cn. Rubellinum.Ego intellexi ex oratione.i.uerbis eorum,eos magis egere actione gratiarum,s.tibi agendarum, quam cōmendatione.Prædicabant.n.se usos tāta liberalitate tua,ut ego intelligerem plus tributum esse ijs à te,quam ego auderem rogare.s.à te, tn̄ audebo.s.rogare.scio.n quantum ponderis commendatio mea sit habitura.Quare peto à te,ut quam maximus cumulus .i. summum incrementum,accedat his literis meis.i.pp has literas meas. Sūt .n.septimi casus non datiui,ad eam liberalitatem,qua usus es sine literis meis.Autē.i.sed,caput.i.principale propositum,cōmēdationis meę est,nec patiare.Erotem Turium libertum Q. Turij auertere .i. à ueris hæredibus ad se trahere hæreditatem Turianam.i.quàm Q Turius reliquit,ut facit adhuc, & habeas eos commendatissimos à me,sup.in ceteris reb.omnibus, Tu capies magnā uoluptatē,& ex splendore.i.honestate uitæ, & ex obseruātia.i.cultu eorum,quo te obseruabunt,& colēt.Quod ut uelis ego rogo te ēt, atque etiam.i.iterum,uehementer. ASC.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Renouat commendaeionem Aufidij hac epistola,quam in sine superis insinuarat.

M. CICERO CORNIFICIO 28

Sex. Aufidius & obseruantia , qua me colit , accedit ad proximos,& splendore equitis R. nemini cedit . est autē ita tēperatis,moderatisq. moribus,ut summa seueritas cū humanitate iungatur.cuius tibi negocia, quæ sunt in Africa,ita cōmendo,ut maiore studio,magis ue ex animo cōmendare nō possim.per gratum mihi feceris.si dederis operam, ut is intelligat,meas apud te literas maximum pondus habuisse,hoc te uehementer,mi Cornifici,rogo. Vale.

SEX. *Aufidius*]CSmendat Cic.Cornificio Sex. Aufidium equitē R pro hæreditate Turij obtinenda,pro qua ēt cōmēdauit in fine p̄cedentis epistolæ cum suis cohæredib.[Accedit ad proximos).i.inter proximos pōt enumerari.[Est autem) Laudat eum à moribus,& à uirtutibus animi. HVB.

SEX. Aufidius &c.] Cōmendat Cornificius Sex. Aufidiū equitem R.pro hæreditate Turij obtinenda, pro quā ēt cōmendauit cum in fine pręceden.episto. cum alijs cohæredibus. Ordo est: Sex. Aufidius,&.i pariter,accedit ad proximos .i. mihi coniunctissimos obseruantia.i.ueneratione,qua me colit,& nemini cedit.i.partem dat unicuique splendorem equitis R.est autem moribus ita temperatis, & moderatis,ut summa seueritas.i.grauitas,& rigor,iungatur.cum summa humanitate.i.clementia. Cuius negocia,quæ sunt in Africa ego cōmendo tibi ita , ut non possim commēdare,sup.ea,maiore studio,ue,pro uel,magis ex animo. Tu feceris, mihi pergratum, si dederis operam,ut is intelligat literas meas habuisse, maximę pondus.i.plurimum ualuisse apud te. O mi Cornifici,ego rogo te hoc uehementer. ASC.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Gratam sibi familiaritatem Cornificij esse dicit, & de pecunijs petitis consilium aliud illi dare nititur,postremo suum officium pro rep. Cornificio commendat.

M.CI-

M. CICERO CORNIFICIO. 29

ASsentior tibi, eos, quos scribis Lilybæo minari, isthic pœnas dare debuisse, sed metuisti, ut ais, ne nimis liber in ulciscendo uiderere. metuisti igitur, ne grauis ciuis, ne nimis fortis, ne nimis te dignus uiderere. Quod societatem reip. conseruandæ, tibi mecum à patre acceptam, renouas, gratum est: quæ societas inter nos semper, mi Cornifici, manebit. Gratum etiam illud, quòd mihi tuo nomine gratias agendas non putas, nec enim id inter nos facere debemus. Senatus sæpius pro dignitate tua appellaretur, si, absentibus consulibus unquam, nisi ad rē nouam, cogeretur. itaq; nec de H-S XX, nec de H-S DCC quidquā agi nunc per senatum potest. tibi autem ex S. C. imperandum, mutuumq; sumendo censeo. In rep. quid agatur, credo te ex eorum literis cognoscere, qui ad te acta debent perscribere. ego sum spe bona, consilio, cura, labore non desum: omnib. inimicis reipu. esse me acerrimum hostem præmefero, res neq; nunc difficili loco mihi uidetur esse, & fuisset facillime, si culpa à quibusdam abfuisset. Vale.

HVB. ASSENTIOR] Ceperat Cornificius quosdam, qui Lilybęo oppido Siciliæ minabant, quos cum debuisset punire, ubi ceperat, q̄a erāt Romani, scripserat se maluisse, mittere Romanis, quod factum Cice. ascribit eius humanitati, & clementiæ. Deinde ostendit se recipere eum libenter socium in conseruanda rep. deinde quia petiuerat Cornificius quasdam pecunias à senatu, dicit Cice. nihil per senatum agi posse. hortatur autem ut sumat mutuum alicunde, postremo laudat Cicer. officium suum erga rempub. [Lilybæo) Pomontorium est Siciliæ, & oppidum eiusdem nominis, de quo nunc intelligit. [Dare pœnas) Puniri [Nimis liber) Nimis audax, nimis dissolutus. [Grauis] Acerb [Nimis dignus te) nimis iustus. [Quòd) Rñdet alii parti. [A patre tuo.) [Tuo nomine) tua causa. [Inter nos) amicos. [Id) agere gratias. Aguntur enim gratiæ inter eos, qui nō sunt multum familiares. [Appellaretur) postularetur. [Vnquam) aliquod. [Cogeretur) Cōgregaretur. [De H-S) quę postulaueras. [Imperandum tibi) id est à te imperium, & magistratum gerendum. [Mutuum H-S) quib. opus est tibi. [Præmefero) ostendo, aperte declaro. [Res) Victoria nostra, & bona constitutio reipub.

ASC. *ASSENTIOR &c.*] Ceperat Cornificius, quosdam Siculos è Lilybæo, quos cum Romanos intellexisset, eos à Romanis puniēdos misit. quod factum eius pusillanimitati adscribit Cic. ostendens se eum libenter recipere socium in rep. conseruanda. De pecunijs aūt, quas à Senatu petierat, dicit se nihil posse. cōsulit autem, alicunde mutuo accipiat. Ordo est: Ego assentior tibi, id est sentio tecum, eos, quos scribis, minari Lylibæo, scilicet oppido, & promontorio Ciliciæ, debuisse dare pęnas istic .s. ubi tu es, sed (ut ais) tu metuisti ne uiderere nimis liber .i. asper in ulciscendo, & ergo miseras eos Roma igitur hoc metuendo, metuisti ne uiderere ciuis grauis, ne uiderere nimis fortis, ne uiderere nimis dignus te .i. q̄ te digna sunt facere. Quod renouas societatē reip. conseruandæ mecum acceptam .i. derelictam tibi à patre .s. tuo: est gratum, quæ societas, ò mi Cornifici, manebit semper. illud ēt sup. fuit in epis. tuis gratum, & non putas gratias agendas tuo nomine .i. ꝓ beneficiis abs te acceptis. Nec. n. debemus facere id inter nos, id est, sic debemus esse officiosi alter in alterum, ut non sit necesse gratias agere. Senatus appellaretur, scilicet à me .i. conueniretur sæpius pro dignitate tuenda. s. tuda, si cogeretur .i. congregaretur unquam .i. aliquo tempore, consulibus absentibus .i. tantisper dum consules absunt, nisi ad rem nouam. Itaq; nec de H S .i. sestertiis uiginti, nec sestertiis decem .s. à te petitis potest nunc quidquam agi per senatum. Ego autem censeo imperandū tibi .i. a te, sup. prouincialibus tuis, ex senatusconsulto, & sumendum mutuum .s. publico nomine. Ego credo te cognoscere quid agatur in repu. ex literis eorum, qui debēt perscribere ad te acta .s. publica. Ego sum spe bona .s. de rep. non desum consilio, cura, labore, sup. reipu. ego præmefero .i. palam ostendo me acerrimū hostem omnibus inimicis reip. Res .i. negocium, quod agitur de libertate publica, neq; uidetur mihi esse nunc loco difficili .i. uidetur facile posse transigi, & fuisse facillima, si culpa abfuisset à quibusdam, ut à Lepido, & Ventidio.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Commendat Lamiam, Lamiaq; negocia quam diligentissime Cornificio, falsamque suspicionem, quam de Lamia conceperat, diluit.

M. CICERO CORNIFICIO. 30

NOn modo te, cui omnia nostra notissima sunt, sed neminem in populo Rom. arbitror esse, cui sit ignota ea familiaritas, quæ mihi cum L. Lamia est. etenim magno theatro spectata est tum, cum est ab A. Gabinio cōsule relegatus, quòd libere, & fortiter salutem meam defendisset. nec ex eo amor inter nos natus est; sed, quod erat uetus, & magnus, propterea nullum periculum pro me adire dubitauit. ad hæc officia, uel merita potius, iucundissima cōsuetudo accedit, ut nullo prorsus plus homine delecter. non puto te iam expectare, q. bus eum tibi uerbis commēdem. causam enim tāti amoris intelligis. quæ uerba desideret, iis me omnibus usum putato: tantum uelim existimes, si negocia Lamiæ, procuratores, libertos, familiam, quibuscunq; rebus opus erit, defenderis, gratius mihi futurum, quam si ea tua liberalitas pertinuisset ad rem familiarem meam. nec dubito, quin sine mea commendatione, quod tuum est iudiciū de hominibus, ipsius Lamiæ causa studiose omnia facturus sis. quanquam erat nobis dictum, te existimare alium S. C. quod contra dignignitatem tuam fieret, scribendo Lamiam affuisse: qui omnino consulibus illis nunquam † affuit scribendo. deinde omnia tum falsa S.C. deferebantur. nisi forte etiam illi Sempronio S. C. me censes affuisse. qui ne Romæ quidem tum fui, ut de eo ad te scripsi re recenti. sed hæc hactenus. Te, mi Cornifici, etiam atque etiam rogo, ut omnia Lamiæ negocia, mea putes esse: curesque, ut intelligat hanc commendationem, maximo sibi usui fuisse. hoc mihi gratius facere nihil potes. Cura ut ualeas.

† alias; fuit ad scribendum

HVB. NON modo] Cōmēdat Cic Cornificio L. Lamiā amicissimū suū, quē ēt pro alia cā cōmēdauit li. x. D. Br. Vbi easdē causas amicitię exposuit, quas etiam hic exponit. commendat autē non solum eum, uerum etiam negocia, procuratores, familiam deniq; omnem, & diluit quandam suspicionem, quam habuerat Cornificius, quod Lamia affuisset cuidam S. C. describēdo cōtra eius dignitatem, ꝙ Cic. omnino negat, & ēt addit omnia senatus cōsulta q̄ tūc fiebāt, fuisse falsa. [Spectata] Probata, cognita [Magno theatro] Pleno populo [Ex eo] Quod defenderit salutē meā [Vetus amor] Noster [Consuetudo] Cōseruatio [Quæ uerba] q. d. uehementissima. [Iis omnibus] scilicet uerbis, quæ desiderantur à causa talis amoris .i. finge & existima me esse usum [Pertinuisset] Pręstita esset. [Quod tuum est iudicium) .i. pro eo iudicio, quod iudicium habes de hominibus. [Quanquā) Incipit diluere suspicionem. [Nisi forte.) Genus est quoddā negādi factū fuisse aliquando ab alio, cū ostendimus, suspicionem aliquando nobis fuisse de eo, quod actū à nobis non sit, ut hic [Sempronio) Quòd est factum de Sempronio, ut tibi in prouincia succederet, ut supra uisum est. [Nec recenti) .i. adhuc noua. [Vsui) Vtilitati.

ASC. *NON modo, &c.*] Commendat Ci. Cornificio L. Lamiam àmicissimum suum, quem ēt lib. x. commendauit D. Br. & purgat suspicionem, quam habuerat Cornificius, ꝙ Lamia interfuisset S. C. contra dignitatem suā decreto. Ordo est: Ego arbitror non modo .i. non solum te, cui omnia nostra .s. acta sunt notissima. uidetur dicendum non modo te nō esse, sed (vt doctissime adnotauit Bud.) sępe altera negationum contenti sunt auctores, præsertim accedente negatione q̄ ad plura posset referri, ut hoc loco. sed neminem arbitror esse in P. R. cui ea familiaritas, quæ mihi est cū L. Lamia, sit ignota. Etenim .i. a certe. ipsa ē spectata magno theatro .i. in conspectu totius populi. tum .i. tunc, cum .i. quando relegatus est .i. in exilium missus ab A. Gabinio cōsule, ꝙ defendisset libere, & fortiter salutem meam. Nec amor est natus inter nos ex eo .s. facto eius, sed ꝙ amor .s. erat uetus, & magnus, ꝓpterea nullum dubitauerat adire periculum pro me. Consuetudo iucundissima accedit .i. additur ad hæc officia, uel potius merita. Officia. n. sunt, q̄ ex debito fiunt. Merita, quæ ex libertate, quæ debito rem faciunt, sup. ita ut nullo .i. non ullo, nō delecter ullo prorsus homine plus .s. quàm Lamia. Non puto te expectare iam .s. postquā docui quàm charus mihi sit, quibus uerbis commendē eum. Tu enim intelligis causam tanti amoris. putato me usum omnibus iis uerbis, quæ uerba desideret. Tantum .i. duntaxat uelim, sup. ut existimes, si defenderis negocia, procuratores, libertos, familiā Lamiæ, quibuscunq; rebus opus erit. sup. id futurum gratius mihi, q̄ si ea liberalitas .s. tua pertinuisset ad rem familiarem meā.

Nec dubito quin facturus sis omnia studiose .i. diligenter causa ipsius Lamiæ, quia.s.uir dignus tibi uidebitur, sine cõmẽdatio ne mea. quod .i. quale, hoc est q̃ tale est iudicium tuũ de homini bus, ut.s. facillime iudices, q̃ digni sint auxilio tuo. Quanquam erat dictum te existimare Lamiam affuisse S.C. scribendo .i. dum scriberetur, quod fieret contra dignitatem tuam, qui scilicet La mia, nunquam fuit.s. paratus, aut præsens ad scribendũ .s. aliq̃d. omnino illis consulibus .i. quandiu illi essent cõsules, sub quib. scriptum est. Denique.s. secundo loco, omnia S. C. deferebatur.i. nunciabantur, tũc tum.i. tũc falsa, aut falso, nisi forte censes etiã me, ut delatum est affuisse, sup. in illo S.C. Semproniano .i. quod sub Sempronio referente factum est. qui ne quidem.i. non saltẽ fui.s. tunc Romæ scripsi ad te, tum.i. tunc de ea recenti.i. recen tius facto. Sed hæc hactenus, sup. dicta sint. O mi Cornifici, ego rogo te etiam, atque etiam, ut putes omnia negocia Lamiæ, esse mea. curesque, vt intelligat hãc scilicet meam cõmẽdationem fuisse sibi maximo usui.i. summæ utilitati. Tu nihil potes facere gratius mihi hoc.i. quàm hoc. Cura, vt valeas.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Mista est epistola, prior autem pars in excusatione generis literarũ consistit, in posteriore ad uaria epistolæ Cornificij capita respondet.

M. CICERO S. P. D. CORNIFICIO 31

ITA ne præter litigatores nemo ad te meas literas? multæ ista quidẽ. tu enim perfecisti, ut nemo sine literis meis tibi se commendatum putaret. sed quis unquam tuorum mihi dixit esse, cui darem, quin dederim? aut quid mihi iucundius, quàm cum, coram tecum loqui non possim, aut scribere ad te, aut tuas legere literas: illud magis mihi solet esse molestum, tantis me impediri occupationibus, ut ad te scribendi, meo arbitratu facultas nulla detur. non enim te epistolis, sed uoluminibus lacesserem, quibus quidem me à prouocari oporteret. quamuis enim occupatus sis, ocij tamen plus habes: aut, si ne tu quidem uacas, noli impudens esse, nec mihi molestiam exhibere, & à me literas crebriores, cum tu mihi raras mittas, flagitare. nam cum antea distinebar; maximis occupationibus, propterea quòd omnibus curis rempubl. mihi tuendam putabam: tum hoc tempore multo distineor uehementius. Vt enim grauius ægrotant ij, qui, cum leuati morbo uiderẽtur, in eum deintegro inciderunt: sic uehementius nos laboramus, q̃ profligato bello, ac penè sublato, renouatum bellum gerere † conamur. sed hæc hactenus. Tu tibi, mi Cornifici, fac ut persuadeas, non esse me tam imbecillo animo, ne dicam, inhumano, ut à te uinci possim, aut officijs, aut amore. non dubitabã equidem: ueruntamen, multo mihi notiorem amorem tuum effecit Cherippus. ò hominem semper, illum quidem, mihi aptum, nunc uero etiam suauem. uultus mehercule, tuos mihi expressit omnes: non solum animum, ac uerba pertulit. itaq; noli uereri, ne tibi succensuerim, quòd eodem exemplo ad me, quo ad ceteros. requisiui equidem proprias ad me unum à te literas, sed neque uehementer, & amanter. De sumptu, quem te in rem militarem facere, & fecisse dicis, nihil sanè possum tibi opitulari: propterea quòd & orbus senatus, consulibus amissis, & incredibiles angustiæ pecuniæ publicæ: quæ conquiritur undique, ut optime meritis militibus promissa soluantur: quod quidem fieri sine tributo posse non arbitror. De Attio Dionysio nihil puto esse, quoniam mihi nihil dixit Stratorius. De P. Lucceio, nihil tibi concedo, quo studiosior eius sis, quàm ego sum. est enim nobis necessarius. sed à magistris, cum contenderem de proferendo die, probauerunt mihi, sese, quo minus id facerent, & compromisso, & iureiurando impediri. Quare ueniendum arbitror Lucceio. quanquàm, si meis literis obtemperauit. cum tu hæc leges, illum Romæ esse oportebit. ceteris de rebus, maximeque de pecunia, cum Pansæ mortem ignorares, scripsisti, quæ per nos ab eo consequi te posse arbitrarere. quæ te non fefellissent: si uiueret, nam te diligebat. post mortem autem eius, quid fieri posset, non uidebamus. De Venuleio, Latino, Horatio, ualde laudo. illud non nimium probo, quod scribis, quo illi animo æquiore ferrent, te tuis etiam legatis lictores ademisse. honore.n. digni cũ ignominia, dignis non erant comparandi; eosq; ex S. C. si non decedunt, cogendos, ut decedant, existimo. Hæc ferè ad eas literas, quas eodem exemplo binas accepi. De reliquo, uelim tibi persuadeas, non esse mihi meam dignitatem, tua cariorem. Vale.

† alias, cogamur

ITA ne] Huius epistolæ argumentum multiplex est, maxime circa finẽ. uarijs enim rebus respondet Cic. quæ à Cornificio duab. epistolis scriptæ fuerant. Primũ enim se excusat Cice. q̃ à Cornificio fuerat accusatus, nullas ad eum misisse epistolas, nisi cõmẽdaticias pro litigatoribus, quia, ut supra uisum est, cõmẽda uerat omnes hęredes Q. Turij, & seorsum Sex. Aufidium cohęredem, commendauerat etiam quendam Pinarium procuratorem & gestorem negociorum Dionysij sui, amicissimi postremo L. Lamiam habentem etiam in prouincia negocia plurima. Itaque Cic. ostendit se scripsisse in alio genere, multas epistolas, & multo plures, quam ab eo acceperit, cum potius deberet ꝓuocari ad scribendum ab ipso Cornificio, qui minus esset negociosus, negociorum suorum autem causas esse dicit, reuocationem bellorum ciuilium culpa, & scelere Lepidi, qui Ant. apud Mutinam uictũ, & inermem fugentem recepit, & cum eo se coniunxit. Postea uero accusat Cornificium, quod eodem exemplo, ad se literas dedisset, quo ad alios, ad quos scripserat, cũ ipse Ci. proprias literas ab eo expectauerit. Deinde dicit non posse ei prouideri à senatu de pecunia, quam petiuerat, quia omnia sunt turbulenta propter mortem consulum, & cum etiam senatus quærat pecunias, ut satisfaciat militibus, excusat etiam nescio quid de Dionysio, cuius procuratorem ei supra commendauerat. Dicit etiam Lucceium sibi à Cornificio commendatum, ut uisum est epistola, quæ incipit: Liberalibus; oportere Romam uenire, si uelit negocia sua se rectè conficere, quem à se non minus amari dicit, quàm à Cornificio. Postremo quid sentiat, de q̃busdam, quos exauctorauerat, & ex ꝓuincia amouere uolebat, & quòd legatis suis lectores eripuisset. [Ita ne] scilicet dicis, uel est. [Nemo ad te]. s. fert. Præter litigatores, quorum causas tibi tuendas commendo. [Istæ] scilicet literæ litigatorum. [Multæ] Puta fuerant, ironice dictum. [Voluminibus] Libris magnis scriptis. [Oportebat] Decebat. [Vacas] Ocium habes. [Impudens] qui cum sis in culpa nec accusas. tales enim impudentes dicuntur. [Distineor] Occupor. [Vt enim] Probatio per similitudinem sumptam, ab ægrotantibus, quorum periculosior est morbus, si postquã leuati esse putantur, receiderint. [Deintegro] Denuo [In eum] Morbum. [Sic] Adoptatio similitudinis. [Laboramus] Negocium habemus, & occupati sumus. [Profligato] Cõfecto. [Penè sublato] Propter Anto. Victũ [Renouatum] Scelere Dolabellæ, qui Antonium recepit [Nõ dubitabam] scilicet de amore tuo. [Cherippus] Is, ut supra uidimus, fuerat in Africa, cum Cornificio, cumque Romam uenisset, exposuit Cice. qualis esset Cornificius erga eum. [Aptum] Modestũ, facetum, eius contrarium est ineptus. [Vultus] Hilaritatem, quã uultu exhibes, cũ de me audis, aut loqueris. [Verba] Quæ de me honorifice dicis [Eodem exemplo] idest scripseris. [Quo] Exemplo [Proprias] Speciales, quę non essent eodem exẽplo, quo erãt aliç [Requisiui] idest desideraui, non autem te accusaui. [Neq; uehemẽter] idest neque cum magna instantia, scilicet requisiui. [Orbus] .i. quasi orphanus, sicut filij, qui patres amiserũt. [Angustiæ] Tenuitates, necessitates. [Sine tributo] Quin exigatur tributum per capita, uel per ostia. [A magistris] Ab arbitris eius causę. [Contenderem] Efflagitarem. [Probauerunt] Ostenderunt [Compromisso] Quod erat factum in eos ab ipso Lucceio, & ab aduersarijs. [Veniendum] Oportere eum uenire. [Meis literis] Quibus iam multo ante eum monui, ut ueniret. [Non fefellissent] Non fuissent contra opinionem tuam. [Si uiueret] Pansa. [De Venuleio, Latino, Horatio] Hos, ut coniicimus ex sequentibus, amouerat Cornificius ex magistratu, uel eis eripuerat lictores, quod Cic. se laudare dicit. [Quo] Vt. [Illi] Venuleius, & Horatius ferrent se, esse exauctoratos, & amotos à magistratu. [Ademisse] Abstulisse. [Honore] Subaudi digni scilicet legati. [Cum digni ignominia] Cum Venuleio & Horatio infamia dignis [Eosque] Ordo est: existimo eos cogendos ex senatusc. vt decedant. ex ꝓuincia. [Si nõ decedũt] Spõte, uel tuo iussu [Hæc]. s. respõsa sunt. HVB.

ITA ne, &c.] Respondet potissimum in fine uarijs rebus, itaque facilius legenti, patebit argumentum, quàm ex huiusmodi collectio-

Vacas Impudens.

Deintegro

Aptus Ineptus

Angustiæ

collectione, ne tamen, nihil dicam, primum se excusat, quòd à Cornificio fuerat accusatus, q̃ nullas misisset epist. nisi cõmẽdatitias, docẽs se ẽt alias scripsisse. Ordo est: Ita ne, sup scribis, aut uerũ putas, q̃ nemo præter litigatores .i. qui ꝓ lite sua cõmendari uolunt, supple afferunt ad te literas meas? Istæ quidẽ.s. cõmendaticiæ litigatorum supple sunt multæ. Tu.n. te facilem præbendo effecisti, ut nemo putaret se commẽdatũ tibi sine literis meis. Sed quis vnq̃ tuorũ dixit mihi esse, supple aliquid, cui darẽ.i. dare possem, quin dederim? aut quid, sup. contingere põt mihi iucũdius, quàm cum possum loqui tecum corã.i. in ꝑsentia, & (vt dicunt) ore ad os, aut scribere ad te, aut legere literas tuas? q.d. nihil. Illud solet mihi esse magis molestum, me impediri tantis occupationibus, ut nulla facultas det' sup. mihi scribendi ad te arbitratu meo. Non.n. si facultas detur, lacesserẽ.i. prouocarem te ad scribendũ epistolis, sed uoluminib.i. integris libris, quib.s. uoluminibus, quidem.i. certe, oporteret.i. deceret me prouocari à te. Quamuis.i. sis occupatus, tñ habes plus ocii.s. q̃ ego, aut si ne tu q̃dẽ, qui magis uideris posse uacare, uacas.s. cessas, noli esse impudens.s. exigẽdo, quod ꝑstare nequeas, nec supple uelis. nam uole, aut uoli non dr̃, exhibere mihi molestiã.s. exigendo literas, & noli flagitare literas crebriores à me, cũ tu raro mittas mihi. Nam cum distinebar antea occupationibus maximis, propterea quòd putabam tempu. tuendam mihi omnibus curis, tamen ego distineor.s. occupationibus hoc tempore uehemẽtius multo.s. quàm antea. Vt enim grauius ęgrotauerant ii, qui cum uiderentur leuati morbo, inciderunt in eum de integro.i. de nouo, sic nos laboramus uehementius, qui bello profligato.i. oppresso, ac penè sublato, conamur gerere bellũ renouatũ. Sed hæc hactenus: Tu, ò mi Cornifici, fac, ut persuadeas tibi, supp. me, non esse animo tã imbecillo.i. debili, ne dicam inhumano.i. duro. ut possim uinci à te, aut officiis, aut amore. Equidem.i. ego certe, nõ dubitabam.s. de amore tuo. ueruntamen Cherippus, qui a te uenit, effecit amorẽ tuum multo notiorem mihi s. quàm prius erat. O hominem, lætitiæ causa exclamat illum, quidem.i. Chæripum, semper apertum mihi, nunc uero etiam suauem, mehercule ipse expressit.i. effinxit mihi omnes vultus tuos non solum.i. nedum ꝑtulit animum, ac uerba. Itaque noli uereri ne succenserim, i. subiratus fuerim tibi, quòd supple misisti literas ad me eodem exemplo, quo ad ceteros, i. eadem forma scriptas. Requisiui equidem literas à te proprias ad me unum.s. datas, sed neq; requisiui, supple uehementer, sed amanter, i. ut earum amator, si fuissent, non uehemens exactor, quia non fuerunt. Ego nihil sanè.i. omnino possum opitulari, i. opis afferre tibi, de sumptu, quem dicis te facere, & fecisse in rem militarem, propter ea quòd senatus orbus, supp. est.i. quasi sine patre consulib.s. Pansa, & Hirtio, amissis.i. cæsis, & incredibiles, sup. sunt angustiæ.i. penuriæ pecuniæ publicæ.i. ad remp. pertinentis, quæ cõqueritur undiq. vt promissa soluantur militibus optime meritis. Quod quidem ego arbitror, non posse fieri sine tributo, s. per tribus dato. Ego puto nihil.s. eorum, quæ agebamus, esse de Accio Dionysio, quoniam Stratorius nihil dixit mihi, non taciturus tamen, si aliquid fuisset. Ego nihil concego tibi de P. Lucceio, quo .i. per quod aut ut sis studiosior eius.i. commodi illius. quàm ego sum. Est enim necessarius nobis. Sed cum contenderem.i. obnixe peterem à magistris.i. arbitris causæ eius de die proferendo.i. prolongando, probauerunt i. satis ostenderunt mihi sese impediri compromisso, & iureiurando, quo minus.i. ut non facerent id.i. non proferrent diem. Quare ego arbitror Lucceio ueniẽdum, supp. esse, quanquã si obtemperauit literis meis, oportebit illum esse Romæ, cum tu leges hæc, s. scripta mea. Tu scripsisti de ceteris rebus, & maxime de pecunia.s. tibi mittenda, cum ignorares mortem Pansę.s. consulis, & amici tui, supple ea, quæ tu arbitrabare te posse consequi ab eo per nos.i. ꝑ nostram intercessionem, aut solicitationem, quæ nõ fefellissent te, si uiueret, nã te ipse diligebat, autem, i. sed, nõ uidebamus q.d. aut qui.i. quo modo, id.s. quod postulasti, posset fieri post mortẽ eius.s. Pansæ. Ego ualde laudo, supp. quæ scripsisti de Venuleio, Latino, & Horatio. Ego non probo, i. laudo nimium illud quod scribis, te ademisse ẽt legatis tuis lectores.i. publicos ministros, cum insignibus, quò.i. ut, illi, s.iã dicti, ferrent animo ęquiore.i. minus molesto, se.s. lictoribus carere. Enim.i. quia, sup. digni honore, ut legati à rep. stantes, & non erant cõparandi cum dignis ignominia, s. Venuleiora, Latino, Horatio. Vbi notandum etiã de digniore dici, quòd non sit comparãdum cum digniore. Ego existimo eos, scilicet iam dictos, cogendos, ut decedant, si non decedunt ex senatusconsulto, id est parentes illi. Hæc ferè, sup. sunt responsa ad eas literas, quas accepi binas eodem exemplo. De reliquo uelim persuadeas tibi, dignitatem meam non esse mihi cariorem tua.

M. TVLLII CIC. EPISTOLARVM, AD MEMMIVM, ET ALIOS, *LIBER DECIMVSTERTIVS.*

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

In hunc decimumtertium librum Tyro commẽdatorias epistolas cõgessit, ne passim historiarum ordinem, qui in multis epistolis est, cõfunderet in hac aũt epistola obliqua cõmendatione usus est Patronis philosophi, cui à Memmio petit facultatem erigendi parietis, qui Memmio obfuturus credebatur.

M. CICERO C. MEMMIO. S.D. 1

*TSI non satis mihi constiterat, cum aliqua ne animi mei molestia, an potius libenter te Athenis uisurus essem, q̃ iniuria, quã accepisti, dolore me afficeret, sapiẽtia tua, qua fers iniuriã, lætitia: tamẽ uidisse te mallẽ. nã quod est molestiæ, non sanè multo leuius est, cum te non uideo: quod esse potuit uoluptatis, certe. si uidissem te, plus fuisset. itaq; non dubitabo dare operam, ut te uideam, cum id satis commode facere potero. interea, quod ꝑ literas. & agi tecum, &, ut arbitror, confici põt, agam. tunc à te illud primum rogabo, ne qd inuitus mea causa facias; sed id, quod mea intelliges multum, tua nullam in partem interesse, ita mihi des, si tibi, ut id libenter facias, an te persuaseris. Cum Patrone Epicureo mihi omnia sunt, nisi q̃ in Philosophia uehementer ab eo dissentio. sed & initio Romæ, cum te quoq;, & tuos oẽs obseruabat, me coluit in primis; & nuper, cum ea; quæ uoluit, de suis commodis et præmiis cõsecutus est, me habuit suorum defensorum, & amicorum ferè principem, & iam a Phædro, qui nobis, cum pueri essemus, antequam Philonem cognouimus, ualde, ut philosophus, postea tamen, ut uir bonus, & suauis, officiosus, probabatur, traditus mihi, commendatusq; est. Is igitur Patro, cum ad me Romam literas misisset, ut te sibi placarem, peteremque, ut nescio quid illud Epicuri parietinarum, sibi concederes: nihil scripsi ad te ob eam rem, quòd ædificationis tuæ consilium mea commẽdatione nolebam impediri idẽ, ut ueni Athenas, cum, idẽ, ut ad te scriberem, rogasset, ob eam causam impetrauit, quòd te abiecisse illam ædificationem constabat, inter omnes amicos tuos. quod si ita est, & si iam planè tua nihil interest, uelim, si qua offensiuncula facta est animi tui, peruersitate aliquorum, (noui enim gentem illam) des te ad lenitatem, uel propter tuam summam humanitatem, uel etiam honoris mei cã. equidem, si, quid ipse sentiam, quæris; nec cur ille tantopere contendat, uideo: nec cur tu repugnes: nisi tamen multo minus tibi concedi potest, quàm illi, laborare sine causa. quanquam Patronis & orationem, & causam tibi cognitam esse certo scio. honorem, officium, testamentorum ius, Epicuri auctoritatem, Phædri obtestationem, sedem, domicilium, uestigia summorum hominum sibi tuenda esse dicit. totam hominis uitam, rationemq; quam sequitur in philosophia, derideamus licet, si hanc eius contentionem uolumus reprehendere. sed mehercule, quando illi, cæterisq;, quos illa delectant, non ualde inimici sumus; nescio, an ignoscendum sit huic, si tantopere laborat: in quo etiam si peccat, magis ineptiis, quàm improbitate peccat. sed ne plura, (dicendum enim, aliquando est) Pomponium Atticum, sic amo, ut alterum fratrem. nihil est illo mihi nec carius, nec iucundius. is non quo sit ex istis, (est.n. omni liberali doctrina politissimus) sed ualde di-*

ligit

ligit Patronem ualde Phædrum amauit. sic à me, hoc contendit, homo minime ambitiosus, minime in rogitando molestus, ut nihil unquam magis. nec dubitat, quin ego à te nutu hoc, consequi possim, ita etiam si ædificaturus esses. nunc uero, si audierit te, ædificationem deposuisse, neque tamen me à te impetrasse, non te in me illiberalem, sed me, in se negligentem putabit. Quamobrem peto à te, ut scribas ad tuos, posse tua uoluntate, decretum illud Areopagitarum † ὑπομνηματισμὸν illi uocant, tolli. sed redeo ad prima. Prius uelim, tibi persuadeas, ut hoc mea causa libenter facias, quàm ut facias. sic tamen habeto, si feceris, quod rogo, fore mihi gratissimum. Vale.

†.i. monimētū quoddā

HVB. *T SI*] Hi duo sequentes libri, quam faciles, tā utiles mihi esse uidentur, quod cōmendationum, uarias, & elegantes imitationes habent, quib. docemur & ornate dicere, & amicorum uausas diligenter cōmendare. idq́. cum delectatione maxima, qn̄ instruimur, non ut boues eodem mugitu, ut aiunt, sic semper, eisdem uerbis uti. Itaq; assidue pueris ꝓponendos censeo, nec minus, ēt doctorib. pertractandos, qui si minus ornatu uerborum egent, humanitatis tn̄, & officij imitatione incenduntur, diligentiores fiunt in amicorum & commendationib. sed iam ad argm̄ epist. ueniamus. C. Memmius uir nobilissimus, & ciuis Romanus Athenis domum inceperat ędificare iuxta hortos, uel ædes Patronis Philosophi Epicurei amicissimi Ci. qui ad eum scripserat, ut se Mēmio diligenter cōmendaret, ne quendam parietem impediret, qui erat ei cōtiguus, quod Cic. dicit, se noluisse ab eo petere, uetitus ne fortasse impediret ędificationem ipsius Mēmij, sed postq̄ intellexit Mēmium non esse ædificaturum, cum rogat, ut uelit morē gerere Patroni Epicureo, quem laudat summopere excusans eius opinionem Epicuream, accenditq́. Mēmium ad obsequendum Patroni, ꝙ dicit esse carissimum Pomponio Attico, à quo dicit se rogatum esse, ut eum cōmendaret diligentissime. Vtitur tn̄ summo artificio, cum dicit se nihil ab eo impetrare uelle, quod inuitus faciat, ut magis eum inuitet facere libenter, quod petit. Cum autem fuisset Cic. Athenis, nec uidisset ipsum Mēmiū, qui quadam iniuria affectus fuerat; Primum dicit, quòd licet non satis habeat certū utrum cū maiore molestia animi sui uisurus esset, cuius iniuria summopere doleret, an cū maiore uoluptate pp sapiētiam eius; qua magnā lætitiam se capere dicit, quod per eam fortiter ferat iniuriam, tamen mallet eum uidisse, quia non multo minus molestię capit in eius absentia, uoluptas autem uidendo eum, fuisset maior. [Constiterat) Certum, & manifestum erat. Quòd iniuria) Ratio molestiæ, [Sapientiæ) Ratio quare libenter uidisset eum. [Lætitia) Scilicet afficeret. est. n. ablatiuus casus. [Quod molestiæ est). i. ea modestia, quæ est. [Interea) Ecce quam artificiose allicit Mēmium ad uoluntatem suam. [Sed id. i. facias, id, qd intelliges ad me pertinere, ad te autem non multum. Ordo est: sed id. s. facias, quod intelliges mea interesse, & in nullam partē interesse tua. [Cum Patrone] Exponit causas cōmēdationis. (Dissentio) Peripateticos, & Socraticos sequor, ut in procœmio primi officiorum ostendit. [De suis commodis) Nam assecutus fuerat stipendium publicum [Phędro) Primo præceptore meo in philosophia. [Vt philosophus) pp doctrinam [Illud nescio) q.d. attenuat rem, ut facilius impetret, q.d. minimum quiddam. [Parietinarum) Subauditur rerum, id pertinet ad parietem, quiddam dicunt esse diminut. à pariete, cuius formationem, & rōnem nusq̄ inuenio. [Consilium) deliberationem, ne pp commendationem meam desisteres facere quod instituisses. [Abiecisse) deposuisse, nolle amplius ædificare. [Offensiuncula) Iniuriola [Gentem illam) Græcam. s. leuem ad iniurias promptam. [Des te ad lenitatem) Fias mitis, & placatus. [Contendat) Efflagites. [Repugnes) neges. [Concedi). s. ut repugnes. [Quàm illi). s. potest concedi. [Quanq̄ Patronis) Enumerat multas causas, quibus probat ignoscendum esse Patroni; si eam rem, quę parua uidebatur, tanta cōtentione petit. [Honorem). s. suum & totius sectę, & in omuibus sequentibus dictionib. subauditur tuendum esse dicit. [Ius ten.) Quod inuiolabile esse debet. [Obtestationem). i. deprecationem maximam pro eo. [Sedem) Est quasi inculcatio dictionum. Vestigia summorum hominum). i. imitationes maximorum hoīum. [Totam hominis) Sensus est, licet deridere totam hominis uitā, & opinionem in philosophia, si uolumus reprehēdere hāc eius petitionem, sed si non habemus odio eos, qui eadem curat, ignoscendum ēt puto huic, si tantopere petit hanc. In quo, in qua re

Parietinus

Offensiuncula

Obtestatio

petenda. [Laborat) Curat. [Ineptijs) Simplicitate. [Dicendum) Aliquando. i. ēt addenda est alia maxima causa. [Ex istis] i. Epicureis. [Politissimus) Ornatissimus. [Liberali) Socratica, & Platonica [Vt nihil unquam magis). s. contenderit à me [Nutu). i. facillime uel solum innuendo tibi [Etiam, si) ergo multo facilius cū non sis ædificaturus. [Si audierit) Pomponius. [Negligentem.) Quod noluerim te pro eo rogare. [Tua uoluntate) Te consentiē te. [ὑπομνηματισμὸν] Sic. n. Græci uocant decretum, quasi monitum, & commentarium.

ASC. *ETSI non satis, &c.*) Hi duo sequentes libri, ut facillimi, ita vtilissimi sunt, eo ꝙ cōmendationum uarias, & elegantes imitationes habent, quibus docemur, & ornate dicere, & amicorū causas diligenter cōmendare, idq́. cum delectatione maxima. In hac autem prima, hoc est argumēti. C. Mēmius uir nobilissimus Athenis domum cęperat ædificare ad ædes Patronis philosophi Epicurei amicissimi Ciceronis, qui ad Cic. scripserat, ut à Memmio exoraret, ne quendam parietem impediret. de quo negocio tota fere hac agitur epistola. Ordo est: Etsi. i. q̄q̄, non satis constiterat. i. euidens fuerat mihi, ne. i. an usurus essem te Athenis cum aliqua modestia animi, an potius libenter, ꝙ. i. quia iniuria, quā accepisti. i. passus es, afficeret me dolore, sapientia tua, qua fers iniuriam, sup. afficeret me lætitia, tamen mallem uidisse te. Nā sup. id modestiæ, quod est. s. ob iniuriam tibi illatam, non est sanè multo leuius, cum non uideo te, id sup. uoluptatis, quod potuit esse, fuisset certe plus, si uidissem te. Itaque non dubitabo dare operam, ut uideam te, cum potero facere id satis cōmode. Interea agam, quod agi potest tecum, & (ut arbitror) confici. i. absolui, & perfici, per literas. Ego rogabo nunc à te illud primum, nequid facias inuitus. i. cōtra placitum tuum mea causa. sed des mihi id, quod intelliges multum interesse mea, hoc est mihi utile esse, & in nullam partem multū interesse tua. ita. s. des mihi, si persuaseris tibi ante. i. si te ad hoc adduxeris ante, ut facias id libenter. Incipiens autem ordiri rem, quam prætendebat, dicit: Omnia sunt mihi cōia, cum Patrone Epicureo, nisi ꝙ dissentio uehementer ab eo in philosophia, quia Stoicus potius, aut Academicus erat Cic. sed & initio. s. coniunctionis nostræ, cum obseruabat quoq; te, & tuos omnes Romæ, coluit me in primis. i. præcipue, & nuper. i. nunc parum est tēporis; cum consecutus est de cōmodis & præmiis suis ea, quæ uoluit, habuit me fere principem defensorum, & amicornm suorum, & ipse traditus, & cōmendatus est mihi iam. i. his diebus à Phędro, qui. s. Phædrus, ꝓbabatur. i. laudabatur, & placebat nobis, cum essemus pueri anteq̄ cognouimus Philonem. s. philosophum, probabatur, tn̄q̄, ut philosophns, postea tamen probabatur, ut uir bonus, & suauis, & officiosus, q d. propter illius, qui nobis cōiter est obseruādus, cōmendationem, debere cōmēdatiorem esse. Is igitur Patro cū misisset Romam literas ad me, ut. i. ut placarem. i. recōciliarem, & placatum facerem te sibi, & peterem. s. à te, ut sup. concederes sibi illud Epicurei. i. quod ad Epicureum hominem pertineret, nescio quid parietinarum sup. rerum. i. ad parietem cōem pertinentium, sic legitur, & exponitur ferè, sed lectio parum placet, expositionem autem meliorem cuiq; inueniendā relinquimus. ego sup. tunc, nihil scripsisti ad te, ob eam rem, quod nolebā cōsilium ædificationis tuæ impediri commendatione mea idem. s. Patro cum rogasset ut. i. postq̄ ueni Athenas, ut scriberem ad te idem. i. eandem rem. s. ut te sibi placarem, & de parietis parte cōcedenda rogarem, impetrauit. s. petitum suum à me ob eam causam ꝙ constabat. i. notum erat inter omnes tuos, te abiecisse. i. ut displicentem reiecisse, & dimisisse illam ædificationē. Quod si est ita, & si. i. q̄q̄ iam nihil interest planè. i. omnino tua, uelim si qua. i. aliqua offensiuncula. i. læsiuncula animi tui facta est per uersitate aliquorum, noui. i. gentem illam. s. mendacem, & ad discordiam seminandam procliuem, des. i. accōmodes te ad lenitatem. i. placabilitatē, uel propter summā humanitatem. s. tuā, uel ēt causa honoris mei, ne uidear frustra à te petisse. Equidem, si quęris quid ipse. i. ego sentiā, nec uidebo cur ille contendat. i. instet tantopere, nec cur tu repugnes. nisi tamen concedi pō multo minus tibi. s. qui uir prudens haberis, quam illi. s. homini epicureo laborare sine causa. Quanquā ego certo scio, & orationē, & causam Patronis esse cognitam tibi, tamen sup. repetam tibi. ipse dicit honorem. s. suum, eo ꝙ philosophus est, & turpe fuerit alteri de iure cedere, & officium, quia debet pro sectæ totius honore contendere, & ius testamentorū, quibus sibi illæ ædes erāt relictæ, auctoritatem Epicurei, quem imitatur, obtestationem. i. maximam precationem cum fidei attestatione, Phędri. s. philosophi, & cōis amici, sedem. i. longam, & firmā habitationem domicilium. i. propriam habitationem, uestigia. i. imitationes summorum hominum, aut qui in ijsdem ædibus habitarūt, aut quid

simile

simile factitatur, dicit, inq̃, hæc omnia esse tuenda .i. protegenda sibi. Licet.i.licitum est sup. ut derideamus totam uitam hominis & rationem, quam sequitur, si uolumus reprehendere hanc contentionem.i.petitionem eius. Sed mehercule quando .i. quandoquidem, seu quoniam nos sumus ualde inimici.i.aliquãtulum fa ueamus illi, uidelicet Patroni, & ceteris, quos illa.s. quæ ille sibi tuenda dicit, delectant, nescio an ignoscendum sit huic.s. Patroni, si laborat tantopere.s.tueri dicta. In quo.s.studio, etiam si peccat.s.per cupiditatem, tũ peccat potius ineptijs. quia est hõ minus culto ingenio, quàm improbitate.i.malitia. Sed sup. dicã, dicendum est.n. aliquando.i.tandem finiendum est, ego amo Pomponium Atticum sicut alterum fratrem: nihil est illo mihi nec charius, nec iucundius. Is.s. Pomponius, non q̃ sit ex istis.s. Epicureis porcis.est n. politissimus omni doctrina liberali, sed sup. q̃ ualde diligit Patronem, & amauit Phædrum, qui pro eo rogauit ualde, existens sup. aut cum sit homo minime ambitiosus, & minime molestus in rogando contendit.i. instanter petit hoc à me sic, ut nihil.s.contenderit vnq̃ magis.i.instantius, nec dubitat quin ego possim consequi hoc à te nutu.s.solo, etiam si esses ędificaturus. Nũc uero si audierit te deposuisse ædificationem, neq; tñ me impetrasse à te.s. quod Patro petit, ipse non putabit illiberalem in me, sed negligẽtem in se. Quamobrem peto à te, ut scribas ad tuos, decretũ illud Areopagitatum.i. iudicum Athenien. in uico Martis, qui Areopagus dr̃ quem ὑπομνηματισμὸν.i.decretum illi.s. Ath. uocãt, posse tolli.i.amoueri, & abrogari tua uolũtate.i.te uolente. Decretum autem uidet fuisse, ut in fundo suo sine respectu uicini ad placitum ędificet. Sed redeo ad prima.i.ad illa, quę in principio huius epistolæ scripsi. Ego uelim prius.i.potius, ut persuadeas tibi, ut facias hoc mea causa libẽter, quàm ut facias: hoc est uelim quidẽ te facere, sed potius ut libẽter facias, quàm ut facias, etiam si non libenter. habeto tamen sic, si feceris, quod rogo, fore.i.futurum gratissimum mihi.

† alias, cæcum

† alias, confeci

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Petit à Mẽmio, ut Auiano habitãdi facultatẽ in sacrario permittat.

M. CICERO C. MEMMIO S. D. 2

CAio Auiano Euandro, qui habitat in tuo sacrario, et ipso multũ utor, & patrono eius M. Aemilio familiarissime. peto igitur à te maiorem in modum, quod sine tua molestia fiat, ut ei de habitatione accomodes: nam, propter opera instituta multa multorũ, subitũ est ei remigrare Kal. Quinct. impedior uerecundia, ne te pluribus uerbis rogem. neq; tamen dubito, quin, si tua nihil, aut non multum intersit, eo sis animo, quo ego essem, si quod tu me rogares. mihi certe gratissimum feceris. Vale.

HVB. CAIO Auiano] Cõmendat Cic. Memmio. C. Auian. quendam statuarium, ut ei cõcedat Memmius habitationem, quod dicit se non dubitare obtenturum quia id multum, aut nihil intersit ipsius Memmi. [Sacrario].i. templo, loco ubi sacra reponuntur. [Tum] Per te ędificato. [Accommodes] Commodum facias. [Instituta] Incerta, uel proposita ad faciendum. [Subitum est ei remig.] .i.contingit, uel licet ei subito redire.

Sacrarium

ASC. *CAIO &c.*) Commendat Memmio C. Auianum statuarium quendam, ut ei concedat Memmius habitationem, quod cũ citra iacturam Memmii fiat, facile impetraturũ confidit. Ordo est: Ego utor multum & ipso C. Auiano Euandro, qui habitat in sacrario tuo.i.loco, ubi conseruantur sacra per te, ædificata, & utor familiassime patrono eius M. Aemilio in Peto igitur à te maiorẽ modum.i.obnoxius, ut ei accõmodes de habitatione, qđ fiat sine molestia tua. Nam subitum.i. festinum, ut propinquum aut necessariũ est ei remigrare.i.redire in pristinã habitationẽ, pp multa opera multorũ, instituta.i.incepta, ab eo. Ego impedior uerecundia, ne rogem te pluribus uerbis. Neq; tamen dubito, quin si nihil, aut nõ multũ intersit tua.i.si parũ aut nihil detrimenti ex ea re habiturus sis, sis eo aĩo, quo ego oĩno essem si tu rogares me, quid.i. aliquid certe tu feceris.s. hoc faciẽdo gratissimum mihi.

PAVL. MAN. *CONIECI*] In omnibus antiquis libris, confeci. nos, una littera immutata, cõieci. [Subitum est ei remigrate Kal. Quinct. Kalendæ, inquit, Quinctiles, quo die domo tua, in quam uenerat exeundum est, nimis subitæ sunt, & propius adsunt. quam ut ipse possit, operibus, quę instituit, perfectis, suo commodo discedere. Sciendum autem est, annuas domorum locationes Kalend. Quinct. apud ueteres fieri solitas, itaque epist. 3. lib. 2. ad Q. fratrem, Domus, inquit, tibi ad locum Pisonis Liciniana conducta est: sed, ut spero, paucis mensibus post Kal. Quinct. in tuam commigrabis. Post. Kalen. Quinct. dixit, i. finito locationis tempore, demigrantibus iis, quibus eam locaueris. Suetonius autem in Tiberio. Senatori, inquit, latum clauum ademit, quem cognouisset sub Kal. Iulij demigrasse in hortos, quo uilius post eam diem ędes in urbes conduceret. Quod igitur Euandro, quem statuariũ fuisse conijcimus, subitum erit .i. propter breuitatem temporis incommodum, nimisque repentinum, remigrare. Kalẽ. Quinct. ad quam diem opera, quæ multa multis instituisset, absolui non posse intelligebat, quę moueri loco, & aliò transferri, cum perfecta non essent, commode nõ poterant, petit à Memmio Tullius, ut ei de habitatione accommodet, ne cogat Kal. Quinct. ut moris erat, remigrare, quod sine damno facere non posse uidebatur, sed, ut dicam, quod sentio, legendum uidetur, demigrare. in antiquo lib. Vbaldini scriptum est, eius remigrare.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Rogat, ut Fusium pro pollicitis liberalius tractet.

M. CICERO C. MEMMIO S. 3

AVlum Fusium unũ ex meis intimis, obseruantissimũ, studiosissimumq; nostri, eruditum hominem, & summa humanitate, tuaq; amicitia dignissimũ, uelim ita tractes, ut mihi coram recepisti. tam mihi gratum id erit, quàm quòd gratissimum. ipsum præterea summo officio, et summe obseruãtia tibi in perpetuum deuinxeris. Vale.

HVB. AVlum Fusium) Commendat Cic. Memmio per literas. A. Fusium, quem etiam coram commendauerat, ut cum ita tractet, sicut coram promisit, fore enim sibi gratissimum, & obligaturum sibi hominem perpetuo. [Recepisti) Promisisti.

ASC. *AVLVM &c.*] Commendat A. Fusium per literas, quem etiam commendauerat, ut cum ita tractet, ut promisit, dicens. Ego uelim tractes A. Fusium unum ex intimis meis.i.amicis, obseruantissimũ.i.maximũ cultorem, & studiosissimũ nostri, hominẽ eruditum, & dignissimum summa humanitate, & amicitia tua, tractes dico ita, ut recepisti.i.promisisti mihi coram.i. in p̃sentia te cum agenti: Id erit mihi tam gratum, q̃ quod supple erit, aut est id, quod est mihi gratissimum, præterea tu deuinxeris.i. obligaueris ipsum in p̃petuũ, tibi summo officio, & summa obseruãtia.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Municipium Volaterranorum, hominum optimorum causam, negociaq; Valerio commendat.

M. CIC. Q. VALERIO† Q. F. ORCAE, LEGATO, PROPRAET. S. D. 4

† Q. F. orce, habet lib. Pauli Boti

CVm municipibus Volaterranis mihi summa nessitudo est, magno enim meo beneficio affecti, cumulatissime mihi gratiam retulerunt. nam nec in honoribus meis, nec in laboribus unquam defuerunt. cum quib. si mihi nulla causa intercederet, tamen, q̃ te uehemẽtissime diligo. quodq; me à te plurimi fieri sentio, & monerem te, & hortarer, ut eorum fortunis consuleres, præsertim cum prope præcipuam causam haberent ad ius obtinendum: primum, quòd Syllani temporis acerbitatem deorum immortalium benignitate subterfugerũt. deinde, quòd summo studio P. R. à me in consulatu meo defensi sunt. cum enim tribuni Pl. legem iniquissimã de eorum agris promulgassent, facile senatui, populoq; R. persuasi, ut eos ciues, quibus fortuna pepercisset, saluos esse uellent. hanc actionem meam C. Cæsar primo suo consulatu in lege agraria comprobauit, agrumq; Volaterranum, & oppidum omni periculo in perpetuũ liberauit, ut mihi dubiũ non sit, qui is, quin nouas necessitudines adiungat, uetera sua beneficia conseruari uelit. quamobrem est tuæ prudentiæ, aut sequi eius auctoritatem, cuius sectam, atq; imperium summa cum tua dignitate secutus es; aut certe illi integram omnem causam reseruare. illud uero dubitare non debes, quin tam graue, tam firmum, tam honestum municipium tibi tuo summo beneficio in perpetuũ obligari uelis. Sed hæc, quæ scripta sunt supra, eo spectant, ut te horter, et suadeam; reliqua sunt quæ pertinent ad rogandũ, ut nõ solũ tua causa tibi consilium me dare putes, sed et, quod

mihi opus sit, me à te petere, & rogare. Gratissimum igitur mihi feceris, si Volaterranos oībus rebus integros, incolumesq; esse uolueris. eorum ego domicilia, sedes, rem, fortunas, quæ et a dijs immortalibus, & à præstantissimis in nostra rep. ciuibus summo senatus, populiq; Ro. studio conseruatæ sunt, tuæ fidei, iustitiæ, bonitatiq; commendo. si pro meis pristinis opibus facultatem mihi res hoc tempore daret, ut ita defendere possem Volaterranos, quemadmodum consueui tueri meos: nullum officium, nullum denique certamen, in quo illis prodesse possem, prætermitterem, sed quando apud te nihilominus hoc tempore ualere me confido, quā ualuerim semper apud omnes, pro nostra summa necessitudine, pariq; inter nos, & mutua beneuolentia abs te peto, ut ita de Volaterranis mereare, ut existiment eum quasi diuino consilio isti negocio præpositum esse, apud quem unum nos eorum perpetui defensoris plurimum ualere possemus. Vale.

† alias, quædā.

C*Vm municipibus*] Cum Volaterrani uexarentur de reb. suis publicis, Cic. hac epistola eos ita diligenter commendat Quint. Valerio proprætori, ut diligentius cōmendare non possit: ōndit. n. eos gratos, & uiris bonis, & maximis acceptissimos, quos omnino debeat sibi Valet suo beneficio obligare. [Volaterranis) Volaterrę oppidi, quod est Ethruscorum in collis planicie situm, ad quod stadiorum xv. ascensus est. [Retulerunt) Reddiderunt. [Consuleres) Prouideres causa honoris tui [Præcipuā) Singularem. [Subterfugerunt) Euitauerunt. [Temporis Syllani acerbitatem) Quia ex proscriptis a Sylla plerique illic confidentes, per obsidionem pressi, tandem per inducias discedentes locum illum reliquerunt, auctor Strab [De eorum agris) diuidendis nostris militib. [Promulgassent) pronunciassent, pepercissent, quia non potuerant capi. [Liberauit) Quia uoluit esse immunem [Is) Cęs. [Conseruati) nunc per nos, ut adiuuemus ipsos Volaterranos [Eius) Cæsa. [Sequi auctoritatem). i. facere qđ ipse fecit, cum semper secutus sis eum in ceteris rebus. [Sectam) Factionem, partes. tractum à philosophis, qui sectas habēt. [Illi integram). Vt nihil eis innouetur, donec Cæs. cognouerit eorum cām. [Municipium) Oppidum. [Sed hęc) Auget Cic. commendationē post exhortationes subiungendo preces. [Certamen] Cōtra eos, qui illos oppugnarent. [Quando] Quoniam. [De Volaterranis mereare,) Id est ita Volaterranis beneficium præstes. [Eum,) Scilicet te. [Apud quem unum,) Scilicet te.

ASC. *Cum municipibus, &c,*] Cum Volaterrani uexarentur de rebus suis publicis, Cic. hac epist. eos diligenter Cōmendat Q Valerio proprætori, ut diligentius commendare non possit. Ostendit. n. eos gratos, & uiris optimis acceptissimos, quos omnino debeat Valerius suo sibi beneficio deuincire. Ordo est: Summa necessitudo est mihi cum municipibus Volaterranis, s. incolis, Volaterrarum, oppidi Ethruriæ, ipsi. n. affecti magno beneficio meo, retulerūt cumulatissime mihi gratiam. nam nec defuerunt unq̄ in honoribus meis. s. augendis, & in laboribus. s. ferendis, cū quibus si. i. tametsi nulla causa intercederet. i. media esset ad conciliationem amoris, tamen ꝙ. i. quia ego diligo te uehementissime. & ꝙ sentio me fieri. i. æstimari, plurimi à te, & monerem & hortarer te, ut consuleres. i. consilio, & ope prodesses fortunis eorum, præsertim cum haberent causam prope. i. quasi præcipuam i. potissimam ad obtinendum ius. Primum, ꝙ subterfugerunt acerbitatem temporis Syllani. i. quo Sylla tyrannidem exercuit benignitate deorum immortalium, quia cum illic proscriptos obsideret, & illi factis indicijs abirent, nihil nocuitur tibi, quod deorū benignitati ascribit, ut quibus dij fauerint, turpe sit hominē non fauere. Deinde ꝙ defensi sunt à me in consulatu. s. meo, summo studio. i. fauore P. R cum trib. pl. promulgassent legem iniquissimam, de agris eorum. s. alijs dispartiendis, persuasi facile senatui populoq; Rom. ut uellent eos ciues esse saluos, quib. fortuna, prius tamen deos dixit eos seruasse, pepercisset C. Cæs. comprobauit hanc actionem meam primam consulatu suo in lege agr. i. cum ferret legem agr. & liberauit agrum, & oppidum Volaterranum omni periculo in perpetuum, ut non sit dubium mihi, quin is, qui adiungat nouas necessitudines, uelit uetera beneficia sua conseruari. Quamobrem est prudentiæ tuæ. i. ad prudentiam tuam refert, aut sequi auctoritatem eius. s. Cæsa. cuius sectam i. partialitatem, atque imperium tu secutus es cum summa dignitate tua, aut certe reseruare illi omnem, i. totam causā integram, i. ꝙ de ea nihil adhuc sit per te actū. Vero, i. sed, tu non debes dubitare illud, quin uelis. i. debeas uelle obligare tibi in perpetuum summo beneficio tuo, illud municipium. i. oppidū munerum Romanorum capax, tam graue. i. constans, tam firmū & tam honestum. Sed hæc quæ scripta sunt, supra. i. in priori parte huius epistolæ spectant. i. tendunt eo, ut horter te, & suadeam s. tibi. Reliqua. i. quę deinceps dicam, sunt quæ pertinent ad rogandum, ut putes me dare consilium, non solum causa. i. pro utilitate tua, sed me petere & rogare à te quod opus sit mihi. Tu igitur feceris mihi gratissimum, si uolueris Volaterranos esse integros. i. indemnes, & incolumes sup. in omnibus rebus. Ego commendo tuæ fidei, iustitiæ, & bonitati, & domicilia, sedes. i. māsiones, præturas, aut sepulchra ut Aenei. 6. Sedibus hunc refer ante suis. rem. i. quas habent fortunas, quæ conseruatæ sunt à dijs immortalib. & à præstantissimis ciuibus in nostra. i. Romana repu. uidelicet à Cæs. & ipso Cic. summo studio. i. fauore S. P. Q. R. Si res. i. copia rerum daret mihi facultatē hoc tpe pro pristinis opibus meis. i. iuxta pristinas opes meas, ut possem defendere Volaterranos, ita queādmodum consueui tueri meos. s. clientes. ego nullum officiū, denique. i. vt uno uerbo dicam, nullum certamē prætermitterē, in quo possem prodesse illis. Sed qñ. i. quādoquidē ego cōfido me nihilo. i. in nullo minus ualere apud te hoc tēpore, quā ualuerim semper apud oēs. ego peto abs te, pro necessitudine. i. necessaria coniunctione in amore & amicitia, summa & pari. i. ęquali inter nos & mutua beneuolentia ut mereare de Volaterranis, ita ut existimēt eum. s. te, præpositū esse. à me isti negotio. s. de eorū conseruatione, quasi diuino cōsilio, apud quē unum, nos perpetui defensores eorū, possemus ualere plurimū.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Docet bonis rationibus, Curtij agrum non diuidundum: & ut illi in ea re prosit, orat.

M. CIC. Q. VALERIO, Q. F. ORCAE, LEGATO, PROPRAET. S. P. D. 5

N*ON moleste fero, eam necessitudinē, quæ mihi tecum est, notam esse q̄ plurimis. neq; tamē ob eam causam, quod tu optime existimare potes. te impedio, quo minus susceptum negocium pro tua fide, & diligētia ex uoluntate Cæsaris, qui tibi rem magnā difficileq; cōmisit, gerere possis. nā cū multi à me petant multa, ꝙ de tua erga me uoluntate nō dubitent, non cōmitto, ut ambitione mea conturbem officiū tuū. C. Curtio ab ineunte ætate familiarissime sum usus. eius & Syllani temporis iniustissima calamitate dolui: & cum ijs, qui similem iniuriam acceperant, amissis omnibus fortunis, reditus tamen in patriam uoluntate omnium concedi uideretur, adiutor incolumitatis fui. is habet in Volaterrano possessionē, cum in eam tanquā è naufragio reliquias cōtulisset. hoc aūt tempore eum Cæsar in senatum legit: quem ordinem ille, ista possessione amissa, tueri uix potest. Grauissimum aūt est, cum superior factus sit ordine, inferiorem esse fortuna, minimeq; conuenit, ex eo agro, qui Cæsaris iussu diuidatur, eū moueri, q̄ Cæsaris beneficio senator sit. Sed mihi minus libet multa de æquitate rei scribere, ne causa potius apud te ualuisse uidear, q̄ gratia. Quamobrem te maiorem in modum rogo, ut C. Curtij rem, meam putes esse, quidquid mea causa faceres, ut id, C. Curtij causa cum † feceris, meū existimes. quod ille per me habuerit, id me habere abs † te putato. hoc te uehementer etiam atque etiam rogo. Vale.*

† alias, feceris existim. † alias, te. hoc. HVB.

N*On*] Præfecerat Cæs. Valeriū diuidūdis Agris Volaterranorū. itaq; cū in ea regione hr̄et agrū C. Curtius, qui tpibus Syllanis proscriptus fuerat. & postea restitutus in patriā à Cæsa. in senatū fuerat electus. Cic. hac epist. nititur persuadere honestissimis rationib. Valerio agrū Curtij non esse dandum alijs, quia licet illa diuisio agrorum fiat iussu Cæs. nō tñ deceat eū moueri ex agro suo eius iussu, cuius beneficio sit factus senator, id. n, nō esse uerisimile placere Cæsa. sed qm negociū diuidendi agros à Cęs. ei mādatū fuerat, Cic. in princ. epist. ostēdit se nihil esse petiturū cōtra honestatē, aut fidē ipsius Valerij, ut ex rōnib. in epistola positis probat. [Ob eā cām] ꝙ nr̄a amicitia sit nota multis. [Pro tua fide) Fideliter, ut dēs. [Rē magnā) diuisionē agrorum. [Ambitione) volēs ōndere me plurimū posse apud te. [Iniustis-

ſima calamitate) quia ꝓſcriptus fuit.[Incolumitatis) Reſtitutionis.[Volaterrano).ſ.in agro.[Reliquias]Quidquid potuit ex bello ſyllano eripere & ſeruare [Tanquam è naufragio) tranſlatio.[Ordinem) ſenatorium [Tueri] Suſtentare, quia non põt uiuere, ut ſenator.[Grauiſſimum) Peſſimum.[Superiore ordine).i.auctus dignitate.[Inferiorem fortuna) Pauperiorem, quia aucta dignitate debent etiam augeri fortunæ, ut poſſit honeſte ſeruari ipſa dignitas.[Minime conuenit) Non decet, nec honeſtum eſt.[Moueri) Remoueri.[De æq. rei).i.de iuſtitia, quæ vt nõ moueatur ex agro ſuo.[Ne cauſa].i.ne uidear obtinuiſſe à te hanc rem potius, quia non potueris aliter facere iuſtitia, ita, uolente, quàm quod uolueris mihi morem gerere.[Cauſa]Iuſtitiæ cauſæ.[Gratia]Vt mihi gratificatis.[Per me].i.opera mea.

NON *moleſte &c*] Præfecerat Cæſa. Valerium diuidundis agris Volaterranorum. Itaq; cum in ea regione C. Curtius hẽret agrum nititur Cic. perſuadere, honeſtiſſimis rõnibus eidem Valerio agrum illum Curtii non eſſe dãdũ aliis, quod in principio proteſtatur ęquum & honeſtum. Ordo eſt: Ego non fero moleſte eam neceſſitudinem, quæ mihi tecum eſt, notã eſſe q̃ plurimis, neq; tñ impedio te ob eã cauſam.i.ꝑp neceſſitudinem noſtrã, qd tu potes exiſtimare.i.iudicare optime, quia optime ſcis, quò minus poſſis gerere negocium ſuſceptum, tua fide, & diligentia, ex uoluntate Cæ. qui commiſit tibi rem magnam, & difficilem. Nã cum multi petant a me multa, ꝙ .i.quia nõ dubitent de uoluntate i.beneuolentia tua erga me, non cõmitto.i.non patior, ut conturbem ambitionẽ.i. importuna petitione mea officium tuum. Ego ſum uſus familiariſſime ab ineunte ętate C. Curtio. Ego & i. ſimul dolui iniuſtiſſima calamitate eius ſ. Curtii temporis Syllani.i. quæ erat tpe Syllano, & fui adiutor incolumitatis i. ſalutis eius cum .i. qñ reditus in patriam uideretur concedi uoluntate omnium iis, qui acceperant ſimilem iniuriam, omnib fortunis amiſſis.i.licet omnes fortunas amiſerunt, tñ reditus, &c.]Alter illud tñ redundat. Is ſ. Curtius, hẽt poſſeſſionem in Volaterrano.ſ. agro, cũ contuliſſet in eam.ſ.poſſeſſionem reliquias.ſ.rerũ ſuarũ tanq̃ è naufragio ſ.receptas. Ant.i.ſed, Cęſ elegit eum hoc tpe in ſenatum, quem ordinem.i.ut dñc ſtatũ, ille uix põt tueri.i. ſeruare in uictu, & ueſtitu iſta poſſeſſione amiſſa.i. ſi eã amiſerit. Aũt i.ſed, grauiſſimũ i.moleſtiſſimũ eſt.ſ.Curtio, cum factus ſit ſuperior.i.altior ordine.i.ſtatu eſſe inferiorem .i. minorem fortuna.i. rerum poſſeſſione, & minime conuenit eũ, qui factus ſit ſenator beneficio Cęſ.moueri.i.belli ex eo agro i.eius agri, poſſeſſione, q diuidat.ſ militib. iuſſu. Cæſ. Sed licet mihi ſcribere minus multa de ęquitate rei.ſ.quam poſtulo, ne uidear ualuiſſe potius apud te cã.i.ꝑp æquitatem cauſæ, q̃ gratia. Quamobrem ego rogo te in maiorem modum.i.egregie, ut putes rem.i.negocium, aut poſſeſſionem Caij Curtij eſſe meã, ut quidquid tu faceres cauſa mea.i. ſi res mea eſſet, cũ feceris id cã Caij Curtij, exiſtimes meũ ſup.eſſe & putato me habere abs te, quod ille ꝑhabuerit per me.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Cuſpium amabat Valerius, quare Iulij Cuſpij amicum tanquam ipſum Cuſpiũ Valerio cõmendat. P. Cornelius &c Vt ſupra Iuliũ Cuſpianum, ita Cornelium itidem Cuſpianũ hac epiſtola Valerio cõmendat.

M. CICERO Q. VALERIO

Q. F. ORCAE S. 6

SI uales bene eſt: ego quidem ualeo. Credo te memoria tuere me & corã P. Cuſpio tecũ locutum eſſe, cum te proſequerer paludatum, et idem poſtea plurimis uerbis tem egiſſe, ut quoſ unque tibi eius neceſſarios, commendarem, haberes eos in numero meorum neceſſariorum. id tu pro tua ſumma erga me beneuolentia, perpetuaq; obſeruantia mihi liberaliſſime atque humaniſſime recepiſti. Cuſpius, homo in omnes ſuos officioſiſſimus, mirifice quoſdã homines ex iſta prouincia tuetur, & diligit: propterea, quod fuit in Africa bis, cũ maximis ſocietatis negocijs præeſſet. itaq; hoc eius officium, quod adhibet erga illos, ego mea facultate & gratia ſoleo, quantum poſſum, adiuuare. quare Cuſpianorũ omnium cõmẽdationis cauſam hac tibi epiſtola exponendã putaui. reliquis epiſt. tantum faciã, ut notam apponam eã, quæ mihi tecum conuenit, & ſimul ſignificem de numero eſſe Cuſpij amicorum. ſed hanc cõmendationẽ, quã his literis cõſignare uolui, ſcito eſſe omnium grauiſſimum: nam P. Cuſpius ſingulari ſtudio cõtendit à me, ut tibi quã diligentiſſime L. Iuliũ commẽdarẽ. eius ego ſtudio uix uideor mihi ſatisfacere poſſe, ſi utar uerbis ijs, quibus, cũ diligentiſſime quid agimus, uti ſolemus. noua quadam poſtulat, & putat me eius generis artificium quoddam tenere. ei ego pollicitus ſum me, ex intima noſtra arte depromptururũ mirificum genus commendationis. id quando aſſequi non poſſum, tu re uelim efficias, ut ille genere mearum literarũ incredibili † quodam perfectũ arbitretur. id facies, ſi omne genus liberalitatis, quod et ab humanitate, et potaſtate tua ꝓficiſci porit, nõ modo re, ſed etiam uerbis, uultu deniq; expreſſeris. quæ quantum in prouincia ualeant, uellẽ expertus eſſet. Sed tamẽ ſuſpicor ipſum hominem, quẽ tibi commẽdo perdignũ eſſe tua amicitia: non ſolum, quia mihi Cuſpius dicit, credo: tametſi id ſatis eſſe debebat; ſed quia noui eius iudicium in hominibus, et amicis deligendis. Harum literarum uis quanta fuerit prope diem iudicabo, tibique, ut confido, gratias agam. Ego, quæ te uelle, quæq; ad te pertinere arbitrabor, omnia ſtudioſe, diligenterque curabo. Cura, ut ualeas.

† alias, quiddã.

P. Cornelius, qui tibi has literas reddidit, eſt mihi à P. Cuſpio cõmendatus. cuius cauſa quantopere cuperem, deberemq; profecto ex me facile cognouiſti. uehementer te rogo, ut cures, ut ex hac commendatione mihi Cuſpius, quàm maximas, quam primum, quàm ſæpiſſime gratias agat.

HVB. CRedo] Miro quodam artificio utitur Ci. in commendatione L. Iulij pro Cuſpio amico ſuo ita, ut uerbis ſuis quodammodo cogat Valeriũ præſtare quod petit. Poſtremo commendat ẽt nomine Cuſpij P. Corne. harum literarũ latorẽ.[Recepiſti]Promiſiſti.[Ex prouincia iſta]Ex Africa, ubi nunc es proprætor.[Illos]Homines iſtius prouinciæ.[Cuſpianorum]Amicorũ Cuſpij.[Notam]Signum aliquod tantummodo.[Eam].ſ.notã.[Quę conuenit mihi tecum]Quam habemus inter nos ex conuentione, ut ſolet fieri de zifris.[Depromptурum]Emiſſurum.[Quiddã]Aliquid.[Poteſtate]Quæ eſt tibi promiſſa à Cæſ.[Expreſſeris]Declaraueris.[Quæ]uerba. vultus pro amicis.[Suſpicor] Puto uel ſpero, utrunque.n.ſignificat [Hominem]L. Iulium.[Mihi dicit].ſ.illum Iuliũ eſſe dignum, tua amicitia [Satis) Habere teſtimoniũ Cuſpij.[Quanta fuerit uis)Quantũ ualuerit.[P. Corn. Subiungit ẽt commendationem pro latore harum literarum.[Cuius cã] ſ. Cuſpij.[Cognouiſti me]Supra in epiſtola.[Quam ſæpiſſime]Propter multos eius amicos a te mea commendatione adiutos.

ASC. CRVDO *te &c* Miro quodam artificio utitur Cic. in cõmendatione L. Iulij pro P. Cuſpio amico ſuo, ita ut uerbis ſuis quodammodo cogat Valeriũ præſtare quod petit. Poſtremo cõmendat ẽt nomine Cuſpij Cornelium harum tabellarium, ſed diuerſa putatur epiſtola. Ordo eſt: Credo te tenere memoria, i.non oblitum me.i.ſimul locutum eſſe tecum coram P. Cuſpio, cum proſequerer te paludatum.i ornatum paludamento, ideſt, ueſte imperiali proficiſcẽtem in bellum comitarer, i.ſimul egiſſe poſtea tecum plurib. uerbis, ut quoſcunq; neceſſarios eius .i P. Cuſpij, commendarem tibi, ut haberes eos in numero neceſſariorũ meorum, tu recepiſti.i promiſiſti id pro ſumma beneuolentia tua erga me, & perpetua obſeruantia. Cuſpius homo officioſiſſimus in omnes ſuos tuetur, & diligit mirifice quoſdam homines ex iſta .ſ.tua Africana prouincia, propterea ꝙ fuit bis in Africa, cũ præeſſet maximis negocijs ſocietatis ſ.negociatorum. Itaq; ego ſoleo adiuuare quantum poſſum, mea facultate, & gratia hoc officium eius, quod adhibetur erga illos ſ. homines iſtius ꝓuinciæ. Quare ego putaui cauſam commendationis omnium Cuſpianorum, ideſt, neceſſariorum Cuſpij eſſe exponendam.i. declarandã tibi hac epiſtola Ego faciam, ut ante ponam.i.ego apponam reliquis epiſtolis tantum, eam notam.i.id ſignum, quæ conuenit mihi tecum.i.quam ex conuentione duximus apponẽdam, & ſignificem ſimul eſſe de numero amicorum Cuſpij Sed ſcito hanc cõmendationem, quam uolui conſignare his literis, ut opinor, quędam notæ literarum erant appoſitæ, quas cum uideret Val. ſciret intimam eſſe commendationem, eſſe gratiſſimam omnium. Nã P. Cuſpius contendit à me ſingulari ſtudio, ut commendarem tibi, quam diligentiſſime Luc. Iulium. Ergo ego uix uideor mihi poſſe ſatisfacere ſtudio.i.fauori eius.ſ.Cuſpij in Iulium, ſi utar iis uerbis, quibus ſolemus, cum agimus quid diligentiſſime, ipſe poſtulat quædã noua.ſ.uerba, & putat me tenere.i.callere, quoddam artificium eius generis.ſ.nouorum uerborum. Ego pollicitus ſum ei, me depromptурum i. hauſturum, mirificum genus cõmendationis, ex intima arte noſtra. Quãdo.i.qm̃, ego nõ poſſum

aſſe

asſequi.i.attingere, id .ſ. commendationis genus uelim tute.i. ut tu ipſe efficias, ut ille arbitretur quiddam.i.quid certi, perfectum incredibile genere literarum mearum. Certe negando ſe poſſe aſſequi, id mirifice aſſequitur. Tu facies id, ſi expreſſeris.i.ſignificaueris omne genus liberalitatis, quod poterit proficiſci ab humanitate & poteſtate tua, non modo.i.non ſolum re.i. effectu ipſo, ſed etiam uerbis, & denique uultu. Quę.ſ.uerba, & uultus beneuoli, uelim expertus eſſes, quãtum ualeant in prouincia, q.d. profuturum amico, ſi experiri uoluerit. Sed tamen ſuſpicor ipſum hominem.ſ.Iulium, quem commendo tibi, eſſe perdignum amicicia tua, nõ ſolũ credo, qa Cuſpius dicit, tametſi id hẽbat eſſe ſatis, ſed qa noui iudiciũ eius.ſ. Cuſpij in hominib.& amicis diligẽdis.i.de multis legẽdis. Ego iudicabo propediẽ.i.ſtatim, ubi Iulius reſcripſerit, quãta fuerit uis.i.potẽtia harũ literarũ, & agã tibi gratias, ut cõfido.ſ.te promeriturũ. Ego curabo oĩa ſtudioſe, & diligẽter, ꝗ arbitrabor te uelle, & pertinere ad te. Cura, ut ualeas.

P.Cornelius, &c.] Hæc pars uŕ ſuperiori annectenda quia has dicit, ſeorſum tñ ſcripta. Ordo eſt: P.Cornelius, qui reddidit tibi has literas cõmendatus eſt mihi à P.Cuſpio, cuius.ſ.Cuſpij quantopere cuperem, & deberem cauſam, tu cognoſti profecto ex me .ſ. per literas ſuperiores. Ego rogo te uehementer ut cures, ut Cuſpius agat mihi quamprimum.i. ualde cito, quã ſæpiſſime .i. ualde frequenter, quam maximas.i. ualde magnas gratias.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Attellanorum cauſam petitionesq. Cluuio inſinuat, & ut immunitatem exactionis illis concedat, uehementer flagitat.

M. CICERO C. CLVVIO S.P.D. 7

CVM in Galliam proficiſcens, pro noſtra neceſſitudine, tuaq; ſumma in me obſeruantia ad me domum ueniſſes, locutus ſum tecum de agro uectigali municipij Atellani, qui eſſet in Gallia: quantoque opere eius municipij cauſa laborarem, tibi oſtendi, poſt tuam autem profectionem, cum & maxima res municipij honeſtiſſimi, mihiq; coniunctiſſimi, & ſummum meum officium ageretur: pro tuo animo in me ſingulari exiſtimaui me oportere ad te accuratius ſcribere, & ſi non ſum neſcius, & quæ temporum ratio, & quæ tua poteſtas ſit, tibique negocium datum eſſe à C.Cæſare, non iudiciũ, preclare intelligo. quare à te tantum peto, quantum & te facere poſſe, & libenter mea cauſa facturum eſſe arbitror. Et primum uelim exiſtimes, quod res eſt; municipij fortunas omnes in iſto uectigali conſiſtere; his autem temporibus hoc municipium, maximis oneribus preſſum, ſummis affectum eſt difficultatibus. hoc etſi commune uidetur eſſe cum multis, tamen mihi crede ſingulares huic municipio calamitates accidiſſe. quas iccirco non commemoro, ne de miſerijs meorum neceſſariorum conquerens, homines quos nolo, uidear offendere. itaq; niſi magnam ſpem haberẽ C.Cæſari nos cauſam municipij probaturos, non erat cauſa, cur à te hoc tẽpore aliquid contenderem. ſed quia confido, mihiq; perſuaſi, illum & dignitatis municipij, & æquitatis, & uoluntatis etiã erga ſe habiturum eſſe rationem, ideo à te non dubitaui contendere, ut hanc cauſam illi integrã conſeruares, quod etſi nihilominus à te peterem, ſi nihil audiuiſſem te tale feciſſe, tamen maiorem ſpem impetrandi nactus ſum, poſteaquàm mihi dictum eſt hoc idẽ à te Rhegienſes impetrauiſſe. qui etſi te aliqua neceſſitudine attingunt, tamen tuus amor in me ſperare me cogit, te, quod tuis neceſſarijs tribueris, idẽ eſſe tributurum meis, præſertim cum ego pro his unis petã, habeam autẽ, qui ſimili cauſa laborent, complures neceſſarios. Hoc me nõ ſine cauſa facere, neq; aliqua leui ambitione commotum à te contendere, etſi te exiſtimare arbitror; tamen mihi affirmãti credas uelim, me huic municipio debere plurimũ, nullum unꝗ fuiſſe tempus neq; honorũ, neq; laborũ meorũ, in quo nõ huius municipij ſtudiũ in me extiterit ſingulare. Qua ꝓp̃ à te etiam pro noſtra ſumma coniunctione, proq; tua in me perpetua, et maxima beneuolẽtia, maiorem in modũ peto, atq; contendo, ut, cũ fortunas agi eius municipij intelligas, quod ſit mihi neceſſitudine, officijs, beneuolentia coniunctiſſimum, id mihi des: quod erit huiuſmodi, ut, ſi à Cæſare, quod ſperamus, impetrauerimus, tuo beneficio nos id conſecutos eſſe iudicemus, ſin minus pro eo tamẽ id habeamus, quãdo à te data ſit opera, ut impetraremus hoc cum mihi gratiſſimũ feceris, tum uiros optimos, homines honeſtiſſimos, eoſdemq; gratiſſimos, et tua neceſſitudine digniſſ. ſummo beneficio in perpetuum tibi, tuiſq; deuinxerit. Vale.

HVB. CVm] Ager Attellanus uectigalis erat, cumq; exigẽdis uectigalibus ex omnibus municipijs, quæ in Gallia Ciſalpina erant, Cluuius præpoſitus fuiſſet à Cæſ.& Attellani ualde eſſent oppreſſi anguſtijs rei pecuniariæ, cũ eſſent magna neceſſitudine Cic coniuncti, eos Cic.diligentiſſime commendat Cluuio, ut licet à Cæſ.ſibi ſit præſcriptum, quid ſit agendum, tamen reſeruet rem Atellanorũ integrã, ne, exigat ab eis uectigalia, donec à Cæ. ei mãdatũ fuerit, ſperare.n. ſe impetraturũ à Cæſ. ut eis cõdonet ea uectigalia, quod ſi impetrarit, dicit maximas gratias habiturũ ipſi Cluuio, exiſtimaturumq; ſe eius beneficio id impetraſſe, ſi Atellanorum rem integram reſeruauerit, quod eum facere debere probat, quid idem Regienſibus feciſſe dicitur. [In Galliam] Ciſalpinam. [Vectigali) Tributario reddenti uectigalia. [Atellani] Atella urbs eſt Campaniæ mediterranea, ut ſcribit Ptolemæus. [Profectionem) Diſceſſum. [Res] Vtilitas. [Accuratius) Diligentius, ꝗ locutus eſſem coram. [Negocium) Exigendi uectigalia. [Non iudicium) Diſcernendi, utrum debeat ſoluere, an non. [Facere poſſe) Sine offenſione Cæſ. [Difficultatibus) Anguſtijs rei pecuniariæ. [Singulares) Præcipuas, maiorem, ꝗ alijs. [Hoĩes, quos nolo) qui ſunt cauſa talium miſeriarum. ſignificat aũt præcipue Cæſ. [Probaturos) Demonſtraturos, honeſtam, & iuſtam. [Non erat cã) Quia fruſtra à te peterẽ, ſi ille nõ eſſet perſuaſus, eos hr̃e iuſtã cauſam. [Integram) Nouam, ut de ea nihil facias. [Rhegienſes[Municipes Rhegij ciuitatis. [Meis] Attellanis. [Pro his ſolis. [Cõplures) Pro quibus poſſunt etiam petere, & tamen non peto, ut intelligas hos eſſe mihi multo coniunctiores. [Agi fortunas) .i.in eo cõſiſtere fortunas municipij. [Tuo ben.) Tua gratia [Sin minus) .i.ſi non impetrauerimus. [Tamẽ) habeamus. [id pro eo] .i.exiſtimemus id pro impetrata cauſa tua, quia dederis operam ut impetraremus. [Deuinxeris) Obligaueris.

ASC. *CVM in Galliam*] Ager Attellanus uectigalis erat. uectigalibus autem in omnibus in Gallia Ciſalpina Cluuius præpoſitus à Cæ. erat, unde cum Attellani ualde eſſent oppreſſi penuria pecuniæ, eos Cic. diligenter commendat dicto Cluuio. Ordo eſt: Cum tu ꝓficiſcẽs in Galliam ueniſſes ad me domum meam ꝓ neceſſitudine.i.neceſſaria, ſi officio fungi uolumus, in amicitia coniũctione noſtra, & ſumma obſeruantia tua in me, locutus ſum tecũ de agro uectigali municipii.i.oppidi municipalis. Atellani.i.debẽti vectigal Atellani, qui.ſ.ager eſſet in Gallia, & oſtendi tibi quantopere laborarẽ.i.ſolicitarer, & in labore eſſem cauſa eius municipii. Autẽ.i.ſed cum poſt tuam profectionẽ, &.i.ſimul res maxima municipii.ſ. Atellani honeſtiſſimi, & coniunctiſſimi mihi & ſummũ officium meũ ageretur.i.uerſaretẽ in ambiguo, exiſtimaui oportere me ſcribere ad te accuratius, i.multũ accurate, & diligenter ꝓ animo tuo ſingulari in me. Etſi.i.quanꝗ, non ſum neſcius.i.bene ſcio, & quæ ratio, & quæ poteſtas ſit tẽporũ, & intelligo ꝑclare negocium datum tibi à C.Cæſare, non iudicium.ſ.libere iudicandi poteſtatem. Quare ego peto à te tm̃, quantum arbitror te poſſe facere, & facturum eſſe libẽter cã mei. Et primum uelim ſupp. ut exiſtimes ſup. id qđ res eſt.i.ſicut eſt, oẽs fortunas .i.facultates municipii conſiſtere iſto uectigali. Aũt.i. ſed, exiſtimes, hoc municipium preſſum maximis oneribus, affectum eſſe maximis difficultatibus. Etſi.i.qꝗ hoc.ſ.affectũ ſic, eſſe uŕ cõe .ſ. Atellanis, cum multis.ſ.aliis ciuibus, tñ crede mihi ſingulares calamitates accidiſſe huic municipio, quas nõ cõmemoro icc irco, ne conquerens de miſeriis neceſſariorũ meorũ, uidear offendere hoĩes, quos nolo.ſ. offendere, hoc eſt Cęſarianos. Itaq; niſi hr̃em magnam ſpem, nos probaturos.i.ꝙ ſimus ꝓbaturi C.Cæ. cauſam municipij, ſup. iuſtam eſſe, non erat cauſa, cur contenderem.i.cũ contentione peterem aliquid à te, hoc tpe.ſ.turbulento. Sed quia confido, & perſuaſi mihi.i.induxi in aĩum, ut crederem, illum.ſ. Cæſ. habiturum eſſe rõnem.i.reſpectũ pium, & conſiderationẽ. Et.i.ſimul dignitatis municipij, quod olim floruit, & æquitatis.ſ. cauſæ, & et uoluntatis.i.beneuolentiæ ſtudij erga ſe, ideo nõ dubitaui contendere.i.animoſe petere à te, ut conſeruares hanc cauſam illi.ſ.Cæſ.integram.i.intactam iudicio tuo, ꝙ facilius datur uenia, ubi nihil actum eſt de cauſa, quàm reuocaretur, quod à iudice delegato durius iã iudicatũ eſt, qđ & ſi peterem à te, nihilominus ſi audiuiſſem te nihil tale feciſſe, tñ nactus maiorem ſpẽ impetrãdi poſteaꝗ dictum eſt mihi Rhegiẽſes impetrauiſſe à te

hoc idem.i.reseruationem cognitionis causæ ad Cæs.qui.s.Rhegienses,etsi.i.q̄q̄ attingunt te aliqua necessitudine,tn̄ amor tuus in me cogit,quod plus est,q̄ facit me sperare,te tributurum esse idem necessarijs meis,quod tribueris necessarijs tuis,præsertim cum ego petam pro his unis.i.solis Aūt.i.sed,cum supp. habeam complures.s.alios necessarios,qui laborarent.i. in periculo diuersarētur,simili causa.Ego etsi arbitror te existimare.i. iudicare me facere hæc nō sine causa,neque cōtendere.i. instanter petere à te cōmotam aliqua ambitione.i.cupiditate,gloriæ leui.i.modica, tamen uelim,sup. ut credas mihi affirmanti me debere plurimū huic municipio & suo,nullum tempus fuisse,unquam,neque honorum.i.cum adirem honores,aut cum accumularētur mihi honores,ut in consulatu,& reductione, neque laborum meorum.i. cū afficeret laboribus,ut exilii,& periculorum in bello ciuili, in quo.s.t pe studium huius municipii.s.Atellani, non extiterit.i.apparuerit singulare.i.egregium,quia singularia.i. unica ferè egregia sunt in.i.erga me.Qua pp ego peto atque contendo.i.instanter exigo à te maiorem in modum,etiam atque etiam.i. iterum , atq; iterum pro summa coniunctione nostra,& perpetua,& maxima beneuolētia tua in me,ut cum intelligas fortunas eius municipij,quod sit mihi coniunctissimum necessitudine,officijs,beneuolentia,agi.i.in periculo uersari,tu des.i.cōcedas mihi , id quod erit huiusmodi:ut si impetrauerimus à Cæs.quod speramus,nos iudicemus,nos cōsecutos esse id beneficio tuo.Sin.i.sed si,minus .i.non impetrauerimus à Cæs.tamen habeamus.i. reputemus id pro eo.i. tanquam sit tuo beneficio impetratum , quando.i. cum opera data sit a te,ut impetraremus.Cum.s.ita sit quod feceris mihi hoc gratissimum,tum.i.multo magis,deuinxeris tibi,& tuis in perpetuum summo beneficio.i.tuo, quod firmissimum est uinculū, uiros optimos,homines honestissimos , & eosdem gratissimos, & dignissimos tua necessitudine.i. quibuscunq; necessitudinem contrahas,hoc est ciues Atellanos.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Petit à Rutilio ne Albinij agrum olim à Cæs.per Laberium emptū, militibus diuidat:idq; rogatione Sexti facere se dicit.

M. CICERO C. RVTILIO S.P.D. 8

CVm & mihi conscius essem,quanti te facerem,& tuam erga me beneuolentiā expertus essem,nō dubitaui à te petere,quod mihi petendum esset.P.Sextiū quāti faciam,ipse optime scio,quāti autē facere debeam,& tu & omnes homines sciunt . is cū ex alijs te mei studiosissimū esse cognosceret, petiuit à me, ut ad te quā accuratissime scriberē de re C.Albini senatoris,cuius ex filia natus est L. Sextius,optimus adolescens,filius P.Sextij.hoc iccirco scripsi,ut intelligeres nō solū me p P.Sextio laborare debere, sed Sextium etiā p Albino. res aūt hæc est. A M.Laberio C. Albinus p̄dia in æstimationē accepit,q̄ p̄dia Laberius emerat à Cæs. de bonis Plotianis. ea si dicā non esse è rep.diuidi,docere te uidear,nō rogare.sed tamen,cū Cæs.Syllanas uenditiones,& assignationes ratas esse uelit,quo firmiores existimentur suæ:si ea p̄dia diuidentur, quæ ipse Cæsar uendidit,q̄ tandem in eius uenditionib.esse poterit auctoritas?sed hoc quale sit,tu pro tuā prudentia considerabis. ego te planè rogo, atq; ita, ut maiore studio,iustiore de cā,magis ex animo rogare nihil possim,ut Albino parcas,prædia Laberiana ne attingas . Magna me affeceris non modo lætitia;sed etiam quodam modo gloria , si P. Sextius homini maxime necessario per me satisfecerit,cum ego illi plurimum debeam.quod ut facias,te uehementer etiam atq; etiam rogo. maius mihi dare beneficium nullum potes . id mihi intelliges esse gratissimum. Vale.

HVB. CVM & mihi] Rogatione P.Sextii Cic. commendat P.Rutilio C.Albini senatoris causam de quibusdā prædiis,q̄ olim fuerant,ut in ipsa epistola exponitur:Laberii , rogatq; ut ea p̄dia non attingat diuidenda,cum à Cæs.esset præpositus huic negocio diuidendorum agrorum. exponit autē causas grauissimas,& quare ipse debeat pro P.Sextio laborare,& quare P. Sextius pro Albino.[Petendum esset)propter honestatem.[Facere debeam) propter eius in me merita.nam Cic plurimum fauit, ut ab exilio reuocaretur,& contra Clodium.Hæc autem plenius exponūtur in elegantissima oratione pro P.Sextio,quę incipit:Si quis antea iudices mirabatur, &c. [Cuius familia) Nam P.Sextius,pro quo extat illa oratio,ut Cic.in ea testatur,habuit uxorem filiam Albini,qua mortua,duxit uxorem Cic.Scipionis filiam,& licet mors filiæ soceri nomen Albino ademerit, caritatem tamen illius necessitudinis,& beneuolentiam non ademit.[In æstimationē) In solutionem,secūdum æstimationem.[De bonis) Plotianis]Quæ olim fuerant Plotii,cuius bona Cęsar fisco addixit.[Prædia[Possessiones.[Laberius) Eques Romanus.

CVM &c) Rogatus à P.Sextio commendat C.P.Rutilio causam . C . Albini de quibusdam prædiis, quæ olim fuerant Laberii,rogatq; ut ea p̄dia non attingat diuidēda, licet diuidundis agris esset præpositus. Ordo est:Cū,&.i.simul, ego essem cōscius mihi,quanti facerem.i.æstimarem te,& expertus essem beneuolentiā tuam erga me,non dubitaui.i.non sum ueritus petere à te, quod petēdum esset.i.quod decuit peti,mihi.i.per me.Ipse,idest egomet scio optime,s.hominum, qui secreta cordiū scrutari nequeant quanti faciam.i.æstimem P.Sextium.Autem.i. sed, & tu, & oēs hoīes sciunt.quæ locutio zeugmatica est:nam per conceptionem diceret,scitis quanti debeam facere.s.eum.Is .s. Sextius , cum cognosceret te ex aliis studiosissimum mei,petiuit à me,ut scriberem ad te q̄ accuratissime de re Caii Albini senatoris,ex cuius familia natus ē L.Sextius,optimus adolescēs,filius P. Sextii. Ego scripsi hoc iccirco,ut intelligeres me non solum debere laborare p Sextio,sed Sextium etiam debere laborare pro Albino. Res autem.s.de qua deliberandum est,est hæc.i.huiusmodi C.Albinus accepit à M.Laberio prædia in æstimationem.i. ad persoluendū quāti æstimarētur,quæ prædia Laberius emerat à Cæ.de bonis Plotianis.s.q̄ fuerant Plotii priusquam ea Cæs. fisco adiiceret.si ego dicam non esse è rep.i.utile reip.ea diuidi s. militib. Cæs.quæ semel à Cæsare data sunt,ego uideat docere te, nō rogare.Sed tamen cū Cæs.uelit uēditiones,& assignationes Syllanas .i.quas Sylla,perpetuus dictator factus,fecerat,esse ratas.i.firmas & approbatas,quò.i.ut suæ.s.uenditiones,& assignationes existimentur.i.iudicentur firmiores,si ipsa prædia,quę ipse Cæs.uēdidit,diuidentur, quæ tādem auctoritas,poterit esse in uenditionibus eius?Quasi dicat nulla.Sed tu considerabis pro prudentia tua .i.secundum prudentiam tuam,quale hoc sit.i. quantæ efficaciæ sit hoc argumentū.Ego rogo te planè.i.oīno,atque ita sup.rogo, ut nihil possim rogare maiore studio,de causa iustiore sup.& magis ex animo,ut parcas Albino,ne attingas.s.in diuidēdo, prędia Laberiana.i.à Laberio empta. Tu affeceris me magna nō modo lætitia,sed etiam quodammodo gloria , si P. Sextius satisfecerit p me hoī maxime necessario,ut ego debeam plurimum illi uni. Qd ut facias,ego rogo te uehemēter etiam atque etiā. Tu nullū .i.non ullum, non potes dare mihi ullum beneficium maius . & sup.tu intelliges id beneficium esse gratissimum mihi.

ASC.

CVIVS ex filia) Antea,cuius ex familia,in omnibus impressis legebatur. nos aliquot abhinc annis,filia,correximus, ex oratione p P.Sextio, in qua C Albini filiā P. Sextio nupsisse traditur. hunc autem locum,aliaque item multa à nobis restituta, & iam impressa,qui sibi postea uindicarint uideo fuisse,quàm ego laudem illis uel ultro concesserim , modo ne ijdem nostrum librū tertio quoq; uerbo repræhenderent, & quod ex illo sumpserūt, id se uidisse dissimularent, quodque magis doleo, Germanis acceptum referre mallent. sed quando ab hoc concertationis genere natura semper,nunc etiam ratione abhorreo:de Germanis nihil dicam, qui , ut ueterum libros ediderint multos, & optime de studiosis meriti sint,certe patri meo nunquam in hoc genere uidebuntur cōparandi.hunc aūt,qui nos occasione vndecunque arrepta perstringere conatur,ut ēt uarias lectiones, quas olim in calcem operis reieceram, tanq̄ à me probatas repręhēdat.etsi de nobis male existimet,amabimus tn̄ ut hominem diligentem & doctum,atque etiam,si quid opis antiquorū scriptis, quæ deprauata leguntur attulerit,ex instituto nostro gratias agemus.

PAVL. MAN.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Societatis publicanorum Bithiniæ causam,in qua probi multi erant, multiq; amici,& familiares,genero commendat .

M. CICERO CRASSIPEDI. S.P.D. 9

QVanquam tibi præsens commendaui , ut potui diligentissime,socios Pithyniæ ; teq; cum mea commendatione,tum etiam tua sponte intellexi cupere ei societati, quibuscunque rebus posses cōmodare,tamen cum ij, quorum res agitur,mihi sua interesse arbitrarētur,me ēt p literas declarare

tibi,

tibi, qua essem erga ipsos uoluntate, nõ dubitaui hæc ad te scribere. uolo. n. te existimare, me, cum uniuerso ordini publicanorum multum semper libẽtissime tribuerim, idq́; pro magnis eius ordinis erga me meritis facere debuerim, tum in primis amicum esse huic Bithynicæ societati: quæ societas ordine ipso, hominum genere pars est maxima ciuitatis. constat enim ex ceteris societatibus: & casu permulti sunt in ea societate ualde mihi familiares, in primisq́; is, cuius præcipuum officiũ agitur hoc tempore, P. Rupilius P. F. Men. qui est magister in ea societate. Quæ cum ita sint; maiorem in modum à te peto, Cn. Pupium, qui est in operis eius societatis, omnibus tuis officijs, atq; omni liberalitate tueare: curesq; ut eius operæ, quod tibi facile factu est, quam gratissimæ sint socijs, remq́;, & utilitatẽ sociorum, (cuius rei quantam potestatem quæstor habeat, non sum ignarus) per te quam maxime defensam, & auctam uelis. id cum mihi gratissimum feceris, tum illud tibi expertus promitto, & spondeo, te socios Bithyniæ, si ijs commodaris, memores esse, & gratos cogniturum. Vale.

HVB. Q*Vanquam*] Publicani exigentes uectigalia, habebant inter se societates in prouincijs. cum igitur Crassipes, qui & Piso dictus est, gener Ci. quæstor esset in Bithynia, commẽdat ei Cic. societatem publicanorũ Bithyniæ, quã ex magnis, & honestis ciuib. R. constare dicit. in eaq; esse multos sibi familiarissimos: pręcipue P. Rutiliũ, qui in ea societate magister erat. [Socios Bithyniæ) i. qui in Bithynia habebant societatem. [Commodare) Cõmodum facere. vt sæpius exposuimus. [Ij) Publicani. [Res) Negocia, utilitas. [Sua interesse] Vtile sibi esse. [Ordine ipso) Qui ẽ ualde utilis reip. & magnus. [Hominũ genere] Quia multi sunt claro loco nati. [Magister) Rector: est aũt nomen officij inter ipsos publicanos, sicut nunc appellant priorem, & talibus quibusdã uocabulis, [In operis) Ablatiuus est. i. qui gerit negocia ipsius societatis. [Non sum ignatus) Quia quęstores, quorũ est colligere uectigalia P. R. possunt multum fauere, & prodesse publicanis. [Et gratos) Allicit eum ad illorum fauorẽ, spe pmij.

ASC. *QVANQVAM* &c.) Publicani exigentes uectigalia, habebant inter se societatem in prouincijs. Cum igitur Crassipes, qui Piso dictus est gener Cicer. quæstor esset in Bithynia, commendat ei Cic. societatem publicanorum Bithyniæ, docẽs eam constare ex præclaris ciuibus Rô. sibiq́ue coniunctissimis. Ordo est: Quanquàm præsens, idest, cum essem pręsens, commendaui tibi diligẽtissime, ut potui, socios Bithyniæ. i. mercaturæ in Bithynia, & intellexi te, cũ. s. ita sit, ꝙ commendatione mea. i. propter commendationem meam, tum. i. multo magis ẽt tua sponte. i. propria natura, cupere, commodare. i. commodum facere, & prodesse, ei societati, quibuscunque rebus posses, tamen cum. i. quorum res agitur, arbitrentur interesse. i. in re, & utilitate sua esse, magni. i. magnopere, me declarare tibi etiam per literas, qua uolũtate essem erga ipsos, non dubitaui scribere ad te hoc. s. qua uoluntate in eos sim. Volo. n. te existimare. i. iudicare & sentire me, cũ tribuerim. i. concesserim, & indulserim semper libentissime uniuerso ordini. i. statui, & (vt dñt) collegio publicanorũ. i. publicorum uectigaliũ redemptorũ, qui simul negociatores erant, nam pecuniã quam in prouincijs acceperant mercib. commutabant, pro quib. alteram Romæ recipiebant, & debuerim facere id, p magnis meritis ordinis. i. totius collegij erga me, quia cũ exularet, ab illis pecuniã mutuatus erat, tũ volo te existimare me esse in primis. i. pcipue amicũ huic societati Bithynię. Quæ societas est ipso ordine, & gñe hominũ maxima pars ciuitatis. s. Romanę: cõstat. n. ex ceteris societatib. & casu. i. à casu. multi sunt in ea societate ualde familiares mihi. Et in primis P. Rupilius filius Publij, q est magister. i. primarius in ea societate, cuius. s. Rupilij offiñ præcipuũ agitur hoc tpe. Quæ cũ ita sint, peto à te maiorẽ ĩ modũ. i. obnixe & nõ vulgariter supp. vt tueare oĩb. officijs tuis, atq; oĩ liberalitate Cn. Puppiũ, q ẽ in operis. i. industrijs, & laboribus, aut famulatib. eius societatis. Est. n. operis ablatiui casus ab operæ operarũ, &c. & cures, ut operæ. i. labores, & industriæ eius, quòd est tibi facile factu. i. ut fiat à te, siue gratissimæ. i. utilissimæ, & acceptissimæ socijs, & uelis rem & utilitatem sociorum, cuius rei quantam potestatem quæstor habeat, scilicet in prouincia, non sum ignarus, sup. esse defensam, & auctam per te, quam maxime. Cum. s. ita sit ꝙ tu feceris id gratissimũ mihi, tum ego expertus promitto tibi illud, & spondeo te cogniturũ socios Bithyniæ esse memores, & gratos, si commodaris, idest, commodum feceris, his, idest, eis.

PAVL. MAN. *RVPILIVS P. F. Men.*] Mallẽ, Rupilius P. F. An. ut Aniensis tribus significetur. nam Vincentij Riccij liber antiquus habet Rupilius P. Fannius. cuius uitij fuit hæc origo, ꝙ, cum scriptum esset, P. F. An. imperiti, ueteres notas non intelligentes, scripserunt, P. Fãnius. ꝙ si retinetur, Men. de Menenia tribu erit intelligendum, de qua diximus in scholijs lib. 8.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

M. Varronem hominem dignissimum amplissimæ commendationis prætori Bruto ualde commendat.

M. CICERO M. BRVTO S. P. D. 10

C Vm ad te tuus quæstor M. Varro proficisceretur, commendatione egere eum non putabam: satis. n. commendatum tibi eum arbitrabar ab ipso more maiorũ: qui, ut te nõ fugit, hanc quæsturæ coniunctionem liberorum necessitudini proximam uoluit esse. sed cũ sibi ita persuasisset ipse meas de se accurate scriptas literas maximũ apud te pondus habituras: à meq́; cõtenderet, ut quàm diligentissime scriberẽ: malui facere, qđ meus familiaris tanti sua interesse arbitraretur. ut igitur debere me facere hoc intelligas, cũ primum M. Terent. in forum uenit, ad amicitiam se meã contulit. deinde, ut se corroborauit, duæ causæ accesserunt, quæ meã in illũ beneuolentiam augerent: una ꝙ uersabatur in hoc studio nostro, quo ẽt nunc maxime † delectamur, & cum ingenio, ut nosti, nec sine industria: deinde, quod mature se contulit in societates publicanorum: qđ quidem nollẽ: maximis enim damnis affectus est. sed tamen † causa communis ordinis mihi commendatissimi fecit amicitiam nostram firmiorem: deinde uersatus in utrinsque subsellijs optima, & fide, & fama, iam ante hanc cõmutationem reipub. petitione sese dedit, honoremque honestissimum existimauit fructum laboris sui. his autem temporibus à me Brundusio cum literis, & mandatis profectus est ad Cæsarem. qua in re & amorem eius in suscipiendo negocio perspexi, & fidem in conficiendo, ac renunciando, uideor mihi cum separatim de probitate eius, & moribus dicturus fuissem, si prius causam, cur eum tantopere diligerem, tibi exposuissem, in ipsa causa exponenda satis etiam de probitate dixisse. Sed tamen separatim promitto, in meq́; recipio, fore eum tibi & uoluptati, & usui. nam & modestum hominem cognosces, & prudentem, & à cupiditate omni remotissimum, præterea magni laboris, summæq́; industriæ: neque ego hæc polliceri debeo, quæ tibi ipsi, cum bene cognoueris, iudicanda sunt: sed tamen IN omnibus nouis coniunctionibus interest, qualis primus aduus sit, & qua commendatione quasi amicitiæ fores aperiantur. quod ego his literis efficere uolui: etsi id ipsa per se necessitudo quæsturæ effecisse debet. sed tamen nihilo infirmius illud, hoc addito. Cura igitur, si me tanti facis, quanti & Varro existimat, & ipse sentio, ut quamprimum intelligam, hanc meam commendationem tantum illi utilitatis attulisse, quantum, & ipse sperarit, nec ego dubitarim. Vale.

† alias, delectatur

† alias, ratio

HVB C*Vm ad te*] Profecturus M. Terent. Varro in Galliam quæstor Bruti, qui ei præerat, qa sciebat quãti interesset habere primos aditus fauorabiles apud prætorem, curauit habere Cic. commendationem, quem apud Brut. multum ualere sciebat. Itaque Cic. hac epistola eum ita commendat Brut. ut expositis multis, & maximis causis, probet illum dignum commẽdatione sua & beneuolentia, atque coniunctione Bruti. [More) consuetudine, instituto. [Qui) Mos. [Proximam) i. secundam post coniunctionẽ filiorum, idest essent post filios clarissimi. [Vt ꝗgit) Exponit causas, quibus ad eum commendandum impulsus sit. [M. Terent.) Sic enim appellabatur M. Terent. Varro. de eius genere, q aduersus Annibalem apud Cannas infeliciter dimicauit. [In forum) ad agendas causas. [Vt] postquam [Corrobauit) s. amicitia. [Studio) Literarum, & philosophiæ. [Industria) honesto & solerti labore. [Publicanorũ) q mihi sunt amicissimi. [Quòd nollem) s. ut contulisset in ordinem publicanorum. [Vtriusque subsellijs). s.

Subsellia fori & curiæ, uel subse llijs fori & publicanorũ.i. versatus in utraque cã, uel in utroque officio. nam ponitur interdum locus, uel sedes pro officio, sunt.n. subsellia, ut uoluit Ascon. sedes tribunorum trium uirorũ, quæstorum, & hmõi minora iudicia exercentium, qui non in sellis curulibus, nec tribunalib. sed in subsellijs sedebant. de subsellijs diximus in alio loco. [Renunciãdo) Quæ cum Cæs. egisset [Videor) Ordo est: Videor mihi in ipsa causa exponenda satis dixisse de probitate eius & moribus, cum fuissem dicturus separatim de probitate eius, & moribus. Si prius exposuissem tibi cãm, cur eum tantopere diligerem. [Vsui) Vtilitati. [Nam & modestum) dicit eum prædictum ijs uirtutib. quæ maxime solent magistratus ornare. [Modestum] Nulli deditum turpitudini. [Remotissimum ab omni cupiditate) .i. nullum auaritiæ stimulis obnoxium. Iuuen. Pone iræ fræna, modumque, Pone & auaritię. (Magni laboris) .i. laboriosum. s. cognosces hoiem. [Iudicanda) Cum bene cognoris .i. iudicanda postquam eũ expertus fuer s. [Qualis) An gratus, & cum fauore, an aliter, quia rarò accidit, ut qui primo fuerit ingratus, postea fiat gratus, & contra. [Quasi fores] translatio à domo, principium.n. amicitiæ fores appellauit quasi domus. Quod ut fores amicitiæ tuæ aperiantur M. Varroni. [Sed tamen nihilo infirmius illud hoc addito) .i. illud quod debuerat fecisse necessitudo quæsturæ, non est diminutum, & factum infirmius addita mea commendatione. [Sentio] i. mihi persuadeo.

ASC. *CVM ad &c.*) M. Terẽtius Varro profecturus in Galliã quæstor Bruti, quia sciebat, quanti esset habere primos aditus ad prætorem cõmendatos, curauit habere Cic. cõmendationem, quem ad Brutum plurimum ualere sciebat. Quocirca eum Cice. Bruto hac epistola commendat docens se id non ab re facere. Ordo est: Cum M. Varro quęstor .i. conquisitor & receptor pecuniæ in stipendium, & onera militiæ expendendæ, tuus .i. publico nomine tibi assignatus proficisceretur ad te, non putabam eum egere cõmendatione, arbitrabar.n. eum satis commendatum tibi ab ipso more .i. instituto maiorum .i. priscorum Romanorum, qui s. mos antiquorum uoluit, ut non fugit te .i. ut bene scis, hanc coniunctionem quæsturę .i. ex eo, ꝙ quispiam alterius quæstor fuerit, cõtractam, esse proximam necessitudini .i. necessariæ coniunctioni liberorum .i. prolis legitimę. Sed cum ipse s. Varro persuasisset sibi ita meas literas scriptas accurate de se, habituras maximum pondus .i. plurimum ualituras ad sui cõmendationem apud te, & contenderet .i. obnixe peteret à me, ut scriberem, q̃ diligentissime, malui facere sup. id, quod necessarius meus s. Varro arbitraretur interesse .i. in te esse sua tanti .i. tantopere. Igitur, ut intelligas me debere facere hoc. s. ꝙ ille contendit, cum M. Ter. s. Varro uenit primum in forum .s. iudiciale dicturus causas pro altero, ipse contulit se ad amicitiam meam, deinde, ut .i. postquam ipse corroborauit .i. confirmauit se per notitiam, & experientiam factus potentior, duæ causę accesserunt .i. additæ sunt, quę auxerunt beneuolentiã meam in illum. Vna ꝙ uersabatur in hoc studio nostro. s. philosophico, quo delectamur, maxime etiam nũc .i. adhuc, & .i. etiam cum ingenio, ut nosti, nec .i. & non sine industria .i. cum industri .i. hoc est ingenio & industria, comitibus. Deinde quod. s. Var. contulit se mature. s. cito in societate publicanorũ .i. qua publica uectigalia redimunt, & portitoria cõducũt. quod quidem nollem .i. uellem eum non fecisse. ubi negatio nõ agit in uerbum, sed in adiectum, est.n. affectus maximis dãnis, sed tamen cois .i. cum esset cõis socius ordinis. s. publicanorum coniunctissimi mihi, mallem tñ legere cõio .i. cõmercium ordinis, coniunctissimi mihi, fecit amicitiam nostram firmiorem. Deinde uersatus. s. agẽs ut utrisque subsellijs. s. causidicorum, & publicanorum optima, & fide & fama .i. habens optimam fidẽ, & famã de fide .i. fidelitate, ipse dedit .i. addixit se, petitionibus .i. supplicationib. faciendis, aut requestis ut Galli dicunt, pro alijs, iam ante hanc cõmutationem reip. priusquam resp. per te liberata esset à tyrannide Cæsaris, & existimauit fructum laboris sui .i. quem ex labore suo assequeretur, honestissimum sup. esse. Autẽ .i. sed ipse profectus est his diebus Brundusio ad Cæs. s. Octauium cum mandatis à me. s. acceptis, in qua re, ego perspexi .i. euidenter cognoui, aut animaduerti, & amorem eius .i. in me, in suscipiendo negocio .i. eo quod suscepit negocium tam libenter, & fidem .i. fidelitatẽ in conficiendo .i. transigendo, & expediendo, & renunciando .i. reportando responso. Quia multi libenter suscipere uidentur. sed susceptum negligũt. alij, ẽt susceptum munus conficiunt diligenter, sed renunciando negligẽtes sunt, ubi scienus renunciare propriẽ esse nutum reportare, & resignificare, quod nunciatum est, ijs pręmissis cõmendationem ipsam aggreditur, præmittens tamen non impertinenter, cur superiora pręlocutus sit. Videor mihi, cum fuissem dicturus separatim .i. diuisim de probitate eius. s. Varronis, & de moribus, si exposuissem tibi cãm, cur diligerem eum tãtopere, dixisse ẽt satis de probitate. s. eius in ipsa cã exponendo cãm amoris, quæ in probitate eius in fundatur. sed tamen ego promitto separatim, & recipio in me. s. onus p̃stans, hoc est spondeo pro Varrone, eum fore, .i. futurum tibi, & uoluptati, & usui .i. utilitati. Nam tu cognosces sup. eum hoiem, & modestum, & prudentem, & remotissimũ è cupiditate oi, prætetea magni laboris, & summę industriæ .i. grauitatis, & solertiæ. Neq; ego debeo polliceri tibi, hęc quæ iudicanda sunt tibi ipsi, cum. s. ita sit, ꝙ bene cognoueris, sed tamen interest .i. refert, in oib. coniunctionib. nouis. qualis sit primus aditus, & qua cõmendatione aperiantur quasi fores amicitiæ. Quod. s. aperture fores amicitiæ, ego uolui efficere his literis, & .i. tametsi, ipsa necessitudo quæsturæ, dẽt effecisse, id, ex more maiorum, vt præmisit; sed tamen illud sup. erat nihilo .i. nullo infirmius, hoc. s. commendationis nr̃æ addito Igitur cura, si tu facis me tanti, quanti & Varro existimat, & ego sentio, ut intelligam quam, .i. ualde cito, hanc cõmendationem meam attulisse illi. s. Varroni, tantum utilitatis, quantum & ipse sperarit, nec ego dubitarim. s. illi allaturam fuisse. Vale.

CORROBORAVIT) Interpretes, uerbum antiquum non agnoscentes, alij aliter exposuerunt. dixit autem, corroborauit, pro, egressus est annos pubertatis, & uir esse cœpit, quemadmodum in oratione pro M. Cœlio: Cum is iam se corroborauisset, ac uir inter uiros esset. & in eadem: Non modo hæc ætas, sed etiam iã corroborata .i. non modo adolescentes, sed etiam uiri. & supra, eiusdem orationis initio, eos, qui non, ut Cœlij accusator, adolescentes essent, sed uiri, robustiores appellauit alibi etiam in hãc sententiam eodem uerbo usus est.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Arpinates municipes Ciceronis, uectigalia possidebant in Gallia, cui pe̅rat Brutus: quamobrem à Bruto postulat, ut municipiũ cãa pro uectigalium exactione fauere uelit: id aũt sibi, suisq; honori futurum.

CICERO BRVTO S. P. D. 11

QVia semper animaduerti, studiose te operã dare, ut ne quid meorũ tibi esset ignotum, propterea non dubito, q̃n scias, non solum cuius municipij sim, sed ẽt q̃ diligenter soleã meos municipes Arpinates tueri quorum quidem oĩa commoda, omnesq. facultates, q̃bus, & sacra conficere, sarta tecta ædium sacrarum, locorumq. cõium tueri possint, consistunt in ijs uectigalibus, quæ habẽt in prouincia Gallia ad ea uisenda, pecuniasq., quæ à colonis debentur, exigendas, totamq. rem, & cognoscendam, & administrandam legatos, equites Romanos misimus Q. Fufidium Q. F. M. Faucium M. F. Q. Mamercium Q. F. peto à te maiorem in modum pro nostra necessitudine, ut ea res tibi curæ sit, operamq. des, ut per te q̃ cõmodissime negocium municipij administretur, q̃ primumque conficiatur; ipsosque, quorum nomina scripsi, ut q̃ honorificentissime pro tua natura, & q̃ liberalissime tractes. bonos uiros ad tuam necessitudinem adiunxeris, municipiumq. gratissimũ beneficio tuo deuinxeris: mihi uero ẽt eo gratius feceris, quod cum semper tueri municipes meos consueui, tum hic annus præcipue ad meam curam, officiumq. pertinet. nam constituendi municipij causa hoc anno ædilem filium meum fieri uolui, & fratris filium, & M. Casium, hoiem mihi maxime necessarium: (is.n. magistratus ĩ nostro municipio, nec alius ullus, creari solet) quos cohonestaris, ĩ primisq. me si Resp. municipij, tuo studio, & diligentia bene administrata erit. quod ut facias, te uehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

HVB. QVia) Arpinum oppidum est Volscorum, unde oriũdus fuit Cic. eius oppidi municipes uectigalia habebãt in Gallia Cisalpina, quib. & sacras ædes, & locos cões tuebantur, cũ que difficile exigerentur ea uectigalia illi populo admodum necessaria, esset q; Brut. eius prouinciæ præfectus, rogat eũ Cice. ut uelit fauere Arpinatum legatis, quos nominat, ut illas uectigales pecunias facillime eius fauore exigere possint, ostenditque quam gratũ id habiturus sit, si fecerit eũ multis alijs de causis, cũ uero, quia eius filius, & fratris filius facti erãt eo anno ædiles illius municipij, quorũ honori dicit Brut. posse multum consulere,

lere, si resp. illius municipij per eos bene administrata fuerit diligentia, & beneficio ipsius Bruti. [Meorum) Mearum rerum. [Arpinates) Ex Arpino municipio, est autem accusatiuus. [Sarta tecta) .i. tecta refecta, tractum à uestibus, quæ sarciuuntur, sunt tñ codices, qui habent sacra tecta. [Vectigalib.) Tributis, & ut nunc dicimus datijs. [Visenda) Cognoscẽda. [Colonis] Illius, puinciç. [Negociũ) Exigẽdi, illa vectigalia. [Quamprimum.] Cito sine dilationibus. [Nam constituendi) Reddit rationem, quare hic annus magis pertineat ad eius curam. [Cõstituendi) Bene regendi, in bonam formam, ut ita dicam redigendi. [Is magistratus]. s. ædilitas [Nec ullus alius] Sicut fit Romæ, ubi sunt multi ordines magistratuum. [Quos) Filium meum, & filium fratris, & Cæsium. [Cohonestaris.) Honore affeceris.

Arpinũ. Quamprimũ.

ASC. *QVIA &c.*] Arpinates compatriotæ Cice. habebant in Gallia Cisalpina quantũ ad Italos uectigalia, qbus publica sustinebant negocia: quocirca Brutũ rogat, ut in eis recipiẽdis faueat, dicẽs. Quia ego animaduerti semper te dare operam studiose, ut ne qd meorum. i. çorũ, quæ agerem, esset ignotum tibi: ppea nõ dubito quin scias non solum cuius municipij sim, quia Arpini, sed etiã quantum diligenter, soleam tueri i. protegere Arpinates municipes. uidetur (secundũ Vallã) dicẽdũ cõmunicipes meos, nõ. n. Cicero princeps corũ erat. Quorũ. s. Arpinatũ qdem. i. certe, oĩa cõmoda, & oẽs facultates, quibus possint, &. i. simul conficere. i. pficere sacra. i. res sacras, ut sacrificia, & templa, & tueri. i. cõseruare tecta ædium sacrarum. i. sacrorum, & locorũ cõium ad. i. ciuitatẽ cõiter pertinentiũ, ut sunt fora, mœnia, & similia, sarta. i. cõcinnata, & integra, cõsistunt in ijs uectigalibus, quæ hñt in puincia Gallia. Nos misimus Q. Fufidiũ filiũ Q. M. Fauciũ filiũ Marci, Q. Mamertiũ filiũ Q. equites R. legatos, ad uisẽda ea. s. uectigalia Arpinatum, & ad exigẽdas pecunias, q̃ debent à colonis, & ad cognoscendã, & administrandã totã rem. i. totum negocium. Ego peto à te maiorẽ in modum pro necessitudine nostra. i. pp necessitudinem nostram, ut ea res sit tibi curç, & des operã, ut negociũ municipij administretur, per te. i. tuo præsidio, q̃ commodissime, & ut conficiatur. i. absoluatur, & expediatur quamprimũ. i. ualde cito, & ut tractes ipsos, quorũ nomina scripsi, q̃ honorificẽtissime, & quã liberalissime pro natura tua. i. iuxta naturam tuam, tu adiunxeris. s. hoc faciẽdo uiros bonos ad necessitudinẽ tuã. i. cumulum tuorum necessariorum, & deuinxeris i. obligaueris beneficio tuo municipium gratissimum, uero. i. sed, tu feceris mihi ẽt gratius, φ cũ ita sit, φ consueui semper tueri municipes meos, tũ hic. i. pñs annus, pertinet prçcipue ad curam meam, & officium. s. meum. Nam ego uolui filiũ meum. s. M. Ci. & filiũ fratris sup. mei, & M. Cassium hominem necessarium mihi maxime fieri hoc anno ædilem. i. curatorem ædium, & ædificandorũ in eo municipio cã municipij constituendi. i. ad meliora instituta redigendi. Enim. i. quia, is magistratus uidelicet ædilitius, nec vllus alius solet creari in municipio nostro. quos. s. omnes tu cohonestaris. i. simul honestaueris, in primis. i. præcipue me, si resp. municipij erit administrata bñ studio tuo, & diligentia tua. Q̃d ut facias rogo te uehementer ẽt atque etiam. i. iterũ atq; iterum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Superiore epistola omnium legatorum Arpinatũ causam egit, in hac uero pro Fufidio, necessario suo, & Brutus honorem, et dignitatem illius de bene obita legatione promoueat, scribit.

M. CICERO BRVTO S. D. 12

ALia epistola communiter commendaui tibi legatos Arpinatum, ut potui diligentissime: hac separatim Quin. Fufidium, quo cum mihi omnes necessitudines sunt, diligẽtius commendo, non ut aliquid de illa commẽdatione diminuam, sed ut hanc addam. nam & priuignus est M. Cœlij, mei maxime, & familiaris, & necessarij, & fuit in Cilicia mecũ trib. mil. quo in munere, ita se tractauit, ut accepisse ab eo beneficium uiderer, non dedisse. est praterea, quod apud te ualet plurimum, à nostris studijs non abhorens. quare uelim eum quã liberalissime complectare: operamque des, ut in ea legatione, quam suscepit contra suum commodum, secutus auctoritatẽ meam, quam maxime eius excellat industria. uult enim, id quod optimo cuiq; natura tributum est, quã maximam laudem cum à nobis, qui eum impulimus, tum à municipio consequi, quod ei continget, si hac mea commendatione tuum erga se studium erit consecutus. Vale.

HVB. *ALIA*] Q. Fufidius, qui legatus pro Arpinatũ causa, quæ superiore epistola narrata est, in Galliã missus est, tribunus militum fuerat cum Ci. in Cilicia. Accedebant, & aliæ necessitudinis causæ, quæ eum Ci. redderent gratum, quas commemorat. Itaq; licet Cic. superiore epistola, communiter commendauerit omnes legatos Arpinatum, tamen separatim, & præcipue commendat hunc Fufidium Bruto, ut eius opera, & fauore cõsequatur Fufidius ab omnibus maximam laudem huius legationis, quod diligenter egerit id, propter quod missus sit, quod facile eum cõsequi posse dicit, si Brut. & studium, & fauorem suum pçstiterit in exigendis, & commode, & subito uectigalibus. [Separatim] Seorsum, præcipue, præter ceteros. [De illa commẽd.] cõmuni. [Nã) Adducit causas separatæ, & diligentis commendationis. [Munere) Officio. [Tractauit) Gessit. [Vt accepisse) Quia bene se gesserat. Ex hoc cognoscitur quantum prosit, bene se gerere in aliquo magistratu, cum Cice. qui dedit magistratum, existimet se obligatum ei, qui illum bene gesserat. quia eius honori cõsuluerat [Accepisset) Cum fecit mihi honorem, bene se gerendo in magistratu. [Studijs) Literis. [Non abhorrẽs] Non alienus. [Auctoritatem meam) Suasionem meam, ut iret legatus. [Excellat) Appareat præter ceteros. [Impulimus] Induximus, ut iret legatus. [Cuique optimo à natura tributum) Datum est, ut se laudari cupiat. vnde illud Virg. Vincit amor patriç, laudumque immensa cupido. [Cõsequi) Acquirere. [Quod ei contingent) Eueniet ei id quod sperat. [Studium) Fauorem. [Erit consecutus) Aequisiuerit.

ASC. *ALIA epistola, &c.* [Q. Fufidius pro dicta Arpinatum causa ad Brutum legatus fuerat tribunus militum, cum Cic. in Cilicia imperaret, quo circa hunc singulariter commendat eidem Bruto rogans, ut si eius legationem, sua ope iuuet, ut inde laudẽ consequatur Fufidius, & ipse gratiam. Ordo est: Ego commendaui tibi alia epistola legatos Arpinatum communiter. i. simul omnes diligentissime, ut potui, & commẽdo tibi diligentius separatim hac epistola Q. Fufidiũ, qui cum. i. cum quo omnes necessitudines. i. necessariæ, amoris, & amicitiæ cõiunctiones sunt mihi, nõ ut cõminuam. i. detraham aliquid de commendatione illa. s. communi, sed ut addam sup. aliqd ad hanc. Nam ipse Fufidius est, & priuignus. i. ex uxore ab alio uiro genitus M. Cassij mei maxime, & familiaris, & necessarij, & fuit mecum, cũ essem imperator in Cilicia, tribunus militum, in quo munere. i. officio, aut magistratu, ipse tractabat. i. regebat se ita, ut uideret accepisse beneficium ab eo, non dedisse sup. ei. Præterea quod plurimum ualet apud te, ipse est nõ abhorrens idest nõ alienus, à studijs nostris, scilicet Philosophiæ, Stoicç præsertim sectç. Quare ego uelim supp. ut complectare eũ quàm liberalissime. & des operam, ut eius industria excellat. idest præemineat, quàm maxime, in ea legatione, quam suscepit cõtra suum commodum, secutus auctoritatẽ meã. Vult enim id, quod tributum est optimo cuiq; à natura, consequi quç maximam laudem, tum à nobis, qui impulimus eum, tum à municipio. Quod contingent ei si consecutus erit studium. i. fauorem tuum erga se hac commendatione mea.

PAVL. MAN. *SED ut hanc addam*] Alij aliter. nos sic emendauimus ex uetusto libro libro Bernardini Maffei.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Castronium Pœtum probum hominem Bruto commendat.

M. CICERO BRVTO S. D. 13

L. Castronius Pœtus, longe princeps municipij Lucẽsis, est honestus, grauis, plenus officij, bonus planè uir, & cum uirtutibus, tum etiam fortuna, si quid hoc ad rem pertinet, ornatus: meus autem est familiarissimus. sic prorsus: ut nostri ordinis obseruet neminem diligentius. quare & ut meũ amicum, & ut tua dignum amicitia tibi cõmendo: cui quibuscunque rebus commodaueris, tibi profecto iucundum mihi certe erit gratum. Vale.

HVB. *L. Castronius*] Paucis quidem uerbis, sed tamen satis efficacibus commendat Cice. Bruto Castronium Pçtũ Lucensem ciuem, quem & moribus, & uirtutibus ornatum dicit, & ẽt fortuna, quæ maxime solet trahere homines ad sui fauorẽ. [Lucensis.] Ex Luca. Ethruscorum, mediterranea ciuitate, nã Lucanus à Lucania regione possessiuum est. [Fortuna) Diuitijs [Si quid ad rẽ pertinet) .i. si quid pertinet ad commendationem esse diuitẽ, q̃a scit multos moueri fortuna, qui nõ mouentur uirtutibus: unde illud Iust. Quò se fortuna, eò se fauor hominum inclinat. [Nostri ordinis] Senatorij. [Vt) Sicut, tanquam.

ASC. *LVCIVS &c.*] Paucis, sed efficacibus uerbis cōmendat Cic. ipsi Bruto L. Castronium Pætum Lucensem ciuem, quem & moribus, & uirtute, & fortuna, quæ multum allicere solet, ornatum dicit sic: Lucius Castronius Pętus longe. s. facile, aut eminentur princeps municipij Lucensis est uir honestus. grauis, plenus officij, & plane bonus, & ornatus tum. i. pariter uirtutibus. tum etiā fortuna. i. diuitijs, .s. quid pertinet ad rem. i. ad eius cōmendationem. autem. i. sed, ipse est familiarissimus meus, ita ut neminem ordinis nostri. s. senatorij obseruet. i. colat. & offendere metuat, diligentius: sup q̄ me. Quare ego commēdo tibi eum, ut & amicum meum, & dignum amicitia tua. quibuscunque reb. commodaueris. i. cōmodum feceris: erit profecto. i. re uera iucundum tibi. & erit certe. i. haud dubie, mihi gratum. i. utile.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Petit à Bruto ut Straboni faueat, in exigendo à Cornelio eius prouincia homine, debito.

M. CICERO BRVTO. S. D. 14

L. Titio strabone, equite Romano in primis honesto, & ornato, familiarissime utor. omnia mihi cum eo intercedunt iura summa necessitudinis. huic in tua prouincia pecuniam debet P. Cornelius. ea res à Volcatio, qui Romæ ius dicit, reiecta in Galliā est. peto à te hoc diligentius, q̄ si mea res esset, quo est honestius de amicorum pecunia laborare, q̄ de sua, ut negocium conficiendum cures, ipse suscipias, transigas: operamq; des, quod tibi æquum, & rectum uidebitur, ut quā cōmodissima conditione libertus Strabonis, qui eius rei causa missus est, negocium conficiat, ad numosque perueniat. id & mihi gratissimum erit: & tu ipse L. Titiū cognosces amicitia tua dignissimum. quod ut tibi curæ sit, ut omnia solēt esse, quæ me uelle scis, te uehementer etiam atq; etiam rogo. Vale.

HVB. LVcio &c.] Cornelius quidem debebat pecuniam L. Tit. Straboni in Gallia, cui præerat Brutus, cumq; conuenisset Strabo debitorem suū sub Volcatio prætore vrbano: Volcatius causam remiserat in Galliam, ubi fuerat factum debitum, ad quod exigendum, cum Strabo mitteret libertum suum, Cic. eum diligenter cōmendat Bruto, ut illum adiuuet in exigenda illa pecunia. [Intercedunt] Sunt. [Iura] Causæ, rationes. [Reiecta] Remissa. [In Galliam] Cui tu præs. [Honestius de amicorū pecunia] Quia si quispiam laboret pro pecunia sua, affert suspicionē auaritiæ, sin uero pro amico, significat se officiosum, & gratum. [Negocium conficiat] Vt pecuniam suam consequatur. [Transigas] Perficias. [Omnia solent esse.] .s. ceteræ.

LVCIO &c] Corn. quidam debebat pecuniam L. Tit. Stra. in Gallia cui præerat Brutus, cumq. conuenisset ipse Strabo debitorem suum, sub Volcatio p̄tore vrbano. Volc. cau. remi. in Galliam ad debitum recuperandum, quò cum Strabo mitteret libertum suum, Cic. eum diligenter cōmendat. Ego utor familiarissime Luc. Tit. Str. equite R. honesto, & ornato in primis. i. præcipue. Omnia iura summæ necessitudinis. i. coniunctionis necessariæ, amoris & amicitiæ, intercedunt. i. cōmunicantur mihi cum eo. P. Cornelius debet huic pecuniam, in prouincia tua. s. Gallia. Ea res. i. cognitio exactionis eius pecuniæ est reiecta in Galliā à Volcatio, qui dicit Romæ ius. i. qui iudicis fungitur officio. Ego peto hoc à te diligētius, q̄ si res mea esset, quo, i. q̄to honestius est laborare, i. anxium esse de pecunia amicorum, q̄ de sua. i. propria, peto, inquā, ut cures negocium conficiendum. i. expediendum, aut finiendum, & sup. ipse. i. tu (qđ dñt) in propria persona, suscipias. s. negocium, transigas. i. absoluas, & des operā, quo ad .i. quatenus uidebitur tibi ęquū, & rectū, ut libertus Strabonis, qui missus est. s. ad te in Galliam, eius rei cā, cōficiat. i. perficiat, aut finiat negocium, conditione, commodissima. i. utilissima, & perueniat ad nūmos. Id &. i. simul erit gratissimum mihi, & tu ipse cognosces L. Titium gratissimum, & dignissimū amicitia tua. Quod ut sit tibi curæ, ut omnia, quę scis, me uelle solent esse, rogo te uehementer etiam, atq; etiam. i. iterum atque iterum.

PAV. MAN. *L. TITIONE*) Sic antiqui libri. ego tamen, Titio, malim. ut sit familiæ Romanæ nomē. & paulò post, Titium, pro Titione, habet Sigonij liber manuscriptus.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Præcilium adolescentem diligentissime Cæsari commendat.

M. CIC. C. CAESARI IMP. S. D. 15

PRæcilium tibi cōmendo unice, tui necessarij, mei familiarissimi, uiri optimi filium. quem cum adolescētem ipsum propter eius modestiam, humanitatem, animum, & amorem erga me singularem mirifice diligo: tum patrem eius, re doctus intellexi, & didici mihi fuisse semp amicissimum, en hic ille † est, de illis maxime, qui irridere, atq; obiurgare me solitus est, q me non tecum præsertim cum abs te honorificentissime inuitarer coniungerem † ἀλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθεν. audiebam .n. nostros proceres clamitantes. † ἄλκιμος ἔσσο ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ. ὣς φάτο· τὸν δ' ἄχεος νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα. sed tamen idem me consolatur. etiam hominē perusstū, et num gloria uolunt incendere, atque ita loquūtur, † μὴ μὰν ἀσπουδί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην, ἀλλὰ μέγα ῥέξας τι, καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι sed me minus iam mouent, ut uides itaq; ab Homeri magniloquentia confero me ad uera præcepta. † Εὐριπίδου, μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός. quē uersum senex Præcilius laudat egregie, & ait posse eundem, & † ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω uidere, & tamen nihilominus † αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων. Sed, ut redeam ad id, unde cœpi, uehementer mihi gratum feceris. si hunc adolescētē, humanitate tua, q̄ est singularis, cōprehēderis, & ad id. qđ ipsorū Præciliorū cā te uelle arbitror, addideris cumulum cōmendationis meæ. Genere nouo sum literarum ad te usus, ut intelligeres non uulgarem esse commendationem. Vale.

† alijs, ē maxie † alias, solitusē † .i. sed meū nū quā animum in pectore persuadebat † .i. fortis esto, ut quia te, & posteriorū laudet sic nebula inuenit atra † .i. neglīgēter & sine gloria p cā, sed magnū faciens, q̄dpiam & posteris, audiendum † .i. Euripidis odi magistrum qui non est sibi sapiens † .i. dest simul ante, & post † .i. semper antecellere, & principē esse aliorum

HVB. PRæcilium) Cæsari imperatori, iam rerum potito, post mortē Pompeij commendat Cic. Præcilium adolescentem quendā nobilissimum, quem, & eius causa, & etiam patris optimi uiri, & sibi amicissimi, à se amari dicit. ut autem Cæs. eum habeat cōmendatiorem, dicit fuisse unum ex iis, qui in ciuilibus dissensionibus hortatus est eum, ut se cum Cæs. coniungeret, cum ab ipso Cæs. & literis, & nuncijs inuitaretur, & etiam coram blandis uerbis; ut 1. lib. in epist. longa diximus, se autem excæcatum nunq̄ adduci potuisse, ut id faceret, cum quidam exprimorib. Romanis ei dissuaderent, quę Græce exequitur. [Vnice] Singulariter. [Tui necessarij] Tibi amicitia coniuncti. [Tum.] Pariter. [Animum] Beneuolentiam, & amorem. [Re] Experientia. [En] Demonstrantis est, cum laude. [Maxime] Præcipue. [Obiurgare] castigare, reprehendere. [Inuitarer] Promissionibus tuis, & suauissima oratione incitarer. [ἀλλ' ἐμὸν] Dicit culpam suam fuisse, cui nunquā potuerit persuaderi, ut se cum Cæsare coniungeret [ἀλλ' ἐμὸν] Pro ἀλλὰ ἐμὸν. i. sed meum. (οὔποτε) Nunqua (θυμὸν) Animū [ἐνὶ στήθεσσιν] Pectoribus. [τὸ στῆθος] Pectus. [ἔπειθεν] Persuasit. est aūt aoristos deuteros. nam πείθω persuadeo. Horum autem uerborum sensus: Sed nunquā mihi aīum inducere potuit. [Nostros, proceres] Romanos principes [Clamitantes] Dicentes mihi [ἄλκιμος] Fortis. [ἔσσο] Sis, uel es (ἵνα) Vt [τίς] Quis. [σέ] De. [καὶ ὀψιγόνων.] Et post. forum sero nascentium. nam ὀψὲ sero significat. [εὖ] Bene. [εἴπῃ] Dicat. i. fortis sis, ut aliquis postea forū te benedicat. i. laudet. ut, Intonsum pueri dicite Cynthiū. [ὥς] Dicit se his persuasionibus esse excæcatum. [ὥς] Sic [νεφέλη] Nebula. [ἐκάλυψε] Texit, uelauit, καλύπτω. n. tego. [μέλαινα] Nigra. i. nigra nebula me texit, ut non uiderem utilitatem mea, sequendo te. [μήμονας] Furis. [πῶς] Forte, uel quodāmodo (δεῖ) Oportet [γε] Adiectio est, nihil significans, sicut apud nos in huiusce, ce, syllaba, & dic dum, pro dic [καὶ] Et. (ἀκλειῶς) Ingloriè. (ἀπολέσθαι) .i. perire. (ἀλλὰ) Sed. (ῥέξας) Faciens ῥέζω, facio [τὶ καὶ] Aliqđ. & [ἐσσομένοισι] Futuris. [πυθέσθαι] Persuasū iri. i. credendū à posteris [Sed me minus mouēt] Quæ dñt mihi. [Magniloquentia] Præstantia dicendi. sup. adiecta. n. uerba ex Homero sunt. [Vera] Vtilia [Εὐριπίδου] Euripidis poetæ. [μισῶ] Ponit uerba Euripidis, quorum sensus hic est. Odi sapientem. q̄ sibi ipsi non sapiens. s. est. [μισῶ] .i. odi. dicitur et μισέω σοφιστὴν) Sapientem. [ὅστις] Qui. (οὐχ αὑτῷ) Non sibi. [σοφὸς] Sapiens. i. est [ἅμα] Simul. [πρόσσω] Ante. καὶ ὀπίσσω) Retro. [αἰὲν] Semper. ἀριστεύειν) Optime agere. [ὑπείροχον] Pręstantem, summum. [ἔμμεναι] Existere. [ἄλλων] Aliorum. [Comprahēderis] Complexus fueris. [Nouo gñe] Nouo more, & mutato, quia multa de me inserui, quæ tamē ad Præcilij commendationem pertinent.

ASC. *PRAECILIVM &c.*) Cōmendat Cęsari, iam rerū potito, Præcilium, a quo se, ut Cæs. sequeretur, sæpe admonitum frustra fatetur, dicens: Ego commendo tibi unice i. singulariter, Præciliū. filium uiri optimi, necessarii tui, & familiarissimi mei quē tum .i. pariter, adolescētem ipsum diligo mirifice propter modestiā eius, humanitatem, animum. i. beneuolentiam, & amorē singularem erga me, tum doctus. i. certior factus, re. i. effectu ipso, intel

lexi,& didici patrem eius fuiſſe ſemper amiciſſimũ mihi. En hic
eſt ille maxime.i.præcipue de illis,qui ſolitus eſt irridere , atque
obiurgare me,quòd non coniungerem me tecum, abs.i.à te, ho-
norificẽtiſſime,ἀλλ' ἐμὸν,pro ἀλλὰ.i.ſed ἐμὸν,i.meum, οὔποτε.
i.nunq̃,θυμὸν.i.animum,ſeu voluntatem, ἐνὶ στήθεσσιν in pectori-
bus,ἔπειθεν.i. perſuaſit.Eſt autem ἀόριστος δεύτερος,aoriſtus ſecũ-
dus.nam πείθω,dr̃ perſuadeo.Senſus autem horum uerborum,in
quit Hubertinus eſt:Sed nunquã mihi animum inducere potuit.
Sunt uerba Homeri,Cæſari nota.quocirca maluit grece,quã la-
tine, rem exprimere , præſertim cum propoſito maxime condu-
cunt.Audiebam.n.proceres noſtros.i.principes Romanos,clami
tantes , ἄλκιμος i. fortis,ἔσσο.i.ſis,vel eſto,ἵνα.i.vt τὶς. i.aliquis
ſero naſcentiũ,hoc eſt poſteriorum, ἐὺ
σε.i.te,καὶ i &,ὀψιγόνων
idеſt bene.εἴπῃ.i.dicat.hoc eſt,Sis fortis,ut aliquis, & poſterorũ
te benedicat ὡς i.ſic, νεφέλη,ideſt,nebula,ἐκάλυψε texit,aut ue-
lauit,μέλαινα.i.nigra μέ.me.hoc eſt,Caligo,menti addita,fecit,
vt ſanum conſilium non uiderem:μαίμονας. i. furis τοῦ, ideſt eſt
quoddammodo,δεῖ.i.oportet,τὲ adiectio eſt ex modo loquendi
ſumpta per ſe nihil ſignificans.καὶ.i.&,ἀκλειῶς, ideſt inglorię ,
& eſt aduerbium,ἀπολέσθαι.i.aboleri,& perire.Sed tamen idem
conſolatur me,etiam voluit hominem peruſtum.i.deſiccatũ, aut
qui perfricuit frontem,& inanem,vacuum gloria incendere.ſ.ad
gloriam,atque loquũtur ita,ἀλλὰ.i.ſed ῥέξα.i.facias,τὶς. i. aliq̃d
καὶ i.& ἐσσομένοισι.i.futuris,πυθέσθαι i.perſuaſum iri,hoc eſt, q̃d
credendum ſit,Sed ſup.eiuſmodi uerba minus.i. non mouent iã
me,ut uides.Itaque confero me ab magniloquentia Homeri,cu-
ius ſunt ſuperiora uerba,ad vera p̃cepta. Εὐριπίδου.i.Eupiridis,
μισῶ i.odi,dicitur & μισέω σοφιστὴν ſapiẽtem,ὅστις. i.qui. οὐχ nõ
αὑτῷ.i.ſibi,σοφὸς.i.ſapiens ſup.eſt,hoc eſt odi ſapientem, qui ſi-
bi non ſapit.Quem verſum,Præcilius ſenex ſ.pater, & ait ,undẽ
poſſe videre,ἅμα.i.ſimul,πρόσσω.i.ante,καὶ i.&,ὀπίσσω.i.retro , &
tamen nihilominus,αἰὲν i.ſemper,ἀριστεύειν.i.optime agere,καὶ.
i.& ὑπείροχον ſummum ἔμμεναι.i.exiſtere,ἄλλων.i.aliorum:Sed
ut redeã ad id vnde cœpi.ſ.ſcribere aut loqui,tu feceris mihi gra-
tum vehementer,ſi comprehenderis. i. complexus fueris, hunc
adoleſcentem.ſ.Præcilium humanitatę tua,quæ eſt ſingularis , &
addideris ad id, quod ego arbitrabor te uelle cauſa Præciliorum
ipſorum, hoc eſt propter amorem ipſorum,cumulum, ideſt ma-
gnam acceſſionem commendationis meæ. Ego ſum vſus ad te
nouo genere literarum,ut intelligeres ſup. hanc commendatio-
nem,non vulgarem ſup.eſſe ſed egregiam.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

*Apollonij docti & ingenioſi hominis quique Cæſaris res geſtas mo-
numentis literarum mandare volebat,victori Cæſari commendat.*

M. CIC. C.CAESARI IMP. S. 17

P. *Craſſum ex omni nobilitate adoleſcentem dilexi pluri-
mum,& ex eo,cum ab ineunte eius ætate bene ſpera-
uiſſem:tũ optime exiſtimare cœpi ex ijs iudicijs,q̃ de eo fecerã
cognitis.eius libertum Apollonium iam tum equidem,cũ ille
viueret,& magnifaciebam,& optabam.erat.n. & ſtudioſus
Craſſi,& ad eius optima ſtudia uehementer aptus : itaq; ab
eo admodum diligebatur.poſt mortem autem Craſſi,eo mihi
etiam dignior viſus eſt,quem in fidem, atque amicitiam meã
reciperem,quòd eos à ſe obſeruandos , & colendos putabat ,
quos ille dilexiſſet,& quibus carus fuiſſet.itaque et ad me in
Ciliciam uenit,multiſq; in rebus mihi magno uſui fuit, & fi-
des eius,& prudentia:& ut opinor, tibi in Alexandrino bel-
lo,quantum ſtudio,& fidelitate conſequi potuit,non defuit.q
eum ſperaret te quoque ita exiſtimare , in Hiſpaniam ad te,
maxime ille quidem ſuo conſilio ,ſed etiam, me auctore,eſt
profectus.cui ego commendationem non ſum pollicitus ; non
quin eam ualituram apud te arbitrarer,ſed neque mihi ege-
re commendatione uidebatur,qui,& in bello tecum fuiſſet,et
propter memoriam Craſſi de tuis unus eſſet: & ſi uti commẽ
dationibus uellet, etiam per alios eum uidebam id conſequi
poſſe.teſtimonium meum de eo iudicij,quod & ipſe magni æ-
ſtimabat , & ego apud te valere eram expertus, ei libenter
dedi.doctum igitur hominem cognoui,& ſtudijs optimis de-
ditum,idque a puero.nam domi mea cum Diodoto Stoico,ho
minc,meo iudicio,eruditiſſimo,multum a puero fuit.nũc au
tem,incenſus ſtudio rerum tuarum,eas literis Græcis manda
re cupiebat.poſſe arbitror:ualet ingenio:habet vſum,iam pri-
dem in eo genere ſtudij,literarumque uerſatur : ſatisfacere
immortalitati laudum tuarum mirabiliter cupit.habes opi-
nionis meæ teſtimonium:ſed tu hoc facilius multo pro tua ſin
gulari prudentia iudicabis:& tamen quod negaueram, com
mendo tibi eum quidquid ei commodaueris, erit mihi maio-
rem in modum gratum. Vale.*

P. *Craſſum*) Apollonius quidam P.Craſſi libertus cum res ge- HVB.
ſtas Cæſ.monimentis literarum græcarum mandare cupe-
ret,ut id Cæſ.gratius accederet,teſtimonium Cic. per literas cõ-
mendaticias ad Cęſ.notauit.Itaque Cicer.hac epiſt. uehementer
laudat eius ingenium,doctrinam,& exercitationem dicendi,pu
tatque idoneũ ad ſcribendas res geſtas Cæſ. cui eum uehemen-
ter commendat.Repetit autem in principio epiſtolę cauſas com
mendationis ab eius patrono Craſſo, deinde , quòd Cęſ. non de-
fuerit,& fide,& diligentia,in bello Alexandrino,ex eo dicit,illũ
debere eſſe uehementer ei commendatum. [Ab ineũte ætate] Ab
adoleſcentia, (Bene ſperauiſſem) Quia ea ætas ſolam ſpem põt
dare [Exiſtimare]Opinionẽ habere,iudicare.[Ille]Craſſus.[Ap-
tus]Vtilis. [Alexandrino) Quod apud Alexandriam ciuitatem
Aegypti geſtũ eſt a Cæſ.ut ab eo in commẽtarijs plenè ſcribit.
[Conſequi) Efficere.(Non defuit] Exhibuit ſe tibi prõptũ [Suo
cõſilio]Proprio motu.[Auctore) Suaſore.[Craſſi]Quem tu ama
ſti [Id conſequi poſſe).ideſt hr̃e ab alijs ad te commẽdationes.
[Teſtimonium iudicij de eo ei libenter] i.volui libenter teſtifi-
cari his literis apud te,quod iudicium de eo habeam.[Magni æ-
ſtimabat)Multi faciebat [Eram expertus.] Quia credidiſti iudi-
cio meo de alijs [Studio) Amore.[Poſſe) ideſt idoneũ eſſe,ſcili-
cet mandare res tuas literis græcis (Vſum]Exercitationẽ.(In eo
genere)Scribendi.]Quod negaram]ſcilicet me commendare eũ.
(Maiorem in modum]ideſt uehementiſſime.

PVBLIVM Craſſum &c.] Apollonius P. Craſſi libertus cum ASC.
res geſtas Cæſ.monumentis literarum gręcarum mandare cupe
ret,ut id Cæſ.gratius accideret per teſtimonium Cic. literas cõ-
mendaticias ad Cæſ.optauit,quas nũc exhibet Cic.dicens : Ego
dilexi plurimũ ex omni nobilitate,ideſt inter omnes nobiles P.
Craſſum adoleſcentem,& cum bene ſperauiſſem ex eo ab ineun
te ætate,ſ.eius,tum.i.multo magis cępi exiſtimare.i.iudicare per
me.ſ.ipſum,ex ijs iudicijs,quæ fecerim de eo,cognitis.i.explo-
ratis,& compertis Ego faciebam.i.exiſtimabam magni, & pro-
babã.i laudabam,& approbabam Apollonium,libertum eius, i.
eius liberalitate libertatę donatum,quidem.i.certe,iam tum cũ
ille.ſ.Craſſus uiueret.Enim.i.quia,ſupp.Apollonius erat ſtudio-
ſus Craſſi. i. ſtudioſe fauens,& inſeruiens Craſſo , & erat vehe-
menter aptus ad optima ſtudia eius.ſ.Craſſi,adiuuanda. Itaq;. i.
&ita ipſe Apollonius diligebatur admodum perfecte quaſi vſq;
ad iuſtum modum,ab eo.ſ.Craſſo.Autem ſ.ſed, ipſe uiſus eſt mi
hi poſt mortem Craſſi eo.i.propterea dignior,quem reciperẽ in
fidem atq; amicitiam meam,quòd putabat eos obſeruandos. i.
verendos,& colẽdos ſup.eſſe,à ſe,quos ille.ſ.Craſſus dilexiſſet ,
& quibus fuiſſet carus.Itaque cum uenit ad me in Ciliciam.ſ.p
uinciam,& fides eius & prudentia fuit mihi magno,vſui.i.mul-
tum vtilis in multis rebus,&,ut opinor,non defuit tibi. i.etiam
auxilio fuit in bello Alexãdrino.i.q̃d Alexandriæ,quæ regia eſt
Aegypti,geſſiſti,quantum potuit conſequi. i. efficere, ſtudio &
fidelitate,q̃d ideſt quam rem,cũ ſperaret te quoque exiſtimare.
i iudicare ita , ipſe eſt profectus in Hiſpaniam ad te , quidem,i.
certe,ille,inquam,profectus eſt,maxime conſilio ſuo, ſed etiã
me auctore.i.approbatore eius cõſilij.Cui ego nõ ſũ pollicitus
commendationem,non quin arbitrarer,eam.ſ.commendationẽ
meam valituram apud te , ſed ſup. Apollonius neq; uidebatur
mihi egere commendatione, qui & fuit tecum in bello , & qui
eſſet vnus de tuis.ſ.familiaribus,aut neceſſarijs,propter memo
riam Craſſi . Et videbam,ſi uellet uti commendationibus eum
poſſe conſequi id, ideſt,uti cõmendationibus etiam per alios,
Ego dedi ei libenter teſtimonium meum,aut mei iudicij de eo,
quod ſcilicet iudicium , & ipſe æſtimabat magni , & ego eram
expertus ualere apud tę. Igitur,ut. ſ.teſtimonium perhibeam ,
ego cognoui ſupp.eum hominem doctum, & deditum optimis
ſtudijs,& id a puero. Nam fuit multum a puero. i.puerili ętatę
domi meæ cum Diodoto Stoico homine,meo iudicio,eruditiſ-
ſimo.Nunc autem incenſus ſtudio rerum tuarum, cupiebat mã
dare eas literis græcis. hic arbitror, ſupp. eum poſſe. ſ. mandare
Græcis literis.nam ſup.ualet ingenio, habet iam pridem,ideſt à
plu-



plusculo tempore,usum.i.experientiam,&,ut dicunt,practicā, & uersatur in eo genere studij,& literarū,cupit mirabiliter satisfacere,i. sufficientia alimenta præbere,immortalitati laudū tuarum. Tu habes testimoniū opinionis meę,seu tu iudicabis hoc multo facilius,.i.p singulari prudētia tua.Et tñ quod negauerā .s. me facturum,ego cōmendo tibi eū.Quidquid cōmodaueris,i.cō modi feceris ei,erit mihi gratum maiorem in modum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Curium omnium amicitia,& præsertim Sulpicij dignum diligenter commendat.

M. CICERO SER. SVLPICIO. S. D. 17

M. Curius,qui Patris negociatur, multis, & magnis de causis a me diligitur.nam, & amicitia peruetus mihi cum eo est, ut primum in forum uenit,instituta.& Patris cum aliquoties antea, tū proxime hoc miserrimo bello domus eius tota mihi patuit:qua si opus fuisset,tam essem usus, quā mea. maximum autē mihi uinculum cum eo est, quasi sanctioris cuiusdā necessitudinis,quod est Attici nostri familiarissimus,eūque unū præter ceteros obseruat,ac diligit.quē si tu iā forte cognouisti,puto me hoc,quod facio, facere serius. ea.n. est humanitate & obseruantia,ut eum tibi iā ipsum per se cōmendatum putē.quod tamen si ita est,magnopere à te quæso, ut ad eā uoluntatē,si quā in illū ante has meas literas contulisti,quam maximus postea cōmendatione cumulus accedat. sin autem pp uerecūdiā suam minus se tibi obtulit, aut eū nō dum satis habet cognitum:aut quæ causa est cur maioris cōmendationis indigeat.sic tibi eum commendo,ut neq; maiore studio quenquam,neque iustioribus de causis cōmendare possim.faciāque id,quod debent facere ij,qui religiose,& sine ambitione cōmendant. spondebo enim tibi uel potius spondeo, in meque recipio,eos esse M.Curij mores,eamq; tū probitatem, tum etiā humanitatem,ut eū,& amicitia tua,et tā accurata cōmendatione,si tibi sit cognitus:dignū sis existimaturus.mihi certe gratissimū feceris,si intellexero has literas,tantū,q̃tum scribens confidebam,apud te pondus habuisse. Vale.

HVB. M. CVRIVS]Ser.Sulp.Græciæ præerat,ut li.4. diximus. cumque Patris, quæ est Peloponnesi ciuitas in regione, quæ proprie appellatur Achaia. auctore Ptol. M.Curius,multa negocia haberet magna,& ueteri amicitia Cice coniunctus,& Attico utriusque familiarissimo ualde dilectus:Cicero hac epistola diligenter eum commendat Seruio,ut si pro eo aliquid vnquam efficere uoluit,accedat ad id maximus sua commendatione cumulus:si uero Curius se uerecundia sua nondum obtulit Seruio,nec ei notus est,dicit Cicero eum non minus à se commendari, quē affirmat Cicero fore dignum sua tam diligenti commendatione,& amicitia ipsius Seruij.[Et Patris cum aliquoties]Patris non est genitiuus,ut quidam putant,sed ablatiuus. [Patris) In Patris ciuitate.[Patuit) Fuit mihi exposita,[Sanctioris) Firmiores [Attici) cuius cā me oīa debere puto.[Cumulus] augmentum accedat adiungatur.[Obtulit]Ad te uenit.[Satis) Bene.[Aut quę causa].i. aut si causa est.s.aliqua quæ indigeat maioris commendationis.i. quē uehemētius sit cōmendanda [Religiose]Pie,sincere. [Eos)

ASC. Tales.[Accurata]Diligenti,studiosa.

MARCVS &c.] Ser.Sulpitius Græciæ præerat,igitur cū Patris urbe Achaiæ in Peloponneso M.Curius multa negocia haberet cōmendat eū Seruio,ut amico sibi,& amico iucundissimo dicēs, M.Curius q negociat.i. mercationi incūbit Patris urbe Achaiæ, diligit à me de causis multis,& magnis.i ob cās multas, & magnas,nam & amicia puetus.i.ualde uetusta est mihi cum eo,instituta.i.incepta cum eo, ut primum ueni in forum.s. iudiciale, & domus eius tota patuit mihi Patris in ea urbe,cum.s.ita sit ꝙ aliquoties antea tū.i.multo magis,hoc bello miserrimo.s.ciuili,cuius miserrimus est exitus.Qua.s.domo ego usus fuissem tam.i.tātum, q̃.i.quantum mea,si fuisset opus. Autem.i. sed, maximum vinculum.quasi necessitudinis cujusdā sanctioris.i. minime uiolabilis,est mihi cum eo,ꝙ.i. eo ꝙ ipse est familiarissimus Attici nostri.s.Pomponij,& obseruat.i.offendere timet,ac diligit eum vnum præter ceteros.Quē.s. Curium si tu cognouisti forte iā.s. antequam hæc legeris,ego puto me facere quod facio.i.eum cōmēdare serius.i.nimis tarde.Ipse.n. est ea humanitate,& obseruantia.i.obseruandi suos studio,ut putem ipsum iam, si eum cognouisti,commendatum tibi per se.i.sine literis meis.quod tamē si est ita.i.eum nosti & commendatum habes,ego quęso.i.requiro à te magnopere,ut quam maximus cumulus.i.maximum incrementum accedat.i.addat aut adueniat,ad eā uolūtatem, quā contulisti,ante has literas meas in illū, si quam.i.aliquam cōtulisti.Autem.i.sed,si ipse pp uerecundiam suam minus.i.non obtulit tibi se,aut si nondum habes eum satis cognitum.aut,quæ.i. aliqua causa est legerem una dictione, aut quam, cur indigeat maioris cōmendationis,ego cōmendo eū tibi sicut neq; possim commendare quenquam maiore studio.i.affectu,neq; de iustioribus causis.i. ob iustiores causas.Et ego faciam id,quod debent facere ij qui commendāt religiose.i.sancte,& cum timore, & sine ambitione.i.affectatione nimia. Spondebo.n. tibi uel potius spondeo.s.iam,& recipio in me.i. polliceor me præstatorē, eos esse mores M.Curij,& eam,tum probitatem,tum etiam humanitatem,ut sis,existimaturus.i.iudicaturus,si sit cognitus tibi, eum dignum,& amicitia tua,& tam accurata commēdatione.s. mea. Certe tu feceris mihi gratissimū,si intellexero has literas habuisse apud te tantum pondus.i.tantum ualorem,quantum scribens .i.cum eas scriberem,confidebam.s.eas habituras.

QVAMMAXIMVS postea commendatione c.a.) Etsi uetusti oēs libri,ita scriptum habent:ego tñ legendum crediderim,q̃ maximus potest,mea cōmendatione c.a. idque ante uiginti annos ita sensi,&,cū liber ederetur,scholio meo testatus sum.nec nūc,annos natus xlix.aliter sentio.alij legendū putant, Quā maximus nostra c.c.a.Alij nihil omnino mutandū.Suum cuique placet. PAVL. MAN.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

In hac epistola non tam commendat Atticum Sulpicio, quàm gratias agit, quod Sulpicius iam pronus sit ad benefaciendum ipsi Attico.

M. CICERO SER. SVLPICIO. S. 18

NON concedam,ut Attico nostro,quem elatum lætitia uidi,iucundiores tuæ suauissime ad eum,et humanissime scriptæ literæ fuerint,quàm mihi. nā etsi utriq; nostrum propè æque gratæ erant,tamen ego admirabar magis,te,quasi rogatus,aut certe admonitus liberaliter Attico respōdisses, (quod tamen dubium nobis,quin ita futurum fuerit,nō erat) ultro ad eum scripsisse, eique nec opinanti uoluntatem tuam tantam per literas detulisse,de quo non modo rogare te, ut eo studiosius mea quoque causa facias,non debeo. (nihil enim cumulatius fieri potest, quàm polliceris,) sed ne gratias quidem agere;quod tu,& ipsius causa, & tua sponte feceris: illud tamen dicam mihi id,quod fecisti, esse gratissimum.tale enim tuum iudicium de homine eo,quem ego unice diligo, non potest mihi nō summe esse iucundum.quod cum ita sit;esse gratum necesse est, sed tamen quando mihi pro coniunctione nostra, uel peccare apud te in scribendo licet,utrunque eorum, quæ negaui mihi faciēda esse,faciam.nam & ad id,quod Attici causa te ostendisti esse facturū,tantum uelim addas,quātum ex nostro amore accessionis fieri pōt:&, quod mō uerebar,tibi gratias agere,nūc planè ago:teq; ita existimare uolo, q̃buscunque officijs in Epiroticis, reliquisque rebus Atticum obstrinxeris,ijsdem me tibi obligatum fore. Vale.

NON cōcedam]Pōponius Atticus in Epiro,negocia habebat quæ pars est ꝓuinciæ,cui præerat Seruius. Itaq; cum Seruius id intelligēs ultro scripsisset ad Atticum non rogatus, neq; admonitus ab eo se omnino paratū esse, ei fauere quibuscūque rebus posset,Cic.ostendit has tam liberales literas Seruij non minus sibi gratas fuisse,quàm Attico,quem eius,mira quadam lętitia affectum,atque elatum dicit.Quamobrem,& ei commendat Atticum,cuius tamē causa se omnia facturum pollicitus fuerat, & gratias agit,de tam liberali pollicitatione animi eius erga Atticum[Non concedam) Non sinā, nō uincet me Atticus in hoc. [Propè]Ferè(Aeque) æqualiter.[Quasi) Tāquam.[Rogatus) Ab eo,cū nihil ad te scripsisset. Vltro spōte tua sine eius rogatione, aut admonitione.[Agere) .s.debeo De homine eo) Attico,necesse est,nihil.n.potest esse iucundū, qđ idē nō sit gratū [Quādo) Qm̄ [Et).i.ēt.[Peccare) Errare [Vtrūq; eorū) Declarat q̄ sint ea. Nā,& ad id,qđ Attici cā.hoc.n.negauit se facturū, cum dixit su- HVB.

pra,

pra, de quo non mō rogare te, ut eo studiosius mea quoq; cā facias, nō debeo.[Accessionis] Augmēti.[Mō] Paulo añ:non dixit, sed ne gratias q.dē agere debeo. [Epiroticis] Quas in Epiro hēt.

NON &c.) Pomponius Atticus in Epiro, negocia habebat, cui Seruius tunc præerat. itaq; cum Seruius id intelligens ultro scripsisset ad Atticum, se paratum esse ipsum iuuare quibuscunque rōnibus posset, ostendit Cic. has Seruij liberalissimas literas sibi gratissimas esse, nec minus Attico, quā tñ ei cōmendationē fecit, dicens. Non concedā ut literæ tuæ suauissimę, & scriptæ humanissime ad Att. cū fuerint iucūdiores Attico nostro s. Pomponio, quem uidi elatū. i. exultantem lætitia, q̄ mihi: Nā etiā. q̄q̄. literæ tuę erāt ꝓpè. i. quasi ęque gratę utriq; nostrū, tñ ego admirabar magis te scripsisse ad eū ultro, & detulisse ꝑ literas tuas ei, nec opinanti tantā uoluntatē tuā, quasi rogatus, aut certe. i. saltē admonitus rñdisset liberaliter Attico. i. uotis Attici. De quo nō mō. i. non solū nō debet rogare te, ut facias quoq; . i. ēt cā mea eo, tanto studiosius. i. fauorabilius, & diligentius. Nihil. n. pōt fieri cumulatius. i. auctius, q̄ polliceri. s. te sponte facturū, sed ne q. dē. i. nō saltē sup. debeo agere gratias, ꝙ tu feceris, aut quod. i. de eo, quod tu feceris, &. i. simul cā ipsius. s. Pomponij Attici, & tua sponte. i. propria inclinatione, aut naturali uoluntate. Ego tñ di co illud, id quod fecisti mihi, esse gratissimum mihi. Tale. n. iudicium tuum de eo, homine, quē ego diligo unice nō pōt esse non summe iucundū mihi. Quod cū sit ita, necesse est esse gratū. i. utile. Sed tñ qñ. i. qñquidē, licet mihi ꝑ cōiunctione nostra, uel. i. ēt peccare in scribendo, ego faciā vtrunq; eorū q̄ negaui. i. dixi nō esse faciēda mihi. i. à me. Nā ego uelim sup. ut addas ad id, quod oñdisti te facturum cā Attici tñ, quātū accessionis. i. incremēti fieri pt ex amore meo. i. pp accessionē amoris mei. Et quod uere bar mō. i. paulò ante, uidelicet agere tibi gratias, ago planè. i. ex aīo, aut manifeste, & uolo te existimare ita, qbuscunq; officijs. i. beneficijs, quasi ex debito, aut honesto factis obstrinxeris. i. deuinxeris Atticum in rebus Epiroticis. i. quas curandas habet in Epiro & reliquis. s. reb me fore obligatum tibi ijsdem. s. rebus.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Caput huius epistolæ, & commendationis est, ut inquit ipse Cicero, ut Seruius Lysonem Patrensem, qui Pompeianus cum Cæsare redierat in gratiam, in suam necessitudinem recipiat.

M. CICERO SER. SVLPICIO S.P.D. 19

CVM M. Lysone Patrensi est mihi quidem hospitium uetus, quam ego necessitudinem sancte colendam puto, sed ea causa etiam cum alijs compluribus, familiaritas tanta nullo cum hospite, & ea cum officijs eius multis, tum etiam cō suetudine quotidiana sic et aucta, ut nihil sit familiaritate nostra coniunctius. is cum Romæ annum propè ita fuisset, ut mecum uiueret, etsi eramus in magna spe, te meis literis, commendationeq; diligentissime facturum id, quod fecisti, ut eius, rem, et fortunas absentis tuerere: tamē ꝙ in unius potestate erant oīa, & quòd Lyso fuerat in nostra causa, nostrisque præsidijs, quotidie aliquid timebamus. effectū tamen est, & ipsius splendore, & nostro, reliquorumque hospitum studio ut omnia, quæ uellemus, a Cæsare impetrarentur. quod intelliges ex ijs literis, quas Cæsar ad te dedit. nunc non modo nō remittimus tibi aliquid, ex nostra commendatione quasi adepti iam omnia, sed eo uehementius à te contendimus, ut Lysonem in fidē, necessitudinemq; tuā recipias. cuius dubia fortuna timidius tecū agebamus, uerentes, ne quid accideret eiusmodi, ut ne tu qdem mederi posses. explorata uero eius incolumitate omnia a te studia summa cura peto, quæ ne singula enumerem, totā tibi domum commendo, in his adolescentem filium eius, quem C. Memmius Gemellus, cliēs meus, cum in calamitate exilij suis Patrensis ciuis factus esset, Patrēsium legibus adoptauit, ut eius ipsius hæreditatis ius, causamq. tueare. caput illud est, ut Lysonem, quem ego uirum optimum, gratissimumque cognouis, recipias in necessitudinem tuam. quod si feceris, non du bito, qu in eo diligendo, ceterisq; postea commendando, idem quod ego sis iudicij, & uoluntatis habiturus, quod cum fieri uehementer studeo, tum ēt illud uereor, ne, si minus cumulate uideberis fecisse aliquid eius causa, me ille negligenter scripsisse de se putet, non te oblitum mei. quanti enim me faceres, cum ex sermonibus quotidianis meis, tum ex epistolis, ēt tuis potuit cognoscere. Vale.

CVM *Lysone*] Lyso Patrensis ciuis ueteri hospitio, & familiaritate officiis, & cōsuetudine quotidiana auctæ Cic. cōiunctus erat. Is in dissensione ciuili inter Cæs. & Pomp. Pōpeianis partibus maxime studuerat. Itaque licet speraret Cice. Seruium eius causa omnia facturum esse, tamen quia omnia erant in potestate Cæs. aliquātulum uerebatur, sed postea imperauit omnia à Cæs. pro ipso Lysone, quare Cice. hac epistola ita eum commendat Seruio, ut licet Cæs. omnia ei concesserit, ipse nihil minus sibi pro eo agendum putet, sed impetrata eius incolumitate à Cęs. petit Cice. a Seruio, ut omnia eius magis commēdata habeat, & præcipue faueat eius filio, qui adoptatus fuerat à quodā C. Memmio Gemello, qui Patris in exilio fuerat. [Sancte colendam] idest religiose, & immobiliter seruandam. quod fiebat apud antiquos. Vnde, & Iupiter hospitalis, colebat, qui præesset hospitiis. Virg. Iupiter, hospitibus nam te dare iura loquuntur. [Is) s. Lyso. [Vnus) Cæsa. [In nostra causa) In Pōpeianis partibus. [Timebamus) Ne Cæs. male consuleret eius rebus. [Splendore ipsius) Quo Cæs. motus est. [Studio) Fauore. [Quæ uellemus] Incolumitatem uitæ, & fortunarum suarum. [Remittimus] Diminuimus, quasi adepti omnia, idest tanquam omnia obtinuerimus à Cęsa. & non egeamus fauore tuo. [Eò) Propter id, quia à Cæs. obtinuimus, quæ uoluimus. [Dubia fortuna) Cum nondum sciebamus mentē Cæs. & an ei esset concessurus incolumitatem. [Mederi) Prouidere. [Explorata) Certa. [Domum] Familiam, ut Virg. Dum domus Aeneæ, capitolij immobile saxum Accolet. [Adolescentē) scilicet commendo. [C. Memmius) Is ciuis R. patrēsis in exilū missus adoptauit in filiū Lysonis filium. [Cumulate) Plenè. [Me ille) idest, putet me usum esse negligentia in cōmendando, non autem te esse oblitum mei, quem scit à te plurimum diligi.

CVM Lysone, &c.) Lyso ciuis Patrensis Cic. ueteri hospitio, & consuetudine coniunctus, is in dissensione ciuili Pōpeianas partes secutus erat, quo circa licet putet Seruium, eidem fauturum, tamen quia omnia erāt in potestate Cęs. aliquantulum uerebat, hunc Cice. diligenter commendat in præsenti epistola, dicens: Hospitium uetus. i. ius hospitalitatis est, quidem mihi cum Lysone Patrensi. i. ciue Patrarum in Achaia, quam necessitudinem. s. hospitalitatis ego puto colendam sanctē. i. inuiolabiliter. nam Ioui curæ est, unde Dido Aen. i. Iupiter. hospitibus nam te dare iura loquūtur. [Sed ea causa). s. necessitudinis est sup. mihi etiam cum compluribus alijs, qui etiam illius hospites sunt, familiaritas tanta supp. est mihi cum nullo hospite. s. quanta cum ipso, & ea. s. familiaritas aucta est, tum officijs multis, tum etiam cōsuetudine. i. communicatione uitæ quotidianæ, sic ut nihil sit coniūctius familiaritate nostra. Is. s. Lyso cum fuisset Romæ propè. i. quasi annum, ita ut uiueret mecum. Etsi eramus in magna spe te facturum diligentissime id, quod fecisti literis meis, & commendationē meam, idest literas meas, & commendationē mea. i. propter, literas meas, & commendationē meam, uidelicet, ut tuerere. i. protegeres rem, & fortunas eius absentis, tamen quòd. i. quia omnia erant in potestate unius. s. Cęsaris, & quòd Lyso fuerat in causa nostra. i. Pompeianas partes nobiscum secutus, & in præsidijs nostris. i. nostratum partium nos timebamus quotidie aliquid. s. aduersi illi posse contingere, tamen effectum est, &. i. simul, splendore. i. eminenti honestate uitæ ipsius, & studio nostro, & reliquorum hospitum, ut omnia impetrarentur à Cęsa quæ uellemus. Quod intelliges. s. uerissimum esse ex literis, quas Cæsar dedit ad te Nunc. s. quādo tuto scribere possumus, nō modo, non solum non remittimus. i. relaxamus, aut detrahimus tibi aliquid ex commendatione nostra, quasi adepti simus iam omnia, sed cōtendimus, idest petimus à te eo. i. ꝓpter ea uehementius, ut recipias Lysonem in fidem. i. in fidelem tutelā, & necessitudinem tuam. Cuius fortuna sup. existente dubia idest tantisper, dum dubia erat, nos agebamus tecū timidius, idest magis timide, quàm tunc, aut aliquantulum timide, quia nunc timide non agit uerentes. i. formidante, ne quid eiusmodi accideret, ut ne tu quidem maxime posse uideris, posses mederi. i. curare, & incolumitati restituere. Vero. i. sed incolumitate. i. salute cum fortunis explorata. i. comperta, ego peto a te omnia summo studio, & cura scilicet summa. Quæ scilicet petita ne enumerem singula, ego commendo tibi totam domum. i. familiam, & rem familiarem eius, & commendo in his. Non dicit in hac, quia rem respicit sic domus Aaron sperauit in domino, adiutor & protector eorū est. idest inter hos, qui sub nomine docorum, comprehenduntur, filium eius adolescentem, quem C. Memmus Gemellus cliens meus. idest qui me colit eo quòd patrocinio meo utitur, cū factus esset ciuis Patrensis supp. in calamitate exilij

exilii ſui adoptauit.i.in filium aſſumpſit legibus.i.ſecundum leges Patrenſium.ſ.ciuium, ut tueare.i.defendas ius, & cauſam hæreditatis ipſius.ſ.filij Lyſonis, quæ obueniret illi ex Memmio. Illud eſt caput.i.præcipua pars petitionis meę, ut recipias in neceſſitudinem tuam.i.inter neceſſarios tuos, aut in uinculum neceſſitudinis tuę Lyſonē, quē ego cognoui uirum, optimū, & gratiſſimum. Quòd ſi feceris, non dubito, quin in diligendo, & commēdando.ſ.eo, ceteris, ſis habiturus idem iudicij, & uoluntatis.ſ. de eo & in eum, quod ego.ſ.habeo. Quod fieri.i.vt fiat, ſtudeo.i.ſtudio laboro, tum uehementer, tum etiam uereor illud ne ſi uidebe ris feciſſe aliquid minus cumulate.i.aucte, cauſa.i.in cā eius, ille putet me ſcripſiſſe negligenter, non ſupp. putet te oblitum mei. Enim.i, quia, ipſe potuit cognoſcere quanti, ideſt, quàm magno feceris.i.æſtimaueris me tum.i.pariter.i.pari menſura ex ſermonibus meis quotidianis, quia quotidie de beneficijs tuis in me aliquid loquor, tū ēt ex epiſtolis tuis, quib.oīa mihi defers, &c.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Aſclaponem medicum Patrenſem, doctum, & probum commendat.

M. CIC. SER. SVLPITIO S. P. D. 20

ASclapone Patrenſi medico utor ualde familiariter: eiuſque tum conſuetudo mihi iucunda fuit, tum etiā ars. quam ſum expertus in ualetudine meorum: in qua mihi tum ipſa ſcia, tum ēt fidelitate, beneuolentiaq. ſatisfecit. hunc igitur tibi commendo: & à te peto, ut des operam, ut intelligat, diligenter me ſcripſiſſe de ſe. meamq; cōmendationē uſui magno ſibi fuiſſe. erit id mihi uehementer gratum. Vale.

HVB. *ASclapone*) Aſclaponem Patrenſem ciuem, & medicum commendat Cic. Seruio. huius aūt medici artem laudat, & fidelitatem, quorum utrunque dicit ſe expertum cum ſui ægrotarēt, quoniā eos diligenter curauit, & fideliter. [Ars) Medendi [Sciētia) Doctrina [Valetudinis) Aegrotatione. Notanda autem tria in medico, ſcientia, fides, beneuolentia, ſine quibus non bene ſatisfacere poteſt.

ASC. *ASCLAPONE*) Commendat Aſclaponem medicum bene de ſuis, ut inquit, meritum, dicens: Ego utor familiariter Aſclapone Patrenſi.i.ex Patris oppido Achaiæ medico, & tum conſuetudo.i.conſeruatio, & cōicatio eius, fuit mihi iracunda, tum etiam ars, uidetur addendum ſecundum Vallę elegantias, grata, quam ſum expertus in ualetudine.i. mala diſpoſitione meorū. In qua .ſ.valetudine meorum ipſe ſatisfecit mihi, tū.i.pariter ipſa ſcientia, tum etiam ſidelitate, & beneuolentia. Igitur cum fuerit talis in meos, ego commendo tibi hunc, & peto à te, ut des operā, ut intelligat, me ſcripſiſſe diligenter de ſe, & commendationem meam fuiſſe ſibi magno uſui.i.magnæ utilitati. id erit mihi uehementer gratum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Ammonium Auiani libertum in cauſa patroni commendat.

M. CICERO SER. SVLPITIO S. P. D. 21

M. Aemilius Auianus ab ineunte adoleſcentia me obſeruauit, ſemperq; dilexit, uir cum bonus, tū perhumanus, & in omni genere officij diligendus. quem ſi arbitrarer eſſe Sycione; & niſi audirem, ibi eum etiam nunc, ubi ego reliqui Cibyræ commorari, nihil eſſet neceſſe plura me ad te de eo ſcribere: perficeret.n. ipſe profecto ſuis moribus, ſuaq; humanitate, ut ſine cuiuſquam commendatione diligeretur abs te nō minus, quam & à me, & à ceteris ſuis familiaribus. ſed cum illum abeſſe putem, cōmendo tibi maiorem in modum domū eius, quæ eſt Sycione, remq; familiarem, maxime C. Auianū Ammonium libertum eius, quem quidem tibi etiam ſuo nomine cōmendo. nam cum propterea mihi eſt probatus, q eſt in patronem ſuum officio, & fide ſingulari, tum etiam, q in me ipſum magna officia contulit, mihiq; moleſtiſſimis temporibus ita fideliter, beneuoleque præſto fuit, ut ſi a me manumiſſus eſſet. itaque peto a te, † ut eum Ammonium, & in patroni eius negocio ſic tueare, ut eius procuratorem, quem tibi cōmendo: & ipſum ſuo nomine diligas, habeasque in numero tuorum. hominem prudentem, & officioſum cognoſces, & dignum, qui à te diligatur. Vale.

† alias, Vt cum & in

HVB. *MArcus Aemilius*) Inſcriptio huius epiſtolæ, ut plurimū eſt Octauio, ſed puto factum errorem, ut pro Seruio ſcriptum ſit Octauio, quod ex epiſtola qua iam inferius poſita, quæ incipit: Licet eodem exemplo, &c. cognoſci poteſt, in qua Cice. non Octauio, ſed Seruio agit gratias, q hanc commendationem ſuā, diligenter obſeruauerit: Primum igitur Cice. commemorat cauſas beneuolentię ſuæ erga Auianum, & antiquas, & iuſtas. Deinde quia aberat Sycione urbe, ubi erat Ser. Sulp. commendat eum diligenter Seruio, & præcipue Ammonium eius libertum; quem ſummopere laudat, ab eoq. ſe magna officia accepiſſe dicit tpe exilij ſui. Itaq; petit Cic. à Seruio, ut hunc Ammonium libertū, & in rebus patroni adiuuet, & eius nomine charū habeat, & diligat, dignum.n. eius amore pollicetur. [Sycione) Quæ ciuitas eſt mediterranea à Syciōe partis Achaiæ, ut ſcribit Ptolemæus, alia eſt in Laconia. Cybira autem, ut alio loco diximus, auctoritate Strab. vrbs eſt Aſiæ auſtralis. Cuius adminiſtratio inter maximas totius Aſiæ cenſebatur. Inde Horat. in epiſto. Ne cybiratica, ne Bythinia, negocia perdas. [Perficere) ſi pręſens eſſet. [Libertum) Quem manumiſit.i.ex ſeruo libertum fecit. [Abeſſe) Sycione. [Etiam ſuo nomine).i. propria cauſa ipſius liberti nō modo patroni cauſa. Nam laudat libertum ipſum [Probatur mihi] .i. placet mihi, eſt mihi gratus. [Moleſtiſſimis) Aduerſiſſimis, quibus etiam in exilio. [Præſto) Paratus. [Vt) Sicut [Manumiſſus]. ſ. liber factus. (Patroni) Auiani, patrono.n. opponitur libertus: ſūt enim nomina ad aliquid dicta ſicut dominus, & ſeruus. [Ipſum) Libertum. [Suo nomine) Propria cauſa. [Pudentem] Verecundum, & modeſtum.

Sycione

Cybira

Præſto

A SC. *MARCVS &c.*) Commendat diligenter, & accuratis uerbis M. Aemylium Auianum, & domum eius, & pręcipue Ammoniū libertum eius, ob præclara utriuſque merita, dicēs: M. Aemilius Auianus, obſeruauit.i. coluit me, cauendo offendere me ab adoleſcentia, ſ. ſua ineunte, i. incipiente. Et dilexit me ſemper. ſ. deinceps, uir, i. qui eſt uir, tum bonus, tum perhumanus, diligendus omni genere officij. Quem ſi ego arbitrarer eſſe Sycione .i. in ea urbe Achaiæ, & niſi audirem eum commorari etiam nunc.i. adhuc Cybiræ.i. in ea urbe Aſiæ auſtralis, ubi ego reliqui eum ſcilicet tunc cum eſſem Imperator Ciliciæ, nihil eſſet neceſſe me ſcribere plura de eo, enim, ideſt, quia, ipſe perficeret profecto ſuis moribus, & ſua humanitate, ut diligeretur à te ſine commendatione cuiuſquam, non minus, q̄ diligitur à me, & à ceteris familiaribus ſuis. Sed cum putem, ſ. eum abeſſe, ego commendo tibi in maiorem modum, ideſt non vulgariter, domum, i. familiam eius, quæ eſt in Sycione, & rem familiarem ſupp. eius, & maxime C. Auianum, Ammonium libertum eius, quem quidem ego commendo tibi, etiam ſuo, i. proprio nomine, nedum patroni. Nam, cum. ſ. ita ſit, q eſt probatus. i. probus. habitus mihi, q .i. quia eſt officio, & fide ſingulari in. i. erga patronum ſuum, tum etiam contulit magna officia in me ipſum, & fuit mihi pręſto, ideſt auxilio, paratus temporibus moleſtiſſimis, aūt exilij, aut poſt cladem Pharſalicam, ita fideliter, & beneuole, ut ſupp. eſſe deberet, ſi eſſet manumiſſus à me. Itaq; peto à te, ut tueare. ſ. eū Ammoniū, &. i. ſimul in negocio patroni eius. ſ. M. Aemilij ſic, ut diligas eius procuratorem, quem commendo tibi, & ipſum. ſ. Ammonium, ſuo. i. & proprio nomine. i. reſpectu, & habeas in numero, quia ſup. tu cognoſces eum hominem pudentem, & officioſum, & dignum, qui diligatur à te.

PAVL. MAN *In omni genere officij diligendus*) Quid, ſi legatur, in omni genere officij diligentiſſ. ideſt diligentiſſimus? qua ratione etiam dixit in oratione pro Planco. In omni officio diligentiſſimus, & pro M. Cœlio, Viro omnis officij diligentiſſimo & pro Cluen. In omnib. officiis retinendis diligentior eſſe nemo poteſt. Sed hæc eruditorum iudicio permittimus, incerta enim in re affirmare quidquam, & immutare, tum temerarium eſt, tum periculoſum. [Eum Ammonium) Ammonium, ut puto, gloſſema eſt.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

T. Manlium Cice. & ſua, & Varronis petitione, cauſaq; diligenter commendat.

M. CICERO SER. SVLPICIO S. D. 22

T. Manlium, qui negociatur Theſpijs, uehementer diligo. nam, & ſemper me coluit, diligentiſſimeque obſeruauit, & à ſtudijs noſtris non abhorret. accedit eo, q Varro Murena, magnopere eius cauſa uult omnia. qui ita exiſtimauit, etſi ſuis literis, quibus tibi Manlium cōmendabat, ualde confideret, tamen mea cōmendatione aliquid acceſſionis fore. me

quidem

quidem cum Manlij familiaritas, tum Varronis studium cõmonuit, ut ad te q̃ accuratissime scriberem. gratissimũ igitur mihi feceris, si huic cõmendationi meæ tantum tribueris, quãtum cui tribuisti plurimum, id est si T. Manliũ quam maxime, quibuscunq; rebus honeste, ac pro tua dignitate poteris, iuueris, atq; ornaueris. ex ipsius p̃terea gratissimis, & humanissimis moribus, confirmo tibi, eũ te, quẽ soles fructum à bono rum uirorum officijs expectare, esse capturum. Vale.

HVB. TITVM *Manl*]Laudat Cic. Manlij erga se beneuolentiã, & doctrinã. dicitq; eũ ualde charũ esse, Varroni Murenę, à quo fuerat commendatus ipsi Seruio, qui Varro licet, confideret multum literis suis cõmẽdatitijs, tamẽ existimauit cõmendationem Cic. posse aliquid addere. Itaque Cic. dixit: & Manlij familiaritate, & Varronis studio cõmotum esse, ut eũ cõmendaret diligẽtissime. affirmat. n. fore, ut officiũ uiro neq; ingrato, neq; immemori, sit p̃staturus. [Negociatur) Mercat̃, hẽt negocia. [Thespijs) Quod est oppidũ Heliconi proximũ, qđ ẽt singulari numero, Thespia dr̃, ut scribit Stra. li. 9. qui de eo loco plura dicit. [Nõ abhorret] Nõ est alienus i. studiosissimus, liptote. [Eò) Ad id. [Confideret, suis literis) Haberet magnã fiduciam in literis suis. (Studiũ) Amor [Quantũ cui tribuisti plurimũ). i. si eum tanti feceris quãti unquam feceris aliquem. [Pro tua dignitate]. i. quantũ tua dignitas patitur. [Fructum] Vtilitatem, & uoluptatem.

Negociari Thespia Fuctus

ASC. *TITVM &c.*] Valde commendat T. Manliũ, oĩaq; negocia eius Ser. Sulpicio communi amico, & homini docto, ac probo dicens, ego diligo vehementer T. Manliũ, qui negociatur. i. mercatutã agit Thespijs. i. in oppido iuxta Heliconẽ, vñ Musę Thespiades interdũ dicuntur. Nã ipse, &. i. simul coluit, & obseruauit me semper diligentissime, & nõ abhorret. i. non est alienus à studijs nostris, aut legalis, aut oratoriæ, aut stoicæ disciplinæ. Accedit. i. additur eò. i. ad eam cõmendationẽ, ꝙ Varro Muræna uult magnopere omnia. s. fieri, aut facere cã eius. i. pp eũ, qui. s. Varro tñ etsi pro tametsi, cõfideret ualde literis suis, quibus cõmendabat tibi Manliũ, tñ existimauit, aliquid accessionis. i. augmenti fore, cõmendatione mea, i. per cõmendationẽ meã. Quidẽ. i. certe, tũ familiaritas Manlij, tũ studium Varronis. s. Murenæ commouit me, ut scriberẽ ad te quã accuratissime. Igit̃ tu feceris mihi gratissimum. i. rẽ gratissimã, si tribueris huic cõmendationi meæ tm̃ quantũ sup. illi, cui tribuisti plurimũ. i. si iuueris, atque ornaris, pro ornaueris T. Manliũ, quibuscunq; rebus poteris honeste pro dignitate tua. i. seruata dignitate tua. Ego pręterea confirmo tibi ex gratissimis, & humanissimis moribus eius, te capturum esse eum fructum. i. eam utilitatem, quem. s. fructũ, soles expectare ab officijs bonorum uirorum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Cossinium, & sua, & patroni causa commendat.

M. CICERO SER. SVLPICIO S. P. D. 23

L. Cossinio, amico, & tribuli meo, ualde familiariter utor. nam & inter nosmetipsos uetus usus intercedit, & Atticus noster maiorem etiam mihi cum Cossinio consuetudinem fecit. itaq; tota Cossinij domus me diligit, in primisq; libertus eius L. Cossinius Anchialus, homo, & patrono, & patroni necessarijs, quo in numero ego sum, probatissimus. hũc tibi ita cõmẽdo, ut, si meus libertus esset, eodẽque apud me loco esset, quo & est apud patronum suum, maiore studio commendare non possem. quare pergratum mihi feceris, si eum in amicitiam tuã receperis, atque eũ, quod sine molestia tua fiat, si qua in re opus fuerit, iuueris. id & mihi uehemẽter gratũ erit & tibi postea iucundũ. hominem. n. summa probitate, humanitate, obseruantiaque cognosces. Vale.

HVB. COSSINIO] Commendat Cic. hac epistola Seruio L. Cossiniũ L. Cossinij amici, & tribulis sui libertũ nõ minus q̃ si esset libertus suus, cãs aũt commendationis sumit, tum à patrono, tũ ab ipso liberto [Tribuli] Ex tribu mea [Vsus] Consuetudo. [Quo in numero). s. necessariorũ [Probatissimus) Gratissimus. [Quod. s. iuuare ipsum, ubi opus fuerit.

ASC. *LVCIO &c.*] Cõmendat Ser. Sulpicio L. Cossinium L. Cossinij amici & tribulis sui. i. eius, q cũ de eadẽ tribu erat libertũ perinde ac si proprius esset dicens: Ego utor ualde familiariter L. Cossinio amico, & tribuli tuo, i. uito de tribu tua. Nã uetus usus. i. mutuũ obsequiũ intercedit, i. medium est, inter nosmetipsos, & Atticus noster. s. Põponius fecit mihi ẽt maiorẽ consuetudinẽ, cum Cossinio. Itaq, tota domus Cossinij diligit me, & in primis. i. p̃cipue libertus eius L. Cossinius Anchialus homo p̃batissimus, & . i. simul patrono. s. suo, & necessarij patroni. s. sui, in quo numero ego sum. Ego cõmendo tibi hunc. s. Libertũ eius, ita ut si esset libertus meus, & si esset apud me eodẽ loco, i. eadẽ caritate, & quo & . i. ẽt est, apud patronũ suum. ego non possum cõmendare eũ maiore studio. Quare tu feceris mihi pergratũ si receperis eũ in amicitiã tuã, atq; iuueris eũ, quod fiat sine molestia tua, si opus fuerit ei qua. i. in aliqua re. Id erit & . i. simul gratũ mihi uehemẽter, & erit postea iucundum tibi. Tu. n. cognosces supp. eum esse hominem summa probitate, humanitate, & obseruantia.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Gratias agit Seruio, quod Lysonis commendationem acceperit.

M. CICERO SER. SVLPICIO S. D. 24

CVm antea capiebam ex officio meo uoluptatem: ꝙ meminneram, q̃ tibi diligenter Lysonem, hospitem, & familiarem meum commendassem: tum uero p̃steaquam ex literis eius cognoui, tibi eum falso suspectũ fuisse, uehementissime lætatus sum, me tã diligentẽ in eo cõmendãdo fuisse. ita. n. scripsit ad me, sibi meã cõmẽdationem maximo adiumento fuisse, quòd ad te delatũ diceret, sese contra dignitatem tuã Romæ de te loqui solitũ esse. de quo etsi pro tua facilitate, & humanitate purgatũ se tibi scribit esse, tamen primũ, ut debeo, tibi maximas gratias ago, cũ tantũ literæ meæ potuerunt, ut ijs lectis, omnem offensionem suspicionis, quã habueras de Lysone, deponeres: deinde, credas mihi affirmanti, uelim, me hoc non pro Lysone magis, q̃ pro oĩbus, scribere, hominem esse neminem, qui unquã mentionem tui, sine tua summa laude fecerit. Lyso uero cum mecum propè quotidie esset, unaque uiueret, non solum quia me libenter audire arbitrabatur, sed quia libentius ipse loquebatur; omnia mihi tua & facta, & dicta laudabat. qua propter etsi à te ita tractatur, ut iam non desideret commendationẽ meam; unisque se literis meis omnia consecutum putet, tamen à te peto maiorem in modum, ut eum etiam atque etiam tuis officijs, liberalitate complectare. scriberem ad te, qualis uir esset, ut superioribus literis feceram, nisi iam per se ipsum tibi satis esse notum arbitrarer. Vale.

HVB. CVM *antea*] Seruius suspectum habuerat Lysonẽ Patrensem ei à Cic. supra commendatum, quod ad se delatum fuerat, eum Romæ locutum cõtra dignitatem suam, quod falsum erat, cumque ille se apud Seruium excusasset, Seruius propter literas Cic. Commendatitias omni offensione deposita Lysonem commendatum habuit. Quamobrem Cic. hac epistola, dicit semper accepisse magnam uoluptatem de eo, quod scripsisset diligenter de Lysone ad ipsum Seruium, sed magis lętatur posteaquã intellexisset, eũ fuisse falso suspectũ Ser. nã si negligenter scripsisset, uisus fuisset, quodãmodo cõscius huius rei. itaq; primũ agit gratias Ser. q oẽm suspicionis offensionẽ deposuerit pp literas suas cõmendaticias. Deinde excusat ipsum Lys. ꝙ non mõ nunquã dixerit aliquid cõtra dignitatẽ Ser. Sed semper oĩa cũ summa eius laude, quod idẽ ab oĩbus factũ dicit. Postremo rursus cõmendat ei hunc Lysonem. [Purgatum] Excusatũ [Offensionẽ) Molestiã, displicentiam, ut ita dicã. [Affirmanti) Testificanti, certificanti. [Neminem). s. esse [Non solum). i. non solum, quia sciret me libenter audire laudes tuas, sed etiam, quia ipse libentius de te cũ laude loquebatur. [Ita] Cum tanta humanitate, & liberalitate. [Literis meis] Quibus eum antea tibi commendaui.

ASC. *CVM antea, &c.*] Seruius suspectum habuerat Lysonem, ꝙ audierat cõtra dignitatem suam Romæ locutum, quam suspicionem pro cõmendatione Cic. deposuerat, quod factũ sibi gratissimum nunc dicit Cic. Ordo est: cum. s. ita sit quod capiebam antea uoluptatem ex officio meo, ꝙ memineram, q̃ diligenter cõmendassem tibi Lysonem hospitem, & familiarem meum, tum uero, id est tũc multo magis, & quasi ex uero, aut ad uerum, posteaquã cognoui literis eius cum fuisset suspectum tibi falso, lętatus,

eatus sum uehementissime, me fuisse tam diligentem in eo com mendando. Ita .n. scripsit ad meam cõmendationem fuisse sibi maximo adiumento, ꝙ, id est eo, ꝙ diceret delatum, sup. fuisse ad te, se solitum esse loqui Romæ de te contra dignitatem tuam. De quo etsi, idest q̄q̄, scribit se purgatum esse tibi pro facilitate, & humanitate tua; tamen ego ago primum tibi maximas grãs, ut debeo, cum.i. quando quidem literę meæ potuerunt tantũ, i. tam multum, ut ijs lectis, i. postquã eas legeris, deponeres oẽm offensionem suspicionis.i. ortam ex suspicione, quam habueras de Lysone. Teinde uelim sup. ut eredas mihi, affirmanti, me scribere hoc, non magis pro Lysone, s. purgando, q̄ pro omnibus, s. Romæ agentibus, hominem neminem, i. nullum esse, qui fecerit unq̄ mentionem tui sine summa laude tua. Vero .i. sed, Lyso cum esset mecum prope, i. ferè quotidie, & uiueret una, i. pariter, non solum quia arbitrabat, i. putabat me audire libẽter, sed quia ipse libentius loquebatur, laudabat mihi omnia facta, & dicta tua. Quapropter etsi, i. q̄q̄, tractatur à tẽ ita, ut iam non desideret commendationem meã, & is putet se consecutum, i. obtinuisse oĩa. s. quæ uelit literis, i. per literas meas, tamen peto à te in modum maiorem, i. formã non vulgarem, ut complectare eũ etiam atque ẽt, i. frequenter tuis officijs, supple & liberalitate. Ego scriberem ad te qualis uir esset, ut feceram superioribus, s. literis, nisi arbitrarer, iam esse satis notum tibi per seipsum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hagesaretum ob merita erga se commendat.

M. CIC. SER. SVLPICIO S. D. 25

HAgesaretus Larissæus magnis meis beneficijs ornatus in consulatu meo, memor, & gratus fuit, meque postea diligentissime coluit. eum tibi magnopere commendo, ut & hospitem, & familiarem meum, & gratum hominem, et uirum bonum, & principem ciuitatis suæ, & tua necessitudine dignissimum. pergratum mihi feceris, si dederis operam, ut is intelligat, hanc meam commendationem magnum apud te pondus habuisse.

HVB. HAgesaretus] Laudat Cic. multum Hagesareti Larissæi gratitudinem & beneuolentiam erga se. Deinde cõmendat eum Ser. Sulpicio. [Larissæus) Ex Larissa ciuitate Thessaliæ in sinu pelasgico, unde & Achilles Larissęus, ut Virg lib. 2. Aen.

ASC. *Quam non mille rates, nec Larissæus Achilles.*

HAGESARETVS &c.] Laudat Hagesareti Larissæi gratitudinem, & beneuolentiam, atq; ita de ipso Sulpicio facit cõmendationem, dicens: Hagesaretus Larissæus.i. ex Larissa oppido Thessaliæ in sinu pelasgico. Vnde Achilles Larissæus uocatus est, ornatus magnis beneficijs meis in consulatu meo, fuit memor & gratus, & coluit me postea diligentissime. Ego commendo tibi eum magnopere, ut & hospitem meum, familiarẽ meum, & sup. ut hominem gratum, & uirum bonũ, & principem ciuitatis suę, & dignissimum necessitudine, i. arcta coniunctione tua. Tu feceris mihi pergratum, si dederis operam, ut intelligat hanc commendationem meam habuisse apud te magnum pondus .i. momentum in commẽdando. Omnia sunt tam aperta, ut expositione non egeant, nec in ordine quisquam primas modo literas doctus errare possit, nolui tamen propter facilitatem unius, aut alterius epistolę ab incepto desistere.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

L. Mescinium, Mindij fratrem, qui in Seruij prouincia, ubi frater oppetierat, hæreditatem petebat, Seruio multis de causis commendat, & ut causam illius defendat, petit.

M. CICERO SER. SVLP. S. P. D. 26

L. Mescinius ea mecum necessitudine coniunctus est, ꝙ mihi quæstor fuit, sed hanc causam, q̄ ego, ut à maioribus accepi, semper grauem duxi, fecit uirtute, & humanitate sua iustiorem. itaque eo sic utor, ut nec familiarius ullo, nec libentius is, q̄q̄ confideri uidebatur, & sua causa, quæ honeste posses, libenter esse facturum; magnum tamen esse sperauit apud te meas quoque literas pondus habituras. id cũ ipse ita iudicabit, tũ pro familiari consuetudine sæpe ex me audierat, q̄ suauis esset inter nos, & q̄ta coniunctio. peto igitur à te, tanto. s. studio, q̄to intelligis debere me petere pro homine tam mihi necessario, & tam familiari; ut eius negocia, quæ sunt in Achaia, ex eo ꝙ hæres est Mindio fratri suo, qui Elide negociatus est, explices, & expedias tum iure, & potestate, qua habes, tum etiam auctoritate, & consilio tuo. sic .n. præscripsimus ijs, quibus ea negocia mundauimus, ut omnibus in rebus, quæ in aliquam controuersiam uocarentur, te arbitro, & quod cõmodo tuo fieri posset, te disceptatore uterentur. id ut honoris mei causa suscipias, uehementer te etiam atque etiam rogo. illud præterea. si non alienum à tua dignitate putabis esse, feceris mihi pergratum: si qui difficiliores erunt, ut rem sine cõtrouersia confici nolint, si eos, quãdo cum senatore res est, Romam reieceris. ꝙ quo minore dubitatione facere possis, literas ad te à M. Lepido consule, non quæ te aliquid iuberent, (neq; .n. id tuæ dignitatis esse arbitrabamur) sed quodãmodo quasi commendaticias sumpsimus. scriberem, q̄ id beneficium bene apud Mescinium positurus esses, nisi & te scire confiderem, et mihi peterem. sic .n. uelim existimes, non minus de illius re laborare, quam ipsum de sua. sed cum illum studeo quam facillime ad suum peruenire, tum illud laboro, ut non minimum hac mea commendatione se consecutum arbitretur. Vale.

L. Mescinius] M. Mindius Mescinij quæstoris Cic. frater, qui Elide negociatus fuerat, illic perijt. quare cum Mescinius hæreditatem fratris peteret, quosdam habebat aduersarios ĩ hac causa, & præcipue Oppiam, quæ uxor fuerat ipsius Mindij. Itaq; Cic. expositis causis suę coniunctionis cum Mescinio, commendat eum Seruio, ut in obtinenda hac hæreditate eũ adiuuet, sitq. in omnibus rebus. quæ in controuersiam uocabantur, arbiter & disceptator. deinde si aliqui ex aduersarijs fuerint duriores, qui nolint causam componi sine controuersia, petit à Seruio, ut eos Romam remittat ad litigandum, si id sine pręiudicio dignitatis suæ fieri poterit, & ut liberius facere posset, dicit se habuisse literas à M. Lepido consule, ad ipsum Seruium. non quæ cogant illũ aliquid facere, qm̃ existimasset contra eius dignitatem, sed quæ hortentur, & cõmendã Mescinium, pro cuius causa, & rebus dicit Cic. se non minus laborare, q̄ eum ipsum [Grauem) Magnã. [Vt à maioribus accep] Sic. n. supra ad Bru. in cõmendatione M. Varr. inquit, satis. n. tibi commendatum eum arbitrabar ab ipso, more maiorum, qui ut te non fugit, hanc quæsturæ coniũctionẽ liberorum necessitudini proximã uoluit esse. [Achaia) Prouincia tua. [Elide) Regione Achaiæ, ut scribit Ptolem. in qua est Elis ciuitas [Negociatus est) Mercaturã exercuit. [Explices) Liberes. [Potestate) Proconsulari de iure dicẽdo in prouincia tua. [Consilio) Prudentia [Auctoritate) Qua plerunque tolluntur multæ lites. [Præscripsimus) Iussimus, ordinauimus, & quasi legem dedimus [Ijs procuratoribus. [Controuersiam) Litem. [Vocarentur] Traherentur. [Arbitrio) Mediatore, & iudice. [Disceptatore) Discussore, compositore. [Alienum tua dignitate) .i. remotum à dignitate tua, hoc est contrarium tuę dignitati. [Difficiliores) duriores, & pertinaciores. [Confici) Componi [Reieceris) Remiseris. [Quando) Quoniã. [Res est cum senatore) .i. qm̃ ijs, & cõtrouersia est cum Miscinio senatore, & ita poteris te honestare reijciendo Romã eos, qui cum senatore litigant [Iuberet re) .i. facere. [Bene positutus) Bene collocaturus tanq̄ apud gratum, & memorem. [Et peterem mihi) .s. hoc beneficium .i. ꝓ me. [De sua) De propria re sua.

HVB. Helis Præscribo Disceptator

ASC. *L. Mescinius, &c.*] M. Mindius Mescinij quæstoris Cice. frater Elide perierat, quo circa cum L. Mescinius fratris hæreditatem peteret, Oppiam vxorem Mindij aduersariã habuit, contra quã hic Mescinium cõmendat Cic. dicens: L. Mescinius est cõiũctus mecũ ea necessitudine. i. uinculo amicitiæ, ꝙ fuit mihi quæstor .s. in Cilicia, sed fecit uirtute, & humanitate sua hanc causam, quam ego duxi. i. existimaui semper grauem i. magni momenti, & ponderis, ut accepi sup. eam à maioribus. i. prędecessorib. nostris, feci, dico, iustiorem. i. meliorem, Itaque ego utor sic, ut neque supp. utar ullo familiarius, nec libentius. Is .s. Lucius q̄q̄ uidebatur confidere te facturũ esse libenter causa sua. i. amore sui, quæ posses. s. facere honeste, tamen sperauit meas literas habituras sup. esse maguum pondus apud te, cum. s. ita sit, quod ipse iudicabat id supp. esse ita, tum. i. multo magis, audierat sæpe ex me, pro consuetudine familiari. i. ꝑ consuetudinem familiarẽ, quam mecum habet, audierat inq̄, q̄. i. quantum, suauis. i. dulcis, & quanta. i. quam magna coniunctio esset inter nos. i. inter te, & me.

& me. Peto igitur à te .ſ. tanto ſtudio, quãto intelligis me debere petere pro homine, tã neceſſario mihi, & tam familiari, ut explices, & expedias. i. oĩ impedimẽto liberes, negocia eius, quę ſunt ſup. ei in Achaia, ex eo, ꝙ eſt hæres. M. Mindio fratri ſuo qui negociatus eſt. i mercaturã geſſit. Elide. i. in eo oppido in Elide regione Achaiæ, ſunt qui Elide legant, expedias, inquantum iure, & poteſtate, quã habes. ſ. illic, tum ẽt auctoritate, & conſilio tuo. Nos. n. præſcripſimus. i. p̃cepimus ijs, quibus mandauimus ea negocia. ſ. ſolicitanda, & ꝓcuranda, ut uterentur in oĩbus rebus, quę uocarentur in aliquã controuerſiam. i. litem aut diuerſas aſſertiones iuris, te arbitro, & quo. i. quo ad poſſit, fieri commodo tuo, te diſceptatore. i. litigatore, & cauſæ diſceſſore: Ego rogo uehementer etiam atque etiã, ut ſuſcipias id. ſ. oneris cauſa honoris mei. Præterea tu feceris mihi pergratum illud, ſi non putabis eẽ alienum a dignitate tua, ſi q̧ erunt difficiliores. ſ. in hæreditate aſſignãda ita ſup. ut nolint. i. non patiant̃ rem confici. i. tranſigi, & finiri ſine controuerſia. i. ſine lite, ſi reieceris eos Romã. i. ad forum. R. quando. i. quoniam res. i. negocium, & lis eſt eis cum ſenatore. ſ. Meſcinio. Quod. ſ. reiicere litigatores Romam, quo. i. ut poſſis facere minore dubitatione. ſ. an liceret tibi, nos ſcripſimus literas ad te à M. Lepido conſule, non quæ. i. non tales, quæ iuberent te ſup. facere aliquid aliter, q̃ liceret tibi Neq. . n. arbitramur id. ſ. iubere aliquid tibi, qui in prouincia conſulatem habes poteſtatem, eſſe dignitatis tuæ, ſed quodãmodo quaſi cõmendaticias. ſ. negocij. Scriberẽ, q̃ bene poſituturus. i. locaturus eſſes id beneficium apud Meſciniũ, niſi, & confiderẽ te ſcire, & peterẽ mihi. i. reputarẽ mihi. i. impenſum qđ Meſcinio impẽderis. Velim. n. exiſtimes. i. iudices ſic, me non minus laborare de re illius, quàm ipſum de ſua. ſ. re. Sed tũ. i. pariter ſtudeo. i. cupio illũ. ſ. Meſciniũ peruenire q̃ facillime ad ſuũ. ſ. ius, aut bonum hæreditariũ, tum laboro. i. contendo, illud, ut arbitraretur ſe conſecuturũ non minimum. i non minimam partem hac commendatione mea.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Gratias agit Seruio, quod Ammonij cauſam defenderit, & noua cõmendatione homini, rurſus ſuccurrit.

M. CICERO SER. SVLPICIO S. D. 27

L*ICET eodem exemplo ſæpius tibi huius generis literas mittam, cum gratias agã, quòd meas cõmendationes tam diligenter obſerues, quod feci in alijs, & faciam, ut uideo, † ſæpius. ſed tamen non parcam operæ, &, ut uos in ueſtris formulis; ſic ego in epiſtolis de eadem re alio modo: C. Auianus igitur Ammonius incredibiles mihi gratias per literas egit & ſuo, & Aemilij Auiani, patroni ſui nomine, nec liberalius, nec honorificentius potuiſſe tractari, nec ſe præſentẽ, nec rẽ familiarẽ abſentis patroni ſui. id mihi cũ iucundũ eſt eorũ cã quos ego tibi ſumma neceſſitudine & sũma coniunctione adductus, cõmendaueram, quod M. Aemilius unus ex meis familiariſſimis, atq; intimis maxime neceſſarijs, homo, magnis meis beneficijs deuinctus, & prope oĩum, qui mihi aliquid debere uidentur, gratiſſimus: tũ multo iucundius, te eſſe in me tali uoluntate, ut plus proſis amicis meis, quã ego præſens fortaſſe prodeſſem: credo, quòd magis ego dubitarẽ, quid illorum cauſa facerẽ, quàm tu quid mea. ſed hoc, non dubito, exiſtimes mihi eſſe gratũ. illud te rogo ut illos quoque gratos homines eſſe putes, quod ita eſſe tibi promitto, atque confirmo. quare uelim quidquid habet negocij, des operam, quod cõmodo tuo fiat, ut te obtinẽte Achaiã: conficiãt. Ego cum tuo Seruio iucundiſſime, coniunctiſſimeque uiuo; magnãque cum ex ingenio eius, ſingularique ſtudio, tum ex uirtute, & probitate uoluptatem capio. Vale.*

† alias, ſæpius tamen † alias, & uolet is in formulis ꝓbo cũ lectuiã eorũ, q legẽdũ exiſtimãt, &, ut uos ſoletis in formulis.

HVB. LICET] Agit Cic. gratias Seruio, ꝙ liberaliſſime, & honorificentiſſime tractaſſet C. Auianum Ammonium, & ſuo nomine, & nomine ẽt patroni ſui Aemilij Auia. quos ſupra cõmendauerat, ut ipſum ẽ in epiſtola, q̃ falſo inſcriptũ diximꝰ Octauio ꝓ Seruio, oñdit aũt Cic q ſibi id iucundũ, & gratũ fuerit, rurſus eos eorũq; negocia cõmendat. [Obſerues) Efficias [Sed tñ) Pro tñ, ut ẽ interdũ Cic. his aduerſatiuis geminatis ꝓ ſimplici [Vos] Iuriſcõſulti. [In formulis) In ueſtris legibus. [Alio mõ) diuerſo mõ cũ tñ eadẽ res ſit [Abſẽtis] Qui ſupra dixerat cũ nõ eẽ Sycione, ſed Cybirę [Eorũ) Et liberti, & patroni. [Deuinctus] Aſtrictꝰ.

[Quid mea). ſ. cã faceres [Te obtinere Achaiã) Dũ es ĩ Achaia ꝓ conſul. [Cum tuo Ser.] Filio tuo. [Ingenio] Quo plurimũ ualet.

ASC. LICET &c] Agit Seruio gratias, ꝙ C. Auianũ Ammoniũ liberaliſſime tractaret, & ſuo. i. Cic. nomine, atq; reſpectu, & patroni ipſius Auiani, oſtenditq. quantũ ſibi id gratum & iucundũ fuerit, & rurſus tam patronum, q̃ libertum, & utriuſq; negocia eidẽ Ser. Sulpicio cõmendat, dicens: Licet ego mittam tibi ſępius lr̃as eodẽ exemplo. i. eadẽ forma ſcriptas, & ferè ijſdem uerbis huius generis, cuius ſunt hæc, cum agã gratias, ꝙ obſerues. i. perficias tam diligenter cõmendationes meas quod. i. quã rem feci in alijs. ſ. literis meis, & faciã, ut uideo, ſæpius, ſed tñ. i. attñ non parcam operæ, i. labori. Et ut ſup. uos iuriſconſulti, ſoletis in formulis. i. inſtrumentis ueſtris. ſ. ſcribere de eadẽ re alio mõ, ſic ego ſup. ſcribam in epiſtolis. Igitur, ut rem exequar, C. Auianus Ammonius homo Libertinæ conditionis egit mihi per literas gratias incredibiles, & ſuo nomine, & nomine Aemilij Auiani patroni ſui, cũ. ſ. ita ſit, ꝙ. i. mihi iucũdũ cã eorũ, quos ego cõmendauerim tibi adductus ſumma neceſſitudine, & ſumma cõiũctione, ꝙ M. Aemilius, unus ex meis familiariſſimis, atq; intimis homo maxime neceſſarius, & deuinctus maximis beneficijs meis, & gratiſſimus ꝓpè. i, quaſi oĩum qui uidentur debere mihi aliquid, tum ſup. eſt mihi multo iucundius te eſſe tali uoluntate in me, ut proſis plus amicis meis, q̃ ego p̃ſens ꝓdeſſem fortaſſe ſup. eis. Cãm addidit dicens: Credo, &. i. propterea ꝙ ego magis dubitarẽ, quid facerẽ cã illorũ. ſ. meorum quam tu quid ſup. faceres, mea, . ſ. cã. Sed non dubito, quin exiſtimes hoc. ſ. beneficiũ tuũ, eſſe gratũ mihi Ego rogo te illud, ut putes, illos quoq; homines gratos, qđ eẽ ita, ego ꝓbo. i. approbo, atq; confirmo. quare uelim ſup. ut des operã ſup. ut cõficiant. i. abſoluãt, & perficiant, te obtinẽte. i. tantiſper, dũ obtinebis Achaiã, ſi quidquã negocii habẽt. ſ. in ea Ego uiuo iucundiſſime cum Seruio tuo. ſ. filio, & capio magnã uoluptatẽ, cũ ex ingenio eius, & ſtudio ſingulari, tum ex uirtute, & probitate.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Gratias agit Seruio ꝙ cauſam Meſcinij ſuſceperit: &, ut eum porrò adiuuet flagitat petitq̧, ut Oppiam, Meſcinij aduerſariam, Romã mittat, ut illic citius lis à Cicerone finiatur, poſtremo Lacedemoniorũ ciuitatem, cauſaſque eidem commendat.

M. CICERO SER. SVLPICIO S. P. D. 28

E*TSI libenter petere à te ſoleo, ſi qđ opus eſt meorũ cuipiã; tamen multo libentius gratias tibi ago, cum feciſti aliquid commendatione mea, quod ſemper facis. incredibile eſt. n. quas mihi gratias oẽs agant, etiã mediocriter à me tibi cõmendati. quæ mihi oĩa grata. ſed de L. Meſcinio gratiſſimũ. ſic. n. eſt mecũ locutus, te, ut meas literas legeris, ſtatim procuratoribus ſuis pollicitũ eſſe oĩa, multo uero plura, & maiora feciſſe. id igitur (puto. n. ẽt atque ẽt mihi dicendum eſſe) uelim exiſtimes, mihi te feciſſe gratiſſimum. quod quidẽ hoc uehementius lætor, quòd ex ipſo Meſcinio te uideo magnam capturũ uoluptatem eſt enim in eo cũ uirtus, & probitas ſummũ officium, ſummaq; obſeruantia tũ ſtudia illa noſtra, quibus antea delectabamur, nunc ẽt uiuimus. Quod reliquum eſt, uelim augeas tua in eum beneficia omnibus rebus, quæ te erunt dignæ: ſed duo, quæ te nominatim rogo; primum ut ſi quis ſatiſdandũ erit, amplius eo nomine non peti cures, ut ſatiſdetur fide mea. deinde cũ ferè conſtat hæreditas in ijs rebus. quas auertit Oppia, quæ uxor Mindij fuit, adiuues, in eaſque rationem, quẽadmodũ ea mulier Romã perducatur. quod ſi putarit illa fore, ut opinio noſtra eſt, negocium conficiemus. hoc ut aſſequamur, te uehementer ẽt atque etiã rogo. Illud, quod ſupra ſcripſi id tibi confirmo, in meque recipio, te ea, quæ feciſti Meſcinij cauſa, quæque feceris, ita bene collocaturum, ut ipſe iudices homini te gratiſſimo, iucundiſſimo benigne feciſſe. uolo enim ad id, quod mea cauſa feciſti, hoc ẽt accedere. Nec Lacedæmonios dubitare arbitror, quin ipſi ſua, maiorumque ſuorũ auctoritate ſatis cõmendati ſint fidei, & iuſtitiæ tuæ: & ego, qui te optime noſſem, non dubitaui, quin tibi notiſſima, & iura, & merita populorum eſſent. itaque cũ à me peteret Philippus Lacademonius, ut tibi ciuitatẽ cõmẽdarem,*

etſi

etsi meminerā, me ei ciuitati oīa debere, tamen respondi, cōmendatione Lacedæmonios apud te nō egere. itaque sic uelim existimes, me omnes Achaiæ ciuitates arbitrari pro horum temporum perturbatione felices. quòd tu ijs præsis, eũdemque me ita iudicare te, quòd unus optime noses non nostra solum, sed etiam Græciæ monumenta omnia, tua sponte amicum Lacedæmonijs, & esse, & fore. quare tātum à te peto, ut cum ea facies Lacedæmoniorum causa, quæ tua fides, amplitudo, iustitia postulat, his, si tibi uidebitur, significes, te non molestè ferre, quòd intelligas, ea, quæ facias, mihi quoque grata esse. pertinet enim ad officium meũ, eos existimare, curæ mihi suas res esse. hoc te uehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

HVB. ETSI) Exposuerat L. Mescinius Cic. literas eius pro se cōmendaticias ad Seruium, quas ante superiorē uidimus tm̄ sibi ꝓfuisse, ut statim ijs lectis Seru. eius ꝓcuratoribus omnia pollicitus sit, & ēt multo plura, & maiora effecerit, q̄ promiserit. Quare Cice. hac epist. oñdit q̄ gratũ sibi fuerit, & q̄ recte collocauerit id beneficiũ. Deinde laudato plurimũ Mescinio, petit à Ser. ut augeat sua erga illũ beneficia, & trāsmittat Romā Oppiā, q̄ fuerat uxor Mindij, q̄ auertebat illā hæreditatē. Postremo cōmēdat ei ciuitatē Lace. rogatu cuiusdā Philippi Laced. ut licet ipse eos diligat, & ꝓ iustitia sua sit omnia facturus, tñ significet eis se ēt facere aliquid cā Cic. cui intelligit fore gratissimũ. [Multo libētius] Quā peto. [Vt legeris] idest, postquā legeris. [Etiā atq; ēt dicēdũ]. i. sæpius repetendũ, ut intelligas me esse memorē, & gratũ beneficij [Studia nostra]. s. sunt in Mescinio. Antea temporibus felicib. erāt nobis delectationi. [Nunc etiam uiuimus) Nūc sunt nobis saluti, quia nisi cōsolarent, & à curis abducerēt, uiuere non possemus. Hanc sententiam multis locis supra dixi, literas temporibus secundis esse ornamento, & delectationi, aduersis uero etiam saluti. [Quæ er. dig.) Quæ non erunt contra honorem, & dignitatem tuam. [Nominatim) Nomine declarando q̄ sint. [Satisdandũ) Fideiubēdum, & re ipsa certificādũ. [Eo noīe) ea cā, eo debito. [Fide mea). i. sub fide mea, me promittente tibi. Ordo est: Si quid erit satisdandum amplius nō peti eo noīe, cures, ut satisdetur fide mea, opottebat. n. Mesciniũ dare fideiussorē, ꝙ non peteret amplius eo debito. i. ꝙ nō peteret amplius eo debito, & hæreditate, q̄ ad se perueniebat, ita. n. inter litigātes fieri solet, & maxime ab eo qui petit. [Auertit) Amouit. ē domo mariti sustulit, ut faciũt plerunq; uxores mortuis maritis. [Illa mulier) Oppia. [Benigne) Liberaliter. i. ꝓstitit esse beneficũ [Maiorum, Fuerũt. n. clarissimi, & imperiũ Græciæ, ut Trogus scribit, multos annos tenuerũt. Itaq; habēt specialia, quibus regātur. [Me debere oīa ei) à qua fuerā meis aduersissimis tēporibus humanissime exceptus. [Nō egere) qa propria uolũtate es inclinatus ad eorũ fauorē. [Pro pturbatione). s. quātũ patiatur perturbatio eorũ tēporũ, quib. bella ciuilia fuerũt inter Cæs. & Pōp. [Nostra monimēta]. i. scripta, & historias nostras. i. Roma. [Significes] demōstres, facias eos intelligere. [Offm̄ meũ] q eis debeo.

ASC. *ETSI &c.*) Exposuerat L. Mescinius Ciceroni literas eius pro se commendaticias, ad Ser. Sulpicium, tm̄ sibi profuisse, ut statim illis lectis Seruius omnia pollicitus sit, & maiora effecerit, q̄ pollicitus fuerit. quamobrē Cic. gratias agit, petens tñ, ut beneficiũ in eundem augeat. Ordo est: Etsi. i. quanquā soleo libenter petere à te, si quid opus est cuipiam. i. alicui meorũ, tamē ego ago multo libentius tibi gratias. Cum fecisti aliquid commendatione mea. i. pp commendationem meā, ꝙ facis semper. n. i. quia, incredibile est quas gratias agant mihi, commendati à me tibi, etiā mediocriter, quæ oīa sunt grata mihi, sed gratissimũ sup. est de L. Mescinio. i. quod factũ audio per te de illo. Ipse. n. locutus est sic de te, ut. i. postq̄ legeris literas meas, statim pollicitũ eē ꝓcuratoribus suis, omnia, sed fecisse multo plura, & maiora. Ridiculum uideretur, nisi ex more loquendi sit, ꝙ plura q̄ omnia fecisse dicat. sed intelligamus oīa, quę polliceri debebat pollicitũ, fecisse autem longe plura. Igitur ego uelim existimes, puto. n. dicendum esse mihi etiam atque etiam. i. frequenter te fecisse mihi id gratissimum, quod. i. quam rem, equidem. i. ego quidem lætor. i. lætitia prosequor, hoc. i. eo uehementius, ꝙ uideo te capturum magnā uoluptatē ex ipso Mescinio. Enim. i. quia. tũ. i. simul, uirtus, & probitas animi est in eo, tũ. i. simul, sup. sunt in eo illa studia nostra. s. philosophica, qbus delectabamur. s. ante occupationē reip. nunc ēt uiuimus, quia sine illis uiuere nolemus. Quid. i. quantũ ad id, qd reliquũ est. i. adhuc restat. ego uelim sup. ut augeas beneficia tua in eum. s. Mescinium, omnibus rebus, q̄. s. beneficia erũt digna te. i. q̄ à te fiant. Sed rogo te duo quidē noīatim. i. per nominis expressionem, primũ ut si quid erit satisdandũ. i. pollicēdum præstare, non peti amplius. s. q̄ iustum est eo nomine. s. hæreditatis, ut sup. cures sup. ut id satisdet. i. cōpromittatur, fide mea. Videretur. n. diffidere Mescinio, si ordo sit, peto ut cures si qd amplius erit satisdandũ eo nomine, nō peti, ut satisdēt nomine meo. legamus ergo priore mō. Deinde cũ hēditas consistat ferè ī ijs reb⁹, quas Oppia, quæ fuit uxor Myndij. s. fratris Mescinij, auertit. i. abstulit in suũ usum uertendo, adiuues. s. procuratores, & ineas. i. inuenias rōnē. i. modũ, & uiā, quēmadmodũ ea mulier perducatur Romā. Quod. s. eā perduci Romā, si illa putarit fore. i. futurũ, nos conficiemus. i. absoluemus negociũ, ut opinio nostra est, quia malit restituere ablata, q̄ Romā proficisci. Ego rogo te uehemēter ēt atq; ēt, ut assequamur. i. obtineamus hoc. Ego recipio in me pstare id, qd scripsi supra, te collocaturũ ea, q̄ fecisti, q̄que. i. q̄, & feceris. i. facturus fueris cā Mescinij, ita bñ, ut ipse. i. tute iudices te fecisse benigne homini gratissimo. Volo. n. ēt hoc accedere. i. addi, aut aduenire ad id, qd fecisti causa mea, hoc est, ut ēt Mescinius tibi gratias agat. Nec arbitror Lacedæmonios dubitare, qn ipsi satis cōmendati sint fidei, & iustitię tuę, auctoritate sua, & maiorũ suorũ. Et ego, q nouissē te optime, nō dubitaui quin, & iura & merita populorũ. s. Lacedæmoniorũ, essēt notissima tibi. Itaq; cũ Philippus Lacedęmonius peteret à me, ut cōmendarē tibi ciuitatē. s. Lacedęmoniam, hoc est Lacedęmonē, etsi meminerā me debere ciuitati, oīa, tñ rñdi Lacedęmonios nō egere cōmendatione. Itaq; ego uelim sup. ut existimes sic me arbitrari oēs ciuitates Achaiæ felices, sup. esse, pro pturbatione. i. secundum perturbationem, aut secundũ, ꝙ possit esse in perturbatione horum temporũ, in quibus. s. Cæs. omnia tenet, ꝙ tu præsis ijs. s. ciuitatibus. Et me eundē iudicare te, aut me iudicare te eũdem. ꝙ. i. quia tu unus. i. solus, nosses optime non solum oīa monimenta, i. omnes antiqtates, & antiqua instituta nostra. i. Romana, sed ēt Græciæ esse & fore. i. futurum esse amicum Lacedæmonijs, tua sponte. i. propria uolũtate, & inclinatione. Quare peto à te tm̄. i. dũtaxat, ut cum. i. qñ facias causa Lacedæmoniorum ea q̄ fides, amplitudo, iustitia tua, postulat, significes ijs. i. Lacedęmonijs, si uidebitur tibi. s. honestũ, ac utile, te ferre nō moleste, ꝙ intelligas ea, quæ facias, esse grata quoque. i. ēt mihi. Etiam. i. quia pertinet ad officium meum, eos existimare res suas esse mihi curæ, ego rogo te hoc. i. uehementer etiam atque etiam.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Obliqua commendatione Capitonis, qui cum Cicerone cōtra Cæsarē steterat, causam eius Planco suscipiendam postulat. petebat autem in hæreditatem Antistij fratris.

M. CICERO L. PLANCO S. P. D. 28

NOn dubito, qn scias, in ijs necessarijs, qui tibi à patre relicti sunt, me tibi esse uel coniunctissimũ, non ijs modo causis, quæ speciem habent magnæ coniunctionis; sed ijs etiā quæ familiaritate, & consuetudine tenentur; quam scis mihi iucundissimam cum patre tuo, & summā fuisse. ab ijs initijs noster in te amor profectus, auxit paternā necessitudinē, & eo magis, quod intellexi, ut primũ per ætatē iudiciũ facere potueris, quanti quisque tibi faciendus esset, me à te in primis captũ esse obseruari, coli, diligi. accedebat non mediocre uinculum cũ studiorum, quod ipsum est per se graue; tum eorum studiorum, earũque artium, quæ per se ipsæ eos, qui uoluntate eadē sunt, etiam familiaritate deuinciunt. Expectare te arbitror, hæc tam longe repetita principia quò spectent. id primũ ergo habeto, nō sine magna, iustaq; causa hanc à me commemorationē esse factā: C. Ateio Capitone utor familiarissime. notæ tibi sunt uarietates meorũ tēporum in oī genere & honorũ, & laborum meorũ, & aīus, & opera, & auctoritas, & gratia, ēt res familiaris C. Capitonis præsto fuit, & paruit, et tēporibus. fortunæ meæ. huius ꝓpinquus fuit T. Antistius, qui cum sorte quæstor Macedoniam obtineret, neq; ei successum esset: Pompeius in eam prouinciā cum exercitu uenit. facere Antistius nihil potuit: nā si potuisset, nihil ei fuisset antiquius, q̄ ad Capitonē, quē ut parentē diligebat, reuerti, præsertim cũ sciret, quāti is Cæsarē faceret, sēperq; fecisset: sed oppressus, tantũ attigit negocij, quantũ recusare nō potuit. cum signa-

signaretur argẽtum Apollonia: non possum dicere eũ præfuisse, neque possum negare eum affuisse, sed non plus duobus, aut tribus mensibus. deinde abfuit à castris; fugit omne negocium. hoc mihi ut testi uelim credas. meã. n. ille mæstitiam in illo bello uidebat: mecum oĩa cõicabat, itaque abdidit se in intimam Macedoniã, quò potuit longissime a castris non modo, ut nõ præesset ulli negocio, sed etiã ut ne interesset quidem. i. post prælium se ad hominẽ necessariũ A. Planciũ in Bithyniã cõtulit. ibi eũ Cæsar cũ uidisset, nihil aspere, nihil acerbe dixit; Romã iussit uenire. ille in morbum continuo incidit, ex quo non conualuit. æger Corcyrã uenit, ibi est mortuus. testamento, quod Romæ, Paulo, et Marcello cos. fecerat, hæres ex parte dimidia & tertia est Capito. in sextante sunt ij, quorum pars sine ulla cuiusquã querela publica potest esse. ea est ad H-S xxx. sed de hoc Cæsar uiderit. Te, mi Plance, pro paterna necessitudine, ꝓ nostro amore, pro studijs, & oĩ cursu nostro totius uitæ simillimo, rogo, & à te ita peto, ut maiore cura; maiore studio non possim, ut hanc rẽ suscipias, meam putes, enitare, contendas, efficias, ut mea commendatione, tuo studio, Cæsaris beneficio hæreditatem propinqui sui C. Capito obtineat. oĩa, quæ potui in hanc summa gratia tua, ac potentia à te impetrare. si petiuissem, ultro te ad me detulisse putabo, si hãc rem impetrauero. Illud fore tibi adiumento spero, cuius ipse Cæsar esse optimus iudex potest. semper Cæs. Capito & dilexit, & coluit. sed ipse huius rei testis est. noui hoĩs memoriam. itaq; te nihil doceo. tãtum sumito pro Capitone apud Cæsarem, quantum ipsum me minisse senties. ego, quod in me ipso experiri potui. ad te deferã in eo quantũ sit ponderis, tu uidebis. quam partẽ in repu. causamq; defenderim, per quos homines, ordinesq; steterim, quibusque munitus fuerim, non ignoras. hoc mihi uelim credas: si quid fecerim hoc ipso in bello minus ex Cæsaris uoluntate, quod intellexerim scire ipsum Cæsarẽ, me inuitissimum fecisse: id feci aliorum consilio, hortatu, auctoritate: ꝙ fuerim moderatior, tẽperatiorque quàm in ea parte quisquã, id me fecisse maxime auctoritate Capitonis, cuius similes si reliquos necessarios habuissem, reip. fortasse non nihil mihi certe plurimum, profuisse. Hanc rẽ, mi Plance, si effeceris, meã de tua erga me beneuolentia spem confirmaueris, ipsumque Capitonem grauissimum, officiosissimum, & optimum uirum, ad tuam necessitudinem tuo summo beneficio adiunxeris. Vale.

HVB. NON dubito) Hac epistola, cognoscitur, quàm difficile sit, aliquid ab eo aperte postulare, quem læseris, quod si nonnũquam sit faciendum, & lõga & insinuata oratione potius, quàm breui, & aperta uti, cum ex unius epistolæ imitatione, tũ uero ex præceptis artis ipsius Cic. docemur. Argumentum autem huius epistolæ hoc est C. Capito institutus fuerat hæres ex dimidia, & tertia parte ab Antistio ꝓpinquo suo, qui aliqñ quæstor Macedoniã obtinuerat. In sextãte uero instituerat fiscũ publicũ, dũmodo id posset sine cuiusquã querela fieri. uerũ dum hanc hæreditatem Capito sine magno fauore Cæs. impetrare non posset, & Plãcus multum ualeret auctoritate, & gratia apud Cæs. Cic. Amicus Planci, qui sciret & se, & Capitonẽ aduersus Cæs. fuisset, in bellis ciuilibus, primmũ placat sibi Plancũ longa repetitione, & cõmemoratione ueteris, & magnæ suæ, cũ eo & eius patre necessitudinis. Deinde excusat Antistiũ ꝓpinquum Capitoni. primũ ꝙ semper desiderauit Capitonem ad Cæs. reuerti, deinde ꝙ Macedoniã non sponte cõcesserit Põpeio, sed eo oppressos. & exponit casum Antistij, & eius testamentũ, commendatq; ipsum Capitonẽ Planco, ut det operam, ut Cęs. beneficio C. Capito hęreditatẽ fratris sui obtineat. hoc. n. beneficium si impetrauerit, in se collocatũrũ dicit. Postea uero Cic. excusat, ꝙ fecerit in bello ciuili cõtra Cęs. uoluntatẽ, sed id fecisse nõ ꝓprio motu, sed aliorum cõsilio, hortatu & auctoritate. Capitonis aũt nullum consiliũ unquam fuisse cõtra Cæs. significat. Postremo affirmat ipsum Capitonẽ fore gratissimum & memorẽ tanti beneficij. [Vel). i. etiam, ut uel Priamo miseranda manus. [Speciem) Apparentiam. [Quam) Cõsuetudinem. [Profectus) Qui processit. [Vt primum) Cum primum. [Per ætatem) Firmiorem, hæc. n. apta est ad amicitiarũ iudiciũ. Hor. in Arte poe. Cõuersis studijs ætas, animusq; uirilis, Quærit opes & amicitias inseruit honori, Cõmisisse cauet, qđ mox mutare laboret. [Graue) Magnum per se, sua cã eorum. s. ex arte significat studia humanitatis & artes liberales. Nam etsi omniũ studiorum similitudo beneuolentiã conciliat, pręcipue tamẽ eorum, q̃ de humanitate, de moribus, de disciplinis tractant. [Repetita) Supra commemorata. [Quod) Ad quẽ finem. [Principia] Exordia. Cice. Attico incipit exponere causas commendationis. [Meorum temporum] Mearum fortunarum, quas diuersis temporibus sum passus. [Animus) Voluntas, dispositio. [Patuit) Obsecuta est, inseruiuit. [Reuerti,] Scilicet ad Cæsarẽ. [Attigit] Assumpsit. [Signaretur] Imprimeretur, quoniam signabatur pecunia, uel facie alicuius, uel titulis, uel bigis, quadrigis, boue, fauo, naui & uictoria. unde nummos uictoriatos dicit Plin. appellatos. Iuuen. Concisum argentũ in titulos faciesq; minutas. Nã nõ intelligũt uerbi proprietatẽ, qui exponunt, signaretur, pro assignaretur, s. à Põpeio suis militibus. [Apolloniæ) Vnam ponit Ptolomeus in Thracia, alterã in Migdonia, aliã in Psydia Galatiæ, aliã in Macedonia, de qua hic intelligit. [Præfuisse] curasse illã pecuniã signandam. [Plus duobus). s. affuit. [A castris] Põpeij. [In intimam Macedoniã) In interiorẽ partẽ Macedonię [Post prælium] Quo Põpeius uictus est in Thessalia. [Bithyniã] Quę regio est in Asia. [Incidit) Deuenit] Corcyrã) Ea, quæ magna est adiacet Epiro insula, in qua, auct. Ptol. ciuitas eiusdẽ nominis. In se omnis hæreditas ẽm iurisconsl. libra dicebatur, siue as, quia sicut libra in xij. vncias diuiditur, ita & hæreditas. Assis aũt partes sunt ẽm Var. vncia, quæ ab uno dicit, deunx quasi vncia dẽpta ex asse, dextãs vnciæ decem, dodrans vnciæ nouem, bessis uncię octo, septunx unciæ septẽ, semũciæ sex. i. media libra, quę & selibra dr̃, quĩcũx vnciæ quinq;, triens unciæ quatuor, quadrãs vnciæ tres, sextans vncię duæ, i. sexta pars assis. As aũt siue libra cõtinet totũ, De his uide Varr. in lingua Lat. & iuriscõ. dicit ergo eũ instituisse hęredẽ Capitonem ex parte dimidia, & tertia, hoc est decẽ vncijs, nã dimidia pars, semis, i. sex unciæ. Tertia pars libra est triens. i. quatuor & sic restant unciæ duæ, q̃ sex tunx dr̃, in quo erant hæredes ij, quorũ sine cuiusquã quęrela poterat eẽ publica. i. ad quos publice perueniret. [Ad xxx. H-S.). i. illę duę uncię sunt triginta sestertia [Hoc uiderit) Vtrũ sine ulla querela possit esse publica. [Te mi) Adiurat Plancũ. [Enitare, contendas &c.] Dissolutio. [Detulisse ad me) In me contulisse. [Nihil doceo te) nihil ꝓpono tibi, quid agas. [Summitto] Suggero, & quasi in memoriã redigo [In eo) In suã. [Quã partẽ). s. Põpeianã. [Steterim] Fuerim in magistratu. [Munitus] Defensus. [Minus ex uolũtate Cæsaris]. i. quod Cęsar nollet, nam, minus, pro, nõ, ponitur. [Qđ fuerim). i. si quid fecerim, in quo fuerim moderatior, uelim credas me id fecisse maxime. [Auctoritate]. i. suasione. [Cuius] Capitonis [Similes) Ita moderatos, neque ualde incensos contra Cęsarem. [Non nihil) Aliquantulum.

Corcyra

Assis partes. Vncia Deunx Dextãs Dodrãs Bessis Septũx Semis Selibra Quicũx Triens Quadrans Sextũx As Libra Munus

NON dubito, &c.] Hac epist. docemur, quàm difficile sit aliqđ ab eo postulare, quem læseris. in qua postulatione sæpe longa opus est insinuatione, qua utitur Cice. cum causam Capitonis in hæreditate adeunda, quam sine fauore Cæs. impetrare non poterat Planco Cęsar. familiari commendat, dicens: Non dubito, q̃n scias me esse tibi uel, idest etiam coniunctissimum in ijs necessarijs, idest inter eos necessarios, qui relicti sunt tibi à patre, hoc est, qui patri necessarij etiam propterea sunt tibi necessarij habẽdi. Non modo. s. coniunctissimum esse me tibi ijs de causis. i. ꝓp eas causas, quæ habent speciem. i. imaginem magnæ coniunctionis, sed etiam ijs, quæ tenentur familiaritate, & consuetudine quam. s. consuetudinẽ scis fuisse mihi cum patre tuo iucundissimam, & summam. Amor noster in te profectus ab his. i. huiusmodi initijs, auxit necessitudinem paternam, idest à patre relictam, & eo magis ꝙ intellexi me cœptum esse obseruari, coli, diligi à te in primis, idest inter primos, ut primũ potueris per ętatem, facere iudicium, idest diiudicare quanti quisque faciendus esset tibi, idest à te. Non mediocre. i. magnum uinculum, tum. i. pariter studiorum. i. consiliorum, quod ipsum est per se graue, idest, magni ponderis ac momenti, tum eorum studiorum, scilicet humanitatis, & earum idest, eiusmodi artium. s. liberalium, quæ ipse per se. i. ex propria natura deuinciunt. s. ligant eos, qui eadem sunt uoluntate, idest, qui habent idem propositum, etiam familiaritate, addebatur ad ueterem coniunctionem. Ego arbitror te expectare, cum hæc legeris, quo. i. ad quem finem, spectent hæc principia, id est exordia orationis repetita tam longe. Ergo, ne diutius hæsites, habeto. i. ut certum teneto primum id uidelicet hanc commemorationem. s. necessitudinis nostræ esse factam. s. à me non sine magna & iusta causa, qđ? Ego utor q̃ familiarissime C. Atteio Capitone, uarietates. i.

mutationes meorum temporum ſ.nunc lętorum, nunc triſtium ſunt notæ tibi. Et animus & opera, & auctoritas, & gratia res familiares ét C Capitonis fuit, præſto.i.parata mihi in omni genere & honorum, & laborum meorum. Et paruit.i.obſecuta eſt temporib & fortunę meæ i.inſeruiuit mihi pro conditione mea. T. Antiſtius fuit propinquus.i.conſanguinitate coniunctus huius .ſ.talis amici mei, qui .ſ. Antiſtius cum quæſtor obtineret ſorte Macedoniam, neque ſucceſſum eſſet ei, Pompeius uenit in eam prouinciam cum exercitu. Antiſtius nihil potuit facere, quia potentior erat Pomp, nam ſi potuiſſet, nihil fuiſſet ei antiquius.i.carius, q̄ reuerti ad Capitonem diligebat, ut parentem .i. patrē. præſertim cum ſciret quanti is.ſ.Capito faceret & feciſſet ſemp Cæſa. Sed oppreſſus.ſ.à Pompeio.attigit tantum negocij.i.adminiſtrationis publicæ, quantum non potuit recuſare.i. quantum coactus eſt ſuſcipere. Cum argentum ſignaretur.i.cum fieret moneta argentea Apolloniæ, quæ urbs eſt in Macedonia. nam ſunt eiuſdem nominis aliæ, ut in Thracia, Mygdonia, Pſydia &c. non poſſum dicere eum præfuiſſe.ſ.ei rei, neque poſſum negare eum affuiſſe, ſed ſup.non affuit plus duobus, aut tribus menſibus, deinde abfuit à caſtris, fugit omne negotium. Velim credas hoc mihi ut teſti.ſ.iurato. ille.n.uidebat meā mœſtitiam in illo bello, & ſup.cōmunicabat mecum omnia. Itaque ut fugeret negocium, ipſe abdidit, i.proripuit ſeſe in intimā Macedoniām, quo, i.q̄to longiſſime potuit à caſtris.ſ.Pompeianis, ut non modo:i.non ſolum non præeſſet ulli negotio.ſ.bellico, ſed etiam ne quidem vt .i.non ēt intereſſet.i.præſens eſſet. Is.ſ.Antiſtius contulit ſe in Bithyniam, poſt prœlium, ſ.Pharſalicum, ad A.Plancum hoīem neceſſarium, ſ.ſibi, aut ſuum, Cæſ cum eum uidiſſet, nihil aſpere, neque acerbe dixit, iuſſit.ſ.duntaxat uenire Romam. Ille.ſ.Antiſtius incidit continuo.i.ſtatim poſt in morbum, uenit æger Corcyram urbem in Corcyra inſula iuxta Epirum, mortuus eſt ibi. Capito eſt hæres ſup.eius, teſtamento.i.per teſtamentum, quod fecerat Romę, Paulo, & Marcello conſulibus ex parte dimidià, & tertia ſup.aſſis, hoc eſt ex decem uncijs.i. quoram pars pōt eſſe ſine ulla querela publica.i.de iure cōi, ſunt in ſextante.i. ſexta parte aſſis, hoc eſt duabus unciis, ea.ſ.pars eſt ad triginta ſeſtertia.de hoc.i.de illa parte uiderit Cæſar.ſ.quod ſtatuere uoluerit. O mi Plance, ego rogo te pro neceſſitudine paterna & pro amore noſtro, pro ſtudijs, pro omni curſu noſtro totius vitæ ſimillimo, & peto à te ita, ut nullo.i.non ullo non poſſim.ſ.petere ſup, ulla cura maiore, & ullo ſtudio maiore, ut ſuſcipias.i. defendendam capias hanc rem, & ſupp ut putes meam ſup.eſſe, ut enitare, contendas, efficias, ut C.Capito obtineat hæreditatem propinqui ſui.ſ.Antiſtij commendatione mea, ſtudio tuo, ſup.& beneficio Cæſ. Ego putabo te detuliſſe ad me ultro omnia, quæ potui impetrare à te in hac ſumma gratia tua.ſ.quam habes in oculis Cęſ.ac potentia, ſ.tua ſi impetrauero hanc rem. Ego ſpero illud fore tibi adiumento.ſ.ad impetrandum a Cæſa.cuius poteſt eſſe optimus iudex, quia poſcit an uerum ſit, uidelicet, q̄ Capito coluit, & dilexit ſemper Cæſarem. Sed ipſe, uidelicet Cęſ. qui omnes memoria tenet, à quib.obſeruatus eſt. Itaque nihil doceo te, ſumito tibi pro Capitone, i. in defenſione Capitonis q̄tum ipſe .i.tute ſenties ſup.Cæſ.meminiſſe. Ego deferam ad te i.tibi ſignificabo, tu uidebis.i.iudicabis q̄tum ponderis ſit in eo.ſ. quod indicabo tibi.tu non ignoras, quam partē, & cauſam ego defenderim reipu: & per quos homines & ordines ſteterim, ſ.in honore & dignitate, & quib.fuerim munitus.i.protectus, ac cōfiſus, ego uelim credas mihi hoc, ſi quid fecerim in hoc ipſo bello minus .i.non, aut non ſatis ex voluntate Cæſ.quod intellexerim ipſum Caſ.ſcire me feciſſe inuitiſſimum, id feci conſilio, hortatu, auctoritate aliorum, ut Pomp.Lentuli, Catonis, &c. Quod fuerim moderatior, & temperatior.ſ. in oppugnando Cæſ. q̄ quiſquam .ſ.alius in ea parte.ſ.Pompeiana, credas in q̄ me feciſſe id maxime auctoritate Capitonis Cuius.ſ.Capitonis, utitur genitiuo, q̄ de morib.loquit, ſi habuiſſem reliquos neceſſarios ſimiles, ego profuiſſem fortaſſe non nihil reip.quia pauciores boni ciues perijſſent, & profuiſſem, certe.i.ſine dubio, plurimum mihi. O mi Plance, ſi tu effeceris hanc rem, tu confirmaueris.i. corroboraueris ſpem meam de beneuolentia tua erga me, & adiunxeris ſummo beneficio tuo ad neceſſitudinem tuam, i.ad neceſſarios tuos, aut ad deuictionem amicitiæ, quaſi neceſſarię, ipſum Capitonē, uirum gratiſſimum, officioſiſſimum, optimum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

L.Manilium, hominem doctum et bonum, Acilio commendas, ut eū in petitione fraternæ hæreditatis adiuuet.

CIC. AOIILIO BROCOS. S. 30

L*Manlius eſt Soſis. is fuit Catinenſis, ſed eſt unà cum reliquis Neapolitanis ciuis Romanus factus, decurioque Neapoli. erat.n. adſcriptus in id municipium, ante ciuitatem ſocijs, & Latinis datā. eius frater Catinæ nuper mortuus eſt, nullā oīno arbitramur de ea hæreditate controuerſiam eum habiturū, & eſt hodie in bonis. ſed quando habet prætereà negocia uetera in Sicilia ſua, & hanc hæreditatē fraternam, & om[...]a eius tibi cōmendo, in primisq. ipſum, uirum optimum, mihi[...]e familiariſſimum, iis ſtudijs literarum, doctrinæque prædit[...], quibus ego maxime delector. peto igitur abs te ut eū, ſiue ade[...]it, ſiue non uenerit in Siciliā, in meis intimis, maximeque neceſſarijs ſcias eſſe. itaque tractes, ut intelligat, meā commendationem ſibi magno adiumento fuiſſe. Vale.*

L*Vcius Manlius*], Commēdat Cic. Acilio proconſuli in Sicilia **HVB.**
Manlium quendam, ut ei faueat in conſequenda hæredita-
te fratris, qui Catinæ perierat, & ut oſtendat dignum cōmenda-
tione, laudat eius probitatē, & doctrinam. [Soſis) Nomen urbis, Soſis.
ut puto, quæ & Suſa dr̄ in Suſania parte Aſiæ maioris. [Catinen Suſa.
ſis) Ex Catina, quæ urbs eſt Siciliæ. [Reliquis Neap.) Qui ciuita- Catina.
te Romana donati fuerāt. [Decurio) Nomē eſt magiſtratus, de Decu-
quo alio loco plenius diximus. [Adſcriptus) Receptus. [In id rio
municipiū) Neapolitanū. [Eſt in bonis) in poſſeſſione bonorū.

L. Manlius, &c.]Cōmendat Acilio proconſuli in Sicilia Mā- **ASC.**
lium quendam ad obtinendam hæreditatem fratris Catinæ defuncti, dicens Manlius eſt Soſis.i.in ea urbe Aſiæ, quę & Suſa dicitur, is.ſ.Malius fuit Catinenſis.ſ.ciuis, hoc eſt Catinæ ciuitatis Siciliæ, ſed eſt factus ciuis R.i.una i.ſimul cum reliquis Neapolitanis, ergo & ipſe Neapolitanus. qūo ergo Catinenſis, docebit id ſtatim, & factus eſt decurio Neapoli, i.in ea urbe, q̄ noua urbs dicitur, cū prius Parthenope diceretur. Ipſe.n. erat adſcriptus.i. ſcripto receptus in id municipium.ſ. Neapolitanum. & ita licet Catinæ natus Neapolitanus dici potuit ante ciuitatem.ſ.Romā, datam ſocijs & Latinis. Frater eius.ſ. Manlij, mortuus eſt nuper Catinę, nos nullam.i.non ullam, non arbitramur eum habiturū omnino ullam controuerſiam.i.litem de ea hæreditate, & eſt hodie in bonis.i.in bonorum poſſeſſione, ſed quando.i. quoniam. hēt p̄terea.i.præter hæreditatem illam uetera negocia in Sicilia ſua.ſ.patria, ego cōmendo tibi & hanc hæreditatem fraternam, & omnia eius.ſ.bona, & in primis.i.præcipue cōmendo tibi ipſum uirū optimū, & familiariſſimū mihi, prędidū his ſtudiis literarum, quibus ego delector maxime. Igitur peto abs te, ut ſcias eum eſſe in intimis meis, & maxime neceſſariis, ſiue aderit i.pręſens erit, ſiue uenerit in Siciliam, & tractes eum ita, ut intelligat meam commendationem fuiſſe ſibi magno adiumento. Sunt q̄ legant ſiue adierit ſup.te, ſiue non uenerit in Siciliam, ſed ſi non uenerit, quomodo Acilius eum tractabit?

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Flauium Craſſipedis generi amicum olim, Acilio commendat.

CICERO ACILIO PROCOS S. 31

C*Flauio, honeſto, & ornato equite Romano, utor ualde familiariter. fuit.n generi mei Piſonis perneceſſarius, meque diligentiſſime obſeruat & ipſe, & L. Flauius frater eius. quapropter uelim honoris mei cauſa, quibus rebus honeſte, et pro tua dignitate poteris, quamhonorificentiſſime, & quamliberaliſſime C.Flauium tractes. id mihi ſic erit gratum, ut gratius eſſe nihil poſſit. ſed præterea tibi affirmo, neque id ambitione adductus facio, ſed tum familiaritate, & neceſſitudine, tū etiam ueritate; te ex C.Flauij officio, & obſeruantia, & præterea ſplendore, atque inter ſuos gratia magnam uoluptatem eſſe capturum. Vale.*

C*Flauio*) Commendat Cic. Flauium equitem Rom. qui fuerat **HVB.**
ualde neceſſarius Caij Piſonis olim generi ſui, oſtendit autem eum fore magnæ uoluptati ipſi Acilio.

C.Flauio) Siciliam tunc proconſul Acilius miniſtrabat, cum **PHIL.**
Cice. has ad eum literas dedit, quibus C. Flauium equitē R. ualde neceſſarium C.Piſonis diligentiſſime cōmendauit. In primis hominem laudat, in quem beneficium conferendū eſt, ut eo di-

Pernecessari⁹ Obseruo Ambitio Ambitus Simonia ASC.

gnus esse uideat. Inde qđ uult postulat. demum remuneratione ostendit.[C.Pisonis] Duos habuit, ut ante diximus, generos.[Pernecessarius] Valde familiaris.[Obseruat) Venerat, amat.[Cā) Vt si dicas respectu ab eo, deducit cā, qđ in futuro facit qđ est cōburo, habet.n.uim quādā ardoris cā.[Ambitione]Cupiditate honoris,& laudis uitiosa,& differt ab ambitu. Nā ambitio in uolūtate est, ambitus in actu. Qui.n.ꝓ aliqua dignitate adipiscēdi largit, peccat ambitu, quem iuniores, simoniā, appellare cōsueuerunt.

CAIO &c.]Eidem procōsuli in Sicilia commendat C. Flauiū equitē R.necessariū Cn. Pisonis, dicens: Ego utor ualde familiariter C.Flauio equite R. honesto, & ornato, i.decorato.s.morib⁹, & uirtute. Fuit enim pernecessarius.i.ualde necessarius C. Pisonis.s. Crassipedis generi mei, i.mariti filiæ meæ Tulliæ,& obseruat.i.cauet offendere me diligenter, &.i.simul ipse & L. Flauius frater eius. Quaꝓpter uelim, causa honoris mei, supp.ut tractes C. Flauium quā honorificentissime, & quāmliberalissime, quibus.i.quibuscunque rebus poteris sup.eam sic tractare honeste & pro dignitate tua.i. secundum dignitatem tuam, id erit mihi sic gratum, ut nihil possit esse gratius. Sed præterea.i. præter ꝙ hoc erit mihi gratissimum, affirmo tibi, neque facio id adductus ambitione.i.nimia cupiditate impetrandi, quæ uellē, qua ducuntur ambitiosi, sed sup. adductus tum familiaritate,& necessitudine, tum etiā ueritate, te esse capturū magnā uoluptatem ex officio C.& Flauij, qđ.s.tibi reponet,& obseruantia,s. eius in te,& ꝓpterea ex splēdore, atque gratia inter suos.i. quā habet inter suos.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hospites Alesinos suo: Proconsuli Siciliæ diligenter commendat.

CICERO ACILIO PROCOS. S. 32

HVB. *IN Alesina ciuitate tam lauta, q̄ nobili coniunctissimos habeo & hospitio, & familiaritate M.C.& Clodios, Archagathum, et Philonem. sed uereor, ne quia cōplures tibi præcipue commendo, exæquare uidear ambitione quadam commendationes meas. quāquam à te quidem cumulate satisfit & mihi, & meis oībus. sed uelim sic existimes, hanc familiā, & hos mihi maxime esse coniunctos uetustate, officijs, beneuolētia. quamobrē peto à te maiorē in modū, ut his, oībus in rebus quantū tua dignitas, fidesq; patietur, commodes. id si feceris, erit mihi uehementissime gratum. Vale.*

IN *Alesina*]Hac epistola commendat quosdam hospites,& familiares suos ex Alesina urbe, petitque, ut non minus putet commendatos, eo quod plurimos commendet, sibi.i.gratissimū fore quidquid Acilius in illā familiam contulerit.[Alesina) Possessiuum est ab Alesa, quæ est Siciliæ ciuitas, auctore Ptol. & Str. [Exæquare) Æquales facere [Ambitione) Vt uidear multis.

IN Alesina]Cōmendat hospites suos Alesinos, quos hoc loco nominat, dicēs: Ego habeo in ciuitate Alesina.i. Alesæ oppidi in Sicilia, tam lauta.i.splendida,& culta, q̄ nobili coniunctissimos sup.mihi & hospitio & familiaritate Marcū,& C.Clodiū Archagathū,& Philonē. Sed uereor ne, quia commēdo tibi ꝑcipue cōplures, uidear exæquare.i. æquales facere cōmendationes meas quadā ambitione.i. cupiditate gloriæ, gloriosū.n. uidetur multos habere æqualiter cōmendandos, quāquā satisfit qdē.i.certe à te & mihi & meis omnib. Sed uelim sup.ut existimes sic hāc familiā.s. Archagathanā, & hos.s. supra noīatos esse maxime cōiunctos mihi uetustate, officijs, sup.& beneuolentia. Quamobrē peto à te in modū maiorē.i. nō uulgarē, ut cōmodes.i. cōmodū facias, his.s.supradictis, in oībus rebus quantū dignitas tua,& fides patietur. Si tu feceris id, erit mihi gratū uehementissime.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Amicum Nasonem, quem plerique autumant patruū Ouidij poetæ, commendat.

CICERO ACILIO PROCOS. S. 33

CN. Otacilio Nasone utor familiarissime. ita prorsus, ut illius ordinis nullo familiarius. nam & humanitate eius, & probitate in consuetudine quotidiana magnopere delector. nihil iam opus est expectare te, quibus eum uerbis tibi cōmendem, quo sic utor, ut scripsi. hēt is in prouincia tua negocia, quæ procurant liberti, Hilarius, Antigonus, Demonstratus: quos tibi, negociaque oīa Nasonis non secus commendo, ac si mea essent. gratissimum mihi feceris, si intellexero, hanc cōmendationem magnum apud te pondus habuisse. Vale.

HVB. CN *Octacilio.*] Clara est hæc epistola cōmendatione Otacilij Nasonis, quem Cic. sibi,& familiaritate,& cōsuetudine maxima coniunctum esse dicit [Ordinis) Equestris.

PHIL. *C.OTACILIO*]Alia est epistola ad eundem commendaticia, in qua eandem seruat cōmendationis formā. Fuit is Otacilius Naso. Cic. ualde familiaris.[Prorsus) Valde, oīno quasi porrò uersus appellatum.[Ordinis) Senatorij, aut equestris.[In prouincia] Siciliā dicit.[Hilarius) Nō apponas aspirationis notā. grçcū λαιρος, & lætū significat, factum inde nomen uiri propriū Hilarius. [Antigonus) Ab ἀντὶ contra γόνον factum. (Demōstratus.]δ ἀμος dictum,& στρατὸς quasi in exercitu fortunatus.[Pondus]Existimationem, metaphoricos dictum ab auro ponderato.

Prorsus Hilaris

ASC. *CN. &c.*]Commendat Otacilium, & negocia eius per tres libertos eius, quos nominat, curāda, paucis quidem, sed electis uerbis dicens, Ego utor familiarissime C. Octacilio Nasone, ita prorsus.i.oīno, & in oēm partem uersus, ut nullo illius ordinis sup. utar familiarius. nā ego delector magnopere,& humanitate eius & ꝓbitate. in consuetudine, i.cōuersatione quotiana, Nihil opus est iā expectare te qbus uerbis cōmendem tibi eū. quo utor sic, ut scripsi, q.d. scis ꝙ exquisitis cōmendatum uelim. Is habet in prouincia.s.tua Siciliensi negocia, q̄ procurāt liberti.s.eius Hilarius, Antigonus, Demonstratus, quos, & negocia oīa Nasonis ego cōmendo tibi nō secus, i.non aliter ac.i. quàm si essent mea. Tu feceris mihi gratissimum, si intellexero hanc commendationem habuisse magnum pondus apud te.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Lysonem hospitij gratia commendat.

CICCERO ACILIO PROCOS. S. 34

AVITVM mihi hospitium est cum Lysone Lysonis filio Lilybetano, ualdeq; ab eo obseruor, cognouique dignū, & patre, & auo, est enim nobilissima familia. qua propter cōmendo tibi maiorem in modum rem, domumque eius, magnoque opere abs te peto, cures, ut is intelligat, meam commendationem maximo sibi apud te, & adiumento, & ornamento fuisse. Vale.

HVB. *AVITVM*]Dicit Cic. Lysonem Lysonis filium sibi Acilio cōmendandū iure uetustissimi hospitij,& magnę erga se beneuolentiæ,& obseruantiæ.[Auitum) Vsque ab auo inceptum, est enim ab auo deriuatiuum nomen.

ASC. *AVITVM &c.*]Non minus accurate cōmendat Lysonem Lysonis Lilybætani filium ac domū,& negocia eius dicens. Hospitium auitum.i.ab auo vsq; inceptum ius hospitalitatis, est mihi cum Lysone Lysonis filio Lilibetano,& ego obseruor.i. ueneror ab eo ualde, & cognoui sup.eum dignū, & patre, & auo. Familia .n. sup.eorū est nobilissima, s.in Sicilia. Quamobrem ego cōmendo tibi in maiorem modum rem, & domū eius, & peto à te magnopere sup.ut cures, ut is, s.Lyso intelligat cōmēdationem meā fuisse sibi apud te maximo,& adiumento,& ornamento.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Auianum Philoxenum, hospitē suum,& in Nouocomenses relatum à Cæsare commendat.

CICERO ACILIO PROCOS. S. 35

CAuianus Philoxenus antiquus est hospes meus, &, præter hospitium, ualde etiam familiaris, quē Cæsar meo beneficio in Nouocomenses retulit. nomen autem Auiani consecutus est, quòd homine nullo plus est usus, quam Flacco Auiano meo, queadmodum te scire arbitror, familiarissimo. quæ ego omnia collegi, ut intelligeres, non uulgarem esse commendationem hanc meam. peto igitur abs te, ut omnibus rebus, quod sine molestia tua facere possis, ei commodes. habeasque in numero tuorum, perficiasque, ut intelligat, has literas meas magno sibi usui fuisse. erit id mihi maiorem in modum gratum. Vale.

HVB. C *Auianus*) Auianū quoque Siculum iure hospitij & familiaritatis commendat, quem dicit à Cæsa. in Nouocomenses esse

esse relatum. Deinde exponit cām,quare Auianus sit nominatus. Philoxenus. [Philoxenus]Pōt esse cognomen.Græce aūt significat hospitalē, siue amatorem hospitū.[Meo beneficio) Meo faore. [Retulit) Transtulit, ꝓposuit.[In Nouocomēses].i. in numero eorū, quos Comū ciues Nouocomenses fecit. Comū.i.ciuitas in radicibus montiū qui ad Rhetos sunt:olim,ut scr.Str.lib.5.mediocris colonia fuit, sed Pompeius Str.magni Pomp.pater colonos in eā restituit,quā incumbentes Rheti vastauerant.Inde C.Scipio tria hominū millia insuper adiecit.postmodū diuus Cęs.quinq; inquilinorū millia ad inhabitandū deduxit, è quibus quingēti illustrissimi fuere Græci, hos ēt ciuitate donatos in habitatorū numero descripsit nō tñ ibi domicilium habuere,sed oppido nomen relinquentes, Nouū. Comū. nouū Comū appellantes Nouocomenses oppidanos uocauere. Larius. huic loco finitimus Larius est lacus, quē Addua fluuius auget,in de flumen Padum ingrediens.Hæc Str.[Secutus) Adeptus.

ASC. *CAIVS &c.*] Commendat C.Auianum Siculum iure hospitij, quod plurimum apud priscos ualuit,præsertim longa serie deductum,dicēs:C.Auianus Philoxenus est antiquus hospes meus,& ualde familiaris,ēt præter hospitiū,quem Cæs.retulit.i.recēsuit, & annumerauit in Nouocomēs.i.inter ciues Noui comi urbis in radice montiū iuxta Rhetos,bñficio meo .i. intercessione mea. Aūt.i.sed,ipse est cōsecutus nomē Auiani, ꝙ nullo homine usus est plus q̃ Flacco Auiano meo familiarissimo,quemadmodū arbitror te scire. Quę oīa.s.uincula amicitię, ego collegi.i. simul citaui, & adduxi, ut intelligeres hāc cōmendationē meā esse nō uulgarē.i.egregiam.Peto igiť abs te,ut cōmodes.i. cōmodum facias ei.s.Auiano oībus rebus.quod.i quod possis facere sine molestia, & habeas sup.eū in numero tuorū,& pficias, ut intelligat has literas meas fuisse sibi magno usui.i.magnæ utilitati. Id erit mihi gratū,in modum maiorē.i.ad mensuram non uulgarem.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Demetrium Megam Acilio cōmendat:&, ut eum in numero ciuiū Romanorum habeat, petit.

CICERO ACILIO PROCOS. S. 36

CVM *Demetrio Mega mihi uetustum hospitium est, familiaritas aūt tanta,quanta cū Siculo nullo. ei Dolabella rogatu meo ciuitatem à Cæsare impetrauit.qua in re ego interfui.itaq; nunc P.Cornelius uocatur.cūq; propter quosdā sordidos homines,qui Cæsaris beneficia uendebant, tabulam, in qua nomina ciuitate donatorum incisa essent, reuelli iussisset: eidem Dolabellæ, me audiente, Cæsar dixit, nihil esse, quod de Mega uereretur; beneficium suum in eo manere. Hoc te scire uolui, ut cum in ciuium Romanorū numero haberes, cæterisque in rebus tibi eum ita commendo, ut maiore studio neminem commendarim.Gratissimum mihi feceris,si eum ita tractaris,ut intelligat,meam commendationem magno sibi ornamento fuisse. Vale.*

HVB. *CVM Demetrio*] Hunc Demetrium Siculum hominem Cæs. beneficio Dolabellę à Cic.rogati,ciuem R.fecerat,cumque Cæs.indignatus,quod nōnulli sordidi homines ciues facti beneficio suo abuterētur,reuulsisset tabulas, in quibus erāt scripta nomina eorū,qui facti erant ciues,dicit C.Cæsa.uoluisse oīno Demetriū remanere in numero ciuiū. Itaq; tanquā ciuē R. cōmendat eū Acilio.[Quāta).s.est.[Ciuitatē) Vt fieret ciuis R.[Nunc) Postq̃ est donatus ciuitate.[P.Cornelius) Quia id propriū est nomen maxime ciuiū R.neque Publij alii uocatur, q̃ Romani,ijdēque liberi, Persius: Libertate opus est non hac, quam quisq; Velina Publius emeruit,&c [Reuelli) Refici.affigebantur.n.in foro, Reuelli ut ab omnibus possent legi.[Manere) Se.n.nolle mutare factum.

ASC. *CVM &c.*]Commendat Demetrium Siculum, sed ciuē Rom. effectum,dicens:Hospitium,idest ius hospitalitatis,uetustum,i. antiquum,est mihi cum eo,quanta cum nullo Siculo,s.alio,nam & ipse Siculus est. Dolabella,qui gener Cice.fuit, impetrauit à Cæs.ei ciuitatem,s.Rom.rogatu meo.i.pp preces mėas. In qua re .i.in donatione ciuitatis eius, ego interfui. Itaque ipse uocatur nūc.s.ciuis effectus, P.Cornelius.Cumque.i.& cū,hoc est qñ Cęsar sup.iussisset tabulam, in qua nomina donatorū.i.eorum,qui donati fuerunt ciuitate,incisa essent, reuelli.i. à loco eminenti, in quo fixa erat auelli pp quosdam homines sordidos,.i. turpiter auaros,qui vēdebant beneficia Cæsa.i.ius ciuitatis gratis à Cæsare donatū.Cæsa dixit eidem Dolabellæ,me audiēte,nihil.i. nullam cām esse,quod uereret de Mega.s.Demetrio,beneficiū.s.donatæ ciuitatis manere.s.irreuocatū esse in eo. Ego uolui te scire hoc,ut haberes.i. reputares eū in numero ciuiū Rom. cōmendo tibi eum in ceteris rebus ita, ut neminem commendarim, maiore studio,id est affectu, & conatu. Tu feceris mihi gratissimum, si tractaris pro tractaueris eum ita, ut intelligat meam commendationem fuisse sibi magno ornamento,idest ad hoc.ut ornetur honore, & existimatione.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hippiæ causam ut defendat. Acilium rogat.

CICERO ACILIO PROCOS. S. 37

HIPPIAM, *Philoxeni,filium Calatinum, hospitem, necessarium meū, tibi commendo maiorem in modū. eius bona,quemadmodum ad me delata res est, publice possidentur alieno nomine contra leges Calatinorum.id si ita est, etiam sine mea commendatione ab æquitate tua res ipsa impetrare debet,ut ei subuenias. Quoquomodo autem se res habet,peto à te,ut honoris mei causa eum expedias,tantumque ei cōmodes,et in hac re,et in ceteris,quātū tua fides,dignitasque patietur.id mihi uehementer gratum erit. Vale.*

HIPPIAM]Cōmendat Hippiā quendā,cuius bona usurpabātur, rogatque Acilium, ut pro æquitate, & pro eius amore eum tueatur. HVB.

HIPPIAM &c.] Commendat Hippiam amicum,cuius bona usurpabantur inique,dicens:Ego cōmendo tibi in maiorē modū Hippiā Calatinū filium Philoxeni.s.Auiani, hospitem & necessarium meum. Bona eius possidentur.s.ab iniustis occupatoribus publice.i.manifeste, qa nomine alieno cōtra leges Calatinorū, quemadmodū res est delata ad me.i.ut accepi. Si.i.ita,res ipsa debet impetrare ab ęquitate tua,ut subuenias ēt sine cōmēdatione. Aūt.i.quoque.i.quocūque modo res habet,peto à te causa honoris mei,expedias.i.lite liberes,eum.s. Hippiam,& commodes.i. cōmodum facias ei in hac re,& in ceteris, tantum, quantū fides tua.& dignitas patietur. Id erit mihi gratum uehementer.

PVBLICE possidentur] Legem apud Calatinos fuisse crediderim,quę caueret,ne quidquā publice,nisi publico nomine,possideretur. Hippiæ autem bona alieno nomine,puta cuiuspiam absentis,uel pupilli,publice possidebantur. PAVL. MAN.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Bruttij res Acilio commendat.

CICERO ACILIO PROCOS. S. 38

L. *Bruttius,eques Romanus, adolescens omnibus rebus ornatus,in meis familiarissimis est, meq; obseruat diligentissime.cuius cum patre magna mihi fuit amicitia iā inde à quæstura mea Siciliensi.omnino nunc ipse Bruttius Romæ mecum est, sed tamen domum eius, & rem familiarem, & procuratores tibi sic commendo, ut maiore studio cōmendare non possim.gratissimū mihi feceris, si curaris, ut intelligat, id quod ei recepi, hanc meam cōmendationem sibi magno adiumento fuisse. Vale.*

L. *Bruttius,*]Ex lectione textus facillime cognoscuntur argumēta in plerisq; epistolis commendatitijs. Itaq; omissis ijs quę necessaria interpretatione non indigent,ea duntaxat,quæ obscuriora sunt, declarabimus.Cōmendat igiť quendā Brut. adductis secundū morē suum causis cōmendationis.[Iā inde).i.usq.[Siciliensi]Quā gessi in Sicilia.[Domum eius)Quā habet in Sicilia. HVB.

L.BRVTTIVS]Quæ summopere delectant:Idem in multis facit epistolis nunc hos,nunc illos cōmendando, & semper uarijs uocabulis,uaria dicendi copia in eadē materia uti uidemus [Cōmendat hic L.Brutt.equitem R. (Iam inde).i.usque[A quæstura] In Sicilia quæstor fuit.Est.n.Sicilia à Siculo Sicanorū duce appellata.Pars olim fuit Italiæ, nūc insula vnde Vir.Hæc loca ui quōdam uasta conuulsa ruina.Tantum æui longinqua ualet mutare Vetustas. Dissiluisse ferunt: cum protinus utraque tellus Vna foret.Vnde Siciliensis,& Siculus.[Domum]in Sicilia. PHIL.

LVCIVS &c.] Commendat L.Brut. equidem diligentissime dicens: L. Brutt. eques R. adolescens ornatu,omnibus rebus est in familiarissimis meis,i.inter familiarissimos meos, & obseruat,idest cauet offendere, & ita ueneratur me diligentissime. Cum cuius patre fuit mihi magna amicitia iam inde à quæstura ASC.

ra

idest,statim ab eo tempore,quo quæstor in Sicilia fui. Ipse Bruest nunc oĩno Romæ mecũ,sed tñ ego cõmẽdo tibi domũ eius; rẽ familiarem,& procuratores sic;ut non possim cõmendare maiori studio. Tu feceris mihi gratissimum,si curatis pro eo,hoc ẽ, curaueris,ut Brut.intelligat,id quod recepi.i.promisi ei,hanc cõmendationem meam fuisse sibi magno adiumento.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Titurnium familiaritatis ergo diligenter commendat.

CICERO ACILIO PROCOS S. 39

CVm familia Titurnia necessitudo mihi intercedit uetus, ex qua reliquus est N.Titurnius Rufus, qui mihi omni diligentia,atque officio est tuendus.est igitur in tua potestate,ut ille in me satis sibi præsidij putet esse.qua propter eum tibi commendo maiorem in modum,& abs te peto, efficias , ut is commendationem hanc intelligat sibi magno adiumẽto fuisse.erit id mihi uehementer gratum. Vale.

HVB. CVm familia] Argũ commendationis per se patet.[Reliquus est] Relictis ceteris mortuis.[Præsidij) Tutelæ,adiumenti.

ASC. *CVM familia &c.*) Commendat M.Titurnium dicens: Vetus necessitudo.i.necessaria quodãmodo amicitiæ cõiunctio intercedit.i.cõis est mihi cum famil a Titurnia,ex qua M.Titurnius Rufus est reliquus.i.solus superstes,qui est tuendus.i. protegendus mihi omni diligẽtia,atq; officio . Igitur est in potestate tua, ut ille.s.M.Tit.putet satis præsidij,i.tutelæ,& protectionis honestæ esse sibi in me. Quapropter ego cõmendo tibi eũ in modũ.i. formã,aut mensurã maiorẽ.i.nõ vulgarẽ,aut ingentem,& peto abs te,sed ante q,& t,uenuste dr abs,ut efficiatur,ut is intelligat hanc cõmendationem.s.meam fuisse sibi magno adiumento. Id erit mihi gratum uehemẽter. Nihil est quod expositionis egeat.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Aurelios filios Lucij necessitudinis gratia ualde commendat.

M. CICERO Q.†ANCHARIO Q.F. PROCOS. S. D. 40

† alias Archa rio

L. Et C. Aurelio L.F.quibus & ipsis.& patre eorum,uiro optimo,familiarissime utor.cõmendo tibi maiorẽ in modum,adolescentes omnibus optimis artibus ornatos , meos pernecessarios, tua amicitia dignissimos . si ulla mea apud te cõmendatio ualuit,quod scio multas plurimum ualuisse; hac ut ualeat,rogo.q; si eos honorifice,liberaliterq; tractaris; & tibi gratissimos,optimosq; adolescentes adiunxeris,& mihi gratissimum feceris. Vale.

HVB. L. Et C.Aurelios] Ex familia Aureliorum [Quod scio]quia scio.

ASC. L. ET C. Aurelios cõmendat dicens:Ego cõmendo tibi in maiorem modum Lucium,& Caium,Aurelios,filios Lucij, quib.& ipsis & patre,eorũ uiro optimo utor familiarissime,cõmendo,inq̃,eos adolescentes,ornatos oĩbus optimis artib. Vbi oĩs cum superlatiuo iungitur,sed uidetur illud complexum optime,artes quasi pro uno uocabulo poni,sicut artes liberales, pernecessarios meos , dignissimos tua amicitia. Si ulla cõmendatio mea ualuit apud te,quod scio,ut pote multas .s. cõmendationes meas ualuisse plurimum.s.apud te:rogo,ut hæc ualeat. s.apud te plurimum. Quod si tractaueris eos honorifice,& liberaliter, tũ, &.i.simul cõiunxeris tibi adolescentes gratissimos, & optimos, & feceris mihi gratissimum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Culleolo gratias agit,quod L.Lucceij causam diligenter susceperit, & ut id porrò agat,orat.

M. CICERO L. CVLEOLO S. D. 41

QVæ fecisti L.Lucceij causa,scire te planè uolo, te homini gratissimo commodasse.& cum ipsi,quæ fecisti,pergrata sunt:tum Pompeius,quotiescunq; me uidet, uidet autẽ sæpissime,gratias tibi agit singulares.addo etiam illud, quod tibi iucundissimum esse certo scio,me ipsum ex tua erga Lucceiũ benignitate,maxima uoluptate affici. quod super est , q̃q̃ mihi non est dubium,quin eum antea nostra causa , nunc iã etiam tuæ constantie gratia mansurus sis in eadem ista liberalitate;tamen abs te uehementer etiam atque etiam peto,ut ea,quæ initio ostendisti,deindeq; fecisti,etiã ad exitum augeri,& cumulari per te uelis.id & Lucceio,& Pompeio ualde gratũ fore,teq; apud eos præclare positurum,confirmo,& spõdeo.De rep.deq; his negocijs,cogitationibusq; nostris perscripseram ad te diligenter paucis ante diebus,easque literas dederam pueris tuis.

HVB. QVæ fecisti] Tractauerat Culleolus liberalissime L.Lucceiũ virum doctissimũ,ad quẽ Cic.scripsit lib.5.illã epist. Corã me tecũ,&c.Itaq. oñdit Cic.hoc beneficiũ Culleoli in Lucceiũ collatũ,gratũ fuisse non solũ ipsi Lucceio, sed ẽt Põp. & sibi.Itaq; horrat ipsum,ut perseueret eadem liberalitate benefaciẽdi Lucceio.id.n.& Põp.gratũ fore, & beneficiũ collatum iri bene in uito grato.[Ipsi) Lucceio.[Tuæ constantiæ gratia)Vt videaris esse uir constans.[Deinceps) Postea.[Cumulari) Abunde impleri.[Pueris) Seruis.

ASC. *QVAE fecisti &c.*]Gratum sibi dicit q C. Culleolus Lucceiũ, ad quẽ lib.5.scripsit epis. Corã me tecũ &c. liberaliter tractauerat dicens: Ego uolo te scire, plane te cõmodasse.i. ad cõmodũ impendisse,hoĩ gratissimo sup.ea,quæ fecisti cã Lucij Lucceij, & tum.i.pariter ea,quæ fecisti sunt pergrata ipsi, tum Põpeius.s. Magnus,quotiescunq; uidet me,(uidet aũt sæpissime) agit tibi gratias singulares. Addo ẽt illud, quod scio certo gratissimũ ẽẽ tibi me ipsũ affici maxima uoluptate,ex benignitate tua.i.pp benignitatẽ tuã erga Lucceium.Quod superest.i.quod reliquũ est, q̃q̃ non est dubium mihi,quin antea,cã nostra,nunc iam.i.deinceps ẽt gratia constantiæ tuæ sis mansurus in eadem ista liberalitate,tamẽ peto abs te uehementer ẽt atq; ẽt,ut uelis augeri.i.perduci ad exitũ,& cumulari.i.multiplicari per te ea , quæ ostẽdisti initio.s.te facturũ,deinde quæ fecisti.Ego confirmo, & spondeo id &.i.simul fore ualde gratum Lucceio,& Pompeio,& te positurũ.i.locaturũ apud eos præclare,quia apud gratissimos. Ego perscripsera n ad te diligenter paucis diebus ante .s.q̃ hac scriberem de rep.& de negocijs,& cogitationib.nostris, & dederam eas literas pueris.i.seruis tuis,unde non est opus nunc scribere.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Petit à Culleolo,ut adiuuet Lucceium,ut Bylliones illi satisfaciãt.

M. C. L. CVLEOLO PROCOS. S. 42

L. Lucceius,meus familiarissimus,homo omnium gratissimus,mirificas tibi apud me gratias egit,cum diceret omnia te cumulatissime , & liberalissime procuratoribus suis pollicitum esse.cum oratio tua tam ei grata fuerit, q̃ gratam rem ipsam existimas fore,cum,ut spero,quæ pollicitus es, feceris? omnino ostenderunt Bylliones,sese Lucceio Pompeij arbitratu satisfacturos:sed uehementer opus est nobis,& uoluntatem & auctoritatem, & imperium tuũ accedere.qđ ut facias,te ẽt atq; ẽt rogo.illudque mihi gratissimum est,quod ita sciũt Lucceij procuratores,et ita Lucceius ipse ex literis tuis, quas ad eum misisti,intellexit; hominis nullius apud te auctoritatem,aut gratiam ualere plus,quam meam, id ut re experiatur,iterum,& sæpius te rogo. Vale.

HVB. L. Lucceius,] Cum L.Lucceius,alius ab eo,ad quẽ scribit, hřet in prouincia Lucceì quandã cãm pecuniariã aduersus Belliones quosdã noĩatos;licet Belliones dixissent se satis facturos Luce.arbitratu & iudicio Pomp.tamen rogat Cice.hunc,ad quẽ scribit,ut interponat auctoritatem suam,id faciãt quod se facturos promiserãt procurationib.eius,quos miserat pp eã cãm . In quibusdã codicib,inuenio inscriptionẽ epi.huius esse Culleolo, quod magis pbo.[Quàm gratã existimas;) q.d. multo gratiorẽ, est cũ interrogatione legendum-[Arbitratu) iudicio,uoluntate.

ASC. *LVCIVS &c*]Lucceium commendat dicens:L.Lucceius familiarissimus meus,& supp. homo gratissimus omnium , egit tibi apud me.i.me audiente,gratias mirificas,cum diceret te pollicitum esse cumulatissime, & liberalissime,procurato.ib.suis oĩa.s. quę petebant:Cum oratio,i.pollicitatio tua,fuerit tam grata ei, q.i.quantum gratam existimas rem ipsam fore,cum feceris omnino.ut spero.s.te facturum, ea, quæ pollicitus es? q. d. certum esse gratissimum,Bylliones.s.debitores, sic uocati, ostenderunt sese satisfacturos Lucceio,arbitratu Pompeij Sed opus supp.est nobis uehementer, & uoluntatem,& auctoritatem , & imperiũ tuum

tuum accedere.i. addi. Vero simile est non esse L. Lucceium, ad quē scribit, cū ēt si aliter eius nominis fuisset, non tacuisset Cic. de nominis, saltē cōmunicatione, quo circa malui ad eū, quē superior scripta est, datā dicere. Qđ ut facias.i. auctoritatem, & imperium tuum addas, rogo te ēt atq; ēt. Et illud est gratissimū mihi, ꝙ procuratores Lucceij sciūt. & ipse Lucceius intellexit ita, ex literis, quas misisti ad eū, auctoritatē, aut gratiā nullius hominis, ualere plus apud te, quā meā. Ego rogo te iterū, & sępius, ut. s. Lucceius experiatur.i. experimento cognoscat id.

PAVL. MAN. *BYLLIONES)* Impressi libri, Belliones, habebant; scripti Bulliones. itaque nihil dubitādum putauimus, quin esset uera lectio Bylliones. u, etiam literam pro y, scribebant antiqui, & ita in ueteribus monumētis persæpe legitur, ut Sulla, pro Sylla, murrha. pro myrrha, & alia huiusmodi. Bylliones populi, sunt supra Epidamnum, quorum meminit Strabo lib. 7. dicti à Byllide, quę est ciuitas in Illyrico, de qua Stephanus de vrbibus.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Lucium Oppium, Egnatij procuratorem, & suo, & Egnatij nomine diligenter commendat.

M. CICERO Q. GALLIO S. D. 43

ETSI plurimis rebus spero fore, ut perspiciam, quod tamen iampridem perspicio, me à te amari; tamen nunc ea causa tibi datur, in qua facile declarare possis tuam erga me beneuolentiam. L. Oppius M. F. Philomeli negociatur, homo mihi familiaris, eū tibi unice commendo, eoq; magis, quòd eum ipsum diligo. tū ꝙ negocia procurat L. Egnatij Rufi; quo ego uno equite Romano familiarissime utor, & qui cū consuetudine quotidiana, tū officijs plurimis, maximisq; mihi coniunctus est. Oppium igitur præsentem ut diligas; Egnatij absentis rem ut tueare; æque à te peto, ac si mea negocia essent. uelim memoriæ tuæ causa des literarū aliquid, quæ tibi in prouincia reddantur. sed ita conscribas, ut tū, cum eas leges facile recordari possis huius meæ commēdationis diligentiam. hoc te uehementer, etiam atque etiam rogo. Vale.

HVB. *ETSI.*] Commendat Gallo procōsuli Ciliciæ, L. Oppium mercatorem, & procuratorem negociorum L. Egnatij, rogatq; ut & ipsum præsentem commendatum habeat, & Egnatij negocia tueatur. sibi enim gratissimum futurum. [Des] scribas. [Aliquid literarum] Quibus ostendas id esse factutum.

ASC. *ETSI &c.*) Commendat Gallo proconsuli Cilicię L. Oppium curatorē negociorum. L. Egnatij, rogatq;, ut & ipsum Oppium præsentem commendatum habeat, & Egnatij absentis negociū tueatur, dicēs: Etsi spero pluribus rebus fore.i. futurū, ut perspiciam iam pridem me amari à te, tamen ea causa datur nunc tibi in qua possis declarare facile beneuolentiā tuam erga me. L. Oppius filius Marci negociatur.i. mercaturam agit Philomeli in urbe illa Phrygiæ maioris, in planicie cuiusdam iugi sita, in cuius altera parte est Antiochia, ut docet Str. lib. 12. homo familiaris mihi. Ego commendo tibi unice.i singulariter, eo magis quòd cum. s. ita sit, quòd diligo ipsum, tum ꝙ procurat negocia Lucij Egnatij Rufi, quo equite Rom. ego utor.i. uno solo familiarissime, qui coniunctus est mihi tum cōsuetudine quotidiana, tum maximis, & plurimis officijs. Igitur ego peto ęque.i. æqualiter à te ac si essent negocia mea, ut diligas Oppium præsentem. s. tibi in prouincia, tueare.i. protegas rē.i. diuitias, & negocia Egnatij absentis. Ego uelim sup. ut des. s. mihi, & Egnatio, aliquid literarū, cā memorię tuæ. s. per eas conseruandæ, q. s. literę reddantur tibi in ꝓuincia. hæc igitur ad eū scripserat Cice. cū iā profecturus esset, sed sup. ut cōscribas. s. literas ita ut possis recordari facile diligentiā huius cōmendationis meæ tū.i. tūc, cū leges eas, s. in pronincia. Ego rogo te uehemēter ēt atque ēt hoc. s. ut id facias.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Eiusdem est argumenti cum superiori.

M. CICERO. Q. GALIO S. D. 44

ETSI ex tuis, & L. Oppij familiarissimi mei, literis cognoui, te memorem cōmendationis meæ fuisse; idque pro tua summa erga me beneuolentia, proque nostra necessitudine minime sum admiratus: tamen etiam atq; etiam tibi L. Oppiū presentem, & L. Egnatij, me familiarissimi, absentis negocia commendo. tanta mihi cum eo necessitudo est, familiaritasq;; ut si mea res esset, non magis laborarē. quapropter mihi gratissimum feceris, si curaris, ut is intelligat, me à te tantum amari, quantum ipse existimo. hoc mihi gratius facere nihil potes. idq; ut facias, uehementer te rogo. Vale.

HVB. *ETSI ex tuis*] Eodē argumento, quo in pręcedēti epistola cōmendauit Gallo eundem Oppium, quem superius commendauit. & negocia Egnatij.

ASC. *ETSI &c.*] Commendat rursus eundem eidem dicens: Etsi cognoui ex literis tuis, & literis Lucij Oppij familiarissimi mei, te fuisse memorem commendationis meæ, & ego sum minime admiratus id, pro summa beneuolentia tua erga me, & pro necessitudine nostra, hoc est, quia id beneuolētia tua in me, & necessitudo mea mutua exigebat, tñ ego cōmēdo tibi, ēt atq. ēt L. Oppiū ꝑsentē, & negocia Lucij Egnatij familiarissimi mei, absentis. s. à ꝓuincia tua. Tāta necessitudo, & familiaritas est mihi cū eo, ut nō laborarē.i. cōtenderē, magis.i. ualidius, aut abundātius, Quapp tu feceris mihi gratissimū, si curaris, ꝓ curaueris, ut is. s. Egnatius intelligat, me amari à te tm̄.i. tā multum, aut tam impense, quātū ipse.i. ego existimo. s. me amari à te. Tu nihil potes facere mihi gratius hoc.i. quā hoc, & rogo te uehementer, ut facias id.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Anchialum Egnatij seruum propter dominum commendat.

M. C. APPVLEIO PROQVAES. S. D. 45

L. Egnatio uno equite Romano uel familiarissime utor. eius Anchialum seruum, negociaq;, quæ habet in Asia, tibi commendo non minore studio, quam si rem meam commendarem. sic. n. existimes uelim, mihi cum eo non mō quotidianam consuetudinem summā intercedere, sed etiam officia magna, & mutua nostra inter nos esse. quamobrem etiā atq; etiā à te peto, ut cures, ut is intelligat, me ad te satis diligēter scripsisse. nam de tua erga me uoluntate nō dubitabat. id ut facias te etiam atque etiam rogo. Vale.

HVB. *L. Egnatio)* Cōmendat Cic. Appuleio pro quæstori in Asia libertum Egnatij, & eius negocia, quę habebat in Asia, expositis causis commendationis.

ASC. *LVCIO &c*] Commendat Egnatium equitem Romanum dicens: Ego utor uel ēt familiarissime uno.i. solo L. Egnatio, equite Rom. ego cōmendo tibi Anchialum seruū eius, & negocia, quæ hēt in Asia, non minore studio, q̄ si cōmendarē. s. tibi rem meā. Velim. n. sup. ut existimes sic, non mō quotidianā consuetudinē intercedere.i. cōmunē esse, & cōiunctionē facere mihi cū eo, sed ēt officia magna, & mutua nostra esse inter nos. Quāobrem ego peto à te ēt atq; ēt, ut cures, ut is. s. Egnatius intelligat me scripsisse, ad te satis diligenter. Nā ipse non dubitat de uolūtate.i. bñuolentia tua erga me, & ita si non senserit præsidiū abs te putarit à me nō satis diligēter petitū. Nā ipse nō dubitat de uolūtate.i. bñuolētia erga me, & ita si nō senserit ꝓsidiū abs te, putarit à me nō satis diligenter petitū. Ego rogo te ēt atque ēt sup. ut facias id.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Nostium cohæredem suum commendat.

M. CI. APPVLEIO PROQVAES. S. P. D. 46

L. Nostius zoilus est cohæres meus, hæres autem patroni sui. ea re utrunq. scripsi, ut & mihi cum illo cām amicitiæ scires esse; & hominem probum existimares, qui patroni iudicio ornatus esset. eum tibi igitur sic commendo, ut unum ex nostra domo. ualde mihi gratum erit, si curaris, ut intelligat, hanc commendationem sibi apud te magno adiumento fuisse. Vale.

HVB. *L. NOSTIVS*] Institutus fuerat hæres Cic. ex parte à quodam qui liberto suo etiam partem hæreditatis reliquerat. Cic. hunc libertum cohæredem suum Appuleio commendat. Vtrunque illum esse cohęredem meum & hęredem patroni sui. [Ornatus] Cum factus est hæres.

ASC. *LVCIVS &c.*] Diligenter commendat cohæredem suum, dicens: L. Nostius zoilus s. cognomento, est cohæres meus.i. mecū hęres, hęres autem patroni sui, scilicet L. Nostij. nam libertate donati patronorum accipiebant nomina. Ego scripsi utrunque, scilicet, & cohæredē mihi esse, & patroni sui, ea re.i. propter ea. Vt &.i. pariter scires mihi causam amicitię cū illo, esse, quia cohęredes inter se amare debēt, unde nobis magna necessitas amādi

di

di Christi indicta est: cuius & per quem cohæredes Dei patris facti sumus, &.i. pariter existimares.i. iudicares supp. eum hominẽ probum qui ornatus esset iudicio patroni, ut ab eo hæres sit scriptus. Igitur ego cõmendo tibi eũ sic, ut.i tanquã unum ex nostra domo. Erit mihi ualde gratũ, si curaris, ꝓ, curaueris, ut intelligat hanc commendationem fuisse sibi magno adiumento apud te.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Obliqua commendatio Egnatij.

M. CICERO SILLIO. S. P. D. 47

QVID ego tibi commendem eum quem tu ipse diligis? sed tamen, ut scires, eũ nõ à me diligi solũ, uerũ ẽt amari, ob eã rẽ tibi hæc scribo. omniũ tuorũ officiorũ q̃ & multa, & magna sunt, mihi gratissimũ fuerit, si ita tractaris Egnatiũ, ut sentiant et se a me, & me à te amari. hoc te uehemẽter ẽt atque ẽt rogo. illa nostra. s. ceciderunt. utamur igitur uulgari cõsolatione. quid si hoc melius? sed hæc corã. Tu fac quod facis, ut me ames, teque amari à me scias. Vale.

HVB. QVID ego] Cic. dum dissimulat se commendare Egnatium Sillio, multo magis commendat. hanc aũt commendationem iam oppressa rep. factam ostendit. [Verum etiam amari) Hic sicut, & alio loco ostendit maiorem esse uim amandi, quàm diligẽdi. [Illa nostra]. s. iocosa, & faceta, quibus uti solemus. [Ceciderunt) Amissa sunt, calamitate pub. [Vulgari) Qua etiam uulgus utitur. [Quid, si hoc melius;) Hoc dici solet, ubi nulla appa ret ratio, facti sicut etiam illud: Sic uisum superis.

PHIL. *QVID ego tibi.*]Commendat Egnatium quodammodo dissimulanter non eodem ordine, quo ceteros. Addidit in calce quædam de seipso [Quid ego tibi) Simile ꝓpemodum, & illud Mar. Peccat, qui commendandum se putat esse suis. [Non diligi solũ, uerum etiam amari) Vt ad M. Br. Clodius Tri. pl. designatus ualde me diligit, uel ut ἐμφατικώτερος q. d. plusquã dici possit, ualde me amat. [Illa nostra) Puta iocosa & familiaria. [Etiam atque etiam rogo) Quod Brutus dicit rogo, & quidẽ ualde rogo, eodẽ dicendi genere utitur in ualeo, ut etiam atque ẽt uale. (Ceciderunt] Calamitate temporum amisimus. [Quid, si hoc melius?) Quando nullam afferre possumus facti rationẽ, huiusmodi utimur oratione. Quale est etiam, illud apud Virg. Postquã res Asiæ Priamique euertere gentem Immeritam, uisum superis.

ASC. *QVID &c.*] eundem quodammodo dissimulanter commendat dicens: Quid, idest, ad quid, ego commendem tibi eum quem tu diligis, q. d. frustra. Sed tamen ut scires, eum, [loquitur Egnatio] nõ solum diligi, uerũ ẽt amari, quod plus est à me, ego scribo tibi hæc ob eam rem. Gratissimum oĩum officiorum tuorum, quæ sunt & multa, & magna, fuerit mihi, si tractaris pro tractaueris Egnatium, ita ut sentiat & se amari à me, & me amari à te. Ego rogo te hoc uehementer ẽt atque ẽt. Scilicet, i. scire licet cur sic præcer. Illa nostra, quibus in foro nuper præstabamus, ceciderunt. Vtamur igitur consolatione uulgari, ut. s. uelimus id, quod possumus, Quid sup. dicas si hoc melius? uoluit aliquid dicere, sed reticuit subdens. Sed hæc supp. dicã coram. Tu fac quod facis, ut ames me, & scias te amari à me.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Paphios Rufo commendat.

M. CICE. C. SEXTILIO. RVFO QVAES. S. D. 18

OMNES tibi cõmendo Cyprios, sed magis Paphios. q̃bus tu q̃cunq; cõmodaris, erunt mihi gratissima. eoq; facio libentius, ut eos tibi cõmendẽ, q, et tuæ laudi, cuius ego fautor sum, cõducere arbitror, cũ † primus in eã insulã quæstor uene ris, ea te instituere, quæ sequantur alij. quæ, ut spero, facilius cõsequere, si & P. Lẽtuli, necessarÿ tui legẽ, et ea, q̃ à me cõstituta sũt, seq uolueris. q̃ rẽ tibi cõsido magnæ laudi fore. Vale.

† alias: cum primum

HVB. OMNES] Sextilio Rufo quæstori in Cypro cõmendat Cicer. generaliter oẽs Cyprios, sed separatim Paphios, quod ei honori cessurum dicit, si instituerit quæ alij immitentur. in quo hortatur eum, ut sequatur legem P. Lẽtuli procons. ipsius Cypri, ut dixit in prin. lib. ad P. Lentulũ, qui Cyprũ Ciliciamq; teneas &c. [Paphios) Ciues Paphi. Est. n. Paphos ciuitas Cypri, in qua maxime colit Venus, vñ & Paphia dr̃ Hora. O Ven' regina Gnidi, Paphiq;. Est aũt auctore Ptolemæo, & noua, & uetus Paphos.

ASC. *OMNES &c.*]Commendat quæstori omnes Cyprios dicens: Ego commendo tibi omnes Cyprios, sed magis sup. quàm ceteros, Paphios, i. Paphi ciues, quibus quæcunque tu cõmodaris. i. impartiueris, erunt mihi gratissima, & facio eo. i. propterea libentius, ut commendem tibi eos, hoc est, ideo tibi libentius commẽdo, q arbitror, &. i. ẽt, conducere. i. prodesse tuæ laudi, cuius ego sum fautor. Ergo fautor ẽt genitiuum regit. cum primũ ueneris in eam insulam, hoc est in Cyprum quæstor, i. tanquam quæstor, te instituere, i. ut dicunt à principio ordinare ea, quæ alij sequatur. i. sequi debeant. Quæ, ut spero, tu consequere. i. obtinebis penult. longa facilius, si uolueris sequi legẽ P. Lẽtuli necessarij tui, ad quẽ agentem, in Cilicia, cui Cyprus annexa est, sunt epistolę. i. lib. & ea, quæ constituta sunt à me. nam & ipse in Cilicia imperator fuerat. Quam rem. i. ea sequi, ego confido fore tibi magnæ laudi, cum etiam Lentulo, & Ciceroni laudi fuerit.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Quintum Pompeiũ diligentissime fa miliaritatis nomine cõmẽdat.

CICERO CVRIO PROCOS. S. D. 49

Q. Pompeius, Sex. F. multis, & ueteribus causis necessitudinis mihi coniunctus est. is cum antea meis cõmendationib. & rem, & gratiã, & auctoritatem suã tueri consueuerit; nunc profecto, te prouinciam obtinente, meis literis assequi debet, ut nemini se intelligat commendatiorem unquam fuisse. quamobrem à te maiorem in modum peto, ut cum omnes meos, æque ac tuos obseruare pro nostra necessitudine debeas, hunc in primis ita in tuam fidem recipias, ut ipse intelligat, nullam rem sibi maiori usui, aut ornamento, q̃ meam commendationem esse potuisse. Vale.

HVB. Q. *Pompeius*] Curio Græciæ præsenti, ut lib. 7. uidimus, commendat Cic. Q. Pomp. ea diligentia, qua alios sibi amicissimos commendari solitos uidimus. [Prouinciam] Græciam.

ASC. *QVINTVS &c.*]Commendat Q. Pompeium Sexti filium, dicens: Q. Pompeius filius Sexti. s. Põpeij cõiunctus est mihi multis, & ueteribus causis necessitudinis. i. amicitię necessario cõseruãdæ. Iam sexcenta ferè exposita sunt uocabula, sed quia forte in unum epistolium incidet, qui alias nõ legerit, cogor rem unã sæpius exponere. is cum consuerit. i. consueuerit. dicitur. n. utrunque, & sueui, & suetus sum, tueri. i. protegere, & rem. i. diuitias, & gratiam & auctoritatem, commendationibus meis, dẽt nunc ꝓfecto te obtinente prouinciam. i. dum tu obtines prouinciam assequi. i. nancisci, literis meis. i. per literas meas, ut intelligat se, nemini fuisse vnquã commendationem. i. magis commendatũ, q̃ tibi. v̄ hoc loco passiue capi, & tpis præteriti rationem seruare, ita ut participia interdũ cõparatiua putes. Quamobrẽ ego peto à te in modũ maiorẽ, ut cum debeas obseruare. i. colere, & ut dicũt sup. portare, oẽs meos. s. familiares & amicos, æq;. i. æqualiter ac. i. sicut tuos, pro nostra necessitudine. i pp necessitudinẽ, hoc est necessariam coniunctionem, & amicitiam nostrã, recipis hũc. s. Q. Põpeium. in primis. i. inter primos, aut præcipue, in fidẽ. i. fidelẽ protectionẽ, & confirmationẽ tuam. Ita ut ipse intelligat nullã rẽ potuisse esse sibi maiori usui. i. utilitati, aut ornamẽto. i. decori, quantũ ad bonũ honestum, quàm commendationem meã.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

M. Curium de meliore nota Aristum commendat.

M. CIC. ARISTO PROCOS. S. D. 50

SVMPSI hoc mihi pro tua in me obseruãtia, quam penitus perspexi, quandiu Brundusii fuimus, ut ad te familiariter, & quasi pro meo iure scriberẽ. si qua res esset, de qua ualde laborarem. M. Curius, qui Patris negociatur, ita mihi familiaris est, ut nihil possit esse cõiunctius. multa illius in me officia, multa in illũ mea; quodq; maximũ, est, sũmus inter nos amor, & mutuus. q̃ cũ ita sint: si ullã in amicitia mea spẽ habes, si ea, q̃ in mea officia, et studia Brũdusii cõtulisti, uis mihi ẽt gratiora efficere, q̃q̃ sũt gratissima. si me à tuis oĩbus amari uides, hoc mihi da atq; largire, ut M. Curiũ sarctũ et tectũ, ut aiunt, ab omniq; incomodo, detrimento, molestia, sincerũ, integrumq; conserues. & ipse spondeo, & oẽs hoc tibi tui ꝓ me

recipient, ex mea amicitia, & ex tuo in me officio maximūq; te fructum, summamq; uoluptatem esse capturū. Vale.

HVB. SVmpsi) Non indiget argumento, & hæc epistola, quæ textu ipso satis patet. sic, & sequens, de quibus nihil aliud est pene declarandum. [Sumpsi hoc mihi) Accepi hoc in me [Penitus perspexi) Integre cognoui usq; intimis præcordijs.

ASC. *SVMPSI &c.*] Commendat M. Curium Patris negociantē apprime diligenter, aut Aristo proconsuli, aut Cœlio, ut quidam textus habent. Ordo est, Ego sumpsi. i. assumpsi & quasi arrogaui hoc mihi pro obseruantia tua, in. i. erga me, hoc est pp eam, in dictis & factis tuis, ne me lædas, custodiam, ex ueneratione quadam procedentem, quam perspexi. s. percepi penitus, quādiu fuimus Brundusij, sumpsi, inquam, ut scriberem ad te familiariter & quasi pro iure meo, siqua. i. aliqua res est, de qua laborarem ualde. i. pro qua uellem multos subire labores, aut multum timerē. M. Curius, qui negociatur. i. mercimonia agit Patris in ea urbe Achaiæ, est mihi familiaris, ita, ut nihil possit esse coniunctius, Multa sup. sunt officia. i. ex debito benefacta illius in me, & multa quoq; sunt sup. officia mea in illū, & q̄ maximum est. s. uinculum coniunctionis summus, & mutuus amor est inter nos. Quę cum sint ita, si habes ullam spem in amicitia mea, si uis efficere ea officia, & studia quę contulisti Brundusij in me, etiam gratiora mihi. s. q̄ nūc sint, q̄q̄ sint gratissima, si uides me amari à tuis omnib. da, atq. largire mihi hoc, ut conserues M. Curium, sartū & tectum ut aiunt. i. ut in uetere prouerbio ex uillarum locatiōe sumpto, quas sic locare solemus, ut conductor eas sartas. i. omnibus partibus suis conseruatas, & clausas, tectas à sæuitia cœli cōseruet, alio qui locatori id præstandū esset. Exponit autem Cice. subdens, ut sup. conserues eum sincerum, & integum ab omni incommodo, detrimento, & molestia. Et ipse i. egomet spondeo, & omnes tui recipient. i. promittent hoc tibi pro me, te esse capturum ex mea amicitia, & ex officio tuo in me maximum fructum & summam uoluptatem.

PAVL. MAN. *MVLTA in illum mea; quodque maximum est*) Hanc lectionem puriorem, & elegantiorem existimamus, quàm quæ antea in omnibus impræssis habebatur. eam accepimus ex lib. uetere Vincentij Riccij.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Publij Messieni causam agit.

M. CICERO P. CAESIO. S. 51

P. Messienum, equitem Romanum omnibus rebus ornatum, meumq; perfamiliarem, tibi commendo ea cōmendatione, quæ potest esse diligentissima. peto à te & pro nostra, & pro paterna amicitia, ut eum in tuā fidem recipias, eiusq; rem, famamq. tueare. uirū bonum tuaq. amicitia dignum tibi adiunxeris, mihiq. gratissimum feceris. Vale.

ASC. PVblium commendat dicens: Ego commendo tibi P. Messienum, equitem R. ornatum omnibus rebus, & perfamiliarem . i. ualde familiarem meum, ea cōmendatione, quæ pōt esse diligentissima. Peto à te & pro nostra, & pro paterna amicitia, ut recipias eum in fidem. i. fidelem protectionem tuam, & ut tueare . i. protegas rem & famam eius. Tu adiūxeris tibi uirum bonum & dignum amicitia tua, & feceris mihi gratissimum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Pro Antonio Licinio ad Regem scribit.

A. Licinius Aristoteles Melitensis, antiquissimus est hospes meus, & præterea coniunctus magno usu familiaritatis. hæc cum ita sint, non dubito, quin tibi satis cōmendatus sit. etenim ex multis cognosco meam commendationem plurimum apud te ualere. hunc ego à Cæsare liberaui. frequēs .n. fuerat nobiscum, atque etiam diutius in causa est, q̄ nos, cōmoratus. quo melius te de eo existimaturū arbitror. fac igitur mi Rex, ut intelligat, has sibi literas plurimū profuisse. Vale.

HVB. A. Licinius) Licinium Melitensem Pompeianarum partium studiosissimum Regi cōmendat. [Melitensi) ex Melita insula Cilicię, quæ, auctore Pomp. Africam uersus est, & Stra. dicit eam imminere Pachyno, de qua catelli portātur, quos Melitæos uocant, de hac Ouid. libr. 3. Fast. Fertilis est Melite sterili uicina Cosure Insula, quā Libyci uerberat unda freti. [Nobiscum) Contra Cęs [In causa) Bellorum ciuilium.

ASC. *Aulus &c.*] Commendat Regi A. Licinium Melitem hospitē suum q Pompeianarum partium studiosus fuerat, sed reconciliatus Cæs. uerum quia eo nomine eum cōmendat, q̄ Pompeianus esset, ne literæ forte deprehēsæ officiant ei, ad quem scribit, credo non nominatū à Cic sed nomine regis tantum signatum. Reges. n. diuites oēs, & præcipue principes olim uocabant ueteres. Melite insula est Ciliciæ auct. Pomp. Africam uersus Et Str. dicit eam imminere Pachyno, unde catelli Melitæi asportabantur, de qua Ouid. Fast. lib. 3 Fertilis est Melite sterili uicina Cosuræ Insula quā Libyci uerberat unda freti. Ordo est: A. Licinius Aristoteles cognomento Melitensis patria, est hospes meus antiquissimus, & pręterea. i. præter eam coniunctionem coniūctus . s. mihi magno usu familiaritatis. i. magna consuetudine. Cum hæc sint ita, non dubito quin sit satis commendatus tibi. Etenim ego cognosco ex multis cōmēdationem meam ualere plurimū, apud te. Ego liberaui hunc à Cæs. i. à persecutione Cæsa. hoc est reconciliaui eum. Fuerat. n. nobiscum. i. in partibus Pompeianis frequens. i. negociosus, & diligens, atq; commoratus est in causa. i. ut dicunt in querela Pompeiana, diutius. s. quam nos, quia ēt post mortē Pompeii. quod. i. propter quod ego arbitror, supp. existimaturum de eo melius. Igitur ò mi Rex fac. ut intelligas has literas, profuisse sibi plurimum.

PAV. MAN. *CICERO Regi*) Opinor hunc Regem aliquem fuisse gentis Martiæ, cuius cognomen fuit Rex. itaque etiam Clodii sororis uir Q. Martius Rex appellatus est, auctore Plutar. in Cæsa. uita. ad Attic. ēt, lib. j. epis. 14 cū dicit: Ille aūt Regis hæreditatem spe deuorarat, eum, quē diximus, Q Martium Regem intelligit.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Cōmendat Genucilium, hominē quauis cōmēdatione dignissimū.

M. CIC. Q. THERMO PROPRAET. S. 53

L. GENVCILIO Curuo iampridem familiarissime utor, optimo uiro, & hoīe gratissimo. eū tibi penitus cōmēdo, atq; trado: primū ut oībus in rebus ei commodes, quoad fides tua, dignitasq. patietur: patietur aūt in oībus. nihil .n. abs te unq̄, quod sit alienum tuis, aut etiā suis moribus, postulabit. præcipue autē tibi cōmendo negocia eius, quæ sunt in Hellespōto: primū ut obtineat id iuris in agris, quod ei Pariana ciuitas decreuit, & dedit, & quod semper obtinuit sine ulla cōtrouersia; deinde si quid habebit cum aliquo Hellespontio cōtrouersiæ, ut in illā † διοίκησιν reijcias. Sed non mihi uideor, cū tibi totum hominem diligentissime cōmendarim, singulas ad te eius causas perscribere debere. Summa illa sit, quidquid officij, beneficij, honoris in Genucilium contuleris, id te existimabo in me ipsum, atque in rem meam contulisse. Vale. † .i. iurisditionē.

HVB. L. Genucilio] Thermo proptori in Syria cōmendat Genuciliū, quē dicit nihil eē petiturū, nisi q̄d se & Thermo dignū sit. [Nihil abs te) Sic Hora. i. epist. Vtere Pōpeio Grospho & si quid petet ultro, Defer, nil Grosphus nisi uerū orabit, & æquum. [διοίκησιν) Diocœsim. i. iurisdictionē [Hellesponto) Hellespontus in Phrygia est ab Helle sorori Phryxi, dictus, Phrygia autem regio dicta est Asiæ maioris, quæ Phrygia etiam Troas dicitur. Diocesis Hellesponto Phrygia

ASC. *LVCIO &c.*] Thermo proprætori in Syria cōmendat Genucilium, quem dicit nihil petiturum, nisi q̄d se, & Thermo dignum sit. quo noīe Horatius, ēt Grosphum cōmendat in epist. dicens: Vtere Pōpeio Grospho, & si q̄d petet ultro Defer, nil Grosphus nisi uerum orabit, & æquum. Ordo est: Ego utor iam pridem. i. à plusculo tempore familiarissime L. Genucilio Curuo, uiro optimo, & hoīe gratissimo, ego cōmendo tibi eum penitus, atq; trado. s. fidei tuæ, primum ut cōmodes. i. cōmode exhibeas te ei in quibuscunq; rebus, quoad. i. quatenus. fides tua. s. in seruanda ęqtate, quia fides fundamentū est iustitiæ, ut dicit. i. off. & dignitas tua patietur, patietur autem in oībus. s. q̄ petet. ipse. n. nihil postulabit vnq̄uā abs te, quod sit alienum tuis, aut ēt suis moribus . i. quod non sit honestum, & æquum. Ego aūt cōmendo tibi pcipue negocia eius, q̄ sunt in Hellesponto insula Phrygię ab Helle sorore Phryxi, illic in Pōto submersa denoīata. Primū, ut obtineat in agris, scilicet Hellespontiacis, id iuris quod ciuitas Pariana, quæ illic est, decreuit, & dedit ei, & quod obtinuit semper sine vlla controuersia. i. contradictione. Deinde si habebit aliquid controuersiæ. i. litis, & disceptationis cum aliquo Hellespontio. i. in insula Hellesponti, ut reiicias in illā diœcesim. i. in illam iurisdictionem, hoc est ad forū illius iurisd. ubi antiquum ius obtinet. Nequis erret, dr̄ diœcesis 2. & 3. longis, nō diocesis, nā

gręce

græce scribitur *φιλόνικος*. Sed cum ego commendarim tibi dili gentissime totum hominem.i. omnia negocia eius, non uideor mihi debere pscribere ad te singulas causas eius. Illa sit summa, id est, generalis clausula, quidquid officij quasi debiti, beneficij, benefacti liberaliter impensi, supp. ei, honoris, contuleris in Genucilium.i. impenderis Genucilio, ego existimabo te contulisse id in meipsum, atque in rem meam.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Gratias agit Thermo, quòd Marcilium iuuerit, deinde socrum eiusdem Thermo commendat.

CICERO THERMO PROPRAET. S. 54

CVM mihi multa grata sunt, quæ adductus mea commendatione, fecisti; tum in primis, quòd M. Marciliū, amici, atq; interpretis mei filium, liberalissime tractauisti. uenit.n. Laodiceam, & tibi apud me, mihiq; propter te gratias maximas egit. quare, quod reliquū est, à te peto, quando apud gratos homines beneficium ponis, ut eo libētius his commodes, operamq; des, quoad fides tua patietur, ut socrus adolescentis rea ne fiat. Ego cum antea studiose commēdabam Marciliū, tum multo nunc studiosius, quod in longa apparitione singularem, & propè incredibilem patris Marcilij fidem, abstinentiam, modestiamq; cognoui. Vale.

HVB. CVM multa] Primum ostendit Cic. sibi gratum esse quod fecerit Thermus pro M. Marcilio. Deinde eum rogat, ut det operā, ne socrus Marcilij rea fiat. [Rea ne fiat) Ne in iudiciū deducatur. Reus.n. dr̄ quicunq; in lite deducitur, ēt si nihil admiserit.

ASC. CVM mihi &c.] Primum ostendit sibi gratum esse quod fecerat Thermus pro M Marcilio, deinde rogat, ut det operam ne socrus Marci rea fiat. Ordo est: Cū multa sint grata mihi, quæ tu fecisti, adductus cōmēdatione mea.i. p me facta tñ in primis supp. gratū est, nō sit, vnde secundum, Vallam qui vult cum & tum indicatiuum postulare, legendū esset cū mihi multa, grata sunt &c. ꝙ tractauisti liberalissime M. Marcellū filium amici mei, atq; in terpretis, forte in lingua Cilicū, ut intercessores, quia p interpretē res agere magni viri solent, sed cum constet deprecatoris illic eguisse. Ci. dicam linguæ alienæ expositorē fuisse, & per regulā Seruianam eo nomine, quo filium uocatū. Enim.i. quia M. Marcilius uenit Laodiceam, quæ vrbs est in ꝓuincia Ciliciæ, & egit mihi maximas gratias pp te.i. ob beneficium tuum. quare ego peto à te, quod reliquum est.i. quod restat adhuc, qñ.i. qñquidem aut qm̄ tu ponis.i. collocas beneficium apud homines gratos, vt commodes.i. prosis, & commodum facias ijs eo.i. tanto libētius, & sup. des opcā, quo ad fides. s. tua patietur. Fidē ut dixit, hic etiā intelligit, quæ est fundamentū iustitiæ, qua ea, quæ decenter ꝓmisimus, fideliter seruamus, unde ad fidē iudicū pertinet nemini iniuriam facere, dum alicui commodum facit, ut socrus.i. mater uxoris adolescentis. s. Marcilij ne.i. nō fiat rea.i. nō uocetur in iudicium. nam reus dr̄ quicunq; cogitur cām dicere, & se defendere, ēt si culpa uacet, nō autē esset iudicis, eam quæ sons esset, facere ut insons sit, licet ignoscere possit, ego cum commendabā (ergo prius legam cum multa sunt) antea M. studiose, tñ sup. cōmendo eum nunc multo studiosius, ꝙ cognoui in longa apparitione, idest obsequio quasi apparitoris, singularē, & propè, idest quasi incredibelem fidem.i. fidelitatem, abstinētiam, modestiam Marcilij, patris, idest senioris.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Negocia legati sui M. Anneij commendat.

CICERO THERMO PROPRAET. S. 55

ETSI mihi uideor intellexisse, cum tecum Ephesi de re M. Anneij, legati mei, locutus sum, te ipsius causa uehementer omnia uelle, tamen & M. Anneiū tanti facio, ut mihi nihil putē prætermittendum, quod illius intersit: & me à te tanti fieri puto, ut nō dubitē, quin ad tuā, uoluntatē magnus cumulus accedat commendationis meæ. nam cum iamdiu diligerem M. Anneium, deque eo sic existimarem, ut res declarat, quòd ultro ei detulerim legationē, cum multis petentibus denegassem: tum uero, posteaquàm mecum in bello, atque in re militari fuit, tantam in eo uirtutem, prudentiam, fidē, tantamq; erga me beneuolentiā cognoui, ut hominem neminem pluris faciam. Eum cum Sardianis habere controuersiā scis. causam tibi exposuimus Ephesi, quàm tu tamen coram facilius, meliusque cognosces. De reliquo mihi mehercule diu dubium fuit, quid ad te potissimū scriberem. ius enim, quemadmodum dicas, clarum, & magna cum tua laude notum est. nobis autem in hac causa nihil aliud opus est, nisi, te ius instituto tuo dicere, sed tamen, cū me non fugiat, quanta sit in prætore auctoritas, præsertim ista integritate, grauitate, clementia, qua te esse inter omnes constat. peto abs te pro nostra cōiunctissima necessitudine, plurimisque officijs paribus, ac mutuis, ut uoluntate, auctoritate, studio tuo perficias, ut M. Anneius intelligat, te & sibi amicum esse, quod non dubitat, sæpe enim mecum locutus est, & multo amiciorem his meis literis esse factum. In tuo toto imperio, atq; prouintia nihil est, quod mihi gratius facere possis. iam, apud ipsum, gratissimum hominem, atq; optimum uirum, quàm bene positurus sis studium tuum, atq; officium, dubitare te non existimo. Vale.

ETSI mihi] Cic. diligenter commendat Thermo M. Annei legati sui negocia. De quo dicit se locutum esse cum eo Ephesi, q̇ ciuitas est, ut supra diximus, Asiæ regionis in Icario pelago. [Sardianis) Nō ex Sardinia, sed Sardia ciuitate. [Quēadmodum) Qualiter, quanta moderatione. [Dicas ius] Administres iustitiā. HVB.

ETSI mihi, &c.] Diligentissime commendat Thermo M. Annei legati sui negocia, de quo dicit se locutū esse cum Thermo, cum essent Ephesi. Ordo est: Etsi uideor mihi intellexisse, cū locutus sum tecum Ephesi, q̄ ciuitas est Asiæ, de re M. Annei legati mei, te uelle vehemēter oīa cā ipsius, tamē ego facio.i. æstimo tāti M. Anneium, ut nihil putē prętermittendum ei mihi, quod intersit.i. in re & utilitate sit illius, & puto me fieri .i. æstimari à te tanti, ut non dubitem, quin magnus cumulus commendationis meæ.i. qui sit commendationis meæ, malim tñ legere commendatione mea.i. propter commendationem meam, accedat.i. addatur ad uoluntatem tuam. Nam cum diligerem diu.i. per multos dies. M. Anneium, & existimarem.i. iudicarem de eo sic, ut res declarat, ꝙ detulerim.i. obtulerim ei vltro.i. non requisitus, legationem.i. ut esset mihi legatus in Cilicia, cum denegassem, supp. eam multis iā petentib. s. eam, tū uero.i. p̄cipue, posteaq̄ fuit mecū in bello, atq; in re militari, cognoui in eo tātā uirtutē.i. fortitudinē, prudentiā, fidē, & tantā beneuolētiā erga me, ut neminē nullū hoīem, faciā pluris. s. q̄ eū. Tu scis eū habere cōtrouersiam cū Sardianis.i. ciuibus Sardiæ ciuitatis, in prouincia Cilicia, nos exposuimus tibi cām Ephesi.i. cum illic essemus, quam tamē tu cognosces facilius, & melius corā.i. quando ueneris in rem præsentem, aut litigatores audieris. mehercule dubium fuit diu, q̄d scriberē de reliquo.i. de eo, quod restat, potissimum ad te. Enim .i. quia, ius supra eius, quemadmodum dicis, est clarū.i, euidens, & notū est. s. tibi, cum magna laude tua, quia iurisperitus euasit. Nihil autem aliud opus est nobis in hac causa, nisi te dicere.i. ut dicas ius.i. iudices, instituto.i. more tuo. Sed tamen cum non fugiat.i. lateat me, quanta auctoritas sit in prętore, pręsertim ista integritate.i. qui prętor sit istiusmodi integritate, grauitate, clemētia, qua constat te esse inter omnes, peto abs te pro necessitudine nostra coniunctissima.i. arctissima, & officijs plurimis, paribus ac mutuis. s. inter nos, ut perficias uoluntate, auctoritate, studio tuo, ut M Anneius intelligat te, &.i. simul, amicū esse sibi, quod non dubitat. locutus est.n. sæpe mecum. s. hoc asserēdo, & esse factum amiciorem multo. s. quàm fueras. his literis meis. Nihil est quod possis facere mihi gratius in toto imperio tuo, atq; prouincia.i. tantisper dum eris in prouincia imperator. Ego non existimo te dubitare iam. s. ubi cognoscis rem mihi tantopere cordi esse, q̄ bene positurus.i. locaturus sis studium atq; officium tuum apud hominem gratissimum, atq; uirum optimum. Cū uir à uirtute dicatur, frequens illi epitheton est bonus, aut optimus.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Negocium Cluuij Thermo studiosissime commendat.

CIC. THERMO PROPRAET. S. 56

CLuuius Puteolanus ualde me obseruat, ualdeq; est mihi familiaris. is ita sibi persuadet, quod in tua prouincia negocij habet, nisi, te prouinciam obtinente, meis commendationibus confecerit, id se in perditis, & desperatis habiturum.

nunc

nunc, quando mihi ab amico officiosissimo tantum oneris imponitur. ego quoq; tibi imponã pro tuis in me summis officijs, ita tamen, ut tibi nolim molestus esse.† Mylasij, & Alabandenses pecuniã Cluuio debent. dixerat mihi Euthydemus, cũ Ephesi essem, se curaturũ, ut Ecdici Mylasij Romã mitterentur. id factum non est. legatos audio missos esse, sed malo Ecdicos, ut aliquid confici possit. quare peto à te, ut eos, & Alabãdẽses iubeas Ecdicos Romã mittere. Præterea Philotes Alabãdensis† ὑποθήκας Cluuio dedit: hæ cõmissæ. sunt uelim cures, ut aut de hypothecis decedat, easq; procuratorib. Cluuij tradat: aut pecuniam soluat. Præterea Heracleotæ, & Bargyletæ, qui item debẽt, aut pecuniam soluant, aut fructib. suis satisfaciãt. Caunij præterea debent: sed aiunt, se depositam pecuniam habuisse. id uelim cognoscas: &, si intellexeris eos neq; ex edicto, neque ex decreto depositam habuisse, des operam, ut usuræ Cluuio instituto tuo conseruentur. his de rebus eo magis laboro, q; agitur res Cn. Pompeij etiam, nostri necessarij, & q; is magis etiam mihi laborare uidetur, quàm ipse Cluuius: cui satisfactum esse à nobis ualde uolo. His de rebus te uehementer etiam, atque etiam rogo. Vale.

† alias, Milascis & Alabadẽis.

alias, pignora mylassa

HVB. CLuuius] Negociũ Cluuii Puteolani ita cõmendat Thermo, vt dicat ipsum Cluuium de eo desperare, nisi id confecerit Thermo prouinciam obtinente. exponit Cice. quid sit in eo negocio, & q̃d agẽdum putet. [Puteolanus) Ex Puteolis oppido Cãpaniæ. [Desperatis) Sine spe. [Mylasij] Mylassa & Alabanda ciuitates, sunt auct. Ptol. Lydiæ Mẹoniæ. [Ecdici] Syndici defensores. ὑποθήκας] Hypothecas, quæ sunt obligationes bonorum immobilium, sicut contra pignora bonorum mobilium. sunt autẽ termini iuris. [Heracleotæ) Ciues Heracleæ, Heraclea autẽ, & Barcilia, auctore Strab. ciuitates sunt Cariæ [Caunii) Qui incolunt Caunum oppidum Cariẹ ualetudine habitantium infame à Cauno fratre Biblidis cognominatum. [Ex edicto) Prætorio [Decreto) Senatus. [Vsuræ) Vtilitati. [Is) .i. Pompeius.

Alabanda Ecdici Hypotheca Heraclea Barcilia Caunũ.

ASC. CLVVIVS &c.] Negocium Cluuij Puteolani cõmendat Thermo, ut dicat ipsum Cluuium, de eo desperare, nisi id confecerit, Thermo prouinciam obtinente. Exponit autẽ quid sit in eo negocio, & quid agendũ putet, vt luce clarius patebit legẽtib. hoc ordine: C. Cluuius Puteolanus. s. patria, à Puteolis urbe Campaniæ obseruat me ualde, & est ualde familiaris mihi. Is persuadet sibi. i. firmiter credit, se habiturũ in pditis & desperatis, id negocij, quod habet in prouincia tua, nisi confecerit. i. absoluerit commẽdationibus meis. i. ob cõmẽdationes meas te obtinente prouinciã. i. tantisper dũ obtinebis prouinciã. Nunc qñ. i. qñ quidẽ tm̃ oneris imponit mihi amico officiosissimo. i. plenissimo officij in me, ego quoq; imponã tibi. s. tm̃ oneris p summis officijs tuis in me, tñ ita sup. imponã, ut nolim esse molestus tibi. Mylasij, & Alabandenses. i. ciues in Mylasa, & Alabanda ciuitatibus Lydiæ Mœoniæ debent pecuniam Cluuio. Euthydemus dixerat mihi, cum essem Ephesi, se curaturũ, ut Ecdici. i. syndici defensores, Mylasij, mitterentur Romã. id nõ est factum. ego audio legatos. i. oratores missos esse, sed malo ecdicos sup. mitti, ut aliquid possit cõfici. i. transigi & componi. Quare ego peto à te, ut iubeas eos. s. Mylasios, & Alabãdenses mittere Romam ecdicos. i. syndicos suos. Præterea Philotes Alabãdensis dedit Cluuio, ὑποθήκας. i. obligationes bonorum immobilium, hæ. s. hypothecæ sunt cõmissæ. i. finitæ, uelim supp. vt cures, ut Philotes aut decedat de hypothecis. i. obligationibus rerũ immobiliũ, ut dixi, & tradant eas procuratoribus Cluuij, ne. s. amplius petantur, aut psoluat pecuniam. s. pro nouis hypothecis, aut p termini productione. Præterea Heracleotæ, & Bargyletæ ciuitatum Cariæ, qui item. i. simul, debent. s. Cluuio, aut soluant pecuniam, aut satis faciãt suis fructib. s. interesse, aut usuram. Præterea Caunii à Cauno oppido Cariæ debent. s. pecuniã, & ut uidetur innuere, usuram, sed aiunt se habuisse pecuniam depositam, ut nihil debeant de usura. id cognoscas, uelim: &, si intellexeris eos, neque ex dicto, neque ex decreto habuisse depositam, des operam ut usurẹ conseruentur Cluuio instituto. i. ex more, aut constituto tuo. Ego laboro de his rebus eo magis, quòd res. i. negocium aut utilitas etiam Cn. Pompeij nostri necessarii agitur, q. is. s. Pompeius uidetur mihi laborare etiam magis, quam ipse Cluuius, cui. s. Pompo. ego uolo. i. cupio ualde satisfactum à nobis. rogo te uehementer etiam atq; etiam de his rebus. i. ob has res, aut ut has res cures.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Petitoria est epistola, & commendatoria M. Annei legati.

CIC. THERMO PROPRAET. S. 57

QVo magis quotidie ex literis, nuncijsq; bellum magnum esse in Syria cognosco, eo uehementius à te pro nostra necessitudine contendo, ut mihi M. Anneium legatum primo quoq; tempore remittas. nam eius opera, consilio, scientia rei militaris, uel maxime intelligo me, & remp. adiuuari posse. quòd nisi tanta res eius ageretur, nec ipse adduci potuisset, ut a me discederet, neque ego, ut eum à me dimitterem. Ego in Ciliciam proficisci cogito circiter Kal. Maias. ante eã diem Anneius ad me redeat, oportet. Illud quod tecum & coram, & per literas diligentissime egi id, et nunc atq; etiã rogo, curæ sit tibi, ut suum negocium, quod habet cum populo Sardiano, pro causæ ueritate, & pro sua dignitate conficiat. intellexi ea tua oratione, cum tecum Ephesi locutus sum, te ipsius Anneij causa omnia uelle. sed tamen sic uelim existimes, te mihi nihil gratius facere posse, quàm si intellexero, per te illum ipsum negocium ex sententia confecisse. idq. quam primum ut efficias, te etiam atq; etiam rogo. Vale.

QVO magis] Primum rogat Cic. Thermum, ut ad se remittat Anneium legatum, priusquam proficiscatur in Ciliciam, quod cito futurum dicit. Deinde ei commẽdat eiusdem Annei negociũ, q̃d habebat cum Sardianis. Quod supra alia epistola commendauerat. Erat autem Cicer. eo tempore proconsul Ciliciæ. [Adduci) Persuaderi. HVB.

QVO magis &c.] Primũ rogat Ci. Thermum, ut ad se remittat M. Anneium legatum, priusquam Cic. proficiscatur in Ciliciã. Deinde cõmẽdat eius negocium. Ordo autem est: Quo. i. quanto magis ego cognosco quotidie ex literis, & nuncijs bellũ magnũ esse in Syria, eo. i. tanto uehementius contendo. i. instanter peto, à te pro necessitudine nostra, ut remittas mihi primo quoque tẽpore. i. ut primum possis M. Anneiũ legatum. i. qui sit mihi legatus. Nam ego intelligo me & remp. posse adiuuari, uel. i. etiam maxime opera, cõsilio, sciẽtia rei militaris eius. s. Annei. quòd. i. pp̃ter quod, nisi tãta res eius ageretur. s. in prouincia tua, nec ipse potuisset adduci. i. persuaderi, ut discederet à me, neque ego sup. potuissem adduci, ut dimitterem eum à me. ego cogito proficisci in Ciliciam circiter Kal. Maj, oportet sup. ut Anneius redeat ad me ante eam diem. Illud, quod ego tecum, & coram. i. in præsentia per uerba, & supp. absens per literas, & quod rogo nũc etiam atque etiam sit tibi curẹ, ut conficiat, idest transigat, & absoluat negocium suum, quod habet cum populo Sardiano, conficiat, inquam, p ueritate. i. æquitate causæ, & pro dignitate sua. Ego intellexi ex oratione tua cum locutus sum tecum Ephesi te uelle omnia causa ipsius M. Anneij, sed tamen uelim sup. ut existimes sic, te nihil posse facere mihi gratius, quàm si intellexero illum confecisse. i. finiuisse negocium ex sententia. i. uoluntate sua, per te. i. te auxiliante. idque. i. & id rogo supp. te etiam atque etiam, ut efficias id, quàm primum. i. ualde cito. ASC.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Lucij Custidij causam Ruso commendat.

M. CICERO TITIO L. F. RVFO PRAET. VRB. S. 58

L. Custidius est tribulis, & municeps & familiaris meus. is causam habet. quam causam ad te deferet. commendo tibi hominem, sicuti tua fides, & meus pudor postulat: tantum, ut faciles ad te aditus habeat; quæ æqua postulabit, ut iubente te impetret, sentiatq; meam sibi amicitiam, etim cum lõgissime absim, prodesse in primis apud te. Vale.

LCustidius] Commendaticia est hæc epist. & quæ argumento non indiget. [Municeps] Ex municipio. i. ex oppido meo [Habeat aditus faciles ad te] . i. liceat ei ad te uenire nullo impediente, cum uoluerit. HVB.

LVCIVS &c.] Commendat L. Custidium dicens: L. Custidius est tribulis meus. i. mecum de eadem tribu, & municeps. i. de eodem municipio. s. Arpino, & familiaris meus. Is habet causam. i. litem, ASC.

litem, quam causam.i.cuius defensionem defert ad te. Ego commendo tibi hominem, sicut fides tua, & pudor meus postulat.i. usque ad aras, aut deos, tantum.i. duntaxat, aut tantum.i.intantum, ut habeat faciles aditus ad te, & ut impetret, iubēte, te sup. ea æqua.i.iusta, quę postulabit, & sentiat amicitiam meam prodesse sibi in primis.i.præcipue apud te, etiam cum absim longissime, utpote in Cilicia.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

M. Fabij curam suscipit hac epistola.

M. CICERO C. CVRTIO PEDVCEANO PRAET. S. D. 59

M. Fabium unice diligo, summaq; mihi cum eo consuetudo, & familiaritas est peruetus. in eius controuersiis quid decernas, à te non peto, (seruabis, ut tua fides, & dignitas postulat, edictum, & institutum tuum) sed ut quam facillimos ad te aditus habeat, quæ erunt æqua, iubente te impetret, ut meam amicitiam sibi etiam cum procul absim, prodesse sentiat, præsertim apud te. Hoc uehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

HVB. M. *Fabium*) Iisdem ferè uerbis cōmendat Cic. Fabium Curtio, quibus supra cōmendauit Custidium T. Rufo.

ASC. *MARCVM &c.*) Commendat M. Fabium. Ego diligo, unice .i.singulariter M. Fabium, & summa consuetudo, & familiaritas peruetus.i. ualde uetus est mihi cum eo. Ego non peto à te ꝙ decernas.i.iudices in controuersiis.i.litibus eius. Tu seruabis edictum, & institutum.i.mādatum tuum, ut dignitas tua, & fides postulat, sed ut habeat aditus ad te, quàm facillimos, impetret te iubente.i.iussu tuo ea, quę erunt æqua, ut sentiat amicitiam meā prodesse sibi, etiam cum absim procul.s. Roma, quia in prouincia præsertim.i.præcipue apud te. Ego rogo te hoc uehementer etiam, atque etiam.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

L. Liuineium & illius, & patroni causa officiose commendat.

M. CICERO C. MVNATIO C. F. S. 60

L. Liuineius Trypho est omnino L. Reguli familiarissimi mei, libertus, cuius calamitas etiam officiosiorem me facit in illum. nam beneuolentior, q̄ semper fui, esse non possum, sed ego libertū eius per seipsum diligo. summa.n. eius erga me officia extiterunt iis nostris temporibus, quibus facillime bonam beneuolentiam hominum, & fidē perspicere potui. eum tibi ita commendo, ut homines grati, & memores bene meritos de se commendare debent. pergratum mihi feceris, si ille intellexerit, se, quòd pro salute mea multa pericula adierit, sæpe hieme summa nauigarit, pro tua erga me beneuolētia gratum etiam tibi fecisse. Vale.

HVB. L. *Liuineius*) M. Reguli familiarissimi sui libertum Tryphonem Cic. cōmendat diligentissime propter eius in se beneficia. (Officiosiorem) Propensiorem ad benefaciendum, quia calamitosis magis debemus quàm iis, qui fortuna prospera utuntur. [Per se) causa sua prętер respectum patroni. [Bonam) .i.magnam, ut Horat. At bona pars populi decepta cupidine falso, Nil satis est, inquit. Et Pers. At bona pars procerum tacita libabit acerra. Hic.n. aliter intelligi non potest, si quidem nulla beneuolentia potest esse nisi bona [Perspicere) Cognoscere, nā ut supra alio loco dixi, sicut aurum igni, ita fides & beneuolentia hominum rebus aduersis perspicitur [Summe amas, quod ī me collatum sit, debet tibi quoq; gratum esse.

ASC. L. Liuineius Trypho libertus L. Reguli familiarissimi mei. Cuius.s. Reguli calamitas.i.aduersitas miseranda facit me etiam officiosiorem in illum. Nam non possum esse beneuolentior.s.in illum quàm fui, semper, sed ego diligo libertum eius per seipsum.i. sine respectu patroni. Summa.n. officia eius extiterunt erga me his temporibus nostris.s.tam periculosis, & malis, quibus potui perspicere facillime beneuolentiam, & fidem hominum, quę in aduersis perspici solent. Ego cōmendo tibi eum ita ut homines grati, & memores.i.beneficij accepti, debent commendare benemeritos de se. Si forte alibi non dixi, norit puer, non recommendo, sed commendo in usu esse. Tu feceris mihi gratum, si ille intellexerit se, ꝙ adierit multa pericula pro salute mea, & sup. ꝙ nauigauit sępe summa.i.asperrima hieme.i.tēpestate pluuiosa, & frigida fecisse gratum etiam tibi pro summa beneuolentia tua erga me.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Petit à pratore, ut Nicaenses, Pinnij filio pecuniam, quam debent soluant & ut hoc procuret, rogat.

M. CIC. P. SILIO PROPRET. S. D. 61

T. Pinnio familiarissime me usum esse, scire te arbitror quod quidē ille testamento declarauit, qui me tum tutorem, tum etiam secundum hæredem instituerit. eius filio mire studioso, & erudio, & modesto pecuniā Nicæenses grandē debent, ad H-S octogies, & ut audio, in primis uolunt ei soluere. pergratum igitur mihi feceris, quādo non modo reliqui tutores, qui sciunt, quanti me facias, sed etiam puer ipse sibi persuasit, te omnia mea causa facturum esse, si dederis operam quoad tua fides, dignitasque patietur, ut q̄ primum pecunia Pinnio soluatur Nicæensium nomine. Vale.

T. *Pinnio*) Pinnius quidam ciuis R. cui Nicæenses grandem pecuniam debebant moriens Cice. filio tutorem reliquit, & secundum hæredem. Itaque rogat Cice. Silium prætorem, ut eius causa det operam, ut illa pecunia soluatur Pinnio filio T. Pinnij.sibi.n. pergratum futurum [Tutorem) Defensorem, & cōseruatorem bonorū eius pro filio. nam tutor dicitur is, qui datur ad eum tuendum, qui se per ætatem nondum tueri potest. hæc autem ætas est secundum iurisc. usq; ad pubertatem, quæ est ad 14. annum, nam inde usq; ad 25. datur curator, qui etiam datur furiosis, & mente captis [Nicæenses) Ciues Nicæę. est autem Nicæa ciuitas Prouinciæ, quæ ut scribit Strab. licet in Italiæ partibus sit, tamen in Massiliensiū iure permanet. [Ad octogies H S] Pro sestertiorum, & subauditur millia.i.ad octoginta millia sestertium. eleganter autem in his sermonibus ponunt oratores & poetæ aduerbia pro nominibus, ut debes decies sestertium, quadragies sestertium, & sic in ceteris, & utuntur genitiuo syncopato in nominib. nummorum. dicimus etiam & hic sestertius. [Volunt] habent uoluntatem ex quo erit tibi facilius dare operam, ut faciant quod uolunt iam facere. [Ipse p.) Pinnius filius Titi. [Nomine) Debito. HVB. Tutorē Curator Nicęa Sestertius

ASC. *TITO &c.* Commendat T. Pinnium ciuem R. cui Nicæenses grandem debebant pecuniam, rogans prætorem, ut eam curet persoluendam. Ordo est: Ego arbitror te scire me usum esse familiarissime T. Pinnio, quod i.quam familiaritatem, ille quidem declarauit testamento qui instituerit me tum tutorem.s. filio suo, tum etiam secundum.i. secundarium hæredem, ut.s. si filius eius moriatur, Cic. hæres sit. Nicæenses.i. ciues Nicææ ciuitatis in prouincia Massiliensi, debent filio eius.s. T. Pinnij erudito mire, & studioso & modesto, pecuniam grandem ad sestertiū octogies.i.ad ducentas libras. Monui prius, neutra nō admittere syncopam genitiui, si coincidant cum nominatiuo singulari, & tamen cum nomine numerali uenuste, sincopam in genitiuo fieri, unde maluit Cice. dicere ad octoginta sestertia, aut sestertiorum, aut sestertium. Et ut audio, ipsi uolunt in primis.i. maxime soluere ei.s. filio Titi. Tu igitur feceris mihi pergratum, quando .i.quoniam non solum reliqui tutores, qui sciunt quanti facias me sup. persuaserunt sibi, sed etiam puer ipse persuasit sibi te facturum esse omnia causa mea. si dederis operam quoad .i. quatenus fides & dignitas tua patietur, ut pecunia soluatur Pinnio.s. minori, quam primum.i ualde cito, nomine.i. debito. Nicęensium, pro quo aliqui Nicensium legunt.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Agit gratias Sillio, quod Atilij commendationem acceperit, & deinde Q. fratrem commendat.

M. CIC. P. SILIO PROPRAET. S. D. 62

Et in Atilij negocio te amaui: cum enim sero uenissem; tamen honestum equitem Romanum beneficio tuo conseruaui: & mehercule semper sic in animo habui, te in meo ære esse propter Lamiæ nostri coniunctionē, et singularem necessitudinem. itaque primum tibi ago gratias, ꝙ me omni molestia liberas: deinde impudentia prosequor: sed idem sarciam.

te

te enim semper sic colam, & tuebor, ut quem diligentissime. Quintum fratrum meum, si me diligis, eo numero cura ut habeas, quo me. ita magnum beneficium tuum magno cumulo auxeris. Vale.

HVB. ET in Atilij] Ostendit Cic. non dubitare se habere in numero amicorum Sill um, cui agit gratias de beneficio collato in Atilium, quē seruauerit à magno periculo causa & respectu sui. Deinde pollicetur se amaturum eum uehementissime, postremo cōmēdat ei Cic Q. F. suū, ut eo numero amicorū habeat, quo & se. [Habui in aīo) Mihi persuasi. [In meo ære). i. te sse meū, tesse in cēsu & capit ıli meo, & est tractū à pecunia, quę dr̄ esse in nostro ære, cum nostra est. [Lamiæ) Quem maxime amo, & ipse te. [Prosequor impudentia) .i. ꝙ sum impudens erga te. [Sarciam) Emendabo, tractum à sutoribus. [Idem) s. ꝙ prosequor te impudentia. [Vt) Sicut. [Quem diligo). s. colo, & tueor.

ASC. *ET &c.*]Primum gratias agit, deinde amorem suum pollicetur dicens: Etsi. i. q̄q̄ ego amaui te, in negocio. i. transactione negocij Atilij, cum. n. uenissem sero. i. tarde, tamen conseruaui beneficio tuo. i. per beneficium tuum, equitem R. honestum. Et mehercule. s. ita iudicante, ut uerum dico, ego semper habui in animo i. iudicaui te esse in ære meo. i. meum, ut quę ære nostro emimus, aut deuinximus propter coniunctionem & singularē necessitudinem Lucij Lamiæ nostri. Itaq; ago primum gratias tibi, ꝙ liberas me molestia, deinde prosequor impudentia. i. impudenti petitione, sed sarciam. i. reficiam, & compensabo idem ego enim colam, & tuebor te semper sic, ut supp. eum, quem s. colam diligentissime. Cura, si diligis me, ut habeas. Q. Fr. meum eo numero. i. ea æstimatione, quo. i. qua me. Tu auxeris ita beneficium tuum magnum, cumulo magno.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Caij Lenij negocium et suo & Q. Fratres nomine Silio commendat

M. CIC. P. SISIO PROPRAET. S. D. 63

NON putaui fieri posse, ut mihi uerba deessent: sed tamen in C. Lenio commendando desunt. itaq; rem tibi exponam paucis uerbis, sed tamen ut planè perspicere possis uoluntatem meam. Incredibile est, quanti faciamus & ego, & frater meus, qui mihi carissimus est, † C. Lenium. id fit cum plurimis eius officijs, tum summa probitate, & singula i modestia. eum ego à me inuitissimus dimisi, tum propter familiaritatem, & consuetudinis suauitatem, tum quòd consilio eius fideli, ac bono libenter utebar. sed uereor ne iam mihi superesse uerba putes quæ dixeram defutura. commendo tibi hominem sicut intelligis me, de quo ea supra scripserim, debere commendare, à teque uehementer etiam atq; etiam peto, ut, quod habet in tua prouincia negocij expedias; quod tibi uidebitur rectum esse, ipsi dicas. hominem facillimum, liberalissimumq; cognosces. itaq; te rogo, ut eum solutum liberum, confectis eius negocijs per te, quàm primum ad me remittas. id mihi, fratrique meo gratissimum feceris. Vale.

† alias, M.

HVB. NON putaui] Lenium quendam Cic. diligentissime commendat Sillio, quem Lenium, & à se & à Q F. suo uehementer amari dicit. petit autē ab ipso Sillio, ut illius negociū expediat, quod habet in eius prouincia, & ei dicat, & consulat, quod uidebitur illi utile fore. [Fieri posse ac dicere, esse possibile. [Mihi tamen) In dicendo copiose. [Desunt) quia non inuenio, quib. uerbis eum tam diligenter tibi commendem, quam & uolo, & debeo. [Incredibile) Exponit causas commendationis [Id fit.] Id accidit, ꝙ eum tanti faciamus. [Superesse) Superabūdare, quia plura de eo dicam. [Solutum) Expeditum.

ASC. *NON putaui &c.*) Lenium sic affectanter commendat, ut in eius commendatione dicat sibi uerba deesse. Ordo est: Non putaui posse fieri, ut uerba deessent mihi. i. deficerent in cōmendādo aliquo, sed tamen desunt C. Lenio. itaque exponam tibi rem paucis uerbis, sed tamen supp. sic, ut possis perspicere planè uoluntatem meam. Incredibile est i. difficile creditu, quanti & ego & frater meus, qui est carissimus mihi, faciamus M. Lenium. Id scilicet, q. ꝙ eum sic amamus, fit tum plurimis officijs eius, tum summa probitate & singulari modestia eius. Ego inuitissimus dimisi eum à me, tum propter familiaritatem, & suauitatem consuetudinis, tum quòd utebar libenter cōsilio eius fideli, ac etiam bono. Sed uereor, ne putes uerba superesse idest, redundare, & nimia esse mihi, quæ dixeram defutura. Et commendo tibi hominem, sicut intelligis me debere commendare eum, de quo scripserim ea supra. i. quæ præmisi. Ego peto à te uehementer etiam, atq; etiam, ut expedias sup. id negocij, quod habet in prouincia tua, & sup. ut dicas ipsi id, quod uidebitur tibi rectum esse. Tu cognosces hoīem facillimum, & liberalissimū. Itaq; rogo ut remittas eum ad me quamprimū. i. ualde cito, solutum & liberū, negocijs cōfectis p te. Tu feceris mihi, & fratri. s. meo, id gratissimum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Agit gratias Silio Neronis nomine diligenter cōmendate adolescente, deinde petu, ut ipsum Neronem, Neronianosq; tueatur, & adiuuet.

M. CIC. P. SILLIO PROPRAET. S. D. 64

NEro meus mirificas apud me tibi gratias egit, prorsus incredibiles; ut nullum honorem sibi haberi potuisse diceret, qui a te prætermissus esset. magnum fructum ex ipso capies. nihil est enim illo adolescente gratius, sed mehercule mihi quoque gratissimum fecisti, pluri enim ex omni nobilitate neminem facio. itaque, si ea feceris, quæ ille per me tecum agi uoluit, gratissimum mihi feceris. primum de Pausania Alabandensi sustentes rem, dum Nero ueniat. uehementer enim eius causa cupere eum intellexi. itaque hoc ualde te rogo. deinde Nisæos, quos Nero in primis habet necessarios, diligentissimeque tuetur, ac defendit, habeas tibi cōmendatissimos: ut intelligat illa ciuitas, sibi in Neronis patrocinio summū esse præsidium. Strabonem Seruilium tibi sæpe commendaui, nunc eo facio id impensius, quòd eius causam Nero suscepit. tantum à te petimus, ut agas eam rem, nec relinquas hominem innocentem ad alicuius tui dissimilis quæstum, id tum gratum mihi erit: tum etiā existimabo te humanitate tua esse usum. Summa huius epistolæ hæc est, ut ornes omnibus rebus Neronem, sicut instituisti, atque fecisti. magnum theatrum habet prouincia. non ut hæc nostra, adolescentis nobilis, ingeniosi, abstinentis commdationem, atq; gloriam. quare, si te fautore usus erit. sicut & utetur profecto, & usus est, amplissimas clientelas, acceptas à maioribus, confirmare poterit, & beneficijs suis obligare. hoc in genere si eum adiuueris, eo studio, quo ostendisti, apud ipsum præclarissime posueris, sed mihi etiam gratissimum feceris. Vale.

NERO] Commendat, & laudat plurimum Cic. gratitudinem Neronis, qui apud Ci. dixerat, se omni honore à Sillio affectum, fuisse, deinde rogat Sil. ut ea, quæ cum eo egit de Nerone, faciat, quæ autem ea sint, exponit. Deinde commendat ei Nisæos necessarios Neronis, postea uero Strab. Seruilium. Postremo eūdem Neronē uehementius cōmendat. [Haberi ab aliquo. qui esset prætermissus). i. quem in eum non contulisses [Agi tecum]. i. me tecum loqui, uel te à me rogari. [Sustentes) Suspendas, sustineas. [Dum) donec [Eius) Pansę, quæ autem res esset, non facile intelligitur [Nisæos) ciues Nisæ quæ ciuitas est Lidiæ, Mœoniæ aliam ponit Ptolemęus in Lyciam apud montem Massicitem, & licet dicantur & aliæ, nunc de ea, quæ est in Lydia, intelligit [Patrocinio) Defensione. [Impensius) uehementius [Relinquis] Quod fiet, nisi te obtinente prouinciam sit liber, & expeditus. [Dissimilis tui]. i. auari, cum tu sis liberalis. [Quæstum) lucrum, quia fortasse alius succedet tibi tui dissimilis, quia magis delectabitur lucro q̄ iustitia. [Magnum theatrum]. i. fortunam, qualis in theatro esse solet. est. n. translatio. [Nō ut hęc nostra] s. Cilicia sensus autem est: Ista prouincia, cui tu præes, habet magnam fortunā, non autem commendationem & gloriam adolescentis. s. Neronis, sicut nostra Cilicia. itaque quanto maior est istic fortuna, tanto magis indiget fauore tuo. [Confirmare) Dum ei proderit, sicut & maiores sui: [Clientelas). i. clientum multitudine. [Hoc in genere) In huiusmodi rebus. HVB.

Sustētes Nisa

Quæstus

NERO meus, &c.] Commendat, & laudat plurimum gratitudinem Neronis cuiusdam, non quidem illius tiranni. i. qui longe post Cic. fuit, sed alterius faciens per hoc eandem commendationem. Ordo est: Nero meus. s. amicus egit mirificas gratias apud me. i. alloquens supp. & prorsus. i. omnino incredibiles, ut diceret ASC.

diceret nullum honorem potuisse haberi.i.impendi sibi,qui,prætermissus esset à te.tu capies magnũ fructũ ex eo .i. eius gratitudine.Nihil.n.est gratius illo adolescente,sed mehercule tu fecisti gratissimũ,quoque.i.ẽt mihi.Ego.n.neminem facio pluris ex omni nobilitate.i.ex oĩbus nobilibus.Itaque si feceris ea,quæ ille.s. Nero uoluit agi,i.tractari,& transigi tecum per me, tu feceris mihi gratissimum. Primum.supp.ut sustentes.i.suspendas,& protrahas,rem.i.litem, & controuersiam de Pausania Alabandẽsi,dum.i.donec Nero ueniat.Ego intellexi eum.s. Neronem cupere uehementer sup.id,causa eius.s.Pausaniæ. Videbitur forte ordo melior.Primum intellexi ut sustentes rem de Pausania Alabandensi,dum Nero ueniat,eum cupere uehementer cã eius .s.Pausaniæ.Itaq; rogo te ualde,hoc,deinde sup.habeas commẽdatissimos tibi,Nisęos.i.ciues Nisæ, ciuitatis Lydiæ Mœoniæ. quos Nero habet necessarios in primis.i.inter primos,& tuetur, ac defendit diligentissime,ut illa ciuitas intelligat summũ presidium esse in patrocinio Neronis.Ego cõmendaui tibi sæpe Stra. Seruilium,ego facio nunc id impensius.i.maiore cura,& impensa,eo.i. propterea ꝙ Nero suscepit.s.tuendam causam eius. Nos petimus tantũ.i.duntaxat,à te,ut agas eam rẽ, ne relinquas hominem innocentem.s.Seruilium ad quæstum.i.lucrum,aut rapinam alicuius dissimilis tui.i.iniqui & inhumani. Id erit tum.i.simul gratum mihi,tamen.s.simul existimabo.i.iudicabo te usum esse humanitate tua.Hæc est summa.i. principalis petitio huius epistolę,ut ornes Neronem oĩbus rebus sicut instituisti.i.incepisti,atq; fecisti.Ista prouincia.s.in qua es, hẽt magnum theatrũ .i.multos spectatores,ut theatrum habere solet, non ut hęc nostra.s.prouincia,quia ea non habet tantum theatrum, habet aũt theatrum appositorie,commendationem atque gloriam adolescentis nobilis,ingeniosi,abstinentis. Quare si Nero erit usus te fautore,sicuti utetur profecto,& usus est,ipse poterit confirmare.s.sibi amplissimas clientelas acceptas à maiorib. & obligare supea sibi beneficijs suis:Si adiuueris eum in hoc genere,eo studio,quo ostendi,tu posueris.i.locaueris.s. illud beneficium præclarissime apud illum, sed feceris etiam mihi gratissimum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Rursus consulit Terentio quid agendum sit, sed explicatius quo in superiore.

M. CIC. P. SILIO PROPRAET. S.D. 65

CVm P.Terentio Hispone, qui operas in scriptura ꝓ magistro dat,mihi summa familiaritas,consuetudoq; est, multaq;,& magna inter nos officia paria, & mutua intercedunt.eius summa existimatio agitur in eo;ut pactiones cũ ciuitatibus reliquis conficiat.non me præterit, nos eam rẽ Ephesi expertos esse,neq; ab Ephesiis ullo modo impetrare potuisse.sed quando,quẽadmodũ oẽs existimant,et ego intelligo,tua cum summa integritate,tũ singulari humanitate,& mansuetudine consecutus es,ut,libentissimis Græcis, nutu , quod uelis,consequare,peto à te maiorẽ in modũ,ut honoris mei causa hac laude Hisponẽ affici uelis.præterea cum socijs scripturæ mihi summa necessitudo est,non solũ ob eã causam , ꝙ ea societas uniuersa in mea fide est,sed ẽt ꝙ plerisq; socijs utor familiarissime.ita & Hisponem meũ per me ornaris , & societatem mihi coniunctiorẽ feceris,tuq; ipse & eius obseruantia, gratissimi hoĩs,& ex sociorum gratia,hoĩum amplissimorũ, maximũ fructũ capies , & me summo beneficio affeceris. sic .n.uelim existimes, ex tota tua prouincia,omnique isto imperio nihil esse,quod mihi gratius facere possis. Vale .

HVB. CVm Pub.]Scriptura nomen erat officij eorũ, qui scribebant prouinciales res,& uectigalia & pactiones , cum ciuitatib. Huius scripturæ societas erat,in qua erat magister & prior Terent.Hisp.quem nunc Cic.commendat Silio,ut eius opera conficiat Hisp.pactiones cum reliquis ciuitatibus prouinciæ Sillij, quẽ dicit se intelligere facillime consequi quidquid uelit à Græcis.quidquid enim collatum fuerit in ipsum Hisponẽ bene collatum iri,& sibi gratum fore. [Dat operas,) .i.laborat & exercetur.[Pro magistro) Tanquam prior,ut supra diximus. [Existimatio)honor.[Pactiones)Conuentiones,pacta.[Eam rem) ut conficeret pactiones[Expertos esse) Tentasse. [Quando) Quoniam.

Scriptura

Libentissime).i.promptissimis,animo,& uoluntate [Nutu.i.facillime, q.d. solum innuendo[Affici hac laude) Habere hãc laudem,ut pactiones conferat.[Socijs) Erat.n. ut diximus , societas huius officij. [In mea fide) In mea tutela.[Per me) causa mea. [Imperio) præerat.n. prouinciæ tanq̃ Imperator cum exercitu. sicut & Cic. Ciliciæ.

ASC. *CVM Pub. &c.*] Cõmenda Terentium Hisp.qui in scriptura.i.officio scribendi prouinciales,& uectigalia uicem magistri tenebat, dicens: Summa familiaritas,& consuetudo est mihi cum P. Terentio Hisp. qui dat operas in scriptura . i. qui scribit pro magistro.i.loco magistri,scilicet rationum,& multa , & magna officia intercedunt.i.communia sunt,& coniunctionem faciunt inter nos paria.i.æqualia,& mutua summa existimatio i. reputatio eius agitur.i.uersatur in eo,ut conficiat pactiones.i.conficiẽdis pactionibus,& conuentionibus , cum reliquis ciuitatibus. Non preterit me.i.memor sum,nos expertos esse .i tentasse periclitando,eam rem,ut.s.pactionem conficiat Ephesi,nec potuisse.s.nos impetrare.s.illud ullo modo ab Ephesijs . Sed quando.i. quoniam, quemadmodum omnes existimant, & ego intelligo : sunt qui frustra interserant.fecisti:tu consecutus es cum tua summa integritate,& mansuetudine,ut consequare.i.obtineas, Græcis libentissimis.i.uolentissimis nutu solo iudicio capitis , quod uelis peto à te in maiorem modum,ut uelis causa honoris mei, Hisponem affici hac laude.s.ut confecerit , reliquas pactiones. præterea summa necessitudo est mihi cum socijs scripturæ .i. q̃ simul rationes cum Hispone scribunt, non solum ob eam causã ꝙ societas uniuersa ,idest simul tota est in fide,idest fideli protectione mea.sed etiam ꝙ utor familiarissime plerisque socijs. ita idest & sic ornaris pro ornaueris,idest honore affeceris Hisponẽ meum, & feceris societatem scilicet scribentium coniunctiorẽ mihi , & tu ipse capies maximum fructum ex obseruantia , scilicet actiua in te,eius,scilicet Hisponis,hominis gratissimi.& ex gratia sociorum appositorie hominum amplissimorum, & affeceris (coniungit diuersos modos capies,& affeceris) .i. afficies me summo beneficio. Velim.n.sup.ut existimes sic,nihil esse,q̃d possis facere gratius mihi ex tota prouincia tua, & ex omni isto idest tuo imperio. Not.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Negocia habebat in Asia ante exilium Cæcina: &, cum exularet propter Cæsaris iram, cupiebat reliquias negociorum conficere: quare profectus in Asiam, ad Seruilium proconsulem, à Cicerone commendatus est.

CIC. P. SER. ISAVRICO PROCOS. S. 66

A Cæcinã. maximæ proprium clientem familiæ uestræ, non cõmendarẽ tibi,cũ scirẽ qua fide in tuos, qua clementia in calamitosos soleres esse;nisi me & patris eius , quo sum familiarissime usus,memoria,& huius fortuna ita moueret,ut hominis omnibus mecũ studijs, officijsque coniunctissimi mouere debet.à te hoc oĩ contentione peto , sic , ut maiore cura,maiore aĩ labore petere non possim;ut ad ea,quæ tua sponte,sine cuiusq̃ cõmendatione,faceres in hominẽ tantũ et talẽ,calamitosum,aliquem afferant cumulũ meæ literæ , quo studiosius eũ,quibuscunque rebus,possis,iuues.quod si Romæ fuisses, etiã salutẽ A.Cæcinæ essemus,ut opinio mea fert, per te consecuti,de qua tamen magnã spẽ habemus, freti clementia collegæ tui.nunc quando iustitiã tuã secutus, tutissimũ sibi portũ prouinciã istã esse duxit:ẽi atque ẽt te rogo,atq; oro, ut eum, & in reliquijs ueteris negociationis colligendis iuues, et ceteris rebus tegas atque tueare . hoc mihi gratius facere nihil potes.

A Cæcinam] Cæcina eum negociatus fuerat in Asia , cui præerat Seruilius,reliquerat autem in ea negociatione multa,quę consequi non potuerat,'& postea quia cum Pomp. aduersus Cæs.fuerat,& descripserat contra Cęs.ut lib.6.uidimus, exilio mulctatus est. Itaque cum in Asiam proficisceretur,ut ibi esset tutus,& reliquias Asiaticę negociationis conficeret, Cic. eũ cõmendat Seruilio Asię pretori,ut in ijs reliquijs colligendis,& in ceteris rebus eum tueatur,sibi.n.fore gratissimum. [Calamitosos) Qualis est ipse Cæcina,ut lib.6. uidere licet.[Fortuna) Calamitas.[Cõtẽtione) Efflagitatione,& instantia [Per te) Tuo fauore. HVB.

uore.[Cōſecuti) A Cæſ.qui eum exilio mulctauit.[Reliquijs) In ijs,quę ſuperſunt ei colligēda [Tegas]Protegas,defendas. Virg. Nec Apollinis inſula texit.

ASC. *A CÆCINAM &c.*]Commendat A.Cæcinam,qui prius in Aſia negociatus fuerat,cui præerat Seruilius.reliquerat autem in ea negociatione multa, quæ conſequi non poterat, & poſtea, quia contra Cæſ. ſcripſerat, ut lib.6.uiſum eſt,exilio damnatus fuerat. Ordo eſt:Ego non commendarem tibi Aulum Cæc.clientem maxime proprium noſtræ familiæ,cum ſcirē,qua fide.i.fideli protectione ſoleres eſſe in.i.erga tuos, & qua clementia in calamitoſos,niſi & memoria patris eius, quo ſum uſus familiariſſime,& fortuna huius.ſ.Auli filij eius, moueret.i afficeret me ita, ut ſup.fortuna hominis coniunctiſſimi mecum omnibus ſtudijs & officijs,debeat mouere ſup.me. Ego peto a te omni contentione.i.inſtantia,hoc.ſ quod ſtatim dicet, ita, ut non poſſim petere maiore cura, & maiore labore animi, ut meæ literæ afferant aliquem cumulum.i. aliquod magnum augmentum, in.i.erga hominem tantum, & talem calamitoſum, quo.ſ.cumulo; aut quo pro,vt,iuues eum ſtudioſius.i.maiore ſtudio.i.fauore,& conatu, q̄ faceres, ſi non eſſet commendatus à me, quibuſcunque rebus poſſis. Quod ſi fuiſſes Romæ.ſ.quando in exilium actus eſt, nos conſecuti eſſemus per te,ut opinio mea fert.i.ut opinor etiam ſalutem.i. conſeruationem in patria, A. Cæcinæ. De qua.ſ.ſalute eius recuperanda,nō tamen.i.nihilominus quamuis nunc amiſſa,uideatur,nos habemus magnam ſpem,freti.i.confiſi, & adiuti clementia.ſ.benignitate collegæ tui.ſ.Romæ agentis. Nunc quā do.i. q̄nquidem ipſe Cæcina ſecutus iuſtitiam tuam.i. famam, aut opinionem de iuſtitia tua,duxit.i. exiſtimauit, & arbitratus eſt prouinciam iſtam.i. quam tu geris in Aſia, eſſe ſibi portum.i. receptaculum ſalutis tutiſſimum,rogo te etiam atq; ēt.i.iterum atque iterum,hoc eſt frequenter,& ita ex animo,ut iuues eum,& .i.ſimul,in reliquis.i. ueteribus debitis ueteris.i. priſtinę negociationis,quia ante bellum ciuile illic negociari ſolitus erat, colligēdis.i coaceruandis a debitoribus,& tegas.i. protegas,ac tueare.i.defendas ſup.in ceteris.Tu nihil.i.non aliquid,non potes facere mihi aliquid gratius,hoc.i.quàm hoc.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Andronem familiarem ſuum commendat ſtudioſe Seruilio.

M. CICERO P. SERVILIO S. D. 67

EX prouincia mea Ciliciensi,cui ſcis τρεῖς διοικήσεις Aſiaticas attributas fuiſſe,nullo ſum familiarius uſus,quàm Androne, Arthemonis filio, Laodicenſi, eumque habui in ea ciuitate tum hoſpitem,tum uehementer ad meæ uitæ rationē, & conſuetudinem accommodatum.quem quidem multo etiā pluris,poſteaquam deceſſi,facere cœpi,quòd multis rebus expertus ſum gratum hominem meiq; memorem. itaq; eum Romæ libentiſſime uidi.nō te.n.fugit,qui plurimis in iſta prouincia benigne feciſti,quàm multi grati reperiātur. Hæc propterea ſcripſi, ut, me non ſine cauſa laborare, intelligeres, & ut tu ipſe eum dignum hoſpitio tuo iudicares. Feceris igitur mihi gratiſſimum,ſi ei declararis,quanti me facias.i.ſi receperis eū in fidem tuam,& quibuſcunq; rebus honeſte,ac ſine moleſtia poteris,adiuueris. hoc mihi uehementer erit gratum. idq; ut facias,te etiam atque etiam rogo. Vale.

HVB. EX *prouincia*] Andronem Laodicenſem familiarem ſuum in Aſiam proficiſcentem Cic.diligentiſſime commēdat Seruilio,ut eum recipiat in fidem ſuam,& quibuſcunque rebus poterit,adiuuet.[τρεῖς]Tres [διοικήσεις]Diœceſes,iuriſdictiōes.[Laodicenſium) Ex Laodicea urbe.[Multo pluris) Quàm tunc cū erā in prouincia.[Non fugit te]Non ignoras.[Dignū hoſpitio tuo] Dignum,quem in domum tuam excipias.

ASC. *EX prouincia &c.*] Andronem Laodicenſem, familiarem ſuū in Aſiam proficiſcentem diligenter commendat Cic.Seruilio,dicens: Ego nullo ſum uſus ex prouincia mea Ciliciensi, cui ſcis tres diœceſes.i.iuriſdictiones Aſiaticas attributas fuiſſe,familiarius, q̄ Androne Laodicenſi filio Arthemonis, & habui eum in ea ciuitate.ſ Laodicea,tum.i.pariter hoſpitem, tum.i.pariter accommodatum.i.explicatum & idoneum uehementer,ad rationē & conſuetudinem uitę meæ. Quem quidem ego cœpi facere ēt multo pluris poſtea,quàm deceſſi, quòd.i.ideo q̄ expertus ſum multis rebus ſupp. eum hominem gratum, & memorem mei, Itaque ego uidi eum libentiſſime.Non enim fugit te, qui feciſti benigne,plurimis in iſta ꝓuincia.ſ.tua,quàm multi.ſ.quos ſcio, quòd pauciſſimi inueniantur grati. Ego ſcripſi hoc propterea, & ut intelligeres me laborare.i. ſolicitum eſſe non ſine cauſa,& ut ipſe iudicares eum dignum hoſpitio tuo. Tu igitur feceris mihi gratiſſimum,ſi declararis,pro declaraueris,ei,quanti.i. quam magni, aut multi facias, id eſt æſtimes me.i. ſi receperis eum in fidem tuam,& adiuueris eum quibuſcunque rebus poteris honeſte,& ſine moleſtia tua. Hoc erit mihi gratum uehementer, & rogo te etiam,atq; etiam,ut facias id.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Non eſt commendatoria,ſed reſponſoria ad literas Seruilij.petit aūt. ut certior fiat ab eo de reb. prouinciæ. deinde cauſam dicit,cur minus ſæpe de rep ſcripturus ſit.poſtremo officium ſuum illi pollicetur.

M. CICERO P. SERVILIO ISAVRICO PROCOS. COLLEGAE. S. D. 68

GRatæ mihi uehemēter tuæ literæ fuerunt, ex quibus cognoui curſus nauigationem tuarum.ſignificabas enim memoriam tuam noſtræ neceſſitudinis. qua mihi nihil poterat eſſe iucundius.quod reliquum eſt, multo etiam erit gratius, ſi ad me de repub.id eſt de ſtatu prouinciæ, de inſtitutis tuis familiariter ſcribes,quæ quanquā ex multis pro tua claritate audiam,tamen libentiſſime ex tuis literis cognoſcam. Ego ad te,de reip ſumma quid ſentiam,non ſæpe ſcribam,propter periculum eiuſmodi literarum. quid agatur autem ſcribam ſæpius.Sperare tamen uideor,Cæſari, collegæ noſtro, fore curæ,& eſſe, ut habeamus aliquam rempubli. cuius conſilijs magnis referebat te intereſſe. ſed ſi tibi utilius eſt,ideſt glorioſius, Aſiæ praeeſſe,& iſtam partem reip.malle affectam tueri, mihi quoq; idem,quod tibi,& laudi tuæ profuturum eſt,optatius debet eſſe. ego, quæ ad tuam dignitatem pertinere arbitror, ſummo ſtudio,diligentiaq; curabo, in primiſque tuebor omni obſeruantia,clariſſimum uirum,patrem tuum:quod et pro uetuſtate neceſſitudinis,& pro beneficijs ueſtris,et pro dignitate ipſius facere debeo. Vale.

HVB. GRata] Cū proficiſceretur Seruilius in Aſiam prætor,ſcripſerat ad Cicer.omnem nauigationem ſuam. Itaque Cice. dicit eas literas ſibi gratas fuiſſe, quoniam oſtenderunt Seruilium ſui memorem eſſe. Petit deinde ab eo, ut aliquid de rebus ꝓuinciæ,& de inſtitutis ſuis ſcribat,ſe autem ſcripturum dicit rarius, quid ſentiat de ſtatu reip quid autem agatur, ſæpius ſcripturum. Laudat aūt cōſiliū Seruilij, qui putet utilius eſſe tueri Aſiam, q̄ eſſe Romæ,pollicetur; ſe diligenter curaturū quidquid ad eius dignitatem pertinebit.[Curſus) Itinera, progreſſus. [Qua) Memoria.[Inſtitutis) Decretis à te factis in prouincia.[Pro tua cl.) Quia clarorū uirorum nulla facta poſſunt eſſe in obſcuro,ut alibi dixit [Quid ſen.Quid opiner.[Periculū) Ne literę ad manus Cæſa.peruenirent. [Collegæ) Quia fuerat proconſul in Gallia, ſicut & Cic.in Cilicia,& Seruil.ī Aſia [Magni referebat)uel utile erat.[Male affectam) male tractatam,uel male diſpoſitā.[Optatius)Gratius. [Obſeruantia) Reuerētia.[Quod &) Adducit multas cauſas ſuæ obſeruantiæ erga patrem Cæcinæ.

ASC. *GRATÆ &c.*]Cum proficiſceretur Seruilius in Aſiam prætor,ſcripſerat ad Cice.nauigationem ſuam. quod hoc ordine ſibi placuiſſet, dicit Cic. Literæ tuæ fuerunt mihi gratæ uehemēter, ex quibus cognoui curſum.i. proceſſum nauigationum tuarum. Significabas enim.ſ.hoc faciendo,memoriam tuam.i.te memorem neceſſitudinis noſtrę,quia nihil poterat eſſe iucūdius mihi. Quod reliquum eſt.i.adhuc reſtat, erit mihi etiam gratius multo, quia utilius; ſi ſcribes ad me familiariter de repub. & de ſtatu prouinciæ,& ſup.de inſtitutis i.ordinationibus tuis. Quæ quanquam audiam ex multis pro tua claritate.i. pp claritatem tuam, quæ nihil ſinet te in occulto agere,tamen cognoſcam libentiſſime ex literis tuis. Ego non ſcribam ſępe ad te, quid ſentiam de ſumma.i.maxima ſalute reip propter periculum eiuſmodi literarum. Autem.i.ſed,ego ſcribam ſæpius quid agatur. Ego tñ uideor ſperare fore.i.futurum eſſe.& eſſe.ſ.modo Cæſ. collegę noſtro.i.qui procōſul fuit in Gallia, cū ego eſſem in Cilicia, curæ, ut habeamus aliquā remp.Si dicas etiam tūc,cum Cæſ.in Gallia eſſet aliqua erat reſp uerum de tempore,quo Cæſ. quodammodo coactus,ut ſe,& ſuos tueretur remp.inuaſerat,loquitur,quam illi

illi fuerat in animo aliquãdo restituere. collegam autem uocat, quia quodã simili magistratu functi erant, aut quia iam tunc in aliquo collegio seu augurali, seu consulari simul erant. Cuius.s. Cæl. consiliis, referebat.i. in re & utilitate erat, magni.i. magnopere te interesse.i. præsentem esse. sed si est tibi utilius, i. gloriosius præesse Asiæ & tueri.i. protegere istam partem reip. male affectam, idest administratam, aut tractatam, idem quod profuturum.i. tibi, & laudi tuæ, debet esse quoque.i. etiam optabilius mihi. Ego curabo summa studio, & diligentia.s. summa, ea quæ arbitrabor pertinere ad dignitatẽ tuã. Et in primis tuebor omni obseruantia.i. ueneratione & custodia patrem tuum uirũ clarissimum, quod debeo facere, & .i. simul pro uetustate necessitudinis .i. necessariæ amicitiæ, quæ est mihi cum eo, & .i. simul pro beneficijs uestris.i. tuis & patris, & pro dignitate ipsius.s. patris tui.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Petit a Seruilio, ut C. Curtij Mithris controuersiam explicet.

M. CIC. P. SERVILIO COLLEGAE S. 69

C. Curtius Mithres est ille quidem, ut scio libertus Posthumij, familiarissimi mei sed me colit, & obseruat æque atque illum ipsum patronum suum. apud eum ego sic Ephesi fui, quotiescunque fui tanquam domi meæ, multaque acciderunt, in quibus & beneuolentiam eius erga me experirer, & fidem: itaque si quid aut mihi, aut meorum cuipiam in Asia opus est, ad hunc scribere consueui, huius cum opera, & fide, tũ domo, & re uti, tanquã mea. Hæc ad te eo plurib scripsi, ut intelligeres, me non uulgariter nec ambitiose, sed ut pro homine intimo, ac mihi pernecessario scribere. Peto igitur a te, ut in ea controuersia, quam habet de fundo cum quodam Colophonio, & in ceteris rebus, quantum fides tua patietur, quantũque tuo commodo poteris, tantum ei honoris mei causa commodes. etsi ut eius modestiam cognoui grauis tibi nulla in re erit. si & mea commẽdatione, & sua probitate assecutus erit, uti de se bene existimes, omnia se adeptum arbitrabitur. ut igitur eum recipias in fidem, habeasq; in numero tuorum, te uehementer etiam atq; etiã rogo, ego, te quæ te uelle, quæq; ad te pertinere arbitrabor, oĩa studiose, diligenterque curabo. Vale.

HVB. C. *Caius*) Curtium Mithrem libertum Posthumij familiarissimi sui Cic commendat Seruilio, ut in quadam controuersia, quam habebat cum quodam Colophonio de fundo quodam ei faueat, & habeat in numero suorum. [Ille] Habet emphasim ad laudem. [Æque] Tam [Atque] Quam [Sic] Tam familiariter. [Scribere] ut pro me, & meis agat. [Vti] .s. consueui. [Vulgare] Pro vulgariter.i. negligenter. [Sed ut].i. tãquam intimo familiarissimo. [De fundo] i. propter fundum.i. possessionem [Colophonio] Ciue Colophonis, quæ est ciuitas in Ionia ab Andremo ne Pylio condita. auct. Stra. de qua plura dicemus in commentariis epistolarum Hor. quos propediem me editurum spero. [Cõmodes] Faueas, commoditatem facias.

Æque Atque

Colophon.

ASC. CAIVS &c.] Curtium Mithrem libertum Posthumij familiarissimi sui Cic. commendat Seruilio, ut in quadam controuersia, quam habebat cum Colophonio de fundo quodam, eum adiuuet, dicẽs: C. Curtius Mithres est ille quidẽ, vt uacare ille, sed quæ apte cohæret particulæ, quidẽ, illi cõiunxit, libertus Posthumij, familiarissimi mei, sed colit atq; obseruat me, æquẽ, atq; i. æqualiter, ut illum ipsum.s. Posthumiũ patronum suum. Ego fui. Ephesi in ea ciuitate Asiæ, quotiescunq; fui.s. Ephesi, apud eũ.s. C Curtium sic tanquam.s. fuissem domi meæ. Et multa acciderunt, in quibus experirer, & .i. simul beneuolentiam erga me & fidem. Itaq; si quid opus est, aut mihi, aut cuipiã meorum in Asia, cõsueui scribere ad hunc, & sup. consueui uti tũ opera, & fide huius.s. C. Curtij, tum domo, & re, tanquam mea. Ego scripsi hæc ad te eo.i. propterea. pluribus sup. uerbis, ut intelligeres me non scribere vulgariter.i. more vulgi, aut de uulgo, nec ambitiose.i. more ambientis, qui digna, & indigna ut impetret, quod petit, obire solet. sed ut pro homine intimo, ac pernecessario mihi. Igitur honeste possum, & ex officio debeo: ego peto à te, ut commodes.i. prosis, & te applices ei, causa honoris mei, quia honorificum est magnifieri à magnis uiris, in ea controuersia.i. lite, quam habet de fundo .i. de possessione fundi, cum quodã Colophonio.i. ciue Colophonis oppidi in Ionia: & in ceteris rebus quantum fides.i. æquitas tua patietur, & quãtũ poteris tuo cõmodo.s. saluo. Etsi, ut cognoui modestiam eius, in nulla.i. nõ ulla, nõ erit, grauis.i. molestus, onerosus tibi in ulla re, etsi assecutus erit, & .i. simul, commendatione mea, & .i. simul probitate sua, uti.i. ut bene existimes.i. indices de se, hoc est iudices eum bonum, ipse arbitrabitur se adeptum.i. nactum, omnia .s. quę vult. Igitur ego rogo te uehementer etiam atq; etiam.i. iterum, atq; iterum, hoc est frequẽter & diligenter, ut recipias eum in fidem.i. fidelem protectionem tuam, & habeas in numero tuorum.s. iam amicorum ac necessariorum. Ego curabo omnia studiose.i. affectanter, & diligenter, quæ arbitrabor te velle, quæque.i. & quæ arbitrabor pertinere ad te.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Appium Menandrum & suo, & patroni nomine Seruilio cõmendat.

M. CIC. P. SERVILIO COLLEGAE. S. 70

QVIA non est obscura tua in me beneuolentia, sic fit, ut multi per me tibi uelint commendari. ego autem tribuo nonnunquam in uulgus, sed plerunque necessarijs, ut hoc tempore. nam cum T. Ampio Balbo mihi summa familiaritas, necessitudoq; est, eius libertum T. Ampium Menandrium, hominem frugi, & modestum & patrono, & nobis uehementer probatum, tibi commendo maiorem in modũ. uehementer mihi gratum feceris, quibuscunq; rebus sine tua molestia poteris, ei commodaris. quod ut facias, te uehementer etiã atque etiam rogo. Vale.

T. *Ampium*] T. Ampij libertum Ampium, quem summopere laudat Cic. Seruilio commẽdat. [Obscura] Ignota. [Fit] Accidit. [Nonnunquam tribuo in uulgus]. s. commendationis.i. cõmendo interdum vulgares [Plerunq;) persæpe. [Frugi] utilem. HVB.

QVIA &c.] Excusans uenuste multitudinem commendatorum a se, commendat adhuc T. Ampii libertũ dicens. Quia beneuolẽtia tua, in.i. erga me, non est obscura, sic.i. ex eo fit, ut multi uelint cõmendari tibi per me. Ego aũt tribuo nõnunquam.s. beneficium commendationis in vulgus.i. vulgares, sed plerunq; .i. plurimum tribuo sup. necessarijs, ut hoc tempore. Nã summa familiaritas, & necessitudo.i. necessaria in amicitia coniunctio est mihi cum T. Ampio Balbo. Ego commendo tibi in modum.i. formam maiorem, hoc est nõ vulgarem sed ingentem, libertum eius T. Ampium, quia liberti patronorum suorum nomina accipiant, Menandrium hominem frugi.i. utilem & modestum, & probatum.i. probum reputatum uehemẽter, & patrono, & nobis. Tu feceris mihi gratum uehementer, si commodaris.i. commodum feceris ei, quibuscunqu rebus poteris sine molestia tua. Quod ut facias, rogo te uehementer etiam, atque etiam. ASC.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

T. Agusium comitem exilij ualde commendat.

M. CIC. P. SERVILIO COLLEGAE. S.D. 62

MVLTOS tibi commendem, necesse est; quando omnibus nota nostra necessitudo est, tuaque in me beneuolentia. sed tametsi omnium causa, quos commendo, uelle debeo; tamen cum omnibus non eadem mihi causa est. T. Agusius & comes meus fuit illo miserrimo tempore, et omnium itinerum, nauigationum, laborum, periculorum meorum socius, neque hoc tempore discessisset. Quare sic tibi eum commendo, ut unum de meis domesticis, & maxime necessarijs. Pergratũ mihi feceris si eũ ita tractaris, ut intelligat hanc cõmendationẽ sibi magno usui, atq; adiumento fuisse. Vale.

M*Vltos*] T. Agusium, commendat Cice. comitem suum tpe exilij sui, petitq; à Seruilio, ut eũ ita tractet, ut intelligat hanc commendationem sibi plurimum profuisse. [Velle] .s. te efficere. [Non eadem) Non similis & par, quia cum alio interdũ est maior & iustior, quam cum alio [Comes) quia semper fuit mecum. [Illo tpe) Exilij mei. [Socius] Proprie in periculis dixit socium, vt: O socij, neque enim ignari sumus ante malorũ: comitẽ uero itinerum dixit [Permisissem) concessissem, ut discederet. HVB.

Comes Socius

MVLTOS &c.] Rursus se purgans commendat T. Agusium dicens: Necesse est, supple, ut commendem tibi multos, quando .i. quandoquidem necessitudo nostra.i. necessaria coniunctio in amicitia, ASC.

amicitia,& beneuolentia tua erga me est nota oibus. Sed tametsi ego debeo uelle.s.quod peto, cũ omnium, quos commẽdo, tamẽ non eadẽ causa.s.petendi est mihi cum omnibus, quia alijs plus, alijs minus debeo, plurimũ aũt se debere ei, quem nunc cõmendat, innuit subdens: T. Agusius fuit, &.i.simul, comes meus.i.me comitans tanq̃ minor, illo tempore miserrimo.s.exilij mei, aut fugę cum alijs Põp.& socius meus.i. ęqualiter particeps oĩum itinerum, nauigationũ, laborũ, periculorũ meorum. Neq; discessisset à me hoc tpe, nisi ego permisissem ei. Quare ego cõmendo tibi eũ sic, ut unũ de domesticis meis, & qui maxime necessarijs. Tu feceris mihi pergratum, si tractaris, pro tractaueris eum ita, ut intelligat hanc commendationem fuisse sibi magno usui, atque adiumento.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Gerelliæ necessaria negocia Seruilio rursus commendat.

M. CIC. P. SER. COLLEGAE S. 72

CErelliæ, necessariæ meæ, rẽ, noĩa, possessiones Asiaticas cõmendaui tibi p̃sens in hortis tuis quã potui diligẽtissime, tuaq; mihi p tua consuetudine. proq. tuis in me ppetuis, maximisq; officijs oĩa te facturum liberalissime recepisti. me minisse te id spero. scio.n. solere. sed tamẽ Cerelliæ procuratores scripserunt, te pp magnitudinẽ prouinciæ, multitudinẽq. negociorum ẽt atq; ẽt esse cõmonefaciendũ. peto igitur, ut me mineris, te non oĩa, quæ tua fides pateretur, mihi cumulate recepisse. equidẽ existimo, habere te magnã facultatem (sed hoc tui est consilij, & iudicij) ex eo S.C. quod in hæredes C. Vennonij factum est, Cerelliæ cõmodandi. id S. C. tu interpretabere pro tua sapientia. scio.n. eius ordinis auctoritatem semp apud te magni fuisse. quod reliquum est, sic uelim existimes, quibuscunq; rebus Cerelliæ benigne feceris, mihi gratissimũ esse facturum. Vale.

HVB. CErelliæ] Anteq̃ proficisceret Seruilius in Asiã Ci. ei cõmẽdauerat corã Cerelliã necessariã suã, q̃ multa habebat ĩ Asia, quã nunc p literas cõmendat, rogatq; eũ ut illũ adiuuet, cũ hẽat facultatẽ id faciendi pp S.C. qd contra hẽdes C. Venonij factum erat in fauorẽ Cerelliæ [Cõmonefaciendũ] admonendũ, in memoriã tibi id factũ reducẽdũ. [Propter magnitudinẽ prouincię] q̃a hẽs magnã administrationẽ prouincię per quã posses fortasse esse ĩmemor eius, qd mihi promisisti. [Recepisse] promisisse. [Facultatẽ] Cõmoditatẽ, occasionẽ.s.faciendi, q̃ recepisti. [Ex eo S.C [In hęredes] Contra hẽdes, qui Cerelliæ aduersarij erãt. [Cõmodãdi] Cõmodũ faciẽdi.i. quod est factum in fauorem Cerelliæ. [Interpretabere] uidebis id, quod uelit. [Eius ordinis] Senatorij [Magni fuisse] Magni æstimatam esse. Itaque eam debebis conseruare faciendo quidquid decreuit ipse senatus. [Quod reliquũ est] Pro in eo quod reliquum est, præter interpretationem illius S.C. (Benigne) Liberaliter, bene.

ASC. *CERELLIAE &c.*] Cõmendat & Cerelliã mulierẽ sibi necessariã, q̃ multa habebat in Asia, ubi Seruilius iam tũ erat, negocia. Ordo est: Ego cõmendaui tibi p̃sens.i. corã in hortis tuis.i.q̃tum potui diligentissime. rẽ.i. litẽ, noĩa.i. debita per noĩa debitorum notata & possessiones Asiaticas.i quas hẽt in Asia. Et tu recepisti.i. promisisti liberalissime mihi pro consuetudine tua, & perpetuis & maximis officijs tuis in me, hoc est cõformiter ad ea te facturũ oĩa. Ego spero te meminisse.i. memoria tenere id.s. te recepisse, scio.n. sup. te solere.i. meminisse. Sed tñ procuratores Cerelliæ scripserunt te esse cõmmonefaciendũ ẽt atq; ẽt.i. frequẽter & diligenter pp magnitudinem negociorũ.s.tuorũ in ea. Peto igitur, ut memineris te recepisse.i. promisisse mihi cumulate .i. abunde, oĩa q̃ fides tua pateretur. Equidẽ.i. ego certe existimo te hẽre magnã facultatem. Sed hoc est cõsilii tui.i. pertinet ad cõsiliũ tuum, & iudicii.i. ad iudicium tuum cõmodandi.i. cõmodi faciendi Cerellię. Ex eo S.C.i. uirtute illius S. C. quod factum est in.i. cõtra hęredes C. Vennonii. quia quod in unum latum est, potest in consimiles applicare, unde addit. Tu interpretabere id S. C. pro sapientia tua. Scio.n. auctoritatẽ eius ordinis.i. senatorii fuisse semper apud te magni.i. magnæ æstimationis. Quod reliquũ est.i. quãtũ ad id, quod restat scribendum, ego uelim sup. ut existimes sic, quibuscunq; rebus feceris benigne.i. fauorabiliter Cerelliæ, te facturũ esse gratissimum.i. rem gratissimam mihi.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Gratulatoria est epistola, & commendatoria, & petitoria.

M. CIC. Q. PHILIPPO PROCOS. S. 73

GRatulor tibi, q ex prouincia saluum te ad tuos recepisti incolumi fama, & rep. q si Romæ te uidissem, corã gratias egissem, q tibi L. Egnatius, familiarissimus meus, absens, L. Oppius præsens curæ fuisset. Cum Antipatro Derbete mihi non solum hospitium, uerum etiam summa familiaritas intercedit. ei te uehementer succensuisse audiui. & moleste tuli. de re nihil possum iudicare, nisi illud mihi certe persuadeo, te talẽ uirũ nihil temere fecisse. a te aũt pro uetere nostra necessitudine ẽt atq; ẽt peto, ut eius filios, qui in tua potestate sũt, mihi potissimũ cõdones, nisi qd existimas in ea re uiolari existimationẽ tuam. quod ego si arbitrarer, nunq̃ te rogarẽ, mihiq. tua fama multo antiquior eẽt, q̃ illa necessitudo ẽ. sed mihi ita psuadeo (põt fieri, ut fallar) eam rẽ laudi tibi potius, q̃ uituperationi, fore. quid fieri possit. & quid mea causa facere possis, (nam quid uelis non dubito) uelim, si tibi graue non erit, certiorem me facias. Vale.

GRatulor) Gratulatur Ci. Q. Philippo, q bene administrata prouincia incolumi fama, & rep. in patriã ad suos se recepisset, cui gratias à se agendas dicit, q L. Oppiũ p̃ntem, & Egnatiũ absentẽ familiarissimos suos cõmendatione sua curę habuisset. deinde quia Philippus iratus fuerat cuidã Antipatro Derbeti hospiti Cic. & familiari, & eius filios detinuerat, & in potestate sua habebat, petit ab eo Cic. ut si sine præiudicio eius existimationis & dignitatis fieri põt, sibi condonet illos filios, de quo quid actu rus sit petit se certiorẽ fieri [Incolumi] Integra, quia oẽs bene de te loquuntur. [Et rep.) .s. incolumi, hoc est bene administrata. [Succẽsuisse] Iratum esse, [De re] De cã pp quã ei succẽsuisti. utrũ iusta, an iniusta. [Temere] Sine cã [In tua po.] à te deteti [Cõdones] ex dono dimittas. [In ea re] condonando eos mihi. [Violari] lædi. (Existimationẽ) auctoritatẽ. [Antiquior] prior, carior. [Põt fieri.] Possibile est, sed oratores rarissime dicunt possibile est, sed sp fieri pt. [Quid uelis] .s. facere. [Non dubito] quia scio te oĩa uelle mea cã, si mõ, salua fama tua facere possis. HVB. Temere Possibile

GRATVLOR &c.] Gratulatur Q. Phil. q bene administrata prouincia incolumi fama, & rep. suos ad se recepisset. Deinde eidẽ gratias agendas à se dicit, q L. Oppiũ & p̃ntẽ, & Egnatiũ absentẽ cõmẽdatos habuit. Tũ Antipatri reconciliationẽ, & filiorum eius liberationem ambit honestissimis uerbis, hoc ordine: Ego gratulor tibi, q recepisti, te saluum ex prouincia ad tuos, & hoc fama.s. tua incolumi.i. integra, & rep. incolumi.i. salua. quod si uidissem te Romæ, egissem gratias, q L. Egnatius familiarissimus meus fuisset tibi curæ absens.i. cũ esset absens, & L. Oppius p̃ns .i. cũ esset p̃ns. Non solũ hospitiũ, uerum ẽt summa familiaritas, intercedit.i. est uinculũ necessitudinis mihi, cum Antipatro Derbete. ego audiui te succensuisse.i. iratum fuisse uehementer, & tu li sup. id moleste.i. dolenter. Ego nihil possum iudicare de re.i. de causis irarũ, nisi sup. q persuadeo mihi illud: talẽ uirum.i. cũ sis talis.i. tã iustus & prudens uir, nihil fecisse temere.i. sine legitima cã. Aũt.i. sed, ego peto à te ẽt atq; ẽt pro necessitudine nr̃a uetere, ut condones.i. domo emittas & libere abire sinas, potissimũ, mihi.i. precib. aut amori meo filios eius, q̃ sunt in potestate tua.i. detinẽtur à te captiui, nisi existimas.i. iudicas, existimationẽ.i. reputationẽ, seu nomẽ & famã tuã uiolari quid.i. in aliquo, in ea re.i. p eorũ cõdonationẽ, & in remissione. Qd si ego arbitrarer.s. facturũ, ego nũq̃ rogarẽ.s. id, & tua fama esset mihi multo antiquior.i. charior, eo q antiquissimos amicos, charissimos habemus, q̃ est illa necessitudo.s. Cũ Antipatro hospite. Sed persuadeo mihi ita (põt fieri ut fallar) eã rẽ fore tibi potius laudi.i. ad laudem, q̃ uituperationi.i ad uituperationẽ. Velim si non erit graue sup. ut facias me certiorem quid possit fieri, & quid uelis facere causa mea, nam non dubito, quin uelis.s. multa facere. ASC.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Commendatio eorundem, quos præcedente epistola commendat.

M. CIC. Q. PHILIPPO PROCOS. S. 74

ETsi nõ dubito p tua ĩ me obseruãtia, proq; nostra necessitudine, quin cõmendationẽ meã memoria teneas: tamen ẽt atq; etiã eundem tibi L. Oppiũ, familiarem meũ, præsentẽ, & L. Egnatij, familiarissimi mei absentis negotia, commendo tanta cum eo necessitudo est, familiaritasque, ut, si mea res esset

esset, non magis laborarem. quapropter gratissimum mihi feceris, si curaris, ut is intelliga, me à te tantum amari, quantum ipse existimo. hoc mihi gratius facere nihil potes. idq; ut facias, te uehementer rogo. Vale.

HVB. ETSI] Eidem Philippo commendat Cic. eosdem, Oppium, & Egnatium, quos antea commendauerat, de quibus in precedenti epistola uidimus. [Is] Egnatius.

ASC. *ETSI &c.*] Commendat rursus Oppium, & Egnatium Philippo, dicens: Etsi non dubito pro obseruantia tua in me, & pro necessitudine nostra, quin teneas memoria commendationē meā .s. quam nuper feci, tñ ego commendo tibi, etiam, atq; etiam eūdem L. Oppium familiarem meū pñtem .i. qui apud te est, & negocia L. Egnatij familiarissimi mei absentis, quia Romæ agētis. Tanta necessitudo, & familiaritas est mihi cum eo, ut non laborarem magis, si esset res mea. Quapropter feceris mihi gratissimum si curaris pro curaueris, ut is .s. Egnatius, intelligat me amari à te tantum, quantum ipse existimo. Nihil potes facere mihi gratius hoc .i. quam hoc, & rogo te uehementer, ut facias id.

C. Auianum Flaccum iterum commendat.

M. CIC. D. TITIO T.F. LEGATO. S.D. 75

ETSI non dubito, quin apud te mea commendatio prima satis ualeat, tamen obsequor homini familiarissimo C. Auiano Flacco, cuius cã oĩa tum cupio, tum mehercule et debeo. de quo & præsens tecū egi diligenter, cū tu mihi humanissime respondisti: & scripsi ad te accurate antea, sed putat interesse sua, me ad te quam sæpissime scribere. quare uelim, mihi ignoscas, si, illius uoluntati obtemperans minus uidebor meminisse cõstantiæ tuæ. à te idē illud peto, ut de loco, quò deportet frumentum, et de tempore Auiano cōmodes. quorū utrunque per eundem me obtinuit triennium, dum Pompeius isti negocio præfuit. summa est, in quo mihi gratissimū facere possis, si curaueris, ut Auianus, quando se à me amari putet, me à te amari sciat. erit id mihi pergratum. Vale.

HVB. ETSI non] Epistola imitatione utilis ad excusationē importunitatis de repetitione eiusdē cōmēdationis, q̃ Cic. se facere Titio dicit, non diffidentia eius cõstãtiæ, qui semel pmiserat, sed ut satisfaciat, & obsequat Auiano Flacco, ita à se postulãti, ut rursus p lras eum cōmendaret ipsi Titio, qđ Cic. facit. & qm erat Titius legatus Annonæ pfectus, petit ab eo, ut concedat de Auiano, & locū, & tps deportãdi frumentū, qđ alias p se ipsum dicit obtētū, & impetratum, cum Pomp. huic negocio ppositus fuerit. [Obsequor] Morē gero. [Interesse sua] sibi utile eē [Minus uidebor]. i. si nō uidebor recordari, & tenere memoria, qđ. i. qđ semel pmiseris constanter efficias. qui. n. sæpe petit, uidetur aut immemor esse, aut diffidere. [Vtrunque] Et locum, & tempus [Isti negocio]. i. cum esset annonæ, & rei frumentariæ præfectus.

ASC. *ETSI non dubito &c.*] Epistola hæc imitatione digna est ad excusandū importunitatem eiusdē commēdationis, q̃ se facere Ci. fatetur, dicēs: Etsi nō dubito, qn prima cōmēdatio mea ualeat satis apud te, tñ obsequor. i. i seruio, & morē gero C. Auiano Flacco homini familiarissimo, cuius cã ego tū. i. pariter, cupio oĩa, tū. i. pariter ēt mehercule, debeo oĩa q̃ .s. possim illi cōmodare. De quo &. i. simul, egi tecū diligēter pns. i. cū pñs tibi essē, cū tu rñdisti mihi humanissime, & scripsi añ ad te accurate. i. cū cura & diligēcia. Sed supp Auianus putat ĩteresse. i. in re eē ac referre sua me scribere, q̃ sæpissime ad te. Quare uelim sup. ut ignoscas mihi, si ego obtēperãs. i. morē gerēs uolūtati illius, minus. i. nō, aut nō satis uidebor meminisse. i. memor esse, cõstãtiæ tuæ, q φ semel p misisti, nō ptermittis. Ego itē. i. similiter p te, illud, ut cōmodes. i. cōmodum facias, & inseruias Auiano, de loco, & de tpe, quo d portet. i. trãsportet frumētū. s. Qđ uendere uult. Quorū utrunque. i. & locū & tps deportãdi frumenti ipse obtinuit triēniū. s. p spatiū triū annorum, per eundē me. i. per commēdationem meã, dū Pōp. pfuit isti negocio. i. rei frumentariæ. summa. s. uotorū, aut principalis petitio mea est supp. eius, in quo possis facere mihi gratissimum, si curaris pro curaueris, ut Auianus, qñ. i. qnquidē putat se amari à me, sciat me amari a te. Id erit mihi pergratum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Narrat Decurionibus quantopere Q. Hippium amet, quibus etiam C. Valgium, ut in agro empto illi auxilientur, commendat.

M. CICERO QVATVOR VIRIS, ET DACVRIONIBVS. S.D. 76

TAntæ mihi cum Q. Hippio causæ necessitudinis sunt, ut nihil possit esse coniunctius, quàm nos inter nos sumus. quod ni si ita esset, uterer mea consuetudine, ut uobis nulla in re molestus essem. etenim uos mihi optimi testes estis, cū mihi psuasum esset, nihil esse, qđ à uobis impetrare nō possem, nunq̃ me tamē grauem uobis esse uoluisse. uehementer igitur uos et atq; etiã rogo, ut honoris mei cã liberalissime C. Valgiū Hippianum tractetis, remq; cum eo conficiatis, ut, quã possessionē habet in agro Fregellano, à uobis emptam, eã liberam, & immunem habere possit. id si à uobis impetraro, summo me beneficio uestro affectum arbitrabor. Valete.

HVB. TAntæ] Quatuoruiri & Decuriones magistratus erãt ita à numero dicti: ijs commendat Ci. Valgium Hippianū, ut possessionē, quã ab eis in Agro Fregellano emerat, liberã & immunē eū habere pmittant. prærerant. n. in uendendis agris publ. [Molestus essem] Afferrē tædiū. [Fregellano] Fregella urbs Cãpaniæ.

ASC. *TANTÆ &c.*] Quatuoruiris, & Decurionibus, q. magistratus à numero dicti sunt, commendat Valgium Hipp. dicēs. Tãtę causæ necessitudinis sunt mihi cum Q. Hippio, qui ut coniectura cōsequi possum, aut pater, aut frater, aut summe alioquī necessarius fuit eius, quē commēdat. aliter. n. frustra illius necessitudinis meminerit, ut nihil possit esse coniunctius, q̃ nos sumus inter nos. Credo tñ legendum nō q̃ nos inter nos sumus, sed quàm sumus inter nos, idq; Valla astipulante, quod nisi esset ita, uterer cōsuetudine mea, ut nulla i. non ulla, nō essem molestus uobis in ulla re. Etenim. i. nã certe uos estis mihi optimi testes, q̃q̃ persuasum esset mihi, nihil esse quod non possem impetrare à uobis, tñ me nunq̃ uoluisse esse grauem. i. molestum uobis. Igitur quia cogor, ego rogo uehemēter uos ēt, atq; etiam cã honoris mei, quia turpe est precantem non exorare tractetis liberalissime Caium Valgium. sunt qui Valigeniū scribãt, Hippianū, ergo de domo Hippianorū, & conficiatis. i. finiatis cū eo rem. i. controuersiã, ut possit hr̃e eã possessionem liberam, & immunē. i. nulli oneri obnoxiam, quã habet in agro Fregellano. i. iuxta Fregellas urbem Cãpaniæ emptam à uobis. Si ego impetrabo pro impetrauero à uobis id, ego arbitrabor me affectum. s. à uobis summo beneficio.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Principio officium suum, deinde M. Bollanum commendat. postremo petit, operam det, ut Dionysius fugitiuus ad herum reducatur.

M. CIC. P. SVLPICIO IMP. S.D. 77

CVM his temporibus non sanè in senatum uentitarem; tamen, ut tuas literas legi, non existimaui me saluo iure nostræ ueteris amicitiæ, multorumq; inter nos officium facere posse, ut honori tuo deessem. itaq; affui, supplicationemq; tibi lubēter decreui: nec reliquo tempore ullo, aut rei, aut existimationi, aut dignitati tuæ deero. atq; ut hoc tui necessarij sciant, hoc me animo erga te esse; uelim, facias eos per literas certiores, ut, si quid tibi opus sit, ne dubitēt mihi iure suo denūciare. M. Bollanum, uirum bonum, & fortem, & omnibus rebus ornatum, meumq; ueterem amicum tibi magnopere commendo. pergratum mihi feceris si curaris ut is intelligat hanc commendationem sibi magno adiumento fuisse. ipsumque, uirum optimū, gratissimumq; cognosces. promitto tibi, te ex eius amicitia magnam uoluptatem esse capturum. Præterea à te peto maiorem in in modū pro nostra amicitia, & perpetuo in me studio, ut in hac re etiã elabores. Dionysius seruus meus, q meã bibliothecam multorū nummorum tractauit, cum multos libros surripuisset, nec se impune laiurū putaret, aufugit. is est in prouincia tua. eum & M. Bollanus, familiaris meus, et multi alij Naronæ uiderunt; sed, cum se à me manumissum esse diceret, crediderunt. hunc tu si mihi restituendum curaris, non possē dicere, quàm mihi gratum futurum sit. res ipsa parua, sed animi mei dolor magnus est. ubi sit, & qđ fieri possit, Bollanus te docebit. ego si hominem per te recuperaro summo me à te beneficio affectum arbitrabor. Vale.

HVB. CVM his] Scripsit Cicer. se præter consuetudinem suam iuisse in senatum frequentius, ne deesset honori Sulp. qui quantum ex sequentibus coijcimus, præerat Dalmatiæ. Itaq; cum rem bene egisset, dicit Cic. se libenter affuisse in senatu, & ei supplicationē decreuisse. Deinde commendat ei. [M. Bollanum] ueterē amicum suum, q multum in eius prouincia uersabat, aut certe aliquem locū apud eum habebat. Postremo rogat eū, ut det operā, Dionysium seruum, q aufugerat, ad se remitti. (Venititatem) Frequenter uenirē. [Supplicationem] pp res à te in puincia bene gestas. [Iure suo). i. licenter & sine ullo respectu. [In hac re) Quā modo dicā. [Dionysius) Exponit in quo uelit eum elaborare. [Bibliothecā). i. libros, licet proprie significet locum, ubi reponūtur libri. [Multorū nummorū. i. quam munieram magna impensa. [Tractauit) Curæ habuit, & in potestate sua, unde supra lib. 5. ad Var. appellauit eū Anagnosten. i. lectorē. [Surripuisset) Furatus esset. [Laturum imp.). i. non fore sine punitione. [Naronæ) Quę est ciuitas Dalmatiæ, ut in epist. Vatinij in fine cognoscit lib. 6. [Manumissum) Liberatū, [Res ipsa parua). i. nō magni pręcij est ipse seruus, & quod asportauit. [Sed dolor magnus) quod fuerim ab eo delusus, & deceptus [Per te) Opera, & cura tua.

Naronę

ASC. CVM his &c.] Scribit, ne deesset honori ipsius Sulpicij, libēter affuisse in senatu, & ei supplicationem decreuisse. Deinde cōmendat ei M. Bollanum ueterem amicum suum, dicens: Cū non sanè. i. multum uentitarem. i. frequenter irem aut uenirem in senatum, tamen, vt. i. postq̄ legi literas tuas. s. petentes supplicationē pro re bñ gesta, non existimaui me posse deesse honori tuo. i. rei, in qua agatur de honore tuo, saluo iure ueteris amicitiæ nostræ, & multorū officiorum inter nos. i. mutuo exhibitorū. Itaq; ego affui. i. pñs fui, & decreui. s. cum alijs libenter, tibi supplicationem. i. ut dñt, rogationem generalē. Nec deero ullo tpe reliquo. i. deinceps, aut rei, aut existimationi. i. famæ, & reputationi, aut dignitati tuæ, atq;, ut necessarij tui sciāt me esse hoc. i. hmōi animo erga te uelim, sup. ut facias eos certiores p literas, ut si qd sit opus, ne dubitent. i. uereantur denunciare. i. indicare mihi suo iure. i. audacter quasi suo iure, quid denuncient. Ego cōmendo tibi magnopere M. Bollanum uirum bonum, & fortem, & ornatū oībus rebus. i. ornamentis debitis, & ueterem amicum meum. Tu feceris mihi pergratum. i. rem ualde gratam, si curaris. i. curaueris, ut is intelligat, hanc commēdationem fuisse sibi magno adiumento. Et cognosces ipsum sup. esse uirum optimum, & gratissimum. Ego promitto tibi te esse capturum magnā uoluptatem ex amicitia, eius. s. Bollani. Præterea ego peto à te in modum maiorem. i. nō vulgatem pro amicitia nrā, & pro perpetuo studio. i. fauore tuo in me, ut etiam elabores. i. enitaris efficere quod peto in hac re Dionysius seruus meus, qui tractauit bibliothecam. i. ut dicunt librariam meam multorū nummorū. i. multis nummis emptam, aut constantem, erat. n. vt. 5. lib. ad Vatinium dictum est, anagnostes. i. lector, cum surripuisset. i. clā abstulisset multos libros. nec putaret se laturum impune, aufugit. is est in prouincia tua. M. Bollanus familiaris. s. meus, & multi alij uiderunt eum Naronę. i. in ea urbe Dalmatiæ. Sed cum diceret, se manumissum à me, crediderunt sup. ei. Si curaris hunc restituendum mihi, nō possum dicere, quàm gratum sit futurum mihi. Res ipsa est parua, sed dolor animi mei est magnus. Bollanus docebit te, ubi sit, & quid possit fieri. s. pro eo comprehendendo. Ego, si recuperauero hominē, per te, arbitrabor me affectum summo beneficio.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Democritum Sicyonium, hominem familiaritate dignum, ualde commendat.

GICERO ALLIENO PROCOS. S. D. 78

DEmocritus Sicyonius non solum hospes meus est, sed etiā quod non multis contigit, Græcis præsertim, ualde familiaris. est. n. in eo summa probitas, summa uirtus, summa in hospites liberalitas & obseruantia, meq; præ ceteris & colit, & obseruat, & diligit, eum tu non modo suorum ciuium, uerum etiam prope Achaiæ principem cognosces. huic ego tantū modo aditum ad tuam cognitionem patefacio, & † munio. cognitū, per te ipsum, quæ tua natura est, dignū tua amicitia, atq; hospitio iudicabis. peto igitur à te, ut his literis lectis, recipias eum in tuam fidem, pollicearę omnia te facturū mea causa. de reliquo, si, id, quod confido, fore dignum eum tua amicitia, hospitioq; cognoueris. peto, ut eum complectare, diligas, in tuis habeas. erit mihi maiorem in modum gratum. Vale.

† alias, Innuo

DEmocritus] Allienum procōsulem Græcię rogat, ut recipiat in amicitiam suā Democritum Sicyonium. Deinde si uidebitur dignus amicitia sua, eum conseruet, & diligat. Laudat autē Ci. eius liberalitatē, & obseruantiā in hospites oēs, sed pcipue in se, quē dicit esse primarium totius Achaię, & fore dignum, quem Allienus, & hospitio, & amicitia dignum iudicet. [Principē] Primarium, ex primis. [Patefacio] Aperio, paro. [Innuo) Significo, & quasi quædam nutu de monstro. [Complectare) Suscipias. HVB.

ASC. DEMOCRITVS &c.] Allienum procons. Græciæ rogat, ut recipiat in amicitiam suam Democritum Sicyonium, deinde ut si dignus uideatur, rogat eum, conseruet, & diligat, dicēs: Democritus Sicyonius est nō solum hospes meus, sed etiam ualde familiaris sup. mihi, quod. s. esse mihi familiarem, contingit nō multis præsertim Græcis. Enim. i. quia summa probitas, summa uirtus, summa liberalitas in hospites, & obseruantia sup. summa est in eo colit, & obseruat, & diligit me. Auxesis est p ceteris. i. ante alios, hoc est plus, quā ceteros hospites suos. Tu recognosces eū principem. i. primatium, non solum ciuium suorum. i. Sicyoniorum, uerum etiam penè, id est quasi totius Achaiæ, ergo Sicyon in Achaia est. Ego patefacio huic tantummodo aditum ad cognitionem tuam, & innuo. i. significo, cognitum per te ipsum. i. ubi cognosces eum, quæ. i. secundum q natura tua est, ut iudicabis dignum tua amicitia atq; hospitio. Peto igitur à te, ut his literis lectis, recipias eum in fidem tuam, sup. & ut pollicearę te facturum omnia. s. licita & honesta, causa mea. De reliquo peto. si cognoueris id quod cōfido, fore. i. futurum eum dignum tua amicitia, & hospitio, ut complectare eum, & sup. diligas, ut habeas in tuis. i. numero tuorum. Id erit mihi gratum in maiorem modum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

C. Auianum Flaccum, quem prius Q. Philippo, & alijs commendauerat, nunc Allieno ualde probat.

CICERO ALLIENO PROCOS. S. D. 79

ET te scire arbitror, quanti fecerim C. Auianum Flaccū: & ego ex ipso audieram, optimo, & gratissimo homine, quàm à te liberaliter esset tractatus. eius filios dignissimos illo patre, meosq; necessarios, quos ego unice diligo, commendo tibi sic, ut maiore studio nullos commendare possim. C. Auianus in Sicilia est. Marcus est nobiscum. ut illius dignitatem præsentis ornes, rem utriusque defendas, te rogo. hoc mihi gratius in ista prouincia facere nihil potes. idque ut facias te uehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

ET te] C. Auianus Flaccum, quem supra Titio commendauit Cice. Commendat etiam nunc Allieno proconsuli Græcię, commendat etiām eius filios, & M. Auianum eius fratrem qui cū Cic. erat. [Marcus). s. Auianus eius frater. Illius præsentis). s. Auiani. [Vtriusque) Cice. & Marci. HVB.

ASC. ET te &c.] Auianum Flaccum, quem supra Titio commendauit Cice. commendat nunc Allieno proconsuli Græciæ, commendans etiam eiusdē liberos, & fratrem M. Auianum, unde hic liber ferè commēdaticius est, tanta uarietate, ut torrentem Ciceronianæ facūdiæ nemo satis miretur. Ordo est: Et idest simul aut pariter, seu pariformiter, ego arbitror te scire quanti fecerim, i. æstimarim semper C. Auianum Flaccum, & ego pariter audierā ex ipso, scilicet Auiano, homine optimo, & gratissimo, quàm. i. quantum liberaliter esset tractatus à te. Ego cōmmēdo tibi filios eius, dignissimos tali, id est tā optimo patre, & necessarios meos, quos diligo unice, idest singulariter, hoc est maxime, quia quos unicos habemus, maximopere diligimus, commēdo, inquā, sic, ut nullos, idest non ullos, non possum commendare ullos maiore studio, idest affectu, fauore, & conatu. C. Auianus est in Cilicia, M. scilicet Auianus frater eius est nobiscum, rogo te, ut ornes dignitatem illius, scilicet Caii præsentis, scilicet tibi unde duxi legendum in Cilicia, non Sicilia, & defendas rem utriusque. tu nihil potes facere mihi gratius, hoc, idest quàm hoc, in ista, scilicet prouincia, & rogo te uehementer etiam, atque etiam, idest iterum, atque iterum, ut facias id.

M. TVLLII CIC. EPISTOLARVM, AD TERENTIAM VXOREM.

LIBER DECIMVSQVARTVS.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Deflet suã, suorumq; calamitatem Cicero, & quam spem redeundi ab exilio habeat, ostendit. Postremo dissuadet villæ venditinẽ Terẽtiæ.

M. CIC. TERENTIAE, ET TVLLIOLAE ET CICERONI SVIS. S. P. D. I

*ET literis multorum, & sermone omnium
perfertur ad me, incredibilem tuam uir-
tutem, & fortitudinẽ esse, teque nec ani-
mi nec corporis laboribus defatigari. me
miserum, te ista uirtute, fide, pbitate, hu-
manitate in tantas ærumnas propter me
incidisse? Tulliolamq. nostram, ex quo patre tantas uolupta-
tes capiebat, ex eo tantos pcipere luctus? nã quid ego de Ci. di-
cam? qui eum primum sapere cæpit, acerbissimos dolores, mise
riasq; percepit, quæ si, ut tu scribis, fato facta putarẽ, ferrem
paulo facilius: sed omnia sunt mea culpa commissa, qui ab ijs
me amari putabam, qui inuidebant, eos nõ sequebar. qui pete-
bant. quòd si nostris consilijs usi essemus, neq; apud nos tantũ
ualuisset sermo aut stultorum amicorum, aut improborum,
beatissimi uiueremus nunc, quando sperare nos amici iubẽt,
dabo operam, ne mea ualetudo tuo labori desit. res quãta sit,
intelligo, quantoque fuerit facilius manere domi, quàm redi-
re, sed tamen si omnes tribunos pl. habemus. si Lentulum tam
studiosum, quàm uidetur. si uero etiam Pompeium, & Cæsa-
rem non est desperandũ. De familia, quo modo placuisse ami
cis scribis, faciemus. De loco, nunc quidem iam abijt pestilen-
tia. sed quandiu fuit, me non attigit. Plancius homo officiosissi
mus, me cupit esse secum, & adhuc retinet, ego uolebam loco
magis deserto esse in Epiro, quo neq; Hispo ueniret, nec mili-
tes. sed adhuc Plancius me retinet, sperat posse fieri, ut mecũ
in Italiam decedat. quem ego diem si uidero, & si in uestrum
complexum uenero, ac si & uos, & me ipsum recuperaro: sa-
tis magnum mihi fructum uidebor percepisse, & uestræ pieta
tis, & meæ. Pisonis humanitas, uirtus, amor in omnes nos tan
tus est, ut nihil supra possit. utinam ea res ei uoluptati sit, glo-
riæ quidem uideo fore. De Q. fratre nihil ego te accusaui, sed
uos, cum præsertim tam pauci sitis, uolui esse quã coniunctis-
simos. Quibus me uoluisse agere geatias, egi & me à te certio-
rem factum esse scripsi. Quod ad me mea Terentia scribis, te
uicum uendituram, quid, obsecro te, (me miserum) quid futu
rum est? &, si nos premet eadem fortuna, quid puero misero
fiet? non queo reliqua scribere, (tanta uis lacrymarum est) ne
te in eundem fletum adducam. tantũ scribo si erunt in officio
amici, pecunia non deerit. si non erunt, tu efficere tua pecunia
non poteris. per fortunas miseras nostras uide, ne puerũ perdi
tũ perdamus. cui si aliqd erit, ne egeat, mediocri uirtute opus
est, & mediocri fortuna, ut cetera cõsequatur. Fac ualeas, &
ad me tabellarios mittas, ut sciã qd agatur, & uos qd agatis.
mihi oĩno iã breuis expectatio est. Tulliolæ & Cic. salutẽ dic.
Valete D. ante diem 6. Kal. Dec. Dyrrachij. Dyrrachium
ueni, quòd libera ciuitas est, & in me officiosi, & proxima
Italiæ. sed, si offendet me loci celebritas, alio me conferam, &
ad te scribam.*



T literis] Prolixitas, qua usu sum primis libris in-
terpretandis, me breuiorẽ in sequẽtib. facere de-
buit. Nã q plurib. epist. à me exposita sũt, ea ubi
q; repetere nõ mõ inutilis, uerum etiã ĩgrati la-
boris, & magnæ molestię lectori fore existima-
ui. Itaq; qspiã qbusdã epis. aliqd desiderãdu pu
tabit, eũ oratũ uelim ne pri⁹ laborẽ meũ accuset, q̃ totũ opus le-
gerit. Inueniet. n. uł nulla uł certe admodũ pauca ĩterpretatione
digna à me ꝑtermissa eẽ, & aliũde sumet, qđ ad aliũ locũ trãsfe-
rat, sed iã ĩstituta pgã, ut aliqñ cõsumato operi, deo iuuãte, finem
imponã. hui⁹ igit 14. uolũ. epistolæ uno ferè sunt argõ ad Terẽt.
à Ci. scriptæ, quo tpe erat in exilio, sed ĩ hac prima dolet Ci. & in
gemiscit, ꝙ culpa sua Terẽ. in tãtas miserias cõiecta sit, & simul li
beri sui. Oñdit deinde ĩ qb. spẽ reditus sui hr̃e possit, postea ubi
sit, & qd agat. postremo ꝑtermissis alijs piculis, q̃ ex epis. cogno
scũtur, quia Terẽ. scripserat se uẽditurã uillã, ut hr̃et pecuniã, ut
per eã possit sibi aliquorum fauorẽ cõciliare: Cic. eã obsecrat, ne
id faciat, ne Cic. filius postea pauper relinquatur. [Virtutem) Cõ
stantiã [Fortitudinem) Magnitudinem animi in aduersis tolerã
dis. [Laboribus animi] ut dolore, solicitudine, & cogitatione ꝓ-
uidendi rebus nostris [Me miserum) Ingemiscit Cic. se esse cãm
miseriarum uxoris suæ, sic Ouid. ad uxorem:

Tristis es, indignor, quod sim tibi causa doloris

[Isti] Tali. [Sapere] Intelligere, uti ratione, & [vt vulgarius dicã]
discretionẽ habere. [Fato) Deorũ uoluntate, & lege immutabili.
[Qui pet) Qui optabant me secum esse. [Sperare] Reditum in
patriã [Res] Reditus meos [Lentulum] De quo in j. epist. q cõsul,
vt 1. lib diximus tulit legẽ de reuocãdo Ci. [De familia) s. seruo
rũ liberãda, ut infra epis. 4. uidebimus. Familiæ aũt appellatiõe,
& Vlpiano iusconsulto, & Festo Põp. teste nõ solũ liberi hoĩes,
sed ẽt serui cõtinẽtur. [De loco) ubi fui. [Nõ attigit] Nõ læsit, nõ
nocuit. [Quẽ diẽ]. s. aduẽtus mei in Italia. [Vestræ) Tuæ, & filiorũ
in me [Pisonis] gñi nri. [Ea res] Cura, & diligentia, q̃ ꝓ impetran
do reditu meo utitur [De Q. F.] Quantũ coniicimus, Terẽ. scri-
pserat se nõ multũ uti cõsilio Q. F. Cic. quare cũ Ci. ad eã scripsis
set, eã male facere, hortatusq; esset, ut eius consilio uteretur, q̃sta
est, ꝙ Cic. eã accusasset. Cic. uero rescribens dicit se nõ eã accu-
sasse, sed noluisse, ut cum fratre suo dissideret, ꝑsertim cũ ualde
paucos hr̃et, qui ꝓ salute sua agerent. [Vicũ) Villã. [Obsecro te]
Rogantis est. [Eadẽ fortuna] Mala, & semper aduersa, quali nũc
premor. Vir. Nunc eadẽ fortuna uiros tot casibus actos Insequi-
tur. [Puero] Filio nostro Cic. [Tanta uis] Tanta copia. [Si erunt
in off.] i. si uoluerint esse, quales debent [Si nõ erũt]. s. in officio.
[Non poteris) s. aliqd efficere. [Per fortunas] Adiurat Cic. Terẽ.
ne hoc damnũ filio suo inferat, alienãdo uicũ illum. [Per fortu-
nas) s. obtestor [Perditũ perdamus] Ne ex infelicissimo infeli-
ciorẽ faciamus, plus aũt significat perditũ perdamus, q̃ si dixis-
set pdamus. est. n. quasi exaggeratio q̃dã, ut Ouid. in heroid Perdi
ta ne perdã timeo, tale ẽt illud Virg. Nõ capti, potuere capi [Si
aliquid]. s. bonorũ, aut diuitiarum [Mediocri uirtute) cum nihil
habentib. etiã maxima uirtus uix possit esse adiumento. Iuuen.
Haud facile emergunt, quorũ uirtutibus obstat. Res angusta do-
mi. [Cetera] dignitates, & honores in urbe. Et ita significat Cic.
plus ualere mediocrem uirtutem cum diuitijs q̃ maximam uir-
tutẽ cũ paupertate. [Quid agatur] In urbe per amicos meos [Et
vos] Idest tu, & filii. [Dirrhachij] Quod est oppidũ Macedoniæ,
ut scribit Ptol. quod etiam Epidamnum dictum est.

EX literis, &c] Huius 14. lib. epistolæ vno ferè sunt argumen
to ad Terẽtiã uxorẽ Cic. missæ, quo tpe erat in exilio Sed in hac
prima dolet, & ingemiscit, ꝙ sua culpa Terẽtia in tãtas miserias
literis suis coniecta sit. Ostẽdit deinde in quibus spẽ reditus ha-
beat, ac demũ obsecrat ne villam uendat. Ordo est: Perfertur ad
me ex literis multorum. s. qui ad me scribunt, & ex sermone om
niũ. s. qui de te loquuntur, uirtutem, & probit. i. fortitudinem tuã
esse incredibilẽ. i. tam magnã, ut nemo credere possit. id autem
scribit Ci. ut talis esse uelit. interdum. n. dum ĩmerito laudamur,
erubescimus nos tales non esse, quales prædicamur Erat aũt re-
uera mulier parũ pudica, & rei familiaris dissipatrix, quam repu
diatã, Salust. factus Cic. inimicus, duxit, ut secreta eius rimaret
ex ea. Et ferẽ ad me, te nec laborib. aĩ, ut curis. & solicitudinib.
nec laborib. corporis defatigari. i. ad extremũ ultra quod nil pos
sis fatigari. Me miserum, minor est excandescentia, & minus pa
thos inducitur, q̃ si dixerit O me miserum, te. s. prædictam uirtu-
te, fide, probitate, humanitate incidisse in tantas ærumnas i. cala
mitates, & miserias pp me, & Tulliolã blandiendi gratia, utitur
diminutiuo, nostram. s. cõem filiam percipere tantos luctus ex
eo patre, ex quo patre capiebat tantas uoluptates. Quia Cic. eam
vsq; ad notã adamasse dr̃, casto, tamen, ut boni interpretãtur, a-

more. Nam quid dicã ego de Cic.s.cõi filio, qui cũ cœpit primũ sapere.i.aliquid intelligere, percepi.s.ex patre, acerbissimos dolores,& miserias. Quia ergo minor natu erat, q̃ Tulliola, eũ postremũ, in salutatione ponit,& nunc commemorat. Quæ.s.mala aduersa, si ego putarẽ ita, ut tu scribis facta esse, fato.i.ex cõstitu to uoluntatis,& fati.i.dicti deorum, ego ferrem paulo.i.modico facilius, imò si quã fato fieri sciremus, modestissime ferẽda essẽt, sed nouit Cic.se hoĩem, nec posse tantã suorũ calamitatẽ æquo aĩo ferre, sed oĩa sunt cõmissa mea culpa.i.errore, non tñ pctõ, q̃ Nota relationẽ fieri ad primitium, cum tñ poni nõ possit.s.ego, cũ dictũ sit mea, putabã me amari ab iis, qui inuidebant, & nõ se quebar eos, qui petebant.i.expetebãt amicitiã, & amorem meũ, q̃ si usi fuissemus consiliis nostris.i.fecissemus, quod iudicabamus faciendum, neq; sermo i.oratio, aut amicorũ stultorũ si ne sciuerũt se ppterã cõsulere, aut improborũ, si sciuerũt ualuisse, tm̃ .s.q̃tũ ualuit apud nos, nos uiueremus beatissimi. Nunc q̃ñ.i.q̃m amici iubent nos sperare.i.hr̃e spẽ de reditu in g̃rãm, dabo operã, ne ualitudo pro ualetudo, aut ualetudo a ualendo ducto uocabulo, est.n.scđa lõge, mea desit.i.nõ rñdeat labori tuo. Ego in telligo q̃ta.i.q̃tæ difficultatis res sit,& q̃to facilius fuerit manere domi.q̃ redire.s.domũ. Sed tñ si hẽmus oẽs Trib.pl.sup.studiosos,& fauẽtes, si hẽmus Lẽt.s.cõsulẽ, ad quẽ primi libri episto.tã studiosũ.s.nr̃i, q̃.i.q̃ũ ur̃.s.studiosus esse, si uero hẽmus ẽt Põp. & Cęs.sup.studiosos, nõ est desperandum.s.de reditu. Nos faciemus de familia, quo mõ scribis placuisse amicis. De loco.s.quẽ dicis fugiendũ, pestilentia quidẽ abiit nunc. sed non attigit me, q̃diu fuit. Plãcus hõ officiosissimus cupit me esse secũ, & retinet adhuc. Ego uolebã esse in Epiro loco magis, deserto.s.a frequentia notorũ, quò neq; ipse.i.pcipuus hostis nr̃, alij legunt, Hyspo uenire, nec milites sup.uenirent. Sed Plancus, ut opinor, senior, retinet me adhuc,& sperat, posse fieri, ut decedat mecũ in Italiã. Quẽ diẽ si ego uidero,& si uenero in cõplexum uestrum, ac si recuperauero uos,& meipsum, ego uidebor pcepisse satis magnũ fructũ pietatis.i.pij amoris,& uestræ.i.tuæ.& liberorũ in me. & meæ.s.in uos. Humanitas, uirtus, amor, Pisonis.s.gñi nr̃i Crassipedis, est tantus in nos oẽs, ut nihil possit esse supra utinã ea res sic ei uoluptati, uideo quidem fore gloriæ.i.futurum ad gloriam eius. Ego nihil accusaui te.s.in aliis literis, de Q.F.i.q̃ non adhibuisti eũ consiliis uestris, sed uolui uos, præsertim cum essetis tã pauci, esse q̃ coniunctissimos.i.uiuere maxime unanimes. Ego egi g̃ras sup.iis, quib. uoluisti me agere.s.gr̃as,& scripsi me esse factum certiorẽ a te.s. de eorum in nos fauore, aut meritis. Quòd ò mea Terentia scribis ad me te uendituram uicum.i.uillam totam, quam habemus in agro, quid obsecro te, quid futurum est, me.i.ò me miserum. Et si eadẽ fortuna premet nos, quid fiet puero misero.s.Cic. non queo (nimis amanter oĩa scribit, ita ut etiã mollioris aĩ notatus sit) reliqua scribere, (tanta uis.i.tanta uehemens copia lacrymarum est) ne adducã te in eundem fletũ. Tm̃ .i.duntaxat scribo sup.id, si amici erũt in officio i. facient q̃d debebunt, pecunia non deerit.s.nobis ad reditum compatãdum, p̃ quo simulabat. Terentia se uelle uendere uillam, si sup.amici nõ erunt in sup.in officio, tu non poteris efficere.s.ut sint in officio, aut quæ prendis, pecunia tua.i.per pecuniã tuã. Vide.i.prospice, sup.rogata, aut obsecrata per fortunas miseras, ne perdamus puerum perditum.s.destitutum auxilio paterno. Cui.s.puero, si aliquid.s.rei erit, ne egeat, opus est mediocri uirtute, & mediocri fortuna, ut consequatur cetera.q̃.s.ad gloriam,& dignitatẽ pertinent. Fac sup.ut ualeas,& mittas tabellarios.i.nuncios scripta in tabellis perferentes, ut sciam, q̃d agatur.s.Romæ de me,& quid uos agatis. Oĩno breuis expectatio.s.literarum tuarum est mihi iam. Dic Tulliolæ.s.filiæ lepidissimæ,& Cic.filio salutẽ. Datum Dyrrhachij.i.in eo oppido Macedoniæ, q̃d ẽt Epidamnũ dictũ uolunt, ad 6.Kal.Dec. Ego ueni.i.applicui me Dyrrhachium, q̃ &.i.simul est ciuitas libera, & ita non obnoxiam R. imperio, & officiosa in me,& proxima Italiæ, sed si celebritas.i. celebris frequentia loci offendet me.i.non placebit mihi, (ex hoc ur̃ Cice. aut fugisse, aut proscriptus esse & nõ hr̃e locum exilij, in quo tutus sit) ego conferam me alio.i.ad alium locum,& scribã ad te.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Principio excusat se, cur breuius ad Terentiam scribat, deinde conqueritur de sua, suorumq; desolatione: & quam ægre acceperit proscriptas fuisse res suas, exponit. Postremo etiam dissuadet, ne sumptum in ædificando faciat, sed ualetudinem suam curet.

M. CIC. TERENTIAE, ET TVLLIOLAE, ET CICERONI SVIS S. P. D. I

Noli putare, me ad quemq; longiores epistolas scribere, nisi quis ad me plura scripsit cui puto rescribi oportere. nec.n.habeo, quod scribã, nec hoc tpe q̃dq̃ difficilius facio. ad te uero, & ad nostram Tulliolam non queo sine plurimis lacrymis scribere. uos.n.uideo esse miserrimas, quas ego beatissimas semper esse uolui, idq; præstare debui: &, nisi tam timidi fuissemus, præstitissem. Pisonem nostrum merito eius amo plurimum eum, ut potui per literas cohortatus sum, gratiasq; egi, ut debui. In nouis trib pl. intelligo spem te habere. id erit firmum, si Pompeij uoluntas erit. sed Crassum tamen metuo. A te quidem omnia fieri fortissime, & amantissime uideo, nec miror. sed mereo casum eiusmodi, ut tantis tuis miserijs meæ miseriæ subleuentur. nam ad me P. Valerius, homo officiosus, scripsit, id quod ego maximo cum fletu legi, quemadmodum à Vestæ ad Tabulam Valeriã ducta esses, hem mea lux, meũ desideriũ, unde oẽs opẽ petere solebant, te nunc mea Terentia sic uexari. sic iacere in lacrymis, et sordibus, idq; fieri mea culpa, qui ceteros seruaui, ut nos periremus. Quòd de domo scribis, hoc est, de area: ego uero tum deniq; mihi uidebor restitutus, si illa nobis erit restituta. uerum hæc nõ sunt in nostra manu. illud doleo, quæ impensa facienda est, in eius partem te miseram, & despoliatam uenire. quòd si conficitur negocium, omnia consequemur. sin eadẽ nos fortuna premet, et ne reliquas tuas misera projcies? obsecro te mea uita, quod ad sumptum attinet, sine alios, qui possunt si modo uolunt, sustinere, & ualetudinem istam infirmam, si me amas, noli uexare. nã mihi ante oculos dies noctesq; uersaris, oẽs labores te excipere uideo. timeo, ut sustineas: sed uideo in te esse oĩa. quare, ut, id, q̃d speras, & quod agis, consequamur, serui ualetudini: Ego, ad quos scribam, nescio, nisi aut ad eos, q ad me scribunt, aut ad eos, de q̃bus ad me uos aliquid scribitis. Longius, quoniam uobis ita placet, non discedam: sed uelim, quam sæpissime literas mittatis. præsertim si q̃d est firmius, quod speremus. Valete mea desideria ualete. Datum ad iij. non. Oct. Thessalonicæ.

NOLI] Excusat se Cic.de breuitate l̃rarum, cũ oẽs alios tum, uero ad uxorẽ suã, ad quã dicit, se non posse scribere sine multis lacrimis. Deinde dicit se dolere, q̃ intellexerit eã à q̃busdam uexatã esse, cum id fiat culpa ipsius Cic. Postremo dissuadet ei sumptum in ædificando, hortaturq; eã, ut ceteris oĩb omissis ualetudinẽ diligenter curet. [Cui] .s. scribendi plura [Rescribi.s. plura uel lõgiores epistolas. [Præstare] Efficere. [Id] ut essetis beatissimę [Cohortatus] ut nõ desistat ab inceptis. [Eiusmodi] Talẽ. [Vt meę miserię] .i.ut uelis eẽ misera, ut subleues miserias meas. [Offõ] .s.qui in me beneuolentia offm̃ præstat. [A Vestæ] Subauditur tẽplum. sic.n. ponebant antiqui. Ad Vestę, ad ueneris, subaudiebatur templum. Teren.in Adelph.ubi ad Dianæ ueneris. Horat.in Ser. Ventum erat ad Vestæ media iã parte diei. [Ad Tabulã Val.] non erat, puerbium, ut quidã exponunt, sicut nunc dicimus à pyro ad ficũ. Sed tabula p̃ lege ponit, unde & tabularia dicebant aucti. Ser. loca ubi tabulæ figebant, & interdum actus publici. Maro.in Geor. Insanumq; forum,& populi tabularia uidit. Erat igit̃ tabula Valeria lex à Valerio lata de bonis, proscriptorũ uẽdendis, ut ostendit Cic.in oratione pro Sex.Rosc. Ad hãc igitur tabulam deducta erat Terẽtia, quia ex lege bona Cic. tanquã p̃scripti cogebãtur uendi. [Hẽ] dolentis & ingemiscẽtis [Vexari] distrahi, male tractari, nã uexor uerbi est teste Asconio ingentis calamitatis, de quo alibi diximus quid Ser. & Gel. sentiant. [Projcies] abijcies, alienabis [Reliquias tuas] .i. quod tibi reliquũ est. Legendum est autẽ etiã ne reliquias tuas misera projcies? [Versaris] Es, appares. [Thessalonicæ] quæ ciuitas est Macedoniæ. HVB. Tabula Tabula ria Vxor Thessalo mea. ASC.

NOLI &c] Excusat se de breuitate literarũ, cum ad oẽs alios, cum uero ad uxorem suam, ad quam dicit se nõ posse scribere si ne multis lacrimis. Deinde dicit se dolere, q̃d intellexit, eã à quibusdam uexatã esse, tum id fiat culpa sua. Postremo suadet ne sumptum ædificando faciat, monetq; ut ualetudinem curet. Ordo est. Noli putare me scribere ad quenq̃ epistolas longiores .s. quam ad te aut longiores.i. aliquantulum longas. nisi si quis scripsit ad me plura.i. ualde multa, cui puto oportere rescribi.s.à me. Nec.n. habeo, q̃d scribã, nec facio hoc tpe quidq̃ difficilius.i.inuitius.s.q̃ scribere. Vero.i.sed non queo scribere ad te,& ad Tulliolã nostrã.i.filiam lepidulã, sine plurimis lacrimis. Ego.n.uideo

deo uos eſſe miſerrimas,quas ego uolui ſp̄ eſſe beatiſſimas,& de
bui p̄ſtare.i.efficere id.ſ.ut beatiſſimæ ſitis,& p̄ſtitiſſem,niſi fuiſ-
ſemuç tã timidi.Ego amo plurimũ Piſonẽ noſtrum.ſ. generum,
merito eius.Ego cohortatus ſum eum per literas,ut potui,& egi
gratias,ut debui. Ego intelligo te habere ſpẽ.ſ.reductiõis meæ,
in nouis trib.pl.i.proxime creãdis.id.ſ.ſpei erit firmũ, ſi uolun-
tas Põpeij.ſ.aderit.ſed tum timeo Craſſum,&,n.illi tres, Pompe
ius,Craſſus,& Cæſ.tunc principes erãt in ſenatu. Ego uideo oĩa
fieri quidẽ.i.certe à te,ut de aliis taceã , aut dubitem,fortiſſime,
& amãtiſſime.nec miror,ſed mæreo.i.doleo cauſam eiuſmodi ,
ut meæ miſeriæ ſubleuentur.i.minuãtur,tãtis miſeriis tuis ¡Nã
P.Val.hõ officioſiſſimus,ſcripſit ad me,id qđ legi cũ maximo fle
tu,quẽadmodũ ducta eſſes à Veſtæ.ſ.tẽplo,aut ç de ad tabulá Va
leriã.i.eã,in qua ſcripta erat lex Valeria de uendendis bonis ꝓ-
ſcriptorũ, ac ꝓſugorũ,ut ea lecta ad uenditionẽ bonorũ cõpel-
laris.Hem,flentis uox,O Terentia mea,lux mea,deſideriũ meũ,
ideſtà qua oẽs ſolebãt petere opẽ.i.auxilium,quia per coniuges
ſæpe ad uiros aditus patefit,te uexari ſic.i.dignũ ne eſt.aut feren-
dũ,aut dijs placitũ?Eſt.n.figuratũ,& elegãs Pathos,ut in illo Pa
cuuiano,qđ in Cæ.Commiſerationẽ recitatũ eſt.Me ſeruaſſe,ut
eſſent,q̄ me perderẽt.& ſup.te iacere ſic in lacrymis,& ſordib. &
id fieri mea culpa,non quidẽ peccati,ſed negligentiæ, aut meti-
culoſitatis,ſeruaui ceteros.ſ.à coniuratione Catil.ut nos perire
mus manifeſte.Alludit ad illud qđ mõ citaui Pacuuianũ.Quod
ſcribis de domo.i.de area,quia vr̄ domus fuiſſe direpta,ſup. ſol-
uenda ab hypotheca , aut potius fiſco.ego uero.i certe uidebor
mihi deniq; tũ.i.tunc reſtitutus.i. totus in priſtinũ ſtatum redu
ctus,ſi illa erit reſtituta nobis.Verũ hæc non ſunt in manu.i. po
teſtate noſtra,q a,ut dixi,in manu fiſci erãt.Ego doleo illud ſup.
te miſerã,& ſpoliatã.ſ.bonis oĩb.uenire,ſup.in impenſam , quæ
impẽſa facienda eſt in parte eius.i.in reparatione alterius , quã,
ut opinor,Terentia noĩe dotis ſibi uendicarat. quod ſi negociũ
conficitur.i.ſi reſtituimur,nos conſequemur oĩa.ſ.oblata. Sin.i.
ſed ſi,eadẽ fortuna p̄met,obſecro te.i.quæſo à te ò uita mea,qđ
blande dr̄,ſed blãdius dicitur Græce,iuxta illud Iuuẽ. Quoties
laſciuũ interuenit. Zωὴ κὰι ψυχὴ .i.uita,& aĩa ſ.mea.ne.i.an,
tu miſera.i.miſeranda. Proijcies.i.ultro perdes ẽt reliquias tuas
.i.qđ tibi fortunarũ relictũ eſt.Si eſſet,proiicias , tunc expone-
rẽ,obſecro.i.per ſacra rogo ne ꝓicias,&c.Quod.i.q̃tũ attinet ad
ſumptũ.i.faciendũ,&.ſ.ſimul ſine.i.permitte alios , ut Piſonem,
& fratrẽ ſuſtinere ſ.onus,ſi mõ i.dũmõ p̄nt,& noli uexare.i. mi
nimũ torquere ualetudinẽ tuã infirmã,ſi amas me. Nã uerſaris
.i.p̄ſentaris mihi añ oculos,dies,& noctes. Ego uideo te excipe-
re.i.ex aliis adſumere oẽs labores , timeo ut.i.ne nõ ſuſtineas.i.
poſſis ſuſtinere.Sed uideo oĩa.ſ.auxilia aut bona noſtra eſſe ĩ te.
Quare ut cõſequamur id,qđ ſperas,& id,qđ agis.i.moliris adſe-
qui,ſerui.i.inſerui ualetudini.Ego neſcio ad quos ſcribã.i.ſcribe
re debeã.niſi aut ad eos,q ſcribunt ad me,aut eos,de quibus uos
ſcribitis aliqd ad me.Ego ñ diſcedã lõgius,qm̃ ita placet uobis,
ſed uelim ſup.ut mittatis literas q̃ ſępiſſime, præſertim , ſi quid
eſt firmius,quod ſperemus.Valete ò deſideria mea,ualete. Datũ
ad 5.Nonas Octob.Theſſalonicæ,quç eſt ciuitas Macedoniæ.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

*Conqueritur & hac epiſtola, quod culpa ſua & ipſe,et ſui in mœro
ribus ſint:deinde ad uaria capita literarum uxoris reſpondet. Poſtre-
mo dicit ſe cupere certiorem fieri,quid de ſua reſtitutione agatur.*

M. CIC. TERENTIAE, ET TVLIOLAE ET CICERONI SVIS. S.P.D. 3

*Accepi ab Ariſtocrito tres epiſtolas,quas ego lacrymis ꝓ
pè deleui.conficior.n.mærore mea Terẽtia,nec me meæ
miſeriæ magis excruciãt;quã tuæ,ueſtræq;.ego aũt hoc miſe
rior ſum,q̃ tu,quæ es miſerrima, ꝙ ipſa calamitas cõis eſt u-
triſq; noſtrum,ſed culpa mea propria eſt.meum fuit officium
uel legatione uitare periculum,uel diligentia,& copijs reſiſte
re,uel cadere fortiter.hoc miſerius,turpius,indignius nobis, ni
hil fuit.quare cũ dolore conficior,tum ẽt pudore.pudet.n.me,
uxori meæ optimæ,ſuauiſſimis liberis uirtutem, & diligentiã
nõ præſtitiſſe.nã mihi ante oculos dies noctesq; uerſatur ſqua
lor ueſter,et mæror,et infirmitas ualetudinis tuæ:ſpes aũt ſa-
lutis pertenuis oſtenditur. inimici ſunt multi,inuidi penè oẽs,
eijcere nos magnũ fuit,excludere facile eſt.ſed tamẽ , quãdiu
uos eritis in ſpe,non deficiã,ne oĩa mea culpa cecidiſſe uidean
tur.Vt tuto ſim,qđ laboras,id mihi nunc facillimũ eſt, quẽ ẽt
inimici nolunt uiuere in tantis miſerijs.ego tamẽ faciam, quæ
præcipis.Amicis,quib.uoluiſti,egi gratias, & eas literas De-
xippo dedi,meq; de eorum officio ſcripſi à te certiorem eſſe fa
ctũ.Piſonem noſtrũ mirifico eſſe ſtudio in nos,& officio, et ego
perſpicio,& oẽs p̄dicant.Dij faxint,ut tali genero mihi præſen
ti tecum ſimul,ac cum liberis noſtris frui liceat.nunc ſpes re-
liqua eſt ĩ nouis trib.pl.et in primis quidẽ dieb.nã,ſi inuetera
rit.actũ eſt.ea re ad te ſtatim Ariſtocritũ miſi, ut ad me con
tinuo initia rerũ,& rationem totius negocij poſſes ſcribere.etſi
Dexippo quoq; ita imperaui ſtatim ut recurreret , & ad fra
trem miſi,ut crebro tabellarios mitteret.nam ego eo noĩe ſum
Dyrrhachij hoc t p̄e,ut quam celerrime , qd agatur,audiam,
et ſim tuto.ciuitas.n.hæc ſp̄ à me defenſa eſt. cũ inimici noſtri
uenire dicentur,tũ in Epirũ ibo.Quod ſcribis, te,ſi uelim,ad
me uenturam:ego uero,cũ ſciam magnam partẽ iſtius oneris
abs te ſuſtineri,te iſtic eſſe uolo.ſi perficitis, quod agitis:me ad
uos uenire oportet.ſin aũt:ſed nihil eſt opus reliqua ſcribere.
ex primis,aut ad ſummũ ſecundis literis tuis conſtituere pote
rimus.qd nobis faciendum ſit,tu mõ ad me,uel ĩ oĩa diligentiſ
ſime perſcribas,etſi magis iam rem q̃ literas,debeo expecta-
re.Cura ut ualeas,& ita tibi perſuadeas,mihi te carius nihil
eſſe,nec unq̃ fuiſſe.Vale mea Terentia,quam ego uidere ui-
deor,itaq; debilitor lacrymis.Vale.Pridie K.Dec. Dyrrachij.*

Accepi] Dolet Cic,ſicut & ſuperius,qđ ſit culpa mœroris, & HVB.
doloris ſuorum & ꝙ ignaue diſceſſerit,cũ potuerit rema-
nere in patria,ſi uoluiſſet ſe inimicis opponere.Deinde q a ſcri-
pſerat Terentia ſe laborare,ut Ci.eſſet in tuto,dicit ſibi eſſe facil
limũ,quia ẽt inimici ſui cupiunt,ut uiuat in ijs miſerijs. Dein-
de dicit ſe cupere fieri certiorẽ literis Terẽ.quid p eã , & eius a-
micos actũ ſit de ipſius reſtõne. [Ab Ariſtocrito) Liberto noſtro.
non quas ſcripſit,ſed quas attulit à te.[Deleui) Confeci , deſtru-
xi.[Conficior) Conſumor.[Culpa eſt mea) Quç ſola facit homi
nem miſerũ [Legatione) ſuſcipiendo legationẽ aliq̃,cuius præ
textu uitabat infamiæ periculũ,ut diximus ſupra de interfecto-
rib.Cæſ.qm̃,ut oñdit Liuius.ius legatorũ upud oẽs gẽtes ſp̄ in-
uiolatũ fuit.[Copijs) facta multitudine armatorũ qui me ueren
tur.[Vel cadere) uel mori.[Fortiter) animoſe,cũ laude reſiſtẽdo,
& nõ fugiendo.[Hoc(Quod feci.[Squalor) Sordes q̄ ex luctu, &
mœrore fit.[Inimici) Enumerat aliquot cauſas,quare ſpes ſalu-
tis ſit tenuis.[Excludere) Tenere extra urbem,[Quod) quia.[Vi-
uere) Vt maior ſit pœna in miſerrima uita,quam in morte.[De-
xippo)]Is erat unus ex domeſticis Ci.[Prædicant) aperte dñt[Fa
xint) Faciãt.qđ notãdũ eſt apud oratorẽ,qm̃ quidã falſo dñt id
eſſe poeticũ.[In primis dieb.]In initio magiſtratus eorum.[Si in
ueterarit.i.ĩ lõgius deducta ſit,& facta uetus [actum eſt).i. nihil
fiet,quia res frigeſcit,& deſeret̃ [Eo noĩe).i.ea cauſa.[Iſtius one
ris]Curãdi reditus mei.[Iſtic]Romæ.[Quod agitis] Quod tracta
tis,& quæritis.ſ.ut redire poſſim.[Sin autem].ſ.nõ perficitis,apo
ſiopeſis eſt.Subauditur.n actum eſt de me, uel aliquid tale. [Ad
ſummum].i.ad extremum,qđ uulgo dicitur ad plus.[Cõſtituere]
Iudicare,uel certe deliberare.[Rem] Impetrationẽ reditus mei.
[Videre uideor]Ex affectu amoris, q te oculis meis ur̄ ſubijcere.
Vig.4.Æn.Illum abſens abſentem auditq;.uidetq; Et Ouid. in
Ponto ad uxorem : Te loquor abſentem , te uox mea noĩat unã.

Accepi &c.]Iterum ſibi dolori eſſe ſcribit,ꝙ culpa ſua ſit cau ASC.
ſa doloris uxori,& liberis,& ꝙ ignaue diſceſſerit cum potuerit
remanere in patria,ſi uoluiſſet ſe inimicis opponẽ.Dicit ſe faci
le uitã tutari,cum ẽt hoſtes ip̄m ſic uiuere uelint,certior ãt fieri
uult,qd ꝓ ſe egerint.Ordo eſt:Ego accepi ab Ariſtocrito.i. quas
Ariſtocritus libertus noſter attulit,tres epiſtolas,quas ego ꝓpe.i.
ferè deleui lacrymis.Enim.i.q a,ò mea Terẽtia, ego conficior.i.
per eo mœrore.i.triſtitia,nec meç miſeriæ excruciãt me magis q̃
tuæ,& ueſtræ.ſ.omnium,hoc eſt & tuæ,& liberorum nr̄orũ.Ego
ãt ſum hic.i.tanto,aut in hoc miſerior, q̃ tu , quæ es miſerrima,
ꝙ ipſa calamitas eſt cõis utriſque noſtrum,ſed culpa eſt mea ꝓ-
pria.i.mea ſolius.Officiũ meũ fuit,euitare periculũ.ſ.exilij , aut
proſcriptionis,legatione.ſ.cauſa honoris in aliq̃ prouinciam im
petrata,ut pluribus contingebat.uel reſiſtere.ſ.periculo diligẽtia

& copiis.i.manu armata,uel cadere fortiter,si resistere nequissem. Nihil fuit nobis miserius,turpius,indignus,hoc.i.quam hoc qđ patimur.s.modo.Quare cum.i.ita sit,ꝙ afficior dolore, tum etiā sup.afficior,& multo magis pudore.Pudet.n.me non præstitisse .i.exhibuisse uxori optimę,& liberis suauissimis uirtutē.i.fortitudinem animi, & diligentiam.s. in resistendo aduersarijs. Nam squalor.i.sorditas,& situs uester,& mœror.i.mæstitia,& infirmitas ualetudinis tuę uersatur mihi ante oculos,dies,& noctes.Autem.i.sed spes salutis ostenditur pertenuis.i. ualde tenuis. Multi sunt inimici scilicet aperti,& pene oēs sunt inuidi.i. inuidentes gloriæ meæ . Magnum fuit eijcere nos,quia potuissem resistere, facile est excludere.s.eiectum.Sed tñ quamdiu uos eritis in spe.s. restitutionis meæ,ego non deficiā.s.in procuranda salute,ne omnia.s.& exilium,& mansio in exilio uideātur cecidisse culpa mea .i.per culpam meam.Id quod laboras modo.s.ut sim in tuto .i.in loco tuto,est mihi nunc facillimum, utpote, quem etiā inimici uolunt uiuere in tantis miserijs,quę morte finirentur, quia ut dicit Flaccus in epi.mors est ultima linea rerum. Ego tñ faciā sup. ea,quæ præcipis. Ego egi gratias sup.illis amicis, quib. uoluisti. Et dedi Dexippo.s.domestico nostro, eas literas sup. quas uoluisti,& scripsi me esse factum certiorem a te de officio eorū.s.quos mihi significasti . Et.i.simul ego perspicio, & omnes prædicant Pisonem nostrum.s.generum,esse mirifico studio, & offō in.i.erga nos.Dij faxint.i.faciant,ut liceat mihi frui tali genero,pſertim simul tecum & cū liberis nostris.i.prole legitima. Nūc spes reliqua est in nouis trib.pl.& quidē in primis diebus .s. magistratus eorū.Nā si inueterarit.i.in obliuionem res abierit,actū.i.nulla spes est reliqua. Ea re.i.ppea ego misi statim ad te Aristocritū, vt posses scribere cōtinuo ad me initia rerū,& rōnes totius negocij.Et impaui quoque Dexippo ita,ut recurrat statim,& misi ad fratrem.s.Quintum,ut mitteret crebro .i. frequēter tabellarios.i. nuncios literarum.Nam ego sum Dyrrhahi.i. in eo oppido Macedoniæ hoc tpe,eo noīe.i.ea rōne, ut audiam quā celerrime qd agatur.s.de me Romę,& sim tuto.i.extra periculum,& in loco tuto.Ciuitas.n.hæc est defensa semper à me,cum.i. qñ inimici nostri dicētur uenire:tum.i.tunc ibi in Epirū. Quod scribis te uenturam ad me,si uelim,ego uero.i.reuera cum sciā magnā partem istius oneris sustineri abs te,uolo te esse istic.i.ubi nūc es,hoc est Romæ.Si perficitis.s.tu,& tui adiutores qđ agitis.i. prætenditis, hoc est reditum meum,oportet me uenire ad uos.Sin aūt.i.sed si, sup.non pficitis,uoluit dicere miserrimum esse eam in exilio uiuere,aut exulem sequi, aut qd simile, qđ p aposiopesim decenter reticet,subdēs:Sed nihil ē opus scribere reliqua. Nos poterimus cōstituere.i.decernere ex primis aut,ad summū.i. maximū numerum ex secundis lr̃is tuis,quid sit faciendum nobis. Velim mō.i. solum modo sup. vt tu pscribas ad me oīa diligētissime , etsi.i.tā etsi,ego debeo iam magis expectare tē.s. optatam, q̃ literas.s. ea significātes.Cura ut ualeas,& persuadeas tibi ita , nihil esse mihi carius te,neq; fuisse vnquā O mea Terentia.Vale,quam ego uideor.s per phantasiam ex desiderio coram uidere . Itaque.i.& ita debilitor.i.fio debilis lacrymis.i.ob lacrymas. Prid.Kal.Dec.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Pathetica est epistola,& affectibus honestis plena : in qua ad uaria epistolæ uxoris capita rescribit.

M. CIC. TERENTIAE, ET TVLLIOLAE, ET CICERONI SVIS. S.P.D. 4

EGo minus sæpe ad uos do literas,q̃ possum:propterea ꝙ cū omnia mihi tempora sunt misera , tum uero , cum aut scribo ad uos,aut uestras lego,conficior lacrymis,sic, ut ferre non possim.ꝙ utinam minus uitæ cupidus fuissem,certe nihil, aut nō multum in uita mali uidissemus. ꝙ si nos ad aliquam alicuius commodi aliquando recuperandi spem fortuna reseruauit;minus est erratum à nobis.sin hæc mala fixa sunt: ego uero te quamprimum mea uita cupio uidere, & in tuo complexu emori,quando neq; dij,quos tu castissime coluisti,neque homines,†quos ego seruaui semper,nobis gratiam retulerunt. Nos Brundusii apud M.Lenium Flaccum dies 13.fuimus. uirum optimum,qui periculum fortunarum,et capitis sui pro mea salute neglexit ; neq; legis improbissimæ pæna deductus est,quo minus hospicij,& amicitiæ ius,officiumq; pstaret.huic utinam aliquando gratiam referre possimus,habebimus quidem semper.Brundusio profecti sumus ad † 5.Kal. Maias. p Macedoniam Cyzicum petebamus.O me perditum,ò me afflictum.quid nunc rogo te,ut uenias mulierem ægram,& corpore,& animo confectam?non rogem?sine te igitur sim?opinor sic agam.si est spes nostri reditus,eam confirmes, & re adiuues.sin,ut ego metuo,transactum est : quoquo modo potes, ad me fac uenias.unum hoc scito,si te habebo , non mihi uidebor plane perijsse.Sed quid de Tulliola mea fiet? iam id uos uidete,mihi deest consilium.sed certe quoquo modo se res habebit, illius misellæ,& matrimonio , & famæ seruiendum est . quid Cicero meus, quid aget? iste uero sit in sinu semper, & complexu meo.non queo iam plura scribere,impedit mœror . Tu quid egeris , nescio , utrum aliquid teneas, an, quod metuo, plane sis spoliata . Pisonem; ut scribis, spero fore semper nostrum. De familia liberata,nihil est,quod te moueat.primum tuis ita promissum est,te facturum esse,ut quisque esset meritus. est aūt in officio adhuc Orpheus.præterea magnopere nemo,ceterorum seruorum ea causa est,ut si res à nobis abesset, liberti nostri essent , si obtinere potuissent . sin ad nos pertinerent,seruirent præterquam oppido pauci.sed hæc minora sunt. Tu quod me hortaris,ut animo sim magno , & spem habeam recuperandæ salutis , id uelim sit eiusmodi , ut recte sperare possimus. nunc miser quando tuas iam literas accipiam? quis ad me perferet? quas ego expectassem Brundusii, si esset licitū per nautas,qui tempestatē prætermittere noluerunt. Quod reliquum est ; sustenta te mea Terentia, ut potes.honestissime uiximus, floruimus,non uitium nostrum , sed uirtus nostra nos afflixit.peccatum est nullum, nisi quòd una animam cum ornamentis amisimus , sed si hoc fuit liberis nostris gratius,nos uiuere,cetera quanquam ferenda nō sunt, feramus. atque ego,qui te confirmo,ipse me nō possum.Clodiū Philæterum,quòd ualetudine oculorum impediebatur , hominem fidelem remisi. Salustius officio uincet omnes spes.Cennius est perbeneuolus nobis, quem semper spero tui fo e obseruantem. Sica dixerat, se mecum fore , sed Brundusio discessit . Cura, quo ad potes,ut ualeas,& sic existimes , uehementius me tua miseria,q̃ mea,cōmoueri.mea Terentia, fidissima , atq; optima uxor,& mea carissi.Tulliola,& spes reliqua nostra Cicero,ualete. Prid.Kal.Maij,Brundusio.

† alias, quibus ego seruiui fixa

† alias, 11.

EGO minus]Scribit Cic.ad Teren.licet inferat mentionē filiorum,oñdit autē quāto dolore conficiatur,cum ad suos scribere cogit. Deinde exponit,ubi sit,& quò iturus,& quia scripserat Terē.se ad eum iturā,si ei videret,rescribit Ci.qd sentiat.postremo qd egerit de familia seruorum,de qua in 1.epis.ad Terē. mentionē fecit,& eā hortat,ut ualetudinē suā sustentet, reliqua ex textu colligunt.[Certe)Saltē.[Aut nō multum] Quia cito perissem.[Minus ē erratum à nobis) Nō peccauimus,si uitę cupidi fuimus:dummō aliqua spes sit.[Fixa) Firma, immutabilia,ut aliqñ nō possint ī melius cōuerti.[In tuo cōplexu) In tuis ulnis.Naso ad uxorē:Atq; utinā lugēda tibi non uita,sed esset Mors mea, morte fores sola relicta mea. Spiritus hic p te patrias exisset ī oras.Sparsissēt lacrymæ corpora nr̃a piæ.[Retulerunt gratiā) Reddiderunt nobis qd meruimus.[Neglexit piculum) Quia lata fuerat acerrima lex,ut diximus li 1.in eos,q Ci. excepissent,qa erat ei interdictum aqua & igni.[Ne qspiā me reciperet.[Hēbimus) .s.aīo.i. semper erimus memores, & existimabimus nos ei obligatos . [Profecti sumus) Discessimus. [Cyzicus] Ciuitas Asiæ in Propontide ab Hæmonijs condita,ut oñdit Oui.in 1.Tristiū,siue Ponti.nā utrunq; opus in Ponto factum est.Hinc Propontiacis hærentē Cyzion oris,Cyziō hæmoniæ nobile gētis opus.[Regem) Cum interrogatione legendum est.[Confectam] Debilitatam,afflictam.[Corpore) pp ualetudinem. [Animo) pp fortunā nostram,& dolores,quos capis.[Sim) Pro ero.[Sic agam) ut sim sine te.[Transactum) Actum,& sine ulla spe.[Sed quid Tul.] Latēter subdit causam,ne uadat.[Misellæ).i.Tulliolę matrimonio ne discedat à marito.[Teneas aliquid) De bonis nostris.pp quæ ad tabulam Valeriam eam deductam se audisse supradixit.[De familia) Seruorum,diximus in 1 epist.ad Ter.[Liberata) Manumissa.ita.n.scripserat Ci.se fecisse.[Tuis) seruis. [Vt quisq; esset meritus).i. te , & retenturam in seruitute, qui merentur, & manumissurā ēt,q bene essent meriti. [Et in officio).i.fideliter seruit.

H VB.

Cyzicus

uit.[Praeterea).i.pter eum. Virg.in 11. Si duo ꝑterea tales idæa tulisset terra uiros.[Liberti nři).i.manumissi.[Si res à nobis abesset).i.si nihil ad nos ptineret.[Oppido) Valde.[Ea cã).i.talis.[Minora).i. paruã, cōparatiuū ꝑ positiuo.[Rectè]Cū aliquo effectu. [Qñ)Interrogatiuè legēdū ē, q.d.nūq̃.[Si esset licitū) Si mihi ꝑmissū eēt à nautis.[Floruimus) Trãslatio ē.Oui. Nos quoq; floruimus,sed flos fuit ille caducus.[Quòd nō amisimus aĩam cum ornamētis].i.nisi ĩ hoc, ꝙ nō mortui sumus,cū dignitatē amitteremus.i.cū eijceremur ex urbe, ꝙ facer̃ dbuimus.[Me nō possū) Cōfirmar̃.[Remisi) Ro.[Valetudine) Morbo.[Fidissima]Et blãditur,licet esset impudica,ut tali iudicio, & laude eam alliceret ad honestatem, sic Oui.ad uxorem cum esset relegatus: Adde quod & rerum solum est tutela mearum. Et paulò post: Nam tua dum stetimus turpi sine crimine mansit. Et tandem probitas irreprehensa fuit. Terentiam autē turpiter se egisse scribit Plutarchus.

ASC. *EGO &c.*]Scribit ad Terent.licet inserat mentionem liberorū ostendens quanto dolore conficiatur,cum ad suos scribere cogatur. Deinde exponit ubi sit,& quo iturus, docēs an Terētiam ad se uenire uelit,&alia q̃dã hoc ordine: Ego do minus sæpe literas ad uos,q̃ possum,hoc ē da ē sæpius ti uellē,qd tu.i.pariter oĩa tēpora sunt mihi misera.i. afflicta,tū uero.i.sed tūc maxime,& quasi ad uerū.i.qñ ego aut scribo ad uos,aut lego uestras.s.lras,cōficior.i.cōsumor lacrymis,sic,ut nō possim ferre.i.sustinere. Qd.i. ꝑp quod utinā fuissem minus.i.nō tã cupidus uitæ, certe nos nihil aut non multū mali uidissemus in uita.s.nr̃a.Quod si fortuna reseruauit nos ad aliquã spē alicuius cōmodi recuperãdi, aliqñ .i.tandem,minus.i.non tã multū est erratū à nobis, si hæc mala sunt fixa.i firma,& diuturna. Ego uero cupio uidere te ò Terentia,mea uita,& emori in cōplexu tuo.qñ.i.qñquidem, neq; dij, quos tu coluisti castissime,neq; hoĩes,quos ego seruaui.i.saluos feci semper,retulerunt nobis gratiã.s.ꝑ benefactis nostris.Id aūt est cogitare,nedū scribere, sed miseris sæpe caligant oculi.Nos fuimus dies 13. Brūdusij apud M. Leniū Flaccum de Deo impisi uirū optimum,q neglexit piculū fortunarū & capitis sui pro salute mea, qa comitatū mihi pstitit, in quo si deprehēsus fuisset, & rē,& uitã amisisset.Neq; deductus est.i.absterritus,aut amotus pęna.i.pp pęnã,improbissimæ legis.s. qua interdictum erat Cic. aqua & igni, & qcūq; eū hospitio recepisset pęnæ capitali subiectum iri,cautū est,quo minus.i.ut nō pstaret ius,& ofm hospitii, & amicitiæ. Vtinã nos possimus referre aliqñ.i.tãdē gratiã.s.parē,quidē.i.certe.aut saltē habebimus.s.in animo semp.s.donec uiuemus.Nos sumus profecti.i.discessim⁹ Brūdusio ad 5.Kal. Maii ꝑ Macedoniã, & petebamus Cyzicū, urbē Asiæ in Propōtide ab Æmonijs cōditã,ò me pditū, ò me afflictū,qd(deliberãtis est, & nesciētis qd facere dẽat)sup.faciã,rogē.i.placet ne te nūc mulierē ægrã,& cōfectã.i.cōsumptã,& corpore, & aĩo, ut uenias.s.ad me?q.d.id nō decere. Non rogē.i.nūquid debeã nō rogare? Igitur.s.si nō rogē,ut uenias:sim.i.oporteat me esse sine te.q.d.id tristissimū fore. Opinor quasi inuēto cōsilio,ego agã sic: Si spes reditus nostri ē,sup.tu cōfirmes eam,& adiuues rē.i.mediū, quo fiet aut rē familiari ē. Sin,ut ego metuo,est trãsactū.i.penitus actū,& desperandū de reditu meo,fac uenias ad me,quoquo.i.quocunque mō potes. Scito hoc unū,si hēbo te,ego nō uidebor mihi perisse plane.i.oĩno,sed sup.si ueneris, quid fiet de Tulliola mea.s.fiad illã uidete iã uos, qui domi estis,id,quia consilium.i. uirtus deliberatiua nō est mihi.Sed certe quoquo.i. quocunq; mō res hēbit, seruiendū.i.cōsulēdū est,& matrimonio,& famæ illius miselλæ.s.ne emissa p inopiã,aut dsolationē fama repudiet. Quid Ci. meus.s. filius faciet,sup. Tu uero sis.s.si hic esses semp in sinu & cōplexu meo, uoluit,addere,& ille miser mēdicabit aut qd tristius,qa ēt pudicitiæ illius imminebat periculū,nō queo iã scribere plura,mœror impedit,nescio qd tu egeris, utrum teneas aliquid.s.rerū,an qd metuo,sis spoliata planè.i.oĩno. Ego spero,ut scribis.s. Pisonē s.gñum nr̃um fore.i.futurū semp nostrū.i.nobis fauentem.Nihil est,quod moueat.i.mouere, & turbare debeat te de familia liberata.i.de manumissione seruorū,ꝑfugiēs.n.Ci.ne serui in alienã ptãtē uenirēt, aut spe libertatis obtinedę in dñm insurgerent,manumisit eos,sed tū nō oēs, quia q uxori nomine dotis erãt,in eius arbitrio reliquit.vnde addit:Primū,q.d.prima est ratio,ut non moueatis,promissum est te facturã esse tuis.s.seruis,ita ut quisq; esse meritus.Aūt.i.sed,Orph.est adhuc in offō.i. debito seruitio,præterea.i. ꝑter eū nemo ceterorū seruorum magnopere,sup.in officio est.Cã est ea.i.talis.i.hoc consilio id feci, ut si res.i.possessio iusta,abesset à nobis,i. essemus priuati omni re nr̃a, ipsi manumissi essent liberti nostri,si potuissent obtinere .i.confirmationē manumissionis.Sin.i.sed si,ipsi ptinerēt ad nos .s.iure,licet oĩa nostra essent subrepta, ipsi seruirent.i. manerēt in seruitute præter q̃ oppido.i.ualde pauci, qui forte manumitterentur ut dominum persequerent.Sed hæc sunt minora.s.damna.Tu ꝙ hortaris me, ut sim aĩo magno,& habeam spem salutis recuperandæ,ego uelim sup.ut id sit eiusmodi, ut possimus sperare rectè.i.non frustra.Nunc misit,qa procul abes qñ accipiam literas tuas?q̃s pferet ad me? Quas.s.literas,ego expectassem Brundusij,si licitū esset.i.licuisset.i.pmissum fuisset per nautas, q noluerunt ꝑtermittere tempestatē.i. temporis. & auræ opportunitatem,ergo tempestas ēt bona est. Quod reliquū est,mea Terētia, sustenta te,ut potes,nos uiximus honestissime,floruimus.s.in foro,& senatu,non uitiū nostrū,sed uirtus nostra,qa uiriliter coniuratos affliximus,afflixit nos.nullum peccatū est.s.nobis,nisi ꝙ nō amisimus una.i.simul cū ornamētis.s.nostris, aĩam.i.uitã sup. nostram.Sed si hoc.s.nos uiuere fuit gratius.i. utilius liberis nostris,feramus cetera, quanq̃ non sunt ferenda. Atq; ego, qui confirmor.i.ꝙ dñt conforto te, non possum.s. confirmare me. Ego remisi tibi Clodium Philaterum unum è familia,ꝙ.i.quia impediebatur ualetudine .i. mala dispositione oculorum appositorie hoĩem fidem. Salustiũs.s.seruus,aut libertus noster,non enim de Crispo illo historico loquitur. vincet omnes spes.s. quas de eo habuimus,officio.s.impertinendo.Cennius alter libertus,est per beneuolus,quē spero fore semper obseruantē.i.cultorē tui. Sica, alter familiaris dixerat se fore semp mecū, sed discesserat Brundusio,ita à me,q erã à Brūdusij,nisi forte Brūdusij, ita legēdum sit,ut discesserat Brundusio sup.me.Cura,quoad potes,ut ualeas, & existimes sic,me cōmoueri uehemētius miseria tua q̃ mea. O mea Terē. fidissima,atq; optima uxor,& filiola mea carissima.s. Tullia,& Ci.spes nr̃a reliqua.i.sola relicta.Vale.prid. Kal.Maias .i.vlt.Apil.Brundusio.i.ex eo oppido maritimo in Italia.

Præterea magnopere nemo ceterorum seruorum. ea causa est, &c.) Sic antea in lib.impressis, ego distinctione tantum locum restituo,ut ita legatur, præterea magnopere nemo ceterorū seruorū ea cã est,ut,si res &c.Qm̃ autē non ita apertus vr̃ sensus, pluribus uerbis exponemus. Cic. ueritus amissionem seruorum cum tota re,manumisit eos hac conditione,ut,si p legē bonis oĩbus priuãdus esset,ii suo beneficio liberti essent, si mō id per Clodium licuisset;sin autem lex seruos non adimeret, & ut ad ueterē dñm pertinerent,cōcederet,seruirēt,ut antea,præterq̃ pauci,quos bene meritos oĩno liberatos uellet.Dixit autem, ceterorum seruorum,intelligēs suos.nã ex Terētiæ seruis neminem manumiserat,tm̃ ijs,eam facturã esset, ut quisq; esse meritus, promiserat. PAV. MAN.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Narrat Terentiæ quomodo cum filio nauigauerit, quodque literis eius acceperit,quidque ea agere debeat,edocet.

M. CIC. TERENTIAE, ET TVLLIAE SVIS S. D.

SI tu,et Tullia,lux nostra,ualetis,ego,et suauissimus Cic. ualemus.Pride id. Oct. Athenas uenimus,cū sanè aduersis uentis usi essemus, tardeq; & incōmode nauigassemus. De naui exeuntibus nobis Acastus cū literis pstò fuit,uno & uigesimo die,sanè strenue. Accepi tuas literas, quib.intellexi te uereri,ne superiores mihi redditæ non essent. oēs sunt redditæ, diligētissimeq; à te pscripta sunt oĩa.idq; mihi gratissimū fuit, neq; sum admiratus,hãc epistolã,quã Acastus attulit,breuē fuisse.iã.n.me ipsum expectas siue nos ipsos, qui quidem quãprimum ad nos uenire cupimus.etsi,in quam remp.uenimus, intelligo.cognoui.n.ex multorum amicorū literis, quas attulit Acastus,ad arma rē spectare,ut mihi,cū uenero, dissimulare non liceat,quid sentiam.sed,quãdo subeunda fortuna est, eo citius dabimus operam,ut ueniamus, quo facilius de tota re deliberemus.tu uelim, quod cōmodo ualetudinis tuæ fiat, quã longissime poteris,obuiam nobis † prodeas. De hæreditate Pratiana,quidem mihi magno dolori est (ualde.n.illum amaui)hoc,uelim,cures.si auctio ante meum aduentū fiet,ut Pomponius,aut si is minus poterit,Camillus nostrum negociū curet.nos,cum uenerimus, reliqua per nos agemus. sin tu iã Roma profecta eris;tamen curabo,ut hoc ita fiat.nos.si dij ad iuuabunt,circiter id.No.in Italia speramus fore.Vos,mea suauissima,& optatissima Terentia,& Tulliola.si nos amatis,curate, ut ualeatis. Athenis,ad 15.Kal.Nou.

† alias, pperes.

SI tu &c.] Primo Ci.scr.se nauigasse Athenas aduersis uentis cum haberet secum Ci.filium. Deinde significat se accepisse HVB.

literas Terentiæ, & aliorum multorum ab Acasto allatas, ex quibus ostendit se intellexisse bella ciuilia fore. Postremo orat eam, ut sibi aduenienti, quã longissime poterit obuiã procedat, & instituit eã, quid agere debeat de hæreditate cuiusdã Pretiani. [Suauissimus) iucundissimus. [Cicero) filius [Vno & uigesimo). i. uigesimo primo post discessum suũ R. [Sanè) ualde. [Strenue) Celeriter, nã strenuus, & fortè signat, & celerem. Salust. Nã aut quisque strenuus ceciderat in bello. Oui. de Galantide in mustellã mutata. [Priscaq; strenuitas mãsit). i. celeritas, uel agilitas. [Ne non essent]. i. ut nõ essent [Sine nos) Correctio, quia habebat filiũ suũ. [In quam). i. qualem, q. d. turbulentã. [Spectare) Pertinere, tendere. [Ad arma) ad bella, qa Cæs. magnis reb. gestis in Celtis & Galliam Italiæ proximã circa Eridanũ exercitum duxerat, ad quem multi confluxerant. ex ijs igitur suspicabat Cæs. bella futura, aut quia iã mortua Iulia, magnus timor apud omnes erat dissensionis inter Cæs & Pomp. Dissimulare] Occultare. [Illũ) Prætianũ, hic. n. moties scripserat hæredẽ Cic fuerat aũt iurisc. ut supra ad Treb. li. 7. quod scribitis de illo Prætiano iurisc. ego te ei non desino commẽdare. [Auctio) uenditio per auctionem, ut alio loco diximus. Iuuẽ. Si coniugis auctio fiat. Eris profecta) discesseris.

ASC. S I tu &c.] Scribit se nauigasse Athenas aduersis uentis, cum haberet secum Cic. filiũ, deinde signat se accepisse literas ab uxore, & postremo orat, ut sibi obuiam ueniat, q̃ lõgissime ualeat, docens, quid agere debeat de hæreditate quadam Ordo est: Si tu, & Tullia lux nostra ualetis. Conceptio est personarum, ego & Cic. suauissimus. s. filius noster, ualemus, eadẽ ẽ figura. Nos uenimus. i. applicuimus nos Athenas, prid. id. Oct. cum usi essemus uentis sanè. i. multum aduersis, & cum nauigassemus tarde, & incommode, nemo tñ sit tã stolidus, ut à Kal. Maijs quib. Brũdusio solui, super aquas fuisse putet, quia tunc Ci. secum non habuit, & postea Dyrrhachij moratus est, unde hæc epi. lõge post scripta est, neq; tum seruata est ratio tpum in colligendis epis. Acastus. s. libertus noster, fuit præsto. i. psens & paratus cum literis. s. dandis nobis exeuntibus naui, Vno aut primo uigesimo die. s. post discessum suum Roma. Ego accepi literas tuas, sanè. i. multum strenue, quibus intellexi te ueteri, ne superiores. s. literæ tuæ non essent redditæ mihi. Oẽs sup. literæ sunt redditæ, & oĩa sunt perscripta à te diligentissime, et id fuit mihi gratissimum. Neq; sum admiratus hanc epist. quam Acastus tulit, fuisse breuẽ. Tu. n. expectas iã me ipsum, siue nos ipsos, hoc est me, & filium, qui quidem cupimus uenire, q̃ primũ. i. ualde cito ad uos. Etsi. i. q̃q̃ intelligo, in quam. i. qualem remp. nos uenimus, media longa, est. n. pñtis tpis, q. d. in turbulentissimã. Ego. n. cognoui ex literis amicorũ, quas Acastus attulit, rem spectare. i. tendere, & inclinatam ad arma. i. bella ciuilia. Quia iã mortuã intellexit Iuliã, Iulij Cæ. filiã, uxorem Pompeii, & Pompeium Cæsaris potẽtiæ, quæ in Gallia maxima erat, resistere uelle. sic sentit Huber. Veruntñ, quia id multo post cõtigit. nam Ci. post reditum, Ciliciam obtinuerat prouinciam, à qua reuersus hanc cõmotionẽ reperit, dicamus ad arma. i. ad resistendũ inimicis ui, ut nõ liceat mihi cũ uenero, dissimulare, qd sentiam Sed qñ. i. qm, fortuna. i. dubius euentus rei, est subeunda, nos dabimus eo citius operã, ut ueniamus, quò. i. ut deliberemus, facilius de tota re. Velim sup. ut tu pperes obuiã nobis. quantum poteris longissime, quod fiat cũ commodo ualetudinis. i. sospitatis tuæ. Ego uelim cures de hæreditate Prætiana. i. q̃ nobis obuenit per testamentũ Pretiani iurisc. nuper defuncti, q̃ quidẽ est mihi dolori. Ego. n. amaui illũ. s. Prætiũ ualde, hoc, si auctio. i. uenditio rerũ p auctionẽ, qua res dantur plurimũ offerentib. fiet ante aduentũ meũ, ut Põponius, s. Atticus, aut si is minus. i. nõ poterit, ut Camillus curet negocium nostrum, ut pars hæreditatis sit nobis integra. Nos cum uenerimus. s. in urbem salui, agemus reliqua per nos. Sin. i. sed si, tu eris iã psecta Roma, tñ curabis. s. per nuncios, aut literas, ut hoc fiat ita. i. ut res curetur p Pomponiũ, aut Camillum, si dii adiuuabũt nos, speramus fore in Italia circiter Id. Nouẽb. Vos ò mea suauissima, & optatissima Terẽ. Tullio la. s. filia, si amatis nos, curate, ut ualeatis. Athenis ad xv. Kal. No.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Mistum est epistolium, nã & excusat se, quòd raro scribat & de prædij uenditione ait se cognouisse, & petit, ut satisfaciat cuidam, & Pollucem seruum ad se mitti cupit.

M. CIC. TERENTIAE SVAE S. D. 6

NEC sæpe est, cui literas demus, nec rem habemus ullam, quã scribere uelimus. EX tuis literis, quas proxime accepi, cognoui, prædiũ nullũ uenire potuisse quare uideas uelim quomodo satisfiat ei, cui scis me satisfieri uelle. Quod nostra tibi gratias agit; id ego nõ miror te mereri, ut ea tibi merito tuo gratias agere possit. Pollicẽ. si adhuc non est profectus, quamprimum fac extrudas. Cura, ut ualeas. id Quint. Vale.

NEC sæpe] Exponit Cic. quid ex literis Teren. intellexit. Postremo petit ab ea, ut celeriter emittat ad se Pollicem seruum. [Prædium) Possessionẽ [Venire) uendi. [Satisfiat) soluatur. [Nostra). i. filia hæc. n. pnomina sine substãtiuo posita maritos, uxores, filios, filiasue comprehendunt, sicut, & genitiui pprioru post nomina propria positi. Ouid. Hanc tua Penelope, subauditur uxor. & Virg. Hectoris Andromache. i. uxor. Deiphobe Glauci. s. filia. [Pollicem) seruum. [Extrudas) Eijcias, emittas.

NEC sæpe, &c.] Vt docuit, quid ẽ Terẽtia intellexit, monet ad se seruum mittat, dicẽs: Nec est sup. aliquis sæpe, cui demus. i. dare possimus literas, nec habemus ullam rẽ, quã uelimus scribere: Ego cognoui ex literis tuis, quas accepi, proxime, nullũ prædiũ. s. nfum potuisse uenire. i. uẽdi. Quare uelim sup. ut oẽs uideatis quõ satisfiat. i. satisfieri possit ei, cui scitis me uelle satisfieri. Qđ nra. s. filia, agit tibi gratias. [Nõ ergo ad filiã scribit) ego non miror te mereri id, ut ea possit agere tibi gratias merito tuo. i. pp meritũ tuũ. Fac extrudas. i. ui exire cogas quãprimũ Pollicem. i. seruum nostrũ. si non est adhuc profectus. i. si nõ exiuit ad nos uẽturus. Cura, ut ualeas, Scriptũ sup. id. Quinctilis, sup. mensis. i. eius qui nunc Iulius dr. Ridiculũ est huic, & superiori addere. vale, & Valete, cum premissum sit: Cura, ut ualeas, & Curate, ut valeatis.

POLLICEM] Antea, Pollucem: nos aliquot abhinc annis emẽdauimus, Pollicem, ex uetustis lib. & lib. 13. ad Att. quo in lib. circa finem ita scribit: Pollex quidẽ, ut dixerat, ad idus Sex. ita mihi Lanuuij pridie iduum præsto fuit, sed plane pollex, non index.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Exponit uxori quomodo, eiecta bili, sanatus sit, & hortatur, ut bono animo sit. postremo ostendit, ubi commodo degere possit.

M. CIC. TERENTIAE SVAE. S. D. 7

OMnes molestias, & sollicitudines, quibus & te miserrimam habui, id quod mihi molestissimum est, Tulliolãque, q̃ nobis nostra uita dulcior est, deposui, & eieci. quid causæ autem fuerit, postridie intellexi, q̃ à uobis discessi. † χολὴν ἄκρατον noctu eieci. Statim ita sum leuatus, ut mihi deus aliquis medicinam fecisse uideatur: cui quidem tu deo, quemadmodũ soles, pie, & caste satisfacias, idest Apollini, & Aesculapio. Nauim spero nos ualde bonã habere. in eã simul atq; cõscendi, hæc scripsi. deinde conscribã ad nostros familiares multas epist. quibus te, & Tulliolam nostram diligentissime commẽdabo. cohortarer uos, quo animo fortiore essetis, nisi uos fortiores cognoscerem, q̃ quenquam uirum. & tamẽ eiusmodi spero negocia esse, ut, & uos istic cõmodissime sperem esse, & me aliquando cum similibus nostri remp. defensurum. Tu primũ ualetudinem tuam uelim cures, deinde, tibi si uidebitur, uillis ijs utare, quæ longissime aberunt à militibus. Fundo Arpinati bene poteris uti cum familia urbana, si annona carior fuerit. Cicero bellissimus tibi salutem plurimam dicit. Etiam atque etiam vale. Datum 7. id. Iun.

† i. bilẽ meam

OMNES] Primum scribit Cic. se eiecisse magnas molestias, quibus & ipsam Terentiam cruciabat, & filiam Tulliam. id autem ita factum esse dicit, quia choleram puram eiecit, quã contraxerat ex mœrore, ut fit. Deinde dicit se scripturũ ad amicos suos, quib. cõmendabit & Ter. & Tulliã, & ostendit se habere bonam spem sui reditus in patriam. Postremo monet Terentiam, in quibus uillis commodo esse possit. [Quibus) propter quas. [Habui te miserrimam] Afflixi te [id quod). i. quod scilicet te habuisse miserrimam. [Dulcior] carior, ita enim parentes, & dicere, & existimare solent. Virgil. Nate mihi uita, quondam, dum uita manebat. care magis. [Quid causæ) s. quòd eiecerim illas molestias. [Postridie) postremo die. [χολὴν) id est bilẽ, choleram. [ἄκρατον] purã. [Eieci) Expui, euomui. [Leuatus) Alleuiatus, ut ita dicam [Satisfacias) soluas uota. [Simul atque) post quam. [Quẽquàm) quemlibet. [Virum) cuius proprie est fortitudo, nã uir a uirtute dicitur. [Eiusmodi] talia. [Aliquando o] tãdem [Cum similibus nostri] Cum uiris bonis. [Vt primum] Duæ dictiones sunt. Ordo autem est: Velim primũ, ut cures ualetudinem, deinde &c. [Vtere) pro habitatione tua habe. [Fundo) Agro. [Cum familia

HVB.

Annona familiæ urbana) cũ omnibus, quos in urbe soles habere domi, nã minoris constat res Arpini, qu àm Romæ [Annona) Frumẽtum Bellissimus [Bellissimus) Diminutiuo blandimenti gratia usus est.

ASC. *OMNES &c.*] Dicit se hilariorẽ effectũ, pollicens scribere ad amicos pro suorũ cõmendatione, docensq́. Terentiã, in quibus uillis degat. Ordo est: Ergo deposui, & ieci oẽs molestias, & solicitudines, q̃bus.i.ĩ qbus ego habui, &.i. simul, te.s. cõiugẽ meã miserrimã id, qđ est molestissimũ mihi.i.q̃ res ẽ mihi gratissima. Et .i. simul sup. habui Tulliolã.s. filiã nr̃am, miserrimã, q̃ ẽ nobis dulcior.i. delectabilior uita nr̃a. Hube. exponit, quibus.i. pp quas habui.i. affeci, & te, &c. sed non procedit, non.n. solicitudinib. suis affecit, aut afflixit uxorẽ, & filiã, sed inter solicitudines habuit.i. annumerauit eas afflictas, miserrimasque. Aurẽ.i. sed, ego intellexi postridie.i. die proxime sequenti postq̃ discessi à uobis, quid causæ fuerit.s. q molestias eiecerim, quia ego eieci statim χολὴν .i. icholerã. ἄκρατον.i. puram, ac merã noctu, & sup. sum leuatus .s. grauedine morbi, ita ut deus aliquis uideat fecisse mihi medicinam.i. me curasse, quia deorum curatio est subitanea. Cui qdẽ deo, tu satisfacias.i. psoluas uota debita, pie, & caste queadmodũ soles, h.d. ut si nõ fuerit solita, incipiat assuescere. Sanè erubescẽdũ est nobis, si Ethnici nõ putauerũt deos suos, qui dęmonia sunt, non posse placari, nisi pie, & caste satisfiat, si putauerimus Deum uerum ab impijs, aut immundis placari posse. Sed dicet forte aliquis, si dij gentiũ dæmonia sunt, qũo & pietatis, & castitaris amatores erant? Ad quod respondere licet, non propter bonũ hoĩum ab illis uirtutes laudatas, sed ideo, ut ueros dei honores, q sine pietate & castitate nulli sunt, sibi usurparẽt, qbus nihil dulcius illis cõtingere põt. nã ĩ illa puersa cupiditate æquãdi se deo, in quã ceciderunt, obstinati sunt. ideoq; idolatriã introduxerãt, nõ solum ut hoĩes in errore tenerẽt, & à cœlestibus sedib. arcerẽt, sed, ẽt, ut deo latriã pripererẽt, aut ideo, ut hoĩes in illo errore pstringerent. Sciebãt.n. qa amor uirtutũ inscriptus est pectorib. nostris pp synderęsim nihil ꝓbari posse, qđ nõ sit uirtuti consonũ, atq; ita minime dijs accomodãdũ uideri. Vt ergo in idololatria genus humanũ sẽp tenerẽt, & ut uarias supstitiones, & ludorũ, & cerimonialium gentiliũ astruerẽt, Virtutũ, quę negari nõ poterãt, se finxerũt amatores. Sed ordinẽ psequamur, ne forte ignoraret Terentia, cui deo satisfaciendũ sit, addit: Apollini, & Aesculapio.s. Apollinis filio, q sũmi medici putati sunt. Ego spero nos habere nauem ualde bonã. Dixi prius epist. nõ esse repositas quo ordine scriptæ sunt Nam hæc scripta erat, cũ Athenas profugeret cum filio. Et in illa: Si tu, & Tullia, &c. significauit se redire, ego scripsi hæc simulatq;.i. immediate postquã conscẽdi in eam. Deinde.i. posthac conscribã.i. simul scribam, ad familiares nostros multas epistolas, quibus.s. epistolis, aut quibus .s. familiaribus ego commendo diligentissime te, & Tulliolã nostrã. Cohortarer uos, quo.i. ut essetis fortiores animo, nisi cognoscerem uos fortiores, q̃ quẽquam uirũ. Et tamẽ spero negocia.s. nostra, esse eiusmodi, ut ipetẽ, &.i. simul, uos esse cõmodissime istic.s. Romæ, & me defensurũ aliquando remp. cum similib. nostri, utpote cõis boni, & iustitiæ amatoribus. Velim sup. ut tu cures primũ ualetudinẽ tuã Deinde, si uidebit tibi, utere ijs uillis quæ aberunt longissime à militib. Tu poteris bene uti fundo Arpinati.i. iuxta Arpinum, cum familia urbana.i. ea quam Romæ habere solemus, si annona fuerit carior.i. nimis cara, sup. Romę. Ci. bellissimus.i. maxime bonus & lepidus filius noster dicit tibi etiam atque etiam plurimã salutẽ. Vale. Datũ tertio Idus Iunij.

PAVL. MAN. *I D est, Apollini, & Aesculapio*] Hoc totum suspicor in margine ab aliquo fuisse scriptum, qui uellet nomen eius dei ponere, quem Cic. significat. deinde qui librum exscripserunt, Cic. uerba falso existimantes, receperunt in ordinem uerborum, quod glossematis uice fuit. nihil tamen immutaui: quando manu scripti libri, ut impressum est, omnes habent.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Rogat ut ualetudinem curet, & gaudere se dicit, quod de Cæs. literis certior factus sit.

M. CIC. TERENTIAE SVAE S. P. D. 8

SI uales bene est, ego quidem ualeo. Valetudinem, tuam uelim cures diligentissime: nam mihi, & scriptum, & nunciatum est te in febrim subito incidisse. Quod celeriter me fecisti de Cæsaris literis certiorem, fecisti mihi gratum. item posthac, si quid opus erit, si qđ acciderit noui, facies ut sciam. cura ut ualeas. Vale. Datum. 4. non. Iun.

HVB. *SI uales*] Hortatur Cic Terent. ut curet ualetudinem suã, quã intellexerat ex febri laborare. Deinde dicit gratũ sibi fuisse, quòd ab ea de literis Cæs. certior factus esset. [Posthac) post hæc omnia, quę facta, & dicta sunt.

ASC. *SI uales*] Monet, ut salutem curet. & diligenter quæ scire oporteat perscribat, dicens: Si uales bene est, ego quidẽ ualeo. Velim sup. cures utdiligentissime ualetudinẽ tuam, nã, & scriptum, & nunciatum.s. ore est mihi, te incidisse subito in febrim Quod fecisti me certiorem celeriter de literis Cæs.i. quas Cæs. misit, fecisti mihi gratum. Tu facies item.i. similiter posthac, vt sciã si quid erit opus, si quid acciderint noui. Cura, ut ualeas, &c.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Ostendit se incertum esse animi.

M. CIC. TERENTIAE SVAE S. P. D. 9

AD ceteras meas miserias accessit dolor è Dolabellæ ualetudine, & Tulliæ. oĩno de omnibus reb. nec quid consilij capiam, nec quid faciam, scio. Tu uelim, tuam & Tulliæ ualetudinem cures. Vale.

HVB. *AD ceteras*] Hæc epist. uidetur fuisse eo tempore, quo iam Tullia nupserat Dol: [Miserias) molestias. [Accessit) Aditus est. (Valetudinem) Propter ægritudinem.

ASC. *AD ceteras, &c.*] Hæc epist. uidetur longe alio tpe scripta, nã durante exilio, Tullia erat nupta Pisoni Crassipedi, Dol. autem, nupsit, dũ esset imperator in Cilicia paulo ante bellũ ciuile. dicit ãt se dolere de ualetudine Dolabellę, hoc ordine: Dolor ex ualetudine.i. ma la dispositione Dolab.s. generi nostri, & Tullię.s. filiæ nostræ, acessit.i. additus est ad ceteras miserias meas. Omnino nescio penitus de omnibus rebus quid cõsilji capiã, nec quid faciam. Velim, sup. ut tu cures ualetudinem tuam, & Tulliæ.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Excusat se cur clarius, & longius non scribat.

M. CIC. TERENTIAE SVAE S. P. D. 10

QVID fieri placeret, scripsi ad Pomponium serius, quã oportuit. cum eo si locuta eris, intelliges, quid fieri uelim apertius scribi, quando ad illum scripseram, necesse non fuit. de ea re, & deceteris rebus quamprimum. uelim nobis literas mittas. ualetudinem tuam cura diligenter. Vale. 7. id. Quint.

HVB. *QVID fieri* Excusat Cic. se, q apertius ad Terent. non scripserat, qđ fieri uellet, qa scripsit ad Põ. ex quo illa poterit oĩa intelligere. [Serius) Tardius. [Scribi) .s. à te. [Qñ) qm̃.

ASC. *QVID &c.*] Dicit se scripsisse. monet, ut uxor scribat, & ualetudinem curet, dicens: Scripsi ad Põponium.s. Atticum, serius.i. tardius q̃ oportuit, quid placeret, sup. mihi fieri.s. à nobis. Si eris locuta cum eo, intelliges quid uelim fieri. Nõ fuit necesse scribere apertius, quando.i. quoniam scripseram ad illum.s. optimum amicorum. Ego uelim, sup. ut mittas nobis literas, quam primũ de ea re, & de ceteris rebus. Cura diligenter ualetudinem. 8. Idus Quinctiles.i. Iulias, aut Iulij mensis postea dicti.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Dolere se dicit de Tulliæ fortuna.

M. CIC. TERENTIAE SVAE S. P. D. 11

SI uales, bene est, ego ualeo. Tullia nostra uenit ad me pridie id. Iun. cuius summa uirtute, singulari humanitate, grauiore etiam sum dolore affectus, nostra factum esse neglig̃etia, ut lõge alia in fortuna esset, atq; eius pietas, ac dignitas postulabat. Nobis erat in aĩo, Ciceronẽ ad Cæsa. mittere, et cũ eo Cn. Salustium. si profectus erit faciã te certiorem. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. 17. Kal. Quint.

HVB. *TVllia*] Signãt Cic. se maiore dolore affectũ esse Tulliæ filiæ suę ad se aduẽtu, qa cognoscit culpa sua factũ, ut illa esset in deteriore fortuna, q̃ mererer, deinde se missurũ filiũ ad Cęs. [Lõge) ualde. [Alia tristiore, & deteriore. [Atq;) q̃. [Pietas) Erga me.

SI uales, &c.]dicit Tulliam suam ad se uenisse, eius pietatẽ cõmendat dicẽs: Si uales, bene est, ego quidẽ ualeo. Tullia nostra.s. filia uenit ad me.s. uillã nr̃am pridie Idus Iulij, cuius summa uirtute, & singulari humanitat.i. pp cuius uirtutẽ, & singularẽ humanitatẽ, ego sum affectus ẽt grauiore dolore, nõ q bona eẽt, sed factũ esse negligentia nr̃a, vt de sua solius loq, ut ipsa esset in fortuna

tuna lōge alia.i.diuersa,& miseriore multo,atq;.i.q̄ pietas,ac dignitas eius postulat. In aīo erat nobis .i. nos uolebamus mittere Ciceronē.s.filium,ad Cæsarē.s.Iuliū,& Cn.Salustium cum eo.s. Cicerone,si.s.Cicero erit profectus.i.qñ discesserit,faciam te certiorem.Cura diligenter ualetudinem tuam. Decimoquarto Kal. Quinctiles.i.Quinctilis mensis qui nunc Iulias dicitur.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Nunciatoria,& hortatoria est.

M. CIC. TERENTIAE SVAE S.P.D. 12

QVOD nos in Italiā saluos uenisse gaudes,perpetuò gaudeas,uelim.sed perturbati dolore animi,magnisq; iniurijs,metuo ne id consilij ceperimus, quod non facile explicare possimus.quare,quantū potes adiuua.quid aūt possis,mihi in mentē nō uenit.In uiā quod te des hoc t pe,nihil est. & longū est iter,& non tutū,& non uideo,quid prodesse possis si ueneris.Vale.Datum pridie non.Nou.Brundusio.

HVB. QVOD nos] Improbat Cic.quodāmodo consiliū suū,quia in Italiam uenerat Brundusium.Itaq; Teren.rogat,ut sibi adiumento sit deinde hortatur, ne sibi obuiam ueniat pp longum & periculosum iter [Explicare]Expedire, ad exitum perducere. (Des te in uiam].i. ponas te in uia, mihi obuiam uenias.

ASC. QVOD &c.] Dicit se uereri,ne profuerit in Italiam nondum uenisse,cui malo,monet uxorem,ut medeatur, si possit. dehortatur autem,ne obuiam sibi prodeat,dicens. Quòd gaudeas nos .i. me,& filium uenisse saluos in Italiā, uelim sup.ut gaudes perpetuo .i.ut gaudium istud possit esse perpetuum, ita ut ex aduentu nr̄o,nihil mali subsequatur.Sed metuo,ne nos perturbati dolore & magnis iniurijs ceperimus.i.inierimus,id consilij.s.redeūdi in Italiā,qd nō possimus facile explicare.i.difficultatibus eximere. Quare adiuua. s.nos illud explicare quātū potes.Aūt.i. sed, non possū cōsiderare,qd.i.in quo possis.s.nos adiuuare.Nihil.i.nulla causa est,q̄ des te in uiam.i.ut uenias ad nos hoc tempore.Et.i.simul iter est longum,& non tutū propter inimicos.& non uideo quid possis prodesse,si ueneris. Vale. Datum,&c.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Consilium dat uxori.

M. CIC. TERENTIAE SVAE S.P.D. 13

QVOD scripsi ad te proximis literis de nuncio remittendo, quæ sit istius uis hoc tempore, & quæ concitatio multitudinis, ignoro. si metuendus iratus est,quies tamen ab illo fortasse nascetur. totum iudicabis,quale sit, & quod in miserrimis rebus minime miserum putabis, id facies. Vale. vi. id. Quint.

HVB. QVO D scripsi]Ingressuro Cæs. Romam tempore,quo bellorum ciuilium tumultus orti sunt, cum ex Gallia reuerteretur, cum Cic. abesset, scribit ad Terentiam, quid agendum sit in tali perturbatione,eam,quæ sit præsens, iudicare posse.[Cōcitatio]Commotio.[Iratus]Cęs.[Quies) Pax [Minime miserū.i. utilius,& melius.

ASC. QVOD scripsi &c.] Scripserat Cic. ad uxorem de nuncio remittendo,ut sciret,quo animo Cæsar siue ex Gallia,siue ex uictoria Pharsalica redierit in urbem,de qua iterum eam monet. dicens:Quod scripsi ad te proximis literis.i.in proximis literis de nuncio. s. quem ad te misi, remittendo.s.ad me, ignoro, quę sit uis istius.s.Cæs.& quæ.i.qualis concitatio.i.commotio multitudinis.i.populi in aduentum eius. Si.i.sed, etsi sup. Cæsar iratus .s.ob negatū imperiū,est metuendus,tñ quies.i.trāquillus status urbis nascet fortasse ab illo. Tu iudicabis supple mihi totū.s.negocium,quale sit. Et tu facies id quod putabis miserū minime.i. s̄m interpretationem Laur.Vallę,nequaquā,aut in nulla parte. sed quia non est uero simile in miserrimis rebus aliquid esse nequaq̄ minimum, ut in nulla parte miserū putē. Hoc loco minime p minimum positū,eo q̄ melius sonat minime miserū.Minime autem s̄m Vallam negat, minimum comparat.i.pro minima parte.Dicamus ergo,qd putabis minime,aut minimū.i.in minima parte miserum in rebus miserrimis.Vale &c.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Rursus consulit Terentiæ, quid agendum sit, sed explicatius quo in superiore.

TVLLIVS TERENTIAE, ET PATER Tulliolę, duabus animis suis,& Cic.matri optimæ,suauissimæ sorori S.P.D. 14

SI uos ualetis,nos ualemus.Vestrum iam consilium est,non solum meum,quid sit nobis faciendum.si ille Romā modeste uenturus est,recte in præsentia domi esse potestis.sin homo amēs diripiendam urbem daturus est, uereor, ut Dolabella ipse satis uobis prodesse possit.etiam illud metuo,ne iam intercludamini, ut cum uelitis, exire non liceat. Reliquum est, quod ipsæ optimè considerabitis, uestri similes fœminæ sint ne Romæ. si enim non sunt, uidendum est, ut honeste, uos esse possitis.† quomodocūq; nūc se res habet, modo ut hæc nobis loca tenere liceat,bellissime uel mecū, uel in nostris prædijs esse poteritis.etiam illud uerendum est,ne breui tempore fames in urbe sit his de rebus, uelim, cum Pomponio, cum Camillo,cum quibus uobis uidebitur, consideretis: ad summā, animo forti sitis. Labienus rem meliorem fecit,adiuuat etiam Piso, quòd ab urbe discedit, & sceleris condemnat generum suum. Vos meæ carissimæ aīæ quam sæpissimæ ad me scribite,& uos quid agatis, & quid istic agatur, Quintus pater, & filius, & Rufus uobis salutem dicunt. Valete. viij. Kal. Quin. Minturnis.

† alias, quo quomodo quidem nunc.

VESTRVM iam] Venturo Cæs.Romam,ut supra diximus scr Cic.ad Terent.sicut in superiore epistola, eā facilius posse consultare, quid sit agendū.declarat tñ consiliū suum, & sn̄iam de ijs rebus,præcipue,ut Terentia faciat qd facient aliæ mulieres eius similes.[Vestrum est consiliū).i.ad uos pertinet,cōsultare & deliberare.[Modestius) Sine iniuria cuiusq; tanquā bonus ciuis. [Recte) Honeste, & cōmode.[Diripiendā) Prædandā,depopulādam. (Vt).i.ne[Dolabella) Gener noster, qui multum apud Cæs. pōt.[Intercludamur.s.in urbe multitudine militū, legit & intercludamini.[Similes uestri) Honestę,& alicuius dignitatis. [Vidēdum) Considerandū.[Vt sicut) Quēadmodū[Mecū) vbi ego fuero. [In nostris prædijs) vel in Cumano,uel in Tusculano,uel in Arpinati, uel in Pōpeiano.hæc.n.pdia habebat Cic. q̄ pcipue ab eo memorant.credo tñ habuisse alia. [Fames) pter penuriā rerum,si Cæs.eā occuparit [Labienus] Is ad Pōp.se cōtulerat,cuius consiliū Cice. laudat. (Adiuuat) Cām nostrā.[Piso) Socer Cæsa. [Discedit ab urbe] In aduentu Cęsa.sicut reliqui senatores. Luc. Danda tñ uenia est tantorū dāda malorū.Pomp.fugiente timēt. [Sceleris] Appellat sceleratū Cæsa.quod contra patriā arma sumpserit.[Quintus).s.frater meus.[Pater) qa subdit. s.eius.i. filius. Q.F. Notādū ēt supra inscriptione epistolę duab. aīs dictū esse, quod legitur in oībus codicibus, non autem animabus quod nō usus doctorum,sed licentia quorundam usurpauit in sacris scripturis,quas legi grammaticæ subiacere indignum est. HVB. Notandum

ASC. SI uos &c.] Venturo Cæsa.Romam dicit uxorem posse ex amicis discere quid facere debeat. ostendit tamen, quid sentiat, ut pote id, quod aliæ mulieres eius similes,quorum mariti in simili sint conditione. Omnes autem amatoriæ sunt epistolæ. Ordo est.Si uos.s. tu uxor, & filia ualetis.nos.s.ego,& filius ualemus. Consilium est iam uestrum non solum meum hoc est, uos debetis iudicare potius q̄ ego,quid faciendum sit nobis.Si ille. s.Cæsar,quem timemus uenturus sup.est Romam, modeste.i. pacifice, aut uictoria modeste, & non insolenter usurus,uos potestis esse domi recte.i.conuenienter in præsentia. s. aduentus eius.Sin homo.amens.i.sine bona mente, daturus est.s. militibus suis urbem diripiendam,uereor,ut Dolabella ipse.i.qui multum potest apud Cæs.qui eius partes semper secutus est. Nusquam exprimitur de quo reditu loquatur. Nam paulo ante aduentum Cæsa. è Gallia, Tullia Dolabellæ nupserat. sed quia adhuc parū pro Cæsare fecerat, uidetur ueteri nō satis posse,& ita credam,de reditu è Gallia loqui,possit prodesse nobis satis. Etiā metuo illud,ne intercludamini.i.arceamini ab exitu,ut cum uelitis exire, non liceat.i.non sit facultas,non permittatur. nam liberis hominibus uidetur,semp licere exire,nō tñ semper permitti. Reliquum est .s.consilij,qd ipsę.i.uosmet sine me, cōsiderabitis optime, ne.i. utrum fœminæ similes uestri.i.eiusdem status,& conditionis uobiscum,genitiuus est à nominatiuo nos,sint Romæ. Si enim non sunt uidendum est, ut.i.quō uos possitis esse, honeste.s. Romæ, q.d.timendum non fore honeste Quandoquidē res hēt se nunc, .i.ita est nūc status rerum,modo,ut.i.dummodo liceat nobis tenere

nere hęc loca.s.nostra,quæ ego teneo, uos poteritis esse bellissi-
me.i.cōmodissimė,uel mecum,uel in prædiis nostris. Etiā illud
est uerendū,ne fames.s.ob penuriam cibi, si breui tempore.i. in-
tra breue tēpus in urbe. Ego uelim,sup.consideretis.i. consulatis
de his reb.cum Pomp.s.Attico,cum Camillo,aut supple cum il-
lis,cum quibus uidebitur uobis.s.conducibile. Ad summam.i.ut
præcipua uota mandem,sitis animo forti. Labienus uir senato-
rius fecit rem.i.ut dicūt, querelam,& cām Pomp.meliorem. Pi-
so etiam socer Cæs.adiuuat sup.rem,q̄ discedit ab urbe, & con-
demnat generum suum,uidelicet, Cæsa.sceleris.s.iniqui belli.
Vos animę meæ carissimæ de quibus in præscriptione dixit dua-
bus animis,nō,animabus suis,ut adnotauit Valla, scribit,ad me
quā sæpissime.i.ualde sępe. Et.i. simul quid uos agatis,& quid a-
gatur.s.ab aliis.istic.i.Romæ, ubi estis. Quintus pater & filius,
q.d.uterq; & frater meus,& filius eius,& Rufus dīt uobis salu-
tē. Valete. Minturnis,quę sunt inter Formias, & Sinuessam,&c.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Nunciatoria de rebus suis.

TVLLIVS TERENTIAE SVAE S.D 15

SI uales bene est,ego ualeo. Constitueramus,ut ad te antea scripserā,obuiā Ciceronē Cæsari mittere, sed mutauimus consilium,quia de illius aduentu nihil audiebamus. De ceteris rebus etsi nihil erat noui,tamen quid uelimus,& quid hoc tempore putemus opus esse,ex Sica poteris cognoscere. Tulliā adhuc mecum teneo. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale: xij. Kal. Quinct.

HVB. CONSTITVERAMVS] Quia supra scripserat Cic. se missurū filiū ad Cæs.hac epist.dicit se mutasse consilium de ceteris reb.nihil se noui habere.quæ aūt fieri uelit Teren.posse intelligere ex Sica,quem ad eam misit.[Quæ uelit).s.fieri a te.

ASC. *Si uales &c.*]Dicit de mittendo filio se consilium mutasse, & noui nihil habere, sed quę fieri uelit,è Sica accipi posse. Ordo est:Si uales,bene est:ego quidem ualeo. Constitueramus,ut scripseram ante ad te mittere obuiam Cæs.s.uenienti, ut plurimi uolunt è Gallia,sed tamen ætati puerili magis congruat si è Pharsalica uictoria intelligatur mittendus,Cic.s.filium nostrum. Sed mutauimus consilium,quia nihil audiebamus de aduentu illius .s.Cæsatis,qualis.s.fuisset. Tu poteris cognoscere de ceteris reb. etsi nihil erat noui;tamen quid uelimus, & quid putemus opus, idest operæprecium esse, vt fiat tempore,ex Sica.s.amico nostro, aut familiari. Ego teneo Tulliam adhuc mecum. Cura diligēter ualetudinem tuam.i.cura,ut bona sit,& ualeas.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Literas ab uxore expectat, & à dolore ,quem à Volumnia acceperat,eam explicat.

TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. 16

SI uales, bene est,ego ualeo. Etsi eiusmodi tempora nostra sunt,ut nihil habeam,quod aut à te literarum expectem,aut ipse ad te scribam,tamen nescio quo modo † & ipse uestras literas expecto.& † scribo ad uos,cum habeo,qui ferat. Volumnia debuit in te officiosior esse,q̄ fuit , & id ipsum, quod fecit,potuit diligentius facere,& cautius. q̄q̄ alia sunt, quæ magis curemus,magisq; doleamus, quæ me ita cōficiūt, ut ij uoluerunt,qui me de mea sententia detruserunt. Cura, ut ualeas.prid.no. Ian.

† alias, & vras † alias, scribo ipse ad

HVB. ETSI] Primum ostendit Cic. se uehementer expectare literas à Terentia,deinde,quia scripserat Terētia, quod egisset Volumnia mulier quædam in se,Ci.modeste de illa conqueritur,& tamen ostendit non ualde laborandum esse de eo, quod fecerit. [Quod) Propter quod.[Nescio quō)q.d.latenti & naturali affectu aī hoc faciente.) Qui ferat).s. literas meas. [Volumnia) Nomē propriū mulieris. [Officiosior) Liberalior, obsequiosior.[Qd fecit) Non memini legere, quid sit, quod nunc dicat Cic. eam fecisse. [Detruserunt) Deiecerunt,uiolenter amouerunt, cum uellē aliud facere,q̄ consuluerunt ipsi.

ASC. *Etsi*]Dicit se libenter scribere,& accipere literas , accusatque Volumniam neglecti officij. Ordo est:Etsi tempora sunt eiusmodi,ut nihil literarum habeam, quod aut expectem à te , aut ipse scribam ad te,tamen nescio quō,&.i.simul.ipse.i.ego,expecto literas uestras.i.ex urbe mittendas, & scribo ad uos , cum habeo, sup.aliquē,qui ferat. Volumnia.s.matrona illa Romana debuit esse officiosior i te,q̄ fuit,& potuit facere diligēti⁹,& cautius id ipsum,quod fecit,q̄q̄ sūt alia,quæ curemus magis, & doleamus magis.s.q̄ factum priuatum Volumniæ,quæ.s.alia negocia,conficiunt me.i.consumunt ita,ut ij uoluerunt,qui detruserūt.i.uiolenter discedere fecerunt me de sniā mea.i. firmo pro posito Cura,ut ualeas. Loquitur de reb.inter se duntaxat notis.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Excusatoria,cur nihil scribat.

TVLLIVS TERENTIAE SVAE S.D. 17

SI quid haberem,quod ad te scriberem:facerem id & pluribus uerbis,& sæpius.nunc,quæ sunt negocia, uides . ego autem quo modo sim affectus,ex Lepta , & Trebatio poteris cognoscere.tu fac,ut tuā,& Tulliæ ualetudinem cures. Vale.

HVB. SI quid haberet]Dicit Cic.se nihil habere,quod scribat ad Terentiā,eā aūt posse intelligere ex Lepta,& Trebatio,qūo ipse sit affectus.i.qūo habeat,& sit aīo,& corpore dispositus.

ASC. SI quid &c.] Dicit se nihil habere quod scribat ad uxorem , eamq. posse intelligere ex Lepta,& Trebatio,quo modo ipse sit afflictus. Ordo est:Si haberem quid.i.aliquid, quod scriberem ad te,facerem id,i.scriberem ad te,&.i.simul,pluribus uerbis, &.i.simul sępius.nunc uides,quæ sunt negocia. Autem.i.sed,tu poteris cognoscere ex Lepta & Trebatio,scilicet amicis nostris,quo modo ego sum afflictus. Tu fac, ut cures ualetudinem tuam , & Tullię.s.nostræ. Post quod dictum (ut sępe admonu.) frustra adderetur. Vale.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Monitoria est epistola.

TVLLIAE TERENTIAE, ET PATER SVAVISSIMÆ FILIÆ, CICERO MATRI, ET SORORI S.P.D. 18

COnsiderandum uobis etiam atq; etiam animæ meæ diligenter puto,quid faciatis,Romæ ne sitis an mecum in aliquo tuto loco.id non solum meum consilium est.sed etiā uestrū . mihi ueniunt in mentē hæc,Romæ uos esse tuto posse per Dolabellā,eamq; rem posse nobis adiumento esse , si qua uis, aut si quæ rapinæ fieri cœperint.sed rursus illud me mouet: q̄ uideo omnes bonos abesse Roma,& eos mulieres suas secū habere.hæc autem regio,in qua ego sum, nostrorum est tum oppidorum,tum etiā prædiorum,ut & multum esse mecum, & cum abieritis , commode etiam in nostris prædijs esse possitis. mihi planè non satis constat adhuc,utrum sit melius.uos uidete,quid aliæ faciant isto loco fœminæ,& ne,cū uelitis, exire non liceat.id uelim diligenter etiā atq; etiā uobiscū, & cū amicis consideretis.Domus ut propugnacula, & præsidium habeat,Philotimo dicetis.Et uelim tabellarios instituatis certos, ut quotidie aliquas à uobis literas accipiā. Maxime aūt date operā,ut ualeatis,si nos uultis ualere.8.Kal.Feb.Formijs.

HVB. COnsiderandum]Eodem est ferè argumento hæc epist.quo illa superior,quæ incipit. Vestrum iā consilium. Nisi quod in fine monet Ci.Terentiam,ut faciat, q̄ domus habeat propugnacula,si aliqua uis militum īmineret.[De Dolabella) i.auxilio & fauore Dolabellæ,Regio) Campaniæ. Etiā,atq; etiam).i.sępius, & diligenter.[Propugnacula) Aedificia sunt,siue munimenta ad uersus bellum facta,a propugnando dicta. Virg. Et propugnacula bello Tuta parant. [Et prædium) .s.habeat propugnacula . in quo ipse erat futurus:[Certos).s.adhoc electos, & assignatos.

ASC. *Considerandum &c.*]Eodem est ferè argumento, illa superior, quæ incidit. Vestrum iam consilium;nisi q̄ in fine monet Terentiam ut curet domus facienda propugnacula, si quam uim militum imminere intellexerit. Ordo est:Ego ò aīæ meę, Terentia & Tullia,puto considerandum sup.esse nobis etiam, atque etiā .i.frequenter,& diligenter quid faciatis,ne.i.an sitis Romæ , aut me cum in aliquo loco tuto. id consilium est non solum meum .i.non incumbit mihi soli,sed et uestrum.i.sed incumbit etiā uobis. Hæc ueniunt mihi in mentem, uos posse esse Romę tuto.i.

sub

sub ꝓtectione, raro legitur tute pp pronomen, per Dolabellã.s. generũ nostrum, & eã rẽ.s. affinitatem Dolabellæ, posse esse nobis adiumento, si qua uis.s. militũ, aut si quæ rapinæ cœperint fieri. Sed rursus.i. econtrario illud monet.i. turbat me, ꝙ uideo omnes bonos.i. reipu. amatores abesse Roma-, & uos habere mulieres.i. uxores suas secũ. Hęc autem regio.s. iuxta Formias, in qua ego sum, est nostrorũ tũ oppidorũ.i. quorũ patronus sum, tum etiam prędiorũ, ut possitis, & .i. simul esse mecum multum, & cũ abieritis esse commode in præsid js nostris. Nõ cõstat.i. non est manifestũ adhuc planè mihi, utrũ.s. an Romę manere, an ad me uenire sit melius. Videre uos, quid aliç fœminç isto loco.i. istius cõditionis, cuius uos estis, faciant, ut ne nõ liceat exire, cũ uelitis. Ego uelim sup. ut consideretis diligẽter ẽt atq; ẽt.i. frequẽter uobiscũ.i. inter uos, & cũ amicis, id.s. qđ dictũ est. Vos dicetis.i. mandabitis Philotimo.s. liberto nr̃o, ut domus.s. nostra habeat propugnacula.i. defensoria, &, ut dicunt, fortalicia, & pręsidium .i. custodiã armatorum. Et uelim instituatis.i. ut ordinetis.i. tabellarios.i. literarum baiulos, certos.i. non dubiæ fidei, ut accipiã quotidie a uobis aliquas literas. Date aũt maxime.i. præcipue operam, ut ualeatis.i. sospites sitis, si uultis nos ualere. &c.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Nunciatoria est epistola.

TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D. 19

IN maximis meis doloribus excruciat me ualetudo Tulliæ nostræ. de qua nihil est, quod ad te plura scribã; tibi. n. æque magnæ curæ esse certo scio. Qđ me propius uultis accedere, uideo ita esse faciendum: etiam antefecissem. sed me multa impedierunt, quæ ne nunc quidem expedita sunt. sed à Põponio expecto literas, quas, ad me quamprimum perferendas cures, uelim. Da operã, ut ualeas.

HVB. IN maximis] Dicit Cic. se grauiter angi ualetudine Tullię, Deinde se uenturum propius urbem, sicut & Terentia, & alij sui hortabantur. [Aeque]. i. tam. s. quàm mihi, quia tu es mater.

ASC. *IN maximis*) Dicit sibi ualetudinẽ Tulliæ dolori esse, & se ꝓpius accessurũ. Ordo ẽ: Valetudo.i. mala dispositio Tullię nr̃ę.s. filiæ excruciat me in maximis doloribus.s. alijs. De qua.s. Tullia nihil est, ꝙ.i. cur scribã ad te plura. Enim.i. quia, ego scio certo, sup. eã esse tibi curæ æque magnę, ut.s. mihi, Quòd uultis me accedere propius, ego uideo.i. cõsidero faciẽdũ esse ita, & fecissem iã ante.s. quã monuissetis. sed multa impedierũt me, q̃ ne q dẽ.i. nõ ẽt, nũc sunt expedita.i. (ut dicũt) euacuata. Sed ego expecto litteras à Põponio.s. Attico. Quas uelim sup. ut cures perferẽdas ad me quãprimũ.i. ualde cito. Da operam, ut ualeas.

GIBERTI LONGOII LEMMA.

Monitoria, ut balneum paret.

TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D. 20

IN Tusculanum nos uenturos putamus, aut nonis, aut postridie. ibi, fac, ut sint omnia parata. plures. n. fortasse nobiscum erunt: &, ut arbitror, diutius ibi commorabimur. labrum si in balneo non est, fac ut sit. item ceteraquæ sunt ad uictũ, et ad ualetudinẽ necessaria. Vale Kal. Oct. de Venusino.

HVB. IN Tusculanum] Monet Ci. Terentiam, ut omnia habeat parata in Tusculano, cũ sit uenturus eo cum aliis multis, & præcipue ut paret balneũ [Plures]. i. multi. [Diutius] Plures dies [Labrũ] genus est uasis ad lauãdũ apti, quasi lauabrũ, Vir. Sicut aquę tremulũ labris ubi lumen Ahenis Sole repercussum aut radiantis imagine lunæ. Omnia peruolitat late loca. Reliquæ quatuor epistolæ sequentes nulla omnino interpretatione egent. Neque enim possunt ferè faciliorib. aut planioribus uerbis declarari, q̃ sunt scriptę à Ci. & argumẽtũ ex lectione textus facillime patet.

ASC. *IN Tusculanum, &c.*] Significat quando in uillã suã, Tusculanũ uenturũ sit, ut, oĩa parentur ẽt in balneo, sibiq;, & comitibus suis, dicens: Nos putamus nos uẽturos sup. esse in Tusculanũ.i. uillã nr̃am Tusculan. aut nonis.i. istius mẽsis, aut postridie, i. die proxime secuturo. Fac, sup. ut oĩa sint parata ibi. Enim.i. qa plures erũt fortasse nobiscũ; &, ut arbitror, nos cõmorabimur ibi diutius. Si labrũ.i. uas lauãdis aptum, nõ est in balneo, fac ut sit: item fac, ut cetera, q̃ necessaria ad uictum, & ualetudinẽ sup. sint. Vale. v. Kal. Octo. De Venusino, oppido inter Lucaniam, & Apuliam.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hortatur, ut ualetudinem curet.

TVLIVS TERENTIAE. SVAE S. D. 21

SI uales, bene est, ego ualeo. Da operam ut conualescas, quod opus erit, ut res tẽpusq; postulat, prouideas, atq; administres, & ad me de omnibus rebus quàm sæpissime literas mittas. Vale.

ASC. *SI uales &c.*] Monet, ut saluti consulat, ut omnibus prospicere possit, & ad se crebras, dare literas, dicens. Si &c. Da operã, ut conualescas, sup. si minus uales, & sup. ut prouideas, & administres, quod opus.i. necessarium erit, ut res, & tempus postulat, & mittas ad me quam sæpissime literas de omnibus rebus.

TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D. 22

SI uales, bene est, ego ualeo. nos quotidie tabellarios uestros expectamus, qui si uenerint, fortasse erimus certiores, quid nobis faciendum sit, faciemusq; te statim certiorem. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. Kalen. Sept.

ASC. *SI uales, &c.*] Dicit se expectare tabellarios Terentiæ, à quibus qđ agendũ habeat, noscat, & statim rescribat. Ordo est: Si &c. Nos expectamus quotidie tabellarios uestros, q si uenerint, nos erimus certiores fortasse: qa potuissẽt nihil scripsisse, qđ faciẽdũ sit nobis, & faciemus te statim certiorẽ.s. qđ faciẽdũ sit. Vale. &c.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Nunciatoria, & petitoria.

TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D. 23

SI uales, bene est, ego ualeo. Nos neq; de Cæsaris aduentu, neque de literis, quas Philotimus habere dicitur, qđquã adhuc certi habemus. si quid erit certi. faciam te statim certiorẽ. Valetudinem tuam fac, ut cures. Vale. iiij. id. Sext.

ASC. SI Vales, &c. Dicit se nihil certi habere de Cęsaris aduentu, neq; de literis, quas Philotimus à Cæsare ad se habere dicebatur. Ordo est: Si &c. Nos neque habemus adhuc quidquam certi de aduentu Cæsaris: neq; de literis, quas Philotimus.s. libertus noster, dicitur habere.s. à Cæsare. si quid certi erit, supp. mihi, faciã te statim certiorem, &c.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Nunciatoria est epistola.

TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D. 24

SI uales, bene est, ego ualeo. Reddita mihi iã tandẽ sunt à Cæsare literæ satis liberales, & ipse opinione celerius uenturus esse, dicitur, cui utrũ obuiã procedam, an hic eum expectem, cum constituero, faciam te certiorem. Tabellarios mihi uelum quamprimũ remittas. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. prid. id. Sext.

ASC. SI uales, &c.] A Cæs. se literas accepisse dicit, & eum celerrime aduentare, unde dubitat an obuiam eat dicens: Literæ satis liberales redditæ sunt tandem à Cæs. & ipse dicitur esse uenturus .s. ad urbem celerius opinione.i. quam homines opinentur. Cui cum constituero.i. decreuero, utrum procedam obuiam, an expectem eum hic, faciam te certiorem. Ego uelim mittas mihi tabellarios.s. quos ad te mitto, quamprimum.i. ualde cito. Cura, &c.

M. TVLLII CIC. EPISTOLARVM, AD SENATVM, ET ALIOS. LIBER DECIMVS QVINTVS.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Nunciatoria, & petitoria est epistola exponit enim quã uarij sint rumores timoresque Parthorum aduentus. deinde à senatu maiorem exercitum petit.

M. TVLLLIVS F. CICERO PROCOS. S. P. D. COS. PRAET. TRIB. PL. S. P. R. Q.



SI uos bene ualetis, bene est: ego quidem ualeo. Etsi non dubie mihi nunciabatur, Parthos transisse Euphratem, cum omnibus ferè suis copijs, tamen, quod arbitrabar à M. Bibulo pro consule certiora de his rebus ad uos scribi posse, statuebam mihi nõ necesse esse publice scribere ea, quæ de alterius prouincia nunciarentur. postea uero

quam

q̃ certissimis auctoribus,legatis.nuncijs literis sum certior factus, uel qđ tāta res erat, uel q̃ nondū audieramus Bibulū in Syria uenisse, uel quia administratio huius belli mihi cū Bibulo penè est cōis, q̃ ad me delata essent, scribenda ad uos putaui. Regis Antiochi Cōmageni legati primi mihi nunciarūt, Parthorū magnas copias Euphratrē transire cœpisse. quo nūcio allato, cum essent nonnulli, qui ei regi minorem fidem habendam putarent. statui expectandum esse, si quid certius afferretur. ad xiij. Kalen. Octob. cum exercitum in Ciliciam ducerem, in finibus Lycaniæ, & Cappadociæ mihi literæ redditæ sunt a Tarcondimoto, qui fidelissimus socius trans Taurum, amicissimusque populi Rom. existimatur; Pacorum, Orodi Regis Parthorum filium, cū permagno equitatu Parthico transisse Euphratrem, & castra posuisse Tybæ, magnumque tumultum esse in prouincia Syria excitatum. eodem die ab Iamblico, Phylarcho Arabum, quem homines opinantur bene sentire, amicumque esse reipub. nostræ literæ de ijsdem rebus mihi redditæ sunt. his rebus allatis, etsi intelligebam, socios infirme animatos esse, & nouarum rerum expectatione suspensos; sperebam tamen, eos, ad quos iam accesseram, quique nostram consuetudinem, integritatemq; perspexerāt, amiciores populo Roma. esse factos; Ciliciam autem firmiorem fore, si † æquitatis nostræ particeps facta essent. & ob eam causam; & ut opprimerentur ij, qui ex Cilicum gente in armis essent. & ut hostis is, qui esset in Syria, sciret, exercitum Populi Roma. non modò non cedere, his nūcijs allatis, sed etiā propius accedere; exercitum ad Taurum institui ducere. sed si quid apud uos auctoritas mea ponderis habet, in ijs præsertim rebus, quas uos audistis, ego penè cerno; magnopere uos & hortor, & moneo, ut his prouincijs, serius uos quidem, quam decuit, sed aliquando tamen consulatis. nos quemadmodū instructos, & quibus præsidijs munitos ad tanti belli opinionem miseritis, non estis ignari. quod ego negocium, non stultitia obcæcatus. sed uerecundia deterruus non recusaui. neque enim unquam ullum periculum tantum putaui, quod subterfugere mallem, quàm uestræ auctoritati obtemperare. hoc autem tempore res sese sic habet, ut, nisi exercitum tantum, quātum ad maximum bellum mittere soletis, mature in has prouincias miseritis, summum periculum sit ne admittendæ sint omnes hæ prouinciæ, quibus uectigalia Populi Romani cōtinentur. quamobrem autem in hoc prouinciali delectu spem habeatis aliquam, causa nulla est neque multi sunt, & diffugiunt, qui sunt, metu oblato, &, quod genus hoc militum sit, iudicauit, uir fortissimus, M. Bibulus in Asia, qui, cum ei permisissetis, delectum habere noluerit. nam sociorum auxilia propter acerbitatem, atque iniurias imperij nostri, aut ita imbecilla sunt, ut non multum nos iuuare possint, aut ita alienata nobis, ut neque expectandum ad ijs ueque committēdum ijs quidquam esse uideatur. Regis Deiotari, uoluntatem, & copias, quantæcunque sunt, nostras esse duco. Cappadocia est innanis reliqui reges, tyrannique neque opibus satis firmi, nec uoluntate sunt. mihi in hac paucitate militum, animus certe non deerit; spero, ne consilium quidem. quid casurū sit incertum est. utinam saluti nostræ consulere possimus, digni tati certe consulemus. Valete.

† alias, æquitatus nostri

HVB.  *I uos bene ualetis, bene est: ego quidem ualeo. Etsi non]* Lib. 2. & 3. aperiūtur argumēta multarū insequē tium epistolarum, quod illic plenius de procōsulatu Cic. in Cilicia diximus in hoc autem epist. dixit quibus rebus adductus sit scribere Roma. de trāsitu Parthorum, & quàm uarij fuerint de els rumores. Deinde quid egerit intellecto haud dubie trāsitu Parthorum, cōtra quos dicit opus est maiore, & firmiore, exercitu, quā sibi datus sit. Itaque rogat, ut ad se mittatur tantus exercitus, quātus ad maximum bellum mitti solet. Nullam. n. esse spem in militibus prouincialibus, neque in socijs, neque in regibus finitimis, nisi in Deiotaro Rege Armeniæ se aūt neq; aio, neq; cōsilio desuturū pollicet. [Procōsule] Syriæ. [Publice] Ad uos oēs. [Tāta) Tā magna tāti momenti. [Nondū venisse) ut ipse, ad quē pertinebat posse uos redde recertiores. [Penè communis] Quia habemus puincias finitimas. ita ut nō possit agi piculū de una, qn agatur de alia. Horat. Nā tua res agitur paries cū proximus ardet. Et ipse Cic. lib. 2. ad Cati. Salustiū de Bibulo, sic inquit. Ille aūt cum ad Termū de Parth. bello scribere ad me literā nunquā mihi, ad quem intelligebat eius belli periculum ptinere. [Cōmageni) commagē a pars est Syriæ. [Minorem fidem habendā) Nō credendū. [Lycaoniæ, & Cappadociæ] Quæ sunt regiones in Asia finitimæ Ciliciæ, per cappadociam autem Cic. proficiscebatur in Ciliciam, ut supra ad Appium. Iter in Ciliciam facio per Cappadociam. Tarcondimoto] Nomen proprium uiri socij, & amici. P. R. trans Taurum mōtem [Tybę] Nomē loci in Syria [Phylarcho) Præfecto tribuno. [Bene sentire) Bono eē animo erga P. R. [Infirme) Tenuiter, debiliter. [Suspensos) Solicitos incertos, quid agerent. [Integritatem) Innocentiam, iustitiam. [Si esset facta particeps nostræ æquitatis) id est si experta esset æquitatem meā, & integrā administrationem. fiunt. n. & fidiores, & firmiores populi ex æquo imperio, & mitti administratione, & gubernatione. [Ex Cilicium gente) Ex Cilicibus enim quidam sumpserant arma contra Romanos. [Is) hostis) Pro, ij hostes. s. Parthi. [Non cedere, his nuncijs) Id est non terreri & fugere allatis nuncijs belli. [Sed proprius accedere) Sed potius adire ipsum hostē. [Taurum) Montem. [Si quid ponderis habet) Valet. [Aliquādo) Tandem. [Instructos) Paratos & munitos rebus bellicis. [Opinionē) Famam. [Quod ego) Occurrit obiectioni, quare susceperit id negocium non satis instructus, & ex facto suo magnam sibi beneuolentiā consulum, & senatus conciliat [Negocium) Expeditionem aduersus Parthos. [Obcæcatus) Translatio à corporę ad animum. [Vestræ auctoritati) Vestræ dignitati, uel sententiæ. [In has prouincias) In Ciliciam, Syriam, Cappadociam, & reliquas finitimas regiones. [Hæ omnes prouinciæ) Asiaticæ, quas Parthi inuadere tentant. [Vectigalia P. R cōtinētur) Nam & ipse in oratione pro Pomp. Imperatore eligendo, quæ inscribitur pro lege Man. postquām Asiam tuendam dixit, sic subdit, præsertim cum de uestris maximis uectigalibus agatur, nam cæterarū prouinciarum uectigalia, Quirites tanta sunt, ut ij ad ipsas prouincias tutandas uix contenti esse possumus. Asia uero tam optima est, & fertilis, ut & ubertate agrorum, & uarietate fructuum & magnitudine pactionis, & multitudine earum rerum, quæ exportatur, facile omnibus terris antecellat, & c. [Ex hoc dicit] Pro ex ijs militibus, qui in prouincia de ligūtur. [Oblato) facto. [Noluerit] Quia sciebat Asiaticos inutiles esse bello. [Imperij nostri] id est nostrorū imperatorū, qui male socios tractauerunt, ut ipse in prædicta orōne pro Pōpeio. Itaq; propter hanc auaritiā imperatorū, quantas calamitates, quocunque uentū sit uestri exercitus ferant, quis ignorat? paulò post, utrum plures arbitramini p hosce annos militum uestrorū armis hostiū urbes, an hybernis sociorū ciuitates esse delatas. neque. n. potest exercitum is continere imperator, qui seipsum nō cōtinet. [Inanis) Vacua. [Tyranni] Licet apud antiquos hoc noīe reges appellarentur, ut apud Virgi. At mihi satis erit dextram tetigisse tyranni. Tñ postea sibi violenti regnorū occupatores tyrāni nominati cæperunt. [Neq; uoluntate) Quia nō sunt bene affecti. P. R. [Consilium) Prudētiā gubernandi. [Casurū) .i. euenturum. [Saluti nostræ) Vt possim incolumi euadere. [Dignitati) Quia oīa faciam quæ me de cebunt.

ASC. *ETSI non dubie mihi, &c.*] Argumentum dependet cum epistolis in secundo, & tertio libris habitis, ubi de procōsulatu suo in Cilicia plenius scripsit. In hac autē dicit quibus rebus adductus sit scribere Romā de trāsitu Parthorū, & q̃ uarij fuerint de his rumores, deinde quid egerit perspectu transitu Parthorum, cōtra quos, cū opus sit maiore exercitu, rogat, ut ad se mittatur tātus, quanto opus sit ad maximū bellum, cōficiendum, cum nulla sit spes in prouincialib. nec in socijs, excepto Deiotaro. præscripto legetur sic: M. Tul. Cic. Marci filius proconsul. salutē plurimam dicit Consulibus prętorib. trib. pl. S. P. Q. R. Quod additur. Si nos, & c. Addendum non est. Ordo est: Etsi nunciabatur mihi non dubie, id est, certe, Parthos transisse Euphratē. s. fluuium ferè cum oībus copijs suis, alibi tñ dicit, Arabes fuisse in uestitu Parthico, tamen qđ, idest qa ego arbitrabar certiora posse scribi ad uos de his rebus à M. Bibulo procōs. scilicet Syriæ, & ita uiciniore, statuebam non esse necesse mihi scribere publice, id est ad senatū ea, quæ nunciarentur de prouincia alterius. Postea uero quàm sum factus certior certissimis auctoribus legatis, nuncijs, literis, putaui ea, quæ delata essent ad me, scribenda esse ad uos, uel, q̃ res

res erat tanta, ut cum periculo ignoraretur, uel quòd nõdum audieramus Bibulum uenisse in Syriam, uel quia administratio huius belli est mihi penè communis cum Bibulo, quia proximam habebat prouinciam. Legati Commageni à loco dictis regis Antiochi nunciauerunt mihi primi magnas copias. Parthorum cœpisse transire Euphratem. Quo nuncio allato cum essent nõnulli, qui putarẽt minorem. i. nõ integram fidem habendã, id est nõ satis credendũ esse ei regi, statui expectandum esse, s. prius q̃ scriberem, si quid certius afferretur. Literæ sunt reditæ mihi è Cappadocia à Tarcõdimoto, qui existimatur fidelissimus socius trãs Taurum, id est eorũ qui habitãt trans Taurum, s. montẽ, & amicissimus P. R. redditæ, dico sunt, in finibus Lycaoniæ ad 13. Kale. Octob. cum ducerẽ exercitũ in Ciliciã, Parcodẽ, id est nunciantes Parcodẽ, seu Pacorẽ filium Orodo, ꝓ Orodis. Alij tñ Orodis tribũt, Regis Parthorũ transisse Euphratẽ cum permagno. i. ualde magno equitatu Parthico, & posuisse castra Tibæ, i. in eo loco Syriæ, & magnum tumultum esse exercitatum in ꝓuincia Syria. Literæ de ijsdem rebus, id est de transitu Parthorũ sunt redditæ mihi eodẽ die ab Iamblico Phylarco; id est tribuno, seu præfecto Arabum, quem hoĩes opinantur bene sentire, s. de nobis, & amicum esse reipub. nostræ: His rebus allatis, id est postq̃ hæ res erant allatæ, & si intelligebã socios, s. Romani Imperij esse animatos infirme, id est debiliter, & suspensos, id est dubios in fide, expectatione, id est pp expectationem rerũ nouarũ, sperabam tñ eos, ad quos ego accesseram iam, quiq; id est & qui perspexerãt consuetudinẽ nostram, id est cõmercium nostrum, & integritatẽ nostrã, id est fidei nostræ. factos eẽ amiciores P. R. Aũt, id est sed, sperabam sup. Ciliciam, s. prouinciam fore firmiorẽ, si esset facta particeps equitatus nostri. Et institui, id est proposui ob eã cãm .s. ut amiciores fierent, & ut ii, qui ex gente Cilicum essent in armis. i. opprimerentur, & ut is hostis, s. Parthus qui essent in Syria sciret exercitum P. Ro. non mõ non cedere his nuncijs allatis, id est licet huiusmodi nũcij essent allati, sed ẽt accedere propius, institui, inquã, ducere exercitum. s. Ro. ad Taurum. s. montem qui ꝓuincias illas dirimit. Sed si auctoritas mea habet quid, id est aliquid ponderis apud uos præsertim in his rebus quas uos audistis, ego penè cerno, & hortor & moneo uos magnopere, ut uos consulatis, id est ꝓspiciatis cõsilio, ijs prouincijs Syriæ, & Ciliciæ serius quidem, q̃ decuit, sed aliqñ, id est tandem. Vos non estis ignari, id est bene scitis, quemadmodũ miseritis sup. nos instructos, quibus præsidijs munitos, q. d. infirmissimis, ad opinionem id est ubi esset opinio tanti belli, quod negocium, s. tam arduum ego non recusaui, non obcæcatus. i. non propterea q̃ essem obcæcatus, seu occæcatus, sed deterritus uerecũdia. Neq; .n. putaui unq̃ ullum periculum, tñ q̃ mallem subterfugere, quã obtẽperare auctoritati uestræ. Autem, id est sed, res habet sese hoc tpe sic, ut nisi miseritis mature. i. cito in has prouincias, tm̃ exercitũ, quãtum soletis mittere ad maximum bellũ, summũ periculũ sit, ne oẽs hæ prouinciæ, q̃bus uectigalia. s. pecuniæ, quas ex rebus uehendis, & portandis recipere solebant P. R. cõtinentur, sint amittendæ, i. debeant amitti. Videri solet Cic. quibusdã meticulosior, quod uitium prudentioribus frequens est. Quamobrẽ cã nulla est ut habeatis spẽ in hoc delectu prouinciali. i. militibus, quos possumus per delectum in prouincijs conscribere, quia sup. milites neq; multi sunt, & q sunt, diffugiunt metu oblato. i. quia metus est eis à Parthis obiectus, & M. Bibulus uir fortissimus indicauit, aut iudicauit in Asia qd. i. quale sit hoc genus militũ, qui cũ nos permisissetis ei habere delectũ. i. conscribere milites nouos, noluit, sup habere. Nã auxilia sociorum sunt pp acerbitatẽ atque iniurias imperij nostri, aut ita imbecilla, ut nõ possẽt iuuare nos multũ, aut alienata à nobis, ut neq; quidq̃ uideat esse expectandũ ab ijs, neq; cõmittẽdũ ijs. Ego duco .i. iudico uolũtatẽ & copias Deiotari regis, ꝓ quo extat Cic. orõ, quãtæcunq; sunt, eẽ nostras. i. nobis fauentes. Cappadocia est inanis .i. exhausta militib. & pecunia. Reliqui reges. s. iusti, & tyrãni, i. incubatores regiarũ, neque sunt satis firmi opibus, neque uoluntate. Animus certe nõ deerit mihi in hac paucitate militum, spero ne quidem. i. quod non ẽt consilium. Incertum est quid sit casurũ. i. euenturum. Vtinam possimus consulere. i. consilio prospicere saluti nostræ, nos certe cõsulemus. i. prospiciemus, & satisfaciemus dignitati. i. honori nostro, hoc est, nihil faciemus contra dignitatem nostram.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Longa oratione, quid in prouincia gestũ sit prosequitur, quoque pacto Ariobarzanem insidijs liberarit. Pulcherrima est epistola, & rerũ uariarum narrationes complectens.

CICERO PROCOS. S. D. COS. PRAE. TRIB. PL. S. P. Q. R.

SI uos bene ualetis, bene est: ego quidem ualeo. Cum prid. Kal. Sex. in prouinciam uenissem, neque maturius pp itinerum, & nauigationum difficultatem uenire potuissem: maxime cõuenire officio meo, reiq; pub. cõducere putaui, parare ea, quæ ad exercitum, quæq; ad rem militarem pertinerent, quæ cũ essent à me cura magis, & diligentia, q̃ facultate, & copia, cõstituta; nuncijq; & literæ de bello a Parthis in prouinciã Syriã illato quotidie ferè afferrentur: iter mihi faciendum per Lycaoniam & p Isauros, & p Cappadociã arbitratus sum. erat .n. magna suspicio Parthos, si ex Syria, egredi, atque irrumpere in † meã prouinciã conarentur, iter eos per Cappadociam, q̃ ea maxime pateret, esse facturos. itaque cum excitu per Capadociæ partem eam, quæ cum Cilicia cõtinens est, iter feci: castraq; ad Cybistra, quod oppidum est ad montem Taurum, locaui: ut Artuasdes, rex Armenius, quocunque aĩo esset, sciret, non procul a suis finibus exercitũ populi R. esse; & Deiotarum, fidelissimum regem atq; amicissimũ reip. nostræ: maxime coniunctum haberem, hominem cuius et consilio, & opibus adiuuari posset resp. quo cum in loco castra haberem: equitatumque in Ciliciam misissem; ut & meus aduentus ijs ciuitatibus, q̃ in ea parte essent, nunciatus, firmiores animos hoĩum faceret; & ego mature qd' ageretur in Syria, scire possem: tps eius tridui, quod in ijs castris morabar, in magno officio, et necessario mihi ponendum putaui. cum .n. uestra auctoritas intercessisset ut ego regem Ariobarzanem, Eusebẽ, & Philoromæum, tuerer: eiusque regis salutem, & incolumitatem † regni defenderem, regi regnoque præsidio essem adiunxissetisque; salutem eius regis populo, senatuique magnæ curæ esse: quod nullo unq̃ de rege decretum esset a nostro ordine: existimaui me iudicium uestrũ ad regem deferre debere, eiq; præsidium meum, & fidẽ, & diligẽtiam polliceri: ut quãdo salus ipsius, & incolumitas regni mihi commendata esset à uobis, diceret, si quid uellet. quæ cum essẽ in consilio meo cũ rege locutus, initio ille orationis suæ uobis maximas, ut debuit, deinde ẽt mihi grãs egit: q̃ ei permagnũ, & p honorificum uidebatur, senatui populoque R. tantæ curæ esse salutem suam, meq; tantam diligentiã adhibere ut, & mea fides, & commendationis uestræ auctoritas perspici posset. atque ille primo, quod mihi maximæ lætitiæ fuit, ita mecũ locutus est, ut, nullas insidias neque uitæ suæ, neq. regno diceret, se aut intelligere fieri, at etiam suspicari. Cum ei ego gratulatus essem. idq; me gaudere dixissem, cohortatus, ut recordaretur casum illũ interitus paterni, & uigilãter se tueretur, atq; admonitu Senatus cõsuleret saluti suæ tũ a me discessit in oppidũ Cybistra. postero aũt die cum Ariarate fratre suo, & cũ paternis amicis maioribus natu ad me in castra uenit; perturbatusq;, & flens, cum idem & frater faceret, & amici, meam fidem, uestram commendationem implorare cæpit. cum admirarer, qd accidisset noui; dixit, ad se indicia manifestarum insidiarũ esse delata, q̃ essent ante aduẽtum meũ occulta, & q̃ ij q̃ ea patefacere possẽt pp metũ reticuissẽt: eo aũt tpe spe mei p̃sidij cõplures, ea, q̃ scirẽt, audacter ad se detulisse. in his amãtissimum sui, summa pietate praeditũ, fratrem dicere ea, q̃ is me quoq; audiente dicebat, se solicitatum esse, ut regnare uellet: id, uiuo fratre suo accidere non potuisse: se tamen ante illud tps eam rem nunquã in medium pp periculi metũ protulisse. Quæ cũ esset locutus, monui regem, ut omnẽ diligentiã ad se conseruandum adhiberet, amicosq; in patris † eius fide, atque iudicio probatos, hortatus sum, regis sui uitam, docti casu acerbissimo patris eius oĩ cura, custodiaq; defenderẽt. Cũ rex à me equitatum, cohortesq; de exercitu meo postularet,

† alias, tam

† alias, regisque

† alias, eius atque

etsi intelligebam uestro S.C.non modo posse me id facere, sed etiam debere, tamen, cum resp. postularet propter quotidianos ex Syria nuncios. ut quamprimum exercitum ad Ciliciæ fines adducerem; cumq́ mihi rex patefactis iam insidijs non egere exercitu populi R. sed posse se suis opibus defendere uideretur: illum cohortatus sum, ut in sua uita conseruanda primum regnare disceret; à quibus perspexisset sibi insidias paratas, in eos uteretur iure regio: pœna afficeret eos, quos necesse esset, reliquos metu liberaret: præsidio exercitus mei ad eorum qui in culpa essent, timorem potius q̃ ad contentionem, uteretur: fore autem, ut oẽs, quando S.C. nosſent, intelligerent me regi, si opus esset, ex auctoritate uestra præsidio futurum. Ita confirmato illo, ex eo loco castra moui, & iter in Ciliciam facere institui; tum hac opinione à Cappadocia discederem, ut consilio uestro, casu incredibili, ac penè diuino, regem, quem uos honorificentissime appellassetis, nullo postulante, quemq; meæ fidei commendassetis, & cuius salutem magnæ uobis curæ esse decreuissetis, meus aduentus præsentibus insidijs liberasset. quod ad uos à me scribi non alienum putaui: ut intelligeretis ex ijs, quæ penè acciderunt, uos multo ante, ne ea acciderent prouidisse. Eoq́ uos studiosius feci certiores, ꝙ in rege Ariobarzane ea mihi signa uideor uirtutis, ingenij, fidei, beneuolentiæq́ erga uos perspexisse, ut non sine causa tantã curã, diligẽtiamq. in eius uos salutem uideamini contulisse. Valete.

HVB. SI *uos bene ualetis, bene est: ego quidem ualeo. Cum prid.*] Facit Cic. certiorem S.P.Q.R. quid egerit, cum primum in Asiam uenit imperator in Ciliciam proficiscens, deinde quemadmodum præsidijs sui exercitus liberauerit Ariobazanem regem Cappadociæ ab insidijs, quæ illi parabantur, cum fuisset illius regis salus Cic. commendata. postremo Cic. eius Regis ingenium, fidẽ, & beneuolentiam erga P. R. se perspexisse affirmat. quibus dicit illum meruisse ita esse P.R. carum. [In prouinciam] Asiam. [Conduceret] Vtile esset. [Copia] quia erat pauca, ut in præcedenti epist. o. mihi in hac paucitate militum certe animus non deerit. [Illato] Moto. [Lycaoniam, &c] Regiones sunt in Asia, ut scribunt Ptol. & Strab (Pateret] Esset patens, & ut supra dixit, inanis. [Cõtinens] Coniuncta [Cybistra] Quod oppidum est Armeniæ mino- cybistra ris præfecturæ Cataoniæ [Deiotarum, fidelissimum] Sic Luc. [Fidumq. per arma Deiotarum. [Firmiores] Fortiores, audaciores. [Eius tridui] eorum trium dierũ. [Officio] debito, & honesto negocio. [Intercessisset] Interposita fuisset: nã S.C. fuerat Ariobarzanes commendatus Cic. [Euseben] Pium. [Philoromęum] Amicum Romanorum. nam Rhomæus, Roman. dicitur. [Præsidio] Tutelæ.] De nullo rege] ut eius salus publico decreto, & S.C. cui quam commendaretur, & esset uobis curæ, sicut factum est de Ariobazane. [Deferre] denunciare, ut intelligeret, quid de eo iudicassetis [Tantam diligentiam] in offerendo præsidium. [Perspici posse] ut posset cognosci quod & ego fideliter agerem, & uos ita uelitis. [Auctoritas] uoluntas. [Atque ita] Exponit plurib. uebis, qualiter Ariobarzanes eius oblationem admiserit. [Primo] quia ut uidebimus, postea aliter cognouit. [Interitus paterni] Cædis paternę, quia eius pater fuerat per insidias interfectus. [Vigilanter] Diligenter omnibus periculis circunscriptis, nam uigilate translatiue pro diligentẽ esse ponitur, sicut dormire pro negligentem esse Teren. Dormiunt, ego pol eos cõmouebo. Iuuẽ. Sed uigilat consul, uexillaq. nostra coercet. [Implorare] Cum lacrymis petere, de cuius uerbi proprietate plura alio loco diximus [Propter m.] ne a proditoribus & insidiatoribus interficerentur, si indicassent. [Spe mei p.] A quo uiderent se posse defendi, si quispiam eis quicq̃ minatus esset [In his] Quid dixerunt, q̃ scirent [Fratrem] s. dixit detulisse. [Solicitatum] tentatum, incitatum [id non potuisse accidere]. i. ut regnaret [Fratre]. s. Ariobarzane, ad quem regnum merito perueniebat. [Propter metum periculi] ne si indicasset, interfectus fuisset ab iis, qui eum solicitauerant. [Probatos] cognitos. [Docti casu] .i. qui ex casu patris didicerant, quomodo seruanda esset uita regis sui. [Cohortes] Pedites. [Facere] .i. dare ei equitatum, & cohortes, & quæcunq; essent necessaria ad custodiam salutis eius. [Suis opibus] suis uiribus, & facultatibus. [Regnare] exercere regnum. [Iure] potestate & licentia, qua reges in insidiatores, & proditores suos uti possunt. [Reliquos] qui non essent in culpa, cum tamen tacuissent propter metum. [Liberaret me] Faceret, ut intelligerent nihil sibi mali immiuere, & essent sine metu. [Potius ad timorem] potius ad eos terrendum [Quàm ad contentiooem] quam ad dimicationem & pugnam. [Vteretur] i. hortatus sum. [Nullo postulãte] sponte uestra. [Non sine causa] Propter supradicta signa, quæ in eo prospexi, quæ uidentur etiam a uobis intelligi, cum eum tantę curę habetis.

ASC. *CVM pridie &c*] Quidam pręposita habent salutationem vulgarem. Si uos ualetis, bene est: ego quidem ualeo. Facit autem certiorem S.P.Q.R quid egerit, cum primum in Asiam uenit imperator in Ciliciam proficiscẽs: Deinde quemadmodum pręsidiis sui exercitus liberauerit Ariobarzanem regem Cappadociæ ab insidiis quæ illi parabantur, cum salus illius regis fuerit sibi commendata. Postremo eiusdem regis ingenium, fidem, & beneuolentiam erga S.P.Q.R. se perspexisse affirmat, quibus dicit illum meruisse, ut P. R. sit carus. Ordo est. Cum uenissem prid. i. die, qui præcessit Kal. Sext. i. primum diem Aug. & in prouinciã .s. Ciliciam, neque potuissem uenire maturius. s. citius, propter difficultatem itinerum per terras, & nauigationum per maria; putaui conuenire maxime officio meo, & conducere. i. utile esse reip. parare ea quæ pertinerent ad exercitum, & ad rem militarem. Quæ cum essent & constituta. i. ordinata & instructa à me magis cura, & diligentia, q̃ facultate, & copia, & nuncij, & literæ de bello illato à Parthis in prouinciam Syriam afferrentur ferè quotidie, arbitratus sum iter faciendum sup. esse mihi per Lycaoniam, & per Isauros, & per Cappadociam regiones illas Asię. Suspicio. n magna erat Parthos, si conarẽtur egredi ex Siria, atque irrumpere in prouinciam meam, videlicet Ciliciam, eos facturos esse iter per Cappadociam, quod ea pateret maxime, Erat. n. ut supra dixit, inermis. Itaque feci iter per eam partem Cappadocię, quę est continens .i. se tenens & affinis cum Cilicia, & locaui castra Cybistra, ꝙ oppidum est ad montem Taurum. Cic. ferè in appositione magis commune præponit, ut regis Deiotari, montem Taurum prouinciam Syriam, &c. non tamẽ semper. nam sequitur, ut Artuasdes rex Armenius, quocunque animo esset; idest quemcunque animum in nos haberet, sciret exercitum P.R. esse non longe à finib. suis, & ut. s. hominem Deiotarum regem fidelissimum, atq; amicissimum reip. nostrę, coniunctũ maxime, appositorie hominem. i. qui est homo, cuius & consilio & opibus resp. s. Romana, possit iuuari maxime. In quo loco cum haberem castra, & misissem equitatum in Ciliciam, ut & aduentus meus nunciatus his ciuitatibus, quæ esset in ea parte, faceret animos hominum firmiores, & ego possem scire mature. i. cito, quid ageretur in Syria, putaui, tẽpus eius tridui quod morabar in his castris ponendum. i. expendendum in officio magno & necessario mihi. Cum. n. auctoritas uestra intercessisset. i. confirmasset, ut ego tuerer i. protegerem Ariobarzanem Euseben. i. pium cultorem, & Philoromæum. i. amicum Romano. r græca sunt uocabula, & gręce scribenda. Nam Eusebes, dicitur pius & religiosus, philos, amicus. & amator, Rhomeos, Romanus. Gręce. n. aspiratur, ut Rhomæ. i. Valentia, & defenderem salutem, & incolumitatem, & regnũ eius regis, & essem pręsidio. i. custodiæ & protectioni regi, & regno, & sup. cum adiunxissetis salutem eius regis esse populo senatuiq. R magnę curę, quod ullo. i. non ullo esset decretum unq̃ de ullo rege, ab ordine nostro. i. senatorio, existimaui. i. iudicaui me debere deferre ad regem. i. indicare regi, iudicium uestrum, & polliceri ei præsidium meum, & fidem, & diligentiam, & quando. i. quoniam salus ipsius, & incolumitas regni esset commendata mihi à uobis, diceret siquid uellet. Quę cum essem locutus in concilio meo. i. in cœtu meorum, cum rege illo. s. rex egit initio orationis. s. responsionis suæ uobis, ut debuit, maximas gratias. Deinde egit mihi gratias, ꝙ uidebatur ei permagnum, & perhonorificum. i. ualde magnum, & ualde honorificum esse, salutem suam esse senatui P.Q R. tãtæ. i. tam magnæ curæ, & me adhibere tantam diligentiam, ut & fides. i. fidelitas mea, & auctoritas uestræ commendationis, posset perspici. Atque illo locutus est primo mecum, ꝙ fuit mihi maximæ lætitiæ, ita ut diceret se nullas i. non ullas, aut non intelligere, aut ẽtsuspicari ullas insidias fieri uitæ suæ, neque regno sup. suo. Cum essem gratulatus ei, & dixissem me gaudere id. i. propter id cohortatus, ut recordaretur illum casum. i. fortuitum euentum interitus paterni, qui per insidias cæsus erat, & tueretur. i. protegeret se uigilanter, atque cõsuleret. i. prospiceret saluti suæ, admonitu. i. ex admonitione senatus. s: Romani, tum .i. deinde discessit à me in oppidum Cybistra. s. nomine. est autem neutri generis & pluralis numeri. Autem. i. sed ipse uenit ad me in castra postridie. i. die proxime secuto, cum Ariarathe fratre suo, & cũ amicis paternis maioribus natu. i. senioribus. Et perturbatus, ac flens

cum

eum & frater faceret,idem.i.ēt fleret,& amici sup.facerēt idē cœpit implorare.i.plorādo poscere fidem meā,& cōmendationē vestrā. Cū admirarer, qd noui accidisset,dixit inditia.i.manifesta menta insidiarū manifestarū.s.tunc non prius esse delata.i.denūciata sibi, q̄ essent occulta ante aduētū meū;ꝙ ij,qui possent patefacere,ea reticuissent pp metum. Aūt.i.sed complures detulisse ad se.i.sibi indicasse audacter eo tpe,spe pſidij mei.i.custodię, & protectionis meæ,ea q̄ scirent, & sup. dixit fratrē amātissimū sui.s.regis præditū summa pietate dicere in ijs.i.inter eos,qui q̄ scirent detulerāt,ea q̄ is dicebat quoq;.i.ēt me audiēte,se esse solicitatū,ut uellet regnare.i.regnū inuadere,& sup. id nō potuisse accidere fratre suo uiuo,se tñ nunq̄ ꝓtulisse eā rem in medium .i.iudicasse fratri ante illud tps.pp metum periculi , quod imminebat ab ijs,qui uolebāt illū regnare. Quæ cū esset locutus,monui regem,ut adhiberet oēm diligentiam ad cōseruandum se, & hortatus sum amicos ꝓbatos.i.fideles inuentos .i.in fide atq; iudicio patris eius sup. vt docti casu acerbissimo.i. per casum acerbissimum patris eius , defenderent oī cura & custodia uitā regis sui.Cum rex postularet a me equitatum,& cohortes de exercitu meo,etsi intelligebam me non modo posse,sed ēt debere facere id.S.C.vestro.i. pp S.C.vestrum,tñ cum resp. postularet pp quotidianos nuncios ex Syria.s.de aduentu Parthorū, ut adduceret q̄ primū exercitum ad fines Ciliciæ, & cum rex uideretur mihi iam insidijs patefactis,non egere exercitu P.R.sed uideretur posse defendere se suis.i.ꝓprijs opib.i.facultatibus,cohortatus sum illū,discere regnare primum in conseruanda uita sua,& uteretur iure regio in eos,a quibus perspexisset insidias paratas sibi,& afficeret pœna eos,quos esset necesse.s.afficere, & liberaret reliquos metu. Præsidio &c.& sup.cohortatus sum regem, ut uteretur pſidio exercitus mei potius ad timorem eorū, qui essent in culpa, quā ad cōtentionem.i.longam cōcertationē. Aūt.s.sed,dixi sup. fore.i.futurum,ut omnes qñ.i.qñquidem nossent S.C.s.de præsidio regi ferendo, intelligerent me futurū esse regi pſidio.i. ad ꝑsidiū,si opus esset,ex auctoritate vestra.Illo.s.rege cōfirmato,ita moui castra ex illo loco, & institui facere iter in Ciliciā,cū discederem ē Cappadocia hac opinione.s.derelicta,ut aduentus meus liberaret insidijs pñtibus. i. tunc imminentibus cōsilio vro .i.pp consiliū vestrū casu incredibili,ac penē.i.quasi diuino,nō.n.sciebat regem insidijs peti,regē.s.Ariobarzanē,quē uos appellassetis honorificentissime,nomine amici, socijq; imperij Ro quēq; cōmendassetis fidei meę,& sup.cuius salutē uos decreuissetis eē uobis magnæ curæ. Quod.i. quā rē ego putaui nō alienū sup.esse.i. impertinēs scribi.i.si scriberetur à me ad uos,ut intelligeretis ex ijs,q̄ acciderunt.i.euenerunt penē.i.quasi,nō tñ euenerūt,loquit aūt de cęde regis Cappadocū, uos ꝓuidisse multo ante,ne ea acciderēt,& ego feci eo.i.propterea uos certiores studiosius.i. diligētius, ꝙ ego uideo mihi pſpexisse in rege Ariobarzane ea signa uirtutis ingenij,fidei & bñuolētię erga uos,ut uos uideamini cōtulisse in salutem eius, tantā curam, & diligentiā,nō sine causa.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Catonem certiorem facit,quid de Parthis acceperit.deinde,cur non scribat, excusat se.

M. CICERO. S. D. IMP. M. CATONI. 3

CVm ad me legati missi ab Antiocho Commageno uenissent in castra ad Iconium† ante diē 3. non.Sept.ijq; mi hi nunciassent,regis Parthorum filiū, quo cum esset nupta re gis Armeniorum soror, ad Euphratē cum maximis Parthorū copijs, multarūq; præterea gētium magna manu uenisse, Euphratemq; iam transire cœpisse; diciq; Armenium regem in Cappadociam impetum esse facturū: putaui pro nostra necessitudine me hoc ad te scribere oportere. publice pp duas causas nihil scripsi,ꝙ & ipsum Commagenum legati dicebāt ad senatum statim nuncios,literasq; misisse,& existimabam M.Bibulum proconſ. qui circiter id. Sex. ab Epheso in Syriā nauibus profectus erat, quod secundos uentos habuisset, iam in prouinciā suam peruenisse, cuius literis omnia certiora per latum iri ad senatum putabam. Mihi,ut in huiusmodi re,tātoq; bello,maxima cura est,ut,q̄ copijs, & opibus tenere uix possumus ea mansuetudine,& continentia nostra,sociorum fidelitate teneamus. Tu, uelim,ut consuesti, nos absentes,& diligas,& defendas. Vale.

† alias, ad

HVB. CVM ad me) Ad M.Catonem scribit Cic.q̄d ex legatis Autiochi Cōmageni intellexerit de bello Parthorū,qui iā cœpisse Euphratē trāsire ferebātur.Deinde ꝙ rex Armeniorū Cappadociā inuasurus esset. postea excusat se adductis rationib. quare de his rebus nihil publice scripserit, pcipue qa existimabat M. Bib.Syriæ ꝑtorem oīa perscripturū.Postremo dicit se tuiturū ꝓuinciā magis consuetudine,& continentia,quā uiribus armorū, rogatq; Cat.ut se diligat & defendat sicut consueuit.[Antiocho Cōmageno).i.rege Cōmagenæ,quæ , ut supra diximus, est pars Syriæ.[Iconiū)Oppidū Lycaoniæ,ubi ego habebā castra. [Quocum).i.cui.dr̄.n.mulier nupsit mihi,& mecū.[Multarū gentiū) Variarū regionū.[Diciq;) subaudi cū denunciassent dici.[Quòd & ipsum) Prima cā.[Opibus]Viribus.[Mansuetudine] Mansuete tractando.& prouinciales,& socios nostros.[Cōtinentia] Modestia,ne in cuiusdam iniuriam prolabar. [Defendas) In senatu, & in ciuitate,si aliqui honori nostro detrahent.

ASC. *CVM ad me, &c.*] Scribit ad M.Catonem quid ex legatis Antiochi intellexerit de Parthis,qui Euphratē transire ferebātur,atque alia multa super eodē negocio,ut cum ordine patebit,qui talis est: Cū legati missi ab Anthioco Cōmageno .i. rege Cōmagenæ,q̄ est pars Syriæ, uenissent ad me, in castra in Iconiū oppidū Lycaoniæ.3.non.Sept.& ij nunciassent mihi filium regis Parthorum,cum quo soror regis Armeniorum eēt nupta,uenisse ad Euphratē,s.fluuium,cum maximis copijs Parthorum,& pręterea,i. pręter Parthos,cum magna manu multarum gentium,& cępisse iam transire Euphratem,& nunciassent dici.i.ꝙ diceretur,regem Armeniū facturum esse impetum in Cappadociam, putaui pro necessitudine nr̄a oportere me scribere hoc ad te. Ego nihil scripsi publice,i.ad senatū,q̄ publice legerentur: vr̄ tñ publice misisse primas hui⁹ libri,sed,ut opinor,post has,qa nō eo ordine quo datæ sunt in hoc opere literæ pp duas cās:ꝙ legati dicebāt,& .i. simul ipsum Cōmagenum.s.Anthiochū regē misisse statim nuncios,& lr̄as ad senatum.s.R.& sup.q̄d existimabā M.Bibulum ꝓ consulē.i.habentē potestatē consularē in Syria,qui ꝓfectus erat circiter id.Sextilis.i. Augusti mensis,ut nunc dr̄, ab Epheso oppido Asię in Syriā nauibus.i.p naues, quod, i. quia habuisset uētos secundos,peruenisse iā in prouinciā suam, cuius literis ego putabā oīa perlatum iri,i. perferenda esse certiora,i.euidētia,ad senatum. Maximæ curæ est mihi, ut.s.debet esse in re huiusmodi , & in tāto bello, ut teneamus ea quę uix possumus tenere copijs.i. multitudine armorum,& opibus,i.potentijs,māsuetudine, & cōtinētia.i.abstinētia ab alienis nr̄a,et fidelitate sociorū.Ego uelim sup. ut tu diligas.et defēdas nos absētes,ut cōsuesti,ꝓ cōsueuisti.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Longa hac epistola,& elegantissima Catonē solicitat,et rogat,ut honorem illius ornet,& apud senatum amplificet recensitis prius, qua in Cilicia egerit,& confecerit.

M. CICERO IMP. S. D. M. CATONI. 4

SVMMA tua auctoritas fecit, meūq; perpetuū de tua singulari uirtute iudicium,ut magni mea interesse putarē, & res eas,quas gessissem,tibi notas esse,& non ignorari à te, qua æquitate,& cōtinentia tuerer socios, prouinciamq; administrarem.his.n.à te cognitis,arbitrabar facilius me tibi, quæ uellem,ꝓbaturum.Cū in prouinciam prid.Kal. Sex. uenissē. & pp anni tps ad exercitum mihi confestim esse eundū uiderē,biduū Laodiceæ fui,deinde Apameæ quatridū,triduū Synnadis,totidem dies Philomeli.quibus in oppidis cū magni conuētus fuissēt , multas ciuitates acerbissimis tributis et grauissimis usuris,& falso ære alieno liberaui. cumq; ante aduentū meum seditione quadam exercitus esset dissipatus,quinque cohortes sine legato,sine tribuno mil.deniq; ēt sine centurione ullo apud Philomelum consedissent , reliquus exercitus esset in Lycaonia, M.† Anneio legato imperaui,ut eas quinq; cohortes ad reliquum exercitum duceret; coactoq; in unum locum exercitu,castra in Lycaonia apud Iconium faceret . quod cū ab illo diligenter esset actum,ego in castra ad 7.Kal.Sept. ueni, cū interea superioribus diebus ex S.C. & euocatorū firmā manum,& equitatū satis idoneum,& populorum liberorum regnūque sociorū auxilia uoluntaria coparauissem , interim cū exercitu lustrato iter in Ciliciā facere cœpissem; Kal.Sep. legati a rege Commageno ad me missi , pertumultuose , neque

† alias, Manneio

quę tamen non uere, Parthos in Syriam transisse, nunciauerunt. quo audito, uehementer sum cõmotus cũ de Syria, tum de mea prouincia, de reliqua denique Asia. itaque exercitum mihi ducendum per Cappadociæ regionẽ eã, quæ Ciliciã attingeret, putaui. nam si me in Ciliciã demisissem, Ciliciam quidẽ ipsam propter montis Amani naturam facile tenuissem (duo sunt. n. aditus in Ciliciã ex Syria, quorum uterque paruis p̃sidijs propter angustias intercludi potest, nec est quidquã Cilicia contra Syriam munitius) sed me Cappadocia mouebat, quæ patet à Syria, regesq; habet finitimos, qui etiã si sunt amici nobis, tamẽ aperte Parthis inimici esse non audent. Itaque in Cappadocia extrema nõ lõge a Tauro apud oppidum Cybistra castra feci, ut, & Ciliciam tuerer, et Cappadociam tenẽs, noua finitimorum consilia impedirem. Interea in hoc tanto motu, tantaque expectatione maximi belli, rex Deiotarus, cui non sine causa plurimum semper, & meo, & tuo, & senatus iudicio tributum est, uir cum beneuolentia, & fide erga P. R. singulari, tũ præsenti magnitudine et animi, & consilij, legatos ad me misit, se cũ omnibus suis copijs in mea castra esse uenturum. Cuius ego studio, Officioq; commotus, ego ei per literas gratias; idq. ut maturaret, hortatus sum. Cum autem ad Cybistra ꝑpter rõnẽ belli quinq; dies essem cõmoratus; Regem Ariobarzanẽ, eius salutẽ à senatu te auctore, commẽdatã habebã p̃sentib. insidijs, nec oppinãtem liberaui, neq; solum ei saluti fui: sed ẽt curaui, ut cum auctoritate regnaret. Metrã, & eũ, quẽ tu diligẽter mihi cõmendaras Athenæũ importunitate Athenaidis exilio multatos, maxima apud regẽ auctoritate, gratiaq; constitui. Cũq; magnũ bellũ in Cappadocia cõcitaretur si Sacerdos armis se, qd̃ facturus putabatur, defenderet, adolescẽs, & equitatu, & peditatu, & pecunia paratus† et toto, ijs, q̃ nouari aliqd uolebant: pfeci, ut regno ille discederet; rexq; sine tumultu, ac sine armis, oĩ auctoritate aulæ cõita, regnũ cũ dignitate obtineret. Interea cognoui multorũ literis, atq nũcijs magnas Parthorũ copias, et Arabũ ad oppidũ Antiociã accessisse, magnũq; eorũ eqtatũ q̃ ĩ Ciliciã trãsisset, ab equitũ meorũ turmis & à coborte p̃toria, q̃ erat Epiphaneæ p̃sidij cã, occidione occisũ. Quare cũ uiderẽ à Cappadocia Parthorũ copias auersas nõ lõge à finib. eẽ Ciliciæ, q̃ potui maximis itinerib. ad Amanũ exercitũ duxi quo ut ueni; hostẽ ab Antiochia recessisse Bibulũ Antiochiæ eẽ cognoui; Deiotarũq; cõfestim iã ad me uenirẽ cũ magno, et firmo eqtatu, & peditatu, & cum omnibus suis copijs, certiorẽ feci, non uideri esse causam, cur abesset à regno. meque ad eum, si quid forte noui accidisset, statim literas, nunciosque missurum esse. cumque eo animo uenissem ut utrique prouinciæ, si ita tempus ferret, subuenirem: tamen id, quod iam ante statuerã uehemẽter interesse utriusq; prouinciæ, pacare Amanum, & ꝑpetuũ hostẽ ex eo mõte tollere, agere prexi. cumq; me discedere ab eo mõte simulassẽ, & alias partes Ciliciæ petere, abessem q; ab Amano iter unius diei, & castra apud Epiphaneã fecissẽ: ad 4 id. Oct. cũ aduesperasceret, expedito exercitu, ita noctu iter feci, ut ad 3 id. Oct. cũ lucesceret, in Amanũ ascẽderẽ: distributisq; cohortib. & auxilijs Quintus frater legatus mecũ simul, alijs C. Põtinius legatus reliq; M.† Anneius. & L. Tull. legati præsent, plerosque nec opinantes oppressimus, qui occisi, captique sunt, interclusi fuga. Eranam autem quæ fuit non uici instar, sed urbis, quod erat Amani caput, itemque † Sepyram, & Ceminorim, acriter, & diu repugnantibus, Pontinio illam partem Amani tenente, ex antelucano tempore, usque ad horam diei decimam magna multitudine hostium occisa, cepimus: castellaq. sex capta: cõplura incendimus. his reb. ita gestis, castra in radicib. Amani habuimus apud Aras Alexadri quatriduũ: & in reliquis Amani delendis, agrisq; uastãdis q̃ pars eius mõtis meæ puin

†alias, extorta

†alias, Mannelius

†alias, Sepharam & Cõmotum,

ciæ est: id tp̃s oẽ cõsumpsimus cõfectis his reb. ad oppidũ Eleutherocilicũ Pindenissũ exercitũ adduxi. qd̃ cũ esset altissimo, et munitissimo loco, ab ijsq; incoleretur, qui ne regibus qdẽ unquã paruisent, cũ & fugitiuos reciperent, & Parthorum aduentum acerrime expectarent: ad existimationem imperij pertinere arbitratus sum, cõprimere eorum audaciã, quo facilius et ceterorum animi, qui alieni essent ab imperio nostro, frãgerentur. uallo, & fossa circundedi: sex castellis, castrisq; maximis sepsi: agere, uineis, turrib. oppugnaui: usus q; tormentis multis, multis sagittarijs, magno labore meo, sine ulla molestia sumptu ue sociorũ, septimo quinquagesimo die rem cõfeci; ut, oĩbus partib. urbis disturbatis, aut incensis, cõpulsi in potestatem meã peruenirẽt. His erant finitimi pari scelere, & audacia Tibarani. ab his, Pindenisso capto, obsides accepi. exercitũ in hiberna dimisi. Quintum fratrẽ negocio p̃posui, ut in uicis, aut captis, aut male pacatis exercitus collocaretur. Nũc uelim tibi sic persuadeas, si de his reb. ad senatũ relatũ sit, me existimaturũ summam mihi laudem tributã, si tu honorẽ meũ sñia tua comprobaris. idq. etsi talibus de rebus grauissimos homines, & rogare solere & rogari scio, tamẽ admonendũ potius te à me q̃ rogandum puto. Tu es. n. is, qui me tuis sñiis sæpissime ornasti, qui oratione, qui p̃dicatione, qui summis laudib. in senatu, in concionib. ad cælum extulisti. cuius ego semper tanta esse uerborum pondera putaui, ut, uno uerbo tuo cum mea laude cõiuncto, oĩa consequi me arbitrarer. te deniq. memini cum cuidam clarissimo, atq. optimo uiro supplicationem non decerneres dicere, te decreturum si referretur ob eas res, quas is cõsul in urbe gessisset. Tu idẽ mihi supplicationẽ decreuisti togato, nec, ut multis, rep. bene gesta. sed, ut nemini rep. cõseruata. Mitto q̃ inuidiã, qd̃ p̃icula, q̃ oẽs meas tempestates & subieris, & multo ẽt magis. si p me licuisset. subire paratissimus fueris: q̃ deniq. inimicũ meũ tuũ inimicũ putaris: cuius ẽt interitũ, ut facile intelligerẽ mihi q̃tũ tribueres Milonis cã in senatu defendenda approbaris. A me aũt hæc sũt profecta, quæ ego in beneficij loco nõ pono, sed in ueri testimonij atq; iudicij: non ut p̃stantissimas tuas uirtutes tacitus admirarer; (qs. n. id non facit?) sed in oĩb. orationib. sñiis dicendis, causis agendis, oĩbus scriptis, græcis, latinis, oĩ deniq; uarietate literarũ mearum te non mõ ijs, quos uidissemus, sed ijs, de quib. audissemus, oĩbus anteferrẽ. Quæres fortasse quid sit, q̃ ego hoc nescio quid gratulationis, & honoris à senatu tãti æstimẽ. agã iã tecũ familiariter, ut est, et studijs, et officijs nostris mutuis, et summa amicitia dignũ, & necessitudine ẽt paterna. Si quis q̃ fuit unq̃ remotus, & natura, & magis ẽt, ut mihi quidẽ sentire uideor rõne, atq; doctrina ab inani laude, et sermonib. uulgi, ego p̃fecto is sum, testis est cõsulatus meus: in quo, sicut in reliqua uita, fateor ea me studiose secutũ, ex quib. uera gloria nasci posset: ipsam quidẽ gloriam p se nunq̃ putaui expetẽdã. Itaq. & p̃uinciã ornatã, & spẽ non dubiã triumphi neglexi. sacerdotiũ deniq;, cum, quẽadmodum te existimare arbitror, nõ difficillime consequi possem. nõ appetiui. idem post iniuriã acceptam, q̃ tu reip. calamitatem semper appellas, meã nõ mõ non calamitatẽ, sed etiã gloriã studui q̃ ornatissima senatus, populiq; R. de me iudicia intercedere. itaq. & augur postea fieri uolui, q̃ antea neglexerã, & eum honorem, qui à senatu tribui rebus bellicis solet, neglectum à me olim, nunc mihi expetendum puto. Huic meæ uoluntati, in qua inest aliqua uis desiderij ad sanãdum uulnus iniuriæ, ut faueas adiutorq; sis, quod paulò ante me negarã rogaturum, uehemẽter rogo, sed ita, si nõ ieiunũ hoc nescio quid, qd̃ ego gessi, & contẽnendum uidebitur, sed tale, atq; tantũ, ut multi nequaquã paribus rebus, honores summos a senatu consecuti sint. Equidẽ ẽt mihi illud animaduertisse uideor. scis. n. q̃ attente te audire soleam, te non tam res gestas, quam mores, instituta, atque uitam imperta-

imperatorum spectare solere in habendis, aut nõ habendis honoribus. quod si in mea causa considerabis, reperies me exercitu imbecillo contra metum maximi belli firmissimum p̃sidiũ habuisse æquitatẽ, & continentiam. his ego subsidijs ea sum consecutus, quæ nullis legionibus consequi potuissem, ut ex alienissimis socijs amicissimos, ex infidelissimis firmissimos redderem; animosque nouarum rerum expectatione suspensos, ad ueteris imperij beneuolentiam trasducerem. Sed nimis hæc multa de me præsertim ad te, à quo uno omnium sociorum querelæ audiuntur. cognosces ex ijs qui meis institutis se recreatos putant. cumque omnes uno propè consensu de me apud te ea, quæ mihi optatissima sunt prædicabunt, tuum duæ maxime clientelæ tuæ, Cyprus insula, & Cappadociæ regnum tecum, de me loquentur: puto etiam regem Deiotarũ, qui uni tibi est maxime necessarius. Quæ si ẽt maiora sunt, et in omnibus seculis pauciores uiri reperti sunt, qui suas cupiditates, quam qui hostium copias uincerent: est profecto tuum, cum ad res bellicas hæc, quæ rariora, & difficiliora sunt genera uirtutis adiunxeris, ipsas etiam illas res gestas iustiores esse. & maiores putare. Extremum illud est, ut quasi diffidens rogationi meæ, philosophiam ad te allegem, qua nec mihi carius ulla unquàm res in uita fuit, nec hominũ generi maius à deis munus ullum est datum. Hæc igitur, quæ mihi tecum communis est, societas studiorum, atque artium nostrarum, quibus à pueritia dediti, ac deuincti, soli prope modum nos philosophiam illam ueram, & antiquam quæ quibusdam ocij esse, ac desidiæ uidetur, in forum, atque in remp. atque in ipsam aciem penè deduximus: tecum agit de mea laude; cui negari à Catone fas esse non puto. Quamobrẽ sic tibi persuadeas uelim, si mihi tua sententia tributus honos meis literis fuerit, me existimaturum, cum auctoritate tua, cum beneuolentia erga me, mihi, quod maxime cupierim, cõtigisse. Vale.

HVB.

SVMMA tua] quæ in præcedentibus epistolis ad cõsules, Senatumque perscripsit Cic. ea nunc in hac epistola Catoni, & simul quibus consilijs, quibus artibus, quibus opibus maximas res gesserit aduersus Parthos, quę oppida ceperit, qua cõtinẽtia & integritate prouinciã, & socios retinuerit. Deinde petit ab eo, ut ijs reb. senatui relatis eas ornet Cato sñia sua, & eius honorẽ cõprobet, quod ut facilius ab eo impetret, cõmemorat, eius in se aĩum semp liberalissimũ, & multa in se beneficia, ab eo collocata. Postremo ẽt similitudinẽ studiorũ, cum uterq. philosophiæ sit deditus, ex quo se magis Catoni cõmendatũ esse deberi oñdit. Narrationem aũt multarũ rerũ in Cilicia gestarũ uidere licet lib. 2. epist. x. q̃ incipit: Tu uide ad Cęliũ Rufum. hęc uero epist. licet p̃lixior sit, nõ magnę tñ est difficultatis. [Quã æquitate, & cõtinẽtia] Sicut in fine p̃cedentis epist. dixit. [Socios no.] Fędere cõiunctos. [Probaturũ) Persuasurũ. [Laodiceæ) De nominibus harũ urbiũ, quib. in locis singulę sint diximus lib. 2. & 3. Itaq; ne eadẽ repetẽtes molesti simus, qui uolet: inde sumat, quæ ad hũc locũ pertinebũt. [Acerbissimis tributis] Sic lib. 3. ad Appiũ. Primũ cũ ad me, aditũ esset ab ijs, qui dicerẽt a se intollerabilia tributa exigi, qd habuit iniqtatis me scribere ne facerẽt? [Falso) Iniusto, ut in supradicta epistola Apameę, cũ essem multarum ciuitatum princeps, ad me detulerũt sumptus decerni legatis nimis magnos, cũ soluendo ciuitates non essent. [Ære alieno) Debito. [Consedissent) Constituissent. [Castra faceret) Teneret exercitũ. [In Lycaonia] In qua regione est Iconium [Coacto) Congregato. [Euocatorum) Militum, de quibus alio loco plura diximus ex auctoritate Seruij. [Lustrato) Numerato, & diligenter circunspecto. (Prouincia mea) Cilicia. [Demisissem) Discedissem. [Paruis p̃sidijs) Paucis militib⁹. [Propter angustias) Quia loca augusta, & stricta parua multitudine seruant. [Intercludi) Impediri. [Patet) Vt supra iter eos p Cappadociã, qđ ea maxime patet facturos. [A Syria) A parte Syrię. [Aperte) Agẽtes aliqd cõtra eos, qa timẽt eorũ impetũ pp uicinitatẽ. [Extrema Cappadocia). i. in extrema parte Cappadociæ [Cõsilia) Si quid tentarent contra nos. [Expectatione) Notãdum ẽt de malo expectationem dici. [Cui plurimũ tributũ] .i q̃ plurimum æstimatus est. [Magnitudine animi] Magna fortitudine. [Magnitudine consilij) Sapientia. [Id). s. uenire in castri mea [Propter rõnẽ) pp cãm. [Præsentibus insidijs) ut supra uisũ est. [Neq; opinantẽ). i. de improuiso p̃ter opinionẽ. [Cũ auctoritate] Cũ dignitate. [Metrã, & Athenęũ) Noĩa p̃pria uirorũ, quos Cato Cic. cõmendauerat, quia exules erant, quos Cic. in auctoritatẽ, & gratiam apud regem se restituisse scribit. [Multatos) Punitos. [Importunitate) Accusatione, uel instigatione. [Athenaidis) uxoris, sunt qui mulierem dicant. [Sacerdos) Non est propriũ nomẽ, sed dignitatis, erat aũt sacerdos adolescẽs quidam instructissimus ab exercitu [Toto] Absolute ponitur. i. omni re. [Is dictus est). i. instructus omnibus rebus pro ijs, qui res nouas desiderarẽt [Communita) Corroborata [Aulæ] regni, curię suæ [Epiphanię) Quæ ciuitas est Cilicię. [Occidione occisum]. i. occisum, sed maiorem habent emphasim addendo occidione utuntur autem frequentius oratores & historiographi occidione, & obsidione, quã occisione & obsessione [Auersas) Amotas hostem ab Antiochia. recessisse, sic supra lib. 2. ep, x. Cum uenissem ad Amanũ, qui mõs mihi cum Bibulo cõis est diuisus aquarum diuortijs. [Cassio nostro.] Quod mihi magnę uoluptati fuit feliciter ab Antiochia hostem reiecerat. Bibulus prouinciã acceperat, [A regno). s. nõ esse cãm cur discederet à regno, cũ hostes essent relicti. [Vtrique p̃uinciæ) Syrię & Cilicię [Pacare) pacificare, reddere quietũ. [Tollere) Amouere. [Agere perrexi) idest, ita facere p̃seuerauí scilicet amouere hostem ex monte Amano, sic in prędicto li. 2. Interea cum meis copijs omnibus vexaui Amanenses hostes sempiternos; multi occisi, capti, reliqui dissipati. [Cum aduesperasceret) Cum fieret nox. [Occisi) ut supra diximus. [Nec opinantes] Improuisos. [Castella sex capta] In 2. lib eadem epist. Castella munita improuiso aduentu capta & incensa. [Eugeranam) Oppidum in Amano. [Non instar vici) Non ad similitudinem uillæ. [Antelucano). i. ante lucem, & ortum solis. [Repugnantibus] Resistẽtibus scilicet ipsis oppidis, Fugerana, Sepyra, & Ciminori. [Apud aras Alexãdri) Locus est ubi Alexander victo Dario Ioui patri & ceteris dijs sacrificauit. Vide supra 2. li. ita uictoria iusta imperator appellatus apud illum, quo in loco sæpe, ut ex te audiui, Clitarchus tibi narrauit Dariũ ab Alexãdro esse superaturum. [Eleutherõ) Librum, ita enim significat græce. Est tamẽ Eleutheros fluuius Syrię, cuius ostium est in Pamphylia, ut ostẽdit Ptolemęus. [Acerrime] Constantissime sine terrore. [Existimationem] Auctoritatem, & honorem [Frangerentur) Caderent, non perseuerarẽt in audacia [Vallo, & fossa) Vide lib. 2 oppugnationem huius oppidi in epist. quæ incipit: Tu uide, nam hic expugnatum [Vsq;) Assidue. [Sagittarijs) Arciferis. [Distributis) directis. [Tibarani) populi. [Ab his) Tibaranis. [Male pacatis) Non bene quietis, & amicis. P.R. [Nunc uelim) Expositis suis reb. gestis petit nũc Cice. à Cat. eius sñię auctoritatẽ in oĩbus his rebus. [Sñia) Tuo iudicio, tua auctoritate. [Gratissimos] Maximæ auctoritatis, ne fortasse diceret Cato, leuitatis esse rogare [Admonẽdũ) In memoriã adducendũ. [Ad cœlũ ext.] Supra mortales me exaltasti. Vir. lib. 2. Vir. Troianę quibus cœlo te laudibus æquẽ [Ponderi] Auctoritatẽ. [Vno) Solo. [Nõ decerneres) Nos iudicares cõcedendã. [Referretur) Proponeretur de decernenda supplicatione [Togato) In urbe existenti. [Bñ gesta) Propter bella cõfecta, qę multis cõtingit [Bene cõseruata] Fortitudine, & cõsilijs meis liberata à cõiuratis, & p̃ditoribus patrię, cũ in cõsulatu meo Catilinę, & reliquorũ insidias, & cõiurationes oppressi. [Vt nemini) Sicut nemini alijs decreuisti unq̃ pp remp. conseruatã, quia ego solus id effeci. [Mitto) Dimitto, ap̃hęresis. Vir. 1. Æn. Mœstumq; timorem Mittite. Et 11. Mitto ea, quę circum pugnando pergama passi [Inuidiam) Odium eorum, qui uirtuti meæ inuidebant, & rebus gestis, & propterea me eijciendum curauerunt. intelligit aũt tp̃a Clodiana, quibus se maxime fauorem habuisse dicit a Catone. [Tempestates) Aduersitates, calamitates, translatio Virg. lib. 11. Æneid. Parque per omnes Tempestates. Idem: Quanta per Ideos sæuis effusa Mycenis Tempestas ierit cãpos. [Si licuisset p me] Si p̃misissent, ut ẽt illas magis subires. [Inimicum) Clodiũ [Cuius) Clodij. [Interitum) Cædem. [Approbaris) Iure factũ, dixeris. i. Clodiũ iure occisum. [A me aũt] Commemorauit Cic. quæ à Catone in se collata sint, nũc autẽ qd ipse erga Catonem fecerit, q̃ ne uideat obiicere dicit se non existimare ea esse beneficia, sed uera testimonia, & iudicia sua de Catone. [Admirarer] Amarem, laudarem. [Modo tacitus) Nõ intra me, ut plerunq; fit, sed publice prędicarẽ, ut infra dicet [Quis] q. d. quilibet etiã, de quo nõ sis bñmeritus. [Nõ facit idẽ] ut tuas uirtutes tacitus admiretur. [Dicẽdis) In senatu. [Varietate literarũ mearũ) In philosophia, & libris quos de discẽdis p̃ceptis cõscribo. [De quibus audissemus. i. qui iã mortui essent, & fuissent ante ętatẽ nostram. [Quę res] Licet artificio utatur, tñ aperte se gerere dicit, nouerat enim Catonem ab omni ambitione abhorrere, & pluris æstimare beneficia q̃ benefactorum laudem. (Hoc nescio,) q. d. hoc paululum. [Si quisquã ut ostendat Ci. se cõuenire cũ ingenio Catonis

dicit

Expe-ctatio

Athe-nais

Occi-dio

Obsi-dio

Eleu-theros

Acerri-me

Existi-matio

Tibara-ni

Tempe-stas

Admi-ror

dicit se maxime esse, qui si alienus à laudib. vulgi. [Rõne) Consideratione, q̃ me docet stultum esse vulgi laudib. niti. [Et doctrina) i. philosophia, q̃ docet uirtutẽ ipsã per se expetendã esse sine laudib. quod si ẽt expetendæ sint laudes, potius q̃tẽdas à uiris laudatis, q̃ à uulgo. [Per se) Sua cã, sed pp uirtutẽ. [Prouinciam) Quæ erat mihi decreta [Neglexi) sicut supra dixit lib. v. epist. ij. ad Q. Metellum Celerẽ. [Ego si hoc d.] Me tuã prætermisisse prouinciã tibi ipse leuior uidear esse. [Nõ dubiã] Certã [Sacerdotiũ] Auguratũ. [Iniuriã acceptã) Postq̃ ex urbe in exiliũ eiectus sũ. [Studui) uolui. [Intercedere) Esse, fieri. [Quod]. s, me fieri augurẽ [Olim] In consulatu meo. [Nunc reb. bñ gestis in p̃uincia. [Huic meę) honestat Ci. hanc suã uoluntatẽ, q̃ dicit se hoc facere, ut p̃sentib, honorib. mitiget aliquantulũ vulnus iniuriæ olim acceptę, cui uoluntati, rogat Cat. ut faueat. [Vulnus) Dolorẽ, translatio. Virg. cũ Iuno æternæ seruãs sub pectore uulnus. [Paulo ante negarã rogaturũ) Nã paulo supra dixit, idq̃ etsi talib. de reb. grauissimos hoies, & rogare solere, & rogari scio, tñ admonendum potius te à me, q̃ rogandũ puto. [Sed ita) Extollit Cic. factũ suũ, Dicit. n. hac condicione te tm̃ rogo, ut mihi faueas, si id, qđ egi non uidebit tibi paruũ, & cõtẽnendũ. [Nõ ieiunum) Nõ inane, trãslatio à corpore, qđ ieiunũ, inane est. [Tale) Tã gloriosum. [Tm̃) Tã difficile, & magnũ [Equidẽ ẽt) Superius dixit Cic. q̃b. rõnib. licet alienus à laudib. vulgi, debuerit tñ hunc honorẽ quęrere, nũc uero laudat mores, uirtutesq. suas, quas magis à Cat. spectari solere asserit, q̃ gesta. [Vitã cõ.) Integrã sine cuiusq̃ iniuria. [Imbecillo) Paruo, & infirmo. est. n. maxima laus paruo exercitu maximũ bellũ sustinuisse, qđ pręsidiã suũ dicit fuisse æqtatẽ & cõtinentiã. [His præ.) Æquitate, & cõtinẽtia [Sum consecutus) Effeci [Expectatione nouarũ rerũ) Qui. n. expectat mutationẽ rerũ, nõ põt nõ esse aĩo suspenso. [Veteris) Assueti. [Querelæ audiunt) In senatu. n. Cato sociorũ oĩum patronꝰ erat. & quæcunq; patiebãtur iniq;, ad eũ deferebãt. [Recreatos) Refectos, in optimũ statũ restitutos. [Meis institutis) Quæ in prouincia feci cõtra ea, quæ fecerat Appius, ut lib. 3. ad App. uisum est. [Clientelæ). s. tuæ. nã Cappadocia, & Cyprus maxime erãt ĩ tutela Cat. Cappadocia pp Ariobarzanẽ. Cyprus uero, quia Cat. P. Claudio Pulchro auctore, pp auaritiã Ptolemæi patrui Cleopatræ, qui in ea insula regebat, qđ pro ea à pyratis redimenda tam exiguam pecuniã misisset, ut piratæ accipere erubescerent, missus est decreto senatus, ut eã insulã regi auferret. qđ cum ĩtellexisset Ptol. priusq̃ ille aduentasset, seipsum interemit. Cato insulã accepit, & regis opes uendidit, oĩ pecunia in publicũ ærarium relata ex illo Cyprus pętoria prouincia fuit, & Catoni commendata; scribunt Plut. & Str. Val. etiam dicit Cato. ex Cypro redeũti S.P.Q.R. & magistratus obuiam fuisse [De me loquentur) Quia in eis maxime ostandi uirtutes meas [Regem Deiotarum) .i. locuturum de me [Necessarius) Amicus. [Maiora). i. ualde magna [Pauciores qui niti. su. cu.) In quo consistit vera uictoria, ut ipse in oratione pro M. Mar. imitatione Demosthenis, aĩum uincere, iracũdiam cohibere, uictoriam temperare, aduersarium nobilitate, ingenio, uirtute præstantem non modo extollere iacentem, sed ẽt amplificare eius pristinam dignitatem. hæc qui faciat, non ego cum summis uiris comparo, sed simillimum deo iudico. [Hæc genera uirtutis) Quæ oratione pro Pomp. cõmemorat innocentiã, temperantiã, fidem, facilitatem, ingeniũ, humanitatem, quę oĩa uult Ci. intelligi esse in se. [Rariora) In pauciorib. reperiunt. [Allegem) Adducã [Quasi diffidens meæ rogationi) Quasi non confidã rogationẽ meã apud te ualiturã, cum tñ confidã. [Qua] Philosophia. [Nec ullum m. mu) Si quidem ut in Tusc. quæst. inquit, philosophia est uirtutum indagatrix, uitiorum expultrix, cui qui pareat, oẽ tp̃s uitæ suæ sine molestia degat [Societas) Coniunctio [Artium) Liberalium. [Deuincti) Astricti. [In forũ) In causas forenses, ut in paradoxis ostendit, tẽtare uolui, possent ne proferri in lucem. [Desidiæ) Inertiæ. [In ipsam aciem) In certamẽ ciuile. [Agit tecũ) Rogat te. Ordo est: Hæc igitur societas studiorum, atq; artiũ, & cetera agit tecum. [De mea laude) p̃pter meam laudem. [Cui]. s. societati studiorum, & philosophiæ. [A Catone.) q. d. uiro iustissimo & eius societatis liberalium artiũ professore. [Ex meis. i.) secundũ ea, quæ ex literis scripsi. [Contigisse) Obuenisse, datum esse.

ASC. *SVMMA tua &c.*] Scripta in superiorib. epist. ad consules senatumq. nunc Catoni exponit, & simul quo cõsilio, & qua arte res maximas aduersus Parthos gesserit, & quæ oppida ceperit, quæ Catonis oratione ornata uelit, ad argm̃ aũt facit epist. 2. li. incepta: Tu uide, &c. Ordo est: Et Sũma auctoritas tua, & perpetuũ iudiciũ meum de tua singulari uirtute fecit, ut putarem interesse, i. in re & utilitate esse mea magni. i. multum, & .i. simul eas res, quas gessissem, esse notas tibi, & non ignorari a te qua æquitate & continentia, s. appetitus praui, tuerer. i. defenderem socios, & administrarem prouinciam. Enim. i. quia, ego arbitrabar, his cognitis. i. ubi hęc cognoueris, me probaturum facilius tibi sup. ea, quę uellem. Cum uenissem in prouinciã prid. Kalẽ. Sex. i. ultima die mẽsis, qui nunc Iulius dr̃, & uideretur mihi pp tp̃s anni, qa post mediũ erat æstatis, esse eundum mihi. i. me debere ire confestim. i. cum festinatione, & statim ad exercitum, fui Laodiceę. i. ĩ ea urbe, biduum. i. p duos dies, deinde fui Apameæ in altera ciuitate, seu urbe quatriduũ, & fui Synadis (declinantur ergo Synada Synadorum plu aliter, ut in secũdũ, & tertiũ dicta explanẽ) triduũ, & fui Philomeli totidẽ dies. i. tres, cũ tñ prius nõ tres dies, sed triduũ dixerit. Sauè, ut sæpe admonui, Cic. de tẽpore q̃ diu p̃sertim cõtinuo libentius semper in accusatiuo loquitur, nec potius græco, q̃ latino more. Quib. in oppidis [ergo superiora oĩa sunt oppida) cũ fuissent magni conuẽtus. i. magni cętus hoĩum, ego liberaui multas ciuitates acerbissimis tributis, & grauissimis usuris, & ære alieno falso, .i non uero debito. Cumq̃ .i. & cũ exercitus esset dissipatus ante aduentũ meũ quadam seditione, sup. & quinq. cohortes consedissent. i. sedẽ cepissent apud Philomelum sine tribuno militũ, deniq; ẽt sine vllo Cẽturione. i. quouis, ut nunc dñt, capitaneo, & reliquis exercitus esset in Lycaonia, ego imperaui M. Mãncio legato. s. meo, ut duceret eas quinque cohortes ad reliquũ exercitũ, & faceret castra in Licaonia apud Iconium, exercitu coacto. i. postq̃ coegerit & congregauerit exercitũ in unũ locũ. Quod cũ factum esset diligenter ab eo, ego ueni in castra ad 7. Kal. Sep. cũ ego cõparauissem. i. acquisiuissem interea dieb. superiorib. i. ante illũ diem elapsis ex S. C. i. iuxta decretũ senatus, & .i. simul manũ firmã. i. copias satis magnas euocatorũ. s. militum, qui ad tp̃s uocantur ad bellum, & eqtatum. i. equitum cumulũ, satis idoneum. s. ad iustum exercitum, & ad auxilia uoluntaria. i. nõ coacta à me populorũ liberorũ & regum sociorũ. s. R. imperij, & sup. cœpissem interim facere iter in Ciliciã exercitu lustrato: i. inspecto, &, vt dñt, ad monstrã educto: legati missi ad me à rege Cõmageno. s. Antiocho noĩe, Kal. Sep. nunciauerunt pertumultuose. i. properantissime, vt in summo tumultu fieri solet. neq; tñ nõ. i. & tamẽ uere Parthos transisse in Syriam. Quo audito, cõmotus sum uehementer, tum. i. pariter de Syria, tũ. i. pariter de prouincia mea s. Cilicia, deniq;, de reliqua Asia, Itaq; putaui exercitum ducendum sup. esse mihi p eam regionẽ Cappadocię, quæ attigeret Ciliciam, si dimisissem me in Ciliciam, ego quidem tenuissem pro tenerem, facile ipsã Ciliciã propter naturã montis Amani, qui difficulter a Parthis pertransiretur, si præsidium obsideret. Duo. n. aditus ex Syria in Ciliciam, quorũ vterq; põt intercludi paruis pręsidijs, propter angustias. Nec quidquam est munitius. i. magis munitum & defensum contra Syriam, Cilicia. i. q̃ Cilicia, est. n. ablatiui casus. Sed Cappadocia mouebat me, quæ patet. i. aperta est à Syria, i. ab ea parte, qua spectat ad Syriam, & habet reges finitimos, qui ẽt si sunt amici nobis, tamen non audent esse aperte inimici Parthis, Itaq; feci castra in Cappadocia. extra. i. extrema parte eius, non longe à Tauro. s. monte, apud Cybistra oppidum, vt ego tuerer. i. protegerem Ciliciam, & tenens Cappadociam, impedirem noua consilia finitimorum. s. regum de Parthis recipiendis. Interea in hoc tanto motu, & tanta expectatione maximi belli Deiotarus rex, cui tributum est semper plurimum nõ sine causa, iudicio meo & tuo & senatus, appositorie uir tum beneuolentia, & fide erga populum R. singulari, tum pręstanti, i. excellẽti magnitudine animi, & consilij, misit ad me legatos, s. quib. nunciaret se uenturum esse in castra mea cum omnibus copijs suis. Cuius ego cõmotus officio, & studio egi gratias per literas, & hortatus sum, ut maturaret. i. celerius faceret hoc. Cum autem essem commoratus quinque dies ad Cybistra propter rationem belli, liberaui regem Ariobarzanem, cuius salutem habebam cõmendatã à senatu, te auctore, insidijs præsentibus. i. instantibus, neq; opinantem, neq, solum fui ei saluti, i. causa salutis, sed etiam curaui, ut regnaret cum auctoritate, i, maiestate regia, aut auctoritate senatus, & constitui maxima auctoritate, & gratia apud regẽ Metram & eum Athenęum, quem tu commendatas mihi diligenter, mulctatos. i. punitos, & damnatos importunitate Athenaidis. s. vrbis aut mulieris. sed quia eum Athenæum dicit, putẽ Athenæum non esse proprium, sed patrium nomen, quem nominare non voluerit, ciuem uidelicet Athenaidis vrbis. Vt cum magnum bellum concitaretur in Cappadocia: si sacerdos. s. regionis maximus, forte insidiator compertus defenderet se armis, quod putabatur facturus, appositorie adolescens paratus, & equitatu, & peditatu, & pecunia, & tota. idest omni re, ijs, qui uolebant aliquid nouari, idest nouum regem fieri, perfici ut ille discederet regno, & rex obtineret regnum cum dignitate sine tumultu, ac sine armis omni auctoritate aulæ, id est regię seu curiæ suæ cõmunita, id est firmis præsidijs stabilita. Interea

cognoui literis, & nuncijs multorum magnas copias Parthorū Arabū.i.eorū, q Arabiā habitāt, aut potius, & Arabū accessisse ad oppidū Antiochiā, & magnū equitatū eorū, q trāsisset in Ciliciā, occisum sup. esse occidione.i.suprema cæde ab equitatu in turmis.i. qui erat in turmis eorū.s.Cilicū, & à cohorte p̃toria, q̃ erat Epiphaniæ.i.in ea urbe Ciliciȩ, cā p̃sidij.i.custodiȩ eius. Quare cū uiderē copias Parthorū auersas a Cappadocia, cē nō lōge à finibus Ciliciæ duxi exercitū ad Amanū.s. mōtē in cōfinio Ciliciȩ itinerib. maximis, q̃.i.quantū potui. Quo.i.ad quē, ut.i.post quā ueni, cognoui hostē recessisse ab Antiochia, & Bibulū, s.proconsulem Syriæ esse Antiochiæ. Ego feci Deiotarum uenientem iam ad me cū equitatu, & peditatu, magno. & firmo, & cum omnibus copijs suis certiorem.i. docui eum non uideri causam esse cur abesset a regno.i.suo, & me missurum esse statim literas, & nūcios ad eum, si forte quid.i.aliquid noui accidisset. Et cum uenissem eo animo.i.proposito, ut subuenirem utriq; prouinciȩ, si tēpus.i.opportunitas ferret.i.daret, aut pateretur ita.s. fieri, tamen perrexi agere quod constitueram.i. iudicaueram iā ante.s.interesse.i.ad utilitatem esse utriusque prouinciȩ, pacare.i. pacatū, & tranquillum reddere, Amanum scilicet montem inter utranque prouinciam, & tollere ex eo mōte, hostem perpetuum. & cum simulassem discedere ex eo mōte, & petere alias partes Ciliciȩ, & abesse ab Amano iter unius diei, & fecissem castra apud Epiphaniam, scilicet urbem ad 4 Id. Octo. cū aduesperasceret, feci iter noctu exercitu ita expedito, ut ascenderē Amanum ad 3. id. Oct. cū lucesceret, & cohortibus.s.R. & auxilijs distributis.i. assignatis suis ducibus cum Q. F. sup. meus legatus præesset simul cum alijs. C. Pontinus legatus præesset alijs, & M. Anneius, & L. Tullius legati præessent reliquis, scilicet cohortib. & auxilijs, quos nos oppressimus plerosq;.i.complures, nec opinantes, qui sunt occisi, & capti, reliqui interclusi, idest exitu prohibiti. Aūt, idest sed nos cæpimus Eugeranā, quæ nō fuit instar.i. ad magnitudinem uic., sed urbis, quod caput.i. pręcipuū propugnaculū Amani erat, & item.i.simul Sepyrā, & Gemnorum oppida sup. hostibus repugnātibus acriter, & diu, & Pōtino tenente illam partē Amani, scilicet, mōtis, cepimus dico, multitudine hostium occisa ex tempore ante lucano, idest quod est ante lucem usq; ad decimam horam diei, idest post ortum solis. Et castella.i.ut dicūt fortilitia sex sunt capta, & nos incendimus.i.combussimus complura. His rebus gestis ita.i.tam uictoriose nos habuimus quatriduum castra in radicibus.i.pede Amani.s.montis apud aras Alexandri.s. Magni, qui uicto Dario illic, Ioui, & ceteris dijs constructis aris sacrificauit. hoc autē dicendo se tacite Alexādro cōparat, & consumpsimus omne id tēpus.s. quatridui in reliquis Amani delendis, & integris uastādis. His rebus cōfectis adduxi exercitum ad Pindenissum oppidum Eleutheron.i. libertū. Alij legunt Eleuchensilium, alij Eleuchencilicū. quod sup. oppidum cum esset loco altissimo, & munitissimo, & incoleretur ab his, q ne quidem.i.saltem regibus paruissent, cum, & simul reciperent fugitiuos, & expectarent acerrime.i. auidissime aduentū Parthorum, ut cum illis finitimos spoliarent, arbitratus sum pertinere ad existimationem.i.famam, & maiestatē imperij comprimere audaciā eorum. Quo.i.etiam ut animi ceterorum, qui essent alieni ab imperio nostro, frāgerētur facilius. Ego circūdedi sup. dictum oppidum, uallo.i.munimēto, ex uallis, & fossa. sed si sup. ipsum sex castellis.i. oppugnaculis, & maximis castris. aggere, uineis, turribus, oppugnaui sup. ipsum, usque.i.assidue multis tormentis, multis sagittarijs, cōfeci.i.absolui rem septimo, & quinquagesimo die, magno labore meo, sine ulla molestia uel sūptu sociorum, ut omnibus partibus urbis disturbatis, aut incēsis, hostes sup. compulsi.i.coacti uenirent in potestatem meam. Tebarani erāt finitimi his, scelere, & audacia pari. Accepi ab his.s. Trebaranis obsides, Pindenisso capto, demiū exercitū in hyberna. Præposui Q. F.s.meū negocio, ut exercitus collocaretur in uicis captis, aut male.i.non pacatis. Nunc uelim ò Cato ut sup. persuadeas tibi sic, si relatum sit ad senatum.i. si consultatio fiat de his rebus, me existimaturum summam laudem, tributam mihi, si tū comprobaris honorem meum.i. mihi decernendum, sententia tua Etsi.i.q̃q̃ ego scio grauissimos homines solere & rogarē & rogari talibus.i.pro talibus rebus, tñ ego puto te potius monendū a me, quā rogādum id. Tu.n. es is, qui ornasti me sæpissime sententijs tuis, qui extulisti me ad cęlum oratione, prædicatione, & summis laudibus.i.laudationibus in senatu, & in concionib. ad populum. Cuius pondera uerborum, ego putaui semper esse tāta ut uno uerbo tuo coniuncto cum laude mea, arbitrarer me consequi omnia. Deniq; memini cū non decerneres cuidā uiro clarissimo, atque optimo supplicationem, dicere te decreturum, si referretur ob eas res, quas is consul gessisset in urbe. sunt qui ad Cic. hoc referunt. Tu idem decreuisti mihi supplicationi.i. Dijs faciendam togato.i.in toga agenti, non ut multis sup. decerni solet, rep. bene gesta, sed, ut nemini sup. alteri, rep. cōseruata. Mitto.i.omitto dicere, ꝙ subieris.i. tanquam onus tuum esse supportaueris, inuidiam meam.i. quam patiebar ob gloriā seruatæ urbis pericula, omnes tempestates meas.i.impetus hominum, aut diuersitates fortunæ, & ꝙ fueris paratissimus subire etiam multo magis, si licuisset per me.i.si permisissem. denique ꝙ putaris, pro putaueris inimicum meum uidelicet Clodium inimicum tuum, cuius ēt interitum.i. cędem, & necem tu approbaris, pro approbaueris, defendenda cā.i.dum defenderetur causa Milonis in senatu, ut intelligerem facile, quantum tribueris mihi. Aut.i. sed, hæc.s.quæ deinceps dicam, sunt profecta.i. collata, à me in te.s. quȩ ego non pono.i.reputo in loco beneficij, sed sup. in loco ueri testimonij, atq; iudicij.s. de te, non sup. ita profecta sunt, ut admiter.i.laudem cum admiratione, tantas præstantissimas uirtutes tuas. Quas.n. nō facit idem? q.d. nemo, & ita omnis facit, sed ut anteferrem te in omnibus orationibus, sententijs dicēdis, causis agendis, omnibus scriptis græcis, & latinis, deniq, in omni uarietate.i.diuersitate styli literarum mearum, non modo ijs, quos vidissemus, sed sup. etiam ijs, de quibus audissemus. tu fortasse quæres quid sit quod.i. propter quod ego æstimem tanti, nescio quid gratulationis, & honoris.i.si in me conferatur è senatu. Ego agā iam tecum familiariter, scilicet, ut intelligas mentem meam planè, ut dignum est, & studijs, & officijs nostris mutuis, & summa amicitia, & necessitudine paterna.i.à patre incepta. Si quisq̃ fuit unquam remotus, & natura, & magis ratione, ut quidem uideor sentire mihi, & doctrina, ab inani laude, & sermonib. uulgi ego sum is p̱fecto. Testis est consulatus meus, in quo fateor me secutum studiose, sicut in reliqua uita, ex quibus uero gloria posset nasci, quidem.i.sed certe nunquam putaui ipsam gloriam expetendam per se.i.sine respectu bonorum. Itaq; ego neglexi prouinciam ornatam, quæ erat mihi decreta, ut patuit lib. 5. epist. 2. ad Metellum Celerem, & spem nō dubiam triumphi, scilicet ex illa prouincia reportandi. Denique nō appetiui sacerdotium scilicet augurale cum possem cōsequi non difficillime, quemadmodum arbitror te existimare. Idem.s.ego studui.i.uolui, aut elaboraui post iniuriam.s. exilij acceptam.s. à me, quā.s. iniuriā meā, tu appellas semper calamitatem reip. non modo.i.non solum calamitatem meam non intercedere.i.in medium adduci, sed etiā uolui gloriā meam utpote, quā ornatissima iudicia. S. P. Q. R. de me intercedere. itaque uolui postea, & augur fieri, & puto eū honorem.i.triumphum, qui solet tribui à senatu rebus bellicis, & neglectum olim à me, expetendum mihi nūc.s.parta uictoria. Rogo te uehementer, quod negarem paulò ante me rogaturum sup. esse ut faueas, adiutor sis, huic uoluntati meæ, in qua est aliqua uis desiderij.i. cupiditatis ad sanandū uulnus.i. ostensionem iniuriȩ. Sed ita supp. peto si id; quod gessi, uidebitur nō nescio q̃d ieiunū.i.aridum, & modicū facinus, & pro. i. contēnendum. sed tale atque tm̄, ut multi assecuti sint à senatu, summos honores, reb. nequaquā paribus.i.pp res nequaquam pares. Equidē.i.ego certe. uideor animaduertisse ēt illud scis.n. quam attente soleam audire te, te solere spectare in honoribus habendis, aut non habēdis, non tam res gestas, q̃ uitas atque mores imperatorū. quod si considerabis in cā mea uidebis me habuisse æquitatem, & continentiā firmissimum præsidium, i.pro firmissimo p̃sidio, exercitu sup. existente imbecillo cōtra metū maximi belli. Ego cōsecutus sum.i.obtinui his subsidijs.s.æquitate, & continētia, quæ nullis legionibus potuissem consequi, ut redderem.i.efficerem ex socijs alienissimis, amicissimos ex infidelissimis firmissimos.s.in fide, & traducerē animos suspensos.i.in dubio uersantes, expectatione.i. propter expectationem rerum nouarum ad beneuolentiā ueteris imperij scilicet Romani. Sed hæc sup. sunt dicta, aut scripta nimis multa de me p̃sertim ad te, à quo uno querelȩ omniū sociorum audiuntur, tu cognosces ex ijs, qui putant se recreatos.i.refectos, & ad ueterem amicitiam reductos institutis.i. moribus meis. Cumque idest, & cum, scilicet ita sit ꝙ omnes p̃dicabūt apud te prope.i. quasi, uno consensu, de me ea, quȩ sunt optatissima mihi, tum, idest tunc multo magis duæ maxime clientelæ tuæ, Cyprus insula, & regnum Cappadociȩ loquētur.s. honorifice tecum de me. Puto etiā Deiotarum regem sup. locuturum tecum de me, cui est maxime necessarius tibi uni. Quæ.s. ab illis dicenda si sunt etiam maiora.s. quàm à me dicantur, & si pauciores uiri reperti sunt omnib. seculis, qui uincerēt cupiditates suas quàm qui.s.uincerēt copias hostium. Profecto tuum est.s.officiū cum adiūxeris ad res bellicas, hæc genera uirtutis.s.ęquitatis, & cōtinētiæ, q̃ sunt rariora, & difficiliora putare scilicet ipsas res gestas esse iustiores, & maiores s. quàm sint. Illud est extremum.s. suffragium, ut quasi diffides rogationi meæ, allegem.i.mittam ad philosophiam, quā nec ulla res fuit mihi unquā carior in uita,

te, nec ullum munus maius datum est generi hominum à dijs. Hæc igitur societas studiorum, quæ est mihi communis tecum, atq; societas artium bonarũ, quib. nos deuincti ac dediti a pueritia, propemodũ.i.quasi soli deduximus in forum atque remp. atq; penè in ipsam aciem.i.conflictum bellicum, hoc est ad omnẽ exercitationem nostram, philosophiam illam ueram, & antiquam quę ur̃ quibusdam esse ocij, ac desidię.i.pertinere ad ociũ, ac desidiam, ea sup.agit tecũ de laude mea, cui non puto fas esse negari.s.quidquam a Catone. quãmobrem, uelim persuadeas tibi sic: si honos fuerit tributus mihi tua sententia.i.per tuam sententiam, ex me literis meis existimaturum contigisse mihi qđ cupierim maxime, cum auctoritate, tum beneuolentia tua erga me.

PAVL. MAN. PRAESENTIA, *magnitudine, & animi, & consilij.*]Est hæc, ut opinor, huius loci uera lectio, quam ex antiquis exemplarib. accepimus, quibus in oĩbus, quos quidẽ ipse uiderim, præsentia, legitur, nõ pręstanti, aut præsenti.nos aũt ueterũ librorum auctoritatẽ in dies pluris plurisq; facimus: pmulta.n.q̃ in ijs primo ad spectu uideãtur absurda, post ubi diligentius, animaduerteris, cõmodissime dicta reperient, ut hoc in loco, qui statim, uerbũ illud præsentia, quid sibi vellet, aut quo spectaret, ignorarũt, uitiosum credentes, immutarũt.est.n.ita dictũ præsentia, magnitudine, & animi, & consilij, tanq̃ si dixisset, præsenti aĩo, magno cõsilio, ut præsentiã aĩ, magnitudinem consilii esse uoluerit: quẽadmodũ ẽt alibi, psentem aĩum, sæpissime dixit: etsi vbiq̃ ferè eandem pcem imperiti deprauarunt, præstantẽ, non præsentẽ, legentes. psentiam quoq; animi dixit in Ora. pro Mil. & Cęs. belli Gall. li. 5. [Sacerdos) qđ sacerdos hic significet, Hirtij uerbis ostẽdimus: sic enim scribit de bello Alexãdrino lib. 4. Comana, uetustissimũ & sanctissimum in Cappadocia Bellonæ templum, quod tãta religione colitur, ut sacerdos eius deæ, maiestate, imperio, & potẽtia secundus a rege cõsensu gentis illius habeatur; id homini nobilissimo Nicomedi Bithynio adiudicauit. Appianus aũt in fine Mithridatici, Commagenis, inquit, Archelaũ sacerdotẽ pfecit. quę dignitas habetur regia. Strabo.n.initio lib. 12. idẽ tradit. [Adolescens, & eqtatu, & peditatu, & pecunia paratus, & toto, ijs q nouari aliquid uolebant] Sunt, quos offendat hæc lectio. ac fuit, cũ ego quoq; corruptũ locum existimarẽ. nũc de mẽdo nihil suspicor; dixit.n. & toto.i. & ea re, quæ summa est, deinde exposuit, totum illud quid sit, ijs, qui nouari aliquid uolebãt à quibus maxime timendum erat, ꝙ adolescentẽ uel leuibus rationibus ad bellũ possent impellere. adolescẽs igitur dixit, & equitatu & peditatu, & pecunia paratus; &, qđ summũ est, ijs, q nouari aliquid uolebãt. sic ẽt ad Atticum. Est totũ, quid Kal. Mar. futurũ sit, ꝑ, est summũ.est maximũ, in eo sunt oĩa, qđ Kal. Mar. futurũ sit. [Tibarani) Forte, Tibareni, de quibus Plutarchus in Lucullo, & Plinius, ubi Temiscyræ regionis gentes persequitur. nã Tibaranorũ mentionẽ nondũ inueni. [Res, quas consul in urbe gessisset) In quo ita legatur, uetustum habet librum magnæ spei adolescens Iosephus Tramezinus. consul autem i. Cic. commemorantur.n. q̃ pro Ciceronis dignitate & dixerat, & fecerat Cato. quis sit aũt is, quem clarissimum, atq; optimũ uirum appellat, intelligere nondũ potui. Cæs. quidem, ut alij existimant, non arbitror, quẽ Cic. nunquã optimum uirum uocasset, ad Catonẽ scribẽs, Cęs. inimicum, pręsertim cum tota ferè epist. eius beneuolentiã quasi aucupari uideatur; quo facilius supplicationẽ obtineret, Catone cõprobante. [Cum hæc tertia iã epistola ante oppressit] Alij ante operis sit, durius omnino, & sensu, ut ego existimo, nõ admodũ pꝛobabili. qđ enim adeo lõga est hęc epist. ut opus uideri possit? nã ꝙ illas dictiones schedã, aut literam, epistolarum numero respondere negant, id ego illis cõcedo, sed referri dico ad illam uocem, epist. ut quasi Cassium reprehendat, qui schedã, aut literam nõdum dederit, cum epistolam tres acceperit. legitur autem, ut nos impressimus; cũ in alijs antiq. lib. manuscriptis, tum in eo, quem habet Vincentius Riccius, qui quidem liber uetustissimus est; ut gręcas dictiones, quæ sunt in uetustis exemplaribus per quam raro maiusculis literis scriptis habeat.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Gratulatur Ciceroni de rebus à se gestis, & tacite dissuadet, ne triũphum ambiat.

M. CATO M. CICERONI IMP. S. D.

QVOD & resp. me, & nostra amicitia hortatur, libenter facio, ut tuã uirtutẽ, innocentiã, diligentiã cognitã in maximis rebus togati, armati foris pari industria administrare gaudeã. itaq;, qđ ꝓ meo iudicio facere potui, ut innocẽtia, cõsilioq; tuo defensam prouinciam, seruatum Ariobarzanis cum ipso rege regnum, sociorum reuocatã ad studium imperij nostri uoluntatem, sententia mea, & decreto laudarem, feci. supplicationẽ decretã, si tu, qua ĩ re nihil fortuito, sed summa tua ratione, & continentia reip. prouisum est, dijs immortalibus gratulari nos, quã tibi referre acceptum, mauis, gaudeo. quod si triumphi prærogatiuam putas supplicationem, & iccirco casum potius, quam te, laudari uis: neque supplicationem sequitur semper triumphus; & triumpho multo clarius est, senatum iudicare potius mansuetudine & innocentia imperatoris prouinciam, quam ui militum, aut benignitate deorum, retentam, atque conseruatam esse, quod ego mea sententia censebam. Atq; hæc ego idcirco ad te contra consuetudinem meam pluribus scripsi, ut quod maxime uolo existimes me laborare, ut tibi psuadeã me, & uoluisse de tua maiestate, quod amplissimum sum arbitratus, et quod tu maluisti, factum esse gaudere. Vale, & nos dilige, & instituto itinere seueritatem, diligentiamque socijs, & reip. præsta.

QVOD *& resp.*]Rescribit Cato Cic. se libẽter fecisse, quod ille superioribus literis petierat, ut defenderet eius uirtutẽ, innocentiam, & diligentiam, seque laudasse quæ Cic. egisset, de ꝓuincia seruata, de Ariobarzanis incolumitate, de confirmata uoluntate sociorum. Deinde suadet Cat. Cic. ut potius contentus sit iudicio senatus, q̃ triumpho pro eis, quæ in prouincia egit. ut potius iudicetur eam conseruasse mansuetudine, & innocentia, q̃ copia militum. [Quod resp. hortatur).i. eã reip. quia quisque bonus ciuis tenetur eã tueri, quẽ reip. amatorẽ uiderit. [Virtutẽ) Fortitudinẽ, animi magnitudinẽ. [Togati).s.tui. [Domi) in patria, ut in consulatu tuo, cũ rogatus domi rem tantã fecisti oppressa cõiuratione. [Armati] Bellum gerentis. [Foris) In prouincia. [Pari) Æquali, quia & tunc domi, & nunc foris fortissime, & diligẽtissime te egisti. [Cõsilio) Sapiẽtia. [Defensam] Ab incursu Parthorũ, & Arabũ. [Ad studium] Ad beneuolentiã. [Supplicationẽ) Dicit Cat. se gaudere supplicationẽ ei esse decretã, si modo ille uelit potius agendas gratias dijs immortalibus, quam sibi in ea re, quæ non fortuitu, sed summa ratione, & continentia eius sit gesta: sin autem habita supplicatione triumphũ quoque petit, dissuadetque ei Cato, ne hoc faciat. [Qua in re prouisum) idest in ea re, qua est prouisum à te. [Nihil fortuito] Nõ casu, aut temere. [Ratione) prudentia, & moderatione tua. (Gratulari) Gratias agere. (Quam acceptam referre tibi,) idest quam reddi tibi par, & quod a te accepimus, tibi referre remunератione triumphi. Ordo est. Si tu mauis nos gratulari dijs immortalibus, in qua re nihil est prouisum à rep. summa tua ratione, & continentia, q̃ acceptum referri, t bi s. mauis, gaudeo supplicationem tibi decretam esse. [Prorogatiuam) Præeminentiã, præcessiuam. [Casum) fortunã, cuius fauore fueris uictor. [Semper) Quia multis conceditur supplicatio, sine triũpho. [Senatũ] cuius iudicium est gratissimum. [Vt) Copia. [Benignitate) Fauore. [Quod).s.prouinciam à te conseruatam potius mãsuetudine, &c. [Contra consuetudinẽ meam) quia soleo esse breuissimus in scribẽdo. [Laborare) Curare [Maiestate) Honore, & dignitate [Amplissimum] Dignissimum. [Tu maluisti] ut in epist. sua superiore Cic. significauit. [Seueritatem) continentiam [Præsta) Exhibe, ostende. [Instituto itinere) uel incepto itinere per prouinciã, uel certe incepta uia.i.eo more, quo consueuisti. est.n. & trãslatiue, & ꝓuerbialiter dictum, instituto itinere, uel institutam uiam perge. Iuu. Vt illam ire uiam pergant, & eidem incumbere sectę.

ASC. *QVOD &c.*]Dicit se diligenter commendasse uirtutẽ Cic. in senatu, dehortatur tamen à petitione triumphi dicens: Ego facio libenter id, quod, & resp. & amicitia nostra hortatur me, ut gaudeã uirtutem.i. fortitudinem tuam, innocentiã, diligentiã tua cognitã in maximis rebus, tuã dicit, togati domi, & armati foris.i. in bello administrare.i.gerere magistratũ, cuius est administrare pari industria. Itaq; feci qđ potui facere iudicio meo.s. ut laudarẽ sñia mea, & decreto ꝓuinciam.s. Ciliciam defensam innocẽtia.s.tua, & cõsilio tuo. Regnum Ariobarzanis.s. Cappadociam, seruatum sup. esse ad studium imperij nostri. Gaudeo si tu mauis.i. magis uis gratulari.i. grato aĩo, attribuere dijs immortalibus, quãm.s. nos referre acceptum tibi.i. nos existimare accepisse à te supplicationẽ decretam.s. pro rebus bene gestis à te, in qua re nihil sup. contigit fortuito, sed prouisum est reip. summa rõne.i. prudentia, & continentia tua, qđ si putas supplicationẽ, prærogatiuam i quasi præiudicialem cãm triumphi, & mauis iccirco casum.i. fortuitum euentum laudari potiusquam te, neq, triumphus sequitur semper supplicationem, & multo clarius est triumpho senatum iudicare prouinciam retentam atque conseruatam esse

esse potius mansuetudine, atq; innocentia Imp. q̃ ui militũ, aut benignitate deorum. Quod, i. quam rem ego censebam mea sententia, atq; scripsi iccirco hæc ad te pluribus uerbis, contra consuetudinem meam, ut, quod uolo maxime existimes, me laborare ut persuadeam tibi, me & uoluisse de maiestate tua, quod tibi tratus sum amplissimũ sup. esse & gaudere factũ esse, qđ tu maluisti. Vale, & dilige nos, & pista socijs, & reip. securitatẽ, & diligẽtiã, itiner istituto iuxta morẽ tuũ cẽptũ, aut ubi cẽperis edir.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Iucundam sibi Catonis gratulationem fuisse dicit, Petitq; rursus, ut apud senatum sua sententia, & uoluntate a Catone adiuuetur.

M. CIC. N. CATONI S. D. 6

LAetus sum laudari me, inquit Hector, opinor apud Næuium, abs te pater laudato uiro. ea est. n. profecto iucunda laus, quæ ab ijs proficiscitur, qui ipsi in laude uixerunt. ego uero, uel gratulatione literarũ tuarũ, uel testimonijs sniæ dictæ, nihil est, qđ me nõ assecutũ putẽ, idq; mihi tum amplissimũ, tũ gratissimum est, te libenter amicitiæ dedisse, qđ liquido ueritati dares. & si non modo unus, uerum ẽt multi Catones essent in ciuitate nostra, in qua unum extitisse mirabile est: quẽ ego currum, aut quã lauream cum tua laudatione cõferrẽ, nã, ad meũ sensum, et ad illud sincerũ, ac subtile iudiciũ, nihil põt esse laudabilius, quã ea tua oratio, q est ad me perscripta a meis necessarijs. sed cãm meæ uoluntatis, non. n. dicã cupiditatis, exposui tibi superioribus literis, q̃ ẽt, si parum iusta tibi u si est, hanc tamẽ hẽt rõnẽ, ut nõ nimis concupiscendus honos, sed tamen si deferatur a senatu, minime aspernandus esse uideatur. spero aũt illum ordinẽ pro meis ob rep. susceptis laboribus, me non indignum honore, usitato p̃sertim, existimaturum. quod si ita erit, tantum ex te peto, qđ amicissime scribis, ut, cum tuo iudicio, quod amplissimum esse arbitraris, mihi tribueris, si id, quod maluero, acciderit, gaudeas. sic. n. fecisse te, & sensisse, & scripsisse uideo: resq; ipsa declarat, tibi illum honorem nostrum supplicationis fuisse iucundum, q̃ scribendo affuisti. hæc. n. S. C. non ignoro ab amicissimis eius, cuius de honore agitur, scribi solere. Ego, ut spero, te propediem uidebo, atq; utinam rep. meliore, quam timeo. Vale.

HVB. LAetus sum] Licet Cic. aperte dicat se cõtentum esse laudatione Catonis de reb. suis, putaretq; se oĩa assecutum esse, quia Cato ei per literas gratulatus fuerat supplicationẽ ei decretam, ut p̃cedenti epist. uisum est, & snia sua eius res gestas, & laudes approbauerat, tñ hoc agit, ut Cato det operam, vt ẽt triumphum obtineat, quẽ dicit sperare senatum facile sibi concessurum pp sua merita in rep. [Lætus sum] Apud Næuium in tragœdia intro ducitur Priamus laudans Hectoris uirtutem, & probitatem, cui Hector his uerbis rñdet: Lætus, &c. sensus ẽ: gaudeo ò pater abs te laudari, qui es uir laudatus. ea est. n. ratio lætitiæ suę, q̃ iucundũ sit laudari ab iis, qui ipsi in laude uixerunt, sic ipse supra ad Lucceium. Neq; n. sum ita demens, ut me sempiternæ gloriæ p eũ cõmendari uelim, qui non ipse quoq; in me cõmendando p̃pria ingenij gloriã consequatur; gratulationẽ, quã fecit Cato in p̃cedenti epist. cum dixit supplicationẽ decretam, &c. [Sniæ dictę] A te, ut in prima parte p̃ced. epist. uisum est [Amplissimũ] Honestissimũ. [Amicitię dedisse] i. p amicitia nr̃a dixisse, quod pro ueritate diceres [Liquido] Clare, aperte. [Etsi non modo] Sẽsus est: & si essent ẽt multi Cat. in nr̃a ciuitate, pluris tñ deberẽ facere laudationem tuã, q̃ oẽm triumphum. cũ uero sis secũdus, & id ẽt si mirum quod unus extiterit multo ẽt debeo pluris facere. hanc. n. sniam intelligit, cum dicit, in qua unum extitisse mirabile est. intelligit. n. se more Cat. cum hic, ad quem scribit, fuerit is, q Vticensis post mortẽ dictus est. [Currum] triumphalem. [Aut laureã] vel de triumpho intelligit ẽt per lauream, uel ponit p uocatione, ut diximus lib. 2. epist. q incipit. Tu uide lau. quã de me fecisti, ita. n. distinguuntur laus, & laudatio. laus de se ipso est, laudatio de alio, ut si dicã laudes Cic. ubiq; celebrantur, & laudationes Cic de Põp elegantissimæ sunt. ponitur autẽ nõnunq̃ laus pro laudatione [Quę] q. d. nullũ. [Conferrem] cõparare. [Ad meum sensũ] i. ad sniam meã. [Sincerum] Purũ, sine perturbatione aĩ [Ad illud] intelligit Cic. suum iudicium, non Catonis. i. cũ, & sincere, & subtiliter. iudico nihil &c. Non. n. dicã cupiditatis. nã uoluntas à ratione proficiscitur, cupiditas uero

Laus, & laudatio.

est appetitus. [Quę uoluntas. [Non ut nimis]. i. ut honos, & triũphus nõ nimis debeat cõcupisci, sed tñ si deferatur, nõ sit respuẽdus. hoc. n. rõnis est. [Illum ordinẽ] Senatorium, [Honore usi.] Triumpho, qui solet dari alijs, & ẽt plerunq; minora fecerũt, q̃ ego [Quod si ita erit] ut senatus me dignũ iudicet. [Tm̃] Solũ modo. [Id, qđ maluero] s. triũphus. [Scribendo] cum scriberetur. [Hæc S. C. cuius de honore agitur] ad quem pertinet honor. [Quam timeo.] quia intelligebat initia bellorum ciuilium.

ASC. *LAETVS sum*] Gratum dicit sibi q̃ a Cat. laudetur. innuit tñ triũphum sperare dicens: Hector, sup. ut opinor, inquit apud Næuium in tragœdia, ò pr̃. s. Priame, ego sum lætus. i. gaudeo me laudari abs te uiro laudato. Ea n. laus est profecto iucunda q̃ proficiscitur ab iis, qui ipsi uixerunt in laude. Nihil est, quod ego non putẽ me assecutum sup. esse. i. obtinuisse, uel gratulatione literarum tuarũ, uel testimonij sniæ tuæ. Et est mihi tum amplissimũ, tum gratissimum, te dedisse libenter amicitiæ, quod dares liquido. i. manifesto iudicio ueritati, hoc est tm̃ amicitiæ cã me laudasse, q̃tum faceres, si ita essem laudandus. Et si non mõ unus, uerum multi Catones essent in ciuitate nostra, in qua unum extitisse. i. emersisse, est mirabile, quẽ currũ s. triumphalem, aut quã laureã conferrẽ ego cum laudatione tua? q. d. nullum & nullam. Nã ad sensum meũ, & ad illud sincerum, ac subtile iudiciũ. s. qđ creditur in me esse, nihil est laudabilius q̃ ea oratio tua, quę est perscripta ad me a necessarijs meis. Sed exposui tibi literis superiorib. cãm uoluntatis meæ. non. n. dicam cupiditatis. Quæ causa ẽt si uisa sit tibi parum iusta, hẽt tñ hanc rationẽ, ut honos uideatur, nõ concupiscendus nimis, sed tñ, si deferatur. i. p̃sentetur à senatu, uideatur non aspernãdus esse. Spero aũt illum ordinẽ. s. senatorium pro laudib. meis susceptis ob remp. non existimaturum me indignum honore, p̃sertim usitato. quod si erit ita, ego peto tm̃ à te, qđ scribis amicissime, ut cũ tribueris nihil iudicio tuo, id qđ arbitraris esse amplissimum, hoc est uirtute, & prudẽtia laudari, gaudeas, si id, qđ maluero. s. si triũphus acciderit. ego. n. uideo. i. intelligo te fecisse, & scripsisse, & uerius dicã, sensisse sic. Et res ipsa declarat, illum honorẽ supplicationis nostræ fuisse iucundũ tibi, q̃ i. eo q̃ affuisti scribẽdo. i. dũ scriberetur. Ego. n. non ignoro hæc senatusconsulta solere scribi ab amicissimis eius, de cuius honore agitur. Ego, ut spero, uidebo te propediẽ. s. statĩ, atq; utinã rep. sup. existẽte meliore. i. pacatiore, q̃ timeo, quia bellum ciuile inter Cæs. & Pomp. audierat excitari.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Et gratulatur Marcello, quod frater eius consul factus sit, & petit ut operam det, ut illi in prouincia succedatur.

M. CICERO PROCOS. S. D.

M. MARCELLO COS. 7

TE & pietatis in tuos, & animi in remp. & clarissimi atque optimi consulatus, C. Marcello consule facto, fructum cepisse, uehementer gaudeo. non dubito, quin p̃sentes sentiant. nos quidem longinqui, et à te ipso missi in ultimas gẽtes, ad cœlum mehercule te tollimus uerissimis, ac iustissimis laudibus. nam cum te à pueritia tua unice dilexerim, tuq; me in oĩ genere semper amplissimum esse & uolueris, & iudicaris; tamen hoc uel tuo facto, uel P. R. de te iudicio multo acrius, uehementiusq; diligo, maximaq; lætitia afficior, cum ab omnibus prudentissimis, uirisq; optimis, omnibus dictis, factis, studijs, institutis uel me tui similem esse audio, uel te mei. unum uero si addis ad præclarissimas res consulatus tui, ut aut mihi succedat quãprimum aliquis, aut ne qui accedat tẽporis ad id quod tu mihi & S. C. & lege finitũ: oĩa me per te consecutũ putabo. Cura ut ualeas, & me absentem diligas, atque defendas. Quæ mihi de Parthis nunciata sunt: quia non putabam a me etiam nunc scribenda esse publice, propterea ne pro familiaritate quidem nostra uolui ad te scribere; ne cum ad consulem scripsissem, publice uiderer scripsisse. Vale.

TE & pietatis] Gratulatur Cic. M. Mar. q̃ eius frater consul factus esset, propterea q̃ ipse, M. Mar. se bene gessisset in consulatu. & exponit deinde suam inter se beneuolentiã, & eius causas. postea uero rogat eum, ut det operã, q̃ sibi succedatur in prouincia, postremo excusat se, quare nihil ad eum scripserit de ijs, quæ de Parthis nunciabantur. [Pietatis in tuos] Quia uisus es, & iudicatus pius, cum tua causa factum est, ut frater tuus cõsul fieret.

tet.[Fructũ) Voluptatẽ, remunerationẽ.[Pręsentes) q sũt Romę. [A te ipso missi) Quia sñia tua potissimum decretũ est, ut in Cili ciã mitteremur.[In ultima) Ex affectu dixit, non ꝙ Cilicia sit in ult imis terris.[In oĩ genere) In qualibet re.[Iudicio de te) Cum iudicabit dignissimum amplissimo honore. [Vel me tui) .i. uel me imitatorẽ tui.[Lege) Annua.in prouincijs.n. per legẽ non lice bat proconsulẽ esse ultra annũ, ut supra alio loco ostẽdit his uer bis ad Curionẽ,& S. C.& leges defendas, eaque mihi cõditio ma neat, quia profectus sum. [Finisti) Determinasti. [Ad re) qui es cõsul,& persona publica. [Ad consulẽ) Qui.n. ad consulẽ scri bit, uidet scribere publice ad oẽs, quia cõsul est persona publica.

ASC. *TE & pietatis*] Gratulatur M. Marcello ob consulatum fratris,& petit sibi succedi, purgatque, ꝙ nõ scripserit, hoc ordine. Ego gaudeo uehemẽter te cepisse fructum,&.i.simul, pietatis in .i.erga tuos,& animi.i.beneuolẽtiæ in rẽp.& cõsulatus.f.tui opti mi,atq; clarissimi, & hoc C Marcello.i. fratre facto cõsule. Nõ dubito, ꝗn præsentes.i. qui Romæ sunt, sentiant.f.aut factũ tuũ, aut gaudium ex eo. Nos quidẽ longinqui,& missi à te.i. tua sen tẽtia,in ultimas gẽtes.f. imperij Romani, extollimus sup. te aut factum illud, ad cęlũ mehercule uerissimis, ac iustissimis laudib. Nam cum dilexerim te unice à pueritia tua, & tu uolueris,& iu dicaris me esse amplissimum semp in omni genere.f. honorum, tum diligo te multo acrius,& uehemẽtius, uel hoc facto tuo, uel iudicio Po. R. de te,& afficior maxima lætitia, eum ego audio ab hominibus prudẽtissimis,&uiris optimis, uel me esse similẽ tui, uel te meis oĩbus, dictis, factis, studijs, institutis.i. moribus, uero pro sed.si addis ad p̃clarissimas res cõsulatus tui, unũ.f.ut aut ali quis succedat mihi quã primũ, aut ne quid tẽporis accedat.i. ad dat ad id.f.temporis, qđ tu finisti.i. cõstituisti mihi S. C.f. de no uo decreto & lege.f.antiqua, ut annua sit ꝓuincia, putabo me cõ secutum oĩa per te. cura ut ualeas,& diligas me absentẽ, atq; de fendas. Ego ne quidẽ pro familiaritate nostra uolui ad te scribe re ea, quæ nunciata sunt mihi de Parthis.f. qui Euphratem tran sierunt, quia nõ putabã ea scribenda esse à me etiam nunc.i. ad huc publice, ne cum scripsissem ad consulem, uiderer scripsisse publice. Erat ergo Marcus adhuc consul, sed Caius designatus.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Officiosa est epistola, qua C. Marcello de nouo consulatu gratulatur.

M. CIC. PROCOS. C. MARCELLO COS. DES. S. D. 8

Maxima sum lætitia affectus, cum audiui te consulem factum esse: eumq; honorem tibi deos fortunare uolo, atque à te pro tua, parentisq; tui dignitate administrari. nam cum te semper dilexi amauique, quòd mei amantissimum co gnoui in omni uarietate rerum mearum, tum patris tui pluri bus beneficijs, uel defensus tristibus temporibus, uel ornatus secundis, necesse est, ut & sim totus uester, & esse debeam: cũ præsertim matris tuæ grauissimæ, atque optimæ fœminæ, ma iora erga salutem, dignitatemque meam studia, quàm erant à muliere postulanda, perspexerim. qua propter à te peto ma iorẽ in modũ, ut me absentem diligas, atque defendas. Vale.

HVB. MAXIMA] Gratulatur Cic. Marc. qđ esset cõsul designatus. optatq. eum feliciter gerere eum magistratum. petitq. ab eo ut administret eũ pro dignitate,& sua,& patris: narratq. Cic. causam, quare hoc optare debeat. Postremo ab eo petit, ut se ab sẽtẽ diligat,& defendat, credo hãc epi. debuisse ĩscribi. C. Marce. nõ aũd Marco, ut præcedens satis declarat [Volo) Opto. [Fortu nare) Secundare, felicem facere. [Propter te d.) Vt meretur tua dignitas & patris. [Tristibus] Cum multi oppugnabãt,& salutem meam,& fortunas. [Absentem) Ab urbe, qui sum in prouincia.

ASC. *MAXIMA &c.*] Gratulatur C. Marcello, ꝙ consul sit designa tus. Ordo est: Affectus sum maxima lætitia, cũ audiui te factum esse consulem,& uolo, i. opto deos fortunare, i. secundare tibi eũ honorem, atq; administrari à te pro dignitate tua, & parẽtis tui, nã cũ.f. ita sit, ꝙ dilexi & amaui semper te, cum cognoui sup. te iam amantissimum mei in oĩ uarietate rerum meorum, tum, i. in super uel defensus compluribus beneficijs patris tui tẽporibus, tristibus, i. aduersis, uel ornatus secũdis.i. ꝓsperis.f. temporibus, & sum,& debeo esse totus uester, idest tuus,& patris. Præsertim cum perspexerim studia matris tuæ fœminæ grauissimæ, atque optimæ maiora erga salutem,& dignitatem meam, quàm erant postulanda à muliere. Quapropter peto à te in modum maiorẽ, ut diligas,& defendas me absentem.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Gratulatur rursus M. Marcello, quòd frater consul factus sit.

M. CIC. PROCOS M. MARCELLO COLLEGAE S. D. 9

Marcellvm tuum consulem factum, teq; ea lætitia affectum esse, quam maxime optasti, mirum in mo dum gaudeo, idque cum ipsius causa, tum quòd te omnibus se cundissimis rebus dignissimum iudicio: cuius erga me singulã rem beneuolentiam, uel in labore meo, uel in honore perspexi, totam denique domum uestrã uel salutis, uel dignitatis meæ studiosissimã, cupidissimamque cognoui. Quare gratũ mihi fe ceris, si uxori tuæ Iuniæ, grauissime, atq; optime fœminæ, meis uerbis eris gratulatus. A te id, quod consuesti, peto me absẽtẽ diligas, atque defendas. Vale.

MARCELLVM tuum] Etiam hac epist. gratulatur Cic. C. Mar cello, ꝙ eius frater M. Mar. consul factus esset utriusque cã, et ꝙ eius domum semper salutis,& dignitatis suæ studiosam cognouit. (Ea quã maxime optasti] sicut et dixit in alia epistola te,& pietatis in tuos,& animi in rẽp.& clarissimi, atq; optimi cõ sulatus. Caio Marcello cõsule facto fructũ cepisse uehementer gaudeo. [Domũ] familiã. [Eris gratulatus) De isto honore uestro. HVB.

MARCELLVM] Gratulatus est M. Marcello fratri, & C. Mar cello consuli: nũc autem gratulatur, ut perspicio, utriusq; patri dicẽs. Ego gaudeo mirum in modum Marcellum tuum.f. filium esse factum consulem,& te affectum esse ea lætitia, quã optasti maxime, idq; sup. facio, tum.i. pariter causa ipsius f. C. Marcelli, tum ꝙ iudico te dignissimum oĩbus rebus secundissimis.i. ꝓspe rissimis, te, dico, cuius perspexi beneuolentiã singularẽ erga me uel in labore.i. aduersitate, uel in honore meo. denique cognoui tam domum uestram studiosissimam,& cupidissimã, uel salutis f. in labore, uel dignitatis meæ f. in honore. Quare tu feceris mi hi gratum, si gratulatus eris uerbis meis Iuniæ uxori tuæ fęminæ grauissimæ, atque optimę f. de consulatu filij. Ego peto à te id qđ consuesti.i. consuetus es. ut diligas atque defendas me absentẽ. Quia in superiori dixit se matri consulis debere, quam nunc cõ iugem dicit, certum est, ꝙ patri, non fratri gratulatur. ASC.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Petit à consule ut honori, & dignitati Ciceronis faueat in senatuscõ sulto, quod petebat Cicero.

M. CIC. IMP. C. MARCELLO C. F. COS. S. P. D. 10

Qvando id accidit, quod mihi maxime fuit optatum, ut omnium Marcellorum, Marcellinorum etiã (mi rifi. us.n. generis, ac nominis uestri fuit erga me semper ani mus) quando ergo ita accidit, ut omnium uestrũ studio tuus consulatus satisfacere posset, in quem meæ res gestæ lausque & honor earũ potissimũ incideret, peto à te id quod facillimũ factu sit, nõ aspernãte, ut cõfido, senatu, ut quã honorificentis simũ S.C. literis meis recitatis faciendum cures. Si mihi tecũ minus esset, quam est cum tuis omnibus, allegarem ad te illos, à qbus intelligis me præcipue diligi. Patris tui beneficia in me sunt amplissima. neque.n. saluti meæ, neque honori amicior quisquam dici potest. frater tuus quanti me faciat, semperq; fecerit, esse hominem, qui ignoret, arbitror neminem. domus tua denique tota me semper omnibus summis officijs prosecu ta est. neque uero tu in me diligendo cuiquam concessisti tuo rum. Quare à te peto maiorem in modum, ut me per te quam ornatissimum uelis esse, meamque & in supplicatione decer nenda, & in ceteris rebus existimationem satis tibi esse com mendatam putes. Vale.

QVANDO id] rogat Cic. Marcellum, consulem designatum, ut quando accidit habere magistratum, cum ei prodesse po test, curet S.C. honorificẽtissimũ de eo fiat, ut ei faueat, & in supplicatione decernenda,& in ceteris rebus. qđ eum face re debere multis causis probat. [Quando) Quoniam. [Marcello rũ,& Marcellinorum) Erãt hæ duo inter se cognatę familię no bilissimæ. [Quando ergo] Repetit, quoniam erat obscurum adde re,& post parenthesim. [In quem] Consulatũ. [Incideret] Deue niret, i. in quo consulatu tuo ageretur de rebus meis gestis,& ho nore meo. [Non aspernãte). i. consentiente, Liptore, ut: Munera HVB.

nec sperno [Faciendum] Decernendũ,& scribendũ de me honorando. [Si esset minus tecum),i.minus amicitiæ haberem tecũ, q̃ cum omnib.tuis.[Frater M.Mat,]Concessisti cuiq̃,fuisti inferior cuiq̃.[Existimationem,Auctoritatem.

ASC. QVANDO] Rogat,ut sibi prosit in honore decernẽdo, cũ quia consul sit,possit,& quia accessorius dẽat, dicens: Qñ,i.qm̃ id,quod fuit optatum mihi maxime,accidit,i.euenit, ut consulatus tuus possit satisfacere studio omniũ Marcellorũ,& ẽt Marcellinorum.aĩus.n.noĩs,ac gñis vestri fuit semper mirificus erga me.qñ ergo ita accidit, ut consulatus tuus posset satisfacere studio,oĩum uestrũ,in quem.s.consulatũ res meę gestę.s in prouincia sup.inciderẽt,& laus,& honor earũ,incideret potissimũ, peto à te id,quod sit facillimum factu.i.ut fiat:senatu(ut cõfido) nõ aspernante,ut literis meis recitatis.i.postq̃ erunt recitatæ,cures senatusconsultum i.decretũ de honore meo faciendum.i.ut fiat q̃ honorificentissimũ.Si minus.s.necessitudinis, & amicitiæ esset mihi tecum,q̃ est cum oĩb.tuis.s.consanguineis,allegarem .i. intercessores mitterẽ ad te oẽs,à quib.intelligis me diligi præcipue.Beneficia patris tui sunt amplissima in me. Ego arbitror neminẽ.i nullum hoĩem esse,qui ignoret q̃ti,frater tuus.s.Marcus,me faciat.s.mõ.Est.n.pñtis sub unctiui,& fecerit semp. Deniq; tota domus.s.familia tua prosecuta est me semper omnib. summis officiis.Neq; uero tu cõcessisti.i.locũ dedisti cuiq̃ tuorũ.s.parentũ,in diligendo me.quare peto à te,ut uelis me esse p te.i.tuo decreto q̃ ornatissimũ.i.sũmis honorib.ut sunt,supplicatio,& triũphus,putes existimationẽ.i. reputationẽ meã ẽẽ satis cõmendatã tibi,& in supplicatione decernẽda, & in ceteris reb.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Agit gratias Marcello, quod in dignitate, & ornamento ab illo adiutus sit.

M. CIC. IMP. C. MARCELLO COS. S. P. D. 11

QVanta tibi curæ meus honos fuerit, & quam idem extiteris consul in me ornando, & amplificando, qui fueras semper cum parentibus tuis, & cũ tota domo, etsi res ipsa loquebatur; cognoui tamen ex meorum omnium literis.itaq; nihil est tantũ, quod ego non tua causa debeam, facturusq. sim cum studiose, tum libẽter.nã magni interest, cui debeas, debere autem nemini malui, q̃ tibi, cui me cum studia cõia, beneficia paterna, tuaq. iã ante coniunxerant; tum accedit, mea quidem sñia, maximũ uinculũ, q ita remp. geris, atq; gessisti, quã mihi carius nihil est, ut q̃tum tibi oẽs boni debeant, quo minus tantundẽ ego unus debeam, non recusem q̃obrẽ tibi uelim ij sint exitus, quos mereris, & quos fore confido. Ego, si me nauigatio non morabitur, quæ incurrebat in ipsos Etesias, propediem te, ut spero uidebo. Vale.

HVB. QVanta]C. Marcel. superiore epist. à Cic. rogatus, ut ei faueret in dignitate sua, id fecerat diligentissime. Itaq; Cice.fatetur se ei obligatum,& propter hanc cãm, & pp alias, quas enumerat. Postremo dicit se propediem uenturũ, nisi à uentis impedita fuerit nauigatio sua [Idem]Talis. [Res] Effectus, quia te fauente, decretæ erant mihi supplicationes [Tm̃]Tã magnũ,& difficile[Ita]Tanto consilio,& diligẽtia[Ij]tales. Etesias] Ventos de quibus diximus lib 2. in epist. quæ incipit: Non potuit accuratius, in fine.

ASC. QVANTAE &c.] Fatetur gratum esse officiũ Marcelli, & se illi deuinctum, ac demũ dicit se propediẽ uenturum, nisi à uentis impedita fuerit nauigatio sua Ordo est: Etsi.i. q̃q̃ res ipsa loquebatur, i.satis declarabat, tñ cognoui ex literis oĩum meorũ, quantæ curę honos meus fuerit tibi,& q̃,i.quantum, extiteris.i. fueris, aut appatueris idem.i.eiusdẽ animi in me ornando, & amplificando, consul i.cum esses consul. Qui.i. qualis fueras semp cum parentib. tuis. Itaque nihil est tantum, i.tam magnũ, quod ego non debeam tua cã.i, in re tua, & quod ego non sim facturus studiose, diligenter, ac libenter. Nã interest.i refert magni i.multum, cui debeas, autem.i, sed, ego memini malui debere, quàm tibi, cum.s.ita sit, q studia cõia & beneficia paterna, & tua, coniũxerant me iam ante.i. prius, tum.i.euidentius, quidem.i. certe sẽtentia mea.i.quantũ sentio, maximum uinculũ accessit.i.additũ est necessitudini amoris, q geris, atque gessisti, rẽp. qua nihil est carius mihi, ita ut non recusem quo minus.i. ut non ego debeam tibi tm̃, quantum oẽs boni. Quãobrẽ uelim sup. ut hi.i.tales sint tibi exitus.s.consulatus tui, quos.i.quales mereris, & con

fido fore.i.futuros. Ego, ut spero, uidebo te propediẽ, si nauigatio nõ morabit.i.tenebit in mora me, q.s.nauigatio ĩcurrebat in ipsos Etesias.s.uentos, q à Strabone subsolani.s. Euri dicuntur.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Officiosa est epistola, & petitoria, ut ei succedatur.

M. CIC. IMP. L. PAVLO COS. S. D. 12

ETsi mihi nunq̃ fuit dubium, quin te populus R. pro tuis summis in remp. meritis, et pro amplissima familiæ dignitate, summo studio, cunctis suffragijs consulem facturus esset; tamen incredibili lætitia sum affectus, cũ id mihi nunciatũ ẽ, eũq. honorẽ tibi deos fortunare uolo, à teq. ex tua, maiorũq. tuorũ dignitate administrari. atq; utinã p̃sens illum diẽ mihi optatissimũ uidere potuissem, proq. tuis amplissimis erga me studijs, atq; beneficijs tibi operã meam, studiumque nauare quã mihi facultatẽ quando hic nec opinatus, & improuisus prouinciæ casus eripuit, tamen ut te consulẽ remp. pro tua dignitate gerentẽ uidere possim, magnopere à te peto, ut operam des, efficias, ne quid mihi fiat iniuriæ, ne ue quid t pis ad meũ annuũ munus accedat. quod si feceris, magnus ad tua pristina erga me studia cumulus accedet. Vale.

ETsi mihi] Ostendit Cic. se sũma lætitia affectum esse. q Paulum consulẽ factum intellexit.& optat hunc honorẽ ei felicem fore. Optat aũt se interfuisse, ut potuisset ei p̃starẽ operã suã. Postremo eũ rogat, ut det operã, ne quid t pis ei ,progetur. [Amplissima familiæ dignitate) nã Paulorũ familia à multis p̃clari uiris nobilissima fuit à Paulo illo Aemilio originẽ ducens, quẽ Pythagoræ discipulũ fuisse arbitrant. Ex ea familia fuit ille Paulus, qui ad Cãnas gloriosissime occubuit, ut tãtæ reip. calamitati superesset, & ille q Perseũ Macedoniæ Regẽ uicit. [Cũctis suffragiis] i.oĩum app̃bationib. [Nauare] Diligenter p̃stare. [Hic] Quia p p̃minẽtia belli cõpulsus sum uenire in prouinciã. [Ne qd mihi fiat iniurię] Iniuriã sibi factam existimat, si ultra statutũ t ps cogatur esse in prouincia [Munus] Officiũ, procõsulatũ. HVB. Paulorũ familia. Nauare Munus

ASC. ETSI &c] Gratulatur Paulo de consulatu, dicit se uelle interfuisse honorib illius, rogans ne quid t pis sibi prorogetur. Ordo est. Etsi nunquã fuit dubiũ q̃n P.R. facturus esset summo studio, & cũctis sufragijs te cõsulẽ, pro summis meritis tuis in rẽp. & p amplissima dignitate familię tuæ; tñ ego affectus sum incredibili lætitia; cũ id nunciatũ est mihi, & uolo i.opto deos fortunare.i.secundare tibi cũ honorẽ i.honorificũ m̃ratum, & administrari à te ex dignitate tua.i.scd̃m dignitatẽ tuã, & maiorũ tuorum Atq; utinã ego pñs potuissem uidere illũ diẽ:s. comitiorũ, optatissimũ, atq; nauare.i.copiose impendere tibi operã meã, & studiũ.s.meũ p amplissimis studijs tuis erga me. Quã facultatẽ, qñ.i.qm̃, hic casus.i.fortuitus aditus ,puicię nec opinatus, & improuisus eripuit mihi:tñ peto magnopere à te, ut des operã, & efficias neqd iniurię fiat mihi, neq̃d.i.aliqd t pis accedat.i.addatur ad munus.i.onus meum annuũ.i. legitime duntaxat p annũ gerendum, ut possim uidere te consulem gerentem rempu. pro dignitate tua. quod si feceris magnus cumulus.i.magnum incrementum, accedet.i.addetur ad pristina studia tua erga me.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Officium suum Paulo approbat, deinde petit ut dignitatem illius promoueat illi senatusconsulto approbando.

M. CIC. IMP. L. PAVLO COS. S. D. 13

MAxime mihi fuit optatum, Romæ esse tecũ, multas ob causas, sed præcipue ut & in petendo, & in gerẽdo cõsulatu meum tibi debitum studium perspicere posses. ac petitionis quidem tuæ ratio mihi semper fuit explorata; sed tamẽ nauare o pam uolebam. in consulatu uero cupio equidẽ te minus habere negocij: sed moleste fero, me consulẽ tuum studiũ adolescẽtis p̃spexisse meum, cum id ætatis sim, p̃spicere non posse. sed ita fato nescio quo contigisse arbitror, ut tibi ad me ornandum semper detur facultas, mihi ad remunerandum nihil suppetat, præter uoluntatem. ornasti consulatum, ornasti reditum meum. incidit meum tempus rerum gerẽdarũ in ipsum consulatũ tuũ. itaq;, cũ & tua summa amplitudo, et dignitas et meus magnus honos; magnaq. existim... to postulare uideatur,

uideatur, ut à te pluribus uerbis contendã, ac petam, ut quã honorificentissimum S.C. de meis rebus gestis faciendũ cures, non audio uehementer à te contendere, ne aut ipse tuæ perpetuæ consuetudinis erga me oblitus esse uidear, aut te oblitũ putem. quare, ut te uelle arbitror, ita faciã, atq; ab eo, quem omnes gentes sciunt de me optime meritũ, breuiter petam. Si alij consules essent, ad te potissimum Paule mitterem, ut eos mihi quã amicissimos redderes. nunc, cũ tua summa potestas, summaq; auctoritas, notaq; omnibus nostra necessitudo sit, uehementer te rogo, ut & quã honorificentissime cures decernendum de meis rebus gestis, & quam celerrime dignas res esse & honore, & gratulatione cognosces ex ijs literis, quas ad te, & ad collegam, & senatum publice misi: omniumq; mearum reliquarum rerum, maximeq; existimationis meæ procurationem susceptam uelim habeas, in primisque tibi curæ sit, quod abs te superioribus quoq; literis petiui, ne mihi tempus prorogetur. Cupio te consulem uidere, omniaque, quæ spero, cum absens, tum etiam præsens, te consule assequi. Vale.

HVB. M*axime*] Dolet Cic. ꝙ non fuerit R. quo tpe Paulus petiuit
cõsulatũ, ut potuisset eũ iuuare, quẽadmodũ ab eo adiu-
tus est alias, & in salute, & dignitate. postea uero cõmendat ei ho
norẽ suũ, ut curet S.C. honorificentissimum de rebus suis gestis
decerni, sicut ẽt supra scripsit ad Mar. postremo neq; tpis sibi ꝓ
rogetur, sicut & in superiore epist. [Romæ mihi semp fuit) Quia
scio te, & summa moderatione, & uirtute fretũ petiuisse. [Mi-
nus negocij] Minus laboris. [Sed moleste fero) Sẽsus est: Doleo,
qđ cũ eẽm cõsul. adolescens pstiteris mihi studium tuũ. nunc er-
go iã grauioris ætatis, nõ potuerim tibi pstare meũ. [Nescio quo
fato) Nescio quo infortunio, uel fatorum, quadã dispositione.
[Suppetat] Sufficiat, sit. [Præter uoluntatẽ] Excepta uoluntate, q̃
semp est prõptissima. [Cõsuetudinis perpetuæ]. s. me semper or-
nãdi. [Alij] Quã tu. [Dignas gratulatione] Supplicatione, in qua
gratulemur dij, Val. Max. lib. i. ca. i. Prisco ẽt instituto opera da-
tur, cum aliquid cõmendandum precatione, cum exposcendum
uoto, consulendum gratulatione [Ad co. ma.] Intelligit ad quem
supra scripsit. [Procurationem] Tutelam, defensionem.

ASC. *MAXIME &c.*] Iterum sibi dolere dicit, ꝙ non fuerit Romæ,
cum Paulus consulatum peteret, ut ei auxilio fuisse potuisset. De
inde cõmẽdat ei honorẽ suum in S.C. habẽdo, & demum rogat,
ne prouincia sibi prorogetur. Ordo est: O Paule optatum fuit ma
xime mihi, idest à me, esse tecum Romæ ob multas causas, sed
pręcipue, ut posses perspicere studium meum debitum tibi in pe
tendo, & gerendo consulatu. i. dum peteres, & gereres cõsulatũ.
At ratio. i. ratificatio quidem petitionis tuæ fuit semper explora
ta mihi, sed tñ uolebã. i. optabã nauare operam. i. tibi impendere
magnũ auxiliũ. Verũ. i. sed, cupio equidem te hrẽ minus nego-
cij. i. difficultatis in consulatu. s. gerendo, sed fero moleste me cõ
sulẽ. i. cũ essem cõsul, perspexisse studium tuũ. i. diligentem fauo
rem in me adolescentis. i. cũ esses adhuc adolescens, & non posse
ꝑspicere studium meum. s. in te, cũ sim id ætatis. i. in ea ętate, hoc
est tã senex. Figurate dr̃ id ætatis, sicut id genus, pro eius generis.
Sed arbitror cõtigisse nescio quo fato. i. deorum ordinatione, ita
ut facultas detur tibi semper ad ornandũ me, & nihil suppetat. i.
facultatis sit ad remunerandũ præter uoluntatem. Tu ornasti cõ
sulatum meum, ornasti reditum meũ, quia meũ tps rerũ gerẽda-
rum. i. quo res gessi. s. præclaras in Cilicia, incidit in ipsum con-
sulatum tuum. Itaq; cum summa amplitudo, & dignitas tua, &
magnus honos meus, & magna existimatio. i. reputatio de me ui
deatur postulare, ut cõtendam, ac petam à te plurimis uerbis, aut
cures senatusconsultum. i. decretum senatus. i. super ea re consul-
ti, faciendum. i. ut fiat, quàm honorificẽtissimum de rebus gestis
meis, non audeo cõtendere. i. exigere uehemẽter à te, ne aut ipse
. i. egomet uidear oblitus esse, aut putem te oblitũ esse perpetuæ
cõsuetudinis tuæ erga me. Quare ego faciã ita, ut arbitror te uel-
le, atq; petã ab eo hoc est à te, quẽ omnes gentes sciunt meritum
optime de me. Ideo ergo breuiter, quia quẽ semper munificum,
in nos perspeximus, non opus est multis uerbis urgere. ingenio-
se ergo, ut semp petit. Si alij essent consules, ò Paule, ego mitterẽ
. s. nũcios, & literas potissimũ ad te, ut redderes eos, quã amicissi
mos mihi nunc cum summa potestas, & summa auctoritas tua,
& necessitudo nostra nota sit omnibus. rogo te uehemẽter, ut cu-
res decernẽdum quàm honorificentissime de rebus meis gestis,
& quã celerrime. i. ualde cito. tu cognosces res esse dignas, & ho-
nore, & gratulatione ex lr̃is, quas misi publice ad te, & collegã. s.
consulem. s. C. Mar. & ad senatũ, & uelim sup. ut habeas susceptã
. i. suscipias procurationem omniũ reliquarum rerũ mearum, &
maxime. i. ꝑcipue existimationis meæ. i. famæ meæ, ubi meæ ui-
det̃ passiue poni. inest tñ uis possidendi quędã, & sup. ut curæ sit
tibi in primis quod petiui, quoque. i. ẽt literis superiorib. abs te,
ne tps prorogetur. i. extendatur mihi. i. administratione prouin-
ciæ meę, Cupio uidere te consulem, & assequi omnia, te consule,
tum absens. s. supplicationem, tum præsens. s. triumphum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Respondet ad Cassii commendationem & se illum cupisse uidere antequam in prouinciam iret, dicit: postremo petit, ut operam det, ut ei succedatur.

M. CIC. C. CASSIO PROQVAEST. S. 14

M. Fabium quòd mihi amicũ tua commendatione das, nullum in eo facio quæstum. multi. n. anni sunt, cum ille in ære meo est, et à me diligitur propter summã suã humanitatẽ, & obseruantiã. sed tamen ꝙ te ab eo egregie diligi sensi, multo amicior ei sum factus. itaq; q̃q̃ ꝓfecerũt literæ tuæ: tamen aliquanto plus cõmendationis apud me habuit aĩus ipsius erga te mihi perspectus, & cognitus. Sed de Fabio faciemus studiose quæ rogas. Tu multis de causis uellem, me conuenire potuisses: primũ, ut te, quẽ iamdiu plurimi facio, tanto interuallo uiderẽ: deinde ut tibi, quod feci per literas, possem ꝑsens gratulari: tũ, ut quibus de rebus uellemus, ut tuis, ego meis, inter nos cõmunicaremus: postremo, ut amicitia nostra, q̃ summis officijs ab utroq; culta est, sed longis interuallis temporũ interruptã cõsuetudinẽ habuit, confirmaretur uehementius. id quando non accidit, utemur bono literarũ; & eadẽ fere absentes, quæ si corã essemus, consequemur. unus. s. ille fructus, qui in te uidendo est, percipi literis non potest: alter gratulationis est, is qdem exilior, quã si tibi, te ipsum intuens, gratularer. sed tamen, & feci ante, & facio nunc, tibiq; cum pro rerum magnitudine, quas gessisti, tum pro opportunitate temporis gratulor, quod te de prouincia decedentem summa laus, & de summa gratia prouinciæ ꝓsecuta est. Tertium est, ut id, quod de nostris rebus coram communicassemus inter nos, cõficiamus idem literis. ego ceterarũ rerum causa tibi Romã properandum magnopere censeo. nam & ea, quæ reliqui, trãquilla de te erant, & hac tua recenti uictoria tanta clarũ aduentum tuũ fore intelligo. sed si quæ sunt onera tuorũ; si tanta sunt, ut ista sustinere possis, nihil tibi erit lautius, nihil gloriosius. sin maiora, considera, ne in alienissimum tẽpus cadat aduentus tuus. huius rei totum consilium tuum est. tu. n. † scis quid sustinere possis. si potes, laudabile, atque populare est. sin plane non potes, absens hoĩum sermones facilius sustinebis. De me aũt idem tecum his ago literis, quod superiorib. egi: ut omnes tuos neruos in eo contendas, ne quid mihi ad prouinciam, quam, & senatus, & populus annuã esse uoluit, temporis prorogetur. hoc à te ita contẽdo, ut in eo fortunas meas positas putem. Habes Paulum nostrum nostri cupidissimum: est Curio: est Furnius. sic uelim enitare, quasi in eo sint mihi omnia. Extremum illud est de ijs, quæ proposueram, confirmatio nostræ amicitiæ. de qua pluribus uerbis nihil opus est. tu puer me appetisti: ego autẽ semper ornamento te mihi fore duxi. fuisti ẽt præsidio tristissimis meis temporibus. accessit post tuum discessum familiaritas mihi cum Bruto tuo maxima. itaq; in uestro ingenio, & industria mihi plurimum, et suauitatis & dignitatis constitutum puto. id tu ut ut tuo studio confirmes, te uehementer rogo, literasq; ad me, & continuo mittas, &, cum Romam ueneris, quam sæpissime. Vale.

† alias, sentis

M. *Fabium*] Ante tempora bellorum ciuilium scripta est hæc epist cum Cic. Ciliciæ præesset. Primum autem pollicetur se omnia studiose facturum pro M. Fabio, quem Cassius ei cõmendauerat, sui autem in eum officij multas causas commemorat. Postea uero enumerat aliquot causas, quibus dicit se optasse, HVB.

potuisse

potuisse uidere ipsum Cassium anteq̃ ex prouincia discederet. exponit aũt quid sentiat de eius aduentu ad urbem. Postremo ab eo petit, ut oẽm operam, & diligentiam adhibeat, ne quid tẽporis ad eã prouinciam sibi prorogetur. & cõmemorat Cic. quasdã causas amicitiæ, & beneuolentiæ inter se, & Cassium. [Quòd] q a [Nullum in eo facio quæstũ] Hunc locum scio à multis non intelligi, qui ita exponunt, nullũ lucrum facio, quia non exigo ab eo pecuniam, q̃ mihi dent, sed hæc uerba longe aliter sonant. est ergo sensus huius clausulæ hic, ꝙ cõmendatione tua tradis mihi amicũ M. Fab. nihil lucror de eo mihi. [Tua cõmendatione.] Dato amico, quia iam multis annis erat meus. tunc. n. lucramur, qñ aliquis, qui nõ soleret esse amicus, datur nobis amicus, sicut cum datur nobis aliquid, quod non esset nostrum. cum. n. datur nobis, quod erat nostrũ, nihil in eo lucri facimus. [In ęre meo est] Translatio sumpta à nũmis. i. iã multis annis est meus, & à me, ut ita dicã, possidetur [Profecerunt] ualuerunt multum, ut esset mihi cõmendatus. [Aĩus ipsius erga te] i. plus tñ habui commendatum ea causa ꝙ cognoui eum esse amantissimo in te animo [Tanto interuallo] Tanto spatio tpis, nam iamdiu te non uidi. [Deinde] secunda causa [Gratulari.] De uictoria tua, & rebus bene gestis in prouincia. nã supra lib. ij. sic scripsit Cic. ad M. Cęl. Cass. noster, quod mihi magnæ uoluptati fuit, feliciter ab Antiochia hostem reiecerat [Cõicaremus] Cõiter, & simul colloqueremur. [Postremo] Vltimo [Interuptam] Intermissam. Virg. Pendent opera interrupta, minęq;. Murorum ingentes. [Id] ut potueris me conuenire. [Bono] Cõmo [Consequemur] Cõparabimus .s. per literas. [Scilicet] certe, affirmatiua. n. particula est. [Fruct⁹]

Scilicet Fructus uoluptas. Alter] Fructus [Exilior] tenuior, mitior. [Quas gessisti.] Reiectis Parthis ab Antiochia, nam qui dicũt, intelligi res gestas à Cass. in Syriam contra Dolobel. non aduertunt historiã peruerti, cum Cic. præfuerit prouincię ante mortem Cass. & quæ Cas. egit contra Dolabel. in Syria fuerint Cæsa. iam occiso, ut uisum est lib. 12 [Gratia] Beneuolentia. [Conficiamus idem literis] Cõicemus per literas de rebus nostris. [Quæ reliqui] Scilicet Romæ. i. quæ agebatur Rom. cum ego discessi. [Tranquilla de te erant] Quieta, quod non multum de te loquebantur hoĩes. [Recenti] Noua. [Clarum] Illustrem omnibus notum. qñ. n. aliquis uir in patriã aduenit magnis reb. gestis oẽs de eo loquuntur. [Si qua sunt onera tuorum] i. si tui, quos tecum habes, aliquid egerunt, quod tibi sit defendendum [Sustinere] Defendere. [Maiora] Quàm tu sustinere possis. [Alienissimum] Incõmodissimum.

Pupula re [Cadat] Incidat [Tuum] qui scis, quæ tibi tuorum onera sint. [Populare] Fauorabile. [Non potes] Sustinere [Facilius] q̃ si esses Romæ & audires. intelligimus autem aliquid minus bene factum fuisse ab ijs, qui erant cum Cassio. quod & minus bonam famã,

Neruos apud hoĩes faceret [Neruos] Vires, tractum est ab Eunu. Terent. Vbi tu neruos intendas tuos. ex hoc aũt loco Cice. possumus intelligere apud Teren. non esse obscœne intelligendum, ut quidam male sentiunt, [Annuam] administrationem unius anni. [Contendo] Efflagito [Fortunas] Omnia mea. [Paulum] Consulem, quem supra uidimus ẽt a Cic. de hac re rogatum. [Curio] ad quem lib. 2. de hac re scripsit episto. quæ incipit: Sera gratulatio [De qua] confirmatione nostræ amicitiæ. [Appetisti] Spõte optasti amicum. [Duxi] Existimaui. [Ornamento] honori. [Pręsidio] adiumento. Tristissimis temporibus] Exilij mei, cum, ut restitueret in patriam mihi fauisti [Tuo] tibi sanguine coniuncto. [Vestro] Tuo, & Bruti. [Continuo] statim, ut meas acceperis. [Quam sæpissime] Mittas literas.

ASC. *MARCVM &c.*] scripta est hæc epistola ante bella ciuilia, cũ Cic. Cilicię pręesset. Pollicetur itaque primum se omnia studiosissime facturum pro M. Fabio sibi a Cass. cõmendato. Exponit etiam, quid sentiat de reditu suo in urbem. Postremo ab eo petit, ut diligentissime curet, ne quid temporis sibi prorogetur. Ordo est: Ego nullum quæstum. i. lucrũ facio in eo, ꝙ das. i. efficis tua cõmendatione M. Fabium amicum mihi. Multi. n. anni sunt cũ. i. post quos ille est in ære meo. i. meus, & diligitur à me propter summã humanitatem, & obseruantiam eius. s. in me. Sed tamen factus sum multo amicior ei, ꝙ. i. quia diligeris egregie ab eo. Itaq; q̃q̃ literæ tuæ profecerunt, tamẽ animus ipsius erga te perspectus, & cognitus mihi, habuit plus aliquanto cõmendationis apud me. Sed nos faciemus studiose ea, quæ rogas. de Fabio uellem de multis causis. i. ob multas causas sup. tu potuisses conuenire. i. adire me. Primum, ut viderem tanto interuallo. i. post tm̃ interuallum te, quem facio plurimi iamdiu. Deinde, ut quod feci p literas, possem. s. facere præsens, hoc est gratulari tibi, tum. i. tertio loco, ut cõicares inter nos de quibus rebus uellem, tu sup. cõmunicares de tuis, & ego sup. cõicarem de meis. Postremo ut amicitia nostra, quæ culta est ab utroque. s. nostrum, summis officijs, sed habuit consuetudinem interruptam longis interuallis temporis, confirmaretur uehementer. Quando. i. Qm̃ id. s. nos cõuenisse, non accidit, utemur bono. i. utilitate literarum, & consequemur. i. obtinebimus ferè eadem absentes, quæ. s. consecuti essemus, si essemus coram. i. præsentes. Scilicet cur ferè dixerim, quia ille unus fructus. i. ea una uoluptas. quæ est in te uidendo, non põt percipi literis, alter. s. fructus est gratulationis, & is quidem exilior. i. minor est, q̃ si gratularer tibi, intuens te ipsum. Sed tamen & feci antea, & facio nunc, ꝙ pro. i. gratulor tibi, cum. s. ita sit, ꝙ pro magnitudine rerum, quas gessisti. s. reiiciendo Parthos Antiochia, tu pro opportunitate temporis, ꝙ summa laus, & summa gratia prouincię prosecuta est, te decedentem de prouincia. Tertium est, ut idem conficiam. i. transigam literis, id quod cõicassemus coram inter nos de rebus nostris. Ego censeo properandum esse tibi Romam causa certarum, melius q̃ ceterarum rerum. Nam & ea quæ reliqui. s. exiens in Ciliciam, erant tranquilla. i. quieta de te. i. nihil male dicebatur, & intelligo aduentum tuum fore tam clarum hac uictoria tua recenti. Sed si qua sunt onera tuorum, aut necessariorum, aut militum, si supp. ea tanta sunt, ut possis sustinere. portare contra impetum populi ea, prope. i. quasi nihil lautius. i. splẽdidius, aut gloriosius erit tibi. s. quam ea sustinere. sin. i. sed si sup. sunt maiora, quam ut sustinere possis, considera ne aduentus tuus cadat in tempus alienissimum. i. quo propter tuorum culpam P. R. sit maxime infensus. Consilium huius rei est totum tuum. Tu. n. scis, quid possis sustinere, si posses sup. sustinere, est laudabile, atque populare. i. plausibile populo. Sin planè non potes. s. sustinere pręsens, tu sustinebis facilius absens sermones hominum. Autem. i. sed, ego ago de me tecum his literis idem, quod egi, superioribus, ut cõtendas. s. reuersus, oẽs neruos tuos. i. uires in eo, ne quid temporis prorogetur. i. addatur mihi ad hanc prouinciam, quam & senatus, & populus uolunt esse annuam. i. durare annum. Ego contendo. i. exigo a te hoc, s. non prorogari imperium, ut putem fortunas meas. i. omnes facultates positas sup. esse in eo. Tu habes. s. Formiæ, Paulum. s. consulem nostrũ. i. cõem amicum, cupidissimum nostri. Curio est sup. tibi. Furnius est tibi. i. habes eos. Ego uelim enitare in eo sic. quasi omnia sint in eo. Extremum de ijs, quæ proposueram, est illud, uidelicet confirmatio amicitiæ nostræ. de qua nihil opus est pluribus uerbis. Tu puer. i. cum esses adhuc puer, appetisti, me. i. consuetudinem meam. Ego autẽ duxi. i. iudicaui, semper te fore mihi ornamento, tu fuisti, etiam. i. insuper præsidio. s. protectioni & custodiæ, temporibus meis tristissimis. s. quando exulaui. Familiaritas mixi maxima cum Bruto tuo. s. propinquo accessit. i. addita est, post discessum tuum. s. in prouinciam. Itaq; ego puto plurimum & suauitatis, & dignitatis constitutum mihi in ingenio uestro. s. tuo, & Bruti, & in industria sup. uestra. rogo uehementer, ut tu confirmes. i. stabilias id. i. eam spem meam, studio. i. fauorabili annixu tuo, & ut mittas literas ad me, &. i. pariter cõtinuo. s. his lectis, & q̃ sæpissime, cum ueneris Romam.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Consilium suum in bellis ciuilibus oxponit.

M. CIC. S. D. C. CASSIO 15

ETsi uterq; nostrum spe pacis, & odio ciuilis sanguinis abesse à belli pertinacia uoluit; tamen, quando eius consilij princeps ego fuisse uideor, plus fortasse tibi præstare ipse debeo, q̃ à te expectare, etsi, ut sæpe soleo mecum recordari, sermo familiaris meus tecum, & item mecum tuus adduxit utrunque nostrum ad id consilium, ut uno prælio putaremus si non totam causam, at certe nostrum iudicium definiri conuenire, neque quisquam hanc nostram sententiam uere unq̃ reprehendit præter eos, qui arbitrantur melius esse deleri omnino remp. quam imminutam, & debilitatam manere. ego autem ex interitu eius nullam spem .s. mihi proponebam ex reliquijs magnam. sed ea sunt consecuta, ut magis mirum sit accidere illa potuisse, q̃ nos non uidisse ea futura, nec, cum homines essemus, diuinare potuisse. equidem fateor meam coniecturam hanc fuisse, ut illo quasi quodam fatali prælio facto, & uictores cõi saluti consulere uellent, & uicti suæ. utrunque autem positum esse arbitrabar in celeritate uictoris. quæ si fuisset, eandem clementiàm experta esset Africa, quam cognouit Asia, quam etiam Athaia, &, ut opinor, ipso legato, ac deprecatore. amissis autem temporibus, quæ plurimum ualẽt,

præ-

præsertim in bellis ciuilibus, interpositus annus alios induxit, ut uictoriam sperarent, alios ut ipsum uinci contemnerent, atque horum malorum omniũ culpam fortuna sustinet. quis. n. putaret aut Alexandrini belli tantam moram huic bello adiunctum iri: aut nescio quẽ istum Pharnacem Asiæ terrorem illaturũ: nos tamen, in consilio pari, casu dissimili, usi sumus. tu. n. eam partem petisti, ut & consilijs interesses, &, quod maxime curam leuat, futura animo prospicere posses: ego, qui festinaui, ut Cæsarem in Italia uiderem, (sic enim arbitrabamur) eumq; multis honestissimis uiris conseruari redeuntem, ad pacẽ currentem, ut aiunt, incitarẽ, ab illo longissime & absum, & absui; uersor autẽ in gemitu Italiæ, & in urbis miserrimis querelis: quibus aliquid opis fortasse ego pro mea, tu pro tua, p sua quisq; parte ferre potuisset. si auctor affuisset. Quare uelim, pro tua erga me perpetua beneuolentia, scribas ad me quid uideas, quid sentias, quid expectandum, quid agendũ nobis existimes. magni erunt mihi tuæ literæ, atq; utinam primis illis, quas Luceria miseras, paruissem. sine ulla enim molestia dignitatem meam retinuissem. Vale.

HVB. ETSI *uterque*) Exponit Cic. hac epist. quæ sentẽtia fuerit sua de exitu bellorum ciuilium inter Cæs. & Pompeiũ, & quid alij arbitrarentur. Deinde se nõ potuisse ad Cæsarem uenire, quẽadmodum festinauerat. Itaq; petit à Cassio, ut ad se scribat, quid sentiat, quid expectandũ, quid agendum putet. [Abesse) Discedere [Pertinacia) Perseuerantia. [Belli) ciuilis [Quãdo] Quoniam. [Princeps) Primus auctor, & suasor, q a ut supra alio loco uisum est, quidam appellabant Ci. tubam ciuilis belli. [Præstare) In cõsulendo, & hortando. [Mecum) intra me, in aío meo. [Definiri) determinari, utrum rectum fuerit, an non. [Vno Prælio) Vno conflictu, quo posset cognosci, utrũ recte iudicassemus, an non. [Imminutam) priuatam aliqua parte tuæ dignitatis. [Ego aut. [Ostẽdit suam sniam contrariam esse superiori, quia melius sit tempu. esse imminutam, q̃ omnino deleat, quia si aliquid remaneret, esset aliqua spes, si omnino interijsset, nulla omnino spes esset. [Ex reliquijs) i. ex aliqua particula, quę remaneret de repu. [Diuinare) Prædicare futura. [Cum essemus hoĩes) quib. futura omnino sunt abscondita [Fatali quasi) Quasi fata instituissent [Cõmuni. s.) Parcendo uictis, & seruando omnes. [Suæ saluti) s. uellent consulere diffidentes à pertinacia belli. [Vtrunque) q uictores consulerent saluti cõi, & uicti suæ. [In celeritate uictoris) Si uictor celeriter fecisset. [Quæ) Celeritas [Africa). i. ij, qui in Africam se receperunt, intelligit Cat qui ad Iubam se receperat [Asia & Achaia) vbi uictis pepercit. [Ipso legato, ac deprecatore) i. ipso uictore legato, à deprecante, ut clementiam eius experiri uellemus. [Interpositus annus) Interpositio enim temporis facit, ut mutentur opiniones. [Fortuna) Quæ uidetur aduersari omnibus cęptis nostris & conatib. [Nescio quem) Per contemptum dixit. [Pharnacem) Filium Mithridatis, hoc nomen, in ar, penultimam corripit, cum reliqua producant [Eam partem) Cæsarianã. [Currentem ad pacem, prouerbialiter dixit, & translatum ab equo i. optime dispositum. [Absum) Quia nõ ueni in Italiam. [Auctor) Cæs. qui potest eius querelis mederi. [Magni erunt literæ tuæ). i. magnifaciam literas tuas. [Luceria) Vrbe.

ASC. *ETSI opportunit. &c*] Primũ dicit se magis laborare de ualetudine Tironis eius cã, q̃ sua, deinde iterum hortatur ad curandũ ualetudinem, q̃ in febrem quartanam conuersa erat. Postea dicit se offendisse bella ciuilia Romæ, triumphumq; suũ dilatũ causa Lentuli consulis. Ordo est: Etsi.i. quanquã ego desidero in omnibus locis opportunitatem.i. commoditatẽ tempestiuam operę.i. operationis diligentis tuæ, tñ doleo non tam.i. tantopere causa mea, q̃ idest, quantopere cã tua. Sed qñ.i. qm̃ uis.i. uiolentia morbi conuersa est in quartanam.s. febrem (sic.n. Curius scribit) spero diligentia adhibita, idest postquam diligentia erit adhibita, te fore, idest futurum etiam firmiorem, modo, idest solummodo fac, quòd est humanitatis tuæ.i. quod pertinet ad humanitatem tuam, qua te, & me prosequeris. videtur.n. sibi non parcens, & in se humanus, ut Menedemus ille Terentianus, seipsum crucians, hoc est, ne cures hoc tpe aliud, nisi ut conualescas, q̃ cõmodissime. Non ignoro quantũ labores.i. labore, & molestia afficiaris ex desiderio.i. quantum desideres mihi inseruire, sed oĩa erunt facilia.s. toleratu, si ualebis.i. sanus, & firmus eris. Nolo te festinare.i. ut festines, ne æger suscipias molestiam nauseæ.s. ex aqua marina, & nauiges periculose hieme.i. tpe hiemali. Ego accessi ad urbẽ.s. Rom. prid. non. Ian. Proditum est obuiam mihi sic, ut nihil potuerit fieri honoratius. Sed incidi in ipsam flammã.i. apertissimum incẽdium discordiæ ciuilis, uel potius belli, cui cuperem mederi.i. remediũ afferre, &, ut arbitror, possem.s. mederi: cupiditates certorum hominum (nam sunt ex utraq; q. cupiant pugnare) fuerunt mihi impedimẽto. Et ipse Cæsar amicus noster miserat minaces literas ad senatum, & erat adhuc impudens.i. sine uerecundia, & pudore, qui teneret exercitum, & prouinciã, senatu inuito. Et Curio meus.s. amicus, incitabat illũ.s. Cæsarem. Anto. quidẽ noster, & Cassius profecti erant.s. cũ hæc scriberẽ, ad Cæs. cum Curione, nulla ui expulsi, q.d. propria sponte. Postea senatus dederat consulibus prætoribus trib. pl. & nobis, qui sumus procõsules, negocium, ut curemus, ne resp. caperet quid.i. aliqd detrimẽti. ciuitas nunq̃ fuit in maiore periculo. Ciues improbi.i. improbandi, quia cõtra remp. sentientes, nunquã habuerunt omnino ducem paratiorem.s. q̃ nunc sit Cæs. Comparat̃.s. exercitus.i. acquirit̃ quoq;.i. ẽt ex parte.s. nostra, & reip. Id fit auctoritate, & studio Pomp. nostri, q. cępit timere Cæs. sero.i. nimis tarde. Senatus sup. q̃uis inter has turbas.s. cogeretur, tñ frequens flagitauit.i. exegit nobis triumphũ. Sed Lent. cõsul, qđ.i. ut faceret bñficium maius.i. auctius, quia difficilius acquisitu, dixit se relaturũ.i. cõsulturum, de triumpho nr̃o, simul atq; i. statim, postq̃ expedisset ea, quæ essent necessaria de rep. Nos nil agimus cupide, & eo.i. tanto, aut ppea auctoritas est.i. æstimat̃ pluris. Regiones Italiæ sunt descriptę, quam partẽ quisq; tueretur.i. defenderet. Nos sumpsimus Capuam.s. tuẽdam. Ego. uolui te scire hæc. Tu cura ẽt atq; ẽtiam, ut ualeas; & mittas literas ad me quotiescunq; habebis, cui des. Vale etiam atq; etiam.i. iterum atq; iterum. Datum pridie Idus.i. die, qui præcessit Id. Ian.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Pericula dissensionũ ciuilium narrat, & ut ualetudinẽ curet petit.

TVLLIVS S.D. TIRONI SVO. 11

QVo in discrimine uersetur salus mea, & bonorum omnium, atq; uniuersæ reip. ex eo scire potes, quòd domos nostras, et patriã ipsam uel eiripiendã, uel inflammandã reli-

quimus.in eum locum res deducta est, ut, nisi quis deus, uel casus aliquis subuenerit.salui esse nequeamus.equidem;ut ueni ad urbem,nõ destiti oĩa & sentire,& dicere,et facere quæ ad concordiam pertinerent: sed mirus inuaserat furor non solum improbis, sed ẽt his,qui boni habentur,ut pugnare cuperent,me clamante,nihil esse bello ciuili miserius. itaque,cum Cæsar amentia quadam raperetur,&,oblitus nominis,atque honorũ suorũ, Ariminũ, Pisaurum, Anconã, Arretium occupasset:urbem reliquimus,q̃ sapienter,aut quã fortiter,nihil attinet disputare.quo q̃dẽ in casu simus, uides. feruntur oĩno cõdõnes ab illo,ut Pompeius eat in Hispaniã:delectus, q̄ sunt habiti & p̃sidia nostra dimittantur:se ulteriorem Gallia Domitio,citeriorẽ Considio Noniano (his.n.obtigerũt) traditurũ: ad consulatus petitionem se uenturũ: neq; se iam uelle absente rõnem habere sui; se p̃sentẽ trinundinũ petiturũ.accepimus cõdõnes,sed ita,ut remoueat p̃sidia ex ijs locis,q̃ occupauit;ut sine metu de his ipsis conditionib. Romæ senatus haberi possit. id ille si fecerit,spes est pacis, † non honestæ.leges.n.imponuntur, sed q̄d uis est melius, q̃ sic esse, ut sumus. sin aũt ille suis conditionib. stare noluerit,bellum paratum est, eiusmodi tamen,quod ille sustinere non possit, præsertim cum à suis cõditionibus ipse fugerit:tantummodo ut eum intercludamus, ne ad urbẽ possit accedere : q̄d sperabamus fieri posse. delectus.n. magnos habebamus , putabamusq; illum metuere.si ad urbẽ ire cepisset,ne Gallias amitteret, quas ambas habet inimicissimas præter transpadanos.ex Hispaniaq; sex legiones,& magna auxilia, Afranio,et Petreio ducibus,hẽt à tergo.uidetur, si insaniet,posse opprimi:modo ut urbe salua. maximam autẽ plagam accepit,ꝙ is, qui summã auctoritatem in illius exercitu habebat,T. Labienus socius sceleris esse noluit, reliquit illum,& nobiscũ est,multiq; idem facturi esse dicuntur . Ego adhuc oræ maritimæ p̃sum à Formijs.nullũ maius negociũ suscipere uolui,quo plus apud illũ meæ literæ,cohortationesq.ad pacẽ ualerẽt.sin aũt erit bellũ,uideo,me castris,& certis legionib. p̃futurũ Habeo ẽt illã molestiã,ꝙ Dolabella noster apud Cæsarem est. Hæc tibi nota esse uolui.quæ,caue,te perturbẽt, & impediant ualetudinem tuã.Ego Varroni,quem cũ amantissimum mei cognoui,tum etiam ualde tui studiosum,diligentissime te commendaui,ut,& ualetudinis tuæ rationem haberet,& nauigationis,& totum te susciperet,ac tueretur;quem omnia facturum confido, recepit.n.& mecum locutus est suauissime. Tu quando eo tempore mecum esse non potuisti, quo ego maxime operam & fidelitatem desideraui tuã;caue festines,aut committas,ut aut æger, aut hieme nauiges. nũquam sero te uenisse putabo,si saluus ueneris. adhuc neminem uideram,qui te postea uidisset,quàm M.Volusius, à quo tuas literas accepi,quod non mirabar: neq; enim meas puto ad te literas tanta hieme perferri.sed da operã,ut ualeas;& si ualebis, cum rectè nauigari poterit,tum nauiges.Cicero meus in Formiano erat ; Terentia, & Tullia Romæ . Cura ut ualeas 4. Kalen.Febr.Capua.

† alias, non.n. honestę

HVB. QVo in discrimine]Hac epistola longe plenius, q̃ præcedenti exposuit Cic.bellorum ciuilium causas,& tumultũ & pericula,Deinde cõsilia,& s̃nĩam suã de ijs bellis, rogatq; Tironem,ne molestiam vllam capiat de ijs rebus,ne impediant eius ualetudinem,quam hortatur,ut diligenter curet,monetque eum postremo,quomodo nauigare debeat . nulla ferè difficultas est in uerbis.[Discrimine) Periculo.[Diripiendã) Vertendam in p̃dam.[Reliquimus) Quia fugimus Capuã,ubi sunt Pomp. exercitus.[In eum locum) In talem statum.[Veni) Postq̃ ueni [Omnia sentire & dicere) Hoc ẽt testatur App.Cic. de concordia egisse,[Eos]Qui boni uiri hñr.notat consules,qui cõtradicebant oĩbus,quæ Cic.consulebat.[Ariminũ, Pisaurum) Vrbes sunt Sennonum in Italia iuxta sinum Adriaticum has aũt urbes primum occupauit Cęs.Luc. Vicinumque minax inuadit Ariminũ. & Suet. Picenũ,Vmbriam,Ethruriã occupauit.rõnem aũt affert App.dũ de Octauiano loquitur,quia inde erat facilis incursus & inuasio, & Str.lib.5.cum dicit,Annibalẽ usum esse hac via.[Quàm sapiẽter].s.reliquerimus [Nihil attinet disputare) Quia constat,& timide,& stulte nos fecisse,sed,ut inquit Luc.Danda tamen uenia est tantorum danda malorum. Pomp.fugiente timent [Eat in Hispaniam]Quam erat sortitus eo anno. [Dimittantur) Ne habeamus milites in Italia.[Obtigerunt) Sorte euenerunt.[His]Domitio,& Considio.[Se traditurum Domitio]L. Dom. Cæs.successor nominatus fuerat,& is Domitius est,quem postea Cæs. Corfinij in deditionem accepit,atque dimisit.[Se uenturum) Romam ad comitia consularia . [Trinundinum) Nundinę dies erat secundum Festum feriarum , quo populus ad urbem mercandi causa conueniebat, Macr.in Satur.negat nundinas fuisse ferias, sed Romanos instituisse nũdinas,ut octo quidem diebus in agris rustici opus facerent,nono autem intermisso rure ad mercatũ,legesque accipiendas Romam uenirent , ut scita , atque consulto frequẽtiore populo referrentur,quæ trinundino die præposita à singulis,atq; uniuersis facile noscebantur,vnde etiam mos tractus, ut leges trinundino die promulgarentur, ea re etiam candidatis usus fuit in comitium nundinis uenire, & in colle consistere,unde coram posset ab uniuersis uideri,sed hæc omnia diligẽtius, & haberi cępta,& post abolita,postquam trinundino etiã ob multitudinem plebis frequentes adesse cęperunt. Hęc Mac.significat aũt trinundinum aliud esse,q̃ nundinas, licet aperte non declaret. quid sit . puto aũt esse triũ dierum spatium ad hñda comitia creandorum magistratuum cã,ut uerba Mac.supra posita significant,& Liu.li. 3. Postquam urco comitia decemuiris creandis in trinundinum indicta sunt. Laur.tñ Valla legit trinum nundinũ, quod minus probo. Quidam ẽt accipiunt non pro spatio trium dierũ,sed pro loco quod tribus in locis uno die fierent comitia, probo tñ magis priorẽ sensum. [Ex ijs locis]Arimino , Pisauro, &c.[Non honestę) Quia uidemur ei parere,cui deberemus imperare.[Leges imponunt) Nobis à Cæs. & est rõ,quare pax non sit honesta.[Quiduis]Quod libet ẽt minus honestũ . [Sicut sumus] In tanta pturbatione rerum, & metu.[Instare suis cõditionibus] .i.si noluerit seruare conditiones quas fecit,ut supra uidimus , & quas nos accepimus.[Sustinere] Tueri [Suis) Quas ipse p̄posuit nobis,non aũt nos eis.[Itercludamus]Impediamus opponendo exercitus.[Delectus]Factus in Italia.[Gallias]Vlteriorem.& citeriorem . [Transpadanos] Qui transpadanum incolunt in Gallia Cisalpina.[Sex legiones habet) Non suas, sed sibi inimicissimas, & aduersarias : has legiones postea Cæsar appellatis partibus de repub.inuasit: Ijs autem præerant Petreius,& M. Varro. [Si insaniet) Si quid insane, & furiose fecerit contra ea , quæ nobiscum pactus est.[A tergo]à posteriori parte.s.à legionibus,quę sunt in Hispania,a tergo autem,à latere,& à fronte uocabula sunt commode ad exercitum translata . [Maximam plagam) Maximum damnum,translatio à corpore,quod plaga.i.percussione debilitari solet.[Labienus) Is unus ex ducibus Cæs.in bello,postquam uidit Cęs.mouisse bellum aduersus patriam,eum reliquit , & ad Pomp.trãsiuit. [Sceleris]Impij,& scelerati belli ciuilis,Luc.Iusque datum sceleri canimus.[Multi) Ex ducibus,& militibus Cæ. [Facturi) Idem quod fecit Labienus.[Oræ maritimæ] Regiones vicinę mari.[A Formijs] Vrbe Cãpanię.i. usq; à Formijs. [Quo] Quare. [Plus ualerent) Quia plus obtemperauit meis exhortationibus,quia uidit me non suscepisse aliud maius negocium cõtra se,quàm ut seruarem illam regionem, cui præerant.[Certis) Quibusdam. [Præfuturum) Facient enim me ducem quarundã legionum.[Noster) Et gener & amicus.[Impediant) Molestiæ enim & solicitudines solent,uel impedire ualetudinem,vel interdum renouare morbum.[A. Varroni]Is erat Patris,ubi ægrotabat Tiro.[Totum te) .i.omnia,quæ ad te pertinent.[Recepit) Promisit.[Eo tempore) Quo primum Romam adueni, & de triumpho mihi decernendo agebã,in quo potuisses mihi p̄desse.[Caue festines) caue , ne properes nimium, nam caue negationem habet sensu in se inclusam.[Cõmittas) Ne facias hoc,ut nauiges æger, &c.est autem interdum committere,facere cum errore, & repręhensione,ut non cõmittam,ut me decipias.[Saluus) Incolumis. [Quod) Neminem te uidisse post M. Volusium.[Tanta hieme) Vel tempestate maris, uel etiam tempore hiemis, ꝙ difficillima est nauigatio . Iuuen. Mense quidem brumę , cum iam mercator Iason Clausus,& armatis obstat casa candida nautis Grandia tolluntur crystallina.[Rectè) Commode & tuto. [In Formiano) In agro Formiano.[Romæ).s.Erant,cum scripsi has literas.

Nũdinæ Trindinæ

A tergo A latere A frõte

Cõmittas Saluus

ASC. QVO &c.) Exponit bellorũ ciuilium seminaria dicens:tu potes scire in quo discrimine salus mea,& oĩum bonorũ , atq; uniuersa resp.uersetur,ex eo ꝙ reliquimus domos nostras, & patriã ipsam,uel diripiendam,uel inflammandam,aduentãte.n.Cę.omnes fugerunt.Res est deducta in eum locum,ut nisi quis.i.aliquis deus,uel casus aliquis subuenerit , nequeamus esse salui. Equidẽ

ideſt ego quidem,ueni ad urbem.ſ.ex prouincia,nō deſtiti,& ſen
tire,& dicere,& facere oīa,quæ pertinerent ad concordiā.ſ.Cę.&
Pōpeij.Sed mirus furor inuaſerat.ſ.prçcordia,aut lege,inarſerat.
non ſolum improbis,ſed ēt his,qui hn̄t boni,ut cuperent pugna
re,me clamante nihil eſſe miſerius bello ciuili. Itaq, cum Cęſar
raperetur quadam ameutia, & oblitus nominis atque bonorum
ſuorum occupaſſet Ariminū,Piſaurum,Anconam,Aretium,nos
reliquimus urbem.ſ.Romam,q̄.i q̄tum ſapienter, aut q̄ fortiter
nihil attinet diſputare .i. diſcutere. Quo quidem, &c Ordo eſt:
Quidem.i.certe. Eſt tn̄ expletiua coniunctio plus ad ornatum,q̄
ad ſn̄iam faciens,tu uides.i.intelligis,in quo caſu nos ſimus. Cō
ditiones.ſ.pacis feruntur omnino ab illo.ſ.Cæſare, ut Pomp.erat
.ſ.cum imperio,in Hiſpaniam,& ſup.delectus.i.militum nouo-
rum ſcriptiones,qui ſunt habiti.i quæ iam ſunt factæ,& præſidia
noſtra.i.quæ impoſuimus urbibus cōtra Cæ.dimittantur, & ſup.
offert ſe traditurum Domitio Galliam ulteriorem .i. remotiorē
ab Italia,& ſup.Cōſidio Nouiano Galliam citeriorem.i.uicinio-
rem,& quæ citra alpes eſt Enim.i quia,ſup.dictę prouincię obti
gerunt.i.ſorte his.ſ duobus Domitio,& Conſidio,& ſup. ſe uen-
turum ad petitionem conſulatus,Neque.i.& non,& ſup. dixit ſe
nō uelle rōnem.i.p ū reſpectum ſui.i.de ſe, aut in ſe hr̄i ſe iā ab-
ſente,& ſup.dixit,aut obtulit ſe pn̄tem petiturum trinundinum
.i.ſpatium trium dierum pro nundinis.i.dicendis, &.i.nunciādis
nouis,ſeu legibus,ſeu feſtis populo ex agro in urbem cōuocato.
Nos accepimus conditiones.ſ.oblatas à Cæſ.ſed ita remoueat p̄ſi
dia.i.armatos milites ad cuſtodiam locorum fortium impoſitos
ex his locis,quæ occupauit,ut ſenatus poſſit hr̄i Romæ,de ijs ip
ſis conditionibus.Si ille.ſ.Cæſar fecerit id.i.amouerit p̄ſidia ſpes
eſt pacis Non.n.leges.i.conditiones pacis honeſtæ.i.ſenatui ho-
norificæ imponuntur.ſ.à Cæ.quaſi iam tunc dn̄o,ſed quid uis eſt
melius.i.quælibet cōditio eſt melior,q̄ eſſet ſicut ſumus. Sin aūt
.i.ſed ſi,ille .ſ. Cæſ.noluerit inſtare .i. inniti conditionibus ſuis.ſ.
nō aliter admittendo pacem,bellum eſt paratum,tn̄ eiuſmodi.i.
tale aut tam magnum contra Cæſ. quod.i.quale,aut q̄tum ſupp.
Cæſ.non poſſit ſuſtinere,præſertim,cum ipſe fugerit.i. meticulo
ſe diſceſſerit a conditionib.ſuis tātummodo.i.eo ſolum dato. Vt
intercludamus eum.i.ei facultatem præcipiamus,ne poſſit acce-
dere ad urbem,qđ ſperabamus poſſe fieri.habebamus.n.delectus
magnos,& putabamus illū metuere ſi cępiſſet ire ad urbem.ſ.Ro
mam,ne amitteret Gallias.ſ.vlteriorem,& citeriorem,quas am-
bas habet munitiſſimas.ſ.prçſidijs ſuis præter trāſpadanos.ſ.eos
Gallos,qui trās padum incolunt. Et ſex legiones.ſ. Romanorū,
& magna auxilia.ſ.ſociorum vn̄r haberi à tergo.ſ.Cæſ.i. ut inſtēt
illa à tergo ex Hiſpania,Afranio,& Petreio ducibus, quos tamē
Cæſar ad deditionem compulit,ſi ſupp. Cæſar inſaniet.i.temere
omnia audebit,ſupp.videtur poſſe opprimi, modo.i.dummodo
id fiat urbe.ſ. ſalua.Autem.i ſed Cæſar ſup. accepit maximā pla
gam.i.maximum incommodum,ꝙ is uidelicet T Labienus,qui
habebat ſummam auctoritatem in exercitu illius noluit eſſe ſo-
cius ſceleris eius.ſ.in patriam incepti,ſed ſup.reliqt illum, & eſt
nobiſcum,& multi.ſ.alij boni uiri dn̄t facturi eſſe idem.i.relictu
ri illum. Ego præſum .i. protectioni ſum adhuc oræ maritimæ.i.
regioni ad mare iacenti,à Formijs,nullum.i.non ullum,non uo
lui ſuſcipere ullum negociū maius,quo.i.ut literæ,& cohortatio
nes meæ ad pacem,ualerent plus,apud illum.ſ.Cæſ.Sin autem.i.
ſed ſi,bellum erit,ego uideo me præfuturum caſtris, & certis.i.q
buſdam legionibus Ego habeo etiam illam moleſtiam.i.crucia-
tum animi,ꝙ Dolabella noſter[quia gener Cic.eſt apud Cæ.ego
uolui hæc eſſe nota tibi,quæ caue ne perturbent te,& impediant
ualetudinem tuam. Ego commendaui te diligentiſſime A. Varro
ni.ſ.Patris agenti quem cognoui cum.ſ.ita ſit ꝙ amantiſſimum
mei,tum etiam ualde ſtudioſum tui.ſ. tibi optime uolentem aut
haberet rationem,& .i.ſimul ualetudinis tuæ,& nauigationis, &
ſuſciperet.i.in cuſtodiam ſuam aſſumeret, ac tueretur te totum,
quem ego cōfido,facturum omnia. Enim.i. quia,ipſe recepit.i. ꝓ
miſit,& locutus eſt mecum ſuauiſſime. Tu quando .i. quoniam
non potuiſti eſſe mecum eo tempore quo ego deſideraui maxi-
me operam.i.diligētiam,laborem,& fidelitatem tuam,caue ſup.
ne feſtines,aut committas,ut nauiges,aut æger,aut hieme. Ego
nunquam putabo te ueniſſe ſero.i. nimis tarde,ſi ueneris ſaluus.
Ego neminem uideram adhuc .ſ. cum hæc ſcriberem, q uidiſſet
te poſteaq̄ M. Voluſius ſup.vidit te,à quo accepi literas tuas, qđ
nō mirabar. Neque.n.puto meas literas perferri.i. ad finem uſq;
ferri ad te tanta hieme.i. tempeſtate procelloſa durante. Sed da
operam,ut ualeas, et ſi ualebis.i.ſanus eris,nauiges tum.i.tūc,cū
.i.qn̄ poterit nauigari tutè.i.ſine periculo. Cic.meus.ſ.filius erat
.ſ.cum has ſcriberem,in Formiano.ſ.uilla noſtra Formiana. Te-
rentia.ſ.uxor,& Tullia.ſ filia ſup.erant Romæ. Cura, ut ualeas.
Datum ſup.è Capua 4.Kal.Febr.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hortatoria,& nunciatoria.

TVLLIVS TIRONI S. 12

EGo uero cupio te ad me uenire: ſed uiā timeo: grauiſſime ægrotaſti: inedia, & purgationibus, & ui ipſius morbi conſumptus es. graues ſolent offenſiones eſſe ex grauib. morbis, ſi qua culpa commiſſa eſt. iam ad id biduum, quod fueris in uia, dum in Cumanum uenis, accedent continuo ad reditum dies quinque. ego in Formiano ad 3. Kal. eſſe uolo. ibi te ut firmū offendam, mi Tiro, effice. literulæ meæ, ſiue noſtræ, tui deſiderio oblāguerunt. hac tamē epiſt. quā Acaſtus attulit, oculos paulum ſuſtulerunt. Pomp. erat apud me, cum hæc ſcribebā. hilare, & libenter ei cupienti audire noſtra, dixi, ſine te oīa mea muta eſſe. tu muſis noſtris para, ut operas reddas. noſtra ad diem dictā fient: docui.n te fides† ἔτυμον quod haberet. Fac planè, ut ualeas. nos ad ſummum. Vale. 14. Kal. †.i.notationem

EGo vero]Scripſerat Tiro ſe uenturum ad Cic.ſi ipſe uellet.ita HVB.
que reſcribit Cic. ſe cupidum eſſe, ut Tiro ad ſe ueniat.ſed
timet ne ex uia periclitetur, quia oīa, quæ malo regimine fiunt
ab ijs,qui grauiter ægrotauerunt,periculoſa ſunt,deinde facit eū
certiorem fore in Formiano, dicitq; ſe Pompeio dixiſſe oīa ſua Vero
mutua eſſe,ſine Tirone.[Vero) Pōt eſſe,& expletiua,& affirmati- Grauiſſimo
ua particula.[Viam) Periculū uiæ.[Grauiſſime) Vehemētiſſime,
periculoſiſſime.[Cōſumptus) Debilitatus.[Inedia) A fame,ſed Inedia
fames ſemper eſt cum appetitu edendi. Inedia uero etiā ſine ap- Fames
petitu,ut in ægrotis,vn̄ melius inedia dicetur abſtinētia,uel im-
potentia comedendi.i.non comeſtione.[Purgationib.]Quæ me-
dicinis fiunt.[Vi) Magnitudine.[Offenſiones] Nocumenta. [Si
qua culpa commiſſa eſt) Si quid eſt factū pręter ordinem, & re-
gulam medicorum.[Iam ad id) Ex his uerbis intelligimus Tiro
nem fuiſſe iam in Italia,cum hęc epiſt.ſcripta eſt.[Biduum]Spa- Biduum
tium duorum dierum.[Accedent) q.d.ad te puto. hoc uelle dice-
re,quod quia ſit debilitatus,quinq; dies conſumet in redeundo.
[Id] Iter,quod in ueniendo duob. dieb.confecerit.[In Cumanū)
Ad me.[Offendam) Inueniā [Sine noſtrę]Correctio,quia habe-
bat Cic. Tironem adiutorem ſtudiorum ſuorum [Oblanguerūt] Oblanguere
Debilitatæ ſunt:ſumptum ab ægrotantibus, qui languere dicun
tur.[Suſtulerunt oculos]Perſeuerauit in translatione, nam ſolēt
ęgrotantes oculos multum tenere demiſſos,uel clauſos.dicit igi
tur literas ſuas recreatas epiſt.Tironis ab Acaſto allata eleuaſſe
aliquantulum oculos,& quodā mō reſpiraſſe.[Apud me) Domi
meæ.[Noſtra) Res nr̄a.[Muta eſſe) Tacita.i.me neſcire loq,& ali
qđ dicere ſine te.[Reddas operas) Reſtituas operas intermiſſas
.i.ut reuertaris ad muſas nr̄as.[Noſtra dicta) Noſtra pmiſſa.[Ad
diem) Quam conſtitui.quæ autem eſſent hæc promiſſa,non faci
le intelligi pōt.quidam dn̄t fuiſſe promiſſiones libertatis,ſed pu
to cum iam fuiſſe liberum,cum hæc ſcripta ſunt,licet inferius ſit
epiſtola Q.fratris ad Cic gratulatoria ſunt de libertate Tironis,
hęc autem promiſſa puto fuiſſe de aliqua pecunia ei donanda ꝓ
emptione fundi.quē infra à Tirone emptū,uidebimus.[ἕτοιμον]
Promptum [Nos ad ſummum).ſ.ualemus.i.optime,ut nō poſ-
ſemus melius ualere.

EGO &c.] Scripſerat Tiro ſe uenturum, mō Cic.id cuperet,
ad quod reſpondet: Ego uero.i.ueraciter, cupio te uenire ad me.
ſed timeo uiam .i.onera uiæ. tu ægrotaſti grauiſſime, conſum-
ptus.i.exhauſtus es inedia.i.abſtinentia a cibo,& purgationib.&
vi ipſius morbi, offenſiones ex grauibus morbis .i. poſt graues
morbos,ſolent eſſe graues. Si qua i.aliqua culpa commiſſa eſt.ſ.
poſt morbum, dies quinque accedent iam continuo ad reditum
.i.priuſquam redieris, ad id biduum, quod fueris in uia dum.i.
donec.veneris.i.potueris uenire in Cumanum.i.in uillam Cuma
nam. Ego uolo eſſe in Formiano,ſup.uſque ad 3. Kal.ſ. ſequentis
menſis,effice,ò mi Tiro,ut offendam .i. inueniam te ibi firmum
.i.ualentem. Literulæ meæ ſiue noſtræ.i. cōmunia ſtudia,oblan-
guerunt deſiderio tui. tamen ſuſtulerunt.i. erexerunt paululum
oculos hac epiſtola,quam Acaſtus attulit Pōpeius erat apud me
cum ſcribebam hæc,ego dixi ei cupienti hilare,& libenter audi-
re noſtra.ſ. ſcripta, omnia mea eſſe muta ſine te. para, ut reddas
muſis noſtris operas.i.ſolitas lucubrationes Nr̄a dicta.i. pmiſſa.
fient ad diem .ſ. ſtatutum. docui.n te quod ἔτυμον i. interpreta-
mentū uerę ſignificationis haberet.fides, quia(vt in primo offic.
oſ̄) quod fiat dictū.non ergo legēdū ἕτοιμον Fac, ut ualeas planè
.i.plenè.Nos,ſup ualemus ad ſummum.i. optimam ualetudinē.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Nunciatoria, & hortatoria.

TVLLIVS TIRONI S. 13

AEgypta ad me uenit prid. id. Apr. is etsi mihi nunciauit te planè febri carere, & belle habere; tamen, q negauit te potuisse ad me scribere, curam mihi attulit, & eo magis, q Hermia, quem eodem die uenire oportuerat, non uenerat. incredibili sum solicitudine de tua ualetudine: qua si me liberaris, ego te omni cura liberabo. Plura scriberē, si iam putarem libenter te legere posse. ingenium tuum, quod ego maximi facio, confer ad te mihi, tibiq; conseruandum. cura te etiā atq; etiam diligenter. Vale.

Scripta iam epistola, Hermia uenit. accepi tuam epistolā uacillantibus literulis: nec mirum, tam graui morbo. Ego ad te Aegyptam misi q nec inhumanus est, & te uisus est mihi diligere; ut is tecum esset, & cum eo coquum, quo uterere. iterum uale.

HVB. AEgypta) Dicit Cic. q licet ab Agypta intellexerit Tironem carere febri, tamen quia intellexit eum non potuisse scribere, fuit uehementer solicitus de eius ualetudine. hortatur autem eum, ut ingenium suū totū conferat ad se confirmandū, deinde dicit se accepisse ab eo epist. literis vacillantib. scriptam, qđ non miratur. quia scit eum nondum posse hr̄e manum fi mā pp morbum. [Aegypta) Proprium nomen serui [Planè) Oīno. [Quòd) Quia. [Hermia) Proprium nomen serui. [Quem oportuerat uenire) Qui debuerat uenire. [Eodem die) Quo Aegypta uenit, quē existimabā non uenisse, quia pp aliquem casum tuum esset retardatus. [Qua sol.) Si me liberaris, ut te firmum reddas. [Omni cura] De eo, quod tibi promisi [Libenter) Aegrotis. n. morbo debilitatis multitudo uerborū solet eē molesta. [Scripta] Hæc particula addita est post finē epistolę, ut patet, quia his scriptis uenerat Hermia, qui attulerit literas à Tirone, sed male scriptas, manu propter debilitatem morbi uacillante. [Vacillantib.) Nō firmiter neque ęqualiter scriptis. Nec mirum literas tuas fuisse uacillantes. [Inhumanus) Durus in seruiendo [Quo uterer] Quē haberes ad usum suum.

Planè

ASC. AEGYPTA &c.) Dicit se intellexisse Tironem conualuisse, sed quia nihil scripsit, deterius suspicari. Ordo est: Aegypta, propriū est serui, uenit ad me pridie i. die p̄cedēte Id. Apr. Is etsi nūciauit mihi te carere i. liberum esse planè. i. omnino febri, & hr̄e belle. i. meliuscule, tn̄ attulit mihi curam. i. solicitudinem, q te negauit te potuisse scribere ad me, & eo. i. tanto magis. s. attulit curā, q Hermia non uenerat, quem oportuerat uenire eodē die. Ego sum incredibili solicitudine de ualetudine tua, qua si liberaris, pro liberaueris me, ego liberabo te omni cura. Ego scriberē plura, si putarem te posse legere libenter. Confer. i. applica ingenium tuum, quod ego facio i. existimo maximi, ad te conseruandum mihi, & tibi. Cura te etiam, atq; etiam diligenter

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Nunciatoria, & hortatoria.

TVLLIVS TIRONI S. 14

ANdricus postridie ad me uenit, quam expectaram. itaq; habui noctem plenā timoribus, ac miserijs. Tuis literis nihilo sum factus certior, quo modo te haberes: sed tamē sum recreatus. ego omni delectatione, literisq; careo: quas ante, quàm te uidero, attingere non possum. Medico mercedis, quantum poscet, promitti iubeto: id † scripsi ad Mummium. Audio te animo angi, & medicum dicere, ex eo te laborare. si me diligis, excita ex somno tuas literas, humanitatemq., pp quam mihi es carissimus. nunc opus est te aīo ualere, ut corpore possis. id cum tua, tum mea cā facias, à te peto. Acastum retine, quo commodius tibi ministretur. conserua te mihi. dies promissorum adest: quem etiam repræsentabo, si adueneris. Etiam atque etiam uale id. hora 3.

† alias, scripsi Vmmiū

HVB. ANdricus.] Quidquid hac epistola dicit Cicer. significat solicitudinē suā de ualetudine Tironis, quē hortatur, ut curet ualere, & retineat Acastū seruum apud se. [Andricus) seruus. [Venit) A te. [Noctē) Quia timui eū retardatum esse pp aliquē morbū tuū. [Miserijs] Solicitudini. [Nihilo) Pro nihil. [Quas) Literas. [Poscet) Postulabit. [Ex eo) Quod aīo angeris. [Laborare) Aegrotare. [Excita ex somno literas tuas). i. fac ut literę tuæ, quę sopitæ fuerunt hactenus propter morbum, iā excitent tanq̄ à somno. [Humanitatē) Doctrinā. [Vt corpore possis). s. ualere. [Animo ualere) i. lætum esse, & nulla cura affici. [Ministretur) Inseruiatur. [Promissorum] Quæ tibi feci. [Quem) Diē. [Repræsentabo) Effectu ostendam, quia præstabo promissa.

Nihilo
Humanitas

ANDRICVS &c.] Amatorie scribit solicitudinem suā de Tirone, dicens: Andricus, nomē est serui forte ex Andro, ut Aegypta ex Aegypto, uenit ad me postridie i. die posteriore, q̄ expectarā. i. expectauerā. Itaq; habui noctē plenam timoribus, ac miserijs. Tū. i. insuper, nihilo. i. in nullo factus sum certior literis. s. quas attulit, qūo haberes te: sed tn̄ sum recreatus. Ego careo oī delectatione, & literis oībus quas non possum attingere anteq̄ videro te, iubeto. s. tn̄ mercedes promitti. s. ab amicis nr̄is medico, q̄ntum poscit. Ego scripsi ad Mumium id. i. vt id faciat. Audio te angi. i. torqueri aīo, & medicum dicere te laborare. i. q labores ex eo. s. q angeris aīo. Si diligis me, excita literas tuas. i. p̄cepta philosophica de tolerandis aduersis ex somno. i. sopore obliuionis, & humanitatē. s. tuā, pp quam tu es carissimus mihi. Opus est nunc te ualere aīo, ut possis. s. ualere corpore. Peto a te facias id i. ut ualeas aīo, cū. s. ita sit, q tua cā tū. i. multo magis, mea. s. cā. Retine Acastū. i. seruū, quo. i. vt, ministretur. i. ministerium fiat tibi, cōmodius. i. magis cōmode. Cōserua te mihi, dies promissorum. s. de pecunia p fundo emendo dāda adest, quā repręsentabo. i. exhibebo, aut sint duæ particulæ, quē p̄sentabo ēt re. i. effectu ipso, si adueneris. Vale ēt atq; etiam 3. id. April. ASC.

TVLLIVS TIRONI S. 15

OMnia à te data mihi putabo, si te ualentem uidero. Summa cura expectabā aduētum Menandri, quem ad te miseram. Cura, si me diligis, ut ualeas: &, cum te bene confirmaris, ad nos uenias. Vale. 4. id Apr.

OMnia] Hortatur Cic. Tironē, ut det operā, ualere, & cū fuerit bene cōfirmatus ad se ueniat. [Menandrum) Seruum. HVB.

OMNIA) Idē ferè facit dicēs: Ego putabo oīa data mihi à te, si uidero te ualentē. Ego expectabā summa cura aduentū Menandri, quē miserā ad te: Cura (si diligis me) ut ualeas, & uenias ad nos, cum. i. postq̄ confirmaris. i. confirmaueris te. Vale. &c. ASC.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Laudat Ciceronē, qđ Tyronē hoīem doctū & probū manumiserit.

QVINTVS MARCO FRATRI S. 16

DE Tirone, mi Marce, ita te, meumque Ciceronem, & meam Tulliolam, tuumq. filium uideam, ut mihi gratissimum fecisti, cum eum, indignum illa fortuna, nobis amicum, q̄ seruum, esse maluisti. mihi crede, tuis, & illius literis perlectis, exilui gaudio, & tibi & ago gratias, & gratulor. si. n. mihi Statij fidelitas est tantæ uoluptati: quāti esse in isto hæc eadem bona debent, additis literis, sermonibus, humanitate, quæ sunt his ipsis commodis potiora? amo te omnibus equidem maximis de causis, uerum etiam propter hanc, uel q mihi sic, ut debuisti, nunciasti: te totum in literis uidi. Sabini pueris, & promisi omnia, & faciam. Vale.

DE Tirone) Q C. F. Cic. ei gratias agit, & gratulatur, q Tironē manumisisset, cuius Tironis fidelitatem laudat, & doctrinam. Postremo dicit se omnia promisisse, præstaturumq. pueris Sabini, quos Cic. ei cōmendauerat. [Ita uideam) iurantis est. [Indignum illa fortuna) Se non dignum qui esset seruus. [Nobis amicum) Nā seruorum amicitia nunq̄ dr̄. [Illius) Tironis, quib. nunciauit mihi illam liberalitatem tuam. [Exilui) Exultaui [Statij) Liberti mei. [In isto) Tirone. [Hæc eadem bona) Emphaticos plurali numero est usus pro singulari, cum. n. dixisset solam fidelitatem subiunxit hæc eadem bona. [Additis) Ad fidelitatem [Literis) Quib. ualet plurimum. [Quę sunt his) i. doctrina, uel suauitate sermonis. (Potiora) Maiora, [De) propter. i. [Propter hanc) De Tirone [Pueris) Seruis [Et faciam) Intelligimus huius Sabini seruos à Cic. fratri fuisse commendatos. HVB.

Exilui

DE Tirone &c) Gratulatur Q. F. Cic q Tironem manumiserit dicens: O mi Marce. s. frater, ita. i. sit, & est precantis utraque particula, uideam, i. Dij dent, ut uideam. s. incolumes, Te, & Ciceronē meum. s. nepotem ex te fratre, & Tulliolā meam. s. neptem ex eodem, & pro. i. filium tuum, nisi forte dicamus utrique ASC.

Cicer. à Tulliola liberos fuisse, sed quia te præmisit, mallem de
Marci liberis intelligere. vt fecisti mihi gratissimũ de Tirone.i.d
manumissione eius, cum maluisti eum indignum illa fortuna.i.
conditione serui li, esse amicum nobis quam seruum. Crede mi-
hi, ego exilui.i extra me, quasi salij gaudio.i. præ gaudio literis
tuis, & illius.s. Tironis perlectis, & ago gratias tibi, & gratulor.s.
etiam tibi. Si enim fidelitas Statij.s. liberti mei, est mihi tantæ uo
luptati, quantæ, sup. uoluptati hæc eadem bona.s. fidelitas, debet
esse in isto.s. tuo liberto Tirone, additis literis, sermonibus, hu-
manitate, quę sunt potiora.i. eligibiliora his ipsis commodis, quę
.s. assequimur ex bonis seruis. Ego amo te quidem, de omnib. ma
ximis causis i. propter maximas causas, ubi omnes cum superla-
tiuo, uerumetiam propter hanc, uel i. quòd nunciasti mihi, ut de
buisti. Ego uidi.i. cognoui te totum in literis. Ego & promisi, &
faciam pueris.i. seruis Sabini omnia.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Reprahendit Tironom, quod uerbo Fideliter, improprie usus sit.

TVLLIVS TIRONIS. S. 17

VIdeo, quid agas. tuas quoq; epistolas, uis, referam in uo
lumina. sed heus tu, qui κανῶν esse meorum scripto-
rum soles, unde illud tam † ἄκυρον ualetudini fideliter inser-
uiendo? unde in istum locum fideliter uenit? cui uerbo domici
cilium est proprium in officio, migrationes in alienum multæ.
nam & doctrina, & domus, & ars, & ager etiam fidelis dici
potest: ut sit, quomodo Theophrasto placet, uerecunda transla
tio. Sed hæc coram. Demetrius uenit ad me: quo quidem † co-
mitatu † ἀφωμίλησα satis scis. tu eum uidelicet non potisti ui
dere: cras aderit: uidebis igitur: nam ego hinc perendie mane
cogito. Valetudo tua te mecum esse, tum mihi cumulatissime
satisfacere putato. Cuspio quòd operam dedisti, mihi gratum
est: ualde.n. eius causa uolo. Vale.

HVB. VIdeo] Primum Cic. arguit Tironem improprietatis cuiusdã
uerbi translati, & ostendit qualis debeat esse translatio. de
inde scribit de quodam Demetrio, quem dicit fore cras apud se.
ibiq; posse uideri à Tirone. Postremo hortatur eum ad ualetudi-
nem curandam, & dicit sibi gratum esse, ꝙ Tiro operam suã Cu
spio præstiterit. [Video quid agas) Familiariter iocatur cum
Tirone. [Vis) Cupis, non autem legendum est uix, sed intelligi-
mus Tironẽ fortasse petiuisse à Ci. ut epist. quas ad eũ scripsisset,
seruaret, iõ Cic. dicit: uide quid agas, uis tuas epist. referri in uo-
lumina. [Quoque) ẽt sicut meas, & aliorum doctorum. [Sed heus
tu) Familiaris appellatio, & repræhensio. [κανον] Regula, corre-
ctor. [Vnde ex qua ratione, ex qua cã. s. est tibi, illud tã. [ἄκυρον)
Non autenticum. [Valetudini fideliter inseruiẽdo?) Hoc est, quo
improprie usus fuerat Tito. dixerat enim seruiendo fideliter ua
letudini, cum fidelitas hominibus tantum conueniat. [Fideliter)
Hæc dictio fideliter. [Vnde) Ex qua cã, ex qua ratione. [Venit in
istum locum) Cõuenit isti loco, ut dicas inseruiendo fideliter ua-
letudini, quasi ualetudo sit domina, cui à seruis uel famulis hẽat
fideliter inseruiri. dicitur autem quasi sit animal rationale, cui fi
des debeatur. [Cui uerbo) Inuoluitur hic locus ita ab omnibus
quorum scripta uidi, ut neq; ab ipsis, neque ab alijs intelligatur,
dicunt.n. Cui uerbo .i. fideliter, domicilium est proprium. i. tami-
lia est propria in officio, quia ꝓprie fidelitas dicatur in familia,
puto hanc esse mentem Cic. uerbum quod habet propriam sedẽ
in significatu suo, habet multas transitiones in alienum significa
tum per transitionem, & hic est ordo, migrationes multæ in alie
num sunt uerbum, cui domicilium est proprium in officio. [Do-
Domicilium micilium) Sedes [In officio) In significatione sua, quã habet ex
propria positione, vtputa habena in officio suo propriam habet
sedem, cum de equo dr̃, transitur tamen metaphorice in alienã.
Virg. in 6 Sic fatur lacrymãs, classiq. immittit habenas. Ecce hic
de naue dixit habenas, Idem lib. 11. E totas irarum effundit habe
nas Hic ad animum transtulit, quod, & de frẹno frequenter legi-
Habena mus. [Migrationes] Transitiones per translationem. [In alienũ)
Absolute dixit. i. in alienam significationem. [Nam, & doctrina)
Migrationes Subdit exempla ad probationem dicti sui, doctrina, & ars fideli-
ter dr̃, quia nunquam deserit hominem. [Et domus) Vel familia,
uel certe ipsa domus fidelis dr̃, ꝙ in ea tuti simus. [Ager fidelis
dicitur) qa reddat acceptum. [Verecunda) Modesta. nõ nimium
licentiosa, quali usus sit interdũ Ennius, ut irarum quadrigas, ut
montes pacis, & similia [Sed coram) Dicemus. [Quo comitatu)
.i. quo Demetrio, & eius comitatu, intelligamus enim eũ addu-
xisse secũ alios usus. [ἀφωμιλησα) Sum in loquendo, & sermoci-
nando cum eo. [Cogito] Nunc. i. discedere. [Perẽdie) Post cras. Et
mecum esse putato) Si inseruieris ualetudini. [Operam dedisti)
.i. inseruisti, & auxilium præstitisti. [Valde) Multum.

VIDEO &c.] Iocatur cum Tirone de improprietate uocabuli, ASC.
fideliter, dicens: Ego uideo. i intelligo quid agas. i. prætendas. tu
uis sup. ut referam. i. colligam in uolumina. i. libellos, quoq;. i. ẽt
epistolas tuas. sed heus tu, q solus es κανον .i. regula scriptorum
meorum, vnde illuc tam ἄκυρον. i. improprium ualetudini fideli
ter inseruiendo? sic.n. scripserat Tiro. Vnde fideliter. i. istud aduer
bium fideliter inseruiendo, uenit in istum locum, in officio. i. ut
qs dicatur fideliter officio functus non inseruisse cui uerbo. i. par
ti orationis domicilium proprium. i. proprius usus est ualetudi-
ni, multæ migrationes. i. translationes, sup. in alienum. Nam &
doctrina, & domus, & ars, & ager potest etiam dici fidelis, ut sit
quod placet Theophrasto, translatio. s. à proprio ad impropriũ
uerecunda,. Sed, sup. disputabimus hæc corã. i. qñ coram erimus.
Demetrius uenit ad me. quo quidẽ comitatu. i. quo comite ἀφω-
μιλυσα. i. usus sum tu scis satis, & tu non potuisti (ut scripseras)
uidere eum. s. ipse aderit cras. igitur uideris supp. eum. Nam ego
cogito. s. ꝓficisci hinc perinde. s. peracto crastino die mane. Vale
tudo tua solicitat me ualde, sed inserui sup. ei, & fac omnia. s. illi
conducibilia, & putato te tum esse mecum, tum satisfacere mi-
hi cumulatissime. Gratum est mihi, quod dedisti operã Cuspio.
ego enim. s. te ei operam dedisse, ualde causa eius uolo.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hortatoria est epistola.

TVLLIVS TIRONI S. D. 18

QVid igitur? non sic oportet? equidem censeo sic, adden-
dum etiam, suo, sed, si placet, inuidia uitetur: quam
quidem ego sæpe contempsi. Tibi † διαφόρησιν gaudeo profuis- †.i. gestationẽ
se. si uero etiam Tusculanum, dij boni, quanto mihi illud erit
amabilius; sed, si me amas, quod quidem aut facis, aut per
belle simulas, quod tamen in modum procedit; sed, ut est,
indulge ualetudini tuæ: cui quidem tu adhuc, dum mihi de-
seruis, seruisti non satis. ea quid postulet non ignoras, πέψιν,
† ἀλυπίαν, περίπατον σύμμετρον, τέρψιν, εὐλυσίαν κοιλίας
fac bellus reuertare. non modo te, sed etiam Tusculanum no- ὀκοτίαν
strum plus amem. Parhedrum excita, ut hortum ipse condu- †i. cõcoctionẽ,
cat: sic olitorem ipsum cõmouebis. † heluo nequissimus H S hilaritatem ambulationẽ modicã oblectationẽ facilitatem alui
CIↃ *dabat, nullo aprico horto, nullo emissario, nulla ma-*
ceria, nulla casa. iste nos tanta impensa derideat? calface-
hominem, ut ego M. Othonem: itaque abutor coronis. De Cra
bra quid agatur, etsi nunc quidem etiam nimium est aqua,
tamen uelim scire. Horologium mittam, & libros, si erit su-
dum. sed tu nullos nos ne tecum libellos? an pangis aliquid So
phocleum? fac opus appareat. A. † Ligurius, Cæsaris famili- † alias, à Liguris.
ris, mortuus est, bonus homo, & nobis amicus. Te quando ex-
pectemus, fac ut sciam. Cura te diligenter. Vale.

QVid igitur?] Primo Cic. reprobat quãdam sententiam Tiro- HVB.
ronis de quadam dictione, quam illi negabat ponendam
in orõne. Deinde eum hortatur ad curam ualetudinis,
& exponit q̃dam, q̃ ad eam pertineant. Postea uero scribit quæ-
dam de quodam iocãdo. Postremo se ei missurum horologium,
& libros, si fuerit serenum, & reddit eum certiorem de morte cu
iusdam Cæs. familiaris sui. habet hæc epistola multum obscurita
tis. [Quid igitur] Subaudi, dicis?] legitur etiam quid agit, sed idẽ
est sensus. [Non sic oportet?) Quidam existimant controuersiam
fuisse de hac dictione sic, quam Tiro dicebat, à Ci. male colloca-
tam, ut Cic. nunc dicat [Sic) .i. hanc dictionem sic non oportet
.s. poni. [Equidem censeo] Pro [Si ad] Id est hanc dictionẽ ponen
dam esse. [Etiam suo) .i. ligo, & ita in suo & affigo, ut nullo pacto
remoueri debeat. hic est ferè cõis sensus, sed puto non de sic di-
ctione, sed alia uel clausula uel orõne intelligendũ, ut Ci dicat.
[Non sic oportet?) Scilicet, ut dixi. [Sic, addendum] .s. ut addidi.
[Etiam suo]. i. ẽt hanc dictionem suo censeo addendũ, quam for
tasse Tiro uolebat tollere ex oratione alicuius. [Vitetur inuidia)
Fugiatr inuidia, quam contrahemus si uolumus omnia fastidiose
emẽdare. [Sæpe) Cum malui ueritatem dicere, q̃ blandiri Διαφο-
ρησιν) Declamationem. [Etiam Tusculanum]. s. profuit. Tito. n.
se Tusculanum contulerat, curandæ ualetudinis cã. [Dij boni,]
Excla-

Exclamatio ꝓ lætitia.[Perbelle) Bene. [Quod tñ) Tuū simulare, ut ēt quocunque est, uel quod me ames, uel simules.[Ea]Valetudo.[πέψιν) Digestionem,πέπτω.n.digero. [ἀλυπίαν,) Quietē. [περίπατον] Deambulationem.(σύμμετρον] Mensuram moderatam,ne sit ad nimiā defatigationē. [τέρψιν] Iucunditatē.[εὐλυσίαν) Purgationē.[κοιλίας) Ventris.[Tusculanū]In quo factis cōfirmatus.[Excita) Instiga: quantū intelligere possumus habebat Cic.hortū locandū in Tusculano,& olitor qui ante illum conduxerat,uidebatur eum deridere,unde scribit Cic.ad Tironē,ut excitet Parhedrum quendā ad illum conducendū,ut ille olitor cōmoueatur, cum intelligat aliū essem,qui uelit cōducere,quē nullum credebat. [Olitorē] Hortulanū ab olere, olitor &c. [Helico nequissimus) Stomachatur Cic. φ qui dabat ducēta s.extertia ꝓ horto non clauso,non aprico,neq; cōmodo,nunc derideat eum qui tantā impēsam in ipsum hortū cōtulerit. Helico autem nomen proprium est,aut iniuriose fictum,quasi inuersor & inuolutor rerum,nam ἡλίσσω uertor,& ἡλικία,reuolutionē significat,nō absurde tamē fortasse legeretur heluo.i. gulosus ligurritor. Dabat CIↃ H-S) Pro pensione. [Nullo aprico horto) id est cum non haberet hortum apricum. i.soli expositum, uel umbratum,nam aprica loca dicuntur soli exposita,& sole gaudentia,ut Virg. Duceret apricis in collib.una colorem. Idem & apricis statio gratissima mergis. Pers. nostra ut floraria possint Aprici meminisse senes. Inde apricari est sole gaudere, uel solē captare.[Nullo emissario.[Hic uidentur somniare qui de equo ad generandum reseruato intelligi uolunt, cum hic sensus huic loco non possit accōmodari,licet emissarius id significet,sicut & conciliatorem quoque furtorum,quę à magistratibus,uel à dominis committuntur ꝭm Ascon.Pędianū & Sueto.in uita Domitiani, Aretinum, Clementem, uirū consularem è familiarib.emissarijs suis, sed puto nullum nomen poni pro aduerbio, ut sit horto nullo aprico ꝓ nō aprico. [Nullo emissario) Pro nō emissario, id est ex quo nō multi fructus emitterentur. [Nulla maceria]idest qui nullā haberet maceriā.est aūt maceria,& maceries paries siue murus ex lapidibus.Terent.in Adelph.Iube hāc maceriem dirui.[Nulla casa)id est qui nullā habet casam,sicut habet noster.[Tanta impēsa]Quam fecimus in horto nostro [Derideat)Dū simulat se nolle conducere. [Calface] Incende cupiditate cōducendi quod feceris,si excitaueris Parhedrū, ut conducat.[Vt ego M. Othonē) .s.calfacio.Otho autē nomen proprium. (Abutor coronis) Vsurpo coronas,non satis intelligo quorsum hoc dicat.[De Crabra) Miror unde tanta inconsideratio, nē dicam ignorantia, sit quibusdam dicentibus: abutor coronibus de crabra, id est uerbis asperis, & pungentibus: primum quid corona cum uerbis habet? deinde quæ constructio esset hæc, quasi liceret dicere: utor aculeis de uespis & non potius uespatum. ita dixisset Cice. coronis crabræ & non de crabra.est autem, ut puto, nomen aut uiri,aut loci. Ordo est: uelim scire, quid agatur de crabra. etsi &c. [Nimium aquæ) Nimium pluuiæ(Horologium) Instrumentū, quo horę designantur.dicebatur olim solarium,quòd tantū,in sole horarū ratio perspiceretur. Sed excogitatum est, ut ēt sine sole,uel ipso sonitu denuncientur horæ.erat & horologiū ex aqua, quod Clepsydra dicitur.[Sudum]Serenum post pluuias,quasi subudum ꝭm Ser. Virg.lib.8.Arma inter nubes cęli in regione serena Per sudum rutilare uidet: Festus dicit sudū quasi sedudum.i. sine vdo Nonius Marc.dicit quasi semiudum.[Nullos ne tecum libellos]Subaudi attulisti uel habes.(Pangis) Componis.[Sophocleum] Val.tragicū,sicut Sophocles, q scripsit tragœdias,uel certe egregium,quale scripsit Sophocles. Virg.in Buc. Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno. [Opus)Quod pangis à Liguribus nō possum non ridere stultitiā eorū,qui dnt:mortuus est à Liguribus,id est interfectus est à Liguribus, quasi liceret dicere mortior à te, itaque sic intelligitur. [A liguribus,) id est qui erat Ligur,ut enim supra notauimus,usitatissima est hæc oratio. Virgil. Quorum alter Acarnanū, alter ab Arcadia,id est Arcadius,& hic est ab Athenis.i.Atheniensis.

Helico

Aprica Aprica ri.

Emissarius

Maceria Macerias

Horologium Solariū

Notandum

ASC. QVID igitur] Ridet opinionem Tironis de quadam forma loquendi,adhortans rursus eum ad curam ualetudinis,ac dicēs: Quid igitur,sup. ais? Non oportet.s.scribere,aut loqui sic.s.ut locutus sum?Equidem.i.ego quidē censeo,sup.loquendum esse,addendum,sup. esse etiam suo.i illud pronomen,quod Tiro negarat.sed si placet,inuidia.i.offensa aliorum uitetur, quam.s. inuidiam.ego quidem contēpsi.i.uilipendi sæpe gaudeo διαφόρησιν .i.declamationem profuisse tibi .s.sospitati tuæ.Si uero etiam Tusculanum,supple nostrum profuerit tibi. Dij boni, quāti illud.s. te ex Tusculano nostro conualescere erit mihi amabilius. Sed si amas me,quod quidem,aut simulas perbelle,quod.s.scis simulare.procedit in modum.i.ualde prospere,sed ut.i.qualitercūq; est indulge,id est usq; ad indulgentiam,da operam ualetudini tuę, cui tu quidem adhuc.i.hactenus,dum deseruis mihi,non seruisti satis.tu non ignoras ea quæ.s. ualetudo postulet, postulare.n. πέψιν.i.digestionē ἀλυπίαν.i. carentiam tristitiæ περίπατον.i. deambulationem, σύμμετρον.i.moderatam & commensuratam. τέρψιν.i.delectationem,εὐλυσίαν.i.bonam euacuationē κοιλίας .i.uentris,aut alui. Fac,sup.ut reuertare bellus.i. bellule te habēs. quia plus amem non mō,te,sed ēt Tusculanū nostrum, in quo.s. conualueris.Excita Parhedrum.i.assessorem, & proximū, ut ipse conducat hortū.tu cōmouebis sic holitorē,qui nō uult iusto precio conducere, Parhedus ille heluo.i.gulosus, aut potius helico .i.inuersor rerum,nequissimus.i. perditissimus dabat ducenta sestertia, nullo horto aprico, idest soli exposito, sup. habito nullo idest non emissario. idest alicuius rei, aut dicamus patronos interdum cū possessionibus locare boues aratorios,& emissarios quos.i.ad generationem aptos, licet reclament commentarij, nulla maceria.i. clausula firma, nulla casa.i. tugurio. Ne is derideat nos tanta impensa.s.in uillā collata. calface.i.cōmoue usq; ad calorē hominē, ut ego supple calfacio M. Othonē uirū illū. Itaq. abutor coronis,q̄ uirtuti nō cauillationi debētur. Et si nūc quidē nimiū aquæ,s.pluuialis est,tñ velim scire, qd agat de Crabra.s.lixa. Ego mittam horologiū, & libros,si erit sudū,id est,serenū tps. Sed tu nullos ne sup. apportasti libellos tecū,an pāgis aliqd Sophocleū.i.alti cothurni, fac sup. vt opus appareat. A. Ligurius familiaris.Cæs. mortuus est homo bonus, & amicus nobis. Fac ut sciā,qñ exspectemus te.Cura diligēter te sup.& Vale.

TVLLIVS TIRONI S. 19

EXPECTO tuas literas de multis rebus, te ipsum multo magis. Demetrium redde nostrum, & aliud si quid potes boni. De Aufidiano nomine nihil te hortor: scio tibi curæ esse: sed confice, &, si ob eam rem moraris, accipio cām; si te id non tenet, aduola. Literas tuas ualde expecto. Vale.

EXPECTO] Hortatur Cic. Tironem, ut ad se scribat, sed multo magis ipse ueniat, nisi forte detinet eū Aufidij [Redde] Restitue,fac,ad nos reuertat.[Nomine]Debito(ut sæpius diximus)quantū.n. conijcimus debebat hic Aufidius Cic. [Cōfice) Perfice, ut exigas qd debet [Ob eā rem) ut cōficias cū Aufidio [Moraris) Differs tuū ad nos aduētū [Cām) Excusationē,tuę morę.[Id)Hęc res,ut cōficias cū Aufidio.[Aduola] Celeriter ueni. HVB.

EXPECTO &c.] Hæc epistola est ualde facilis, ideo non indiget explanatione. Nomine.i.debito Aufidiano. ASC.

TVLLIVS TIRONI S. D. 20

SOLICITAT, ita uiuā, me tua, mi Tiro, ualetudo: sed confido, si diligentiā, quā instituisti, adhibueris, cito te firmū fore. libros cōpone, † indicē, cū Metrodoro libebit; quādo eius arbitratu uiuēdū est. Cū olitore, ut uidetur. Tu potes Kalēdis spectare gladiatores, postridie redire; & ita censeo. uerū, ut uidebitur. Cura te, si me amas, diligenter. Vale.

†uidelicet,

SOLICITAT] Affirmat Cic. se ualde angi ualetudine Tironis. Deinde ei multa mandata breuiter dat. [Ita uiuā] .i. ita mihi uiuere contingat, ita deus det mihi uitam, iurantis est. [Instituisti) Cœpisti. [Compone) Collige, simul pone, non autem intelligendum est compone, fac ex ingenio tuo. † [Videlicet) Certe. [Cum) Quando. [Metrodoro) Puto esse nomē medici, ut dicat: Collige, & para libros tuos, cum placuerit medico, ut uenias, [Quando) Qm. [Arbitratus eius] Id est indicio eius & uoluntate, quia ægroti medicorū arbitratu uiuere debēt. [Cū olitore) Qui est cōductarus hortū subaudi fac: de quo holitore supra uisū est in epistola, quę incipit: Quid igitur. [Spectare) In urbe. [Gladiatores] Ludos gladiatorios. [Vt uidebitur) .s. facito. HVB.

†Indicem

Solicitat etc.] Hęc epistola ē similis supiori, plana, & facilis. Olitore.i.cōductore hortorū. Gladiatores.i. ludos gladiatorios, &c. ASC.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Varia Tironi scribit Cicero filius.

CICERO F. TIRONI SVO DVLCISSIMO S. D. 21

CVM uehementer tabellarios expectarem quotidie, aliquando uenerunt post diē xl. & vi. quàm a uobis discesserant: quorum mihi fuit aduentus optatissimus. nam cum maximam cepissem lætitiam ex humanissimi & carissimi patris epistola: tum uero iucundissimæ tuæ literæ cumulum mihi gaudij attulerunt. itaque me, iam non pœnitebat, interca-

tercapedinem scribendi fecisse; sed potius lætabat: fructū enim magnum humanitatis tuæ cupiebam ex silentio mearum literarum. uehementer igitur gaudeo, te meam sine dubitatione accepisse excusationem. Gratos ibi, optatosq; esse, qui d me rumores afferuntur, non dubito, mi dulcissime Tiro: præstaboq;, & enitar, ut in dies magis, magisq; hæc nascens de me duplicetur opinio. quare quod polliceris, te buccinatorem fore existimationis meæ, firmo id, constantiq; animo facias licet. tātum.n. mihi dolorem, cruciatumq; attulerunt errata ætatis meæ, ut non solum animus à factis, sed aures quoque à commemoratione abhorreant. cuius te solicitudinis, & doloris participem fuisse, notum, exploratumq; est mihi: nec id mirum: nam cum omnia mea causa uelles mihi successa: tum etiam tua; socium enim te meorum commodorum semper esse uolui. quando igitur tum ex me doluisti; nunc ut duplicetur tuum ex me gaudium, præstabo. Cratippo me scito, non ut discipulum, sed ut filium, esse coniunctissimum: nam cum audio illum libenter; tum etiam eius propriam suauitatem uehementer amplector; sum totos dies cum eo, noctisque sæpe numero partem: exoro enim, ut mecum quàm sæpissime cœnet. hac introducta consuetudine, sæpe inscientibus nobis, & cœnantibus obrepit, sublataq; seueritate philosophiæ, humanissime nobiscum iocatur. quare da operam, ut hunc talem, tā iucundum, tam excellentem uirum uideas quàm primum. Nam quid ego de Bruttio dicam? quem nullo tempore à me patior discedere: cuius cum frugi, seueraq; est uita, tum etiā iucundissima conuictio: non est seiunctus † iocus à philologia, & quotidiana † συζητήσει. huic ego locum in proximo conduxi, &, ut possum, ex meis angustijs illius sustento tenuitatem. Præterea declamitare græce apud Cassium institui: latine autem apud Bruttium exerceri uolo. utor familiaribus, & quotidianis conuictoribus, quos secum Mytilenis Cratippus adduxit, hominibus & doctis, & illi probatissimis. multum etiam mecum est Epicrates, princeps Atheniensium, et Leonides, & horum ceteri similes, † τὰ μὲν οὖν καθ' ἡμᾶς τάδε. De Gorgia autē quod mihi scribis, erat quidem ille in quotidiana declamatione utilis, sed omnia postposui, dummodo præceptis patris parerem: διαρρήδην enim scripserat, ut eū dimitterē statim. tergiuersari nolui: ne mea nimia † σπουδὴ suspicionem ei aliquam importaret. deinde illud etiam mihi succurrebat, graue esse, me de iudicio patris iudicare. tuum tamen studium, & consilium gratum, acceptumq; est mihi. Excusationem angustiarum tui temporis accipio. scio enim quàm soleas esse occupatus. Emisse te prædium, uehementer gaudeo: feliciterq; tibi rem istam euenire cupio. hoc loco me tibi gratulari, noli mirari: eodem.n. ferè loco tu quoque emisse te, fecisti me certiorem. habes, ubi deponedæ tibi sint urbanitates. Rusticus Romanus factus es. † cum ego mihi nunc ante oculos tuum iucūdissimum conspectum propono, uideor uidere ementem te rusticas res, cum uillico loquentem, in lacinia seruantem ex mensa secunda semina. sed quòd ad rem pertinet, me tum tibi dēfuisse, æque, ac tu, doleo. sed noli dubitare, mi Tiro, quin te subleuaturus sim, si modo fortuna me: præsertim cum sciam, cōmunem nobis emptum esse istū fundum. De mandatis quod tibi curæ fuit, est mihi gratū. sed peto à te ut q̄ celerrime mihi librarius mittatur, maxime quidem Græcus: multum enim mihi eripitur operæ in exscribendis hypomnematis. Tu uelim in primis cures, ut ualeas; ut una † συμφιλολογεῖν possimus. Antherum tibi cōmendo. Vale.

† alias, locus
† .i. mutua quæstione
† .i. quæ ad nos quidem spectāt, hęc sunt
† .i. aperte
† .i. contentio
† alias, quam
† .i. una disputare de literis
HVB.

CVm uehementer] Cum esset Cicc. filius à patre Athenas missus, ut sub Cratippo philosopho, ætatis suę præstantissimo philosophię operā daret, mutassetq; aliquātulum mores, qui añ luxuriosissime uixerat, & presertim, ut scribit Plin. in fin. lib. 14. ebrietati deditus, scripserat Tiro se ei gratulari, quod grati optatiq. rumores de eo Romam afferrētur, & hortatus fuerat, ut reliquū uitæ pergeret honeste, & studiose agere. se.n. fore pręconem eius laudum. quare rescribit Cic. adolescens se enixurum, & effecturum, ut fama, quę de eo nata est, quotidie magis augeatur, & hortatur Tironem, ut non dubitet eum laudare. se.n. ita mutasse propositum, ut sine magno dolore non possit, aut audire, aut meminisse, quę antea egit, deinde laudat humanitatem, & familiaritatem Cratippi erga se. postea uero scribit de alijs præceptorib. quo eis utatur. & se dimisisse Gorgiam rhetorem: licet utilem in declamationib. ut patris sui uoluntati pareret, quia ita pręceperat. Postremo, & gaudet, & gratulatur Tironi, quod agrum emisset, polliceturq. se eum subleuaturum, si modo fortuna eum subleuauerit. petit autem ab eo, ut mittat ad se librarius, qui scribat interpretationes suorum magistrorum. [Aliquando) Tandē. [Cumulum) Plenitudinem, vt nihil addi possit. [Intercapedinē) Interuallum, intermissionem. [Ex silentio mearum] Ex eo, quia nihil ad te scribebam, quia postea plura scripsisti. [Optatos) Iucūdos, quales semper optasti. [Rumores) nuncios, famam. [Non dubito) quia scio me à te amari. [Præstabo) efficiam. [Nascens) incipiens noua. [Duplicetur) Augeatur. Virg. in Buc. Et sol decedens crescētes duplicat vmbras. [Opinio) fama, expectatur. [Buccinatorem) Tubicinem, præconem à buccina buccinator dicit. [Existimationis) Auctoritatis, opinionis. [Licet] Fas est. [Firmo] Intrepido, ut non dubites, quod faciam te mendacem. [Errata) Peccata, quæ male feci. [Meæ ętatis) Adolescentię meę ante actæ. [Animus à factis abhorreat). i. fugiat eam amplius facere. [Abhorreā:) Alienę sint. [A cōmemoratione). i. nō possit audire ea cōmemorari. [Solicitudinis m.] Quam cupiebam de erratis meis [Participem] Socium, quia dolebas, sicut ego, propter tuum erga me amorem. [Successa). i. successiue, his.n. participijs vtebantur antiqui, ut cupio Virg. aduentum pro aduenisse. [Tua) Causa. [Socium meorum). i. uolui semper te habere partem omnium mearum utilitatū. [Tum) Cū uidebas me multum errare. [Vt) Tāq̄ [Amplector) Assumo cum delectatione. [Totos int.) Sine intermissione [Partem enim usque ad multam noctem cum eo sum. [Exoro) Impetro ab eo [Hac consuetudine) ut mecum sæpe cœnet. [Obrepit) Tacitè, & latenter aduenit. Iuuen. Obrepit non intellecta senectus. tractum ab animalibus, quę pedibus carent, q̄ incessu tacito gradiuntur. [Inscientibus nobis) Quod est signū magnæ familiaritatis. [Sublata.) Amota. [Grauitate] Tanquam .n. non sit philosophus, cuius proprium est esse seuerum, ita nobiscum iocatur. [Talem) Tam suauem. [Nam quid) laudat etiā Brutum, quo magistro utebatur. [Patior] Sino, promitto. [Frugi) Modestia utilis [Coniunctio) Conuersatio. multi.n. ita sunt seueri, ut eorum coniunctio nullam habet iucunditatem. [A philologia). i. à studio dicendi. [συζητήσει) .i. conquisitione. ζητέω inquiro. i. iocus non est contra studium dicendi, & contra inquisitionem quotidianam, quoniam post iocum recentiores efficiuntur ad labores. [Huic) Bruto. [In proximo) In uicinia, ubi ego habito. [Et meis angustijs) Ex pauca pecunia mea. [Tenuitatē) Paupertatem. intelligimus hunc Brutum pauperem fuisse: [Cōduxi) Mea pecunia [Vt possum) Pro uiribus meis. [Declamitare exerceri] Declamationib. i. thematibus fictis, quid autem sit declamare, & declamatio alio loco supra. [Apud Cassiū) Is erat ciuis Romanus [Vtor) dicit se habere in conuictu suo quotidiano quosdam, quos Cratippus Mytilenis adduxerat Athenas, homines doctos, & quos Cratippus valde probabat. [Conuictoribus) Sodalib. & socijs uictus. [Mytilenis) Lesbo, est.n. Mytilene urbs Lesbi. [Multum etiam) Dicit se habere etiam consuetudinem cum primatib. Atheniensibus, & ex quib. tantum duos nominat [Similes) Horum, & principes, & optimi. [τὰ μὲν οὖν) Quidem igitur. [καθ' ἡμᾶς) pro κατὰ ἡμᾶς. i. secundum nos; uel de nobis. i. dicta sint [De Gorgia) Rhetore, de hoc scribebat Tiro Cic. ut eum dimitteret, quia ita placebat patri eius. Itaq. scribit Cic. se eum dimisisse, licet esset utilis, ne aduersaretur uoluntati paternę [Omnia) Omnem utilitatem, quam ab eo consequi potuissem (διαρρήδην), i. aperte, planè. [Tergiuersari] Dictum mutare, aduersari quasi tergum uertere, tractum à fugientibus, licet alij aliter exponant. [Ne mea nimia σπουδὴ) .i. meum nimium studium sequendi ipsum Gorgiam. [Afferret suspicionem patris] Quod sequerer ipsum propter aliud, q̄ propter doctrinā, quod faciunt plerunque dissoluti adolescentes, qui quęrunt magistros non tam propter doctrinam, q̄ propter uoluptatem, & qui eorum moribus obsequatur secundum illud diui Pauli: Veniet.n. tēpus cum falsam doctrinam non audient, sed quærent sibi magistros prurientes aurib. [De iudicio patris) qui merito, & ætate, & usu rerū melius nosse debet, quid mihi sit utile, q̄ ego ipse [Consiliū) Quod mihi dedisti de hoc Gorgia. [Angustiarū] Breuitatis. scripserat.n. Tiro se habere angustum. i. paruū tēpus

Aliquā
Intercapedo
Buccinator
Existimatio
Errata
Successa
Amplector
Obrepo
Frugi
Coniunctio
philologia
Declamitare
Conuictores
Tergiuersari

ad

ad scribẽdum, ipsi Cic. q̃ rñdet se accipere eius excusationem, q̃a scit ipm esse occupatissimũ in alijs reb. [Prędiũ] Possessionẽ [Noli mirari] Me gaudere, [Eodẽ loco) Eclipsis est. q. d. quo loco scis mihi esse gratissimũ, aliquid. n. erat. pp quod hic Cic. optauerat Tironẽ emere prædiũ in eo loco, sed subijcit, & dicit. [Habes.] q. d. scis cãm, fortasse. n. habebat Cic filius illic amicã, aut aliqd tale. [Deponendæ] Omittẽdæ [Vrbanitates) Ciuilitates, more urbis, nã q ruri uiuit, necesse est, ut rustica tractet. [Qũo] locat Cic. cũ Tirone, & dicit uideri se hr̃e eũ in conspectu suo, & uidere emẽtẽ res rusticas, & deniq; agentẽ q̃ ruri fieri solẽt. [Qũo] Admiratiue, q. d. cũ magna delectatione animi. [Res rusticas) oua, pullos, lac, & caseum & similia, uel plaustrũ, uomerẽ, &c. [Villico] Rustico, cultore agri. Horat. Villice siluarum, & mihi me reddentis agelli. [Lacinia) Puto esse nomẽ loci. alij ꝑ veste intelligi malunt, sic ut uideor uidere te in Lacinia. i. indutũ Lacinia, q̃ est uestis uilis. [Ex secunda mensa) Scda mensa erat apud Roma. pomorũ. Mar. lib. 5. Mensæ munera si uoles scdę, Marcetes tibi porrigentur uuę. Et nouẽ pyra, quę ferunt Syrorum. [Tum] Cũ emisti prædiũ [Defuisse] Nõ potuisse tibi cõmodare pecuniã. [Æq; ac] tm̃, quantũ tu. [Subleuaturus] Adiumẽto futurus [Si fortuna] Me subleuauerit. [Cõmunem) Ita me sicut pro te. [De mãdatis] quę tibi dederam, scripserat. n. Tiro se ea curare, quę Cic. ei mãdauerat. [Librarius) Scriptor librorũ. [Græcus] Qui grece sciat scribere. [Operæ) Tpis, laboris. [Eripitur] Cõsũmatur. [Hypomnematis, i. commentarijs, & interpretamentis ὑπόμνημα, cõmentariũ [συμφιλολογεῖν) Cõmẽtari, cõferre, in dicẽdi studio uersari.

Prædiũ

Vrbanitates

villicus

Lacinia

Secũda mensa

Subleuaturus

Librarius

Hypõnematis.

ASC. CVM &c.] Cicero filius a patre Athenas missus, ut sub Cratippo philosopharet, qui mores paulũ emendasse dicebat, nã ebrietati deditus antea fuerat. Vñ scripserat ad eũ Tiro se gratulari famæ de eo sparsæ, & hortari, ut pergat, quibus rñdens dicit se eius cõsilio pariturũ, & alia, q̃ ad studia pertineãt, declarat, dicẽs: Cũ expectarẽ uehementer quotidie tabellarios. i. tabellariũ, seu literarum gerulos ipsi uenerunt aliqñ. i. tandẽ post diẽ XL, & VI, q̃ discesserat à nobis, quia miserat eos, aut lege à uobis, quorũ aduentus fuit optatissimus. nã cũ cepissem. i. accepissẽ, maximã lætitiã ex epistola humanissimi, & carissimi patris sup. mei M. Tullij, tum uero. i. tum multo magis, quasi ad uerũ, literæ tuę iucũdissimæ attulerunt mihi cumulũ gaudij. Itaq; nõ pœnitebat iã me fecisse intercapedinẽ. i. intermissionẽ scribẽdi, sed lætabar potius. Ego. n. capiebã magnum fructũ. i. magnã utilitatẽ, ex silentio, i. intermissione literarũ mearũ. Igitur ut nũc rñdeam, ego gaudeo uehemẽter te accepisse. i. approbasse meã excusationẽ sine dubitatione, ò mi Tiro dulcissime. Ego nõ dubito rumores, q afferunt de me. i. de moribus meis emẽdatis, esse tibi gratos, & optatos, ꝓstaboq;. i. efficiã, & nitar, ut hæc opinio nascẽs de me duplicet in dies magis, magisq;. Quare q̃ polliceris te fore. i. futurũ buccinatorẽ. i. ꝓconem ingentẽ, & diuulgatorẽ, existimationis. i. famę, & reputationis meæ, licet. i. licitũ est, & tutũ, vt facias id aĩo firmo, & cõstanti. Enim. i. quia, errata ætatis meæ. s. transactæ (q̃a uinosus semper fuit, & uecors) Attulerũt mihi tm̃. i. tam magnũ dolorem, & cruciatum, ut nõ solũ aĩus abhorreat. i. alienus sit, & abhominaret à factis, sed aures quoq;. i. ẽt, abhorreãt à cõmemoratione. i. recitatiõe. s. ętatis añ actæ. Cuius solicitudinis & doloris, notum, & exploratũ est mihi te fuisse participẽ. Nec id mirum sup. est. Nam cum. s. ita esset, q̃ uelles cã mea. i. pp bonũ meũ oĩa successa. i. prospere euenisse mihi, cũ ẽt, sup. uolebas cã tua. i. pp utilitatẽ tuam. Volui. n. semper te esse sociũ cõmodorum meorũ. Igitur q̃. i. quia, tu doluisti tũ. i. tunc, cũ perditus essem ex me. i. pp me, ego præstabo. i. efficiã, ut gaudium tuũ duplicetur ex me. Scito me eẽ cõiũctissimũ Cratippo. s. philosopho, de quo in principio officiorũ meminit Cic. nõ ut discipulũ, sed ut filiũ. Nã cũ. s. ita sit, qđ audio libenter illum, tũ ẽt amplector uehemẽter eius suauitatẽ. Ego sũ totos dies cũ eo, & sæpe numero partẽ noctis. Exoro. n. i. impetro precibus, ut cœnet q̃ sæpissime mecũ. Hac cõsuetudine introducta. i. postquam ista cõsuetudo est introducta, ipse obrepit. i. clanculũ interuenit, nobis inscientib & cœnantibus. & iocatur. i. cõfabulat nobiscũ humanissime, seueritate philosophiæ sublata. Quare da operam, ut uideas quãprimum. i. statim hunc talẽ uirum. s. Cratippũ, tã iucundũ. s. in re familiari, & tã excellentẽ in philosophia. Nã quid ego dicã de Bruto. s. Marco, Stoicæ sectæ studioso, quem nullo tpe patior discedere à me? Cuius cum. s. ita sit, q̃ uita frugi. i. parca, & utilitati seruiens, & seuera: i. rigida in sequendo uero, & iusto. tũ coniunctio est ẽt iucũdissima. Enim. i. quia iocus. s. noster non est seiunctus. i. separatus à philologia, id est amore studij, uel sermonis, & συζητήσει. i. cõquisitione quotidiana. s. ueri, q. d. non est scurrilis, aut dissolutus iocus nobis. Ego cõduxi huic. s. Bruto locũ. s. habitationis in ꝓximo, & sustẽto tenuitatẽ. i. paupertatẽ illius. s. Bruti, ex angustijs. s. modicis rebus meis, ut posũ. Præterea ego institui. i. ĩcepi, aut ꝓposui declamitare. i. frequẽter declamare, hoc ẽ, ĩ themate ficto, & cã non uera, siue in oratoria exercere apud Cassiũ ẽt ciuem R. uolo aũt exerceri latine. i. in lingua Lat. apud Brutũ, Ego utor cõuictoribus. i. sodalibus, & cõmensalibus quotidianis, & familiaribus sup. ij, quos Cratippus adduxit secũ Mytilenis i. cũ rediret ex ea urbe in Lesbo nobili, appositorie hominibus, & doctis, & ꝓbatissimis i. maxime approbatis, & cõmẽdatis. illi. s. Cratippo. Epicrates princeps Atheniẽsium est ẽt multum mecũ, & Leonides, & ceteri similes horũ. i. uiri apprime nobiles, & spectatis moribus, τὰ. i. hęc μὲν. i. quidẽ καθ᾽. i. ẽm ἡμᾶς, id ẽ nos, id est de nobis sup. dicta sint. De Gorgia aũt, quod scribis mihi, erat q̃dem ille utilis in quotidiana declamatione. s. faciẽda, quia egregius est rhetor, sed postposui, sup. eũ dummodo parerẽ pręceptis patris. n. i. quia, pater scripserat, διαρρήδην. i. palam, seu aperte, dimitterem eũ statim, nolui tergiuersari. i. dissimulãter agere, & ad tps illudere cãm, hoc est mãdatũ patris, ne σπουδὴ. i. studium, & diligẽtia mea nimia. s. in Gorgiã, aut eius professionẽ importaret ei. s. patri aliquã suspicionem. s. leuitatis. Deinde illud ẽt succurrebat, i. in mentẽ ueniebat: mihi graue, esse, me iudicare de iudicio patris. tñ studium, & iudicium tuũ est mihi gratũ & acceptũ, vr̃ cõsuluisse ut Gorgiam audiret. Accipio. i. probo excusationem angustiarum tui tpis. s. ad scribendũ. Scio. n. quã i. quãtum, soleas esse occupatus. Gaudeo vehemẽter te emisse prędium, i. possessionẽ in agro, & cupio istã rẽ, i. hãc emptionẽ euenire tibi feliciter. Noli mirari me gratulari tibi, hoc loco. i. in hac re, tu. n. fecisti me certiorẽ. i. significasti emisse te, id est quod emeris, te ipsum eodẽ ferè loco q. d. uitã tibi nouã, aut longiorẽ emisti emendo ꝓdium illud. Tu. n. habes ubi urbanitates. s. tuæ sint deponẽdę. i. ad tps exuedæ, ut indulgentius viuas. Tu Romanus factus es rusticus. cum ego propono nũc mihi ante oculos conspectum tuum iucundissimum, uideor uidere te ementẽ res rusticas, & loquentẽ cum uillico. i. custode uillæ seruantẽ in lacinia. i. ueste laxa, linea more rusticano, semina. i. reliqas ex secũda mẽsa, quę pomorum erant. vñ semina forte ad sationẽ seruabant, sed quod ptinet ad rem, ego doleo æq;. i. æqualiter, ac tu me fuisse tum. s. cũ emeres tibi, sup. ò mi Tiro noli dubitare, q̃n sim subleuaturus te. s. ab onere æris alieni, si mõ fortuna me, supple subleuauerit, aut conseruarit, præsertim cum sciam istum fundum esse emptũ cõmunem nobis. i. ut tecũ illic diuersar. Quod fuit tibi curę de mandatis. s. obeundis, est gratũ mihi. Sed peto, ut librarius. i. scriptor librorum, mittatur mihi quam celerrime, quidẽ. i. certe maxime Græcus. multũ. n. operæ. i. laboris philosophiæ impendendæ. eripitur mihi in hypõnematis, i. commentarijs, seu dictatis exscribendis. Tu uelim cures in primis, ut ualeas ut possumus, συμφιλολογεῖν, id est commẽtaria, una. i. pariter ego commẽdo tibi Anthe rum, scilicet (ut opinor) Tabellarium.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Præter ualetudinis curationem mandat quædam Tironi.

TVLLIVS TIRONI SVO S. D. 22

SPero ex tuis literis tibi melius esse, cupio quidem certe. cui quidem rei omni ratione cura, ut inseruias. & caue suspiceris contra uoluntatem meam te facere, quòd nõ sis mecum. mecum es, si te curas. quare malo, te ualetudini tuæ seruire, quàm meis oculis, & auribus. etsi enim et audio te, & uideo libenter: tamen hoc multo erit, si ualebis, iucundius. Ego hic cesso, q̃a ipse nihil scribo, lego autem libentissime, tu isthic, si quid librarij mea manu non intelligent, monstrabis. una omnino interpositio difficilior est, quam ne ipse quidem facile legere soleo; de quadrimo Catone. De triclinio cura, ut facis. Tertia aderit, modo ne Publius rogatus sit. Demetrius iste nunquã omnino Phalereus fuit, sed nunc Plane Bilienus est. itaque te do uicarium. tu eum obseruabis. Etsi ueruntamen, de illis nosti cetera. sed tamẽ, si quem cum eo sermonem habueris, scribes ad me, ut mihi nascatur epistolæ argumẽtũ, & ut tuas quam longissimas literas legam. Cura mi Tiro, ut ualeas. hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.

HVB. SPERO] Hortatur Cic. Tironem, ut curet ualetudinem, nec suspicetur se facere contra eius uoluntatem, quod non sit cum eo, se enim licet eum uidere cupiat, cupidiorem tñ esse eius ualetudinis bonæ, q̃ præsentiæ. Deinde dat ei quædã mandata, & de librarijs, qui transcribebant, q̃ Cic. sua manu scripserat, & de Demetrio, de quo petit se certiorem fieri, cum Tiro cum eo locutus

tus fuerit.[Ex tuis literis) ut mihi scripsisti. [Cupio tibi] Melius esse. [Cui rei] Vt melius tibi sit [Meis oculis & auribus) .i.q̃ à me uideri & audiri. ille.n. seruit oculis alicuius, qui se uidendũ pbet. [Cesso] Sum ociosus [Scribo) Cõpono. [Lego) Aliena scripta. [Librarij] Transcriptores [Si quid me manu. s. scriptũ [Vna interpositio) Dicit quare debeat mõstrare librarijs, quia Ci. in scriptis, quę manu sua fecerat in ordine uersiculorũ, siue linearũ, fecerat quãdam interpositionẽ, q̃ ẽt à se ipso difficile legi solere dicit. [Difficilior] Ipsis librarijs ad intelligẽdũ. [Ne ipse quidẽ) .i. ego quidẽ, qui scripsi. [De quadrimo Catone) Hæc erat illa interpositio, quã difficilẽ esse dixit, & q a tm̃ modo est principiũ clausulæ nõ pfectę, nullus sẽsus inde elici põt. [De triclinio] Dederat Cic. cura cuiuspiã triclinij Tironi, quod se curare scripserat. Tricliniũ aũt dr̃ discubitorium. .i. locus, ubi discũbebant, & cœnabant à tribus lectis, quos sternebant. Iuuen. Tertia ne uacuo cessaret culcitra lecto. [Tris) Tres. (Clinios) Lectus, & mensa. A Cic ẽt dr̃ hic locus conclaue. [Tertia) Puto esse nomẽ ppriũ. [Phalereus) .i. ex secta Demetrij Phalerei, de quo in officijs mentionẽ facit. Phalerius aũt tribus erat Athenis, ex qua cognominatus ille Demetrius, Phaleros, Bilienus siue à loco, qđ adhuc nõ memini legere, siue à persona dr̃ [Bilienus] Cõstat hoc loco ad vituperiũ dictum esse. [Te do uicariũ) .i. do te in loco mei, q̃ meas uices geras, & p esse. [De illis) Eclipsis [Deest uerbũ] .s. est, uel aliud tame sis apud eũ [De illis] Aliquę [Nascatur] Det, eueniat, tanq̃ ante nõ inuentũ. le [Quę) Aliquę [Nascatur] Det, eueniat, tanq̃ ante nõ inuentũ. Virg. lib 8. Maior rerum mihi nascitur ordo [Argm̃) Materia.

Triclinium

Phaleras.

Argumentũ.

A SC.

SPERO &c.] Hortatur rursus, ut ualetudinem curet dicens: Spero .i. spẽ capio ex literis tuis, melius esse tibi, certe .i. haud dubie cupio, cui rei s. ut melius tibi sit, cura verbũ est, ut inseruias. & caue sup. ut aut ne suspiceris te facere, cõtra uoluntatem meã, qui non sis mecum, tu es mecum, si curas te .i. sanitatem tuam. Quare malo te seruire valetudini tuæ, quam oculis. & auribus meis Enim .i. quia, etsi, & audio, & uideo te libenter, tamen si ualebis, hoc erit mihi multo iucundius. Ego cesso .i. uacuus sum labore, q a ipse nihil scribo, lego autem libentissime. Si librarij .i. librorum transcriptores quid .i. aliquid, sup. scriptum mea manu non intelligent .i. nescient legere, tu mõstrabis istic. s. ubi es, una omnino interpositio. s. clausulę, aut partis prius omissæ, ẽ difficilior omnino. s. quàm ut legatur ab eis, quam ne quidem ipse .i. non etiã egomet soleo legere facile, interpositio est de quadrimo Catone. Cura de triclinio s. parando, ut facis. Tertia proprium nomen est, sed nescias, uiri, an mulieris. aderit, modo Publius. s. eius inimicus non sit rogatus. s. ad conuiuium Iste Demetrius. s. cuius meministi fuit Demetrius .i. Demetrij similis. sed est nunc planè .i. omnino, Bilienus. Bilieni similis. hoc est ineptus. Itaq, do .i. constituo te uicarium. tu obseruabis eum, s. ne quid auferat. Etsi, ueruntamen de illis, aposiopesis .i. reticentia est alicuius clausulæ, quã dicere incepit perducere tñ noluit, addens pro cã. Nosti cetera .i. quæ restant, sed tñ si habueris quem, .i. aliquẽ sermonẽ cum eo. s. Bilieno, scribes ad me, ut argm̃ .i. farrago, & materia epistolæ. s. scribendę ad te, nascatur mihi. & ut legam literas tuas quàm longissimas .i. ualde longas. O mi Tiro, cura, ut ualeas, tu nihil potes facere mihi gratius hoc .i. quam hoc. s. ut ualeas.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Mixta est epistola.

TVLLIVS TIRONI S. 23

TV uero confice profeßionem, si potes. etsi hæc pecunia ex eo genere est, ut profeßione non egeat. ueruntamen Balbus ad me scripsit, tanta se epiphora oppreßum, ut loqui nõ poßit, Antonius de lege qd egerit. liceat modo rusticari. Ad Bithynicum scripsi. De Seruilio tu uideris, qui senectutem non contemnis. etsi Atticus noster, quia quondam me commoueri πανικοῖς *intellexit, idem semper putat, nec uidet quibus præsidijs philosophiæ septus sim. et hercle, quòd timidus ipse, est, †*θορυβοποιεῖ *ego tamen Antonij inueteratam sine ulla offensione amicitiam retinere sanè uolo. scribamq, ad eum, sed non ante, quam te uidero. nec tamen te auoco a syngrapha. †*γονυκλινής. *Cras expecto Leptã: etenim ad cuius rutam pulegio mihi tui sermonis utendum est. Vale.*

†.i. tumultuatur
† alias, syngrapus ex specto
†.i. genulibrę

TV uero] Quod supra scripsit Cic. de Aufidiano nomine nihil te hortor. vr̃ significare intelligi de pecunia, de qua ĩ hac epist. loquitur. de qua scribit Cic. ad Tironem, ut professionem faciat. Deinde significat Antonium quædam cõtra se decreuisse, se aũt cõtra oĩa pręsidijs philosophię munitum esse. uelle tñ Antonij amicitiam retinere, seq; ad eum scripturum. [Tu uero) Cũ hæc dictio, uero, in principio orationis ponitur, aut ironiam cõtinet, aut responsionem. ut hic & supra lib. 4. ad Ser. Sulp. Ego uero Serui uellẽ, ut scribis in meo grauissimo casu affuisses. & paulò supra in hoc lib. ad Tironem: Ego uero cupio te ad me uenire. [Professionem) Confessionẽ. Serũ dicit profiteri ex uolũtate, cõfiteri ex necessitate. [Epiphora) Ophthalmia, morbo oculorum. Plin. sæpe uerbo utitur p morbo oculorũ, dicit. n. epiphoris oculorũ medetur. Ex quo cognoscimus morbũ esse oculorũ, nõ aũt gutturis, ut quiddã male interpretatur, signat ẽt interdum grçce ἐπιφορά condemnationem (Oppressum] Grauatũ. [Vt loqui) Cõiungendus est totus hic textus sic: Verũtamen Balbus ad me scripsit tãta se epiphora oppressum, ut loqui nõ possit, q d Antonius de lege egerit. [Liceat) Concedatur, permittatur. [Mõ) Tantummodo q. d. nihil aliud quæro. Quæ Autem esset hæc lex, nõ facile scit [Tu uideris) .i. tu uideto. [Atticus) Põponius. [πανικοῖς) Repentinis rumoribus [Idem semper putat) .i. putat me semper moueri. [Nec uidet) Nec intelligit. [Quibus] Qualibus, quàm magnis. [Præsidijs) Tractum à militibus. [Septus] Munitus, quia philosophia docet me, quomodo debeam omnia mihi improuiso euenientia cõtemnere [θορυβοποιεῖ] .i. tumultuatur, rumorem facit, θορυβέω καὶ ποιέω. [Inueteratam) Iam multis annis inceptam. [Antonij) C. Antonium intelligi puto, cuius fuit collega in consulatu [Sine ulla offensione] Sine ulla iniuria. [Ad eum) Antonium. [Ante) Citius. [Auoco) Amoueo. [A syngrapha) .s. facienda p confessione pecuniæ .i. non tamen uolo discedas ante, quã facias syngrapham, uel accipias syngraphã, qua possis pecuniam habere. est. n. proprie syngrapha conscriptio maxime de re pecuniaria. ut lib. 7. ad Treb. epist. quæ incipit. Ex tuis literis tanq̃ .n. syngrapham ad imperatorem attulisses, non epistolam: sic pecunia ablata domũ redire properabas, uulgo dicuntur literæ, cãpsoniæ, uel pmutatoriæ, legendũ est aũt auoco à syngrapha, nõ autem, auoco ad syngraphã [Ad cuius) Leptæ [Rutã) .i. amaritudinem. [Est utendũ pulegio tui sermonis]. i. ad cuius sermonis amaritudinẽ uel acerbitatẽ est utẽdũ suauitate tui sermonis. erat .n quantũ coniicimus, Lepta aliquãtulũ acerbus. Tiro uero suauis, quas proprietates significauit per rutam, & pulegium.

Profesbo Profiteri Cõfiteri Epiphora

Auoco Syngrapha

TV uero &c.] Quod supra scripsit Cic. de Aufidiano nomine nihil te hortor, nomen, pro debito accipi solet. Hortatur, nũc, ut professionem .i. liberam cõfessionem conficiat, q. d. ut coram testibus id eum pfiteri faciat, deinde significat Ant. cuius amicitiam retinere uelit, quædam contra se decreuisse, ut cum ordine aperietur, qui talis est: Tu uero .i. (quod dicunt) Pro uero, & certo & non opinanter tantum, confice .i. perfice, & effice, ut habeas (si potes professionem) .i. manifestam confessionem debiti. Etsi .i. tametsi, hæc pecunia .i. hoc debitũ, est ex eo genere .i. forma, aut ratione, ut non egeat professione. Veruntamen Balbus scripsit ad me se oppressam tanta epiphora .i. morbo oculorum, ut non possit loqui .i. explicare quid Anto. egerit de lege. s. ferenda, aut antiquanda: incertum est, quæ sit lex, & quid de ea cõstituere pararet Ant. quia de ea scripserat Tiro. rescribens ergo, ut de re nota breuiorem, quàm ut possit intelligi ab ijs, quibus res alioqui non cõstet. Neque id uitium est scribentis. Non enim scripsit hãc epistolam, ut ab omnibus, sed ab vno Tirone legeretur, Tiro autem ut patroni sui amorem in se patefaceret, id genus omnes ad se datas collegit, atq; emisit: liceat .i. permittatur, modo .i. solum modo rusticari, q d. non curẽ quid Antonius egerit de lege. Ego scripsi ad Bithynicum, de Seruilio, tu uideris .i. concedo, aut moneo, ut uideas. Est enim cõiunctiui modi futuri temporis, media breui pronunciandum. tu, inquam, qui non contemnis, immo ueneraris senectutem. Etsi .i. tametsi, Atticus. s. Pomponius, qui intellexerit quõdam me commoueri πανικῶς seu panicis .i. rumoribus repentinis, putat semp idem .i. me semper eodem modo commouendum, nec uidet .i. non considerat, quibus p̃sidijs .i. munimẽtis philosophię, ego septus .i. undiq; munitus sim, & Hercule qđ .i. quia ipse timidus est τορυβοποιεῖ .i. tumultũ facit seu tumultuatur. Ego tñ nolo sanè .i. oĩno retinere sine ulla offensione amicitiã Antonij inueteratã, .i. uetustate corroboratã. Et scribã ad eũ, sed nõ ante, quã uidero te. nec tñ auoco .i. auerto te à syngrapha .i. manuscripto, sup. accipiendo ab eo. Ego expecto cras Leptam. etenim .i. sed tamen eũ. ad cuius rutam .i. amaritudinem sermonis vtendum est mihi pulegio .i. dulcore sermonis tui.

A SC.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Mandatoria est epistola.

TVLLIVS TIRONI S. 24

ETsi mane Harpalum miseram: tamen, cũ haberẽ, cui recte darẽ literas, etsi noui nihil erat. iisdẽ de rebus uolui

ad te

ad te ſæpius ſcribere: non quin conſiderem diligentiæ tuæ: ſed rei me magnitudo mouebat. Mihi prora, & puppis, ut Græcorum prouerbium eſt, fuit à me tui dimittendi, ut rationes noſtras explicares. Offilio, & Aurelio utique ſatisfiat. A Flamma, ſi non potes omnem, partẽ aliquam uelim extorqueas: in primisq; ut expedita ſit penſio Kal. Ian. De attributione conficies. de repræſentatione uidebis. De domeſticis rebus hactenus. de publicis omnia mihi certa, quid Octauius, qd Anto. quæ hominum opinio; quid futurum putes ego uix teneor; qn accurram. ſed. ſ. literas tuas expecto. & ſcito Balbum tũ fuiſſe Aquini, cũ tibi eſt dictũ, & poſtridie Hirtiũ. puto utrunq; ad aquas. Sed quod egerint Dolabellæ procuratores, fac, ut admoneantur. appellabis etiam Appiam. Vale.

HVB. ETSI *manẽ*] Primum Ci oſtendit neceſſitate à ſe dimiſiſſe Tironem, ut eius negocia explicaret, & expediret. Deinde ſummarium dicit, quid ab eo agi uelit. Poſtremo admonet eum Balbum fuiſſe Aquini, & Hirtiũ. [Harpalum) Seruum. [Iiſdem de rebus) De quib. alias ad te ſcripſi [Quin) Quod nõ [Prora, & puppis) .i. plena neceſſitatis, & rationis, atque urgentiſſima cauſa. [Vt Græcorum) Cum enim Græci dicere uolunt, totum eſt mihi in hoc, ut ita faciant, dicunt prora, & puppis mihi eſt, quia ex pra, & puppi tota nauis ſignificatur. [Tui dimittendi à me]. i. ut tu a me dimittereris. [Explicaris) Expedires Ro. [Satisfiat) Soluatur id pecuniæ, quod debetur [A Flamma) Ab incendio. i. à periculo, prouerbialiter dictũ [Si nõ potes] ſ. retorquere. [Extorqueas) Eripias, liberes. debebant enim eſſe in periculo ad aliqua bona Cic [Penſi) Noſtræ domus. [Attributione) Quam tibi mandaui, de qua non facile eſt intelligere. hactenus. ſ. dictum ſit, hæc enim, quæ dixit, domeſtica erant. [De publicis) Subaudi fac. [Omnia mihi certa) Sint [Quid Octauius]. ſ. faciat. i. Cæſa. Octauianus. [Opinio) Exiſtimatio. [Accurram) celeriter ueniam. [Aquini) Oppidum eſt Apuliæ. [Cum) Quando. [Poſtridie) Quàm Balbus fuerat. Ad aquas ſemas) Locus nõ longe ab Aquino à balneis ita dictus. [Quod egerint) Ordo eſt: fac, ut admoneantur. ſ. Hirtius, & Balbus, quod egerint procuratores Dolabellæ.

ASC. *ETSI mane &c.*] Primum dicit ſe neceſſitate quadam dimiſiſſe Tironem, ut negocia explicaret, deinde docet, quid ab eo fieri uelit. Poſtremo dicit Balbum fuiſſe Aquini, & etiã Hirtiũ. Ordo eſt: Etſi. i. quanquam, ego miſeram mane Harpalũ, ſcilicet ſeruum noſtrum ad te; tamẽ cum haberem. ſ. tabellarium, cui darẽ rectè. i. tute, literas. ſ. ad te, & ſi nihil erat noui, uolui ſcribere ſæpius ad te de iiſdem rebus. Non quin i. qui non conſiderem diligentiæ tuæ, ſed magnitudo rei mouebat me. Prora & puppis. i. principium, & finis nauis, hoc eſt tota ratio nauandæ operæ (ut utar prouerbio Græcorum) fuit mihi, tui dimittendi à me, ut explicares. i. ab omni intricatione abſolueres, rationes noſtras. ſ. debitorum noſtrorum. Vtique. i. omnino, aut ſaltem ſatisfiat. Offilio, & Aurelio. Si non potes, ſup. extorquere. i. vi eripere à Flamma. i. à perditione, & conſumptione manifeſta, eſt translatio ab incendio domus, omnem partem. i. ſuppellectilis domeſticæ, hoc eſt, rei conſeruandæ. Velim ſup ut extorqueas. i. ſerues, ſup. ſaltẽ aliquam ſ. partem, & ſup. uelim in primis .i. præcipue, eo quod, quæ præcipue uolumus prima occurrant, ut penſio. ſ. domus noſtræ. i. pecunia, quam quotannis pendimus pro ea ſit expedita. i. abſoluta, & euacuata, Kal. Ian. Vt conficias. i. abſoluas totum negocium de attributione. i de eo, quod attribuendum ſcis. Videbis. i. deliberabis, & conſiderabis, de repræſentatione, ſcilicet à nobis, aut nobis facta qd utilitatis habeat. Hactenus ſup. ſcripſi de rebus domeſticis. De publicis, ſup. rebus fac, ut ſint omnia certa mihi, quid ſperat Octauius, qd Antonius, quæ ſup. ſit opinio hominum, quid putes futurum. Ego teneor uix .i. difficulter, quin accurram. ſ. ad urbem, erat enim cum hæc ſcriberet Cice. abſens, & Tiro in urbe. Sed expecto literas tuas, per quas omnia ſciam, & ſcito Balbum fuiſſe Aquini. i. in eo oppido Apuliæ, cum. i. quãdo, dictum eſt tibi, & Hirtium, ſup fuiſſe Aquini poſtridie .i., die ſequenti. ego puto utrumq;, ſupp. nunc eſſe ad aquas Semas, ubi balnea ſunt non longe ab Aquino. Fac, ſup. ipſi admoneantur, qd procuratores Dolabellæ egerint. Tu appellabis etiam. ſ. ad conſilii conſortium Appiam.

PAVL. MAN. *ACCVRRAM ſed S*] in vetuſtiorib libris ſcriptũ eſt, ſed ſi. ego arbitror legendum, ſed ſt. quam ſilentii notam qui nõ agnouere, ſcripſerunt, ſi. deinde alius cum uideret, ſi. locum hic habere non poſſe, fecit. s id eſt, ſcilicet ſic etiam in de oratore libr. 2 pro, ſt, ſcriptum erat, ſi. quod mẽdum aliquot annos ſuſtulimus. Planto etiam, ubi legendum eſt, ſt, modo ſi, modo aſt, modo at, vulgo legitur. Terentius quoque in Phorm. hac nota uſus eſt, quem locum recitat Velius Longus, grammaticus. [Dolabellæ procuratores fac ut admoneantur) Verbum, admoneantur, ad pecuniam refertur, quam Dolabella Ciceroni debebat. itaque intulit, appellabis etiam Papiam quod item creditorum uerbum eſt. pro Quinctio: Cum tibi quotidie poteſtas hominis fuiſſet admonendi, uerbum nullum facis, biennio iam confecto ferè, appellas. Quod antecedit in antiquo libro Vbaldini ſcriptum eſt, ſeu quod elegerunt, in eo, quem habet Petrus Bembus, elegerint. in meo, egerit. Poteſt eſſe ἀποσιώπησις: vt ſit hæc ſententia: Sed, quod egerint, fac ut ſciam.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hortatur ut ſæpe ſcribat, nec excuſatione utatur.

CICERO F. TIRONI SVO S. 25

ETſi iuſta, & idonea uſus es excuſatione intermiſſionis literarum tuarum: tamen, id ne ſæpius facias, rogo. nam etſi de rep. rumoribus, & nunciis certior fio, & de ſua in me uoluntate ſemper ad me perſcribit pater: tamen de quauis minima re ſcripta à te ad me epiſtola ſemper fuit gratiſſima. quare cum in primis tuas deſiderẽ literas, noli committere, ut excuſatione potius expleas officium ſcribẽdi, quàm aſſiduitate literarum. Vale.

HVB. *ETSI iuſta*) Excuſauerat ſe Tiro apud Cic. filium, qui Athenis erat, ſe propter anguſtiam temporum, & magnitudinem negociorum intermiſiſſe ad eum ſcribere, quare Cic. primum dicit eius excuſationem iuſtam, & idoneam, ſed tamen eum rogat, ut poſthac malit ſatisfacere officio ſuo ſcribendo ſæpe, quam ſe excuſando. [Idonea] Aperta, nõ abſurda. [Id) ut utaris excuſatione. [Rumoribus] Fama. [Et nunciis] Qui Roma huc ueniunt. [De uoluntate ſua) Quid uelit à me fieri. [In primis) Præcipue. [Expleas) Perficias. Officium] Tuum erga me. [Quàm aſſiduitate epiſtolarum) i. quàm aſſidue ad me ſcribendo.

Idonea

ASC. *ETSI iuſta &c.*] Excuſauerat ſe Tiro apud Cicer. filium, qui Athenis erat, ſe propter anguſtiam temporum, & magnitudinẽ negociorum intermiſiſſe ad eum ſcribere, quare Cicero primum dicit eius excuſationem iuſtam, & idoneam; ſed rogat, ut malit ſatisfacere officio ſuo ſcribendo, quàm ſe excuſando. Ordo eſt: Etſi, i. quanquam uſus es iuſta, & idonea excuſatione intermiſſionis, id eſt, quòd ad tempus omiſeris dationem literarum tuarum, rogo tamen ne facias id ſæpius. Nam etſi, id eſt quanquam fio certior de reipu. rumorib. ideſt, incerto auctore, ſermonibus & nunciis, & pater p ſcilicet M. Tullius, ſcribit ſemper ad me de uoluntate, id eſt beneuolentia ſua in me, tamẽ epiſtola ſcripta à te ad me de quauis re minima, id eſt quamuis res eſſet minima, fuit mihi ſemper gratiſſima. Quare cum deſiderem in primis literas tuas, noli committere, ideſt efficere, ut expleas, ideſt perficias, & abſoluas potius officium ſcribendi excuſatione, quam aſſiduitate literarum.

Q. CICERO TIRONI SVO. S. D. 26

VErberaui te cogitationis tacito duntaxat cõuicio, quòd faſciculus alter ad me iam ſine tuis literis perlatus eſt. nõ potes effugere huius culpæ pœnam, te patrono. Marcus eſt adhibendus: isq; diu, & multis lucubrationibus commentata † oratione uide, ut probare poſſit, te non peccaſſe. planè te rogo, ſicut olim matrem noſtram facere memini, quæ lagænas, etiam inanes, obſignabat, ne dicerentur inanes aliquæ fuiſſe, quæ furtim eſſent exſiccatæ: ſic tu etiam ſi quod ſcribas non habebis. ſcribito tamẽ, ne furtum ceſſationis, quæſiuiſſe uidearis: ualde. n. mihi ſemper, & uera, & dulcia tuis epiſtolis nunciantur. Ama nos, & uale.

† alias, ſcripſi ad Vmmium:

HVB. VErberaui] Accuſat Cic. Tironem negligentiæ, quòd in faſciculo literarũ, qui Roma ad ſe allatus fuerat, nulla erat omnino epiſtola Tironis, quare dicit eum nullam poſſe adhibere excuſationẽ, aut defenſionem, uixq; eum defendi poſſe. à M. C. patre ſuo. Itaq; eum hortatur, ut etiam ſi nõ habet, quod ſcribat, tamen aliquid ſcribat, quia, & uera & iucunda ab eo ſemper nunciari ſoleant. [Verberaui) Senſus eſt percuſſi te tantummodo tacita contumelia meæ cogitationis, hoc eſt mecum male de te cogitaui, & in aïo meo dixi te neglìgẽtẽ. [Tacito) Secreto intra me retento. [Duntaxat) Tantummodo, q. d. nõ etiam cõuicio uerborum,

Conuicium rum,sed tantũ cogitationis.[Conuicio) Contumelia. nã mecum cogitaui,ò negligens Tiro.[Fasciculus Literarum) multitudo literarũ.[Nõ potes).i.non potes facere,quin puniaris pro hac culpa,si te ipse solus defenderis quia nunq̃ poteris uincere, & persuadere te nõ peccasse·si aũt uolueris uincere, oportet adhibere te patronũ,& defensorẽ tuũ,patrẽ meũ oratorem acerrimũ,qui in difficillimis ẽt causis uincere cõsueuit, qui ẽt si orationẽ multum cogitatã ad defensionem tuã afferat, tñ ẽt ipse uix probare poterit, te non peccasse.[Te patrono) Te cãm tuam agẽte.[Adhibendus) Assumendus.s.patronus.[Marcus) Pater meus, qui pp uim eloquentiæ in causis & iudicijs regnare dr̃[Cõmentata) Meditata,p̃parata.[Lucubrationib.) Vigilijs.[Probare) Vincere,rationib.obtinere.[Te nõ peccasse) Quod nihil ad me scripseris. [Planè te rogo) Sensus est, te rogo ut & si non habes quod scribas,tñ aliquid scribas,sicut mr̃ mea olim non solum solebat signare lagænas plenas,sed ẽt uacuas,ne illæ,quæ furtim fuissent ebibitæ,uiderentur fuisse uacuæ. mos fuit apud antiquos signare lagænas,in quib.uinum ponebatur,ne possent euacuari, quin cognosceretur signo illo amoto,uñ illud satyricum:Et signo læsæ non insaniæ lagænæ.[Matrẽ) Terentiam.[Olim) Cum eram puer.[Etiã inanes) Etiã uacuas,nõ solũ plenas.[Furtim) Occultè. Exsiccatæ) Ebibitæ,exhaustæ.Iuuen.Tu Beneuentani sutoris nomẽ habẽtẽ Siccabis calicẽ.[Sic) Adaptat similitudinem.[Furtũ) Latebras,sed p̃seuerat in similitudine,q̃a dixerat,quę furtim essent exsiccatæ,iõ dicit furtum cessationis.[Dulcia) Iucunda.

ASC. *VERBERAVI &c.*] Accusat Tironẽ negligentię,q̃ inter multas epist.à Tirone nullã acceperat,quã culpam iocose dicit uix à p̃re posse,orando,purgari.Ordo est:Verberaui.i. affeci duntaxat tacito.i.mentali,conuicio.i. exprobratione cognationis. s. meæ,q̃ alter fasciculus.s.literarum ab alijs missarum, perlatus est iã sine literis tuis.Tu non potes effugere pęnã huius culpæ.s. negligentiæ,te patrono.i.defensore, & purgatore. Marcus.s.pr̃ meus,est adhibendus.s.ad defensionem tantæ culpæ.& is.s.Marcus pr̃,ẽt in summo periculo reis auxiliari solitus,sup. adhibendus est oratione cõmentata.i.habens orationem cõmẽtatam, & p̃meditatã multis lucubrationibus. Vide.i.considera,ut.i. quomodo supple. Marcus pr̃ possit probare te non peccasse. Ego rogo te planè sicut memini matrem nostram facere olim, quæ obsignabat lagænas.i.uascula uinaria, ẽt inanes i. in quibus nihil erat uini,ne aliquæ.s.lagænæ dicerẽtur fuisse inanes, quæ essent exsiccatę.i.exhaustę furtim.i.furtiue. sic tu ẽt si nõ habebis,quid scribas,tñ,i.nihilominus scribito,ne uidearis, quęsiuisse furtum,i.fictitiam, & quasi furtiuam excusationẽ cessationis .s.à missione literarum. Enim.i.quia,& uera,& dulcia nunciãtur mihi semper epistolis tuis.Ama nos, & vale.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

M. CICERO TIRONI SVO S. P. D. 27

MIrificam mihi uerberationem cessationis epistola dedisti:nam quæ parcius frater perscripserat, uerecundia uidelicet,& properatione,ea tu sine assentatione,ut erant,ad me scripsisti,& maxime de consulibus des.quos ego penitus noui libidinum,& languoris effœminatissimi animi plenos. qui nisi à gubernaculis recesserint, maximum ab uniuerso naufragio periculum est.incredibile est, quæ ego illos scio oppositis Gallorum castris in æstiuis fecisse:quos ille latro, nisi aliqd firmius fuerit.societate uitiorum deleniet.res est aut tribunicijs,aut priuatis consilijs munienda. nam isti duo uix sunt digni,quibus alteri Cesenam, alteri Cossutianarum tabernarũ fundamenta credas. Te, ut dixi,fero oculis. Ego uos ad 3. Kal.uidebo;tuosq; oculos, etiam si te ueniens in medio fori uidero,dissuauiabor. Me ama. Vale.

HVB.] MIrificam] Cum D.Brutus Mutinæ obsideretur à M. Anto. creati sunt,auctore Appian.lib.3. Consules anniuersarij Hirtius,& Pansa in principio anni. quantum autẽ ex hac epist. conijcere possumus,Cic.tunc aberat ab urbe,licet Appia. uideatur significare eum fuisse Romæ.De eorũ igitur designatione, cum Tiro ad Cic.scripsisset Cic.rescribens se de eis male sentire ostendit,ueseriq̃.. ne à Marco Antonio alliciantur in societatẽ sceleris contra rempub.quos ostendit utilissimos esse.Postremo dicit quantum Tironem ipsum uidere desideret. [Mirificam) Magnã.[Verberationẽ) Percussionem aĩ.[Parcius) Breuius.[Verecundia) Timore.uel quia eum pudebat scribere,q̃ tu scripsisti,

[Videlicet]Scilicet certe:[Sine assentatione) Nõ assentando, sed dicendo uerum.[De consulibus) Hirtium, & Pansam intelligimus,nisi forte agitatũ esset absente Cic.de designatione aliorum consulum,quã Hircij & Pansæ,de quibus fortasse intelligit nũc Cic.quorũ tñ creatio nõ ualuerit, ut sępe fit,sed tñ facta sit mentio de eis creandis,quod satis est uerisimile, cum Cic.eos nõ nominet,licet mentionẽ aliorum consulum illo tpe nõ inueniam, nisi q̃ post eruptionẽ Bruti ex Mutina facta est mentio de creandis cõsulibus D Bruto,& Octauio Cæs.loco Hircij,& Pansæ,sed ijs nõ est uerisimile Cic. Intelligere. Cum essent amicissimi sui, & ab eo ubiq; maxime,& laudati,& adiuti.ergo uel Hirtiũ & Pãsã intelligamus,uel (ut diximus) de alijs.quos licet Tiro scripsisset,creatos consules:tñ non ita esset [Languoris, Desidię. [Effeminatissimi]Mollissimi,timidissimi,qualem habent feminę.(A gubernaculis]Ab administratione reip.& cõsulatus.[Ab uniuerso naufragio]Pro uniuersi naufragij,id ẽ submersionis uniuersorũ,sed usus est uerbis similitudinis,q̃a dixit gubernaculis q̃ sunt nauis,subdit naufragij,quod à naue fracta dr̃.[Oppositis Gallorum castris) i.cũ oppugnarent aduersus Gallos,& haberent eos oppositos [Ille latro]M.Ant.quem ẽt supra multis in locis latronem appellauit.[Aliqd firmius] Cum eis.i. nisi electi fuerint cũ eis aliqui firmiores,qui nõ ita facile à repub.alienent.[Deliniat] Demulceat,alliciat ad se.[Societate uitiorũ)Quia laborabũt ijsdem uitijs,quibus ipse Ant.& similia similib.gaudẽt.[Res est]Sẽsus est,eligẽdi sunt ad hanc prouinciã,aut tribuni,aut aliqui priuati,qui cõsilijs suis prouideant, ne ij nos in naufragium deducãt.[Res]Creatio istorũ consulũ,& p̃uincia eis data.[Est muniẽda) Est firmãda, q̃a supra dixit nisi aliqd firmius fuerit.] Cõsilijs tribunicijs) Auctoritate tribunorũ.[Isti]Ad contẽptum dixit.[Cesenã) Paruam,& desertã urbẽ in Italia in Gallia togata.(Tabernarũ) Vt alio loco diximus,taberna dr̃ oẽ uille ad habitandũ ędificiũ,qd tabulis claudatur,tabernas igr̃ Cossutianas locũ aliquẽ ad habitaculũ uitę intelligit. Cossutianas à Cossutio,vel auctore, uel dño earũ ita appellauit.[Fero oculis)Habeo ĩ oculis, & in cõspectu.[Dissuauiabor) Deosculabor, licet aliq dicãt dissuauiari libidinis esse,quod Ci.hic cõtra sentire uidetur.[In medio foro] q d.in conspectu omniũ, palam. [In hoc] Ostẽditur nimium desiderium Ciceronis uidendi Tironem.

MIRIFICAM mihi, &c.] dicit se mirifice concussum ex literis Tironis,quibus qui consules creati essent,sigificabat,loquens sm̃ Commentarios de Hircio,& Pansa.de quorũ fide, & uirtute tunc dubitabat cum tñ uterq; fortissime pro rep.casurus sit cęsis ab Antonio Mutinæ,cum D.Brutũ obsideret. Hanc aũt epistolã inseruisse vr̃ Tiro,ut significet,quam fidem sibi habuerit frater patroni sui. Ordo est: Tu dedisti mihi mirificam uerberationem, id est incussionem uerecundiæ,cessationis,id est pp cessationem meam,epistola,s.tua. Nam tu scripsisti ad me ea,quæ frater.s. M. T.Cic.perscripserat ad me parcius.i.nimis sobrie, uidelicet uerecundia & properatione.i.pp uerecũdiam,& properationem suã, tu scripsisti,inquam,ea sine assentatione vt erant, & maxime de consulibus designatis.i. declaratis in proximum annũ.uidelicet Hirtio,& Pansa,quos ego noui penitus plenos libidinũ, & languoris.i.corruptionis animi effeminatissimi,q.s.cõsules, nisi recesserint à gubernaculis.s.Reip. maximũ periculũ ẽ ab uniuerso naufragio.s.totius rei. Incredibile est,quę ego scio illos fecisse in æstiuis castris Gallorum oppositis s nostris,quos ille latro.s. M. Antonius,detinet.i.blãdè attrahit societate uitiorũ, nisi aliquid firmius fuerit.s.eis obsistens. Res est munienda.s.à periclitatione cõsilijs tribunitijs,aut priuatis.i.alicuius uiri auctoritate p̃diti,licet sit priuatus.i.extra oẽm magistratum positus.Nã isti duo.s.cõsules designati,uix sunt digni,quibus credas.i.sub fide cõmittas alteri Cesenam.i.oppidulum illud desertum in Gallia togata alteri fundamenta Tabernarum Cossutianarum.i.domiciliorũ uilissimi cuiusque cerdonis.Ego fero oculis.i. imaginor uidere te, ut dixi.ego uidebo uos ad 4 Kal.s.huius mensis, & dissuauiabor. .i.affectanter osculabor oculos tuos, etiam si ego ueniens.s. tibi obuiam,uidero te in medio foro.Ama me,&c.

PAVL. MAN. *QVIBVS alteri Cesenam*] Locus sine dubio corruptus. neq; n. adeo cum ignobilis,aut obscura fuit Cesena,ut, tanquam abiecta res,nominari deberet.uetus liber Vincẽtij Riccij sic habet. quibus gesta,uel quibus sutianarum tabernarũ fundamenta credas.deliberent eruditi,quo modo sit legendum. Liuius quidem li.9 de Cesennia meminit,oppido,nõ admodum celebri, ut fortasse non inepte pro,Cesenam,Cesenniam,hic legi possit. antiquus liber è Cypro,Cesenam.



M. T. CIC. EPISTOLARVM FINIS.

SERIES LITERARVM.

a A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg.

Omnes Quaterniones, præter a sunt Duernionem.



VENETIS,

Apud Marcum Anton. Zalterium Patauinum.

MDLXXXIX.